

www.libtool.com.cn







Lucii Caecilii Firmiani Lactantii Opera omnia: Editio novissima, quae ...

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, Joannes-Baptista Le Brun, Nicolas Lenglet du Fresnoy

www.libtool.com.cn



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000004515
Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

LUCII CÆCILII FIRMIANI LACTANTII OPERA OMNIA.

TOMUS SECUNDUS.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

LUCII CÆCILII FIRMIANI LACTANTII

www.libtool.com.cn

OPERA OMNIA:

EDITIO NOVISSIMA,

QUÆ OMNIUM INSTAR ESSE POTEST: AD LXXX. & ampliùs MSS. codices, editosque XL. collata & emendata, atque Notis uberioribus illustrata;

CUI MANUM PRIMAM

Adhibuit JOANNES-BAPTISTA LE BRUN, Rothomagensis;

EXTREMAM

Imposuit NICOLAUS LENGLET DUFRESNOY, Presbyter ac Theologus Parisiensis.

TOMUS SECUNDUS.



LUTETIÆ PARISIORUM,

Apud JOANNEM DE BURE, Bibliopolam, ad Ripam Augustinienſium.

M. DCC. XLVIII.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

IN SECUNDUM VOLUMEN PRÆFATIO.

ÆQUE ac primum Volumen, hoc alterum suâ Præfatione fruetur, ut in eâ quædam enodentur, quæ priori non fuerunt explicata. Ordinis rerum ac librorum Lactantii erat, ut editis Tomo I. Divinis ejus Institutionibus, primarium locum in hoc secundo occuparet harum EPITOME. Id verò factum est, ut quo tempore Lector eruditus in grandius istud septem librorum opus assiduum collocaverit studium, eo ipso ferè percurrat, quæ breviori & contractiori volumine ab eodem scripta sunt Auctore. Quis non miretur, libellum magnâ sui parte deperditum initio quinti seculi, post annos trecentos supra mille, idque nostris temporibus fuisse repertum? Id porrò debemus singulari diligentiæ summoque Litterarum amori, quo à primâ juventute cum Doctorum omnium existimatione floruit Matthæus PFAFFIUS, hodiè Tubingensis Academiæ Cancellarius. Opusculum istud in suâ Litterariâ peregrinatione nactus est Taurini, cùm Regiæ Bibliothecæ manuscriptos evolveret codices ab incendio & flammis liberatos. Codex sanè vetustissimus, atque, testante scripturâ, cujus specimen exhibemus, quinti, aut saltem sexti seculi. Hic autem, præter Lactantii Epitomen, continet quosdam alios Tractatus Theologicos, fuitque olim Monasterii S. Columbani de Bobio, ad amnem Trebiam, in Mediolanensi Ducatu, non longè à ditione Parmensi. Quem ut iterùm publici juris faceremus, sat nobis non fuit exscribere editum anni 1712. Habuimus præterea apographum clarissimi Pfaffii, sicut in Præfatione prioris Voluminis annotavimus: undè non minimùm lucis affulget nostræ editioni. Nescio, undè ansam arripuerit doctissimus Walchius dubitandi, an Epitomes hujus auctor sit ipse Lactantius. Nunquid enim non sufficit testimonium S. Hieronymi, qui proximè Lactantianum tempus attingebat? Nunquid hujus libri stylus & oratio ubique non produnt ingenium & eloquentiam Lactantii? Verùm hæc ista dubitatio, nullo cùm fulta sit fundamento,

Digitized by Google

aut etiam leviſſimâ conjecturâ, Doctis ne minimum quidem injecit ſcrupulum.

Sequitur liber eximius, quem duplici titulo inſignitum repræſentant tum S. Hieronymus, tum manuſcripti codices, ſcilicet DE OPIFICIO DEI, VEL FORMATIONE HOMINIS. Id præcipuè curæ Lactantio fuit eo in opere, ut perverſa Epicuri convelleret dogmata, quibus omnis ſubvertitur Providentia. Deum equidem Epicurus nomine profeſſus eſt: at reipsà ſuſtulit. Verùm eo libro, quem primum eſſe ex indubitatis Lactantii operibus jam oſtendimus, demonſtrat Auctor eximius, ſummâ Providentiâ cuncta facta fuiſſe & elaborata, cunctaque eâ regi & adminiſtrari. Argumenta verò non à rebus extraneis, ſed ab ipſo petit homine; tum ab ejus ingenio & ratione, tum à partium ejus, totiuſque oris & corporis ordine, tum denique à membrorum compoſitione & conformatione lineamentorum. Hæc porrò neceſſaria exiſtimavit Lactantius eſſe declaranda Demetriano cuidam, olim auditori ſuo, quem fortaſsè ſuis hortamentis ad Religionem Chriſtianam adduxerat; Demetrianus enim non ità pridem Chriſto nomen dederat, atque negotiis adhùc ſecularibus & publicâ re implicatus tenebatur. Non igitur parùm erat verendum, ne oblectamentis divitiarum illicitus ad antiquas revolveretur opiniones. Idcircò noluit Auctor elegantiſſimus præceptor deeſſe Demetriano honeſtioris melioriſque doctrinæ, quem priùs informaverat in litteris nihil aliud, quàm linguam inſtruentibus. Idem prorsùs argumentum hiſce poſtremis, diverſis tamen temporibus, iiſdemque ferè ac Lactantius noſter rationibus pertractarunt, Ludovicus Granatenſis Hiſpanicè, in erudito ſuo Catechiſmo, atque Franciſcus Fenelonius, Cameracenſis Archiepiſcopus, in eleganti libro Gallicè ſcripto de Exiſtentiâ Dei.

Hunc librum ſcripſit in Aſiâ Lactantius, fervente perſecutione Dioclecianeâ: at ſequentem in Galliis edidit, quem inſcripſit DE IRA DEI; in eoque rursùs Divinam aſſerit Providentiam. Opinio Epicuri ejuſque Sectatorum erat, Deum nec gratiâ propter hominum benefacta moveri, nec irâ tangi propter eorum malè perpetrata. Quæ doctrina cùm ſpem omnem remunerationis ob converſa in virtutes vitia eripiat hominibus: ſic tollat omnem religionem, neceſſe eſt. Illam ergò vanam eſſe & falſam rectè pronuntiat Lactantius: veram autem doctrinam non ratione ſolùm, ſed argumentis etiam undique conquiſitis probat; nec prætermittit Sybillarum verſus, quarum tunc temporis non apud Chriſtianos tantùm, ſed & apud Ethnicos maxima erat auctoritas.

Quis verò ſit ille Donatus, ad quem Lactantius hunc librum direxit, ſanè omninò ignotum eſt. Non videtur tamen idem eſſe, ac Donatus ille Confeſſor, cujus laudes, cujus vis ac fortitudo Chriſtiana celebrantur in eximio de Mortibus Perſecutorum libello. Is, quem alloquitur Lactantius in libro de Irâ Dei, nuſquàm ab eo Confeſſor appellatur: inter Philoſophos autem quandòque verſabatur, à quibus audierat ſæpiſſimè, Deum, utpotè bonum, benelicum quidem eſſe, at cuiquam nocere, vel iraſci, non congruere ſummæ ejus ac optimæ poteſtati; aut, ſicut alii quidam balbutiebant, Supremus univerſi Dominator nec eſt beneficus, nec pœnas

Digitized by Google

peccatis irrogare ejus est bonitatis. Ut autem Donato præstò essent argumenta, quibus istum coargueret errorem, quo facilè everteretur humanæ vitæ status, hunc ad ipsum scripsit Lactantius librum elegantissimum, ut illum eas rationes edoceret, ac illi subministraret momenta, quæ vix forsàn ex seipso excogitasset Donatus, vel quæ saltem non nisi titubans protulisset.

Liceat nunc quædam addere his, quæ scripta sunt in Præfatione prioris voluminis, quò noverint Lectores, qui sit, & ubi fuerit repertus libellus eximius DE MORTIBUS PERSECUTORUM. Aureolus iste liber ità confectus, tam syncerè elaboratus est, ut non solùm expressos videas in eo singulares Persecutionis eventus, id est, infaustum ejus initium, seriem atram atque felicem exitum; sed etiam ubique emineat Omnipotentis dextera vindex in Tyrannos, & quàm ubique se Deus præstet propugnatorem pietatis, propulsatoremque injuriarum, quæ cultoribus suis à malis Principibus inferuntur. Elucet econtrà, quantâ curâ quantoque studio Summa Divinitas foverit eos Principes, qui erant Fidelibus benevoli, qualis semper fuit Constantinus, vel eos, qui solummodò ità moderati fuerunt, ut liberam Christianis suæ Religionis citra molestiam colendæ facultatem dederint, qualis tunc temporis videbatur esse Licinius.

Mens mea est, librum hunc legitimum esse Lucii Cæcilii Firmiani Lactantii fœtum. Sic opinati sunt Doctiores quique, nec ab eorum sententiâ nostrum est recedere. Hunc reperit vir clarissimus Stephanus Baluzius in Bibliothecæ Colbertinæ manuscripto codice, qui fuit olim antiqui Cœnobii Moissiacensis in Diœcesi Cadurcensi. Jam à pluribus seculis ignotus delitescebat thesaurus ille in angulis hujusce Monasterii Bibliothecæ. Vixdùm in lucem prodiit, cùm statim non solùm exceperunt eum avidè cuncti diversarum gentium Litterati studiosè legendum; sed illum etiam iterùm excudendum curaverunt tum Angli, tum Sueci: quin & versus est in linguas Gallicam & Anglicam. Hunc notis eruditis illustrarunt Viri doctissimi sive Galli, sive Batavi ii sint. Anno 1710. rursùs eum publici juris fecit Domnus Nicolaus le Nourri, è Congregatione sancti Mauri Monachus Benedictinus: sed non dubitavit modò, imò & asseruit, hunc librum non esse Lactantii nostri, sed cujusdam LUCII, vel potiùs LYCII CÆCILII ignoti Scriptoris. Verùm paucos, id est, tres aut quatuor in suam Nourrisius adduxit opinionem. Quin & Doctiores quidam ejus errorem, acriùs quàm decet, redarguerunt, eumque ità exagitarunt, ut apertæ probabilique responsioni locus non supersit. Nec sanè difficilis fuit reprehensio; nam ubique Lactantii stylus, ubique ejus ingenium, ubique Lactantianæ, eæque singulares loquendi formulæ sparsim reperiunturin isto libello, cujus unicus supereſt codex manuscriptus, integer quidem & antiquus, sed ità ob amanuensis imperitiam & lacunas quasdam deformatus, ut sæpissimè in ipso explicando dhibendæ sint vel conjecturæ, vel etiam divinationes. At cùm interesse putemus redarguere Nicolai le Nourry rationes, quamvis eæ sint exigui momenti, ideò hîc excudi curavimus eruditam Dissertationem Viri clarissimi Nicolai de LESTOCQ, Doctoris & Socii Sorbonici, Decani Ecclesiæ Ambianensis, & Abbatis sancti Axeoli, quocum mihi

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

vetus ab annis quinquaginta & ampliùs intercedit necessitudo & summa familiaritas. Ne tamen existimet lector eruditus, huic editioni aliquid deesse, ob prætermissam à me Domni Theodorici Ruïnart è Congregatione sancti Mauri Benedictini Monachi Præfationem in Acta Martyrum vera & syncera ab ipso edita anno 1689. ac sæpiùs recusam aut Amstælodami, aut Venetiis, aut etiam Parisiis, eamque Gallicè versam. Hæc Præfatio eximia quidem est; sed quamvis excusa sit à Paulo Baudri ad calcem Lactantianæ suæ editionis, nihilominùs non putavi è re esse eam adhùc septimâ vice excudere, cùm ea olim paulò rarior, nunc vulgaris in omnium manibus versetur, nihilque, aut parùm conferat ad Auctorem nostrum intelligendum.

Sat diximus de libris à Lactantio promissis, sed nusquàm vulgatis; ac etiam de iis, qui sub ejus nomine editi fuerunt. Pauca tamen adjiciam de PHŒNICE. Hos Versus nollem omninò Auctori nostro abjudicare; certè hominis sunt acuti ingenii, in re poëticâ versatissimi. Illi etiam Lactantio tribuuntur in quatuor Vaticanis codicibus, in Regiis duobus, in uno Sangermanensi & in Vindobonensi, teste Lambecio. Hic censet, Carmen istud à Lactantio juvene & adhùc Ethnico exercitationis causâ fuisse elaboratum. Idem sunt opinati multi Doctiores, tum Nicolaus Heinsius, vir summi in re litterariâ judicii, tum Xystus Betuleius, Lactantii editor, tum Aubertus Miræus ac Joannes Albertus Fabricius, Barthius, Ittigius & alii plures, quorum judicio sine famæ dispendio stare possunt Eruditiores.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

NOTÆ POSTERIORES,

EXCERPTÆ EX EDITIONE LACTANTII VULGATA ANNO M. DCC. XXXIX.

A V. C. JO. LUDOLPHO BUNEMANNO.

IN EPITOMEN.

Pag. 2. *In angustum coarctanda.*] Seneca de lin 1. Vitâ Beatâ, c. 4. *Exercitus modò latiùs panditur, modò in angustum coarctatur.* Lib. 7. Quæst. Nat. c. 27. extr. *Non in angustum conjecta & arctata.* Lact. libro VII. cap. 16. *Dies in angustum coarctabitur.* Si fides Anonymo Clerici, p. 342. verba *in angustum* non habet MS. Taur. Undè cancellis inclusi, & aliis typis exprimenda curavi, aliàs non indigna Lactantio.

Lin. 5. *Quid poterit utile, quid apertum.*] In MS. ità: *Quid poterit . . . quid apertum.* Vid. Clericus, pag. 342. 343. Loco vacuo Pfaffius posuit *utile*, ac *poterit* in *potest* mutavit. Sed majus est vacuum illud spatium, quàm ut illud implendo sufficiat verbum *utile*. Hæc Heumannus, cui verba, *Quibus sublatis videri*, glossema videntur. Fortè *quid poterit perspicuum, quid apertum utile*, legendum.

Lin. 6. *Diffusa substringere.*] Sic cap. 50. *Rem immensam paucis, ut potero, substringam.* Libenter talibus utitur. Institut. II. 10. *Strictim contingere.* De Opif. 1. *Summatim stringere.*

Lin. 8. *In lucem veritas protrahenda est.*] Lib. IV. Instit. cap. 27. *Qui error discuti potest, & in lucem veritas protrahi.*

CAPUT I.

Pag. 2. lin. 10. *Quoniam certum est esse providentiam.*] Ab his verbis incipio secundum caput. Post plures annos adeptus Davisii editionem, video idem ipsi placuisse. Undè haud necesse est cum Heumanno legere, *Quarè jam certè est.*

CAPUT II.

Pag. 2. lin. 2. *Ambiguitatis.*] In MS. *ambiguitas.* Pfaffius.

Pag. 3. lin. 4. *Summa.*] Pfaffius ediderat, *rerum summa.* Abest à MS. *rerum*, teste Anon. Clerici pag. 346. nec habent ipsæ Institutiones. Lib. I. 3. *non poterit summa constare*; ubi plura dedi. Conf. de Irâ, c. 11.

Lin. 9. *Obtineat.*] Id est, vincat, victoriam consequatur. Lact. lib. III. cap. 23. *Is utique* obtineat, *qui viribus* vicerit.

Lin. 11. *Pro moribus.*] Lego, *pro viribus.* Sic Epit. cap. 59. *Tunc sibi quisque consulens, jus in viribus computare.*

Lin. 13. *Nec condi quidem.*] Mallem, *ne condi quidem*; c ex sequenti voce repetitum. Emendavimus sæpè illud *nec* in aliis Lactantii locis, exempli gratiâ, lib. II. cap. 5. Conspirat Davisius.

Lin. 14. *Potuisset.*] Pfaffius, *omninò potuisset.* At, teste Anonymo Cler. à manuscript. abest *omninò*: undè induxi.

Lin. 18. *Non audebit.*] Ità MS. Pfaffius, *nec audebit*, ediderat.

Lin. 22. *Torquebit.*] Virgil. 4. Æn. 208.

Juppiter . . . cùm fulmina torquet.

Lin. 24. *Habendus.*] Sic MS. teste Anonymo Clerici, pag. 347. non, ut Pfaffius, *putandus.*

Ibid. *Qui potest totum, quàm qui de toto minimum.*] In ipso manuscripto legitur, *quĩ potest totum*, quàm *qui de toto minimum.* Rectissimè; subauditur *potiùs*, hoc modo: *Is autem Deus habendus est* potiùs, *qui potest totum, quàm qui*, &c.

CAPUT IV.

Pag. 4. lin. 13. *Majestatem Dei singularem infinitis adserens laudibus.*] Initiò: *Plato monarchiam adserit*; quæ idem valent, ac *sin-*

Digitized by Google

gularem, id est, *unum Deum defendit*; & iterum cap. 55. ADSERENTES *& extollentes* SUMMA LAUDE *virtutem.*

www.libtool.com.cn

CAPUT V.

Pag. 5. lin. 5. *Albunea.*] Sic in MS. teste Anonymo Cler. pag. 350. Pfaffius *Albunea* edidit. *Heumannus.* Est dandi casus *Albunea* elegantior. Sic solet; ut lib. I. cap. 11. *Agesilao*, *Urano*, in notis.

Ibid. *Cumana.*] MS. *Pfaffius*; & lectio MS. recta erat. Vide Davis. undè restitui.

Lin. 10. *Prater Cumaam.*] In MS. *Cymaam*; nam & ità dicunt. Vide Cellar. Notit. Orb. Ant. lib. 2. cap. 9. pag. 832. & Muncker. ad Hygin. Fab. 128. pag. 196. Plura Drackenb. ad Sil. Ital. lib. 8. 533. pag. 435. & ad lib. 13. 400. pag. 661.

CAPUT VI.

Pag. 5. lin. 4. *Ipsi sexus.*] MS. *ipsi sexus*, num. plur. qui non debebat mutari. Lact. lib. I. cap. 8. *Adparet, Herculem Jovemque . . . homines fuisse, quoniam sunt ex* duobus *sexibus nati*; sæpiùs in plurali. Lib. I. cap. 6. *Duo sexus generandi causâ institui*, receptâ sexuum diversitate; & postea, *duos esse sexus Deorum.* Adde lib. VI. cap. 23.

CAPUT VII.

Pag. 6. lin. 11. *Spolio Leonis.*] Id est, exuviis, pelle. Lucret. 5. 952.

Pellibus & spoliis corpus vestire ferarum.

Conf. Lucr. lib. 4. 60. & Nonium Marcell. p. m. 484.

CAPUT VIII.

Pag. 7. lin. 3. *Gemitus suos inscripsit in flore.*] Imitatur Ovidium Metam. 10. 215.

Ipse SUOS GEMITUS *foliis* INSCRIBIT, *& Ai Ai*

Flos habet inscriptum.

De Hyacinto agitur, quem Apollo disco ludens interfecit.

Lin. 14. *Formosum adolescentem.*] MS. *formonsum adulescentem.* Pfaffius. Sæpè hæ voces in antiquioribus manuscriptis ità scribuntur. Conf. not. meas ad Symposium Æn. XIII. ubi *formunsa*; & Monfauc. Antiquit. Explic. Supplem. Tom. V. f. 87.

CAPUT IX.

Pag. 7. lin. 8. *Exigeret ætatem.*] Paris. & Walch. editiones, *ageret*: sed ex manuscripto damus, auctore Pfaffio, *exigeret*, ut dixit ex Virgilio de eodem Hyppolito Lact. lib. I. cap. 17.

. . . . *Solus ubi ignobilis ævum*
Exigeret;

atque nemo nescit Terentii & Ciceronis phrasim, *exigere ætatem.* Eâdem usus Plinius lib. 7. Hist. Nat. cap. 43. *In quibus quarendis sapientes* ÆTATEM EXIGERENT.

CAPUT X.

Pag. 8. lin. 2. *Pietatis.*] Ità certus correxi, ubi in Pfaffii & Walch. editionibus *potestatis* erat. Nam lib. I. cap. 1. *Nonne* (Jupiter) *à primâ suâ pueritiâ impius, cùm patrem regno expulit, & fugavit?* Docui & alibi, has voces in Lactantio confundi. Mecum faciunt Davisius & Heumannus. Conf. ad Epit. c. 69.

Lin. 6. *Ad fœmineos usus.*] Lib. I. c. 23. *Ad usus impudicos.*

Lin. 12. *Maximus optimus.*] Ordine inverso. *Optimus maximus* mavult Davis. motus auctoritate Ciceronis, de Naturâ Deorum 2. & ipsius Lactantii lib. I. cap. 10. atque idem contextus verborum sequentium suadet.

CAPUT XI.

Pag. 8. lin. 9. *Catamitum.*] Id est, Ganymedem; Lact. lib. I. cap. 11.

CAPUT XIV.

Pag. 10. lin. 7. *In terram regnasse.*] Corr. *in terrâ*, ut c. 13. in fin.

CAPUT XX.

Pag. 10. lin. 3. *Larentinalia.*] MS. non *Laurentinali*, sed *Larentali*, ex secundis Pfaffii curis; ex quo propiùs fingas *Larentalia.* Sic alii, & Ovidius 3. Fast. v. 55.

Non ego te, tanta nutrix Larentia gentis,
Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes.
Vester honos veniet, cùm Larentalia dicam.
Acceptus geniis illa December habet.

CAPUT XXI.

Pag. 11. lin. 1. *Alios Deos.*] Sequuntur sola fœminina: & tamen hîc & paulò post DEOS in mascul. vocat. Nimirum Latini, maximè Poëtæ, DEAS sæpè vocant DEOS.

Lin. 7. *Qui sino pinguescere.*] Ità adparet legendum esse, etsi scripserit Librarius *sumo.* Pfaffius, Paris. & Walch. editiones *su-*

Digitized by Google

mo malè retinuere. Lib. I. c. 20. *Et Stercutus, qui ſtercorandi agri rationem primus induxit.* Eadem confuſio vocum à me notata ad de Opif. c. 11. *ſimum craſſius.*

Lin. 13. *Capitoli immobile ſaxum.*] Sic correxi ex lib. I. cap. 20. ubi locus Virgilii indicatus à Cellario.

CAPUT XXII.

Pag. 12. lin. 2. *Et Picum patrem tanquàm Deum coli voluit.*] Hæc verba in Pariſ. Walch. Daviſ. Heuman. editionibus non comparent: dedimus ope Pfaffii ex manuſcripto.

Lin. 13. *Omnia ficta.*] Sic correxi, ubi Pariſ. & Walch. editiones *picta*; ut antè: *Sic iſti omnia* FICTA *vera putant*; nec aliter Lactantius lib. I. cap. 22. Idem vidit Daviſius, additque rectè, *ficta*, non *picta*, veris opponi.

CAPUT XXIII.

Pag. 12. lin. 4. *Etiam antè Saturno . . . dejiciebantur.*] Scriptura manuſcripti Taurin. *antè Saturno*, quod, pace clariſſimi Pfaffii dixerim, non debuit mutari in *ante Saturnum* in Pariſ. editione, neque enim ullus unquàm tradidit, ante Saturnum ſexagenarios de Ponte in Tiberim dejectos eſſe; ad ipſum enim Saturnum hæc pertinent, & *antè* ſignificat adverbialiter h. m. *Saturno etiam anteà homines in Tiberim pro ſacrificio dejiciebantur.* Ita Lact. lib. I. cap. 21. *Saturnus in Latio eodem genere ſacrificii cultus eſt: non quidem ut homo ad aram immolaretur; ſed uti in Tiberim de ponte Milvio mitteretur, quod ex reſponſo quodam* (Apollinis) *ſactitatum Varro auctor eſt, cujus reſponſi ultimus verſus eſt talis:*

Καὶ κίφαλας ῥοιῖδη, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα;

quod quia videtur ambiguum, & fax illi, & homo jaci ſolet.

Lin. 6. *Infantes proſecrabant.*] Servo, *proſecrabant.* Confer cap. 37. Plura ad Lact. lib. III. c. 20. & lib. IV. c. 27. & hîc Daviſius.

Pag. 13. lin. 8. *Tunſis pectoribus.*] Lact. lib. I. Inſtitut. cap. 21. *Sacerdotes ejus* (Iſidis) *deglabrato corpore ſua pectora tundunt.* Lamprid. in Commodo, cap. 9. *Sacra Iſidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret. Bellona ſervientes verè exſecare brachium præcepit ſtudio crudelitatis; Iſiacoſ verò pineis uſque ad perniciem* pectus tundere *cogebat.*

Lin. 13. *Tadarum jactatione.*] Lib. I. cap. 21. *Sacra ejus ardentium tadarum jactatione celebrantur.*

Lin. 17. *Injuriam ſuam conviciis ultus.*] Lib. I. cap. 21. *Injuriam* SUAM (ſibi illatam) *maledictis ultus eſt.* Paſſivè ita voce *injuria* ſæpè utitur, exempli gratiâ, lib. II. cap. 4. *Saviunt, ne ſi* Deorum injuriam *non vindicaverint, ipſos expetant pœnæ.* Lib. V. cap. 20.

Lin. 18. *Sanctum eſt.*] Cic. de Leg. 2. *Quæque ità compoſita ſanctaque eſſent, eas Leges nominarunt;* pro Balbo: *Quâ lege videmus ſatis eſſe ſanctum.* Tacitus Annal. lib. 6. *Duodecim Tabulis ſanctum.*

Lin. 25. *Exaudiat.*] Eleganter, pro *audiat.*

CAPUT XXIV.

Pag. 13. lin. 3. *Meliſſea.*] Manuſcriptum habet *Melliſea.* Pfaffius.

Lin. 5. *Lacte ac melle.*] His enim primis infantes erant nutriti. Vide J. B. Cotelerium ad Barnabæ cap. VI. *Daviſ.* Adde quæ dixi ad lib. I. Inſt. c. 22.

Lin. 6. *Et primùm Diis . . . Veſtæ.*] Malim: *Et Diis ſacrificaſſe, id eſt, Veſtæ*, & poſtmodùm *Deûm matri.* Sic enim, opinor, ſententia rectè procedet, & ordine; alioquì verò perturbatior videtur. Vide Lact. Div. Inſt. lib. I. c. 22. *Daviſ.*

Lin. 7. *Poëta.*] Virgil. Æn. 7. 136.

Lin. 9. *Iſti.*] *Hoſpites* innuit. Pfaffius.

Ibid. *Iſti.*] Non *Hoſpites Jovis*, ut Pfaffius, ſed ipſum Jovem & Meliſſea denotari puto. *Daviſ.*

Ibid. *Fuerint.*] Id eſt, vixerim, ut apud Ciceronem. Sic ſæpè in Lact. h. l. c. 7. pr. *Hercules per quæ tempora fuerit, quis ignorat?* Lib. I. Inſt. cap. 9. *Undè quo tempore fuerit* (Hercules) *adparet.*

CAPUT XXV.

Pag. 15. lin. 2. *Furto ſublubi.*] Ità volente Pfaffio, legendum, qui notam ſuam in Pariſienſi deletam voluit: undè in Pariſ. Walch. Daviſ. editionibus pravè, *ſubluti.*

CAPUT XXVII.

Pag. 16. lin. 5. *Quos.*] Id eſt, *in quos.* Pfaffius; quod approbat Heumannus. At præpoſitio ſolet in ejuſmodi verbis interdùm omitti. Sic Lact. Placid. Narr. Fabul. lib. 1. fab. 10. *Ne puella Junonis iram incideret;* lib. 14. fab. 1. *Amorem incidit.* Notavit plura Munckerus ibid. pag. 175. & pag. 282. Vulcat. Gallic. in Avid. Baſſ. cap. 2. *Ipſe ſponte ſine noſtrâ crudelitate fatales laqueos incidit;* & Lipſ. ſec. ad Lact. lib. III. c. 18. *Incido-*

Digitized by Google

runt veritatem. Plura ad Lact. lib. II. cap. 7. & lib. V. cap. 7. adnotavi.

Lin 10. *In quâ posuerat ei.*] Pronomen *ei* deletum vult Davisius. Certè sine hoc pronomine lib. II. cap. 12. *In quâ posuerat intelligentiam boni & mali.*

Pag. 17. lin. 5. *Tum secuta est.*] *Tum* est ex manuscripto additum, monente Pfaffio.

Lin. 12. *Livore.*] Ità rectè correctum. Confer lib. II. cap. 8. *Suâpte* invidiâ, *tanquàm veneno infectus est . . . Undè adparet, cunctorum malorum fontem esse* livorem.

Lin. 25. *Solatium perditionis suæ.*] Lib. II. cap. 14. *Sic eos Diabolus ex Angelis Dei suos fecit satellites ac ministros . . . Hi . . . perditi per omnem terram vagantur, & solatium* perditionis suæ *perdendis hominibus operantur.*

Ibid. *Converterunt.*] In manuscripto *se* non habetur; rectissimè: undè denuò ejeci. *Vertere* enim & *convertere* sæpè absolutè ponuntur.

CAPUT XXVIII.

Integrum hoc caput egregiè illustrat Augustini Tractatus de Divinatione Dæmonum, Operum Tom. VI. ed. Venet. f. 505.

Pag. 17. lin. 2. *Hesiodus.*] Oper. & Dier. v. 122. Φύλακας θνητῶν ἀνδρῶν appellat.

Pag. 18. lin. 17. *Deludant.*] Rectiùs *deluderent*, ne in temporum peccetur rationem. *Davis.*

Lin. 20. *Irrepunt corporibus.*] Lib. I. cap. 14. *Insinuant se corporibus, & occultè valetudinem vitiant, morbos* citant, *somniis animos* terrent, *mentes* furoribus *quatiunt.*

Lin. 21. *Placati.*] Rectè correxit Pfaffius. Lib. II. cap. 16. *Videri volunt id* PLACATI *avertisse;* & infrà: *Qua pericula . . . sacrificiis placati averterunt.*

Lin. 22. *Planè terrores.*] Nihil felicius emendatione Davisii, *plena terroris* legentis; nam lib. II. cap. 14. *Somniis animos terrent.* Ità sequentia benè fluunt.

Lin. 27. *Veniret.*] Davisius, approbante Anonymo Britanno, *venerit.* Servo cum Heumanno *veniret.*

CAPUT XXIX.

Pag. 18. lin. 1. *Sed dicit.*] Lege, *sed dicat*, vel *dicet.* Davisius. Heumannus *dicet* edidit. Nam lib. II. cap. 17. *Dicet aliquis: Cur ergò Deus hæc fieri patitur?*

Pag. 19. lin. 1. Ἀρχήν.] MS. *Archen.* Pfaffius.

Ibid. Δαιμονιάρχην.] Omninò cum Davisio legendum, *ipse* Δαιμονιάρχην, vel *Damoniarchen*, ex lib. II. cap. 14. *Undè Trismegistus* δαιμονιάρχην *vocat;* & cap. 16. Anonymus Britannus & Heumannus *ipsum* δαιμονιάρχην legunt.

Lin. 11. *Agellius in libris Noctium Atticarum.*] Ex lib. 6. cap. 1. Gratulamur Lactantio & clarissimo Pfaffio, quorum operâ nunc Gellii locus, in omnibus adhùc scriptis & editis ἀκέφαλος, integritati est restitutus.

Lin. 16. *Deus.*] Quia non extat in manuscripto, neque in Gellii libris legitur, rectiùs abest, & subauditur *providentia.*

Lin. 19. *Ibidem.*] Forsàn legendum est *itidem.* Pfaffius. Nihil mutandum. *Ibidem* Gronovius ex manuscripto ad Gellium restituit; etiam Davisius servat. Anonymus Britannus & Heumannus, *itidem.*

Lin. 25. *Ex intemperantiâ.*] In Gellio est, *ex intemperantia*, scilicet oppositione: quòd si MS. *nisi* retinetur, repeti debet, *intelligi potest*, satis rectè.

Lin. 28. *Felicitas & importunitas.*] Libentissimè Docti ultimam vocem, tanquàm veram, à Lactantio accipient, cùm in Gellio in omnibus adhùc editionibus regnet vox insolens, *infortunitas*, ab alio, qui vim vocis *importunitas* non noverat, subornata.

Lin. 31. *Quod sapè dixi.*] Id non *sapè*, sed semel tantùm dixit. Lege minimâ mutatione, *quod* suprà *dixi.* Davisius.

Lin. 33. *Deus materiam virtutis in malis posuit.*] Quæ hîc & in toto hoc capite disputat de origine & necessitate mali benè refutavit Pfaffius in Diss. prælim. §. 19. & 20.

CAPUT XXXI.

Pag. 21. lin. 4. *Videamus, an rectè sapientia est.*] Ità malè Pfaffius, Walch. & Davisius ediderant. Sine ullo dubio ità hæc verba sunt distinguenda: *Videamus, an rectè. Sapientia est.* Priora verba sunt referenda ad Socratem & Zenonem, h. m. *Videamus, an rectè*, scilicet scientiam Socrates, opinationem sustulerit Zeno.

CAPUT XXXII.

Pag. 21. lin. 7. *Philosophis invicem oppugnantibus.*] Lege, *Philosophis* le *invicem oppugnantibus.* Idem visum Davisio. Vide lib. III. c. 4. integro.

CAPUT XXXIII.

Pag. 23. lin. 2. *Non sunt in hominis potestate.*] In manuscripto, *in hominis potestatem.*

www.libnd.com

Digitized by Google

tem. Non recedendum ab manuscripti fide; est enim ipsius Ciceronis, cui Gellius lib. 1. Noctium Att. cap. 7. indicavit, *in prædonum fuisse potestatem.* Qui plura vult, adeat Gronovium ad Liv. lib. 21. cap. 15. & Vorstium ad Val. Max. lib. 1. c. 6. p. 46.

www.libtool.com.cn

CAPUT XXXIV.

Pag. 24. lin. 6. *Ultima fames.*] Id est, gravissima, maxima. Seneca Tranquill. c. 3. *Ultimum malorum est, ex vivorum numero exire, antequàm moriaris.*

Lin. 20. *Sustinentia.*] Est hæc vox ejusdem generis, ac illæ, quas in Lactantio notavimus lib. III. c. 11. cujus in Lexicis nulla, nisi ex Vulg. Interp. auctoritas.

CAPUT XXXV.

Pag. 24. lin. 3. *Mala . . . . sapientissimè perfert.*] Davisius corrigit, *patientissimè perfert.* Sic interdùm voces *patientia* & *sapientia* in libris confundi, paulò antè monui. Confer lib. III. cap. 12. Iterùm Lact. lib. VI. cap. 4. *Omnia gravia patienter ferenda.* Ipse tamen Cicero, de Senect. cap. 1. SAPIENTER *ferre onus*, scilicèt malum, *senectutis, sicut omnia.* Tacitus Annal. lib. 16. *Indignissimum casum* SAPIENTER *tolerans.*

Pag. 25. lin. 3. *Virtutis est. Tantùm ad hanc dirigimur.*] Davisius sic distinguit: *Virtutis est tantùm. Ad hanc dirigimur.*

Lin. 5. *Non mortalitate.*] Hoc est, *immortalitate.* Sic Cicero Fam. IV. 12. *non jucundissimum nuncium*, pro *injucundissimo* dixit; & *non corpus*, pro *incorporeo*, Acad. Quæst. lib. 1. cap. 11.

Lin. 7. *Non in sermonis ornatu.*] Logicæ tribuit *sermonis ornatum.* Nam, secundùm Lactantium lib. III. c. 13. *In* LOGICA *tota Dialectica* & omnis loquendi ratio *continetur.*

CAPUT XXXVII.

Pag. 26. lin. 6. *Idem &.*] Hæc Pfaffius ex manuscripto adjecta voluit: absunt à Paris. Walch. Davis. & Heuman. editionibus.

Lin. 8. *Dicebat.*] Post *dicebat* supplendum forsàn, *quòd nihil sciret.* Pfaffius.

CAPUT XXXVIII.

Pag. 27. lin. 1. *Deum Philosophorum Tullius.*] Lib. 2. N. D. c. 12.

Lin. 23. *Pietatem.*] Nempè *pietatis nomen etiam in operibus misericordiæ frequentabatur, & ἐυσέβειαν pro misericordiâ Græcorum etiam vulgus usurpat*, ut monet Augustinus C. D. lib. 10. c. 1.

CAPUT XXXIX.

Pag. 28. lin. 12. *Conquirere.*] Nihil hîc mutandum. Lib. II. Inst. c. 12. *Ut victum sibi labore conquirerent.*

Lin. 15. *Palàm cum conjugibus.*] *Postèà tamen*, Augustino teste lib. 14. C. D. cap. 20. *à Cynicis fieri cessatum est, plusque valuit pudor . . . quàm error, &c.*

Lin. 31. *Scelerati ergò & nefarii.*] Ediderat Pfaffius, *scelerati ergò sunt*, quod facilè subauditur, cùm abfit à manuscripto.

CAPUT XLI.

Pag. 29. lin. 4. *Id est, nec aliud quidquam, quàm sapientiam.*] Legendum: IDEM *est, nec aliud quidquam, quàm sapientiam.* Davis. Ita verò Anonymus Britannus & Heumannus: *Nam Deum verum colere, id est, nec aliud quidquam, sapientia.* Vide lib. IV. cap. 3. *Sapere nihil aliud est, quàm Deum verum justis ac piis cultibus honorare.*

Lin. 6. *Deus.*] Verbum *est*, quod addidit Pfaffius, delendum; *Deus* cum verbo *dedit* construendum: undè ab Heumanno *qui* non fuit ejiciendum. Lætatus sum, ubi postèà vidi, Davisium idem sentire.

CAPUT XLII.

Pag. 30. lin. 8. *De suis spiritibus.*] Heumannus, Lege, inquit, *de suo spiritu.* At nihil hîc mutandum, utì patet ex lib. IV. c. 8. *Et alios* spiritus suos *in Angelos figuravit.* Spiritus hîc sunt spirationes.

Lin. 18. *In libris.*] Scilicèt Just. lib. 4. cap. 6. Mox, ut clarissimus Pfaffius ipse in aliquot locis novæ nostræ editionis correxit, sic & hîc in manuscripto *Solomon* haberi puto.

CAPUT XLIII.

Pag. 32. lin. 5. *Creatus ex solo Deo, sanctus.*] MS. *Creatus est ex solo Deo sanctus.* Lego cum Davisio: *Creatus ex solo Deo, sanctus Spiritus factus est.*

Ibid. *Sanctus Spiritus factus est.*] Explicat Pfaffius in Diss. prælim. §. 27. & 28. Addo, & explico ex ipso Lactantio lib. IV. cap. 6. *Deus . . . antequàm opus mundi ordiretur*, SANCTUM, *& incorruptibilem, & irreprehensibilem* SPIRITUM GENUIT, *quem* FILIUM *nuncuparet.* Reliqua confer lib. IV. c. 8. *Cùm sit & ipse spiritus*, & c. 12. Hùc refer Cyprianum, de Idolor. Vanit. Edit. Ox. f. 15. *Carne* Spiritus sanctus *induitur.*

Digitized by Google

CAPUT XLIV.

Pag. 22. lin. 7. *Eum.*] In manuscripto pro *eum*, extat *Deum*. Pfaffius. Sed rectiùs *eum*. Lib. IV. c. 16.

CAPUT XLV.

Pag. 33. lin. 7. *Surdos inauribat.*] Notanda vox *inaurire*, vix & aliis ante nostrum nota. Heumannus putat, esse fortasse Afrum vocabulum, ipsique nullo alio loco occurrit.

Lin. 11. *Super mare.*] Priores *supra* ediderunt. Lego cum Heumanno, *super mare*, ex Vulgato Interp. Matth. XIV. 26. Sic Hyginus fab. 14. ed. Munckeri, pag. 40. *Hic* SUPER AQUAS *sicco pede concurrisse dicitur.*

Lin. 25. *Gloriatur patrem Deum.*] Ita legendum, ut dixi & restitui lib. IV. Instit. cap. 16. Idem Davisius hîc censuit.

Lin. 26. *Contumeliâ & tormento.*] Ita faciliùs ex manuscripto, *contumeliâ & tormento*, quàm *contumeliis & tormentis* corrigi potuit. Prius cum Davisio recepi; posterius est Pfaff. Walch. Heuman. Vide quæ noto ad lib. IV. c. 16.

Pag. 34. lin. 2. *Vocibus flagitarent.*] Denotat eorum vehementiam, & in petendo importunitatem, more Ciceronis, & Lactantii de Opif. c. 3. *Magnisque* clamoribus *condicionem pristinam flagitent*; & lib. IV. cap. 18. *Succlamare cœperunt, & crucem ejus* VIOLENTIS VOCIBUS FLAGITARE.

Lin. 8. *Addixerunt cruci.*] Lego, *adfixerunt eum cruci.* Nam priùs jam addixerant, quàm flagellis *& palmis verberarent.* Vide lib. IV. c. 18.

Lin. 12. *Patibulo atque adfixerunt.*] Heumannus scribit, *patibuloque adfixerunt.* Ita lib. IV. c. 30. *Atque execrabili patibulo figeretur.*

CAPUT XLVI.

Pag. 35. lin. 12. *Et in improperium.*] Manuscriptum, *Et in improperium*; quod licèt minùs elegans, rectum tamen, & alibi in versione antiquâ usitatum. Cyprian. ad Demetrian. n. 21. *Hi sunt, quos aliquandò habuimus in derisum, & in similitudinem improperii.* Irenæi Interp. lib. 4. c. 66. f. 364. *Improperium passa est.*

Lin. 13. *Qui transiet per illam.*] Sic MS. nec possum clarissimi Pfaffii conjecturæ hîc accedere. *Transiet* positum, pro *transibit*; atque in hoc ipso loco Gotzanus codex præfert *transiet*: quam formam pluribus confirmavi ad lib. IV. c. 18. Notatum quoque Lactantii aliorumque *exiet*, lib. IV. cap. 13. & *prodient* ex lib. VII. c. 16.

CAPUT XLVIII.

Pag. 37. lin. 2. *Dedi te.*] Has duas voces post *confirmabo te*, hîc primùm ex manuscripto damus, Pfaffii jussu.

CAPUT XLIX.

Pag. 37. lin. 3. *Nulla igitur alia spes homini proposita est, nisi . . . fuerit secutus.*] Si priorem partem ita posuit noster, in sequentibus repræsentare debuit: NISI UT *veram religionem* SEQUATUR. Sic lib. IV. Instit. cap. 18. *Adparet, nullam aliam spem vitæ homini esse propositam*, NISI UT DEO SERVIAT.. Mihi ergò reponendum videtur: *Nulla igitur* vitæ, *vel* salutis *spes homini proposita est, &c.* Davisius hactenùs. Nihil muto: pari modo dixit lib. IV. Institut. cap. 19. *Nulla igitur spes alia . . . homini datur*, NISI *crediderit in eum, & susceperit.*

CAPUT L.

Pag. 37. lin. 2. *Habere.*] Davisius legit, *habuisse*, ut antè, *fuisse.*

Pag. 38. lin. 3. *Fidem derogabit.*] Usitatiùs quidem dicunt, *præceptis fidem detrahere*: sed hoc juris verbo usus est; & *neque disputationi, neque auctoritati cujusquam* FIDEM DEROGARI *oportuisse*, dixit Celsus Medic. lib. 1. Præf. pag. 8. *Davisius.* Non adeò inusitatum, ut Davisio visum est, phrasis *fidem derogare.* Ità Quintil. lib. 9. Institut. cap. 3. *Cùm cura verborum* DEROGET *affectibus* FIDEM.

Lin. 7. *Factis adimpletur.*] Cyprianus de Bono Patient. ad Ghryph. pag. 355. *Nec Dominus tantùm verbis docuit, sed* ADIMPLEVIT *&* FACTIS.

Lin. 11. *Non posset.*] Pfaffius ediderat, *non potuisset*: sed MS. Davisius tuetur; nec rarum imperfectum pro plusquamperfecto in Scriptoribus: undè revocavi.

Lin. 13. *Hæc sunt . . . virtutes.*] Anonym. Britan. tentat, *Ha sunt virtutis*; Heumannus, *Ha sunt virtutes.* Uterque satis benè: sed neutrum servo, & refero ad præcedentia: *Hæc* (scilicèt non iasci, non cupere divitias, mortem contemnere) *sunt virtutes.* Sic lib. VII. Institut. cap. 8. *Quid voce clarius . . . vento fortius . . . odore violentius? HÆC tamen non cernuntur, &c.*

Lin. 14. *Corporatus est.*] Sic Pfaffius corre-

Digitized by Google

dum voluit ex manuscripto. In editione Paris. & Walch. & Heuman. est, *incorporatus est*, quod & ipsum Patribus inusitatum: sed merito Lactantii scriptura præfertur, qui ubivis utitur simplici. Vid. lib. IV. c. 26.

CAPUT LI.

Pag. 38. lin. 5. *Humillimis.*] Infimæ sortis hominibus.

Pag. 39. lin. 3. *Omnis damonum cohors hoc signo expellitur.*] Jam ita Lactantius, lib. IV. Institut. cap. 27. ITA NUNC SIGNO PASSIONIS *excludunt.* Add. lib. V. Institut. c. 21.

Lin. 5. *Ejusdem.*] Accedo Anonymo Britanno, pro *ejusdem*, acutè *ejus iidem* legenti. Ità lib. IV. Institut. cap. 27. *Nam sicut ipse... ita nunc sectatores* EJUS EOSDEM *spiritus... signo Passionis excludunt.*

Lin. 6. *Irrepserint.*] Pfaff. Poterat *inrepserint* servari.

CAPUT LII.

Pag. 40. lin. 3. *Simplici morte.*] Lib. V. cap. 12. *Adeòne apud vos perit innocentia, ut ne morte quidem simplici dignam judicetis?*

Ibid. *Irrationabiliter.*] Vox in Scriptoribus Eccles. & Amm. Marcellino, & Mart. Capellâ non rarò obvia.

CAPUT. LIII.

Pag. 40. lin. 14. *Miserabiles exitus.*] Apparet Lactantius ex lib. II. cap. 24. *Miserabiles exitus audiebat..*

Lin. 15. *Habuit impunè.*] Cap. 55. pr. notavi ad librum de Mortibus Persecutorum, cap. 2..

Lin. 22. *Si bonum est.*] Ità rectè Davisius corrigit, cùm priores editiones Pfaffii, Walch. & nuper Heuman. *si bonum non est* haberent. Probatur emendatio ex lib. V. cap. 20.

Pag. 41. lin. 5. *Aut præcipitio retraxeris.*] Heumannus, præpositione additâ, *à præcipitio retraxeris.*

CAPUT LIV.

Pag. 41. lin. 3. *Atquin.*] MS. *Atquin.* Pfaffius. Pro Pfaffii & reliquorum *Atqui*, restitui Taurin MS. *Atquin*, quod in antiquis MSS. ferè perpetuum. Vide cap. 55. & quæ notavi ad lib. I. Inst. c. 4.

Lin. 14. *Fortem.*] Nihil mutandum: FORTEM scripsit Lactantius. Patet ex lib. V. c. 11. *Vidi ego in Bithyniâ Præsidem gaudio mirabiliter elatum, tanquàm barbarorum gentem aliquam subegisset., quòd annus, qui per biennium* MAGNA VIRTUTE *restiterat, postremò cedere visus esset.* Sequentia satis produnt, in hoc nostro capite repeti, quæ in lib. V. c. 11.

Pag. 42. lin. 6. *Exercentes.*] Ob ingratum sonum *innocentes... exercentes*, & quia in MS. *exercent* legitur, Davisius corrigit: *Et* DUM *hanc adversùs innocentes carnificinam exercent.*

CAPUT LV.

Pag. 42. lin. 5. *Stultitiam.*] Manuscriptum non habet *stultitiam.* Pfaffius. Mavult Davis. supplere, *religiones*, ex initio capitis; cui adsentio.

Lin. 8. *Cur de diis ipsis (mimi) aguntur.*] Pfaffius correxerat, edideratque cum Walchio: *jocantur.* At in MS. *cur de diis ipsis aguntur.* Optimè. Supplendum, MIMI, ex libro V. Institut. cap. 20. *Eos* (deos) *publicè turpiterque deridet*, DE QUIBUS *etiam* MIMOS AGI *cum risu & voluptate patiuntur.*

Lin. 11. *Disserunt.*] Lege, *asserunt.* Pfaffius. Mox sequitur alio sensu, *asserentes*; sed quia in MS. servatur, *disserunt*, & præcessit, *aiunt*, asserenda est Taurin. scriptura, ex lib. V. cap. 20. ubi in eâdem re, *aiunt, disserunt, disseruntur.*

CAPUT LVI.

Pag. 44. lin. 3. *Justos quidem.*] Utraque 1478. 93. 97. *justos dicemus equidem.* Paris. *justos esse dicemus equidem.* Parrh. Iunt. Ald. *justos dicemus quidem.* At concinniùs Bon. Taur. Pfaff. & sqq. *justos quidem.*

CAPUT LVII.

Pag. 45. lin. 15. *Æstimant.*] Editi ferè omnes, *existimant*: sed præfero cum Davisio ex Taur. MS. *æstimant.* Eodem sensu noto ad lib. V. cap. 21. *deorum ritus* æstimant *veros.*

CAPUT LVIII.

Pag. 46. lin. 5. *Diisque fictilibus.*] Cellarius cum plerisque editis, *aliisque fictilibus*; sed *diisque fictilibus* ex MSS. Isæus, & eum secuti Gall. & Spark. & ex Taurin Pfaff. &c. præferunt. Seneca epist. 31. extr. *Cogita illos* (deos) *cùm propitii essent, fictiles fuisse.* Ad Helviam cap. 10. *Tunc per fictiles deos religiosè jurabatur.*

www.libook.com.cn

Digitized by Google

Pag. 47. lin. 6. *In usum hominis.*] Pro editorum ab 1478. – 1698. & Cellarii, *in usum hominibus*, rectiùs Taurin. & ex eo editi, *in usum hominis*. Sic undè hæc sumpta, lib. VI. cap. 2. *Qui in usum* HOMINIS *tam claram, tam candidam lucem dedit*; & de Irâ cap. 13. ex MS. Reimm. *in usum hominis à Deo facta.*

www.fbfoo.com.cn

CAPUT LIX.

Pag. 48. lin. 9. *Utrique.*] Sic ex Bonon. Isæus jam monuerat legendum, & ipse receperat rectè, non auditus tamen à Gall. Spark. Cellario. Rectum esse *utrique*, patet ex L. VI. Institut. cap. 3. Minùs rectè igitur Pfaffius & Walchius, *utique*. Rectiùs Davis. Heuman. *utrique*.

CAPUT LX.

Pag. 50. lin. 5. *Primum ... proximum.*] Hic locus adhùc in omnibus edd. corruptus fuit. Plures, neque primùm Marian. Tuccius, uti Heumanno visum, sed priùs Parrhas. 1509. tum Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Torn. legebant: *Primus ... non nocere proximo, sed officiosè prodesse.*

Lin. 6. *Et sient.*] In MS. Taur. *sed*, sicut Pfaffius in curis secundis.

CAPUT LXI.

Pag. 50. lin. 6. *Inseri.*] Sic melius Taur. MS. Pfaff. & seqq. quàm priores, *seri*. Vide cap. 60. fin. & not. ad L. VI. Institut. cap. 3. *virtutes inseras ... virtutes inseri.*

Lin. 7. *Neque in totum detrahi.*] Ex MS. restituit Pfaffius, *in totum*. Rectissimè. Delectatur maximè hâc formulâ Lactantius, quam scioli hinc indè corruperunt. Lib. II. Institut. cap. 10. *Potest occidere in totum, quia per partes occidit*; L. IV. cap. 1. *Sed adeò in totum sapientia occiderat*; L. VII. cap. 20. *Si non exstinguibiles in totum.*

Lin. 10. *Integris abutendum.*] Sic Thysius, Spark. Gallæus, in meliorem partem sumpto verbo, ut in Terentii prologo Andriæ. Betul. *utendum*; Parrh. tamen & Aldus, *adutendum*; & solet Lactantius more Ciceronis pro *uti*, ponere *abuti*. L. I. Institut. cap. 6. *Si sibi testimoniis earum fuerit abutendum*; de Irâ, cap. 11. *Licèt diversis nominibus fuerint abusi.*

Ibid. *Rationabiliter.*] Vossius de Vitiis S. L. lib. 4. cap. 35. *ne barbarum sit*, inquit, *modo.* Probata vox jam est ex Hieronymo: sed noster locus præstat. Suprà, cap. 52. oppositum, *irrationabiliter.*

Pag. 51. lin. 14. *Erupere.*] Ex scriptis ad me Pfaffii notis pro 1. ed. *eruperunt*; & sic multi editi, ubi edd. vett. *erumpent*, pravè.

Lin. 18. *In viam rectam dirigendi.*] Sic rectè Isæus in margine conjecit, ut Taur. MS. habet. Ità Lact. L. VI. Institut. cap. 16. *dirigeretur impetus* (adfectus) *in viam rectam*; & L. VI. cap. 17. *adfectus ... dirigamus in rectum.*

CAPUT LXII.

Pag. 52. lin. 3. *Aut furto.*] Absunt à Taur. Bonon. MSS. Thomasio, & eum secutis, & Cellario; habent Torn. Betul. Paris. At *aut furore*, Ven. 1478. 93. 1497. Pier. Parrh. Paris. perperàm.

Lin. 4. *Creandis liberis.*] Id est, gignendis. Confer not. ad L. IV. Institut. cap. 4. *pater, qui creavit.* Adde Davisium ad Minuc. Fel. cap. 23. p. 138. Burmann. ad Phædr. 1. 16. 9. p. 19. *si creavit liberos.*

Lin. 8. *Sibi quis putet.*] Rectè ex MS. Taur. *quis* additum à Pfaffio. *Quis*, pro *aliquis.*

Lin. 19. *Sensus intimos.*] Rectissimè *intimos* addiderunt ex Bonon. Thomasius, Isæus, &c. Cell. & ex Taurin. MS. Pfaffius, &c. Sic L. I. Institut. cap. 20. *sensibus intimis.* Esse elegantiam Tullianam ad Minuc. Fel. cap. 1. *intimis sensibus*, Gronovius ostendit. Iterùm Lact. L. VI. cap. 21. *Ne capiamur iis, quæ ad* sensum intimum *penetrant.*

Lin. 20. *Statum mentis furore perturbent.*] Cell. & alii, *ut etiam status mentis furore perbetur.* Priorem lectionem præstant Bonon. Taurin. Isæus, Pfaffius & seqq. rectissimè.

CAPUT LXIII.

Pag. 53. lin. 2. *Et cavenda sunt totaliter.*] *Dictionem* TOTALITER *expulimus, quæ neo Lactantiana est, nec Latina, nec in Bon. aut aliis MSS. recepta.* Isæus. Benè. Non agnoscit eamdem Sparkius.

Pag. 54. lin. 1. *Admissor.*] Hanc vocem in antiquioribus non legi: inveni verò in August. de Civit. Dei L. 7. cap. 3. *feminis admissor*, admissor scilicet facinoris.

Lin. 2. *Cruore perfunditur.*] Pfaff. & Walch. *cruore profunditur.* At non dicunt ità Latini; lege igitur cum Bon. & editis, *cruore perfunditur.* L. VI. cap. 20. *Ne conscientiam perfundat ullus cruor*; L. VII. cap. 1. *sancto cruore perfusi*; Ovid. 1. Metam. 157. *perfusa sanguine terra*; Tacit. Agric. cap. 45. *Nos innocenti sanguine Senecio perfudit. Profundere cruorem*, est *effundere.*

Digitized by Google

Lin. 16. *In mortis plagas incidamus.*] Editi, *in laqueos;* ut L. II. cap. 1. *in laqueos mortis incurrunt;* & L. IV. cap. 26. *in laqueos æternæ mortis incurrunt;* L. IV. cap. 30. *Ne quandò in laqueos & fraudes adversarii incideremus.* Pro Taurin. est L. III. cap. 1. *ipsi se in plagas . . . induxerunt;* L. II. cap. 16. *plagas tendunt.*

CAPUT LXIV.

Pag. 54. lin. 3. *Ei, qui desit.*] Deest in MS. Pfaff.

Ibid. *Labor est eî, qui sit Dei.*] Verba, *ei, qui sit*, non leguntur in manuscripto Taur. Forsàn ità distinguendum: *labor est, Dei veritatisque sectator non maledicet unquàm.* Anonymus Britannus, adprobante Heumanno: *labor est Dei veritatisque sectatori.*

Pag. 55. lin. 1. *Unquàm.*] Ed. *inquam.* Pfaffius.

Lin. 9. *Si quem.*] Ex Taurin. *si qui si quem*, Davisius optimè facit, *si qui sit, quem.*

Ibid. *Coget.*] *Coget*, pro *cogit*, est ex secundis curis Pfaffii.

Lin. 16. *Periculum . . . inferre.*] In manuscripto Taur. est, *periculum mortis inferre;* habet quoque Bonon. & secuti sunt Isæus, Gall. Spark. Cell. Labitur Heumannus scribens, *mortis* omissum in manuscripto Taurinensi.

Pag. 56. lin. 8. *Adulatio.*] Isæus viriosè, *adulterio.*

CAPUT LXV.

Pag. 56. lin. 7. *Ficti.*] Sæpè hæ voces in Lactantio confusæ, & sæpè id monui; vide, ex. gr. L. II. Institut. cap. 10. in not. Hîc *ficti* cum Davisio & Heumanno præfero, quia repetita ex L. VI. Institut. cap. 10. *quem* (hominem) *Deus finxit;* & infrà: *à Deo fictus est;* Epit. cap. 67. *in fingendo homine.*

Pag. 57. lin. 8. *Impertiamus.*] Meritò hæc terminatio ex Taurin. à Davisio ob elegans homœoteleuton præfertur; *impertiamus, vestiamus, eruamus:* in editis solus Gymnicus ità dedit, posteà Davisius, Heumannus.

Ibid. *Si quis nudus . . . vestiamus.*] Hæc ex Bonon. Jam Thomas. Isæus, Gall. Spark. Cellarius addiderant rectè: sed pro *occurret*, editi ex Bonon. *occurrerit*; Davisius mallet in præsenti, *occurrit*, ut *indiget . . . sustinet.*

Ibid. *Si quis à.*] Non extat in manuscripto. *Pfaffius.*

CAPUT LXVI.

Pag. 58. lin. 15. *Ut qui sciamus.*] Taurin. Pfaff. *cùm scimus.* Mallem cum Davisio, *cùm sciamus.*

Pag. 59. lin. 4. *Soltdavit.*] Sic omnes. Num *sociavit, copulavit?* Vide L. VI. c. 23.

Lin. 6. *Illud quoque ad consummandam pudicitiam jungitur.*] Davisius corrigit, INJUNGITUR. At nullibi *injungere* in sensu *præcipiendi* posuit: hinc mallem, ADJUNGITUR, id est, *additur.* Ità enim, undè hæc breviata, L. VI. cap. 23. ex MS. Bonon. ADDUNTUR illa: *non tantùm adulterium esse vitandum, sed etiam cogitationem.*

Lin. 8. *Quamvis inani cupiditate.*] Ità editi; Pfaffius legendum censet, *quâvis inani cupiditate.* Respice ad L. VI. c. 23.

Lin. 11. *Emaculetur.*] Ed. *evacuetur.* Pfaffius. Longè aptiùs hîc Taurinensis & Isæus ex Bonon. exhibent, EMACULETUR. Sequitur enim, LABE. *Labem* Latini *emaculare, eluere*, non *evacuare dicunt.* Contrarium, *labe maculari.* Epit. cap. 27. *Ne quâ* labe maculati *honore angelico mulctarentur;* & L. VI. cap. 23. *Etsi corpus nullâ sit* labe maculatum.

CAPUT LXVII.

Pag. 59. lin. 1. *Sed enim hæc.*] Hoc ordine in MS. legi, Pfaffius in curis secundis monuit.

Lin. 9. *Illa portus salutis.*] Confer L. VI. cap. 24. Cicero Orat. 12. Philipp. cap. 2. *Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii.*

Pag. 60. lin. 1. *Pro delictis.*] Plures edd. etiam Cell. *debitis.* At elegantiùs Bonon. & Isæus, adsentiente Davisio, *pro delictis.* Dicit noster peccata, crimina, delicta, vulnera, errores, &c. at *debita*, quod sciam, nusquàm.

Lin. 8. *In aram Dei.*] Rectissimè correxit Pfaffius. Sic L. VI. cap. 25. *Itaque* IN ARAM DEI . . . *justitia imponitur, patientia, fides, innocentia, castitas, abstinentia.*

Lin. 23. *Nullâ providentiâ generatum.*] MS. Taur. *nullâ providentiâ generatum.* Eleganter; & ità vult vox sequens, *generari*, aut, ut Isæus vult, *generatum*, iterùm. *Generare* verò est idem ac *creare, facere*, ut multis Lactantii locis, ad L. III. Institut. cap. 14. docuimus.

Pag. 61. lin. 2. *Alii.*] Sc. Stoïci.

Lin. 4. *Sed cùm vera sentirent, hujus tamen divini.*] Sic optimè Taurin. Pfaffius & seqq.

CAPUT LXVIII.

Pag. 61. lin. 9. *Continebantur. Bona igi-*

Digitized by Google

tur.] Hæc oratio usque ad sect. 29. *Stoïci aiunt*, accipienda est tanquàm ab impio Theodoro prolata contra Platonem, quam adducit Lactantius, non adprobat. Suam autem sententiam in sequenti capite declarat.

www.libpol.com.cn

Ibid. *Continebantur. Si mala, ergò & bona, ut aut nihil fecerit Deus, aut si bona.*] Ità rectiùs MS. Taur. & Davisius, cujus lectionis vestigia supersunt in corruptis antiquis Ven. Indè Parrhas. Ald. Crat. Gymn. Betul. Tornæs. Thomas. Cell. Pfaffius, Heumann. *Bona igitur & mala, aut nihil fecit Deus. Si bona.* Ex Bonon. Isæus, Gall. Spark. *Si mala, ergò & bona, aut nihil fecit Deus, aut si bona tantùm.*

Lin. 13. *Ne æterniora quidem possunt.*] Vel legendum, *esse possunt*; vel, quod malim, *ne æterniora quidem sunt.* Davisius. Sed nihil hîc addendum, nihil mutandum esse, ostendent exempla à me ad L. de Mort. Persecut. cap. 16.

Lin. 17. *Secundùm sententiam Platonis.*] Ità loquitur noster, non quòd opinetur, hanc reverà fuisse Platonis sententiam: sed ut ostendat, quomodò, datâ Platonis hypothesi, ratiocinari possit Theodorus, cujus h. l. personam gerit Lactantius, &c. *Davisius.*

Lin. 18. *Bona fecit.*] Rectiùs sic Taurin. Tornæs. Pfaff. Davis. quàm alii, *facit.*

Pag. 62. lin. 1. *Non ideò factum esse à Deo mundum, quia bonum est mundus.*] Ità edo ex Taurin. cum Pfaffio & Davisio. His proximi Ven. utraque 1478. 93. 97. Pier. Paris. Parrhas. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. & Betul. *non ideò factum esse mundum, quia mundus bonus est.* At pessimè Thomasius, Isæus, Gall. Spark. Cellarius: *Adparet*, à Deo *factum esse mundum, quia mundus bonum est*, contra mentem Lactantii, ut observat Davisius, Platonem hîc confutantis.

Ibid. *Omnia enim complexus est, bona & mala.*] Sic Taurin. sic & ex Bonon. primus edidit Isæus. Impressi vett. habent, *quoniam enim complexus est.* Cellarius autem, *quoniam complexus est bona & mala.*

Lin. 2. *Nec fiet propter se quicquam.*] MS. Taurin. *nec fiet.* Vide sequentia, & L. VII. Institut. cap. 4. *Nihil est, quod sit propter se ipsum factum: sed quicquid omninò sit, ad usum aliquem fieri necesse est, &c.* Davisius legit, *nec fit.* Rectè.

CAPUT LXIX.

Pag. 63. lin. 2. *Agnoscant, in quo est sapientia; agnoscunt.*] Egregiè ità ex Taurin. Pfaffius lacunam explevit; nam in omnibus antè editis verba, *in quo est sapientia, agnoscunt*, desiderabantur.

Lin. 7. *Ratio subsistat.*] Vide not. ad L. VII. c. 3. Rectè Pfaffius in notis ad me missis, *subsistat*, id est, *constet.*

Ibid. *Fecit Deus.*] Sic MS. Taur. meliùs, quàm editi, *fecit ergò Deus.*

Lin. 17. *Dominetur mundo.*] Bonon. Taurin. Pfaff. & Davisius, *dominetur in mundo*, præferunt: at reliqui omnes & Heumannus, *dominetur mundo*, quod, quia latiùs patet, prætuli. L. VII. Institut. cap. 4. *Tantùmque illi honoris tribuit, ut præficeret universis.*

CAPUT LXX.

Pag. 64. lin. 2. *Semper.*] Non exstat in editis. *Pfaff.*

Lin. 8. *Terreni ponderis labe consretum.*] Ità quoque Ven. 93. 1497. Pier. Crat. Betul. Paris. Thomas. sed Cellarius cum Ven. utrâque 1478. Gallæo, Isæo, Spark. imò & Bonon. MS. *de terreni ponderis labe.* Confer de Irâ, cap. 10.

Lin. 12. *Pro justitiâ.*] Restituo &, inquit Heumannus, è codice Taurinensi. At in Taurinensi ET quoque desideratur, addiderat ex ingenio Pfaffius; proscribit Davisius, ob non infrequens asyndeton.

Lin. 20. *Non potest igitur non esse immortalis.*] Sic optimè Taur. Pfaff. Davis. Heuman. ubi olim utraque Ven. 1478.-1515. usque ad Betul. *An potest ergò esse mortalis?*

Lin. 22. *Qui cum Deo, & vultu, & mente communis.*] Sic omnes libri. Heumannus corrigit: *cui cum Deo, &* vultus, & mens *communis est*; quam emendationem meliùs, quàm ex Opif. cap. 8. confirmare potuisset ex lib. VII. c. 5. *quòd* vultus *cum suo parente communis sit.*

Lin. 23. *Denique . . . adparet, eum, qui usum ignis habet, non esse mortalem.*] Frigidum hoc argumentum est Pfaffio in diss. prælim.

Pag. 65. lin. 4. *Superest docere.*] Alii *dicere*, cum Cellario: sed in MS. Bonon. quoque, *docere.*

CAPUT LXXI.

Pag. 65. lin. 1. *Hæc autem à Prophetis.*] Cautè, quæ sequuntur, sunt legenda. Vaticiniis enim fabulæ & somnia sunt admista. *Cellar.*

Pag. 66. lin. 7. *Ex eo numero.*] Non sunt in MS. Bonon. imò nec in Taurin. ut Pfaffii no-

Digitized by Google

tæ emendatæ nunc docent : undè Davisius & Heumannus corrigendi. Adsunt verò in editis, & L. VII. Inst. c. 16.

Lin. 8. *Abscissis, vorabit omnem.*] Ità ed. *Pfaffius.*

www.libtool.com.cn

Lin. 12. *Vivos.*] Heumannus, *omnes vivos* : *omnes*, inquit, addimus è MS. Taurin. At enim Pfaffius in notis dicit, *omnes* deesse in MS. & quia eadem vox aliena à Bonon. Thomasio, Isæo, Gall. Sparkio, Cellario, eam cum Davisio denuò ejiciendam putavi.

Lin. 13. *Modò ferro & igni.*] Pfaffius & Davisius, *modò ferro, modò igni.* At quia nostet aliique ea non solent disjungere, & hîc omnes priores editi, etiam Thomas. & Isæus exhibent, *modò ferro* ET *igni*, illam copulam ET, pro *modò*, revocavi cum Heumanno.

Lin. 19. *Perpetuo pallore fuscabitur.*] Pro minùs notâ notiorem vocem subdiderant priores editi omnes : *perpetuo squalore fuscabitur.* In L. VII. Institut. cap. 16. dixit : *Sol in perpetuum fuscabitur.* Commodè Davisius adfert ex Plinii L. 2. Hist. Nat. c. 80. *Fiunt prodigiosi & longiores Solis defectus ... totius penè anni* pallore *continuo.*

Lin. 23. *Quæ cùm evenerint.*] Editi antè malè, *venerit*; non enim ad mundi senectutem, sed *mala* verbum pertinet : undè optimè Davisius observavit, hæc referre verba Hermetis, producta à Lactantio L. VII. cap. 18. ἐκεῖνα δὲ ταῦτα γένηται, &c.

Pag. 67. lin. 1. *Nullæ requies à formidine, nec somnus ad requiem.*] Sic elegantiùs Taurin. Pfaff. & Davis. quàm priores omnes : *nulla requies ad formidinem, nec* (al. *aut*) *somnus ad requiem.* L. VII. Institut. cap. 16. *Ne nox quidem requiem timori dabit, nec ad oculos somnus accedet.* Sic Aurelius Victor, Epitom. cap. 16. AB *armis nusquàm* QUIES *erat.*

Lin. 6. *Possit.*] Ed. *Cùm sit Antichristus : qui ut adversari ei possit.* Pfaff. Idem in curis secundis monuit legendum esse, *ut credi* EI POSSIT ; cùm pravè in Paris. editione fuisset, *ut credi ea possint.*

Lin. 7. *Desistat.*] In MS. Taurin. & utrâque Ven. 1478. 93. 97. Paris. 1513. *resistat*, id est, *consistat, subsistat.* Sæpè ità Cicero, Terentius, Seneca, alii. Ex Parrhasio, DESISTAT, omnes editiones, etiam Pfaffii invasit : at Davisius & Heumannus, *resistat*, Rectè.

Lin. 14. *Mittet.*] Priùs editi malè, *immittet.* Nam L. VII. cap. 17. *Et exaudiet eos Deus, & mittet regem magnum de cœlo.*

CAPUT LXXII.

Pag. 67. lin. 1. *Intempestâ nocte.*] Sic MS. Taurin. sed pro editis lib. VII. Institut. c. 19. *Tunc aperietur cœlum medium intempestâ & tenebrosâ nocte.*

Lin. 5. *Cum cæteris omnibus.*] Vulgg. *cum cæteris tyrannis ;* Bonon. *cum omnibus tyrannis.* Utramque lectionem conjunxit Taurin. & meritò quidem. Vide nos ad Minuc. Fel. cap. 5. Pari modo *universos omnes* dixit Agellius, N. A. L. 19. cap. 12. & Cyprianus Epist. 22. p. 48. *Davisius.*

Pag. 68. lin. 1. *Catenis* (igneis) *alligatus.*] Inclusi (*igneis*), quia neque in Taurinensi MS. nec in L. VII. Institut. cap. 24. hoc epitheton legitur ; Davisius planè ejecit.

Lin. 2. *Vexata tot sæculis.*] Edd. ante Thomasium, in his Tornæsianæ, neglexerant voculam TOT, quæ meritò à Thomasio & seqq. est addita ; nam L. VII. cap. 19. *Requiesceret orbis, qui per* tot *sæcula ... pertulit servitutem.*

Lin. 16. *Resoluto.*] Id est, denuò soluto. L. VII. cap. 26. *Solvetur denuò, & custodiâ emissus exibit.*

Lin. 28. *Et hoc ... non habebit.*] Hæc verba omnia Pfaffius ex Taurin. restituit.

Pag. 69. lin. 3. *Supplicia.*] Optimè hæc vox ex Taurin. addita. Idem Taur. & Bonon. & Isæus, Pfaffius, &c. meliùs *persolvant ;* reliqui, etiam Gall. Spark. & Cellarius, *solvant.* Vide not. ad L. VII. Institut. cap. 14. *supplicia pendent.*

IN LIBRUM DE OPIFICIO DEI.

CAPUT I.

Pag. 71. lin. 1. *ETiam in summis.*] Ideò erat minimè quietus, quia versabatur in summis necessitatibus, h. e. *necessariis occupationibus ;* neque enim, ut arbitror, loquitur de sua penuriâ, quâ proditum est laborasse Lactantium, usque ad vitæ necessariorum inopiam.

Pag. 72. lin. 1. *Auditorem ... strenuum præbuisti.*] Terentius Phorm. 3. 1. *In hâc re, ut in aliis, strenuum hominem* præbuit. Quint.

Digitized by Google

L. 2. Inſtitut. cap. 9. *prabere ſe docilem.*

Lin. 4. *Philoſophi.*] Immemor hîc Eraſmus fuit, etiam à Juſtino Martyre, Clemente Alexandrino & aliis *doctrinam Chriſtianam philoſophiam*, & *doctores Chriſtianos* dici Philoſophos. Demonſtravit hoc multis Kortolt. in Comment. ad Juſtin. Mart. ad p. 33. fol. 9.

Ibid. *Noſtra ſecta.*] Alibì noſter ſectam in malam partem ſumpſit, ex. gr. lib. IV. Inſtitut. cap. 30. & de Irâ, cap. 2. Hîc ſumit in bonam partem; quomodò Tertullianus in Apolog. cap. 1. 21. & 40. *Chriſtiana ſecta origo.*

Lin. 9. *Vitâ . . . cum præceptis congruente.*] Lib. I. cap. 21. *quorum religio cum moribus congruit.*

Pag. 73. lin. 3. *Et repetens iterùmque iterùmque monebo.*] Lipſ. 2. & nonnulli editi, ex. gr. Ven. 1493. 97. *& repetens iterùm iterùmque moneo*, in præſenti, ut vult Cellarius. Parrh. Ald. Crat. Faſ. Gryph. Torn. Thomaſ. Thyſ. Gall. *repetens iterùmque monebo.* Ven. 1471. & Roſt. hæc omnia omittunt.

Lin. 4. *Habere te credas.*] Aptè Seneca Ep. 8. *Ad omne fortuitum bonum ſuſpiciaſi pavidique ſubſiſtite. Munera fortunæ putatis? inſidiæ ſunt.*

Lin. 10. *Pedetentim.*] Id eſt, cautè. Præceſſit, *Summa ergò prudentia eſt.* Donatus ad Terentii Phorm. 3. 3. 19. *Pedetentim, cautè, à pedibus & tentando.* Cicero in Ver. Act. 1. cap. 7. *Pedetentim cautèque;* pro Cluentio, *cautè pedetentimque.*

Lin. 11. *Latenter.*] Vocula Ciceronis & Ovidii. Adpoſitè Cyprianus de Unitate Eccleſiæ edit. Oxon. & Brem. fol. 804. *Plus metuendus eſt & cavendus inimicus, cùm* latenter *obrepit, cùm per pacis imaginem fallens occultis acceſſibus ſerpit . . . Ea eſt ejus ſemper aſtutia, ea eſt circumveniendi hominis cæca & latebroſa fallacia. Sic ab initio . . . verbis mendacibus rudes animas incautâ credulitate decepit: ſic Dominum ipſum . . .* latenter *acceſſit.*

Lin. 17. *Ratio ità comparata.*] Editi omnes, *ideò comparata.* Scripſi ex Goth. *ità comparata.* Ità quoque Heumannus conjecit rectè. Ad rem confer lib. II. cap. 12. lib. VI. cap. 1.

CAPUT II.

Pag. 75. lin. 1. *Artifex ille.*] *Sæpè ille* eleganter additur, ut cap. 1. *à ſummo illo . . . artifice Deo*; lib. VI. Inſtitut. cap. 23. *adverſarius ille noſter.*

Ibid. *Senſum.*] Id eſt, mentem, intellectum. Vide not. ad cap. 1. *percipi ſenſu.* Confer lib. VI. cap. 2. Apuleius lib. 11. Met. pag. 279. *Ac dum religioſum ſcrupulum apud* ſenſum *meum diſputo.*

Lin. 16. *In eam ſunt relegata regionem.*] Eraſmus in ed. Frob. 1529. Gymn. Torn. Betul. Pariſ. 1561. *in eam relegata ſunt regionem.* Roſt. vitiosè, *religata.* Goth. Lipſ. Reimmann. 1465.-1524. Thomaſius & ſeqq. *in eâ relegata regione. Relegare* valet *amandare, ablegare, ſegregare.* Sæpiùs cum dativo jungitur. Sic ex Virgilio Lact. lib. I. c. 17.

— — *Secretis alma recondit*
Sedibus, & nymphæ Egeria nemorique relegat, &c.

CAPUT III.

Pag. 76. lin. 1. *Nimis imbecillum . . . naſci, quàm.*] Sparkius quoque hanc loquendi formam vocat inuſitatam. Reiherus quidem in ſuo Theatro Plauti, *nimis quàm cupio*, exponit *plus quàm cupie:* ſed ſignificat potiùs *valdè, admodùm.* Plura etiam de formulâ *nimis quàm*, Gronovius ad Gell. lib. 5. cap. 14. pag. 328. & Burmann. ad Quintil. lib. 4. Inſt. cap. 2. p. 336.

Lin. 2. *Ut ſunt edita . . . protinùs.*] Eleganter *ut . . . protinùs*, ſicut in Cicerone, Cæſare & Livio: *ut . . . ſtatim; ut . . . confeſtim; ut . . . continuò; ut . . . extemplò; ut . . . ſubitò.* Vide Turſell. de Part. ed. 2. Schwartz. p. 1099. ſeq.

Pag. 77. lin. 1. *Statim . . . idonea eſſe, quòd.*] Subl. Roſt. Ven. 1471. 72. utraque 78.-1515. Pariſ. Crat. Frob. & Gymn. *ſtatim . . . idonea eſſe, quàm. Iterùm novè*, inquit Eraſmus, *uſurpavit hanc vocem* ſtatim quàm, *pro* ſimul atque. Non adſpernarer, *quàm* Eraſmo *novè uſurpatam* dictam voculam, memor, noſtrum dixiſſe lib. VII. Inſtitut. cap. 5. *non* ſtatim, quàm *natus eſt.*

Lin. 4. *Ubi effuſus eſt.*] Partus eleganter dicitur *fundi, effundi.* Lib. III. Inſt. c. 19. *locus, in quo quiſque eſt* effuſus *ex utero.*

Lin. 23. *Fœtum ediderint.*] Ut inf. Lipſ. tert. Reimm. *fœtum emiſerint.* Arnob. lib. 2. p. 54. *Ex alvis fundimur atque* emittimur *matrum.*

Pag. 78. lin. 10. *Sed id, quod.*] Ven. 1443. 97. Parrh. Ald. Crat. Faſit. Gryph. Torn. Betul. Thomaſ. & ſeqq. *ſed quod.* Plenius Anglicani ſeptem, Goth. Lipſ. Reimm. Subl. Roſt. Ven. 1471. 72. utraque 78. Pariſ. Eraſm. Frob.

Digitized by Google

Frob. 1529. Gymn. *sed* id, *quod*. Heumannus *ex id quod* effingit *ovum*.

Pag. 79. lin. 11. *Vim cœli.*] Conf. cap. 2. *vim pruinarum*.

Lin. 20. *Ut verùm loquar.*] Pro plurimorum *loquamur*, ſcripſi ex Bonon. Tax. Pen. Lipſ. 2. 3. Reimm. Ven. 1472. utrâque 1478. *loquæ*r.

Lin. 21. (*Quod & ipſum . . . ponderare.*)] Incluſi cancellis hæc verba, quippè aliena à MSS. Eraſmi, Goth. Lipſ. 2. 2. Reimm. Ven. 1471. & Roſt. 1476. Heumanno mihique videntur ſpuria.

Lin. 22. *Quantò . . . qui ſenſit.*] In prætexto, ob præcedens *egit*. Similis formula lib. II. cap. 5. Quantò *igitur Naſo* prudentiùs, *quàm illi, qui ſapientiæ ſtudere ſe putant*, qui ſenrit, *&c.* Præſentis ibi alia eſt ratio.

Lin. 24. *Maluerint.*] Bon. Tax. Cauci, Roſt. Ven. 1472. utraque 78. - 1510. Pariſ. Iunt. *maluerunt*. Goth. Lipſ. Reimm. Aldus, Crat. Eraſmus in Frob. Gymn. Faſit. Gryph. Torn. Bet. Thomaſ. & ſeqq. *maluerint*. Conjunctivum hîc cum Heumanno congruentiorem puto; reipsà enim id non maluerunt.

Ibid. *Fortè.*] Hoc rectum; non *ſorte*, ut in Goth. eſt.

CAPUT IV.

Pag. 80. lin. 11. *Sequela.*] Noto ad lib. VII. cap. 5. *Ergò immortalitas non ſequela naturæ*.

Pag. 81. lin. 1. *Mortem recipiat.*] Id eſt, mortis capax ſit, ut mori poſſit.

Ibid. *Quandòlibet.*] Id eſt, ut infrà, *in quálibet ætate*, unâ voce legendum. Cujus generis cap. 5. *utrolibet*.

Lin. 2. *Stultiſſimi ergò ſunt.*] Edd. ferè omnes *ſunt* addunt; quod nonnulli MSS. & Cell. omiſerunt.

Lin. 10. *Ab altero victu.*] Nodum in ſcirpo Eraſmus, Gallæus, Io. Cauci hîc quæſierunt. Ortus hic lapſus ex falsâ conſtructione. Omnia plana, ſi rectè ità conſtruas: *Sed ſi homo ab altero* (alio homine) *poteſt victu prohiberi*; ſive, ut ſtatim ſequitur, *ſi* ab altero, *&c.* alio, *ei ciborum alimenta ſubtrahi poſſunt*, poterit mori.

Lin. 23. *Quadrat.*] L. VII. c. 3. & c. 5. not.

Pag. 82. lin. 2. *Plagas.*] Ità conſtanter omnes libri, nihilque hîc emendandum. *Minutorum ſeminum plaga* ſunt *atomorum impulſiones*. Cicero de Fato hîc expreſſus, cap. 10. *Epicurus declinatione* atomi *vitari fati neceſſitatem putat. Itaque tertius quidam* MOTUS oritur extra pondus & plagam, cùm *declinat* atomus *intervallo* minimo. Lucretius, L. 2. v. 531.

Undique pro telo plagarum *continuato*;

& lib. 4. v. 188. - 190.

Quæ quaſi truduntur . . .

. . . ſequenti concita plagâ.

Lin. 7. *Ratio claudicare.*] Id eſt, *deficere*. Sic ubi Lucretius, *claudicat ingenium*.

Lin. 9. *Ut.*] Valet *exempli gratiâ*. Vide de de Irâ cap. 10. not.

Lin. 23. *Imbecilliora & timidiora quæque.*] Rariora ſunt exempla, ubi *quiſque* comparativis jungitur. Iterùm cap. 14. *placidiora quæque*. Ad ſectionem integram, conſer lib. III. cap. 13.

Lin. 26. *Suppetens robur.*] Abeſt *ſuppetens* à Lipſ. 2. Valet, *ſufficiens*, ut lib. VI. Inſtitut. cap. 5. *Niſi conatus ac vires ſuppetant ambulandi*.

Pag. 83. lin. 3. *Per ſe.*] Sequentia, *ſine homine*, priora explicant. Epit. cap. 31. *Divina certè per ſe ſcire non poteſt . . . non poteſt igitur per ſe ſcire homo divina*.

Lin. 15. *Nunc loquimur.*] Rectior, ni fallor, reſpectu præcedentium eſt indicandi modus; determinat enim & explicat his verbis diſtinctiùs propoſitionem ſive thema libri hujus, & ipſam demùm tractationem de corpore hominis ſuſcipit cap. 8.

CAPUT V.

Pag. 84. lin. 2. *Ad faciendum tenendumque.*] Sic de Opif. cap. X. *Manus . . . plano ac modicè concavo ſinu fictas, ut ſi quid* tenendum *ſit, aptè poſſit inſidere, in digitos terminavit*; & paulò poſt: *Ne in* tenendo *cederet*; & poſteà: *Unus* (digitus) *omnem* tenendi faciendique *rationem . . . præcipuè poſſidet*.

Lin. 8. *Perpetuo.*] Id eſt, continuo. Sæpè Cæſar & alii hoc ſenſu. Conf. Epit. cap. 67. not.

Lin. 10. *Clementer curvatis.*] Cap. 10. *Deductum clementer à genis mentum*; cap. 13. *Suris clementer exſtantibus*. Conſer Cell. ad Plin. lib. 5. ep. 6. 14. & ad Sil. Ital. lib. 1. 274.

Lin. 12. *Solida cratis.*] Virgil. 12. Æn. 508.

Tranſadigit coſtas & crates *pectoris enſem*. Ovid. lib. 8. Met. 806.

Pectus & à ſpinæ tantummodò crate *teneri*. lib. 12. Met. 379.

Qua (hasta) *laterum* cratem *perrupit.*

Lin. 30. *Informavit.*] Compositum scitè pro simplici posuit, ut cap. 8. *Noluit Deus* (aures) *mollibus pelliculis* informare ; cap. 12. *Utraque coagulata* informari ; c. 19. *Corporis* informatio.

Pag. 85. lin. 4. *Curvari membra oportebat.*] Ven. 1472. utraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. malè interserunt, *curvari membra* in omnes partes *oportebat*, incommodè ex prioribus repetita, quibus repugnat *tantummodò*.

Lin. 11. *Immanissimâ.*] Frequens epitheton de elephantis : hinc cap. 8. dixit, *Boves lucas cum immanissimis corporibus.*

CAPUT VI.

Pag. 85. lin. 2. *Quæ delirat Lucretius.*] Lib. 5. à versu 833.

Lin. 3. *Sed (ut solet).*] Omnes libri, *sed, ut solet ;* ità solet. Lib. I. Institut. cap. 12. *Stoïci, ut solent ;* lib. VII. cap. 7. *Ut Academici solent.* Posui cum ed. Paris. 1513. in parenthesi (ut solet).

Pag. 86. lin. 1. *Ut atomis suis locum faceret.*] Vulgò addunt nonnulla verba, quæ nec in MSS. insunt, neque in ed. Rom. Et mox recentiores, *in quibus nascendi ratio cessasset.* Sed neque *nascendi* in vet. libris est. *Cell.*

Lin. 2. *Per infinitum & inane volitantibus.*] Hæc respondent stylo Lactantii lib. III. cap. 17. *Non est providentia opus. Sunt enim semina per inane volitantia ;* de Irâ cap. 10. *Siquidem per inane atomi volitant.* Heumannus, *Per infinitum inane.*

Lin. 4. *Quæ, malum, vanitas erat.*] Ità Cicero Orat. 1. Philipp. cap. 6. *Quænam*, malum, *est ista voluntaria servitus ;* lib. 2. Offic. cap. 15. *Quæ te*, malum, *inquit, ratio in istam spem induxit ;* adde pro Roscio Comœdo, in fine. Livius lib. 5. cap. 54. *Quæ, malum, ratio est ?* Seneca ad Marciam, cap. 3. *Quæ enim*, malum, *amentia est ?*

Lin. 10. *Adjugatis corporibus.*] Sic omnes. Verbum alii ex Pacuvio & Plinio probarunt ; rariora ex Glossis antiquis, *abjugassere, abjugare, abjugus.*

Lin. 14. *Magni operis.*] Bon. apud Isæum pravè, *magnum oneris* : sic modò infrà, *perfecto operi ;* lib. VII. cap. 1. *Fundamenta firma & idonea . . . operi perferendo.* Seneca ep. 55. *spelunca . . . magni operis.* Plura Gronov. ad Liv. lib. 21. cap. 57.

Pag. 87. lin. 4. *Vereor, ne . . . non minùs ineptum . . . videatur.*] Lips. tert. Reimm. perperàm, *Vereor ne . . . non nimis.* Erasmus, *Sermo*, inquit, *videtur imperfectus, nisi addas*, quàm dicere, *aut simile quippiam.* Sed salva & integra hîc omnia. Pari modo de Irâ, cap. 10. *Vereor, ne* non minùs delirare *videatur, qui hæc putet refellenda ; respondeamus tamen, &c.* Conf. lib. VII. cap. 12.

Lin. 11. *Tam ordinatè.*] Confirmo ex lib. III. Institut. cap. 17. Quomodò *tam ordinatè, tam dispositè mundus effectus est.*

Lin. 13. *Aves ... feras ad sæviendum, &c.*] Videtur respexisse ad illa Quintil. lib. 1. Inst. cap. 1. *Sicut aves ad volatum, equi ad cursum, ad sævitiam feræ gignuntur : ità nobis propria est mentis agitatio atque solertia.*

Lin. 21. *Positionis.*] Id est, situm, statum. Lib. III. Institut. cap. 17. *Vario ordine ac positione conveniunt.*

Ibid. *Nullum genus positionis expertum relinquunt.*] Malè, inquit Cellarius, vulgò *inexpertum.* Nollem, ità vir clarissimus pronuntiasset. Confirmo ex libro de Irâ, cap. 10. *Atomi . . . .* nullam positionem *relinquunt, quam* non experiantur. Ut verò *nihil expertum relinquere* vix dici potest, ità sæpissimè alterum occurrit. Virgilius lib. 4. Æn. 415.

Ne quid inexpertum *frustrà moritura* reliquit.

Ovidius Heroïd. ep. 20. v. 42.

Ardor inexpertum nil sinet *esse* meus.

Sæpè ità Curtius, lib. 3. cap. 6. Nec *Philippus* quid*quam* inexpertum omisit.

Lin. 23. *Universa quoque membra.*] Ità rectiùs plurimi scripti & omnes editi, quàm Bonon. *Universa quaque membra.*

CAPUT VII.

Pag. 88. lin. 1. *Solidamenta.*] Non ex antiquioribus mihi innotuit ; Lexica addunt Augustinum. Nostri præceptor Arnobius, lib. 2. p. 84. ed. 8. dixit, *solidata ossa.*

Lin. 3. *Resistere.*] Id est, *subsistere*, oppositum præcedentis *excurrere.* Vide not. ad lib. de Irâ, cap. 4. *In extremo gradu restitit.*

Lin. 4. *Nutu.*] Lib. VII. Inst. c. 11. *Sine nutu & adminiculo animi.*

Lin. 7. *Venas . . . rivos.*] Lib. VII. Inst. cap. 12.

Lin. 11. *Setis adoperuit.*] Reimm. pravè, *satis adaptavit.* Betul. *operuit.* Lib. VII. c. 27. *adoperta.*

Pag. 89. lin. 9. *Nihil impeditius ad utilitatem, nihil deformius ad aspectum.*] Lactan-

www.tuppol.com.cn

Digitized by Google

tius sæpè ejusmodi adjectiva ità ponit. Hoc libro, cap. 8. *Ad speciem nullus est perfectior numerus;* Ibid. *Quo nihil ad speciem fœdius, ad usum inutilius;* cap. 10. *Ad usum digitorum tractabilis;* cap. 10. *Illud ad usum miris modis habile;* de Irâ, cap. 10. *Quo nihil potest esse nec dispositius ad ordinem, nec aptius ad utilitatem, nec ornatius ad pulchritudinem, nec majus ad molem.*

Lin. 12. *Exigebat.*] Sic edo ex Bon. Tax. Isæo, quod Spark. & Heumann. comprobant. Reimm. & reliqui, *exhibeat*, quod valeret idem, quod suprà, *præferat.*

Lin. 13. *Squamarum lavitate subsulti.*] Cellarius dubitat, an sincerè. Sic verò omnes, in quibus meliori orthographiâ Parrh. Betul. & Torn. 1587. squamarum lævitate, per *æ*. Sic de Irâ, cap. 10. *Lavitudo*, ut hîc, *lavitate ... in lubrices tractus.* Sic Plinius, lib. 2. cap. 3. *Lavitate lubricum corpus* serpentibus tribuit. Nec *subsulti* debet esse suspectum. Noster cap. 2. *Subsultæ ungulis.*

Lin 16. *Acuminavit.*] De hâc voce consule Savaronem, qui plura exempla collegit ad Sidon. lib. 7. ep. 13. p. 435. & ad lib. 8. ep. 1. p. 260.

Pag. 90. lin. 3. *Summum ædificii culmen.*] Ità cap. 10. *Caput totius divini operis quasi culmen est.* Sic cap. 8. caput vocat *summum fastigium;* & libenter noster & alii vocabulis *culmen, fastigium*, addunt *summum.* Ità Livius lib. 1. cap. 34. vocat caput SUMMUM CULMEN *hominis*; & Lactantius lib. VI. cap. 13. *Ad summum culmen*; lib. VI. cap. 24. *Summum fastigium.*

Lin. 6. *Vallata.*] Editi omnes, *vallata*, ut cap. 10. *Palpebræ ... pilis in ordine stantibus vallatæ.*

Lin. 9. *Incredibile, quantùm conferat.*] Lips. 2. malè, *confert.* Addo ex Cic. 2. de Naturâ deor. cap. 59. *Incredibile est ... quanta opera machinata natura sit.*

CAPUT. VIII.

Pag. 90. lin. 5. *Rigidum erectum.*] Vide lib. II. cap. 1.

Pag. 91. lin. 2. *Corpore in humum projecta.*] Lib. IV. Institut. cap. 19. sic emendo: *In terram toto & corpore & ore projectum, ventri ... & pabulo servit.*

Lin. 3. *Hominis ... recta ratio.*] Id est, erecta conditio, rectus status corporis humani. Lib II. cap. 1. *Cùm ratio corporis recta sit.* Vide not. ad lib. II. cap. 1. & ad lib. VII. cap. 9.

Lin. 4. *Vultus Deo patri communis, aut proximus.*] Reimm. *Vultus ... communis ac proximus.* Goth. *Communis ac proprius.* Lib. VII. Institut. cap. 5. *Homo ... solus ità formatus est, ut oculi ejus ad cœlum*, facies ad *Deum spectans*, vultus *cum suo parente* communis *sit.* Conf. not ad Epit. cap. 70.

Lin. 7. *Tanquàm in arce.*] Sic cap. 16. *Tanquàm in arce corporis.* Expressit Ciceronem lib. 1. Tusc. cap. 10. *Rationem in capite*, tanquàm in arce, *posuit natura.*

Ibid. *In arce sublimi.*] Sic edo ex Reimmann. & Paris. 1513. itaque Heumannus conjecit. Editi, *sublimis*, scilicet mens. Puto, litteram sibilantem ex primâ in *speculatur* ortam.

Lin. 13. *Et instruxit pariter, &.*] Sic omnes. Vide not. ad lib. IV. Institut. cap. 1. Hîc addo Ovidii lib. 4. Trist. 2. 13.

ET PARITER *matres*, ET *quæ sine crimine castos*
Perpetuâ servant virginitate focos.

Sulpicius Sever. Vit. Martin. cap. 9. ET *ostensus* PARITER ET *destructus est inimicus.*

Lin. 17. *Duplicitas.*] Iterùm cap. 10. *Duplicitate.* Walchius, *quis*, inquit, *prater Lactantium vocem hanc posuerit, nescio.* Ego quidem illam legi in Tertull. lib. 5. adv. Marcion. cap. 11. *Cùm* duplicitas *earum intercedit.*

Lin. 21. *Inobsepta.*] Reimm. pravè, *inobcepta.* Ven. 1497. *inobscepta.* Nondùm hoc adjectivum *inobseptus* ex aliis observatum.

Pag. 92. lin. 3. *Foramina ipsa combiberent.*] Optimè sanè convenit cum sequentibus vocibus, compleri, HAURIENDIS auribus, hausi; & eleganter dicitur, *auris bibere, aure bibere.* Plautus ex MS. Vatic. & Camerar. in Mil. Glor. 3. 3. 10. *Postquàm* ADBIBERE AURES meæ *tuam moram orationis.* Horat. lib. 2. Carm. 13. v. 32.

Densum humeris bibit aure *vulgus.*

Lin. 10. *Quæ pulchritudinem.*] Gryph. pravè, *Ut pulchritudinem.* Thomasius, Isæus, Gall. Sparkius, ne *pulchritudinem.* Non malè, uti mox eâdem ratione, ne ... *inhabiles essent.*

Lin. 15. *Videndi.*] Repete *officium.* Eleganter Cicero lib. 1. de divin. 32. *Si sine oculis non potest exstare officium & munus oculorum.*

Lin. 20. *Quæ sunt foris, transpicit.* Lips. 2. *perspicit.* Nihil muto. Imitatur Lucretii lib. 4. v. 272. - 279. *foris ... transpiciuntur.*

Digitized by Google

Pag. 93. lin. 9. *Speculari lapide.*] Lapis hic pellucidus in tenuissimas bracteas scissus fenestris indebatur. De hoc plenâ manu Pitiscus in Lex. Ant. Rom. T. 2. f. 826.

www.libtool.com.cn

Lin. 10. *Ad usum inutilius.*] Sic Cicero lib. 1. Fin. cap. 4. *Quod ... ad usus civium non inutile.* Res eòdem redit.

Lin. 22. *Ut si quis velit ... cernat.*] Omnes editi, *si quis vellet.* Vide similia à me adnotata ad lib. de Irâ, cap. 18. *Ut, si quis ...* VELIT ... *non sinat. Ut* verò his locis valet *exempli gratiâ.*

Pag. 94. lin. 3. *Orbes.*] Hinc oculi eleganter ità vocantur. Conf. suprà & mox. Alia exempla dant Savaro ad Sidon. Apoll. lib. 1. ep. 2. p. 8. Barthius ad Statii Theb. 1. 53. p. 20. Pari modo apud Sophoclem Oed. v. 1294. κύκλοι dicuntur oculorum orbes. Vide Spanhem. ad Callimachi Pallad. v. 87. p. 607.

CAPUT IX.

Pag. 94. lin. 8. *Duplex videbitur.*] Apud Virgilium Æn. 4. 470. demens Pentheus *videt*

Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas;

ad quem locum consulatur Taubmannus.

Lin. 11. *Diducitur.*] Ven. prima pravè, *ducitur;* Ven. 1493. 97. pejùs, *dicitur;* in Sparkio omittitur hoc verbum vitiosè. At rectum, *diducitur.* Vide not. lib. IV. cap. 5. *diduci.* Diducere h. l. idem quod infrà, *disjungere.*

Pag. 95. lin. 1. *Quia aut.*] Sic edo ex Reimm. & sic Heumanno visum. Editi, *qui.* Posset esse, *quippè qui.*

CAPUT. X.

Pag. 95. lin. 8. *Et obarescere.*] Cellarius ex Goth. & Lipsi. ediderat, *& arescere;* & sic in Reimm. MSS. inveni. Parrh. Pariſ. Iunt. Ald. Crat. Erasm. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Gall. Spark. præferunt, & OBARESCERE. Putavi, hoc compositum esse genuinum, nec ausus sum priora minùs antiqua MSS. tot editionibus æquè ferè antiquis, & ex antiquissimis MSS. sumtis præferre.

Lin. 9. *Superciliorum fastigia ... ne quid ... incidat.*] Apuleius lib. 1. Habit. Doctr. Plat. p. 16. *Superciliorum sepes præmuniunt oculos, ne desuper prorumat, quod teneras visiones molesque perturbet.*

Pag. 96. lin. 7. *Quàm mirabili, quàm divinâ.*] Intelligo, QUAM ... QUAM, in sensu *admirandi.*

Lin. 11. *Dualis numerus.*] Fabri Thesauro vox *dualis* addenda, quâ usus Quintilianus lib. 1. Inst. cap. 5. *Fuerunt qui nobis quoque adjicerent* dualem ... *quod vocant* DUALE.

Pag. 97. lin. 2. *In ... mundo summa rerum ... de duplici simplex.*] Hæc de Deo Patre & Filio interpretantur Thysius & Heumannus; quæ mihi videntur sumenda de DUOBUS PRINCIPALIBUS elementis IGNE & AQUA, ex quorum DISCORDI CONCORDIA MUNDUM CONSTARE ostendit uberiùs lib. II. Institut. cap. 9. Adde ex lib. II. cap. 8. locum dubium in notis: *Quorum mistura & temperatione mundus, & quæ in eo sunt, universa constarent.* Certè non memini, Deum à Lactantio alicubi SUMMAM RERUM vocatum esse,

Lin. 4. *Indissociabilem.*] Vox ex antiquioribus mihi ignota.

Lin. 13. *Ad infantiam revoluti.*] Lipsi. 3. & Reimm. *Ad infantiam resoluti*, malè. Lib. VII. Institut. cap. 15. *Quasi ad alteram infantiam revoluta.* Lib. VII. cap. 22. *Denuò ad uterum revolvi atque ad infantiam regredi.*

Lin. 25. *Mirabili modo per ordinem fixos.*] Licèt recentiores scripti Angl. Goth. Lipsi. Reimm. & ab 1465. - 1566. excusi hæc verba non habeant, & Cell. & Walch. denuò proscribant; tamen germana hæc est lectio Lactantii, quam præstant duo antiquissimi codices Bononienses & Taraq. ex quibus Thomas. Isæus, Gall. Sparkius, Heumannus rectè judicarunt recipienda. Simili ratione noster c. 5. *Penna* PER ORDINEM FIXÆ.

Pag. 98. lin. 17. *Rigidum.*] Id est, rectum, erectum. Notavi ad lib. II. Institut. cap. 1. *Rigidis ac stantibus.* Lib. II. cap. 17. & de Opif. cap. 8.

Pag. 99. lin. 14. *Inter cæteros.*] Heumann. credit, Lactantium scripsisse, *præter cæteros*, id est, præ cæteris; ut lib. I. Institut. cap. 6. *Erythræa, quæ celebrior* inter cæteras *& nobilior habetur.*

Lin. 15. *Ternos.*] Servo TERNOS. Videtur nostro observatus Plinius lib. 11. cap. 43. sect. 99. *Hominis digiti articulos habent* ternos, *pollex* binos, *& digitis adversus universis flectitur, per se verò in obliquum porrigitur.*

Pag. 100. lin. 3 *Nam pectoris.*] JAM, ità ut Betuleius, Isæus, Thys. Gall. Heumann. volunt, solet ponere; ut cap. 7. *Jam barbaratio*, &c. Lib. III. Institut. cap. 10. *Jam illa*, &c. Placere veteribus particulam JAM in

Digitized by Google

connectendo, docuit Gronovius ad Macrob. lib. 2. Somn. Scip. cap. 16. pag. 180.

Lin. 12. *Maribus ad . . . decus.*] Cicero lib. 3. Fin. cap. 5. *Quasi ad quemdam ornatum, ut . . . viris mamma atque barba.*

www.libtool.com.cn

CAPUT XI.

Pag. 101. lin. 10. *Vocamus, eumque.*] Erasmus in Frob. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. &c. addunt: Vocamus, *in quod spiritus reciprocâ vicissitudine commearet;* quæ genuina credo: sed, ut Heumannus monet, post *rarum* ponenda.

Pag. 103. lin. 15. *De loquentibus.*] *De*, pro *ex.* Frequens hoc Lactantio, & aliis, Ovidio, Floro, Justino, quorum loca indicavit Burmannus ad Ovid. lib. 1. Amor. 10. 8. p. 373.

Et quidquid magno de Jove fecit amor.

CAPUT XII.

Pag. 106. lin. 1. *Circumplicantur.*] Verbum in Fabro ex solo Prudentio probatum, præter in nostro, observavi quoque in Gell. lib. 17. N. A. c. 9.

Lin. 7. *Informari.*] Explico, *in formam coïre*, formam suscipere, scilicet semina.

Pag. 107. lin. 4. *Sumat exordium.*] Ut lib. 1. Institut. cap. 2. *Principium sumere.* Macrob. Somn. Scip. lib. 1. cap. 18. *Ab uno sumamus exordium.*

Lin. 12. *Æqua.*] Id est, *Æqualis*, ut not. ad lib. II. Institut. cap. 8. Livius lib. 11. c. 3. fin. *Vivere æque jure cum cæteris.*

Pag. 108. lin. 23. *Hinc virtus nomen.*] Cicero 2. Tuscul. cap. 17. extr. *Adpellata est ex viro virtus . . . à viris virtus est mutuata.*

CAPUT XIV.

Pag. 111. lin. 12. *Placidiora quæque.*] Ità omnes jungunt h. l. ut cap. 4. *Imbecilliora & timidiora quæque.* Cyprian. lib. 3. 10. *Adversarius fortiorem quemque magis aggreditur.* Valla Lactantium reprehendit ob pronomen *quisque* comparativo junctum: sed defendit nostrum ex Cicerone & aliis Vossius de Construct. cap. 16. p. 373.

CAPUT XV.

Pag. 113. lin. 15. *Sic tamen multa esse.*] Subaudi, *fatendum est.* Undè Reimm. pravè, *Scit tamen.*

Pag. 114. lin. 2. *Spatium, quo . . . decurrimus.*] Omninò mallem cum Heumanno, spatium, *quod*, ut lib. VII. cap. 27. aut *in quo . . . decurrimus.* Sed libri constanter, *Spatium, quo.*

CAPUT XVI.

Pag. 114. lin. 10. *Tum quòd ad.*] Heumannus supplet ex prioribus: *Tum quanto miraculo dignum est, quòd.*

Pag. 115. lin. 4. *Nec quidquam esse.*] Reimmann. *Nec quidquam est sublimius*, perperàm. *Nec quidquam esse*, intellige ex prioribus, *oportuisse.*

Lin. 7. *Ministra membra.*] Eleganter formâ adjectivâ, *ministra*, ut Ovid. ep. 21. Heroïd. 114.

Lumina propositi facta ministra sui.

Seneca ep. 92. pr. *partes ministras*; & ad Marciam, c. 24. *ministras manus.*

Lin. 22. *Tanta celeritatis.*] Ovid. lib. 4. Trist. 2. 57. sqq.

Submotis . . . mente videbo.
Illæ per immensas spatiatur libera terras,
In cœlum celeri pervenit illa fugâ.

Pag. 116. lin. 7. *Ullo modo.*] Sic Goth. Lipsi. Reimm. Editi ante Cellarium, *ullo pacto.* Prius hîc præfero, quia modò infrà sequitur, *quo pacto.* Amat verò copiam. In Ven. 1471. 493. 97. Pier. *nullo.*

Pag. 117. lin. 5. *Duxerit vitium.*] Notior phrasis est, *facere vitium.* Cicero Topic. 3. *Si ædes ea corruerunt, vitiumque fecerunt.* Vide cap. 4. & Rhellican. Glandorp. & Brant. ad Cæsar. B. Hispan. cap. 19. *Turris ab imo vitium fecit.*

Lin. 12. *Sine tractatu artificis.*] Sic edo ex Bonon. & Taxaq. adstipulante Heumanno. Parrh. & seqq. *sine tactu*, notiori voce pro rariori substitutâ. *Tractare, tractabilis, tractatus* interdùm idem, quod *tangere, tangibilis, tactus.* Vide Pierium ad Virg. lib. 3. Georg. v. 302. ex cod. Longobardico.

Pellis & ad tractum tractanti dura resistit.

Conf. not. ad Lact. lib. VII. Institut. cap. 21. & ad lib. V. Institut. cap. 21. *Oculis manuque tractabile.*

CAPUT XVII.

Pag. 117. lin. 4. *Nondùm inter Philosophos convenit.*] Lege Gatakerum ad Antonin. Philos. lib. 4. §. 21. pag. 140. seq.

Lin. 6. *Sanguinem.*] Critiæ & Empedocli hoc tribuunt.

Ibid. *Alii . . . ventum.*] Exempli gratiâ, Anaxagoras & Anaximenes.

Digitized by Google

Pag. 118. lin. 11. *Sensu aucta.*] Id est, sensu prædita ; præcessit opposs. *sensu indiget.* Vide not. ad lib. II. Institut. cap. 5. *Sensibile esse, quod* sensu præditum *gignat*, & HABERE SENSUM, *cujus pars* SENSU AUCTA *sit.*

Lin. 12. *Animam ... Deo simile.*] Scitè Augustin. in Psalm. 62. *Cùm Deus sit vita anima, anima verò vita corporis, sicut corpus vivere non potest absque animâ, ità non nisi Deo præsente anima vivere valet.*

Lin. 15. *Defervefactus in pulmone, temperatus in corde.*] Subl. Rost. Ven. 1471. 93. 97. - 519. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Thys. *Defervefactus in pulmone*, tepefactus *in corde.* Cùm verò Vossius lib. 2. de Idolatr. Gent. 83. *naturâ rei sic postulante, legendum censeret :* tepefactus *in pulmone*, fervefactus *in corde*, talis viri auctoritate moti Gallæus & Sparkius eam emendationem in textum receperunt ; & Heumannus, *Ego quoque*, inquit, *adsentior, ipsâ re huic scripturæ patrocinante.* Ego cum viris doctis anatomiæ & rerum physicarum peritis nihil certi hîc definientibus tutiùs putavi exhibere scripturam Bon. Tax. Pen. Ultr. Bodl. Cott. Mert. Ball. C. C. C. Emman. Guelf. Goth. Lipf. trium, Reimm. Ven. 1472. utriusque 1478. & Cellar. DEFERVEFACTUS *in pulmone*, TEMPERATUS *in corde.*

Lin. 17. *Hujusmodi rerum.* [Abest à Lipf. 2. Goth. Reimm. Cauc. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Gryph. Torn. RERUM : sed addunt Bon. Taxaq. utraque 1478. Erasm. in Prob. Gymn. Thomas. &c.

Pag. 119. lin. 1. *Ità illud scio.*] *Scribendum*, inquit Heumannus, *necessariò :* ITA NEC ILLUD SCIO. Sed omnes libri, *ità illud scio*, & rectè. Sensus est : *Hoc nescio, ex quâ materia sit, illud verò scio, non esse cœlum aneum, aut vitreum.*

Lin. 5. *Necessitas divina.*] Not. lib. VII. cap. 5.

Lin. 6. *Crebris pulsibus gestiat emicare.*] Id est, exsilire, prosilire ex utero. Anna Fabri ad Flor. lib. 1. cap. 18. *Hostem rati*, EMICANT, propriè, inquit, de piscibus, qui corpora saltu in aëra subjiciunt, undè ad alia transfertur. Sic eleganter dicitur, *cor micare, emicare*, id est, salire, ut Heinsius ad Ovidium & Helmenhorst.

Lin. 14. *Quàm videri.*] Rectissimè Heumanuus supplet, *quam* non potest *videri :* undè confirmantur dicta ad lib. VII. Institut. cap. 9. *Sic vita sine luce.*

CAPUT XVIII.

Pag. 120. lin. 4. *Quid faciat.*] Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gryph. Thomas. Isæus, Gallæus, Spark. *quid* FIAT, Heumanno adprobante. At Emm. Cant. Goth. Lipf. Reimm. *quid faciat.*

Lin. 10. *Donec membra ... vegetentur.*] Id est, de Irâ cap. 17. DUM *membra saturentur ac vigorem capiant.*

Lin. 12. *Vibrat.*] Id est, hùc illùc movetur. Sic de linguâ cap. 10. *Vibrata certis motibus lingua.*

Pag. 121. lin. 4. *Qui duas portas.*] Goth. Lipf. 2. *qui duas partes :* at vera lectio, *portas.* Virgil. 6. Æn. 894. seqq. *Sunt gemina somni portæ.*

CAPUT XIX.

Pag. 121. lin. 3. *Nihil ex his tribus verum est.*] Vides, in toto hoc capite negari animæ per traducem propagationem : undè falsum est, quod Ruffinus apud Hieron. lib. 2. adv. Ruffinum, fol. 214. scripsit : *Legi quosdam dicentes, quòd pariter cum corpore per humani corporis traducem etiam animæ diffundantur, & hæc, quibus poterant, adsertionibus confirmabant, quod puto inter Latinos Tertullianum* sensisse, *vel* Lactantium fortasse, *& nonnullos alios.* Rectiùs Hieronymus f. 215. refutat Ruffinum : *Quantùm memoriæ suggerit, nisi tamen fallor, nescio, me legisse*, Lactantium συγγενομένῳ (al. *ex traduce factam*) *animam dicere.* Cæterùm *qui legisse te scribis, dic, in quo libro legeris, ne, ut me dormientem, sic illum mortuum calumniatus esse videaris.* Lactantii opinionem cognoscas ex cap. 17. lib. VII. Institut. cap. 5. & lib. II. Institut. c. 10.

Lin. 7 *Decedere.*] Reimm. *decidere.* Vide lib. I. cap. 3. *Cui nihil decedere ... possit.*

Pag. 122. lin. 9. *Informatio.*] Id est, formatio, fictio.

Pag. 123. lin. 5. *Nam ipse homo.*] Rem conficiunt loca gemina. Lib. II. cap. 3. *Cùm ipsi ne* hominem *quidem videant, quem videre se credunt.* Hoc enim, *quod oculis subjectum est, non* homo, *sed* hominis receptaculum *est ;* & paulò post : *Qui colunt simulacra, corpora sunt* hominibus *carentia ;* lib. V. Institut. cap. 21. *Animus, in quo solo est homo ;* de Opif. cap. 1. (Corpus) *vas est quodammodò fictile, quo animus, id est*, homo ipse verus *continetur.* Nec aliter Macrobius lib. 2. Somn. Scip. cap. 12. *Anima*, qui verus homo est, *ab omni conditione mortalitatis aliena est.*

Digitized by Google

Pag. 124. lin. 1. *Merebitur.*] Id est, adipiscetur.

CAPUT XX.

www.libtool.com.cn

Pag. 124. lin. 4. *Et planiùs, & veriùs.*] Heumann. ejecto priori ET, scribit ità: *Pleniùs & uberiùs.* Receptam reperio in omnibus MSS. & editis; de hoc & similibus locis disputavi ad lib. IV. Institut. cap. 30. Cicero lib. III. ad Famil. epist. 11. junxit *planiùs & uberiùs.*

Lin. 7. *Ad perturbandam veritatem.*] Goth. Lipsi. 2. *ad turbandam*; satis benè, ut lib. III. Institut. cap. 1. *Philosophis . . . turbantibus eam* (veritatem) *potiùs, quàm illustrantibus.*

Lin. 15. *Ineloquentibus.*] Alibi vocabulum *ineloquens* non inveni. Quæ Krebsius p. 27. de Stylo Lact. vitiosè citavit, Walch. æquè pravè in Diatrib. p. 61. reddidit.

Pag. 125. lin. 4. *Quam ipse non novit.*] Bonon. Tax. *Quod ipse non noverit.*

IN LIBRUM DE IRA DEI.

CAPUT. I.

Pag. 128. lin. 17. *Inscientiam.*] Reimm. *Justitiam*, pravè. Pierr. Parrh. *insaniam.* Rost. Ven. 1471. utraque 78. Paris. Ald. & hoc recentiores omnes, *inscitiam.* Lond. Reg. Goth. Ven. 1493. *inscientiam.* Recepi vocem Ciceroni & nostro gratam. Vide lib. V. Confer Gronov. ad Liv. 22. cap. 25.

Pag. 129. lin. 2. *Ex parte aliquâ veritatem.*] Lond. Reg. *ex parte aliquam veritatem.* Non malè. Reliqui, *ex parte aliquâ*, ut lib. III. c. 3. Potest fieri, ut omnes EX PARTE ALIQUA erraverint, *ex parte attigerint veritatem.* Idem ex Cicerone lib. 3. *aliquâ ex parte.*

Lin. 4. *Id ipsum pro summâ doctrinâ profiteretur.*] Ut lib. VI. *Idque ipsum pro summâ scientiâ præferunt.*

CAPUT II.

Pag. 129. lin. 3. *Stabilem gressum tenere.*] Lucanus lib. 1.

Inconcussa tenens dubio vestigia cursu.

Seneca in Thiest. 5.

STABILEM *in plano figere* GRESSUM.

Conf. Not. infrà.

Lin. 5. *Cultus deorum humanâ manu fabricatorum.*] Voces *humanâ manu*, quæ sunt in omnibus, non puto sollicitandas: libenter Latini istas voces conjungunt. Noto ad Lact. lib. V. cap. 22. *non sacrificare lapidibus* HUMANA MANU factis; Lib. VII. cap. 11. *manibus humanis laboratum.*

Pag. 130. lin. 3. *Pedes inconcussâ stabilitate figantur.*] Cyprian. de Unit. Eccles. s. simpl. Prælat. in princ. *hos . . . immobili & inconcussâ firmitate solidatos.* Lact. lib. VI, cap. 25. *stabilis . . . inconcussus.*

Lin. 13. *Figuram . . . habere . . . Deum.*] Statuit quidem alibi, Deum esse incorporeum, e. g. lib. VII. cap. 3. & aliàs; figuram tamen Deo tribuit. Confer cap. 11. & 18. in quo erravit cum aliis.

Lin. 18. *In quarto . . , libro.*] Cap. 10. 11. 14. 16.

Ibid. *Supradicti.*] Vide de hâc voce Not. lib. VI. cap. 5. Usus eâdem Vopiscus in Aureliano cap. 9. & 36. licèt satis commodè possint esse duæ voces.

Lin. 20. *Veritatem dum dissipant, perdiderunt.*] Idem totiès inculcavit Lactantius: maximè de sectis, ad quas respicit, dixit lib. IV. cap. 30. *Dissidium facerent, & Ecclesiam* (in quâ veritas) DISSIPARENT; lib. II. cap. 10. *Ut* veritas . . . *solet variis sermonibus* dissipata *corrumpi*; lib. VII. cap. 22. *Opinio* veritatem *per diversa ora sermonesque varios* dissipatam *mutavit.*

Pag. 131. lin. 1. *Ut non maleficam, sic beneficam esse debere.*] Lond. Reg. Goth. Lipsi. 2. Reimm. *Ut non maleficam* esse debere. Cant. id est, Subl. Rost. Ven. 1471. utraque 78. 93. 97. Parrhas. Et *non maleficam* esse debere. Paris. 1513. *Præstantem, non maleficam esse debere.*

CAPUT. III.

Pag. 131. lin. 2. *Inconveniens Deo.*] Angl. etiam Lond. Reg. Goth. Guelf. memb. disconveniens *Deo.* Novi quidem Horatii, *Disconvenit*; & Tertulliani, *Disconvenientiam*, ab aliis observatam. Ità lib. I. cap. 11. *Quantò id magis ineonveniens est Deo.* Epit Taurin. *Putant inconveniens fuisse.*

Pag. 132. lin. 1. *Nocere posse, prodesse non posse.*] Hanc lectionem veram esse, liquet ex col. præc.

Digitized by Google

Lin. 3. *Quod quia convenit.*] Id est, quia in eo conveniunt omnes; sive nostri verbis de Opif. cap. 17. Quod quia *inter Philosophos convenit.* Ita Cicero lib. 1. Invent. cap. 9. *Quid factum sit*, convenit. Lib. 1. de Naturâ deor. cap. 32. Conveniat *id quoque.*

CAPUT IV.

Pag. 132. lin. 3. *Malè facere.*] Restituo ex Bon. Tax. Lond. Reg. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Heumanno consentiente, *malè facere*; ut cap. 3. *Cur, qui* malè facit, *notior* est, *quàm ille, qui* benè; cap. 5. *nec cuiquam malè faciat*; cap. 1. *ex maleficentiâ.* Ven. 1693-97. *malum, quod*; reliqui, *malum facere, quod.* Lib. III. cap. 17. ex sententiâ Epicuri: *Sapientis est* ... malefacere ... *Deus non irascitur cuiquam.*

Ibid. *Atque nocere.*] Hæc, quippè haud necessaria, Emm. Cant. Lond. Reg. Lips. 2. 3. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Isæus delent; addunt verò Ald. Crat Gymn. Fasit. Torn. Betul. Thomas. Thys. Gall. Spark. Cell. Walch. Heumann.

Lin. 8. *Nec movetur.*] Vide infrà, *nullum motum.* Lact. lib. II. cap. 8. *Potestas faciendi aliquid non potest esse, nisi in eo, quod sentit, quod sapit, quod cogitat, quod* movetur ... *Quod insensibile est, iners & torpidum semper jacet, & nihil indè oriri potest, ubi nullus est* motus *voluntarius.*

Pag. 133. lin. 1. *Immobilis torpet.*] Vide Notas ad lib. II. cap. 8. Conf. Not. lib. VI. cap. 17. *Immobilis stupor mentis*; de Irâ, cap. 17. *Qui Deum faciunt immobilem.*

Lin. 4. *Deo substantiam.*] Heumanno legendum videtur, *Dei.* Libri, *Deo.* Ità Salvianus lib. 4. cap. 9. *Nam qui nihil adspici à Deo adstruant, propè est, ut* cui *adspectum adimunt, etiam* substantiam tollant; *& quem dicunt omninò nihil cernere, dicant etiam omninò non esse.*

Lin. 8. *Verbis illum deos relinquere, reipsà tollere.*] Cicero cap. 1. in fine: *Idque videns Epicurus, re tollit, oratione relinquit Deos*; & lib. 1. de Naturâ deor. cap. 30. *Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet,* verbis reliquisse deos, re sustulisse.

Lin. 9. *Quid eo fallacius?*] *Eo*, scilicet Epicuro, *quid fallacius? Quod* (fallacem esse!) *à sapiente ... debet esse alienum.* Mox infrà Epicurum FALLENDI studio ista dixisse negat. Hinc Cicero lib. 1. de Nat. deor. cap. 31. pr. *Sunt qui existiment, quòd ille plane insciliâ loquendi fecerit, feciſſe consultò: de homine minimè vafro* (Lact. *non versuto*) *malè existimant.*

Lin. 15. *Inductus.*] Lib. III. cap. 17. *Cùm hæc igitur cogitaret Epicurus, earum rerum vellut iniquitate* inductus ... *existimavit.* Lips. 2. & Reimm. *Inductus enim ... vero* legunt.

Ibid. *Unius sententiæ.*] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Torn. Thomas. Isæus, Thys. Gall. Spark. *unius falsæ sententiæ.* Et erat omninò *falsa*: undè eam Lactantius refutat; at antiquiores libri non agnoscunt.

Lin. 22. *Quæ in Deum cadere non potest.*] Scribit Lactantius hæc verba ex mente Epicuri, non suâ.

Lin. 26. *Sapientis hominis.*] Epicuri, per ironiam sic dicti.

Lin. 28. *Quo efficitur.*] De Opif cap. 3. *ex quo efficitur.*

Pag. 134. lin. 1. *Restitit.*] De Opif. c. 14. *Circa hoc opus homo restitit*; & cap. 7. *Quibus mens si ... resistere velit, tanquam* retinaculis *uteretur.*

CAPUT V.

Pag. 135. lin. 5. *Alternis.*] Eleganter *alternis* absolutè dicitur, pro eo, quod fit per vices. Lucretius 1. 1010.

Ut fit alternis *infinita omnia reddat.*

Plinius lib. 5. ep. 18. *Quæ interdùm* alternis, *& interdùm simul facio.*

Lin. 10. *Credibile sit.*] Hæc videntur necessaria. Ut enim modò suprà dixit: *Quòd si hominem ... non* deceat ... *quantò magis Deum* non deceat; sic in applicatione.

Lin. 15. *Communis omnium pater.*] Ut lib. V. cap. 8. *communem omnium patrem Deum.* Elegantia Terentiana. Vide Not. ad Lact. lib. III. cap. 18.

Lin. 26. *In parte.*] Lond. Reg. *in partem.* At prius est rectius. Lib. III. cap. 6. in parte *sustulerant.* Lib. VII. cap. 22. in parte *corruperint*, ... in parte *consentiunt.*

Pag. 136. lin. 8. *Naturâ ista connexa sunt.*] Lond. Reg. Reim. Goth. *Natura ista connexa est*, quasi *natura* esset nominativus: sed est ablativus. Imitatur Quintilianum, ex quo citavit lib. VI. c. 23. *Quæ inter se naturâ connexa sunt.*

Lin. 14. *Verberibus, nuditate, &c.*] Respexit ad Cyprian. ad Demetrianum: *Servum flagellis, verberibus, fame, siti, nuditate, frequenter ferro & carcere adfligis & cruciat.* Conf. Lact. lib. V. cap. 18. lib. VII. c. 27.

Lin. 17. *Sunt qui odio.*] Elegantiùs *sunt* repetitur,

Digitized by Google

repetitur, quàm Reimm. *& qui odio.*

Lin. 22. *Illi.*] Scilicet Stoïci.

Lin. 23. *Hi verò.*] Hîc malim *hi*, ſcilicet Epicurei, qui *utrumque detrahunt.*

Ibid. *Quos ratio & veritas argumenti hujus inducit.*] Id eſt, qui putant, *rationem* ſui argumenti eſſe veram.

Lin. 24. *Ob falſa omninò ſuſcepta.*] Ven. utraque 1478 - 1515. & recentiores omnes, *falsâ omninò ſententiâ ſuſceptâ.* Benè, ſi addicerent MSS. Conf. cap. 6. *ſententia.* Iterùm Lactantius de Irâ, cap. 6. *quod à Philoſophis nec ſuſceptum eſt.* Lib. II. cap. 17. *Sic enim, qui in principio* falſum ſuſceperat, conſequentium *rerum neceſſitas ad deliramenta perduxit.*

Lin. 30. *Abſurdum ... ex incerto certum ... ſubvertere, &c.*] Lib. II. cap. 9. *Sic ... illud adſumpſit ... cùm id multò eſſet incertius, quàm illud*, propter quod adſumptum eſt ... *Ex falſo maluit colligere quod falſum eſt, quàm ex vero, quod verum. Et cùm debeant* incerta de certis probari, *hic probationem ſumſit ex* incerto ad evertendum quod erat certum. Cicero 4. Fin. 24. *Vos cùm perſpicuis dubia debeatis illuſtrare, dubiis perſpicua conamini tollere.*

CAPUT VI.

Pag. 137. lin. 3. *Unum illud extremum.*] De Irâ cap. 21. *Supereſt una & extrema quæſtio.*

Lin. 6. *In eâ.*] Res eòdem redit, ſive *in eo*, ſive *in eâ* legas; elegi tamen *in eâ*, fidem antiquiſſimorum plurimorumque manuſcriptorum ſecutus.

Lin. 7. *Cardo ... verſatur.*] Vindicavi ad lib. III. cap. 7. *In quo totius ſapientiæ* cardo verſatur.

Ibid. *Verſatur, neque.*] Lond. Reg. Junt. Ald. Crat. Gymn. Faſ. Gryph. Torn. Betul. Thomaſ. Hæus, Gall. Spark. verſatur. *Nam neque bonos ullus ... nec.* Illud *nam* Cell. Walchius, Heumann. ut ſuperfluum rejiciunt, quod priores nominati, tanquàm rationem indicans, addiderunt.

CAPUT VII.

Pag. 137. lin. 2. *In errores ... inextricabiles.*] Vide quæ adnotavi ad lib. III. cap. 17. *In errores inextricabiles ſe ipſe conjecit.*

Pag. 138. lin. 7. *Corporis ſtatus & oris figura.*] Lib. I. cap. 1. *Figura & ſtatus.* Cyprian. ad Demetrianum: *Rectum te Deus fecit, , , cum ſtatu oris & corporis animum tuum ſtatue.*

Lin. 9. *Nec habet quidquam commune cum cœlo.*] Verbis lib. III. cap. 10. *Nulla ipſis ratio cum cœlo eſt.*

Lin. 11. *Confert cum Deo vultum.*] Walchii emendatio, *Confert* AD DEUM *vultum*, non admittenda in loco ſano, maximè cùm Lactantius eâdem phraſi uſus ſit lib. II cap. 2. *Corpus idcircò* rectum *accepiſtis, quo* oculos *atque mentes* cum eo, *qui fecit*, conferre *poſſetis.*

Ibid. *Rationem ratio cognoſcit.*] Senſus eſt, *rationem* DIVINAM (ſive DEUM, qui & ipſe RATIO dicitur lib. I. cap. 5.) ratio HOMINIS (ſive homo rationalis) cognoſcit.

Lin. 13. *Ut ait Cicero.*] Vide Lact. lib. III. cap. 10.

Lin. 15. *Præcipua, vel ſola diſtantia.*] Lib. II. cap. 3. lib. III. cap. 10.

Ibid. *Homini eſſe propria.*] Ità ſtatim, *Proprius* homini *ſermo*; poſteà, *Riſus ... eſt* homini *proprius*; denique, *quid tam* homini *proprium*; & loco gemino lib. III. cap. 10. *quæ putantur eſſe* homini *propria.*

Lin. 17. *Similia.*] Seneca lib. de Irâ, c. 3. *Muta animalia humanis adfectibus carent*; habent autem SIMILES ILLIS *quoſdam impulſus.* Adde reliqua, & Arnob. lib. 7. pag. 217. Voſſium lib. 3. Idol. cap. 44.

Lin. 18. *Nam & dignoſcunt invicem ſe vocibus; & cùm iraſcuntur, edunt.*] Lib. III. cap. 10. *Cùm enim* (animalia) *ſuas voces propriis inter ſe notis diſcernunt atque dignoſcunt, colloqui videntur*; lib. VI. cap. 20. *Audiunt invicem ſeque dignoſcunt, ut poſſint congregari.*

Lin. 21. *Nobis ... voces eorum ... incognitæ.*] Roſt. Ven. 1471. 72. utraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Pariſ. *incognita.* Betul. Thomaſ. Iſæus, reliqui, *incondita*; ut Senec. 1. de Irâ cap. 1. *parùm explanatæ voces.*

Pag. 139. lin. 5. *Qua latibulis ... exitus pandant.*] Lib. III. cap. 10. *Latibula ſibi parant in multos exitus diſpatentia.*

Lin. 14. *Longum eſt, ſi exſequi velim.*] Non ineleganter. Sic Cicero lib. 2. de Nat. Deor. cap. 64. *Longum eſt ... perſequi.* Lactantius iterùm de Irâ, cap. 11. Longum eſt ſingulorum *ſententias perſequi*; Epit. cap. 4. *Longum eſt recenſere*; eâdem vi de Opif. cap. 4. *Infinita materia eſt.*

Lin. 19. *Quæ nullum aliud animal attingit.*] Rectiſſimè & elegantiſſimè. Lib. III. cap. 12. *Qua* (immortalitas) *nec aliud animal, nec corpus attingit*; Epit. cap. 33. *Quia*

& penitùs attingit hoc duplex bonum? ibid. anteà: *Sed hoc bonum multa contingit.* Cicero lib. 1. de Nat. Deor. *Labor Deum non attingit;* lib. 3. de Naturâ Deor. cap. 15. *Quorum Deum nihil attingit.*

www.libpoor.com.cn

Ibid. *Homo enim solus impertit . . . conciliata sunt.*] Non quadrant, inquit Heumannus. Quarè credo, glossema hoc esse inferiùs adscriptum à quopiam ad hæc verba: *Homini cuncta subjecta sunt.* Genuinum verò esse hunc locum, liquidò constat ex Epit. cap. 55. ubi dicit, solam esse JUSTITIAM, quæ NEC SIBI TANTUM CONCILIATA SIT, nec occulta, sed foràs tota promineat, & ad BENE FACIENDUM PRONA sit, ut quamplurimis PROSIT.

Ibid. *Cætera sibi conciliata sunt.*] Lib. V. cap. 17. *In omnibus enim videmus animalibus, quia sapientiâ carent,* conciliatricem sui *esse naturam. Nocent aliis, ut sibi prosint.* Cic. 3. Fin. cap. 5. *Simul atque natum sit animal, ipsum* sibi conciliari *& commendari ad se conservandum;* lib. 1. de Nat. Deor cap. 27. *Non vides, quam blanda* conciliatrix, *& quasi sui sit lena natura.* Illud *sibi conciliatum esse* vel deciès Seneca in unâ epist. 121. inculcavit.

Pag. 140. lin. 4. *In illis . . . nullus intellectus Dei.*] Vide not. ad cap. 12. *Divinitatis intellectus . . . quo differimus à belluis.*

CAPUT VIII.

Pag. 140. lin. 1. *Epicuro illa dicenti.*] Apud Lucretium L. 1. v. 57. *Cell.*

Lin. 12. *Templa ædificare, sacrificia facere, dona conferre, rem.*] Lact. Libro VI. cap. 25. *Apud* istos, *qui nullo modo rationem divinitatis intelligunt,* donum *est, quidquid auro argentoque fabricatur; item, quidquid purpurâ & serico texitur: sacrificium est victima, & quæcunque in aræ cremantur.* Confer L. VI. cap. 1. Epit. cap. 58. integro.

Pag. 141. lin. 7. *Vel etiam cum sanguine.*] Ad rem L. III. cap. 17. *Auferamus clam, dolo, vi . . . . rapiamus, necemus.*

Lin. 9. *Quâ sublatâ, confusio ac perturbatio vitæ sequitur.*] *Sequitur,* in præsenti, rectè. Expressit illa Ciceronis L. 1. de Naturâ Deor. cap. 2. *Quibus sublatis, perturbatio vitæ sequitur & magna confusio.*

Lin. 11. *Quâ distamus à belluis, & justitiam.*] L. III. cap. 10. & 11. maximè de Irâ, cap. 11. *Diximus, religione sublatâ, nec sapientiam teneri posse, nec justitiam, dum divinitatis intellectus, quo differimus à belluis, in homine solo reperiatur;* quæ verba apertè nostrum locum respiciunt.

Lin. 24. *Conficta sunt.*] Ut Arnobius L. 7. pag. 273. in 8. *Religionibus artifex in commiscendis Numa.* Lactantius imitatur Ciceron. L. 1. de Nat. Deor. cap. 52. *Quid ii, qui dixerunt, totam de diis immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus.*

CAPUT IX.

Pag. 142. lin. 18. *Præterita teneat.*] Expressit Ciceronem citatum cap. 10. *Et præterita teneat, &c.*

Pag. 143. lin. 2. *Deflorverat.*] Vide L. III. cap. 6.

Lin. 3. *Cyrenaus Theodorus.*] Ibidem ex ex Cic. L. 1. de Naturâ Deorum, cap. 1. & 23. *Cell.*

Ibid. *Theodorus.*] Epit. cap. 68. pr.

Lin. 6. *Tot seculis, tot ingeniis.*] *Tot seculis* sumo in auferendi, at *tot ingeniis* dandi casu, pro *à tot ingeniis.* L. IV. cap. 2. *Tot ingeniis totque temporibus summo studio & labore quæsita sapientia.* Epit. cap. 40. in fin. dixit, *veritatem* tot ingeniis, *tot ætatibus requisitam.*

CAPUT X.

Pag. 143. lin. 3. *Vim gignendi & minuendi.*] Plenius Cicero L. 1. de Nat. Deorum, cap. 13. *Nec audiendus . . .* Strato, *is qui Physicus appellatur, qui omnem vim divinam in naturâ sitam esse censet, quæ causas* gignendi, augendi, minuendi *habeat:* sed *careat omni sensu & figurâ.*

Pag. 144. lin. 7. *An solus Leucippus.*] Cicero de hoc lib. 1. de Naturâ Deor. cap. 24. tradidit: *Ista flagitia Democriti, sive etiam antè Leucippi, esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, curvata quædam, & quasi adunca; ex his effectum esse cœlum atque terram, nulla cogente naturâ, sed concursu quodam fortuito.* Cell.

Lin. 18. *Et rotunda, & angulata, & hamata.*] Recepi, quia ità magis conveniunt cum sequentibus, ubi hæc quinque repetuntur: *Si lævia & rotunda, aspera, & angulata, & hamata sunt.* Iterùm Epit. cap. 36. *Si hamata & angulata, ergò secabilia sunt.* Noster habet à Cicerone lib. 1. de Nat. Deor. cap. 24. *esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim autem* angulata, *hamata.*

Digitized by Google

Lin. 5. *Congmentationem.*] Voce uſus Cicero L. 1. de Nat. Deor. cap. 8.

Ibid. *Lavitudo.*] Bonon. Tax. Pen. Goth. Roſt. *lenitudo.* At prius plurimorum aptius, ut ſuprà, *lævia.* L. III. cap. 17.

Pag. 145. lin. 4. *Ut ſi quis... velit ... non ſinat.*] Simili modo de Opif. c. 8. Si *quis* velit *tranſpicere per cicutam, non plus profectò* cernat, *quàm cicuta . . . capacitas* comprehendat.

Lin. 7. *Hamos . . . . & angulos eminere.*] Epit. cap. 36. *Hami enim & anguli exſtant, & poſſunt amputari.*

Lin. 18. *Tanta vis.*] Id eſt, *tanta copia*, qui tantus numerus. Confer L. VII. c. 4.

Pag. 146. lin. 7. *Oriri, aut generari.*] Bon. Tax. Lipſ. 1. Thomaſ. Gall. Spark. *Oriri augerique.* Præfert Heumannus: ſed quod probare vult ex verbis, *vim gignendi & augendi*, id ejus conjecturâ nititur, non tamen incommodâ.

Lin. 10. *Denique Lucretius.*] L. 1. v. 160.

Lin. 15. *Item poſteà.*] Eodem L. 1. v. 206.

Lin. 16. *Fieri de nilo.*] Lipſ. 2. Reimman. Roſt. Ven. 1471. *de nullo.* Bonon. Goth. Ven. utraque 1478. Betul. Torn. Walch. *Fieri de nihilo.* Poſterius repugnat verſui, prius *de nullo* Lucretii mori, qui libenter *nihilum* in *nilum* contrahit, exempli gratiâ,

. . . . . *Ad* nilum *quæque reverti;*

& v. 674.

Ne tibi res redeant ad nilum *funditùs omnes.*

Lin. 19. *Habuiſſe cerebrum.*] Eleganter, ut Phædrus de Larvâ L. 1. 7. 2. *O, quanta ſpecies, inquit, cerebrum non habet.* Ubi vide Burmannum in novo Commentario, pag. 19. & ſeq. Iterùm Lactantius Epit. cap. 54. *Homines inanis cerebri;* De Opif. cap. 16. *Alii ſedem ejus* (mentis) *in* cerebro *eſſe dixerunt.*

Lin. 23. *Ignis excutitur.*] Sic omnes ſcripti editique, præter Ven. primam 1478. *excutitur*, pravè. Mallem, ſi libri annuerent, *excuditur*, ut Virgil. 1. Æn. 174.

Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit *Achates.*

Ità quoque Harduinus in Plinii L. 16. cap. 40. *Ad* excudendum *ignem non ſemper lapidis occaſio eſt.*

Pag. 147. lin. 3. *Stipatur in nubem.*] Cic. L. 2. de Nat. Deor. cap. 39. *In nubes cogitur.*

Lin. 9. *Omnium partium . . . . deſcriptio.*] Cic. L. 1. de Nat. Deor. cap. 33. *Quid reliquâ deſcriptione* omnium corporis partium, *in quâ nihil inane, nihil ſine causâ, nihil ſupervacaneum* eſt?

Lin. 16. *Tractabilia.*] Bon. *Tactilia.* Pro Bon. eſt Lucretius L. 5. v. 152.

Tactile nil nobis quod ſit, contingere debet.

Lactantius de Irâ, cap. 15. *tenue & intractabile* opponit *comprehenſibili.*

Lin. 24. *Extrema corporis lineamenta.*] Lond. Reg. Reimm. & omnes libri, *extrema.* Rectè ergò ex hoc loco D. Bouhier monet adversùs Daviſium, etiam in Cicerone L. 1. de Nat. Deor. cap. 44. *lineamentis duntaxat extremis* ſervandum eſſe. Pari modo Lact. L. V. c. 11. *Lineamenta & ſummam figuram* dixit.

Lin. 30. *Paſſim.*] Id eſt, ut anteceſſit, *ſine ratione, ſine conſilio*, ſive *temerè.* Noto ad L. III. cap. 5.

Pag. 148. lin. 2. *Effectionem.*] Notata hæc vox in Walchii Diatrib ad Lact. pag. 60. eſt Ciceronis, jam aliis obſervata; occurrit quoque in Hygin. Poët. Aſtron. L. 4. cap. 3. pag. 465. *Ad circuli effectionem.* Auguſtin. de Civ. Dei lib. 12. cap. 7. *Nec illa cauſæ effectio eſt.*

Lin. 8. *Cur non cætera eodem modo intelligamus?*] Repete, atomos effeciſſe.

Lin. 9. *Quæro, cur non ... ædificaverint.*] Roſt. Ven. 1471. – 1515. & Pariſ. *Quæro ... cur non ædificaverunt*, haud malè, judice Heumanno, qui nec prius Lactantio indignum ex ſupradictis cenſet. Mihi prius ſolum Lactantio dignum videtur, qui, ubi non corruptus, ſemper poſt *quæro cur*, conjunctivum ponit. Sic lib. II. cap. 4. reſtitui: *Quæro cur illi . . . ſacrilegia non vindicaverint;* Lib. III. cap. 19. *Quæro ... cur ...* putaverit; de Irâ, cap. 13. *Solent quærere, cur . . . reperiantur.* Cicero lib. 1. de Nat. Deor. cap. 9. *Sciſcitor, cur mundi ædificatores repentè exſtiterint . . . quæro*, cur Pronœa *veſtra* ceſſaverit; de Fato, cap. 8. Quæro . . . *cur non poſſint.*

Lin. 11. *Per medium inane.*] Lib. VII. cap. 5. *Conſiſtere in medio inani non poterat.*

Lib. 16. *Subtiliùs exiguis.*] Betul. Torn. 1587. – 1613. Genev. 1630. Walchius, *Subtilibus & exiguis.* Londin. Reg. & Goth. SUBTILIUS *exiguis.* Frequenter ità Arnobius, frequentiùs Minucius, ac vix ſemel atque iterùm ità Lactantius. Ità Goth. *minora, humilia*, ubi plures, *minora & humilia*: undè ſecutus ſum Lond. & Goth. membranas: *Subtiliùs exiguis*, pro *ſubtiliſſimis*, minutiſſimis.

Lin. 19. *Epicurum . . . de Leucippi fonte.*] Cap. 10. Lib. III. cap. 17. *Cur illa* (corpuſcula) nemo, præter unum *Leucippum, ſomnia-*

vit, à quo Democritus eruditus hæreditatem stultitiæ reliquit Epicuro.

Lin. 20. *Sicut alii.*] In his Stratonem intellexit. Vide suprà, naturam *nec sensum habere ullum, nec figuram.*

Lin. 25. *Nisi fortè quis arbitretur.*] Solus Bonon. *arbitratur.* Vide lib. I. Institut. c. 13. *Nisi fortè aliquis existimet.*

Ibid. *Tam subtilem.*] Addunt vulgò, *tamque mirabilem*, cujus nulla vestigia in nostris manuscriptis sunt, neque in Rom. *Cell.*

Lin. 29. *Inquit Chrysippus.*] Lib. I. Institut. c. 5. & c. 6.

Pag. 149. lin. 7. *Cur . . . cœlum potuerit, urbem . . . non potuerit?*] Hæc similia illis Ciceronis lib. 2. de Nat. Deor. c. 37. *Quòd si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? quæ sunt minùs operosa, & multò quidem faciliora.*

Lin. 9. *Atqui debuerant.*] Editi, *atqui potuerant.* Lond. Reg. Goth. Lipsi. 2. 3. Reimm. *atqui non debuerant.* Tum *non*, pro *nonne* sumendum. Sed Bon. Tax. Pen. Emman. *Atqui debuerant.*

Lin. 10. *Nullam positionem.*] De Opific. c. 6. *Si primordia nullum genus positionis inexpertum relinquunt.*

Lin. 18. *Ad usus . . . necessaria.*] Ità jungit constanter. Lib. I. *Derelictis ad tutelam vitæ necessariis;* Epit. c. 56. princ. *Necessarium ad salutem.* Seneca ep. 8. *Multis ad quotidianum usum necessariis opus est.*

Lin. 23. *Animus . . . rector corporis.*] Lib. II. c. 12. lib. VI. c. 1. de Opif. c. 1. Sallust. Jug. 1. 3.

Dux & imperator vitæ mortalium animus est.

Pag. 150. lin. 2. *M. Cicero in Tusculanis & in Consolatione.*] In Tusculanis Quæstionibus, lib. 1. c. 27. ex libro suo de Consolatione, quæ sequuntur verba, produxit. Ait enim: *Hanc nos sententiam secuti, his ipsis verbis in Consolatione hæc expressimus: Animorum nulla in terris, &c.* Cell.

Lin. 6. *His enim in naturis.*] Eleganter Lond. Reg. Goth. Lipsi. 2. cum Cicerone, *in naturis.*

Lin. 8. *Nec enim invenietur unquàm.*] Habebant, *inveniuntur unquàm*, plures libri; solus Betul. *nec enim inveniuntur* usquàm. Scripsi cum Cicerone, Isæo, Spark. Heum. *Nec enim invenietur*, scilicet origo; dixit enim suprà, *Animorum nulla in terris origo inveniri potest.*

Lin. 11. *Diagoræ Theodorique.*] Diagoræ Melii & Theodori Cyrenaïci, qui nullos omninò deos esse putaverunt. *Cic. de Nat. Deor. lib. 1. cap. 1. & Lactant. lib. I. cap. 2.* Cell.

Lin. 20. *In sapientem non cadit mendacium.*] Isæus perperàm, *in sapiente;* rectiùs Londin. Reg. Goth. Lipsi. 1. 2. Betul. Torn. Gallæus & seq. *In sapientem non cadit mendacium.* Lib. I. c. 4. *In quos cadere suspicio . . . fraudis non potest;* de Irâ, cap. 15. *In quem* (Deum) *nec egestas, nec injuria, nec dolor, nec mors cadit.* Seneca epist. 85. *Non cadit in sapientem hæc diversitas mentis.*

Pag. 151. lin. 4. *Natura est: sapiens verò sentiensque.*] Hæc verba absunt à Lond. Reg. Lipsi. 2. & Reimmann. MSS. item Rost. Ven. 1471. utrâque 78. 93. 1497. ut ità cohæreant: *Ratio autem sentientis sapientisque naturæ nihil aliud potest esse.* Parrh. & Paris. *Ratio sentientis sapientisque* naturæ *nihil aliud potest esse.* At Goth. Lipsi. 3. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, reliqui, ut est editum; nisi quòd Torn. Betul. Walch. vocem *aliud* non habent.

CAPUT XI.

Pag. 151. lin. 1. *Constat.*] Londin. Reg. Goth. Lipsi. Reimm. & editi omnes, *Constitit.* Emm. *Constat*, quod præfero: ità quoque Heumannus rescribit. Ità fert mos Lactantii. Confer c. 10. *Cùm constet;* & c. 13. lib. III. c. 11.

Lin. 12. *Nec in armento, aut grege.*] Reimmann. *armento & grege.* Heumannus rescribit, *nec in armentorum greges*, quia etiam in L. de Mort. Persi. c. 37. *armentorum greges.* In Epitome, c. 2. *Si plures in armento duces.* Minucius tamen distinxit ut in nostro loco, c. 18. *Rex unus apibus*, dux *unus* gregibus, *in* armentis rector *unus.*

Lin. 13. *Nec in uno examine.*] Verissima hæc lectio utriusque Bonon. Confirmo ex antiquissimo Taurinensi in Epit. c. 2. *Si multi sint in* examine *apum reges.*

Pag. 152. lin. 5. *Mundi habitatorem.*] Lipsi. 2. & 3. *gubernatorem*, aptiùs, ut videtur, quia c. 10. *conditor* rectorque mundi *Deus.* Sed plurimorum *habitatorem* defenditur per sequentia verba, INCOLI. Ità L. IV. Institut. c. 29. *Hic mundus una Dei domus est, & filius ac pater, qui unanimes* incolunt mundum, *Deus unus.* Fortè legendum, *habitatorem & gubernatorem.*

Lin. 10. *Persuasione.*] Ingeniosè Heumannus, *persuasiove*, id est, *sive persuasio*, legendum putat. In Reimm. ductus litterarum ta-

Digitized by Google

las sunt, ut *persuasove* legi possit. Sanè ablativus hîc malè quadrat, licèt sit in omnibus editis

Lin. 14. *Vitam excoluerant.* Vide Lactantium L. I. c. 9. ex Virgilio.

Ibid. *Immortalitatis memoriam.*] Sic Cicero pro Milone, c. 29. *Ad immortalitatis . . . memoriam consecrantur.*

Lin. 16. *Theologos nuncupant.*] Vide L. I. c. 11. Arnob. L. 4. p. 135. seq. 138. Augustin. L. 18. de Civ. Dei, c. 14. Clement. Alex. L. 5. Strom. f. m. 571.

Lin. 17. *Quorum præcipuè.*] Heumannus, *lege*, inquit, *sine dubitatione;* præcipui scilicet sunt. Omnes libri, *præcipuè*. Iterùm de Opif. c. 8. *Quorum præcipuè inexplicabilis est hæc mira subtilitas.*

Lin. 19. *Obitus, sepulcra.*] Confirmo ex L. V. Institut. c. 19. *Cùm deorum progeniem & res gestas, & interitus, & sepulcra de libris noverint;* & in Epit. c. 13. *Euhemerus . . . de sacris inscriptionibus veterum templorum & originem Jovis, & res gestas, omnemque progeniem collegit; item cæterorum parentes, patrias, actus, imperia*, obitus, sepulcra *etiam persecutus est*, &c. Et Cicero L. 1. de Naturâ Deor. c. 42. *Ab Euhemero & mortes, & sepulturæ demonstrantur.*

Lin. 22. *Adeò.*] Reimm. *Ideò.* Non malè.

Pag. 153. lin. 13. *Diffusa & intenta.*] Lact. de Opif. c. 16. *Divina mens Dei per universas mundi partes* intenta *discurrit . . . ubique* diffusa. Minuc. Fel. c. 19. *Pythagoræ Deus est animus per universam rerum naturam commeans & intentus, ex quo etiam animalium omnium vita capiatur.* Confer Lact. L. 1. c. 5. *Quamvis ipse per totum se corpus* intenderat.

Lin. 14. *Antistenes autem in Physico.*] Respice ad L. I. Institution. c. 6. Ciceronis verba sunt de Nat. Deor. L. I. c. 13. *Antisthenes in eo libro, qui Physicus inscribitur, populares deos multos, naturalem unum esse dicens, tollit vim & naturam deorum.* Cell.

Lin. 17. *Abusi.*] Id est, usi. Not. ad L. I. c. 6. & Epit. c. 61.

CAPUT XII.

Pag. 154. lin. 3. *Sapientiam; quia* (dum) *divinitatis intellectus, differimus à belluis, in homine solo reperiatur; justitiam, quia nisi cupiditates.*] Corruptissimus hic locus in omnibus libris. Ità lego: *Diximus, religione sublatâ, nec sapientiam teneri posse, nec justitiam;* sapientiam (scilicet diximus teneri non posse) quia (alii, dum, cùm) *divinitatis intellectus, quo differimus à belluis, in homine solo* reperiatur; justitiam (diximus teneri non posse) quia (al. quâ) *nisi cupiditates . . . Deus coercuerit, sceleratè . . . vivemus.* Ità puto omnia plana. *Divinitatis intellectus*, æquè ut c. 7. valet idem, quod *notitia*, sive *cognitio Dei;* c. 7. *quâ Deus intelligitur.*

Lin. 6. *Actus.*] Actiones alii dicerent. Noster sæpè *actus.* Lib. III. c. 19. lib. IV. c. 3. lib. V. c. 9. lib. VI. c. 9. c. 12. c. 24. de Irâ, c. 17.

Lin. 7. *Ad utilitatem . . . ad veritatem.*] Respicit verba c. 8. *Non veritatis gratiâ, sed utilitate*, quæ refutavit.

Lin. 8. *Detractâ.*] Bon. Tax. *detractis.* Putarunt librarii, pluralem requiri, quia *religione justitiâque* præcessit: sed sæpè ità optimi quique singularem addunt, quem Lond. Reg. Goth. Lips. Reimm. & reliqui habent.

Lin. 11. *Demto metu de superiore.*] Plerique scripti: editi verò omnes, *metu superiori.* Ità Cyprianus epist. ad Donatum, ed. Oxon. f. 7. *Nullus* de legibus metus *est;* de *Quæstore*, de *Judice pavor nullus.* Silius Ital. 17. 394.

. . . *Savus magno* de *nomine* terror.

Lin. 12. *Timor Dei solus est, qui custodit.*] Vide Berneggerum ad Justin. L. 11. c. 7.

Lin. 13. *Per quem.*] Lond. Reg. Lips. 2. & Reimman. *per quam*, scilicet societatem. Goth. Lips. 3. & editi, *per quem*, scilicet *timorem Dei.*

CAPUT XIII.

Pag. 155. lin. 2. *Nostri causâ.*] Honor est habendus antiquitati codicis Bonon. ex quo Isæus recepit, *nostri causâ*, & Heumannus comprobavit.

Lin. 7. *Fructuum varietatem.*] Bon. Ultr. Isæus, adprobante quoque Heumanno, *fructuum varietatem.* Optimè, ne *ubertas* uno numero bis occurrat. Imitatur ità Ciceronem pro Leg. Manilià, c. 6. *Asia tam . . . fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum facilè omnibus terris antecellat.*

Lin. 9. *Lignorum, planis ad segetem.*] Licèt hæc verba, *planis ad segetem*, absint à scriptis Angl. &c. tamen genuina puto, non modò quia Thomasius & Isæus non memorarunt ea in suis antiquissimis MSS. desiderari, sed etiam quia sunt ultra captum glossatoris, & enumerationi partium aliquid deesset aliàs; nam verba, *terra ad percipiendam fructuum varietatem*, pertinent tantùm ad *fructus:* PLANA verò eleganter dicuntur de CAMPIS, ut dixi

VII. Institut. c. 3. *Plana camporum.* Cicero de Naturâ deor. lib. 2. c. 60. Terrenorum *commodorum omnis est in homine dominatus.* Nos campis, *nos montibus fruimur; nostri sunt amnes, nostri lacus; nos* fruges *serimus, nos arbores, &c.*

www.libtool.com.cn

Lin. 10. *Copias.*] Infrà, *rerum & copiarum abundantia.* Conf. c. 23. Cicero lib. 2. de Naturâ deor. c. 60. *Magnos verò usus adfert ad navigia facienda, quorum cursibus suppeditantur omnes undique ad vitam* copiæ. Plinius L. 6. ep. 28. *Tantùm ... copiarum, tam urbanarum, quàm rusticarum.*

Pag. 156. lin. 5. *Pruinis.*] Columella 1. 5. 8. *nocturnas pruinas*, & sæpè alibi dixit.

Lin. 7. *Mitescant.*] Eleganter, ut sæpè Columella lib. 3. c. 1. *quarum ... uva ... ut alia caloribus mitescunt.* Lib. 3. 2. 15. *citiùs mitescunt.* Lib. 4. c. 20. 4. *priusquàm mitescant uvæ.*

Lin. 8. *Cæcas tenebris horrentibus noctes.*] *Tenebræ* eleganter dicuntur *horrentes.* Plura observavi ad Lact. lib. II. Institut. c. 5. *Ne nimium* cæca nox *terris atque* horrentibus tenebris *ingravesceret.*

Lin. 12. *Nocte leves melius stipula.*] Virgilii est Georg. 1. v. 289. *Cell.*

Lin. 14. *Certis stationibus.*] Nihil mutandum. Certæ *stationes* sunt siderum. Vide Senec. Quæst. Nat. lib. 7. c. 25. & Plinii lib. 2. Hist. Nat. c. 15. sect. 12. extr.

Lin. 16. *Ea ritè ... observans.*] Curtius 7. 4. *Navigantium modo noctu sidera observant, ad quorum cursum iter dirigunt.* Lact. lib. VI. c. 8. *Naves, nisi aliquod cœleste lumen observent, incertis cursibus vagantur.*

Lin. 17. *Ventorum spiritu attrahuntur nubes.*] L. VII. Institut. c. 6. *Cur ventorum spiritus citent nubes.*

Lin. 16. *Vites fœtibus.*] Emmann. *Vites uvis*, sapit glossam. *Fructus* etiam *fœtus* dicuntur. Cyprianus contra Demetrianum, ed. Gryph. p. 262. *Arboreis* fœtibus *autumna fœcunda*, imitatur Virgilii lib. 1. Georg. 55. *Arborei fœtus.*

Lin. 19. *Arbusta pomis exuberent.*] Cyprian. Bon. Patient. ed. Oxon. f. 211. *Exuberare pomis arbusta.*

Ibid. *Per orbem vicibus.*] Ut lib. II. c. 9. *Quæ* orbes *temporum perpetuos ac volubiles, quos vocamus annos*, alternâ per vices *successione conficiant.* Tacitus lib. 3. Ann. c. 55. *Nisi fortè rebus cunctis inest quidam velut* orbis, *ut quemadmodùm temporum* vices, *ità morum vertantur.*

Lin. 24. *Partim ad vestitum.*] Ad integrum locum pertinet Cicero lib. 1. Tusc. c. 28. *Tum multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda.*

Ibid. *Ad operis auxilia.*] κατ' ἐξοχὴν h. l. significat *opus rusticum, agriculturam*, quod docet maximè Lact. lib. II. cap. 10. *Ut animalia usui hominibus esse possent, alia ... ad cibos, alia verò* ad vestitum: *quæ autem magnarum sunt virium, ut in* excolendâ terrâ *juvarent.*

Lin. 26. *Vitam instruere atque ornare.*] Hîc refer Senecam ad Marciam, c. 18. *Disces, docebisque artes, alias, quæ* vitam instruant, *alias, quæ* ornent, *alias, quæ* regant.

Lin. 28. *Cur si Deus ... pestiferæ.*] Respicit locum citatum lib. VII. Institut. c. 4.

Pag. 157. lin. 3. *In gignentibus, & in numero animalium.*] Omnes libri exhibent, *in gignentibus.* GIGNENTIA sunt *genita*, quæ sunt *arbores, frutices. &c.* Lact. lib. I. c. 12. *In quo* (Sole) *est natura & causa* gignentium. Eodem sensu dixit de Irâ, c. 10. *Arbores, & quæ gignuntur è terrâ.*

Lin. 4. *Quorum adhùc latent.*] Testatur Isæus in variis, haberi voculam *adhùc* in Bonon. undè illa à Thomasio, Isæo, Thys. Gall. Sparkio admissa, à Cellario & reliquis non debebat ità fastidiri.

Lin. 9. *Nempè adversùs mala, cùm id illi querantur ... malum.*] Hæc verba omnia Heumannus ejicit. Cellarius & Walch. *Nempè adversùs mala, cùmque illi querentur.* Sensus videtur esse: Si vel maximè aliqua medicina in iis (perniciosis) est, & aliquandò invenietur, nempè adversùs mala erit, & ità medicina EX MALIS adversùs mala; cùm Academici velint, NULLUM omninò malum esse debere, ne medicinâ ex malis contra mala opus sit. Confer infrà, *Si malum nullum sit.*

Lin. 10. *In cineremque dilapsam.*] Lips. 3. *in cinere*, malè. Lib. II. c. 4. *Dilabuntur in cinerem.*

Lin. 20. *Invicem sibi alterutrum connexa sunt.*] Goth. & Betul. *alterutra*, numero multitudinis, elegantiùs sanè. Ità ante nostrum Tertullianus de Resurr. Carn. cap. 44. *Membra* alterutrum *sumus.* Cyprianus lib. 3. Testim. n. 9. ed. Oxon. f. 64. Alterutrum *onera sustinete*, & alibi. Ipse Lactantius in Epit. c. 29. *Vides ... bonum & malum ità sibi esse connexa, ut alterum sine altero constare non possit.*

Pag. 158. lin. 6. *Tollitur omnis materia sa-*

Digitized by Google

pientia.] Et fuit sapientia antequàm mala essent, & erit perpetua, sublatis malis omnibus. Cautè ergò, quæ hoc loco dicuntur, accipienda sunt, cùm pœnæ mala non ante culpam hominis fuerint, neque ad exercitium sapientiæ instituta. *Cell.*

Lin. 9. *Natura . . . accommodatum.*] Imitatur Ciceronem lib. 5. Fin. c. 9. *Cæptat & ea, quæ* naturæ apta *sentit, adpetere, & propulsare contraria. Ergò omni animali illud, quod adpetit, positum est in eo, quod* naturæ *est* accommodatum.

Ibid. *Cœnam . . . adponere.*] Plin. lib. 3. ep. 1. *Adponitur cœna non minùs nitida, quàm frugi.*

Lin. 12. *Utile ac salubre.*] Singulariter idque eleganter Bonon. vitale *ac salubre*; ut vitalis sit *ad vitam utilis.* Videntur nonnunquàm hæ voces confusæ. Fortè aliquis suspicetur, lib. VI. c. 13. pro vitalis *viri*, legendum, utilis viri.

Lin. 20. *Quam Stoici nullo modo videre potuerunt.*] Stoici illam rationem de Sapientiâ nullibi posuerunt, & ipse Lactantius infrà affirmat, neque Epicurum, NEC ALIUM QUEMQUAM hoc vidisse; ergò nec Stoici illam rationem posuerunt.

Pag. 159. lin. 8. *Quia & sapientiam.*] Cellarius & fide Emman. & Goth. ejecit, quod ex Lipsi. Reimman. & omnibus ab 1493. - 1685. Walchio & Heumanno revocavi.

CAPUT XIV.

Pag. 159. lin. 6. *Solus præter cæteras animantes.*] Id est, exclusis cæteris, c. 7. Alibi valet *præ cæteris.* Vide c. 22. & not. ad lib. I. Institut. c. 7.

Lin. 7. *Recto corpore & statu.*] Optimè. Lib. III. c. 27. *Ut recto corpore spectet in cœlum.* Confer de Irâ, c. 7 & 20. & quæ adnotavi ad lib. I. Institut. c. 7.

Pag. 160. lin. 4. *Illi tantùm honoris attribuit.*] Nihil muto. Lib. VII. c. 4. *Tantùm illi honoris habuit, ut eum præficeret universis;* Epit. c. 69. Cùm *tantùm illi honoris, tantùm dederit potestatis.* Alii, *Tantùm illi potestatis tribuerit.*

Ibid. *Ut rerum omnium dominaretur.*] Heumanno *in patriâ suâ hoc dicendi genus didicisse videtur Lactantius.* Elegantissimus Minucius quoque c. 12. *Vestrique dominantur.* Eadem constructio in vetustissimo Interprete Irenæi frequentissima, lib. 4. c. 1. *Dominatur omnium Deus.* Confer lib. IV. c. 2. c. 24. c. 34. c. 45. & not. ad Lact. lib. IV. Institut. c. 13. *Dominabitur gentium.*

Lin. 5. *Eum, qui tanta præstiterit, amare, & hominem.*] Valdè antiquus codex Cauci, Fasit. Gryph. Torn. Betul. Walchius, Heumann. *Justissimum est* & Deum colere, videlicet eum, *qui tanta præstiterit*, & amare hominem. Hanc lectionem puto verissimam, verbumque COLERE est necessarium; nam hoc ipso numero dixit: Deus hominem suum voluit esse CULTOREM; & infrà, *Deum . . .* honorare . . . *hominem* diligere. Conf. c. 6.

Lin. 8. *M. Tullius in libris de Legibus.*] Lib. I. c. 10.

Lin. 16. *Irrumpit institutum.*] Parrh. Ald. & seqq. omnes, *rumpit institutum.*

CAPUT XV.

Pag. 160. lin. 2. *Quæ pravitas . . . regulam . . . detorserit.*] Veræ lectioni *detorserit* in Reimmann. inscriptum, *detruserit*, malè; prius elegans & rectum. L. VI. c. 21. *Hic sensus non est ad vitium detorquendus.*

Pag. 162. lin. 3. *Successione.*] Reimmann. *successore.* Servo prius. Sic lib. I. Institut. c. 8. Conf. lib. I. c. 16.

CAPUT XVI.

Pag. 162. lin. 2. *Mitigant, obsecrant.*] Lib. IV. c. 10. *Offensus ab his Deus eos . . subjugabat, donec rursùs pœnitentiâ populi* mitigatus *liberaret*; lib. V. c. 13. Si . . . *cùm deos sibi arbitrantur iratos, tamen donis, & sacrificiis, & odoribus placari eos credunt . . . cur Deum nostrum tam* immitem, *tam implacabilem putent?*

Lin. 3. *Ab iis injurias propulsare.*] Cicero lib. 1. de Offic. c. 7. *Qui ab iis, quibus infertur, si possint, non propulsant injuriam.*

Ibid. *Habet igitur Deus causam misericordiæ.*] Fide Bononiensis, ex quo habent Thomas. Isæus, Thys. Gall. Sparkius, additur DEUS; à reliquis abest.

Lin. 5. *Laborantibus.*] Pressis, adflictis. Conf. lib. VI. Inst. c. 12. not.

Lin. 15. *Rapiant, pejerent.*] Verbo frequentiori usus. Sed tamen & Horatius lib. 2. Sat. 3. v. 127.

Si quidvis satis est, perjuras, surripis, aufers. Cell.

Ibid. *Perjurent.*] Hæc est antiqua scriptura, quam ex Plauto & Cic. lib. 3 de Officiis c. 29. commendat Cortius ad Sallust. Jugurth. c. 11. 4. p. 453. Confer Lambinum ad Horat. 2. Sat. 3. v. 127. Reliquorum *pejerent* usitatius.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Lin. 8. *Non moveri, & insurgere.*] Id est, *non moveri & non insurgere* : *non* in ex priori altero subaudiendum.

Pag. 163. lin. 6. *Eos autem, qui sunt virtutis, id est, iræ . . . caritas . . . miseratio.*] Ità omnes scripti editique. Mihi ne tot voces corrigantur, duabus litteris mutatis, legendum videtur : *Eos autem, qui sunt virtutis,* ut *est iræ . . . caritas . . . miseratio. Ut* & *id* ductibus parùm differunt, & sæpè confunduntur ; præterea in priori membro dixerat : *Ut libido . . . invidia.*

Lin. 8. *Digna.*] Heumannus, *lege*, inquit, DIGNI, subauditur enim *adfectus.* Nihil corrigo ; neutrum *digna* respicit voces *iræ . . . caritas . . . miseratio.* Frequentissimè ità neutrum sequitur. Lib. III. Institut. c. 11. *Num voluptatem ? . . . divitias ? . . . potestates ? At* ea fragilia . , . caduca. , . *Nam gloriam ? . . . honorem ? . . . memoriam nominis ? At hæc omnia . . . posita.* Lib. VI. c. 3. *Desidia, inertia, luxuria se tradere, quæ* suavia . , . *videntur.*

Lin. 9. *Quæ profectò.*] Et hìc Heumannus corrigit, *Quos profectò*, scilicet adfectus. Sed qui priora salva cognoscet, nec hæc corriget.

Lin. 12. *Depopulabitur.*] Passivè. Confer Heusingerum ad Wechner. Hellenol. p. 114.

Lin. 14 *Sperant.*] Cùm verbum hoc etiam ad priora, *mali pœnam*, pertineat, & significet sæpè *timere, credere*, vide Quintil. lib. 8. Instit. c. 2. ed. Burm. p. 670. Vide & Davis. ad Epit. c. 65. p. 202. seq. *Spera & tibi accidere posse, quod alteri videas accidisse.*

Lin. 16. *Impunè vexantur.*] Scilicet ad tempus. Offendit vox *impunè* alios ; hinc in Lipsi. 2. & 3. est omissa.

CAPUT XVII.

Pag. 163. lin. 3. *Quæ tanta est negligendi causa.*] Thom. in marg. ex Bon. citat. *Quæ tanta est negligentiæ causa ;* eamque lectionem Heumannus vocat rectissimam. Lubens sequerer, nisi obstaret recentior collator Bononiensis codicis Isæus, qui legit in Bonon. & Tax. *Quæ tanta* negligente *causa est.*

Lin. 4. *Vilis.*] Lib. VII. Institution. c. 22. *Cùm . . . justi tam viles habeantur.* Tacit. lib. 1, Annal. 40. *Si vilis ipsi laus.*

Pag. 164. lin. 1. *Avocatque se falsis.*] Reim. pravè, *Advocatque se à falsis* ; idque Heumannus defendit, & exponit, *Avocat se à falsis imaginibus, id est, somniare cessat.* At Goth. Merton. C. C. C. Rost. Ven. 1471. 1493. 97. Paris. 1513. & Cellarius, *Avocatque se falsis.* Quæ lectio est unicè recta: Noster iterùm de Opif. c. 18. *Ut* mens *per diem* veris visionibus avocatur, *ne obdormiat ; ità* falsis *nocte* (scilicet avocatur) *ne excitetur ;* & ibidem antè : *Avocatur ergò* (mens) simulacris, *donec membra sopore irrigata vegetentur.* Est igitur sensus verborum, ut iterùm ibid. *Mens visionum imaginibus* occupata tenetur ; & posteà, *Mens ad contemplandas imagines* ab intentione traducitur.

Lin. 2. *Vigorem capiant de quiete. Quies igitur.*] Thomasius, CAPERE VIGOREM DE QUIETE, inquit, *latinè non dicitur. Ex his autem* denique re *facilè potuit fieri* de quiete, *cui postmodùm addita est dictio* igitur, *ut aliquis sensus eliceretur.* Sequor nihilominus lectionem Goth. Lipsi. Reimm. Ultr. Cauc. Anglic. Rost. Ven. 1471. 72. utriusque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Aldi, Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betuleii, *Vigorem capiant de quiete. Quies igitur.* (Emm. ergò.) Quis enim simpliciter dixerit, *membra saturari*, ac vigorem capere, non addito, undè saturentur ac vigorem capiant ? Verba, *Dum membra saturentur ac vigorem capiant de quiete*, idem dicunt, quod illa de Opif. c. 18. Donec *membra* sopore *irrigata vegetentur ;* & infrà, *Postquàm mens ad contemplandas imagines traducta est, tunc demùm corpus omne resolvitur* in quietem. Plinius lib. 23. H. N. c. 4. Oleo *mollitur* corpus, vigorem & *robur* accipit. *De quiete* valet, *ex quiete, ex sopore*, more Lactantio frequenti, ubi *de*, pro *ex* ponit. Ùti verò *capere* fructum, utilitatem, voluptatem ex re dicitur ; sic latinè dici *capere vigorem de*, vel *ex* re, nihil impedit.

Lin. 14. *Sceleto convictos.*] Paris. *Scelere convinctos.* Cant. editio, *Scelere convicto*, vitiosè. Suetonii est, ut Lexica indicant, in Nerone c. 31. *Scelere convictus.*

Lin. 18. *Is autem est.*] Editi omnes, *Ipse autem est.* Bonon. *Is est autem.* Reimm. *Is autem est.* Etiam Heumanno IS rectum est.

Lin. 20. *Immobilem.*] Cap. 22. *Deum fabriciunt immobilem.* Conf. not. L. VI. c. 17. *Ad immobilem stuporem mentis perducere.*

Lin. 22. *Omnia ejus invaserint.*] Ex Lipsi. 2. 3. Reimm. Rost. Ven. 1472. utràque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Isæo, Heumanno scribo, *Omnia ejus invaserint.* Cæteri *ejus* neglexerunt. Studio illud *ejus* ter repetiit.

Lin. 25. *Perfrui.*] Major vis in composito subinnuit securam impunitatem.

Ibid. *Quæ tanta.*] Cic. lib. 2. de Divin. c. 45. *Quæ tanta dementia est ?*

Lin. 26.

Digitized by Google

Lin. 26. *Si tamen patientia.*] Est elegans corrigendi formula, ut Lib. III. cap. 26 *Hinc ... disciplina manavit, si tamen disciplina dici potest, &c.*

Lin. 27. *Stupor ... insensibilis.*] Lib. VI. c. 17. *Immobilis stupor*, eodem sensu. *Insensibilis* est *sensu carens.* Lib. II. c. 2. *Adorant insensibilia, qui sentiunt.*

Pag. 165. lin. 10. *Penitùs excidere.*] Lipsius vert. *Occidere.* Torn. *Penitùs exscindere.* Sic sæpè variare dixi ad L. V. c. 3. Horatius L. 2. Sat. 3.

Denique quatenùs excidi penitùs vitium ira,
Cætera item nequeant stultis hærentia.

Lin. 12. *Sexto libro.*] Cap. 15. exeunte c. 16. & seqq.

Lin. 15. *Ira est*, inquit, *cupiditas ulciscendæ injuriæ.*] Seneca lib. 1. de Irâ c. 3. *Primùm diximus, cupiditatem esse pœnæ exigendæ.* Ad verbum *Diximus*, commentatur ità Lipsius: *Nempè in iis, quæ è Lactantio reponimus.* Et Lib. 2. de Irâ c. 3. ait: *Ira est concitatio animi ad ultionem voluntate & judicio pergentis.* Cell.

Ibid. *Aut, ut ait.*] Goth. Lipsi. Reimm. & editi. *Alii, ut ait.* Pen. *Vel ut ait.* Bonon, *Aut, ut ait.* Hunc sequor. Posset tamen vox *Alii* quoque hîc locum habere; non tantùm enim Posidonius, sed etiam Zeno dixit, teste Laertio, ὀργὴν ἐπιθυμίαν τιμωρίας

Lin. 16. *Cupiditas puniendi.*] Cicero Lib. 4. Tusc. c. 9. *Ut ira sit libido* puniendi *ejus, qui videatur lasisse injuriâ.*

Lin. 21. *Ad aliquod maximum malum prosiliat.*] Necessariò hîc substantivum addendum. Sic c. 18. *Hinc quotidiè ad immania facinora prosilitur;* & infrà: *Evadent ad majus* MALUM. Epit. c. 61. *Indè ad immania facinora prosilitur.* Ubique verò *ad* non *in*, ut in Parrh. dicitur; hinc bis L. VI. c. 5. & L. VI. c. 18. *Prosilire ad nocendum.*

Lin. 22. *Ille stabilis.*] Omnes editiones, *illasibilis.* Etiam duo Guelferb. *illesibilis*, & sequitur *læsio.* Suspecta mihi dudùm visa vox *illasibilis*, quâ aliþi semper abstinuit; undè c. 15. *Nihil est, quod ei* (Deo) *vim possit inferre*; & c. 5. *Qui ledi non potest.* Optimè hæc ratio alteri sequenti, *quia* fragilis *est*, opponitur. Ità cap. 15. *In homine ... quia* fragilis *& mortalis est ... in Deo locum non habet, quia & fragilitas & interitus ab eo alienus est ... qui* semper futurus *est*, id est, *stabilis est.* Eadem oppositio Lib. V. Instit. c. 21. *Corpus ... imbecillum*, fragile, *mortale ... animus ...* stabilis, *& constans, & perpetuus.* Iterùm de Deo L. VI. Inst. c. 25. *Ut idem* (Deus) *sit semper & stabilis, & immutabilis, & inconcussus.* Ne tamen Lexica aliquid detrimenti capiant proscriptâ hâc voce, quam Walchius maximè *raram, nec alibi eam se potuisse reperire* dicit, in Lactantii locum sufficiam Tertullianum, qui dixit adv. Valentin. c. 27. *Soter inpassibilis, inlasibilis.*

Lin. 23. *Inurit enim lasio dolorem.*] Optimè. Ità c. 18. *Ne majorem justo dolorem inureret.* Ubi plura.

Pag. 166. lin. 2. *Ut servi, liberi, ut conjuges, ut discipuli.*] Distributio & copulatio est manuscriptorum. *Cell.* Hùc pertinet Lib. VI. c. 19. *Iræ adfectus ad coercenda peccata eorum, qui sunt in nostrâ potestate, id est, ut arctiore disciplinâ minor ætas ad probitatem justitiamque formetur.* Nostis reliqua.

Lin. 5. *Surgimus ad vindictam.*] Cap. 16. *Insurgere ad ultionem*; c. 23. *Ne ... indignatio ejus insurgat.*

Lin. 8. *Sic utique in Deo.*] Sc. est necessaria. Reimmann. *Sit utique in Deo. Sicut ... sic* sæpè & eleganter se excipiunt in Cicerone & nostro.

Lin. 13. *Nam definitio Ciceronis.*] Stoïca, seu ex sententiâ Stoïcorum lib. 4. Tuscul. c. 9. producta. *Sic definiunt*, inquit, *ut ira sit libido puniendi ejus, qui videatur lasisse injuriâ.* Cell.

Ibid. *Definitio Ciceronis.*] Non ad illum, quem Cellarius indicat, locum respexit Lactantius, sed ad Lib. 4. Tusc. cap. 19. *Est enim ira ulciscendi libido.* Ubi conf. Davisium. Idem Cicero Lib. 3. Tusc. c. 5. *Sic enim definitur iracundia, ulciscendi libido.*

CAPUT XVIII.

Pag. 167. lin. 8, *Sibi ipse.*] Scripsi, pro plurimorum *sibi ipsi*, ex Goth. & Betuleio *sibi ipse.* Sæpè ità noster.

Lin. 9. *Cohibitio.*] Conf. infrà. De voce Lactantianâ hâc vid. Falster. suppl. L. L. p. 60. Inst. L. VI. c. 18. vocatur *sustentatio sui.*

Lin. 11. *Laudatur Archytas Tarentinus.*] Cicero Tusc. lib. 4. c. 36. *Ex quo illud laudatur Archytæ; qui quùm villico factus esset iratior, quo te modo, inquit, accepissem,*

nisi iratus essem! Adde Valer. Max. lib. 4. c. 1. *Cell.*

Lin. 12. *Miserum te.*] Ambrosius Lib. 1. Off. c. 21. ità: *O te infelicem! quàm te adflictarem, nisi iratus essem*! Seneca similia L. 1. de Irâ c. 15. de Socrate; & L. 3. de Irâ c. 12. de Platone.

Lin. 13. *Unicum hoc exemplum.*] Observat Heumannus, *unicum* hîc esse *planè singulare.* Aliquotiès ità ipse Lactantius; e. g. de Opif. c. 20. *M. Tullius eloquentiæ ipsius unicum exemplar.*

Lin. 21. *Residente . . . animi tumore.*] Eleganter dicta hæc omnia: *residente*, id est, composito, sedato. Cic. L. 3. Tusc. c. 12. *Quùm tumor animi resedisset.*

Lin. 23. *Differendæ.*] Ea verò mens fuit Socratis, de quo Seneca Lib. 1. de Irâ cap. 15. extr.

Lin. 24. *Dolorem inureret.*] Videtur noster respexisse ad Cic. L. 3. Tusc. c. 9. *Proprium est* irati, *cupere à quo læsus videatur, ei quàm maximum* dolorem inurere.

Ibid. *Quæ tandem æquitas.*] Inseruit *tandem* eleganter adfectui loquentis. Vide exempla L. V. c. 1. c. 3. c. 12. c. 13. c. 15. L. VI. c. 9. & sæpiùs.

Pag. 168. lin. 1. *Ob exiguum delictum.*] Epit. c. 38. *Qui . . . nullam facit differentiam delictorum, aut* levia magnis *suppliciis adficienda censet, quod est crudelis judicis, aut* gravia parvis, *quod est dissoluti, utrumque reipublicæ incommodum. Si enim* summa *scelera* leviter *puniantur, audacia malis crescet ad facinora majora; & si* levibus delictis *pœna* gravior *irrogetur, multi . . . in periculum venient.*

Lin. 6. *Adfectus.*] Quæ his sectionibus disputat, similiter exsecutus est Lib. VI cap. 19.

Lin. 10. *Ad corruptelas.*] Ut L. VI. c. 19. & Epit. c. 61. in fine.

Ibid. *Irâ & adfectu.*] Id est, iræ adfectu, ἐν ὀργῇ θυμῷ. Nisi & hîc malis legere *ira adfectu*, utì L. VI. c. 19. bis *ira adfectus* dicitur.

Lin. 12. *Aut etiam superioribus.*] Eleganter, *aut etiam*, ut c. 20. Cicero lib. 2. de Nat. deor. c. 3. *Cæteris rebus aut pares*, aut etiam *inferiores.* Vide sis adnot. ad L. I. c. 4. *aut etiam* reges. Ità L. V. c. 3. *vel pares, vel etiam majores.* Epit. c 61. *Irascuntur paribus, aut etiam potioribus.*

Ibid. *Ad immania facinora prosilitur.*] Sic Epit. c. 61. in. fin. *Indè ad immania facinora prosilitur.* Etiam Ciceronis est pro Roscio Amer. c. 24. *Facinus immane.*

Lin. 25. *Ideò procedit.*] Cell. editio sola, IDEM *procedit*, sc. homo, quam lectionem in unico Emman. reperi.

CAPUT XIX.

Pag. 169. lin. 1. *Compactus est, ut diximus, è duobus.*] Cap. 15. *Sic & nos ex duobus æquè repugnantibus compacti sumus, animâ & corpore, &c.*

Lin. 2. *Repugnant invicem.*] Lib. VI. Inst. c. 3. *Sive . . . virtutes inferas, vitia suâ sponte decedent; sive vitia eximas, virtutes ultrò subibunt. Sic bonorum ac malorum constituta natura est*, ut se invicem semper oppugnent, *semper expellant.* Lib. VII. cap. 10. *Vitia virtutem semper impugnant.* Pro mediâ lectione sine pronomine sunt libri in loco gemino. L. VII. Inst. c. 5. *Ergò quia virtutem proposuit homini Deus, licèt anima & corpus consociata sint, tamen contraria sunt, & impugnant invicem.*

Lin. 5. *Repugnaverit voluptatibus.*] Alii, *Repugnaverit cupiditatibus*; idque Heumannus præfert. *Repugnaverit voluptatibus*, ea vox mihi hîc rectior videtur, quia eo vocabulo perpetuò hic utitur. L. IV. c. 17. *Utuntur libidine ad capiendas voluptates.* Epit. c. 61. pr. *Libido . . . adpetit voluptates.* Conf. infrà. Instar commentarii esse possunt, quæ disputat de voluptatibus Lib. VI. cap. 20. c. 21. cap. 22. & 23.

Lin. 6. *Eaque compresserit.*] *Reprimere* parùm est, quùm sint comprimendæ. Distinctionem observo ex Cic. Orat. 1. in Catil. c. 12. *Hoc uno interfecto, intelligo hanc reipublicæ pestem paulisper* reprimi, *non in perpetuum* comprimi *posse.*

Ibid. *Verè Deo similis invenitur.*] Alii, *Erit verè Deo similis.* Satis benè. Thomas. Thys. Gall. Spark. *verè similis Deo invenitur.* Bonon. Tax. Isæus, *verè Deo similis invenietur.* Prætuli ob codd. antiquitatem, & quia ingratum aliquid habere videtur altera lectio, *compresserit, erit.* Aliàs res eòdem redit. De Opif. c. 19. *Hic beatus, hic . . . similis Deo sit necesse est.* Lib. II. Inst. c. 18. *Hic cœlo dignus judicabitur.* L. VI. c. 18. *Quia virtute . . . nihil homine dignius* inveniri *potest.*

Lin. 8. *Illecebra voluptatis.*] Cicero pro Milone, *illecebra peccandi.* Sat multa de singulari numero exempla ex Cicerone, Plauto, Gellio dedit Vossius L. 1. Analog. cap.

www.ibook.com.cn

Digitized by Google

43. p. 616. Addo Cyprianum L. 2. ep. 2. ad Donatum : *Audientia popularis* illecebram. De habitu Virg. *Nonne ipsa virgines illecebram præstant.*

www.libtool.com.cn

Lin. 21. *Pater ac Deus universorum.*] Ità quidem omnes scripti editique; adsentio tamen Davisio ad Epit. cap. 70 p. 229. hîc emendanti, *Pater ac Dominus.* Sæpè has voces confundi monui ad Institutionum Lib. VI. cap. 15. cap. 18. ad Lib. de Irâ cap. 23.

Pag. 170. lin. 3. *Ut Aristides & Cimon cæteriquæ philosophorum.*] Unâ litterâ mutatâ lego, *ut* Aristides & Cimon. Nam litteræ majusculæ C & T in MSS. antiquissimis Bonon. & Taurinensi ferè eamdem formam habent. De Aristide clarè Nepos in Aristide c. 2. *Memoria ejus* justitiæ *& æquitatis* & innocentiæ *multa.* Ejusdem justitiam Lactantius Lib. III. cap. 19. commendat. Add. Lib. VI. Inst. c. 6. Ut verò emendarem, CIMON, fecit planè geminus locus Lactantii Lib. VI. Inst. c. 9. Deum *qui ignorat, & ipsam justitiam ignoret necesse est. Sed putemus fieri posse, ut aliquis naturali & ingenito bono veras virtutes capiat, qualem fuisse* Cimonem Athenis *accepimus, qui & egentibus stipem dedit, & pauperes invitavit, & vestes induit : tamen quùm illud unum, quod est maximum, deest, agnitio Dei, jam bona illa omnia supervacua sunt & inania, ut frustrà in his adsequendis laboraverit. Omnis enim* justitia ejus *similis est humano corpori caput non habenti.* Vides nostrum hoc etiam loco de CIMONE & PHILOSOPHIS agere.

Lin. 5. *Fiduciâ integritatis.*] Lib. VI. c. 15. *Integritatis & innocentiæ fiduciam gerens.*

Lin. 9. *Ipse disceptator.*] Libi VI. cap. 8. *Deus, ille legis hujus inventor,* disceptator, *lator.*

CAPUT XX

Pag. 170. lin. 10. *Qui arguit felicitatem.*] Id est, demonstrat, probat. Minuc. Fel. c. 36, in fin. *Itaque ut aurum ignibus, sic nos discriminibus* arguimur. Hieronymus Epist. ad Paulam : *Humilitas vestium non tumentes animos arguebat.*

Lin. 11. *Habet . . . potestatem . . . præcipitare.*] Substantiva voluntatem aut *facultatem* notantia regunt interdùm infinitivum more Græcorum.

Pag. 171. lin. 7. *Nimiùm pauci.*] Seneca Epist. 65. *Aut nimiùm multa, aut* nimiùm pauca *comprehendit.*

Lin. 10. *Posteriùs.*] Exemplo Ciceronis pro *posteà*, aut, ut statim, *postmodùm.*

Lin. 23. *Maluerunt & pecudum more humi repere.*] Lib. II. cap. 18. *Quem suus* parens *non* humilem, *nec ad terram* more *quadrupedum abjectum, sed stantem potiùs & rectum agnoverit.*

Lin. 29. *Terrenis cultibus.*] Sc. deorum. Vid. not. ad Lib. V. c. 22.

Ibid. *Dei singularis.*] Lib. I. c. 8.

CAPUT XXI.

Pag. 172. lin. 10. *Iram fellis hominis indidisset.*] Editi omnes, *iram jecori.* Scripsi ex Emman. *Iram* felli. Suadent sequentia, *in humore fellis*; & L. VI. Inst. c. 15. *Adfectus iræ in* felle, *libidinis in jecore*; & de Opif. c. 14. *Adfectum iracundiæ . . . in felle constitutum . . . libidines rerum venerearum in jecore.*

Lin. 11. *Creditur caussa . . . contineri.*] Editi omnes, *creditur caussam.* Recepi lectionem elegantiorem ex Goth. & Reimm. *creditur caussa . . . contineri.*

Lin. 12. *In totum prohibet irasci.*] Ven. 1497. *totum irasci.* Vitiosè. De formulâ *in totum*, nostro frequenti, dico ad Epit. cap. 61.

Lin. 13. *Ira . . . mortalium debet esse mortalis.*] Cicero pro Rabirio c. 12. *Neque me verò pœnitet*, mortales inimicitias, *sempiternas amicitias habere.*

Lin. 16. *Præcepit.*] Psalm. 4. v. 5. Ephes. 4. v. 26.

CAPUT XXII.

Pag. 174. lin. 1. *Revincamus.*] Optimè. Lib. I. Inst. c. 16. *Quod genus probationis adversùs eos magis adhibere debemus, quàm ut eos deorum suorum testimoniis revincamus.* De Opif. c. 20. *Quos . . . armis . . . ex ipsorum inter se concertatione sumtis revincemus.* Et alibi sæpiùs.

Lin. 2. *Ut ostendimus.*] Cap. 12.

Ibid. *Stultitiâ pecudibus.*] Id est, ovibus, quæ præ cæteris pecudes dicuntur. Ovidius Lib. 15. Metam. 116. *Quid meruistis, oves, placidum pecus?*

Lin. 6. *Iis . . . non credunt isti.*] Lib. I. c. 5. *Sed omittamus testimonia Prophetarum*, ne minùs idonea *probatio videatur de his, qui-*

Digitized by Google

bus omninò non creditur.

Lin. 7. *Sapientiam capillis & habitu.*] Vide L. III. c. 25. & L. V. c. 2. *Cell.*

www.libtool.com.cn

Lin. 8. ... *Fuerant ... refellendi.*] Heumann. legit, *fuerunt.* Libri *fuerant.* Similis locus L. V. c. 4. ubi, *quâ materiâ* (Cyprianus) non eſt uſus, ut debuit. Non *enim ſcriptura teſtimoniis, quam ille* (Demetrianus) ... *commentitiam ... putabat, ſed argumentis & ratione fuerat refellendus.*

Lin. 14. *Apollodorus Erythræus.*] Laudatus etiam L. I. c. 6. *Cell.*

Ibid. *Varro & Feneſtella.*] Eodem Lib. I. c. 6.

Lin. 15. *Prater cateras.*] Id eſt, *pra cateris.* Vid. not. ad L. I. c. 7.

Pag. 175. lin. 1. *Conſules Curio & Octavius.*] Lipſ. tert. Reimm. Roſt. *Octavianus.* Pravè. Curio & Octavius fuere conſules anno V. C. 678.

CAPUT XXIII.

Pag. 175. lin. 1. *Ut oſtendi.*] Cap. 22. & L. I. Inſt. c. 6. & ſeqq.

Lin. 4. *Fata.*] Reliqui *fata*, undè, quod commodè Heumannus hîc obſervat, libri Sibyllini dicti *libri fatales* Livio L. 5. c. 14. & 15. & L. 42. c. 2. Addo etiam Fulv. Sabinum in Vopiſci Aureliano c. 19. *dixiſſe ex Aureliani litteris, ut inſpiciantur fatales libri.* Etiam Suetonius in Cæſare cap. 79. hæc carmina dixit *libros fatales*; in Auguſto c. 31. *libros fatidicos.*

Ibid. *In arcanis habentur.*] L. I. Inſt. cap. 6.

Lin. 6. *Denuntians.*] De rebus graviſſimis & minis. Conf. infrà Inſt. L. II. cap. 16. Lib. VII. cap. 16. & 13. Cicero Lib. 2. Att. ep. 23. extr. *terrores jacit atque denuntiat.*

Pag. 176. lin 4. *Cataclyſmum ... ut malitia.*] Vid. L. II. Inſt. c. 10.

Pag. 177. lin. 8. *Id ponunt, quod eſt inutiliſſimum, detrahentes ei, quod eſt rebus humanis maximè ſalutare, per quod conſtat ipſa majeſtas.*] Non auſus fui repudiare hanc codicum ex omnibus antiquiſſimorum, duorum ſcilicèt Bononienſium, & Taxaquetii & Peniæ, ex quibus Thomaſius, Iſæus, Thyſ. Gall. Sparkius & ed. Cantabr. in textum receperunt.

Lin. 22. *Miniſtri tanta poteſtatis.*] Ego ſervo, TANTÆ, ſc. *divinæ majeſtatis.* Nam dicit infrà; de hâc tantâ poteſtate: Qui rerum DOMINATOR habeat in omnes veram & æternam POTESTATEM. Conf. ſuprà. Dæmones hujus tantæ poteſtatis dicuntur *regni miniſtri.*

Pag. 178. lin. 5. *Vaniloquentiâ.*] In Reimm. *vana eloquentia* eſt correctum *vana loquentia.* Recepta eſt Plauti, Livii, Taciti vox.

Lin. 13. *Si Deum cogites.*] Ita quidem libri omnes: mallem cum Daviſio ad Epit. c. 70. pag. 229. *ſi dominum cogites*; mox enim *domini & parentis.* Conf. L. I. c. 7.

Lin. 17. *Notionem.*] Γνῶσιν. Vid. not. L. II. Inſt. c. 15. & L. 5. c. 14.

Lin. 18. *Cœleſtia & divina ſempiterna.*] Sic omnes libri, mallem & ejecto: *cœleſtia, divina, ſempiterna*; niſi fortè *ſempiterna* explicas, quæ ſempiterna ſunt.

Lin. 26. *Deſciſcere.*] L. I. Inſt. cap. 21. *ab humanitate deſciſcunt.* Seneca de Otio Sap. c. 29. *deſciſcere à præceptis*; L. 4. Benef. 17. *à lege deſcivit.*

Pag. 179. lin. 5. *Ineluibiles maculas.*] Ciceronis eſt L. 5. in Verr. c. 46. & pro Sextio cap. 27. *maculas eluere.*

Lin. 15. *Tam immortales.*] Reimmann. *tam immortalis*, in ſingulari, non indoctè; ut ſtatim, *mens & anima ... adſequitur.*

Lin. 16. *Deus ... in corde ... conſecratus.*] L. VI. Inſt. cap. 25. *Secum ... habeat Deum ſemper in corde ſuo conſecratum, quoniam ipſe eſt Dei templum.* Minuc. Fel. c. 32. *Nonne meliùs in noſtrâ dedicandus eſt mente, in noſtro imo conſecrandus eſt pectore?*

Lin. 17. *Deſtructilia.*] Quinque ſyllabis, quod adjectivum tuetur verſus Prudentii Periſteph. H. 10. 346. ſqq.

Aedem ſibi ipſe mente in hominis condidit
Vivam, ſerenam, ſenſualem, ſtabilem,
Solvi incapacem poſſe, nec DESTRUCTILEM.

Idem aliquotiès cum Vitruvio & Celſo dixit, *ſtructilis*; ut Tertullianus, *inſtructilis.*

Lin. 18. *Malis cogitationibus ſordidatur.*] L. V. Inſt. c. 20. *Quantò ſatiùs eſt mentem potiùs eluere, qua malis cupiditatibus ſordidatur.*

Lin. 19. *Non cereis ardentibus.*] Lib. VI. Inſt. c. 2.

Lin. 21. *Cujus divinitati ſecreta mentis patent, ita vivemus.*] Ita L. VI. Inſt. c. 24. *Deo ... nihil poteſt eſſe ſecretum ... patemus Deo ... Dei* divinitas *nec viſceribus ſubmoveri poteſt.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

IN LIBRUM DE MORTIBUS PERSECUTORUM.

Pag. 180. Titul. *De Mortibus.*] More Lact. L. I. c. 19. *& vulnera & mortes.* L. VI. c. 19. *mortes duæ.*

CAPUT I.

Lin. 4. *Pro fidei ſuæ meritis quæſierunt.*] Quærere hîc idem, quod adquirere, adipiſci. Conf. L. VII. cap. 14. *Non immortalitatem ſibi, ſed mortem quæſierunt.*

Pag. 181. lin. 5. *Nunc, poſt tantæ tempeſtatis violentos turbines.*] MS. *poſtat e t. v.* . Lego : *Nunc poſt atræ tempeſtatis violentos turbines.* Adprobarunt meam emendationem Criticus Anonymus & Heumannus. Virg. 5. Æn. v. 693. *effuſis imbribus atra tempeſtas ſine more furit*

CAPUT II.

Pag. 183. lin. 4. *Comprehenſionis.*] Notandus uſus paſſivus. Lactant. Epit. c. 47. *Diſcipulos . . . quos metus in fugam verterat, congregavit.*

Pag. 184. lin. 1. *Dein officio repleto.*] In MS. *Dein officio repleto*, rectè.

Lin. 7. *Eccleſia fundamenta miſerunt.*] *Quis*, inquit Nurrius p. 135. *bonæ latinitatis auctor unquam dixit*, mittere fundamenta? *is certè non eſt Lactantius, qui melius ſcripſit*, FUNDAMENTA ECCLESIÆ UBIQUE JECERUNT. Phraſin verò, *fundamenta mittere*, Columbus rectè confirmavit. Hieron. in vitâ Hilar. f. 247. *Non priùs abire paſſi ſunt, quàm futuræ* ECCLESIÆ LINEAM MITTERET; & Ambroſ. lib. 1. Offic. c. 29. *Ecce mitto lapidem in fundamentum Sion*, id eſt, *Chriſtum in fundamentum Eccleſiæ*, quod mox exponit : *Paulus fundamentum poſuit Chriſtum.* Etiam Interpr. Irænei lib. 3. c. 28. fol. 258. *Ego mitto in fundamenta Sion lapidem pretioſum.* Ità quoque Cyprianus Eraſmi lib. 2. adv. Judæos c. 16. fol. 192. pro quo Pamelius fol. 405. *Immitto in fundamenta.* Etiam Curtius Lib. 5. ſect. 4. *Triginta pedes in terram turrium* FUNDAMENTA DEMISSA *ſunt.*

Pag. 185. lin. 3. *Ad religionem novam, damnatâ vetuſtate.*] Conf. Lact. L. IV. c. 21.

Lin. 7. *Nec tamen habuit impunè.*] Terent. Eun. Act. 5. ſc. 2. v. 13. *Credin, te impunè habiturum* ; & ſc. 6. v. 18. *Siquidem iſtuc impunè habueris.*

Ibid. *Vexationem.*] Id eſt, perſecutionem. Adparet & hîc Lactantii ſtylus. Lib. V. c. 23. *Populi ſui vexationes . . . ſoleat vindicare.* Conf. L. V. c. 13.

Lin. 9. *Nuſquàm repentè comparuit.*] Ut Lib. V. c. 3. *Repentè judicio non comparuit.* Lib. III. c. 18. *Quùm repentè non adparuiſſet.*

Pag. 186. lin. 1. *Credunt eſſe tranſlatum ac vivum reſervatum.*] Fabula, cujus origo non obſcura. Plures enim Pſeudoneriones fuere. Primus in inſulâ Cythno, *Tacit.* 2. *Hiſt. c.* 8. alter, cui nomen Terentio Maximo, *Zonaras in Tito* : tertius ſub Domitiano, viginti annis poſt Neronis mortem, *Sueton. Neron. extr.* Nam varius ſuper exitu ejus rumor, pluribus vivere eum fingentibus, credentibuſque.

Lin. 5. *In ultimâ . . . initium Chriſti.*] In ultimâ ætate. *Initium Chriſti* videtur initium millenarii eſſe, quod Lactantius variis locis adſtruxit. *Cell.*

Ibid. *In ultimâ . . . initium.*] Ibi duo aut tria verba abraſa ſunt, teſte Nurrio. Num de millenario hæc intelligenda ſint, incertum, quia locus mancus ; & dubitat Bauldr. quia ſequitur *ſempiternum.*

CAPUT III.

Pag. 187. lin. 13. *Boni Principes.*] Zozimus L. 1. c. 7. pr. *Ab hoc tempore viri boni* (ἀπὸ τοῦδε ἄνδρες ἀγαθοὶ) *principatum adepti, Nerva, Trajanus, & poſt eum Adrianus, & Antoninus Pius & par illud fratrum Verus atque Lucius, multa vitiata correxerunt.* Lact. Lib. VII. c. 26. in notis habet egregium locum : *Quos tamen fama* inter bonos *numerat, non modò æquares, ſed etiam, quod eſt maximum, præterires.*

Pag. 188. lin. 1. *Manus ſuas in Orientem Occidentemque porrexit.*] Quis non agnoſcit Lactantium? L. VII. Inſt. c. 15. *Manus ſuas in totum orbem terrâ marique porrexit.* Tertull. adversùs Jud. c. 7. *Chriſti regnum & nomen ubivis porrigitur, ubique cre-*

Digitized by Google

ditur, omnibus gentibus suprà enumeratis (eodem capite 7.) *colitur, ubique regnat, ubique adoratur.*

www.libtool.com.cn

CAPUT V.

Pag. 189. lin. 2. *Manus in Deum intentavit.*] MS. *Manus in Deo intentavit.* Cap. 21. extr. c. 29. c. 39. Livius lib. 3. cap. 47. *Virginius intentans in Appium manus.*

Lin. 9. *Impositò pede super dorsum ejus*] In MS. *Supra.* Nurrius pag. 136. *Quis unquam,* inquit, *phrasin huic similem in veris Lactantii libris animadvertit?* Ego verò dico, Lactantium non abhorrere ab stylo antiquæ versionis, & phrasin huic similem in veris Lactantii libris animadverti Lib. IV. Inst. cap. 14. *Imponite cidarim mundam super caput ipsius*; & ibid. *Et posuerunt cidarim super caput ejus.* Eodem modo Cypr. L. 2. ad Quirin. c. 13. Curt. lib. 9. cap. 7. PEDEM SUPER *cervicem jacentis* IMPOSUIT.

Pag. 190. lin. 6. *Nec omninò repetitus est.*] Doctiss. Nurr. hunc locum nimis extendit. Sed Pollio CONTRA Cecilii nostri opinionem tres nobis repræsentat epistolas, quibus Betsoldus & Artabandes Reges libertatem Valeriani à Sapore postulaverunt. Quamobrem hæ epistolæ Cecilio incompertæ omninò videntur; nisi probaveris, nihil aliud ejus verbis significari, quàm ipsum à NULLO nomine Romano aut Romanis subdito fuisse repetitum. Quid si simplicissimè exponas de filio, de quo unicè præcessit, ut subintelligatur pronomen, uti sæpè: non invenit ultorem (eum), nec (ab eo) repetitus est.

Ibid. *Posteà verò quàm.*] Eleganter, ut Lib. IV. c. 25. *Antè obierunt, quàm*; ibi l. *Posteà verò animadversa sunt, quàm, &c.*

Lin. 13. *Singularis Dei.*] Et hîc se prodit Lactantius, cujus loca ad Lib. I. Inst. cap. 4. extr. collegimus.

CAPUT VI.

Pag. 191. lin. 2. *Crudelibus factis.*] Ut Lib. V. cap. 1. *Errores . . . crudelibus factis conservant.*

Lin. 4. *Canofrurio.*] Scripsimus per *æ*, non *æ*, ut editi perperàm. Græcis enim κανὴ φρούριον, id est, novum castellum, significat Cænophrurium. Cell. Notit. Orb. Antiq. lib. 2. c. 15. p. 1315. & Nurr. p. 219.

CAPUT VII.

Pag. 191. lin. 1. *Malorum machinator fuit.*] Epitom. c. 8. *Dæmonum princeps auctor & machinator malorum.*

Lin. 10. *Provinciæ quoque in frusta concisa.*] Ex hoc videmus originem multiplicationis provinciarum, quæ aliundè non clarè cognoscebatur. Numerum novum provinciarum exhibent Notitia Imperii utriusque, & alia notitia Episcopatuum, & Libellus provinciarum Schonovii, quem nuper cum Sexto Rufo edidimus, & in Occidentali imperio ipse Sextus Rufus, sive Rufus Festus. *Cell.*

Ibid. *Multi Præsides.*] Id est, provinciarum Rectores.

Pag. 192. lin. 4. *Nec quoque tolerari possunt.*] MS. *Hæc quoque.* Pro hâc lectione substituitur *Nec quoque.* At quorsùm illud? Annon jam in superioribus de indictionibus occasione militum locutus est? Clarum est quid velit, potuisse equidem hæc adhùc tolerari, si ejus animus insatiabilis hîc substitisset. Mieg. ad illustr. Van-Mastricht, qui Miegii sententiam adprobavit.

Lin. 6. *Opes . . . congerebat.*] Et hæc phrasis Lactantii, ut ad Epitomen notavi.

Lin. 15. *Hic moneta.*] Ædificium, officina monetæ cudendæ & obsignandæ. Ammianus lib. 22. cap. 28. *Aram in monetâ, quam regebat, recèns locatam evertit.* Lege 3. C. Th. de falsâ monetâ: *In monetis tantùm nostris cudendæ pecuniæ studium frequentetur.* Cell.

Lin. 20. *Ità semper dementabat, Nicomediam.*] Tertull. Apolog. c. 13. *Ut aliter dementire videatur, qui sacras turres pervolat.*

CAPUT VIII.

Pag. 193. lin. 1. *Quid frater ejus.*] Ità Mamert. in Paneg. I. Maximiano Herculio dicto c. 1. *Reverà, Sacratissime Imperator, meritò quivis te* tuumque fratrem (Diocletianum) *Romani Imperii dixerit conditores.*

Lin. 3. *Æqua.*] Id est, æqualis. Vide indicem.

Lin. 10. *Effoderentur . . . lumina Senatûs*] De Româ Lact. L. VII. Inst. c. 25. *Ne tyrannus . . . lumen illud effodiat.*

Pag. 194. lin. 2. *Quacumque iter fecerat.*] Eadem verba Lib. IV. cap. 19. & Lib. V. cap. 17.

Lin. 4. *Cupiditati.*] Id est, avaritiæ; more Lactantii Lib. I. Inst. cap. 20. Lib. V. cap. 6.

Digitized by Google

CAPUT IX.

Pag. 194. lin. 3. *Naturalis*].Sic Jul. Capitol. in Maximinis cap. 20. *Senatus Maximini & NATURALEM & necessariam CRUDELITATEM timens.* Vim *tū naturalis* Casaubonus ad Pers. Sat. 2. pag. 225. illustrat.

Pag. 195. lin. 3. *Concitatus . . . exemplis.*] En Lactantium Lib. VI. cap. 23. *Exemplo ipso concitata.*

Lin. 14. *In litteris ad se datis audisset.*] Audisset Diocletianus ex litteris Galerii. *Cell.* Imò Galerius audisset, sive vidisset.

Lin. 16. *Ut ex Marte se procreatum.*] Imitatus Diocletianum, qui se Jovium; & alterum Maximianum, qui Herculium, quasi à diis progenitoribus, adpellaverunt. De Galerio Epit. Victoris cap. 57. *Is insolenter adfirmare ausus est, matrem more Olympiadis, Alexandri Magni creatricis, compressam dracone, semet concepisse.* Cell.

Lin. 19. *Posteà enim quàm.*] Sic. cap. 5. *Posteà verò quàm.* Lib. IV. Inst. c. 15. *Posteà verò animadversa sunt, quàm*

CAPUT. X.

Pag. 196. lin. 1. *Quùm ageret.*] Amat hanc locutionem hoc sensu Lact. Lib. IV. cap. 27. ubi eadem res, & Lib. IV. cap. 23.

Lin. 3. *Scientes Dominum.*] Lib. III. cap. 29. *Qui Deum sciunt*; ut Lib. VII. Inst. c. 20. *Qui Dominum scierunt*, id est, *Fideles.*

Lin. 4. *Imposuerunt frontibus suis immortale signum.*] Vid. quæ notavi ad Lact. Lib. IV. c. 26. Nurrius ad hæc verba Cecilii p. 183. locum Lactantii planè pervertit. ☞ Ut ait, aut veriùs sicut somniat Bunemannus. Miror quantùm hoc loco exagitentur Acatholici: hi enim nil non movent ut eliminent vim hujus Lactantiani testimonii, quod multùm facit in gratiam Orthodoxorum rituum Ecclesiæ Catholicæ. Istud enim immortale signum ad Christum solum refert Bunemannus. Sed legat ipse locum; legat attentè & videbit non tantùm à Christo per impositum frontibus Christianorum signum fugatos esse Dæmones; verùm etiam ministros Diocletiani, qui fortasse cùm sacrificiis assisterent, tunc ab iis fugabantur Dæmones, statim atque imponebant ipsi frontibus suis immortale signum, id est, signum Crucis, sicuti eo tempore usus erat in veteri Ecclesiâ. Vide quæ annotavimus ad hoc caput de Mort. Persec. & ad caput 27. libri IV. Divin. Inst. p. 346. Tom. I.

Lin. 6. *Non litassent.*] Vide not. ad Lib. IV. c. 27. *Sacra nullo modo litant*

Pag. 197. lin. 1. *Non eos tantùm . . . sed.*] Ponit hîc, ut alibi, *sed*, pro *sed etiam*, ut c. 15. c. 26. c. 33.

Lin. 8. *Senem vanum.*] Sc. Diocletianum. Elucet Lactantii stylus. Lib. III. c. 18. *Videlicèt senex vanus . . . fingit.*

CAPUT XI.

Pag. 197. lin. 2. *Quæ quùm esset . . . epulas exhibebat.*] *Quæ quùm esset*, expono, *qualis quùm esset*, sive *quùm ità superstitiosa esset. Dapes* hîc *rem divinam* notant; *dapes* enim *erant deorum*, *epulæ* verò *hominum.*

Lin. 3. *Cum Gentibus.*] Id est, *Gentilibus*, ut Lact. Lib. II. c. 13. *Sic aberrantes à notitiâ Dei*, gentes *esse cœperunt.*

Pag. 198. lin. 3. *Libenter mori solere.*]Egregiè illustrat Kortholt. Pagan. Obtrect. L. 3. c. 10. & 11. Lact. lib. V. c. 17. Epit. c. 6.

Lin. 13. *In eamdem sententiam congruerunt.*] Adparet Lactantius ex lib. I. cap. 4. *In unam sententiam congruebant.*

Lin 14. *Ne sic quidem.*] Ità rectè corrigunt Columb. & Cell. et Baluz. Nurr. reliqui, *Nec sic quidem.*

Lin. 15. *Ad Apollinem Milesium.*] Vide lib. IV. c. 13. *Cell.*

CAPUT XII.

Pag. 198. lin. 2. *Ut quasi terminus imponeretur huic religioni.*] *Quis*, inquit Bauldrius, *cum auctore terminum imponere, pro finem imponere, usurpavit?* Sed iterùm in hâc phrasi agnoscitur Lactantius; ità enim invenio in lib. IV. Inst c. 19. *Et ideò Sibylla impositurum esse morti terminum dixit post triduum somnum.* Pari modo simplici usus est Apulei. lib. 4. Metam. pag. 147. *Et ille quidem dignum virtutibus suis vitæ terminum posuit.* Eutropius lib. 4. c. XI. n. 6. *Belloque terminum posuit.* Et Lact. iterùm lib. VII. cap. 2. dixit: *Ut injustum hoc seculum . . . terminum sumat*, pro *finem sumat.* Sic terminum habere lib. VII. c. 5. & c. 10.

Pag. 199. lin. 5. *Ad Ecclesiam.*] Ædem Christiani conventûs, templum Christianum in urbe Nicomediâ. Atque ità non tantùm Scriptores Christiani illorum temporum, sed ipsi etiam de Christianis Profani hoc vocabulo utuntur. Zosimus lib. 5. cap. 24. λάθρα δύνει φλὸξ τῇ ἐκκλησίᾳ νυκτὸς ἐμβαλθεῖσα . . . ἥτε δὴ Ε'ΚΚΛΗΣΙ'Α κατεφλέχθη πᾶσα. Cell.

Digitized by Google

Ibid. *Profectus.*] In MS. *pfectus*, quod est *profectus*. Sed Spark. editor Cantab. Cuperus, Columbus, Allix, Burnetus, Gale, Bauldr. & Nurr. p. 134. etiam Heumannus consentiunt legendum, *prafectus*. Diocletianus enim cum Galerio Maximiano erat in palatio.

www.libtool.com.cn

CAPUT XIV.

Pag. 200. lin. 5. *Christianorum nomen.*] Ità quidem lib. V. c. 4. *Contra religionem nomenque Christianum*; & iterùm de Mort. Pers. c. 46. *Christianorum nomen.*

Lin. 10. *Sedebat ipse.*] Ut judex, ex mente G. Van-Mastricht. Sic lib. V. Inst. cap. 9. *Si judices sedeant.* Lib. VI. c. 18. *Sedet . . . judex.* Quintill. lib. 6. Institit. c. 2. *Judex sedens.*

Ibid. *Igne torrebat.*] Est ille frequens in torturâ, maximè tyrannis. Si ex disciplinâ nostrâ corrigendum, legerem, *terrebat.* Hoc erat judicum in contumaces, & qui confiteri nolebant, *terrere.*

CAPUT XV.

Pag. 201. lin. 1. *Sed.*] Id est, sed etiam. Not. c. 10.

Lin. 5. *Deducebantur.*] Ad supplicium; ut Plinius lib. 10. epist. 97. sect. 3. *Perseverantes duci jussi.* Vide quæ nos ibi; & adde nostrum c. 40. *Cell.*

Ibid. *Deducebantur.*] Meliùs, *ducebantur.* Conf. Lact. lib. IV. c. 18.

Pag. 202. lin. 1. *Aræ . . . pro tribunali.*] Doctè hæc illustravit M. Tob. Wagner in diss. de Aris in Curiis & pro Tribunali apud Romanos positis, Lips. 1732. p. 22. sqq. p. 35.

Ibid. *In secretariis ac pro tribunali.*] Hæc jungit, quoniam secretarium sive conclave, in quo judices reorum causam expendebant, ac statuebant sententiam de tribunali pronuntiandam, erat tribunali proximum, imò velo sæpiùs tantùm disjunctum.

CAPUT XVI.

Pag. 202. lin. 1. *Præter Gallias*] Quibus Constantius, miti ingenio princeps, tum præerat. *Cell. Præter*, id est, *exceptis Galliis.*

Lin. 5. *Nomina possim.*] MS. Colb. *possim*; atque ità Pierius in antiquis penè omnibus in Virg. reperit, quod non invenustum ipsi visum; nec aliter Hieron. ep. ad Pammach. ed. Erasm. f. 163. & ad Oceanum Epitaph. Fabiolæ f. 199. citat. Undè recepi.

Lin. 7. *Præter cæteros.*] Id est, *præ cæteris.* Ità sæpiùs Lactantius. Notavi ad lib. I. c. 7.

Pag 203. lin. 9. *Quàm jucundum illud spectaculum Deo.*] Minuc. Fel. c. 37. *Quàm pulchrum spectaculum Deo, quùm Christianus cum dolore congreditur.* Cypr. de Lapsis f. 277. *Repugnastis fortiter sæculo, spectaculum gloriosum præbuistis Deo.*

Lin. 10. *Candidos equos.*] Albi equi curribus triumphantium jungebantur. Tibullus lib. 1. El. 7. v. 9.

At te victrices lauros, Messalla, gerentem,
Portabat niveis *currus eburnus equis.*

Ibid. *Potissimùm.*] Ità utitur Lactantius hâc voculâ lib. II. c. 3. & lib. I. c. 11.

Lin. 16. *Fidem ac devotionem.*] Has voces libenter jungit. Vid. not. ad lib V. c. 19.

CAPUT XVIII.

Pag. 205. lin. 2. *Ut eum cogeret imperio cedere.*] Ità Baluz. correxit, quem omnes sunt secuti. In MS. *Ut eum cogeret imperium credere*; & iterùm MS. inf. *Si ipse credere noluisset.* Est suprà extr. . . . *imperium . . . tradidisset*; c. 19. *Imperium validioribus tradere.* Undè & hoc loco paullò propiùs legas, *Imperium . . . tradere*, nisi & *credere* tolerari potest.

Pag. 206. lin. 5. *Gubernaculum reipublicæ*] Ut lib. I. cap. 1, *Gubernaculum reipublicæ . . . teneas.*

Lin. 8. *Jam spe invenerat.*] Ità ferè Sallust. Jugurth. c. 20. fin. *Totum ejus regnum jam animo invaserat.*

Pag. 207. lin. 1. *Annos quindecim, in Illyricum.*] Bauldr. *Annos quindecim (quibus) (quùm) in Illyricum*; quo duce Nurr. p. 306. post *annos quindecim*, in MS. prætermissum putat *ex quo* (non malè), vel *ex quibus* (at hoc illatinè), aut quid simile: sed posset posuisse more Poëtico.

Lin. 8. *Communi consilio omnium.*] Iterùm sibi fingit Nurrius ambiguitates. At utì sup. *Omnes Augusti nuncuparentur*, Galerius distinctè exponit per quatuor pares; ità sequentia docent, ne possem quidem aliter *communi consilio omnium* exponi, quàm, *communi consilio & Imperatorum & Cæsarum.* Notes quoque voces, *communis omnium*, libenter jungi à Lactantio bonorum exemplo: sic c. 23. *Communis luctus omnium*; & Epit. c. 55. *Commune omnium bonum.*

Pag.

Digitized by Google

Pag. 208. lin. 3. *Eratque tunc præsens.*] Submitto doctis meam opinionem, anne Anonymi Valesiani verba hunc admittant sensum: *Galerium ideò potiùs Severum fecisse Cæsarem, quòd esset ignobilis moribus & ebriosus, quùm Constantinus ejusmodi vitia non nosceret, sed longè ab iis esset, tanquàm sanctissimus adolescens & probis moribus.* Subjiciam ipsa Anonymi verba: (Galerius) *annos imperavit XIX. Severus Cæsar* IGNOBILIS & MORIBUS & NATALIBUS, EBRIUS, & OB HOC (ebrietatem maximè) *Galerio amicus. Hunc ergò & Maximinum Galerius Cæsares fecit, Constantino* NIHIL TALE *noscente;* & mox sequitur de Galerio apud Anonymum: *Galerius sic ebriosus fuit, ut juberet temulentus, &c.* Id enim nemo facilè negabit, *nosse, noscere, peritum esse,* non ranò de vitiis dici; atque hinc princeps Nurrii argumentum non minùs incertum, quàm ipse Anonymus auctor.

Lin. 15. *Cui nox pro die.*] Imitatur Cic. in Pison. cap. 22. *Nonne tibi nox erat pro die?*

Pag. 209. lin. 3. *Quis est.*] Ait Diocletianus.

Lin. 4. *Meus, inquit, adfinis.*] Galerii sororis filius, laxâ notione adfinitatis. *Epit. Victor. & Zosim.* 2. 8. 1. Cell.

Lin. 8. *Tu videris . . . non erit.*] Loquitur Diocletianus, cujus verbis Lactantius hoc colloquium concludit. In hoc verò colloquio doctiss. Nurr. tantas difficultates esse putavit, ut sine magnâ animi contentione, & singulis quibusque dialogi hujus verbis ponderatis, nemo facilè agnoscere possit, quæ à Diocletiano aut Galerio dicta sint; atque ob has tantas difficultates interpretes certas litteras colloquentium verbis diversis addidisse dicit: debuisse verò ipsum Scriptorem ejusmodi notas præfigere. Deindè interpretes, si res tam difficilis fuisset, forsàn in adsignandis personis hîc lapsi essent: sed quùm præter unum Bauldrium omnes verba Diocletiani & Maximiani Galerii rectè indicaverint, ea ipsa convenientia testatur de hujus colloquii perspicuitate; imò Baluzius, Columbus, Cuperus, alii nullas notas personarum colloquentium adposuerunt: quod ubi à Toinardo, Cellatio, Walchio & nobis factum, non tantæ obscuritatis caussâ, sed eorum in gratiam est factum, qui aut festinant, aut hebetis nimis ingenii sunt, aut in suâ sententiâ libenter ab aliis confirmari volunt. Si quædam videntur minùs clara, eò accidit, quod istud colloquium aliis Historicis omnibus ignotum est. Lactantius verò, ut rectè Baluzius censuit, qui Nicomediam à Diocletiano fuerat accitus, qui frequens erat in Palatio, meliùs hanc historiam scire potuit, quàm illi, qui posteà animum ad scribendas historias adpulerunt.

CAPUT XIX.

Pag. 209. lin. 5. *Maximianus ipse.*] Nurr. p. 258. & p. 279. cum nonnullis exponit de *Maxim. Herculio*: sed rectiùs videtur sumi *de Maxim. Galerio*; nam de eo hoc capite sermo infrà, & ità pronomen IPSE requirit, quod eodem modo de *Galerio Maximiano* c. 18.

Pag. 210. lin. 7. *Exutum vestem privatam.*] Spark. & Bauldrius malunt, *veste privatâ.* Sed fatua lectio MS. quod habet *exuto.* Noto ad Lact. lib. IV. c. 14. *Indutus vestimenta sordida.*

Lin. 13. *Orientem calcandum.*] Cic. 2. Philipp. c. 23. *Quùm Cæsar huic . . . conculcandam Italiam tradidisset.* Lact. lib. VI. cap. 18. *Dolorem mortemque calcamus.*

CAPUT XX.

Pag. 210. lin. 1. *Se . . . dominum esse ferebat.*] Bauldrius tentavit, *esse rebatur.* Certè MS. *se . . . esse ferebatur.* Columbus *esse* delet; ità enim Velleius lib. 1. c. 11. qui se Philippum *ferebat.* Tacitus Annal. lib. 1. cap. 2. *Consulem se ferens.* Idem Heumannus comprobat.

Pag. 211. lin. 7. *Nuncuparet Augustum atque fratrem.*] Ut suprà cap. 8. & in Legibus *divi fratres* Marcus & Lucius Antonini. Nec verò id perpetuum; nam & Augusti filios suos Augustos Imperatores fecerunt, ut Severus, Philippus, Theodosius. *Cell.*

Lin. 8. *Tunc verò ipse.*] Ipse Galerius, hoc consilio se objectans. *Cell.*

Lin. 12. *Candidianus,*] Filius Galerii, tum novennis. *Cell.*

Ibid. *Inexpugnabili muro.*] Ità solet Lactantius. Lib. IV. c. 27. *Tanquam inexpugnabilis murus.*

CAPUT XXI.

Pag. 211. lin. 6. *Sic agebat, ut & ipse.*] Heum. *Id agebat, ut reapsè.* Ego quidem mallem, *Sic agebat, ut* TACITE *libertatem hominibus auferret.*

Pag. 212. lin. 1. *Decuriones.*] Erant præfecti & principes cujuslibet ordinis, qui de curiâ vocabantur. At sicut varia illorum fuerunt genera, sic etiam munera & officia, quæ à

Digitized by Google

Gothofredo descripta invenies.

Lin. 10. *Artus dissiparentur.*] Lact. lib. V. c. 11. *Non tantùm artus hominum dissipat; &* Epit. c. 66.

www.libook.com.cn

Pag. 213. lin. 7. *Lecta ossa, & in pulverem comminuta, &c.*] Eòdem pertinent verba lib. V. Inst. cap. 11. *Nemo hujus tanta bellua immanitatem potest pro merito describere, quæ uno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis sævit, & non tantùm artus hominum dissipat, sed & ossa ipsa comminuit, & in cineres furit, ne quis exstet sepulturæ locus, quasi verò id adfectent qui Deum confitentur, ut ad eorum sepulcra veniatur. Legere ossa* hîc est *conferre, colligere.*

CAPUT XXII.

Pag. 213. lin. 4. *Domestici.*] Erant, qui varias in scholas divisi intra palatium familiariùs militabant, ità tamen, ut aliqui nonnunquàm mitterentur in provincias.

Lin. 6. *Illa his leviæ.*] Id est consequentia respectu priorum, quasi levia sunt habita. Vestigia veræ lectionis subesse patet ex lib. V. Inst. cap. 9. *Ut, quæ levia sunt atque usitata, dicamus.* Lib. VI. c. 23. *Hæc tamen apud illos levia & quasi honesta sunt.*

CAPUT XXIII.

Pag. 214. lin. 1. *Communis . . . omnium.*] *Communis omnium* eleganter junguntur. C. 18. *Communi consilio omnium.* Lib. III. Inst. c. 18. *Communis omnium pater.* Conf. de Irâ c. 5.

Pag. 215. lin. 6. *Alii super alios mittebantur . . . addentibus.*] Phrasis *alii super alios* multis frustrà suspecta est. Livius lib. 6. cap. 10. fin. *Tot super alia aliis bellis;* lib. 8. c. 38. *Alii super alios . . . vociferabantur;* lib. 26. c. 4. *Jacula . . . alia super alia emittunt;* lib. 33. c. 7. Alios *super alios nuntios mitterent;* c. 2. *Alii super alios recurrentes.* Plinius lib. 6. ep. c. 31. *Alia super alia;* lib. 7. ep. c. 8. *Aliis super alias epistolis.*

Lin. 16. *Contra . . . jus humanitatis.*] Eadem Lact. lib. V. cap. 19. *Qui contra jus humanitatis, contra fas omne lacerantur.* Conf. lib. V. cap. 22. & lib. VI. cap. 10. *Qui contra jus humanitatis & fas omne spoliant.*

CAPUT XXIV.

Pag. 216. lin. 4. *Superiùs exposui.*] Etiam in levioribus agnoscitur Lactantius lib. IV. Inst. cap. 26. *Sicut superiùs exposui.*

Lin. 7. *Insidiis adpetiverat, &c.*] Illustrat Nurrius p. 322. 387. In MS. est, *In insidiis;* at IN meritò Bokerell. Grævius, Tollius proscribunt.

Lin. 9. *Sub obtentu.*] Ut lib. II. Inst. cap. 4. & cap. 6.

Lin. 10. *Dei manus hominem protegebat.*] Sic quoque Lactantius lib. II. cap. 15. *Quos MANUS DEI potens & excelsa . . . protegit.* Lib. VII. cap. 26. de hoc ipso Constantino: *Te dextera Dei potens ab omnibus periculis protegit.*

Pag. 217. lin. 6. *Militibus commendato.*] Nam & patris voluntate, & militum unà consensu imperium est consequutus. *Julian. Oran.* 1. p. 13. *Cell.*

Lin. 9. *Sanctio.*] Heum. legit, *functio.* Nihil videtur corrigendum: sic cap. 48. *Hujus sanctionis* nostræ *benevolentiæ forma;* & denuò: *Hujus benevolentiæ nostræ sanctio.* Mox MS. *restituta.* Vitiosè.

CAPUT XXV.

Pag. 218. lin. 7. *Non Imperatorem, sicut erat factus.*] At Constantinum à patris morte ad nuptias Faustæ usque, non Imperatorem, sed Cæsarem fuisse, probatur tum ex nummis apud Cangium & alios, tum ex Panegyrico utrique simul, Maximiano socero & Constantino, dicto, cap. 1. & 5. si quis Zosimo forsàn in hoc fidem nolit habere lib. 2. cap. 9. *Cell.*

Ibid. *Non Imperatorem.*] Variant Scriptores. Eusebius cum nostro consentit: quid de aliis & incerto auctore Panegyrici sentiendum, cum curâ docet Nurr. p. 393. seq. Mox MS. pro more suo, *cum Maximiano.*

CAPUT XXVI.

Pag. 218. lin. 8. *Nancti.*] Ità MS. quod defendit Columbus cum doctis nonnullis. Sic codex Florentin. in Pandect. lib. 1. tit. 2. de Orig. Juris, *Qui scientiam nancti sunt;* & Gloss. Cyrill. f. 437. ῥαξάμενος, *nanctus;* & Codex Petri Danielis in Val Max. lib. 4. cap. 4. n. 6. *Nancti.* Edit. Torren. p. 371.

Pag. 219. lin. 19. *Dedit sese ipse.*] MS. *Dedit de se ipse.* Hinc Heum. *Dedidit se ipse.*

Pag. 220. lin. 2. *Ab hoc cœpit suos persequi.*] MS. *Ab hoc cœpite suos persequi.* Cogitavi quoque legi posse, *Ob hoc suos cœpit persequi*, id est, ob Severum occisum Galerius suos, generum scilicèt & generi patrem, persequi cœpit.

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

Pag. 220. lin. 4. *Et rebus cœptis inimicis diligenter instruens.*] Ego suspicabar ob litterarum similitudinem legendum : *Urbe munitâ, & rebus & copiis inimicis diligenter instructis*, id est, *paratis proficiscitur*. Eâ ratione sunt omnia plana. h. m. Postquàm urbs munita, & res copiæque inimicæ diligenter paratæ & instructæ essent, proficiscitur. Nemo enim nescit, *instructus* eleganter poni pro *paratus* ; atque indè sæpè conjungi.

Lin. 11. *Civitates.*] Sæpè ponit Lactantius pro urbibus, ut ad lib. IV. Inst. notavi.

Ibid. *Detestantes.*] MS. *detestande* : forsitàn, *detestata*. Fortè legendum, *detestando*.

Pag. 221. lin 4. . . . *Opprimi potuit.*] Pro *potuisset*. Sic lib. VI. Inst. cap. 24. *Potuit esse verus Dei cultor, si quis illi monstrasset.* Conf. lib. II. cap. 4. *oportuit.*

Lin. 9. *Mulieres.*] Id est, uxores. Opponuntur his virgines, ut ad Lact. lib. I. c. 17. noto.

CAPUT XXVIII.

Pag. 221. lin. 3. *Quùm prior & major.*] Heumannus, *Quùm prior* esset *& major*. At alibì quoque omisit Lactantius præcedente *quùm* verbum substantivum. Conf. lib. VII. Inst. cap. 2.

CAPUT XXIX.

Pag. 222. lin. 2. *Quasi ut.*] Repete dicta ad lib. III. Inst. cap. 24. QUASI UT *ingenia ostentent.*

Lin. 3. *Per occasionem reconciliationis.*] Propositio PER hîc aliquid antiquæ elegantiæ continet, utì apud Livium & Senecam *per fidem*, quod Cæsari sive Hirtio quoque Davies ad lib. 8. Gall. cap. 48. n. 3. vindicavit.

Lin. 4. *Quòcumque venisset aderat.*] Criticus Anon. ità distinguit : *Exclusus à suo. Quò cùm venisset, aderat ibi Diocletianus.* Placet Heumanno & mihi.

Lin. 10. *Dolo malo.*] Doli vocabulo nunc tantùm in malis utimur : apud antiquos autem etiam in bonis rebus utebantur ; undè adhùc dicimus *sine dolo maximo* : nimirùm quia dici solebat *& bonus.*

CAPUT XXX.

Pag. 223. lin. 1. *Humilitatis impatiens.*] Id est, *abjectæ & vilis conditionis impatiens.* Ità more Veterum Cic. cap. 18. cap. 43. & lib. VI. cap. 4.

Lin. 2. *Machinatus est, quia semel habuit impunè. Vocat.*] Ità distinxi cum Galeo, Boherello, Critico Anon. & Heumanno. Anteà edebatur, *machinatus est ; Quia semel abiit impunè, vocat.*

Pag. 224. lin. 2. *Supponitur quidam vilis.*] Iniquè factum, innocentis sanguine malitiam homicidæ manifestare. *Cell.*

Lin. 3 *Nocte intempestâ.*] Sic lib. III. Inst. cap. 15. *Se in specum intempestâ nocte dejecit.*

Lin. 4. *Vidisse somnium.*] Criticus Anonymus corrigit, *vidisse* SE *somnium*. Certum quidem, codices antiquissimos repetendam syllabam maximè SE omittere, id quod vel ex solis Pandectis Florentinis constat.

CAPUT XXXI.

Pag. 225. lin. 1. *Etiam in nomine vicennalium securem alteram.*] Inquinatissima verba ità Grævius purganda censet : *Quæ promiserat reddere, & inani nomine vicennalium securem alteram inflixit.* Videtur dici, novâ indictione, vicennalium proximè celebrandorum nomine provincias vexasse, ut adparatui & pompæ ludorum necessaria conquirerentur.

Ibid. *Etiam in nomine vicennalium.*] Lego, *Etiam nomine vicennalium*, id est, sub prætextu, sub obtentu vicennalium. Videtur *in* ex postremâ litterâ vocis *etiam*, aut primâ sequentis vocis ortum.

Lin. 15. *Violenter eripias.*] Lib. VI. cap. 6. *Aliis violenter ereptis.*

Lin. 16. *Bonis suis eversus.*] Ità sæpè Cicero, quem noster solet sequi. Pro Quintio cap. 31. *Bonis everti* ; in Verr. cap. 42. *Aratores eversi bonis omnibus sunt.*

Lin. 17. *Quod non erat celebraturus.*] Non enim egit vicennalia Maximianus Galerius, sub tempus, quo celebraturus erat, aut paulò antè, fœdo morbo consumtus. *Cell.*

CAPUT XXXII.

Pag. 226. lin. 1. *Maximinus.*] MS. pro more, *Maximianus*. Cæterùm ex Eusebii Hist. Eccl. lib. 8. cap. 13. noster confirmatur ; & iterùm hoc nostro libro cap. 44. primi nominis titulum sibi Maximinus vindicabat.

Lin. 10. *Maxentium & Constantinum filios Augustorum.*] Planè accedo Baluzio suspi-

cantii *Maximinum* legendum esse, non *Maxentium*. Hunc enim ut hostem publicum odio Galerius prosequebatur, ut ejus hâc partitione rationem nullam habere posset, neque Maximinum præterire, qui quamvis non genitus Augusto patre fuisset, fuit tamen ab Augusto adoptatus.

Ibid. *Maxentium.*] Corrigit Gruvillius, *Maximinum*, multisque illustrat in epist. de Numo Maximini, quæ adhæret Banduri Bibliothecæ Numar. ed. J. A. Fabricii p. 278-281. Add. Heumannum.

CAPUT XXXIII.

Pag. 227. lin: 5. *Vix tamen.*] *Rectè*, inquit Heumannus, Boherellus & Galeus rescribunt, *vix tandem.* Propertius lib. 3. El. 20. v. 7. VIX TAMEN *aut semel admittit, quùm sæpè negavit.* Ovidius Heroïd. Ep. Orestæ: *Vix equidem memini, memini tamen.* Phædr. lib. 4. fab. 5. ÆGRE (id est, *vix*) *receptî*, TAMEN *evaserunt necem.*

Lin. 11. *Medici . . . trahuntur.*] Cellarius exponit, *advocantur.* Rectè. Sic Lactant. lib. I. cap. 17. *Medicum . . . curando juveni* advocavit. Nurrius: *Non male*, inquit p. 328. dixit, *trahuntur*, id est, nolentes & inviti. Nam, ut habet versio Eusebii lib. 8. cap. 18. extr. H. E. *Ex medicis alii, quùm nec ipsam odoris gravitatem sustinere possent, interficiebantur; alii, quùm nullum remedium adferre possent . . . ob id ipsum necabantur.*

Ibid. *Humanâ manus.*] Ipse Cicero non refugit hunc sonum, ut notavi ad Lact. de Irâ cap. 2. *humanâ manu.*

Lin. 12. *Confugitur ad idola . . . orantur.*] Sic. lib. II. Inst. cap. 1. *Ad Deum confugitur . . . Deus . . . oratur.* De *Æsclepio* conf. lib. I. Inst. cap. 17. *Æsclepium . . . advocavit.*

Pag. 229. lin. 5. *Edictum misit hujusmodi.*] Præscripti sunt tituli Imperatorum, non Galerii tantùm, sed Constantini etiam & Licinii. *Cell.*

CAPUT XXXIV.

Pag. 230. lin. 1. *Ne quid contra disciplinam agant.*] Plinius lib. 10. ep. 82. (79.) *Si qui contra disciplinam gesserint*, id est, egerint.

Lin. 4. *Præstetur incolumis.*] Editi, *perstet*: At MS. *perstetur*: undè commodè, ut Critico quoque Anonymo & Heumanno visum, *præstetur*. Nam Eusebius vertit, Si cui tamen placeat *perstet*, conferat c. 18. fin. *Respublica staret incolumis.*

CAPUT XXXV.

Pag. 231. lin. 1. *Nicomediæ . . . mensis ejusdem.*] In MS. legitur: *Idque cognitum Nicomediæ mensis quidem, quùm futura essent vicennalia Kl. Mar. impendentibus.*

CAPUT XXXVI.

Pag. 231. lin. 1. *Pervolavit.*] Heum. *provolavit.* Benè; nisi *pervolavit* indicat diligentiam in accelerando itinere, ut *per* in compositis auget vim verbi: undè interpres Gall. *se rendit en diligence dans l'Orient.*

Lin. 5. *Diversas ripas.*] Littora freti Chalcedonii armati tenebant; in Bithyniæ orâ Maximiani, in Thraciæ, Liciniani. *Cell.*

Lin. 14. *Ministerio subnixi.*] Ex more Lactantii lib. IV. Inst. cap. 10. *Jurisdictione subnixi*; lib. IV. cap. 10. *Potestate subnixum*; lib. V. cap. 6. *Gladiorum potestate subnixi.*

Pag. 232. lin. 1. *Colerent.*] Mallem cum Galeo, Critico Anonymo, Heumanno, *coirent.*

Lin. 2. *Parùm hoc fuit, nisi etiam.*] En Lactantii stylum lib. I. cap. 10. *Parùm videbatur, nisi etiam*; lib. V. cap. 9. *Parùm habent . . . nisi etiam*; lib. VII. cap. 3. *Et hoc parùm est . . . nisi etiam.*

Lin. 3. *Superponeret.*] Hoc verbi, inquit Columbus, frequentissimum illo ævo; addit occurrere etiam apud Minucium Felicem. Lactantius ipse lib. II. cap. 2. *Quid capitibus vestris terram superponitis?*

CAPUT XXXVII.

Pag. 233. lin. 3. *Debita.*] Heumann. *tributa* legendum censet.

Ibid. *Hinc fames, agris ferentibus.*] Alii corrigunt, *agris non ferentibus*; alii, *agricolis non ferentibus.* Et rectè Nurrius: *Quamvis*, inquit, agri multos fructus ferrent, homines tamen fame enecabantur; quia Maximini satellites & vina cuncta, & fruges omnes, ac quæcumque agri ferrent, immani crudelitate auferebant, ut ea in fisci publ. gratiam aliis in regionibus venundarentur.

Lin. 8. *Aureis nummis expungeret.*] Quod est, *satellites pretiosis vestibus & aureis nummis. Rejiciendi genus est, protinùs aliud invicèm*, Seneca lib. 4. Ben. c. 40. *mittere, & munus munere* EXPUNGERE.

Lin. 10. *Dabat, ut quisque.*] Priùs editi, *dabat prout quisque.* In MS. teste Critico Ano-

www.tiptool.com.cn

Digitized by Google

rymo, *dabatur quisque* : hinc ille Criticus rectiùs fecit, *dabatur, ut quisque.* Addo, aliorum *prout* me nusquàm alibi in Lactantio observasse.

www.libtool.com.cn

Lin. 11. *More clementium latronum.*] Qui clementes videntur, quandò aliorum bona, opes & pecuniam salvâ eorum vitâ detrahunt, ut rectè Nurrius pag. 352. Cicero lib. 2. Philipp. cap. 3. *Quod est aliud beneficium latronum, nisi ut commemorare possint, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint.*

CAPUT XXXVIII.

Pag. 233. lin. 2. *Et tamen his verbis exprimere pro indignatione non potest.*] Puto excidisse MENS ob similitudinem prioris vocis. Hinc lego : *Et tamen* MENS *his verbis*, &c.

CAPUT XXXIX.

Pag. 235. lin. 6. *Luctûs tempore.*] Seneca ad Helviam cap. 16. *Majores decem mensium spatium lugentibus viros dederunt.*

Ibid. *Legatis primis.*] Editi omnes, *Legatis præmissis.* At MS. *primis.* Ad indicandam impudentiam videtur dixisse *legatis primis*, id est, *per primos jam legatos.*

Lin. 11. *Nominis ac loci.*] Id est, dignitatis. Lib. V. Inst. c. 1. *Non ignobilis . . . loci.* Spartianus in Antonino Getâ cap. 3. *Sed jam optimi in republicâ loci.* Lampridius in Alex Sever. cap. 5. *Non magni satis loci.*

Lin. 14. *Comites.*] *Observes*, inquit Heumannus, *fœminini generis esse.* Addo sic poni lib VI. Inst. cap. 21. *Quæ comes & socia.* Nam apud alios fœmininum hujus vocis est satis frequens.

CAPUT XL.

Pag. 236. lin. 14. *Duci jubentur.*] Sc. ad supplicium. Sic. Lact. lib. V. Inst. cap. 17. *Quùm jam sponsor ejus duceretur.* Ubi plura.

CAPUT XLI.

Pag. 237. lin. 6. *Deprecetur.*] Valdè precetur. Cic. lib. 12. epist. 24. *Legatos Senatus non ad deprecandam pacem, sed ad bellum denunciandum misérat.*

Ibid. *Deprecetur.*] MS. *deprecatur.* Illud prius rectius, pro *precetur*, ex indole Lactantii, cujus exempla indicavi ad lib. V. Inst. cap. 17.

Ibid. *Perfectâ legatione.*] Sic omninò cum Heinsio legendum, pro edd. ex MS *imperfectâ*; nisi malis, JAM *perfectâ legatione.*

CAPUT XLII.

Pag. 237. lin. 1. *Senis Maximiani statua . . . revellebantur.*] Confirmantur ab Eusebio H. E. L. 8. c. 13. L. 1. Vit. Constantin. c. 47. de quibus disputant Baluzius & Nurrius p. 289.

Lin. 10. *In odium vitæ deductus.*] Ità Grævius correxit. Lactantius lib. II. cap. 1. *Ad extremam mendicandi necessitatem deductus*; lib. II. cap. 1. *Deductus ad . . . cœcitatem.* Valerius Max. lib. 1. c. 1. Regulus ad captivi fortunam *deductus.* Ipsa phrasis vix invenietur.

CAPUT XLIV.

Pag. 238. lin. 5. *De Mauris atque Italis.*] Heuman. ingeniosè, *de Mauris ac Getulis.* Nempè enim hi vicini jungantur. Tolerari tamen potest MS. recepta lectio; nam vel maximè necessarium fuit, etiam ex Italis, quippè propinquioribus locis extractum exercitum Romam versus contrahere.

Pag. 239. lin. 1. *Maxentiani milites prevalebant.*] Aliter Eusebius H. E. 9. cap. 9.

Lin. 7. *Fecit.*] Scribo cum Critico Anonymo & Heumanno, *Facit*; nam sequitur, *notat.*

Lin. 10. *Neque his fuga nota, neque illis.*] Hæc Virgilii verba in antiquissimo Lactantii codice conservata confirmant à Pierio adserta, Lib. 10. Æn. v. 757. bis *neque . . . neque*, non verò, ut hodiè, *neque nec* legendum esse.

Lin. 15. *Inspici.*] Proprium quasi verbum de libris Sibyllinis. Vid. not. ad. lib. I. Inst. c. 6.

Lin. 18. *Proterretur.*] Id est, terremo proturbatur. Conf. Barthium ad Statii 2. Theb. 644. sq. p. 587. Lambin. ad Cicer. pro Cæcinâ cap. 13. Emmenesi. ad Virg. lib. 12. Æn. v. 291.

Pag. 240. lin. 9. *Adversùs Imperatorem maximum.*] Imperatoris filium, qui Transalpinas provincias hæreditate, Italiam & Africam victoriâ tenebat. Non enim veri est simile, Senatûs illo decreto *Maximi* tum cognomen datum fuisse. Adi Cuperum. *Cell.*

CAPUT XLV.

Pag. 241. lin. 4. *Paucitate dissisi.*] Gale malebat, *paucitate defecti.* Nihil mutandum. Sic Tacitus lib. 2. Hist. cap. 23. *Dissisus paucitate cohortium*; utì Jac. Gronovius ex MS. Oxon. restituit. Contrario modo Livius lib. 6. c. 23. *Fidentes militum numero.* Lactantiana verò phrasis lib. VII. Inst. cap. 1. *Dum . . . cœlesti mercede dissidit.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

CAPUT XLVI.

Pag. 242. lin. 12. *Nuncupationis ejus.*] Quo Maximinus Cæsar creatus fuerat. Natalis ergò est imperii, non vitæ. Et id Licinius agebat, ut Maximinum ipsius natali vinceret, sicut natali suo victus fuerat Maxentius. *Cell.* Mox MS. pravè, *implebunt.*

Lin. 17. *Quem vocant serenum.*] Plerique litterâ majusculâ aut diversis typis, quasi esset nomen proprium *Serenum*: sed omnis campus ab arboribus nudus dicebatur *serenus, lucidus.* Sic. Lact. lib. VI. Inst. cap. 3. *Habere planum iter*, LUCIDUM *undenumque* CAMPUM.

Pag. 243. lin. 2. *Ferri non potuit.*] Heumannus corrigit, *Perpelli non potuit.* Dixit quidem cum Cicerone noster lib. V. Inst. cap. 16. *Ad utilitates suas . . . ferri*: sed hoc minus hîc convenit. Mallem propiùs litteris MSti. FLECTI *non potuit ad pacem.*

CAPUT XLVII.

Pag. 243. lin. 6. *Metebatur.*] Sic rectè correctum pro MS. vitioso, *metuebatur. Metere* hoc sensu illustravi ad lib. VII. Inst. cap. 15.

Lin. 12. *Pars autem.*] Heumann. *pars altera* corrigit; ego nihil muto: sed subaudio ex prioribus, pars autem DIMIDIA.

Lin. 14. *Unâ nocte atque unâ die . . . Nicomediam.*] Deesse videtur nomen mansionis, undè alterâ nocte Nicomediam pervenerit. Columbo videtur *fugiens*, aut simile desiderari. *Cell.*

CAPUT XLVIII.

Pag. 244. lin. 3. *Gratiam Deo . . . retulit.*] Alius tum Licinius fuit ab eo, qui posteà factus est; laudatus etiam ab Eusebio lib. 9. cap. 9.

Lin. 4. *Proponi.*] Vopiscus in Firmo cap. 5. *Edictum proponi jussit.* Frequens verbum *proponere* hoc modo.

Lin. 5. *Quàm etiam.*] Alia exempla particularum *tam . . . quàm etiam* dedi ad Lact. lib. V. Inst. c. 20. *Tam contemtum . . . quàm etiam . . . injurias.*

Pag. 245. lin. 5. *Summa divinitas.*] Non Jupiter, ut quidam putant, sed Deus summus indicatur. Conf. Nurr. p. 371. Sæpè ità Lactantius, Lib. IV. cap. 3. *Divinitas, quæ gubernat hunc mundum*; lib. V. cap. 10. *Offensa divinitas, &c.*

Lin. 7. *Dicationem.*] Sic, pro aliorum *dignationem*, ex MS. restituendum. *Dicatio*, inquit Nurrius p. 371. *est titulus honoris, qui Præsulibus & Proconsulibus dabatur.*

Pag. 246. lin. 6. *Vicarium postulent.*] Diazius atque Tollius *aliquid* vicarium, *rem* vicariam intelligunt, pro restitutione; & iste etiam *optaverint*, pro *putaverint.* At Cuperus & Baluzius Vicarium provinciæ interpretantur, notum ex imperii Notitiâ magistratum. *Cell.*

Lin. 18. *In tantis . . .rebus.*] Id est, in tam multis. Euseb. ἐν πολλοῖς.

Lin. 22. *Ad . . . scientiam perferre.*] Plin. lib. 10. ep. 15. (68.) *Hæc in notitiam tuam perferre non existimavi.* Cyprianus lib. 1. ep. 3. *In notitiam tuam perferenda.*

CAPUT XLIX.

Pag. 247. lin. 12. *Insustentabili dolore.*] Offendo quoque in Vulg. Versione Orat. Manass. Libro 2. Paralipp. cap. 36, adjunctæ: *Quia importabilis est magnificentia gloriæ tuæ, & insustentabilis ira comminationis tuæ.*

Lin. 13. *Haustam manibus terram.*] Id est; effossam. Cæsar lib. 5. de B. Gall. c. 42. *Manibus sanguisque terram exhaurire cogebantur.* Statius lib. 3. Theb. v. 50. *Haustâque . . . arenâ*, id est, acceptâ. Vid. Schol. & Barth. p. 685.

CAPUT L.

Pag. 248. lin. 3. *Valeriam, quam.*] MS. *Valerium, quem.* Prolixè Nurrius hîc conjecturas recenset; tandem verò nihil certi posse constitui arbitratur, p. 376-379.

Pag. 249. lin. 9. *Quæ nolens Licinio.*] MS. *qua* VOLENTI *Licinio.* Non malè, ut censet Nurrius p. 272. hunc sensum eliciens: Licinium voluisse in omnes invadere Galerii hæreditates, atque idcircò Valeriam confestim ab eo fugisse, ut ad Maximinum, qui uxorem habebat, sese tutiùs reciperet.

CAPUT LII.

Pag. 250. lin. 3. *Corrumperet veritatem.*] Ut lib. III. Inst. cap. 1. *Veritas corrumpitur.* Mox MS. pravè, *vel specta.*

Lin. 5. *Æterna pietati.*] Heumann. *paternæ.* Ut MS. Sic. lib. IV. cap. 17. *Pro æternâ suâ pietate.*

Lin. 6. *A lupis rapacibus . . . bestias malas.*] Ut lib. V. Inst. cap. 23. *Bestias malas . . . voracibus lupis.* Ovidius lib. 4. Trist. el. 1. v. 79-80. *Ut rapax . . . lupus.*

Lin. 9. *Joviorum & Herculiorum cognomi-*

Digitized by Google

na.] Tanquàm ab Jove & Hercule genus ducerent, Diocletianus *Jovius*, Aurelius Maximianus *Herculius*, adpellari voluerunt. Inscr. Grut. p. 199.

DD. NN. AETERN. IMPP. C. AURE. VALERIO JOVIO DIOCLETIANO ET M. AUR. VALERIO ERCULEO MAXIMIANO.
PIIS FEL. SEMPER AUGG. *Cell.*

Lin. 11. *Ad successores eorum translata.*] Quia Galerius, Maximinus & Licinius *Jovii* cognomen usurparunt, Constantius & Constantinus nonnunquàm *Herculii*. Vide Valesi. ad Euseb. H. E. lib. 9. cap. 9. & qui hæc curatiùs persecutus est, virum summum Henr. Noris de Liciniano nummo cap. 1. p. 56.

Lin. 12. *Delevit ea . . . de terrâ.*] Lib. V. cap. 18. *Cujus nomen . . . de familiâ deleatur.*

Lin. 15. *Pacem . . . datam.*] Ut lib. V. cap. 13. *Datâ pace*, id est, tranquillitate Ecclesiæ.

Lin. 16. *Mereris audiri.*] Id est, exaudiri; ut lib. VI. cap. 13. *An sis dignus audiri.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

DISQUISITIO, DE AUCTORE LIBRI CUI TITULUS: *LUCII CECILII DE MORTIBUS PERSECUTORUM*, QUI FIRMIANO LACTANTIO TRIBUI SOLET;

Auctore Nicolao DE LESTOCQ, *Doctore ac Socio Sorbonico, Ecclesiæ Cathedralis Ambianensis Decano, Vicario Generali Episcopi Ambianensis, & Abbate Sancti Axeoli.*

REPERTUS est à doctissimo Viro Domino Stephano Baluze in codice manuscripto Bibliothecæ Colbertinæ, nunc Regiæ, Liber cum hoc titulo, *Lucii Cecilii liber de Mortibus Persecutorum*. Hunc Firmiano adscripsit, ac Parisiis anno 1679. jussu Joannis Baptistæ Colbert typis mandari curavit, tomo secundo suorum Miscellaneorum, hâc inscriptione præfixâ: *Lucii Cecilii Firmiani Lactantii liber de Mortibus Persecutorum.*

Prodierunt posteà variis in Europæ partibus istius libri editiones aliæ, quibus summo consensu in titulo *Lucii Cecilii* seu *Calii* vocibus præfixa sunt *Firmiani Lactantii* vocabula.

At Domnus Nicolaus Le Nourry, Ordinis S. Benedicti Monachus, vir utique eruditissimus, cujus studio & operâ anno millesimo septingentesimo decimo nova libri *de Mortibus Persecutorum* editio Parisiis adornata est, *Lucii Cecilii* nomina tantùm in titulo reliquit, nec *Firmiani Lactantii* voces addidit. Idque præstitit, tum quia manuscriptus ille codex *Firmiani Lactantii* nomina non habet, tum quia *infirma esse* existimavit argumenta, quibus hic liber Lactantio tribuitur, *aliaque*, ut sibi visum est, *suppetere censuit, nec minimi momenti, quibus ab eo abjudicetur.*

In eâ re D. Stephanus Baluzius & Domnus Nicolaus Le Nourry consentiunt, codicem manuscriptum, qui unus extat, & è quo typis expressus est liber hic *de Mortibus Persecutorum*, præter hiatus lacunasque nonnnullas, mendis

Digitized by Google

mendis infectum esse plurimis. Ostendit prætereà Domnus Le Nourry, *plurima esse loca in eo codice, quæ non solùm Librarii, ut assolet, aut oscitatione ac negligentiâ, aut nimiâ scribendi festinatione, sed magnâ etiam,* ut ait p. 119. *linguæ Latinæ ignoratione depravata sunt, penitùsque corrupta.*

Quæ igitur in libro *de Mortibus Persecutorum* ignavè, crassè, obscurè & mendosè scripta sunt, atque à claritate ac nitore sermonis, aut etiam opinionibus Lactantii aliena occurrunt, ea scribæ, non autem auctori imputanda sunt; nec ob ejusmodi vitia liber *de Mortibus Persecutorum* Lactantio detrahendus est. Hinc tamen occasionem arripit doctus è Benedictino sodalitio vir Religiosus, ad probandum librum istum non esse Lactantii.

Hâc autem unicâ observatione præviâ, nonnulla argumenta, quibus opinionem illam, quæ librum *de Mortibus Persecutorum* Lactantio tribuit, convellere nititur Domnus Le Nourry, ruere ac solvi, vel leviter attendenti manifestum erit.

Jam ab anno 1715. duriùs, quàm par est, Domnum Nicolaum Le Nourry exagitaverat in Observationibus * Criticis, quas edi curaverat D. de la Crose Tomo VII. Diarii Litterarii, parte I. (*Journal Littéraire* anni 1715. *à la Haye.*) ubi doctè præcipua Nicolai Le Nourry momenta evertit: sed nostra Disquisitio erit multò pacatior.

His prænotatis, quæ communi de Auctore hujus libri sententiæ favent, simul & inter argumenta, quæ huic adversari Domnus Le Nourry putat, illa, quæ peculiari responsione indigere mihi visa sunt, expendam..

1°. Titulus libri *de Mortibus Persecutorum* præfert nomina LUCII, vel LYCII CECILII, quæ quidem videntur esse duo *Firmiani Lactantii* prænomina. Quamvis enim Lactantius vulgò dicatur Cælius, & desint in libro *de Mortibus Persecutorum* nomina *Firmiani Lactantii;* in pluribus tamen indubitatorum Lactantii operum manuscriptis nominatur *Lucius Cecilius*, & in quibusdam aliis manuscriptis *Lucii Cælii* nomina desiderantur, ut fatetur Domnus Le Nourry: de his agemus ad finem hujusce Disquisitionis. Insuper nullus Scriptores inter Ecclesiasticos præter Lactantium *Lucius Cecilius* recensetur; omninò ignotus est quivis alius ejusdem nominis, cui liber *de Mortibus Persecutorum* adscribi possit.

2°. Sanctus Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum memorat Lactantii *de Persecutione librum unum.* At liber iste *de Persecutione* non videtur alius esse à libro *de Mortibus Persecutorum.* Liber enim iste unus est, sicut & liber *de Persecutione;* ac in eo libro non agitur tantùm *de Mortibus Persecutorum*, verùm etiam de acerbâ in Christianos à diversis Imperatoribus excitatâ Persecutione: undè potuit utrumvis titulum præ se ferre. Minimum quidem duas inter istas inscriptiones discrimen est; qui enim de *Persecutione* verba facit, debet & de *Persecutoribus* agere: ea sanè inter se connexa sunt. Sic ea non discrevit Lactantius ipse, Epitomes cap. LIII. ubi de Persecutione, id est, suppliciis Christianorum, simulque de Mortibus Persecutorum conjunctim loquitur.

3°. Liber *de Mortibus Persecutorum* inscribitur *Donato*; inscripsit & La-

* Réflexions sur la nouvelle édition du Traité de la Mort des Persécuteurs, avec une Dissertation de Dom Nicolas Le Nourry, in-8°. Paris 1710.

Digitized by Google

tantius *Donato* librum *de Irâ Dei*. Auctor utriusque libri *Donatum* appellat *chariſſimum*. Videtur ergò eſſe unus & idem *Donatus*, cui liber uterque nuncupatur : aſſerit tamen Domnus Le Nourry, Donatum, cui dicatur à Lactantio liber *de Irâ Dei*, diverſum eſſe à *Donato*, cui inſcribitur liber *de Mortibus Perſecutorum*; quod ità probat. *Donatus, cui Lactantius librum de Irâ Dei dicavit, ab illo expreſſis verbis appellatur tyro implicatus ſeculi negotiis, Chriſtianâ doctrinâ non ſatis imbutus.* Atqui cùm Lactantius ſcripſit librum de Irâ Dei, non potuit appellare Donatum tyronem implicatum ſeculi negotiis, nec ſatis Chriſtianâ doctrinâ imbutum, ſi ſit idem cum Donato, cui inſcribitur liber *de Mortibus Perſecutorum*; ſiquidem liber *de Irâ Dei* ſcriptus eſt multis annis poſt finitam Perſecutionem, in quâ per ſex annos *Donatus* fuerat catenis & carcere conſtrictus ob Chriſti nomen, noviès pugnaverat adversùs tyrannos, & invictus ſteterat, ut habetur in libro *de Mortibus Perſecutorum*. Confeſſorem tam eximium poſteà tyronem appellari potuiſſe, ſeculi negotiis implicatum, & Chriſtianâ Religione non ſatis imbutum, quis credat?

Cap. 2. art. 4.

Sed non eſt tam explorata illa ratio, ad mentem atque opinionem, quam Domnus Le Nourry aſtruere nititur. Nullibi enim in libro *de Irâ Dei Donatus* à Lactantio *expreſſis verbis appellatur tyro implicatus ſeculi negotiis, & Chriſtianâ Religione non ſatis imbutus.* Non ſolùm illud non habetur de *Donato* apud Lactantium *expreſſis verbis* : verùm etiam nihil omninò apud eum occurrit, quo quiſquam illum de Donato ità ſenſiſſe ſuſpicari poſſit.

Duobus tantùm in locis Lactantius orationem ad Donatum convertit in libro *de Irâ Dei*, nempè cap. 1. ubi ſic habet : *Adverti ſæpè, Donate, plurimos exiſtimare non iraſci Deum . . . quorum error, quia maximus eſt, & ad evertendum vitæ humanæ ſtatum ſpectat, coarguendus eſt à nobis, ne ipſe fallaris impulſus auctoritate hominum, qui ſe putant eſſe ſapientes.* Alter locus legitur cap. 22. ubi ſic loquitur Lactantius : *Hæc habui, quæ de Irâ Dei dicerem, Donate chariſſime, ut ſcires, quemadmodùm refelleres eos, qui Deum faciunt immobilem. . . Prophetæ univerſi divino Spiritu repleti nihil aliud, quàm de gratiâ Dei erga juſtos, & de irâ Dei adversùs impios loquuntur, quorum teſtimonia nobis quidem ſatis ſunt : verùm iis quoniam non credunt iſti, qui ſapientiam capillis & habitu jactant, ratione quoque & argumentis fuerunt à nobis refellendi.*

Ex his locis liquet, conſilium Lactantii fuiſſe, ità Donatum circa Dei providentiam erudire, ut poſſet ipſos Philoſophos, qui eam tollebant, rationum momentis refellere. Sed adeò non appellat eum tyronem implicatum ſeculi negotiis, & Chriſtianâ Religione non ſatis imbutum, ut ex verbis Lactantii colligatur, Donatum non ignoraſſe, quid Prophetæ univerſi dicerent de gratiâ Dei erga juſtos, & de irâ ejus adversùs impios, atque ità Donato eorum teſtimonia eſſe nota, ut ipſi ſatis eſſent, quemadmodùm ipſi Lactantio; *quorum teſtimonia*, inquit, *nobis ſatis ſunt.*

Arbitror equidem, plurimos fuiſſe Martyres eximios Chriſtianâ Religione ſatis imbutos, & etiamnùm eſſe nonnullos pietate conſpicuos Chriſtianos, qui tamen non poſſent ratione & argumentis, ut in eo libro *de Irâ Dei* præſtare conatus eſt Lactantius, extricare ſe argumentis Philoſopho-

www.libool.com.cn

Digitized by Google

rum adversùs Dei providentiam. Ejusmodi enim sunt ista argumenta, ut cap. 13. dicat Lactantius, his *plerosque Philosophorum, qui providentiam defendunt, perturbari solere, & invitos penè adigi, ut Deum nihil curare fateantur.*

Videtur Dominus Le Nourry memoriæ lapsu tribuere Donato, quod Lactantius Demetriano dicit in libro *de Opificio Dei.* Demetriano scilicet librum istum *de Opificio Dei* inscripserat, & hunc velut tyronem sic alloquitur. *Præceptor*, ait capite primo, „*etiam nunc, sed honestioris rei meliorisque doctrinæ . . . te moneo repetens, iterumque monebo, ne oblectamenta ista terræ pro magnis aut veris bonis habere te credas.* Et capite ultimo: *Si Deus dederit*, inquit, *te ad veræ philosophiæ doctrinam & planiùs, & veriùs cohortabor.* Ista certè verba Lactantii præceptoris sunt tyronem Christianâ Religione non satis imbutum alloquentis: at hæc Demetrianum, non autem Donatum spectant.

4°. Lactantium auctorem esse libri *de Mortibus Persecutorum*, indè probatur, quòd Nicomediæ in Bithyniâ, sicut & auctor libri *de Mortibus Persecutorum*, commorabatur etiam Lactantius eo tempore, quo persecutio in Christianos grassata est, & Dei templum eversum est. Id ipsum de se testatur Lactantius libro V. Institutionum, cap. 2. ubi sic loquitur: *Ego cùm in Bithyniâ oratorias litteras accitus docerem, contigissetque, ut eodem tempore Dei templum everteretur.* Siluit urbis nomen, in quâ docuit Lactantius: sed Hieronymus non prætermisit; ait enim loco suprà citato, Lactantium Rhetoricam Nicomediæ docuisse. Auctor etiam libri *de Mortibus Persecutorum* Nicomediæ se, ipsâ persecutione sæviente, & cùm templum Dei solo adæquatum est, mansisse, reverà non dicit: sed rem totam ità narrat num. 12. ut in oculis ejus gestam esse intelligatur. *Repentè*, inquit, *adhùc dubiâ luce ad Ecclesiam . . . venit; & revulsis foribus, simulacrum Dei quæritur, Scripturæ reperta incenduntur, datur omnibus præda: rapitur, trepidatur, discurritur. Ipsi * verò in speculis (in alto enim constituta Ecclesia ex palatio videbatur) diù inter se concertabant, utrùm ignem potiùs supponi oporteret. Vicit sententiâ Diocletianus, cavens, ne magno incendio facto, pars aliqua civitatis arderet. Veniebant igitur Prætoriani acie structâ cum securibus & aliis ferramentis, & immissi undique, tamen illud editissimum paucis horis solo adæquarunt.* Et num. 13. *Postridiè propositum est Edictum, quo cavebatur, ut Religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis subjecti essent. . . Quod Edictum quidam, etsi non rectè, magno tamen animo diripuit & conscidit. . . statimque productus, non modò extortus, sed etiam legitimè coctus, cum admirabili patientiâ postremò exustus est.* Prætereà quæ habentur num. 17. de morbo, quo Nicomediæ laboravit Diocletianus; & num 35. de Edicto Galerii Nicomediæ proposito, ac de die, quo cognita fuit Nicomediæ mors Galerii, illa auctorem istum libri *de Mortibus Persecutorum* aliquandiù Nicomediæ degisse abundè probant.

* Imperatores.

5°. Idem est auctoris libri *de Mortibus Persecutorum*, ac Lactantii stylus. Quod ut clariùs pateat, hîc descripsi tùm res, tùm sententias, tùm locutiones, easque singulares & Lactantio proprias, quæ in libro *de Mortibus Persecutorum*, & in aliis indubitatis Lactantii operibus similes reperiuntur, atque ob oculos è regione posui.

Digitized by Google

Hæc leguntur numero secundo libri *de Mortibus Persecutorum* : *Extremis temporibus Tiberii Cæsaris, ut scriptum legimus, Dominus noster Jesus Christus à Judæis cruciatus est post diem decimum Kalendarum Aprilis, duobus Geminis Consulibus.*

Hæc leguntur libro IV. Institutionum, c. 10. *Sub imperio Tiberii Cæsaris, cujus anno quinto decimo, id est, duobus Geminis Consulibus, ante diem septimum* (ità multæ editiones) *Calendarum Aprilium, Judæi Christum crucifixerunt.*

Et ejusdem libri cap. 22. *Mirari desinet, Deum ab hominibus esse cruciatum.*

Textus libri *de Mortibus Persecutorum* consentit cum duobus textibus è regione positis, eò quòd dicatur sub Tiberio Cæsare Christus à Judæis cruciatus, duobus Geminis Consulibus.

Sed duo sunt, in quibus textus libri *de Mortibus Persecutorum* pugnare videtur cum textu cap. 10. lib. IV. Institutionum.

Primum est, quòd juxta textum libri *de Mortibus Persecutorum*, cruciatus est Christus *extremis temporibus* Tiberii Cæsaris; & juxta textum libri IV. Institut. *anno quinto decimo* Tiberii Cæsaris. Cùm autem Tiberius imperaverit annis duobus & viginti, si Christus cruciatus est *anno quinto decimo* Tiberii, non fuit cruciatus *extremis temporibus* Tiberii.

Respondetur, Auctorem libri *de Mortibus Persecutorum* ità locutum fuisse, quia annus decimus quintus Tiberii vergit ad ejus imperii finem potiùs, quàm ad initium, nec ibi res est de accuratâ annorum computatione.

Alterum, in quo videntur pugnare isti duo textus, est, quòd in libro *de Mortibus Persecutorum* legatur Christus cruciatus *post diem decimum Kalendarum*; in libro autem Institutionum legatur, *ante diem septimum Calendarum.*

Respondetur in notis ad textum libri Institutionum editionis 1660. Lactantii, observatum esse in quibusdam manuscriptis haberi, *ante diem decimum Calendarum*; atque in eis notis proferri hæc verba Pauli Jureconsulti : *Ante diem decimum Calendarum, & post diem decimum Calendarum, utroque sermone undecimus dies significatur.* Si ità sit, omnis istorum textuum pugna evanescit. Negari tamen non potest, quin aliquod mendum circa numerum dierum in illos textus irrepserit: sed Librariis id est tribuendum. Quâ de re vide Notas Stephani Baluzii, infrà, pag. 281. & Tomo I. suprà, pag. 295. & 296.

Hæc leguntur eodem num. 2. libri *de Mortibus Persecutorum* : *Cùm resurrexisset die tertio, congregavit Discipulos, quos metus comprehensionis ejus in fugam verterat, & diebus quadraginta cum his commoratus, aperuit corda eorum, & Scripturas interpretatus est, quæ usque ad id tempus obscura atque involuta fuerunt; ordinavitque eos & instruxit ad prædicationem dogmatis ac doctrinæ suæ, disponens Testamenti Novi solennem disciplinam. Quo officio expleto, circumvolvit eum procella nubis, & subtractum oculis hominum rapuit in cœlum. Et indè Discipuli . . . dispersi sunt in omnem*

Hæc leguntur lib. IV. Institut. c. 19. *Tertio die . . . è sepulcro vivus egressus, in Galilæam profectus est, ut Discipulos suos quæreret.*

Et ejusdem libri c. 20. *Discipulis iterùm congregatis, Scriptura sanctæ litteras, id est, Prophetarum arcana patefecit, quæ antequam pateretur, perspici nullo modo poterant . . . quæ post resurrectionem ejus scripta sunt, Novum Testamentum nominatur.*

Et ejusdem libri c. 21. *Ordinatâ verò Discipulis suis evangelicâ ac nominis sui prædicatione, circumfudit se repentè nubes, eumque in cœlum sustulit, quadragesimo post passionem*

www.zhbook.com.cn

Digitized by Google

terrum . . . & per omnes provincias & civitates Ecclesia fundamenta miserunt. | *die . . . Discipuli verò per provincias dispersi fundamenta Ecclesiæ ubique posuerunt.*

Textus ille libri *de Mortibus Persecutorum* aliis textibus Lactantii è regione positis similis est, tùm quoad res, tùm quoad verba. Attamen Domnus Le Nourry ex his verbis libri *de Mortibus Persecutorum, Ecclesia fundamenta miserunt*, concludit, hunc librum non fuisse à Lactantio scriptum. *Quis autem*, inquit, *bonæ Latinitatis Auctor unquàm dixit, mittere fundamenta? Is certè non est Lactantius, qui melius scripsit, fundamenta Ecclesiæ ubique jecerunt.*

Ut argumentum istud dissolvatur, observandum primò, in textu capitis 20. Institutionum lib. IV. Lactantii non haberi, *fundamenta Ecclesiæ ubique* JECERUNT, sed POSUERUNT; deindè à Cicerone has voces, *jacere* & *mittere* eodem sensu usurpari in libro, cui titulus *Orator*, ubi ait, Oratorem salibus uti *in jaciendo mittendoque ridiculo*. Prætereà Horatius MITTERE, pro *jacere* ac *ponere* dixit Sat. 3. lib. 2:

——— *Mittere operto*
Me capite in flumen;

& ejusdem libri Sat. 1.

Mitteret in Pyrgum talos;

& in libro de Arte Poëticâ,

In scenam missos magno cum pondere versus.

Quinetiam ipse Lactantius *mittere*, pro *jacere* promiscuè utitur lib. I. Institut. cap. 21. ubi ait: *Saturnus in Latio eodem genere sacrificii cultus est; non quidem ut homo ad aram immolaretur, sed ut in Tiberim de ponte Milvio mitteretur . . . Verùm id genus sacrificii . . . dicitur esse sublatum, ritu tamen permanente, ut pro veris hominibus imagines jacerentur.* Quod confirmat ex Ovidio Lactantius, cujus hos versus refert, in quibus *mittere* & *jacere* indiscriminatim adhibentur eodem sensu:

Illum stramineos in aquam mississe *Quirites:*
Herculis exemplo corpora falsa jace.
Tum quoque priscorum virgo simulacra virorum
Mittere *roboreo scirpea ponte solet.*

Hæc, ut puto, satis superque probant, verba ista, *fundamenta miserunt*, non solùm esse bonæ Latinitatis, sed etiam Lactantii stylo congruere.

Hæc leguntur eodem numero 2. libri *de Mortibus Persecutorum: Discipuli . . . dispersi sunt per omnem terram ad Evangelium prædicandum, sicut ille* MAGISTER DOMINUS *imperaverat, & . . . per omnes provincias & civitates Ecclesia fundamenta miserunt. Cùmque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit, & editis quibusdam miraculis, quæ virtute ipsius Dei, datâ sibi à Deo potestate, faciebat, convertit multos ad* JUSTITIAM,

Hæc leguntur lib. IV. Institut. cap. 21. *Discipuli verò per provincias dispersi, fundamenta Ecclesiæ ubique posuerunt, facientes & ipsi nomine* MAGISTRI DEI *magna, & penè incredibilia miracula; quia discedens instruxerat eos virtute ac potestate . . . Petrus & Paulus Romæ prædicaverunt . . . cùm eos Nero interemisset, &c.*

Ex eodem libro cap. 14. *Apparet, Prophetas omnes denuntiasse de Christo, fore ali-*

Digitized by Google

Deoque templum FIDELE *ac ſtabile collocavit. Quâ re ad Neronem delatâ . . . proſilivit ad excidendum cœleſte templum, delendamque* JUSTITIAM. *Et primus omnium perſecutus Dei ſervos, Petrum cruci adfixit, & Paulum interfecit. Nec tamen habuit impunè . . . Dejectus itaque faſtigio imperii, ac devolutus à ſummo tyrannus impotens nuſquàm repentè comparuit, ut ne ſepulturæ quidem locus in terrâ tam malæ* BESTIÆ *appareret.*

Et numero 3. *Poſt hunc alter non minor tyrannus . . . diutiſſimè tutuſque regnavit, donec impias manus adversùs Dominum tenderet. Poſtquàm verò ad perſequendum* JUSTUM POPULUM *inſtinctu Dæmonum incitatus eſt, tunc traditus in manus inimicorum luit pœnas.*

Et num. 4. *Quis* JUSTITIAM *niſi malus perſequatur?*

Et num. 9. *Maximianus . . . omnibus, qui fuerunt, malis pejor. Inerat huic* BESTIÆ *naturalis barbaries.*

Et num. 21. *Corpora jam cremata, lecta oſſa, & in pulverem comminuta jactabantur in flumine ac mare.*

Et num. 32. *Dolet* BESTIA *& mugit.*

quandò, ut . . . conſtitueret æternum templum Deo, quod appellatur Eccleſia . . . . . hæc eſt domus FIDELIS, *hoc* IMMORTALE TEMPLUM.

Et libro V. Inſtitut. cap. 1. *Cultores Dei ſummi, hoc eſt, juſtos homines torquent.*

Et eodem libro cap. 2. *Eodem ipſo tempore, quo juſtus populus nefariè lacerabatur.*

Et eodem libro cap. 7. *Juſtitia nihil aliud eſt, quàm Dei unici pia & religioſa cultura.*

Et eodem libro cap. 11. *Impietatem ſuam adversùs* JUSTOS *violenter exercent, nec immeritò à Prophetis* BESTIÆ *nominantur . . . Nam quis Caucaſus, qua India, quæ Hircania tam immanes, tam ſanguinarias unquàm* BESTIAS *aluit . . . illa eſt vera* BESTIA, *cujus unâ juſſione*

Funditur ater ubique cruor, crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.

Nemo hujus tantæ belluæ immanitatem poteſt pro merito deſcribere, qua uno loco recubans; tamen per totum orbem dentibus ferreis ſævit; & non tantùm artus hominum diſſipat, ſed & oſſa ipſa comminuit, & in cineres furit, ne quis extet ſepultura locus.

Et eodem libro V. Inſtitut. cap. 23. *Injuſtiſſimi perſecutores . . . non ſe putent impunè laturos . . . punientur enim judicio Dei . . . Propterea vindicaturum ſe in eos celeriter pollicetur, & exterminaturum* BESTIAS *malas de terrâ.*

Senſus & voces in his textibus conſonant. Perſecutores Eccleſiæ appellantur utrobique *beſtiæ;* oſſa Martyrum dicuntur in cineres *comminuta.* Prætereà attendendum ad iſtas locutiones utrinque ſimiles, *Magiſter Dominus, Magiſter Deus, templum fidele & ſtabile, templum æternum, domus fidelis, Deo collocare, Deo conſtituere: populus juſtus, Juſti,* pro veri Dei cultoribus; *juſtitia,* pro Dei ſingularis cultura.

Hæc eodem num. 3. libri *de Mortibus Perſecutorum* leguntur: *Eccleſia . . . ſeutis . . . temporibus, quibus boni Principes Romani Imperii clavum regimenque tenuerunt . . . manus ſuas in Orientem Occidentemque porrexit, ut jam nullus eſſet terrarum angulus tam remotus, quò non religio Dei penetraſſet, nulla denique natio tam feris moribus vivens, ut non, ſuſcepto Dei cultu, ad juſtitiæ opera miteſceret.*

Hæc lib. VII. Inſtitut. cap. 15. leguntur: *Roma . . . ſublatâ Carthagine, qua tandiu æmula Imperii Romani fuit, manus ſuas in totum orbem terrâ marique . . . porrexit.*

Et libro V. Inſtitut. cap. 13. *Cùm verò ab ortu Solis uſque ad occaſum Lex divina ſuſcepta ſit, & omnis ſexus, omnis ætas, & gens, & regio, unitis ac paribus animis Deo ſerviant.*

Juxta textus iſtos, nulla eſt gens, nulla natio, quæ non ſuſceperit Dei

cultum ; & eiſdem verbis Eccleſiæ & Imperii Romani magnitudo deſcribitur.

Hæc num. 9. & 10. libri *de Mortibus Perſecutorum* leguntur : *Diocletianus . . . quam verò cauſam perſequendi habuerit, exponam. Ut erat pro timore ſcrutator rerum futurarum, immolabat pecudes, & in jecoribus earum ventura quærebat. Tam quidam miniſtrorum, ſcientes Dominum, cùm adſiſterent immolanti, impoſuerunt* FRONTIBUS *ſuis* IMMORTALE SIGNUM. *Quo facto, fugatis Dæmonibus, ſacra turbata ſunt. Trepidabant Aruſpices, nec ſolitas in extis notas videbant ; & quaſi non litaſſent, ſæpiùs immolabant. Verùm identidem mactata hoſtia nihil oſtendebant, donec magiſter ille Aruſpicum Tagis, ſeu ſuſpicione, ſeu viſu, ait, idcircò non reſpondere ſacra, quòd rebus divinis profani homines intereſſent. Tunc iràs* FURORIS, *ſacrificare non eos tantùm, qui ſacris miniſtrabant, ſed univerſos, qui erant in palatio, juſſit, & in eos, ſi detrectaſſent, verberibus animadverti.*

Hæc lib. IV. Inſtitut. cap. 27. leguntur : *Cùm diis ſuis immolant, ſi aſſiſtat aliquis ſignatam frontem gerens, ſacra nullo modo litant ;*

Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates.

Et hæc ſæpè cauſa præcipua juſtitiam perſequendi malis regibus fuit. Cùm enim quidam miniſtrorum noſtrorum ſacrificantibus Dominis aſſiſterent, impoſito FRONTIBUS *ſigno, Deos illorum fugaverunt, ne poſſent in viſceribus hoſtiarum futura depingere. Quod cùm intelligerent Aruſpices, inſtigantibus iiſdem Dæmonibus, quibus proſecant, conquerentes profanos homines ſacris intereſſe, egerunt principes ſuos in furorem, ut expugnarent Dei templum, ſeque vero ſacrilegio contaminarent, quod graviſſimis perſequentium pœnis expiaretur . . . Sed quoniam neque accedere ad eos poſſunt . . . quos* SIGNUM IMMORTALE *munierit.*

In utroque textu eadem non tantùm perſecutionis cauſa aſſignatur ; verùm etiam res eodem modo & iiſdem penè verbis exponitur.

Hæc num. 16. libri *de Mortibus Perſecutorum* leguntur : *Vexabatur ergò univerſa terra, & præter Gallias, ab Oriente uſque ad Occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ ſæviebant.*

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,

Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem, quæ Judices per provincias juſtis atque innocentibus intulerunt.

Eodem libro num. 15. *Omnis ſexûs & ætatis homines ad exuſtionem rapti . . . tormentorum genera inaudita excogitabantur.*

Lib. V. Inſtitut. cap. 11. hæc leguntur : *Quæ autem per totum orbem ſinguli geſſerint, enarrare impoſſibile eſt. Quis enim voluminum numerus capiet tam infinita, tam varia genera crudelitatis ? Acceptâ enim poteſtate, pro ſuis moribus quiſque ſævivit . . . Itaque dici non poteſt, hujuſmodi Judices quanta & quàm gravia tormentorum genera excogitaverint.*

Et lib. VI. cap. 17. *Spectatæ ſunt, ſpectanturque adhùc per orbem pœnæ cultorum Dei, quibus excruciandis nova & inuſitata tormenta excogitata ſunt.*

Perſecutorum furor in textibus ex utrâque parte idem, eodemque ferè modo exprimitur.

Hæc num. 38. lib. *de Mortibus Perſecutorum* habentur : *Illud verò capitale, & ſupra omnes, qui fuerunt, corrumpendi cupiditas, quid dicam neſcio, niſi cæca & effrænata ; & tamen his verbis exprimere pro indignatione ſuâ non poteſt. Vincit officium lingua ſceleris magnitudo.*

Et lib. VI. Inſtitut. cap. 23. *Quid dicam de iis, qui abominandam non libidinem, ſed inſaniam potiùs exercent ? . . . Quibus hoc verbis, aut quâ indignatione tantum nefas proſequar ? Vincit officium lingua ſceleris magnitudo.*

In his duobus textibus locutiones omninò ſimiles occurrunt. Mendoſus tamen eſt textus libri *de Mortibus Perſecutorum* : ſed ſi addatur vox iſta

Digitized by Google

mens, quæ potuit amanuensis culpâ omitti, sic legendum erit: *Et tamen his verbis exprimere mens pro indignatione suâ non potest*; & sensus erit planus & apertus; ità emendarunt doctiores quique.

www.libtool.com.cn

Hæc num. 5. lib. *de Mortibus Persecutorum* leguntur: *Nonne mirabile est, ausum esse quemquam . . . cogitare adversùs majestatem singularis Dei regentis & continentis universa?*

Et num. 12. *Templum paucis horis solo adæquarunt.*

Et num. 15. *Constantius . . . conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, dirui passus est.*

Num. 16. *Auctor & consiliarius ad faciendam persecutionem*; de Hierocle dicitur.

Eodem numero: *Seculum cum suis terroribus triumphasti.*

Eodem numero: *Nefandâ jussione contemptâ.* Jussio, vox Lactantiana.

Eodem num. *Nullus laqueus inducat.*

Num. 18. *de Mortibus Persecutorum*: *Multorum sibi odia quæsisset*; verbum Lactantianum, pro acquisivisset.

Eodem numero: *Ità planè.*

De Mortibus Persecutorum, num. 21. IN SERVITIUM *se addicant*; id est, in servitutem.

De Mortibus Persecutorum num. 23. *Contra omne jus humanitatis occidit.*

De Mort. Persec. num. 24. *Jam propinquavit illi judicium Dei.*

Eodem num. *Ei imperium per manus tradidit.*

De Mort. Persec. num. 26. *Quærebat quatenùs. Quatenùs* eò loci, pro *quomodò.*

De Mortib. Persec. num. 27. *Inflammatum irâ*; sic & suprà num. 14. *Inflammatus irâ.*

Hæc cap. 1. lib. I. Institut. leguntur: *Majestatem Dei singularis ac veri & cognovisti, & honorasti.*

Et lib. IV. Institut. cap. 21. *Futurum esse dixerunt, ut . . . civitates eorum solo adæquaret.*

Et lib. V. Institut. cap. 11. *Unus in Phrygiâ . . . universum populum cum ipso pariter conventiculo concremavit.*

Lib. V. Divin. Institut. cap. 11. *Alius eandem materiam mordaciùs scripsit, qui erat tum è numero Judicum, & qui auctor in primis* FACIENDÆ PERSECUTIONIS *fuit.* Hæc etiam de Hierocle.

Lib. IV. Divin. Institut. cap. 26. *Mortem* CUM SUIS TERRORIBUS TRIUMPHARET; & lib. VI. cap. 23.

Lact. Institut. lib. IV. cap. 15. eodem verbo *jussio* utitur, & lib. V. cap. 11. & 13.

Lact. lib. VI. Divin. Institut. cap. 21. *In eosdem laqueos inducantur.*

Sic Lact. Divin. Institut. lib. I. cap. 20. lib. II. cap. 12. lib. IV. cap. 1. lib. V. cap. 1. lib. VII. cap. 11. 14. & 15. Epitom. cap. 4. 20. & 27. his omnibus in locis *quærere*, pro *acquirere.*

Lactant. Divin. Institut. lib. I. cap. 11. lib. II. cap. 2. *Ità planè*, eodem modo.

Lactant. Epitom. cap. 52. *Tradet* IN SERVITIUM *Gentes universas*; eodem sensu.

Lact. lib. V. Divin. Institut. cap. 19. & 22. *Contra jus humanitatis*; lib. VI. cap. 10. *Contra jus humanitatis & fas omne spoliant, cruciant, occidunt, exterminant.*

Lact. Divin. Institut. lib. VII. cap. 14. *Cujus judicii tempus appropinquare ostendam*; & cap. 24. *Et jam propinquare summum illum conclusionis extremæ diem.* Sic *propinquare* eodem modo utitur Lactantius in Epitome cap. 71. initio.

Lact. Divin. Institut. lib. II. cap. 4. *Vixit usque ad senectutem, regnumque filio per manus tradidit.*

Lact. Inst. Divin. lib. II. cap. 21. *quatenùs* etiam eodem sensu accipitur, sicuti & lib. IV. cap. 27. lib. VII. cap. 6.

Lact. Divin. Inst. lib. VII. c. 17. *Inflammatus irâ.*

De Mort.

Digitized by Google

De Mort. Persec. num. 28. *Tanquàm superbus alter, exactus est.* Loquitur de Tarquinio.

Lact. Div. Instit. lib. IV. cap. 14. *Tarquinius superbus exactus est.*

De Mort. Persec. num. 30. *Habuit impunè.*

Lact. Epitome cap. 53. *Impunè habuit;* & cap. 55. *Impunè habent.*

www.libtool.com.cn

Et num. 33. *Percussit eum Deus insanabili plagâ.*

Et lib. VII. Institut. cap. 15. *Percussit Ægyptum Deus insanabili plagâ.*

Eodem num. *Forinsecùs;* vox insolita.

Lact. de Opific. Dei cap. 2. *Forinsecùs*, eodem sensu.

Eodem num. *Inæstimabile scatebat examen.*

Lact. Divin. Instit lib. I. cap. 16. lib. de Irâ cap. 10. Epitomes cap. 72. *Inæstimabilis*, eodem sensu.

De Mort. Persec. num. 36. *Ad præsens.*

Lact. Divin. Instit. lib. VII. cap. 6. 10. & 15. & de Irâ cap. 22. *ad præsens* eodem sensu usurpatur.

Et num. 38. *Ingenuas virgines imminutas servis suis donabat.*

Et lib. I. Institut. cap. 10. *Omitto virgines, quas imminuit.*

Num. 44. libri *de Mort. Persec.* sic habetur: *Et quamvis se Maxentius Roma contineret, quòd responsum acceperat periturum esse, si extra portas urbis exisset . . . commonitus est in quiete Constantinus, ut cœleste signum Dei notaret in scutis.*

Lib. II. Institut. num. 7. sic habetur: *Tiberio namque Attinio homini plebeio per quietem obversatus esse Jupiter dicitur.*

Et posteà loquens de Augusto, sic habet: *Medico ejus Artorio Minerva species obversata est, monens, ne propter corporis imbecillitatem castris se contineret Cæsar.*

Notentur in utroque textu locutiones istæ similes: *Se Roma contineret, castris se contineret; commonitus est in quiete, per quietem monens.*

De Mort. Persec. num. 44. *Et suum proprium;* voces omninò Lactantianæ.

Lact. Divin. Inst. lib. III. cap. 10. lib. IV. cap. 14. lib. V. cap. 11. De Opific. cap. 2. ubi *suum proprium, suo proprio, sua propria* semper adhibentur.

De Mortibus Persec. num. 47. *Quiverunt*, verbum Lactantio frequens.

Lact. Div. Instit. lib. II. cap. 5. lib. V. cap. 22. ubi etiam *quiverunt* & *quiverint* usurpantur eâdem significatione.

Et num. 49. *Insustentabili dolore usque ad rabiem mentis elatus est.*

Et lib. VII. Institut. cap. 16. *Hic insustentabili dominatione vexabit orbem.*

Et num. 52. qui & ultimus est: *Deus gregem suum partim vastatum à lupis rapacibus, partim verò dispersum reficere ac recolligere dignatus est, & bestias malas extirpare.*

Et lib. V. Institut. cap. 23. *Punientur judicio Dei . . . vindicaturum se in eos celeriter pollicetur, & exterminaturum malas bestias de terrâ . . . veniet, veniet rabiosis & voracibus lupis merces sua.*

Et num. 50. *Sic omnes impii vero & justo judicio Dei eadem, quæ fecerunt, receperunt.*

Congruunt utrinque textus isti. Notandum, vocem hanc, *insustentabili*, fortè in nullo alio Auctore reperiri.

Has proculdubiò loquendi formulas, quæ unum eumdemque repræsentant Auctorem, sat diligenter non contulerat Domnus Le Nourry: alioquin in eam, ut puto, tam liberè non iviſſet opinionem, à quâ discrepant omninò viri quique doctissimi. Hanc porrò si amplecti statuisset, non frigidis, non levibus, non vanis uti debuerat argumentis: sed firmas, imò & gravissimas ipsius erat adhibere rationes, quibus possent Eruditi à pristinâ suâ dimoveri sententiâ. Nec dicat Nourrysius, nonnisi

Digitized by Google

casu & fortuitò similes fuisse repertas in utroque Auctore locutiones. Id quidem potest fieri semel, aut bis, sed non ubique, ac quadragiès & ampliùs, sicuti evenit in libello sexaginta circiter paginarum; præcipuè verò cùm agatur de his formulis ità singularibus, vt vix eas in aliquibus reperias Scriptoribus.

Ex his ergò locis, quos non è libro tantùm *de Mortibus Persecutorum*, verùm etiam ex indubitatis Lactantii operibus exscripsi, stylum eundem esse libri *de Mortibus Persecutorum* ac Lactantii constat.

Disertum certè Scriptorem, in eloquendo facilem, comptum & apertum, quique bonarum artium Auctores pervolutaverit, quæ sunt quoque Lactantii dotes, liber *de Mortibus Persecutorum* exhibet.

Tandem librum *de Mortibus Persecutorum* Lactantio tribuendum suadet adhùc, quòd sicut docet libri istius Auctor num. 1. & 50. *universos* Christiani nominis *persecutores* à summo Deo debellatos, & dignâ ultione fuisse deletos: ità Lactantius lib. V. Institut. cap. 22. & 23. tradit, Deum in *malos Principes & injustissimos Persecutores* vindicasse populi sui vexationes, semperque *accidisse*, ut *ultio consecuta* fuerit.

Has rationes qui contulerit in unum, non mirabitur, quòd, statim ac in lucem prodiit liber *de Mortibus Persecutorum*, judicium hoc omnium Litteratorum fuerit, eum Lactantio esse adscribendum.

Agamus nunc de præcipuo Nicolai Le Nourry argumento. Codex MS. inquit, DE MORTIBUS PERSECUTORUM, præ se fert nomen LYCII, vel LUCII CECILII; ergò non est Lactantii. Miror, doctum Editorem hîc non meminisse, quod ipse tamen fassus est, amanuensem hujus codicis Scriptorem, *vel oscitatione ac negligentiâ, aut nimiâ scribendi festinatione, atque etiam linguæ Latinæ ignoratione, multa in eo libro depravasse, penitùsque corrupisse.* Quæ cùm ità sint, numquid Librarius iste non potuit omittere ultima duo LUCII CÆCILII LACTANTII FIRMIANI nomina? At nusquàm reperire datur, ait Domnus Le Nourry, Lactantium LYCII CŒLII, sive LUCII CÆCILII prænominibus insignitum fuisse. *At id certè multò minùs*, verba sunt Editoris, *in alicujus libri ab eo scripti titulo poterit inveniri.* Quis non crederet viro summè religioso æquè ac erudito rem ità affirmanti? Jurarem ipse in verba docti Editoris, eum contulisse codices manuscriptos omnes, quotquot reperiri potuerunt apud nostrates, in iisque nusquàm legi prænomina Lucii Cœlii & Lucii Cæcilii Lactantio adscripta. Longè tamen aliter est. Domnus Le Nourry, cùm edidit librum *de Mortibus Persecutorum*, Parisiis tunc degebat. Quâ igitur ratione non perlustravit Regis Christianissimi Bibliothecam? Hoc in Regio Thesauro vidit ipse codices multos, eosque appellat in Apparatu suo ad Bibliothecam SS. Patrum Tomo II. Quidni eos curiosiùs & attentiùs inspexit? Quod verò per incuriam non fecit Nourrysius, id ipsum accuratiùs exequamur.

Nourry Dissert. p. 219.

Nourry Dissert. p. 232.

Primus igitur codex nongentorum annorum, *numero* 1662. hæc habet verba, folio 25.

CECILII FIRMIANI de falsâ Religione liber primus explicit.

Digitized by Google

Incipit liber secundus Lactantii CÆCILII FIRMIANI de Origine erroris ad Constantinum Imperatorem.

Ad calcem septimi libri ità scriptum est : *CECILII FIRMIANI Institutionum divinarum de Vitâ beatâ explicit septimus liber.*

Folio 179. verso legitur : *CÆCILII FIRMIANI de Irâ divinâ liber VII. explicit.*

Folio 191. *CÆCILII FIRMIANI de Opificio Dei liber VIII. explicit.*

Omissum equidem est his in locis prænomen LUCII.

Sic in codice MS. *numero* 1664. ad finem tertii libri, ità legas : *L. CÆLII FIRMIANI*, omisso Lactantii nomine.

In fine sexti libri extat : *CECILII FIRMIANI LACTANTII explicit liber VI. de vero Cultu.*

Codex 1663. sic habet : *Incipit liber* FIRMIANI *Institutionum divinarum.* At legitur ad oram codicis litteris uncialibus : *CELII FIRMIANI de Religione & rebus divinis ad Constantinum Imperatorem.*

In fine autem primi libri scriptum est : *L. CÆLI FIRMIANI Institutionum divinarum liber primus explicit feliciter.*

In fine quarti libri legere est : *CÆLI FIRMIANI Institutionum divinarum liber IV. explicit.*

Ad calcem quinti libri scribitur : *L. CÆLII FIRMIANI Institutionum divinarum liber V. de Justitiâ explicit.*

Manuscriptum Regium, *numero* 1673. sic habet : *LUCII CÆLII LACTANTII FIRMIANI divinarum Institutionum adversùs Gentes ad Constantinum Imperatorem liber primus.*

Ad calcem verò MS. codicis habetur : *L. CÆLII LACTANTII FIRMIANI divinarum Institutionum adversùs Gentes septimus & novissimus liber ad Constantinum Imperatorem feliciter explicit.*

Sic in codice 1671. ejusdem Bibliothecæ legitur : *L.* CELII LACTANTII FIRMIANI *divinarum Institutionum adversùs Gentes, de falsâ Religione libri primi Prefatio ad Imperatorem Constantinum.*

Codex Colbertinus, nunc in Bibliothecâ Regiâ *numero* 1667. cui præfixa est inscriptio his verbis : *LUCII CÆCILII FIRMIANI LACTANTII liber incipit contra Gentes.*

In codice Lactantiano, qui est in Bibliothecâ Majoris-Monasterii juxta Turones, initio libri primi sic habetur : *LACTANTII FIRMIANI CÆCILII de falsâ Religione Deorum, incipiunt Rubrica libri primi.*

Digitized by Google

Ad calcem libri secundi legere est : *FIRMIANI LACTANTII CECILII.*

Tandem in fine sexti libri scribitur : *CECILII FIRMIANI LACTANTII, &c.*

www.libpol.com.cn

His in locis per incuriam omissum est prænomen LUCII.

Quin & in antiquo Bononiensi codice, cui tamen duo priora desunt folia, legitur tamen ad calcem libri primi : *L. FIRMIANI LACTANTII de falsâ Religione liber primus explicit*, omisso tunc scilicet *CÆLII*, vel *CECILII* nomine, quod nihilominùs in aliis libris legitur.

In fine librorum 2. 3. & 7. habetur : *L. CÆLII FIRMIANI LACTANTII, &c.*

Verùm, desinente libro IV. habes : *L. CÆLII LACTANTII FIRMIANI, &c.* inverso, ut vides, ordine.

Ad finem autem libri de Irâ Dei legere datur : *LU. CÆLII LACTANTII*, prætermisso *FIRMIANI* nomine.

At cur Dominus Nicolaus Le Nourry non inspexit codicem MS. Lactantii, qui extat in Sangermanensi Bibliothecâ, ubi tunc degebat ? In eo procul dubiò hæc legisset ad calcem libri de Opificio Dei : *L. CÆLI FIRMIANI LACTANTII de Ratione ad Demetrium explicit.* Attamen in libris Institutionum appellatur solummodò *FIRMIANUS LACTANTIUS* tribus aut quatuor vicibus.

Undè, quæso, tot Editores hujus Auctoris descripserunt prænomina & cognomina, scilicet LUCII CÆLII FIRMIANI LACTANTII ? Nonne ex MSS. codicibus, quibus usi sunt ? Non enim ea vel excogitarunt, vel ediderunt casu ac fortuitò. Sequitur ergò, negligentiùs atque confidentiùs, quàm par est, scripsisse Nicolaum Le Nourry, nusquàm Lactantium in codicibus MSS. LUCII CÆLII, aut LUCII CÆCILII prænominibus insignitum fuisse. Imò constat, ità prioribus voculis appellari, ut æquè agnoscatur sub Lucii Cælii aut Cæcilii, ac sub Firmiani Lactantii nominibus.

Sublato igitur præcipuo Domni Le Nourry argumento, tota ejus corruit sententia ; nec obstat, quominùs Lactantio adjudicetur libellus *de Mortibus Persecutorum*, quamvis tantùm præ se ferat nomina LUCII CECILII : præsertim cùm sat rectè docuerimus, idque rationibus multis, soli Lactantio adscribi posse elegans ac perutile istud opusculum.

Digitized by Google

APPENDIX

www.libtool.com.cn

DE DUOBUS LOCIS CODICIS MANUSCRIPTI libri de Mortibus Perſecutorum, *quorum immutatæ ſunt quædam voces in textu editionis Domni Le Nourry.*

I.

PRIMUS locus habetur numero 2. paginâ 6. (ſuprà verò pag. 185.) ubi in textu editionis Domni Le Nourry ſic legitur de Nerone: *Primus omnium perſecutus Dei ſervos Petrum cruci affixit, & Paulum interfecit: nec tamen habuit impunè; reſpexit enim Deus vexationem populi ſui. Dejectus itaque faſtigio imperii, ac devolutus à ſummo tyrannus impotens, nuſquàm repentè comparuit; ut ne ſepulturæ quidem locus in terrâ tam malæ beſtiæ appareret. Undè illum quidam deliri credunt eſſe tranſlatum, ac vivum reſervatum, Sibyllâ dicente, matricidam profugum à finibus eſſe venturum, ut quià primus perſecutus eſt, idem etiam noviſſimus perſequatur, & Antichriſti præcedat adventum.*

Notavit Domnus Le Nourry, in manuſcripto legi *deleri*, quæ vox cùm non cohæreat cum aliis, nec quid ibi ſignificet intelligatur, ponendam duxit in edito textu vocem *deliri*. Verùm emendatio iſta admitti non debet; omninò enim adverſatur Auctoris menti. Non equidem Lactantius iſtam quorumdam de Nerone opinionem, exiſtimantium eum eſſe tranſlatum & vivum reſervatum, ſuam eſſe dicit: ſed hanc ità exponit, ut ab ipſo minimè repudiari manifeſtum ſit; ſiquidem iſtius quorumdam opinionis probabiles affert rationes. Primò enim hinc eam natam eſſe tradit, quòd Nero nuſquàm repentè comparuerit, ne tam malæ beſtiæ ſepulturæ locus inveniretur. Deindè docet, hanc opinionem fulciri auctoritate Sibyllæ, quæ plurimùm tunc temporis valebat, cujus verba refert. Aſſignat etiam cauſam, propter quam reſervatus putabatur; nempè ut præcurſor Antichriſti fieret, & qui primus perſecutus fuerat, idem etiam noviſſimus perſequeretur. Demùm duorum Prophetarum exempla recenſet, qui vivi tranſlati fuerunt.

Non ergò iſtius Auctoris mens fuit eos deliros appellare, qui ità ſentirent. Idque eò minùs veriſimile eſt, quòd hic Auctor nec occiſum, nec mortuum Neronem dixerit; & hæc opinio eâdem ætate in animos Chriſtianorum plurimorum & eruditorum, & ſanctorum pervaſerat, Neronem eſſe reſervatum. Id teſtatur Severus Sulpitius lib. 2. Hiſtoriæ Sacræ, num. 40. agens de Nerone: *Qui non dicam regum*, inquit, *ſed omnium hominum, & vel immanium beſtiarum ſordidiſſimus dignus extitit, qui perſecutionem in Chriſtianos primus inciperet; neſcio, an & poſtremus explerit: ſiquidem opinione multorum receptum ſit, ipſum Antichriſtum venturum;* & n. 42. *Interim verò... humanis rebus eximitur... certè corpus illius interemptum: undè creditur... curato vulnere ejus, ſervatus, ſecundùm illud, quod de eo ſcriptum eſt:* Et plaga Apoc. XIII. 3.

Digitized by Google

mortis ejus curata est, *sub seculi fine mittendus, ut mysterium iniquitatis exerceat.*

Idem Severus Sulpitius Dialogo 2. de Virtutibus Beati Martini, hoc habet eam in rem: *Cæterùm cùm ab eo*, nempè Beato Martino, *de seculi fine quæreremus, ait nobis, Neronem & Antichristum priùs esse venturos; Neronem in Occidentali plagâ, regibus subactis decem, imperaturum . . , & ipsum denique Neronem ab Antichristo esse perimendum.*

Sanctus Augustinus lib. 20. de Civit. Dei, cap. 19. hæc de variis opinionibus circa Neronem scribit: *Nonnulli ipsum resurrecturum, & futurum Antichristum suspicantur: alii verò nec eum occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus, & vivum occultari . . . donec . . . restituatur in regnum. Sed multùm mihi mira est opinantium tanta præsumptio.*

Quàm falsi autem essent omnes isti de Nerone rumores, liquet ex Suetonio lib. 6. de Cæsaribus, ubi & genus mortis Neronis, funeris rationem & expensas, tumuli locum & structuram narrat. *Ferrum*, inquit, *jugulo adegit, juvante Epaphrodito à libellis . . . nihil priùs ac magis à Comitibus exegerat, quàm ne potestas capitis sui cuiquam fieret: sed ut quoquo modo totus cremaretur. Permisit hoc Icellus Galbæ libertus . . . reliquias Ecloge & Alexandra nutrices cum Acte concubinâ gentili Domitiorum monumento condiderunt, quod prospicitur è campo Martio, &c.*

Licèt vocem *deliri* è textu libri *de Mortibus Persecutorum* tollendam putem, quid tamen eò loci significet vox *deleri*, prorsùs nescio; nec quod cum aliis ignoro, solus volo scire videri.

I I.

Alter locus, in quo immutatæ sunt quædam voces codicis manuscripti libri *de Mortibus Persecutorum* in textu editionis Domni Le Nourry, habetur num. 52. pag. 99. ubi legitur in textu præfatæ editionis (nostræ verò pag. 250.): *Quæ omnia secundùm fidem scientium loquor, ità ut gesta sunt, mandanda litteris credidi.* Notat Domnus le Nourry, in manuscripto haberi: *quæ omnia secundùm finem, scienti enim loquor, ità ut gesta sunt, mandanda litteris credidi.* Contendo, verba ista, *scienti enim*, immutari non debuisse. Sensum enim planum & apertum habent, qui certè Auctoris menti congruit. Ibi Donatum, cui librum *de Mortibus Persecutorum* nuncupaverat, alloquitur Lactantius, cùm ait, *scienti enim loquor.* Reverà vox ista, *finem*, cujus sensus statim non apparet, dedit locum suspicandi, aliquid esse in hâc phrasi immutandum. Sed si vox ista *finem* immutanda fuit, quia obscurior videbatur, non idcircò duæ sequentes voces, quarum apertissimus est sensus, immutandæ erant. Supponamus emendandam vocem istam *finem*, ut emendata fuit in textu edito, nihil prætereà immutari debuit; exhibet enim phrasim, quæ Tullii omninò stylum redolet, in hunc modum: *Quæ omnia secundùm fidem, scienti enim loquor, ità ut gesta sunt, mandanda litteris credidi.* Perindè ac si dixisset: *Quæ omnia secundùm rei veritatem, quod certè tu, Donate, nosti, ità ut gesta sunt mandanda litteris credidi.* Juxta Ciceronem, in Epistolâ quartâ libri tertii ad Quintum fratrem, *secundùm fidem loqui*, est dicere, loqui prout se res habent. En verba Ciceronis: *Mihi illud jucundum est, quòd cùm testimonium secundùm fidem & re-*

Digitized by Google

ligionem gravissimè dixissem, reus dixit, &c. Nemo est, qui non videat, *testimonium secundùm fidem dicere*, idem esse ac secundùm rei veritatem.

Jam verò sitne eò loci mutanda vox *finem*, expendendum est. Retinenda sanè est, si ex illâ idoneus quidam sensus affulgere possit. Hunc verò sensum, si retineatur, habere potest: *Secundùm finem*, id est, *propè mundi finem*; ità ut sensus sit: *Quæ omnia imminente mundi fine, quod tu ipse, Donate, nosti, quomodò gesta sunt, mandanda litteris credidi.*

Vocem *finis*, sumi aliquandò à Scriptoribus Ecclesiasticis pro mundi fine, constat ex Tertulliano cap. 39. Apologetici, ubi ait: *Oramus pro Imperatoribus, pro ministris eorum, ac potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro morâ finis.* Orare pro morâ finis in isto Tertulliani loco, est orare, ut mundi finis retardetur. Quod eò loci vocat *finem*, *clausulam seculi* nominaverat cap. 32. ejusdem Apologetici, his verbis: *Est & alia major necessitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiam pro omni statu Imperii, rebusque Romanis, quòd vim maximam universo orbi imminentem, ipsamque clausulam seculi acerbitates horrendas comminantem, Romani Imperii commeatu,* (id est, diuturnitate) *scimus retardari. Itaque nolumus experiri, & dum precamur differri, Romanæ diuturnitati favemus.*

Antiquus Auctor Commentariorum in Epistolas Sancti Pauli, editus ad calcem operum Sancti Ambrosii, in hæc verba cap. 15. Epist. 1. ad Cor. v. 24. *Deindè finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri*, sic habet: *Deindè finis*; hoc dicit, quia, tradito regno, finis erit mundi.

Multos primis Ecclesiæ seculis Christianos in eâ fuisse sententiâ notum est, mundi finem propinquare. Hanc fuisse ipsius Lactantii, patet ex Institutionum lib. VII. cap. 16. ubi tradit, Romanum nomen brevi de terrâ tollendum; & in Epitome cap. 10. docet, interitum mundi expletis sex annorum millibus fieri necesse esse. *Quod*, inquit, *in proximo est, quantùm de numero annorum, deque signis, quæ à Prophetis prædicta sunt, colligi potest*; & cap. 25. libri VII. Institutionum suprà citati ait: *Omnis tamen expectatio non amplius quàm ducentorum videtur annorum, licèt varient historiæ circa numerum annorum ab exordio mundi.*

Id ipsum non minùs disertè affirmaverat ante eum Sanctus Cyprianus scribens ad Thibaritanos. *Scire enim debetis*, inquit, *ac tenere, diem pressuræ super caput esse cœpisse, & occasum seculi atque Antichristi tempus appropinquasse*; & in libro ad Demetrianum tradit, totum jam ipsum mundum *in defectione* esse & *in fine.*

Hoc etiam ità Beato Martino persuasum fuerat, ut, teste Sulpitio Severo, Dialogo 2. de Virtutibus Beati Martini, num. 16. Beatus Martinus de fine seculi differens, dixerit, dubium non esse, *quin Antichristus esset in annis puerilibus constitutus, ætate legitimâ sumpturus imperium.* Subdit verò Sulpitius Severus: *Quòd autem hæc ab illo audivimus, annus octavus est. Vos autem æstimate, quo in præcipitio consistunt, quæ futura sunt.*

Nec mirum videri debet, si Lactantius in libri *de Mortibus Persecutorum* Epilogo ad Donatum orationem convertens, mentionem aliquam injecerit de fine seculi, quem imminere nec Lactantius, nec ille nobilissimus Confessor Donatus dubitabat.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

HENRICI DODWELLI DISSERTATIO DE RIPA STRIGA.

Ad Lactant. de Mortibus Perſecutorum, §. XVII.

RIPA hæc non *Maris* erat, ſed *Fluvii*, §. I. *STRIGA* vox *Gromatica* & *Caſtrenſis*, §. II. Caſtra *Romana*, ut plurimùm *quadrata*. Caſtrorum *fixorum* frons *Oriens*, *mobilium hoſtis*, §. III. *Frontem* itaque caſtrorum *STRIGAM* Veteres, latus *SCAMNUM* appellabant, §. IV. *Coloniæ Romanæ* pro *Caſtrenſi* diſciplinâ diſpoſitæ. *Prætenturæ* Coloniarum *STRIGÆ*, §. V. *Agrorum*, *Caſtrorum*, *Provinciarumque* præcipuè *Romanarum* limites *Fluvii*, §. VI. Prætenturarum *Illyricianarum* limes *Danubius*. Provinciæ *Illyricianæ Ripenſes* ab ejuſdem *Danubii RIPA*, §. VII. Idem probatur è *Caſtris ſtativis* in *Danubii Ripâ* frequentiſſimis, & ab *Hiſtoriâ*. Prætenturarum *Romanarum* qualia *munimenta*. Explicatur adverſùs *Rhenanum Tertullianus*, §. VIII. Idem ex *Attilæ* Provinciâ *Romanis* ereptâ, §. IX. *Ripam Danubii* egreſſi aliquandò, ſed *rarò Romani*, §. X. Quo minùs ſæpè egrederentur, impediebat opinio de *Fatalibus* Imperiorum *terminis*. Nullam tamen *Provinciam Tranſdanubianam* retinebant ætate *Diocletiani*, §. XI. Convenit hæc *RIPÆ STRIGÆ* mentio cum *conſilio* atque *itinere* Diocletiani, §. XII.

§. I. *SIC æſtate tranſactâ, per circuitum RIPÆ STRIGÆ, Nicomediam venit, &c.*] *RIPAM STRIGAM*, cujus meminit in *Diocletiani* à *Ravennâ Nicomediam* verſùs itinere *Lactantius*, de mendo ſuſpectam habet Cl. *Lactantii* Editor; vel, ſi veré ſit *Lactantii*, de orâ *Propontidis*, quam legerit *Diocletianus*, putat intelligendam. Fallitur utrobique vir doctiſſimus. Maris *oram littuſve* legi apud puros *Romanæ* Linguæ Auctores, facilè concedent eruditi; ne id quidem difficile, ut rarò forsàn maris etiam *ripam* aliquandò legamus, longè tamen eſſe illam in *fluviis*, quam in *mari*, frequentiorem. *Fluvii* itaque *ripam* fuiſſe veriſimillimum eſt, quæ *Striga* appellatur, non *maris*, non *Propontidis*. Id verò reſtat prætereà difficile, quid *STRIGÆ* nomine intelligat *Lactantius*, utque ea poſſit in *fluvium* convenire, & *quem* ille *fluvium* denotare voluerit. Ità *Diocletiani* iter exploratiſſimum habebimus.

§. II. Eſt itaque *STRIGA* vox *Agrimenſaria* ſeu *Gromatica*, à *Caſtrametatione* primùm, indè ad *Coloniarum* Agros, qui pro *Caſtrorum* normâ menſurari atque diſtribui ſolebant, traducta atque uſurpata. *Caſtrenſe* eſſe vocabulum docet nos diſertiſſimè (a) *Charifius*. Neque verò eſt quòd quis putet, hoc in eâ voce ſingulare. Idem de peritiâ *Gromaticâ* univerſâ ſentiendum, deque *vocibus* illius Artis item univerſis. Ad introitum *Prætorii* locum *Gromæ* appellat (b) *Hyginus*; & quem ſcripſit de *Caſtrametandi ratione* librum, eundem etiam *Gromaticum* inſcripſit. Idem *Hyginus* à *Gromâ* illâ, quam dixi, *Caſtrenſi Profeſſores* ejus *Artis* teſtatur *Gromaticos* fuiſſe cognominatos. Eſt itaque à *caſtrenſi* hujus vocis uſu de alio quovis uſu ſecundario omninò ſtatuendum.

(a) *Charif.* L. 1. (b) *Hygin.* Gromatic. p. 73. Edit. *Scriverii.*

§. III.

Digitized by Google

§. III. *Castrorum* ergò figuram ut aliam nonnunquàm *Romani* adhibuerint, quàm *quadratam*, nemo tamen est qui dubitet, illam omnium fuisse longè frequentissimam. Non est quòd dubitemus, eodem ordine constitutos in *castris* milites, quo in *acie*. At *quadrato agmine* incessisse constat, quotiès imminueret à propinquo hoste periculum. Illam scilicet credebant figuram munitionibus aptissimam. Numerum quaternarium ἄπλωτον habebant *Pythagorei*; invictæque constantiæ virum solent Philosophi τετράγωνον appellare. Rectè ergò illam pro *Gromaticæ* artis normâ statuemus. Est autem duplex *quadratæ* figuræ limes, in *longitudinem* alius, alius in *latitudinem*. Idque certum, horum alterum *STRIGAM*, alterum *Scamnum* appellasse. Duplex autem erat *castrorum* situs: alius pro re natâ & belli exigentiâ, incertus atque *mobilis*; *fixus* alius & immobilis, ut in *castris stativis*. In situ *fixo Orientem*, in *mobili hostem* respiciebat *porta Pretoria*. Ita scilicet (a) *Hyginum* intelligo atque *Vegetium*. Quòd *Orienti* castra obverterint, in eo, ut existimo, *salubritatis* rationem habebant. Situm enim illum commendant Scriptores *rei rusticæ*, ut omnium saluberrimum. Sed *hostis* procul dubio potior erat, quàm *Orientis* ratio. Ita tamen ut, quotiès nullum aliundè metueretur incommodum, *Orientem* aliis *cœli* plagis anteferrent. Id unum hoc in loco observare volui, idem valere apud *gromaticos* Scriptores in *stativo* situ *Orientem*, quod in *mobili hostem*; ut proindè quem limitem in *stativo* situ *Orienti* obverterent, eundem essent *mobilem hosti* obversuri.

§. IV. Ita intelligemus, quam posituram obtinuerint in *castrensi* disciplinâ *STRIGA* atque *scamnum*. Agrum illum *Strigatum* appellat (b) *Aggenus Urbicus*, *qui à Septentrione in longitudinem in Meridianum decurrit; scammatum autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem crescit.* Ità dispositæ phalanges in *longitudinem* à *Septentrione* versùs *Meridiem*, vultus potiùs *Orienti*, quàm *Septentrioni* obversos habuerint. Ità *aquilas* respexerint *portamque Prætoriam* in formâ *castrensi fixâ*. Nec aliter ipse Frontinus: (c) *Quicquid autem* (inquit) *secundùm hanc conditionem in longitudinem est delimitatum, per STRIGAS appellatur; quicquid per altitudinem, per scamna.* De *agrorum* divisione hæc *Frontinus*, non equidem *singulorum* colonorum *sortibus* atque portionibus, quarum limites poterant ab invicem esse diversissimi; sed eorum *agrorum*, qui *coloniæ* universæ fines includerent, seu quorum *modus universus civitati est assignatus.* Proindè non est quòd dubitemus, quin & uniusmodi limites ager istiusmodi complectatur, & cum *castrametatione* conformes. Constat autem, pro *castrametandi* disciplinâ, aciem in fronte longissimam, ne circuiri posset, hostibus opponi solitam. Accedunt denique & illa *Hygini* verba (d): *Quotiès per STRIGAS distribuimus, non plusquàm tripertiti esse debebunt.* Non aliam existimo tripertitam illam distributionem, quàm illam in *militiâ Romanâ* notissimam, *hastatorum*, *principum*, atque *triariorum*. Atqui triplex ista acies *hosti* erat opposita. Qui itaque limes in *sepulchrorum* inscriptionibus *IN FRONTEM* appellatur, illam *STRIGAM* appellant in *castrametatione Gromatici*; & vicissim quem *Scamnum Gromatici*, eundem solent *IN AGRUM* designare inscriptiones. Convenit & *scamni* significatio apud auctores *rei rusticæ*. Si quà enim inter arandum terrà fuerat ab aratro prætermissa, illam pro *scamno* habebant. Situs ergò agri *secundo* sulco est *scamnatus*, situs sulcis *transversus strigatus* appellabitur. At *transversus* sulco situs *vultui* militum repræsentat in acie consistentium.

§. V. Jam verò quæ in *castris* vigebant leges, eædem in *coloniis* limitaneisque præsidiis etiam viguere. Nec enim illæ telluris *colendæ* modò sunt, sed finium etiam *propugnandorum* causâ deductæ. Id satis est ex ipsis *rei agrariæ* vocibus manifestum. (e) *Territorium* illis id omne dicitur, quod *hostis terrendi causâ constitutum est. Ager arcisinius* (inquit è *Varrone* (f) *Frontinus*) *ab arcendis hostibus est appellatus.* Erant itaque *coloniæ* limitaneæ magnâ quædam quasi *castra*, ut non sit utique quòd miremur, si pro *castrorum* more illæ atque disciplinâ disponerentur. Voces certè adhibent *castrorum* proprias, *centurias*, *perticas*, innumeras alias, ut intelligamus eodem modo respexisse invicem in *agrorum* distributione *colonos*, quo in *acie milites*. Formâ etiam *castrorum* quadratâ *colonias* repræsentant Scriptores *rei agrariæ*. Ipsa autem *prætenturæ* vox, quâ utitur in præsidiorum *limitaneorum* causâ *Ammianus*, facit omninò ut ne prorsùs dubitemus, tam *castrorum* vicem repræsentasse excubantes pro Reipub. salute *Colonias*, quàm etiam in magnis illis universæ Reipub. quasi *castris*

(a) *Hygin.* Grom. *Veget.* l. I. c. 23. (b) *Agg. Urb.* de lim. Agror. p. 46. *Goes.* (c) *Frontin.* de Agrorum qualitate p. 38. (d) *Hygin.* Gromat. p. 78. (e) *Frontin.* de lim. Agr. p. 42. vid. *Flacc. Sic.* de Cond. Agr. p. 3. (f) *Frontin.* ibid. p. 38.

eum præcipuè ſitum obtinuiſſe, quem in caſtris *STRIGÆ*. *Tendunt* enim apud *Gromaticos* Scriptores turmæ illæ, quæ alterutrum Prætorii *latus* occupant, *retendunt* fortaſsè illæ, quæ ponè; at *prætendunt* certè illæ, quæ *præ* Prætorio *hoſti* objiciuntur, & *portæ Prætoriæ*. Sequitur itaque, ut quamcunque habuerint in *fronte* metam, ea etiam *STRIGA* appellanda ſit.

www.libtool.com.cn

§. VI. Porrò inter *agrorum* limites *rivos* numerat (a) *Siculus Flaccus*, *flumina Frontinus*; de *privatorum* colonorum præcipuè limitibus intelligendi. Id tamen longè potiori ratione in *caſtrametatione* erat *prætenturiſque* limitaneis neceſſarium. Duplicem enim *caſtris* utilitatem præſtabat *fluvius*, tam *aquæ* illam, quàm etiam *munitionis*. Proindè eam operam dederunt periti Imperatores, etiam in *caſtris tumultuariis*, ut unam ſaltem caſtrorum metam *fluvius* alluëret. In *ſtativis* autem *caſtris* limitaneiſque, quorum & locus poſſet eligi, quæque ipſa *defenſionis* potiùs, quàm *oppugnationis* causâ conderentur, id obſervaſſe Veteres, eſt adhuc longè veriſimilius. Sunt enim *fluvii* quaſi *nativi* quidam provinciarum termini ab ipſo Numine inſtituti, poteratque hoſtis in ipsâ *fluvii* tranſmiſſione opprimi facilius, quàm ſi cum illo in aperto eſſet liberòque campo congrediendum. Id certum Veteres, ut alia loca *impedita*, ſic & *fluviorum* vada munire ſolitos. Et quò *major* erat *fluvius*, minúſque *vadoſus*, eò *munitiorem* credebant, aptioremque hoſtibus arcendis, eò etiam, ſi hoſtis tranſiſſet, faciliorem ſuorum in munita loca receptum. Non eſt itaque quòd *Geographorum* ſcrinia compilemus de *fluviis* provinciarum *terminis*. Ubique enim occurrunt exempla. Ne longiùs abeamus, *Romani*, de quo agimus, imperii limites inſignes habemus *fluvios*. *Gallias* defendebat adverſùs *Germanos* terminabatque *Rhenus*, *Syriam* in *Parthos Euphrates*. Quidni itaque dicamus & *Illyricianarum prætenturarum* limitem fuiſſe *Danubium*; nec alium quærendum eſſe *fluvium*, cujus *ripam STRIGAM Lactantius* appellarit? Illum enim in *fronte* hoſtibus objectum habebant *prætenturæ Illyricianæ*.

§. VII. *Danubium* certè *Romani* imperii *limitem* Veteres plerique agnoverunt. *Strabo* (b) Τῶν δὲ πρὸς ἕω ἐσθ', τὸν μὲν Εὐξεῖνον κόλπον ἔχοντα, μέχρι τῆς ἐκ τὸ ΙΣΤΡΟΥ, ἢ τῶν μεταξὺ τὸ Ῥήνε καὶ τὸ Ταναΐδος πεδιονομεῖται. Rex *Agrippa* apud *Joſephum*: (c) Οὐ γὰρ ἐξήρκεσεν αὐτοῖς ὅλος Εὐφράτης ἀπὸ τὴν ἀρκτολὴν, ἀλλ' ὑπὲρ τὸν προσαρκτίον ΙΣΤΡΟΝ, &c. Et nonnullis interpoſitis: Ἐν δὲ ΙΣΤΡΩ κατοικοῦντες, ἃ δυσὶ μόναις τάγμασιν ὑπήκουσι, μεθ' ὧν αὐτοὶ τὰς ἄκρας ἐφυλάττετον ἵππεις. Tacitus: (d) *RIPAMQUE DANUBII Legionum duæ in Pannoniâ, duæ in Mœſiâ attinebant, totidem apud Dalmatiam locatis, quæ poſitu regionis in tergo illis*. Appianus: (e) Ἐν δὲ τῇ Εὐξείνῃ τοσαῦτ' ἐστὶ, ὅσα τε ὁ ΙΣΤΡΟΣ μάλιστα τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὠφέλησε. Sic & poſt *Diocletiani* tempora (f) *Feſtus Rufus Romani* imperii *metam* ad *Danubium* uſque protendit, Provinciarumque limitaneatum terminum ipſum ſemper *Danubium* deſignat. Indè tot habemus ex eâ parte provincias *RIPENSES*, ità ſcilicet cognominatas, ut ab aliis ejuſdem nominis provinciis *mediterraneis* diſtinguerentur. *Ripenſem Daciam* agnoſcunt omnes, cui & *Valeriam Noricumque* accenſet *Imperii Notitia* ipſas quoque *Ripenſes*. Sed & *Saviam* ſive *Pannoniam ſecundam Riparienſem*, à *præſidiis*, ni fallor, *Ripariis* ità cognominatam. (g) *Ripam* enim *Danubii* obſidebant illa præſidia. *Sub diſpoſitione ducis Valeriæ Ripenſis equites* legimus *Dalmatas* in loco, cui *Ripa altæ* nomen, ab illâ proculdubiò *ripâ Danubii*. *Sub diſpoſitione ducis Provinciæ Rhætiæ primæ & ſecundæ*: (h) *præfectum legionis tertiæ Italicæ partis ſuperioris deputatæ Ripæ primæ Submontorio*. Ad illam certè *ripam* excubias egit ſub *Diocletiano Galerius*. Ità enim queritur ille apud Lactantium, (i) *fluxiſſe annos quindecim* ex quo *in Illyricum, vel ad ripam Danubii relegatus, cum gentilibus barbaris luctaret, cùm alii intra laxiores & quietiores terras delicatè imperarent*. Pro eâdem normâ & *Rheni ripæ præfectum* memorat (k) *Tacitus*. Idem *Tacitus* oſtendit *duas* illas *legiones*, quibus limitum illorum tutelam creditam teſtatur tam ipſe, quàm rex etiam *Agrippa*, in *Pannoniâ* fuiſſe collocatas. Ità non erit quòd miremur, *Pannonicos* præcipuè milites, utpotè veteriſſimos illorum finium propugnatores, cognominatos eſſe *Riparios*. Indè *Riparienſis* audiebat *Pannonia* illa potiùs, quàm *Ripenſis*.

§. VIII. Idem produnt & *ſtativa Caſtra* in noſtrâ, de quâ agimus, *Danubii ripâ* longè frequentiſſima *Hoſtium* certè *limitibus* propinqua illa oportuit fuiſſe caſtra, quæ hoſtium arcendorum causâ inſtituerentur. Idem ipſæ etiam Hiſtoriæ. Pulſi ab *Hunnis Gothi Danubium* tranſ-

(a) *Flaccus*, p. 2. 22. *Frontin.* p. 38. (b) *Geogr.* L. XVII. p. 839. (c) *Joſeph.* Bell. Jud. L. II. c. 28. *Græc.* div. (d) *Tacit.* Ann. IV. c. 5. (e) *Appian.* in Procem. Sic & Auguſtus apud Julian. in Cæſarib. (f) *Feſt. Ruf.* in Breviar. (g) Not. Imp. Sect. 47. (h) Notit. Sect. 53. (i) Ap. *Lactant.* de Mortibus Perſec. Sect. 18. (k) *Tacit.* Hiſt. IV. 55.

Digitized by Google

mittere non audebant, nisi veniam priùs à *Romano* Imperatore *Valente* impetrassent. Nempè id quò minùs auderent, in causâ erant *Præsidia limitanea*. Τῶν ὄχθας διατηρούντων Ῥωμαίων appellat (a) *Eunapius*, quos *Ripæ Præfectos Tacitus*. Ità igitur *Ripam* eam obsidebant illa *Præsidia*, ut locum transmittendi nullum vacuum relinquerent. Sic enim *Imperii Romani* limites solebant *ambire* Prætenturæ. Id discimus ex Anonymi Libello *de rebus Bellicis*. Sic enim ille: (b) *Est præterea inter commoda Reip. utilis limitum cura ambientium ubique latus imperii, quorum tutelæ assiduæ melius castella prospiciant, ità ut millenis interjectæ passibus stabili muro & firmissimis turribus erigantur. Quas quidem munitiones possessorum distributa solicitudo sine publico sumptu constituat, vigiliis in his & agrariis exercendis, ut provinciarum quies circumdata quodam præsidii cingulo requiescat.* Eâ itaque *conditione* Agros *Coloniarum* distribuebant *Duumviri*, ut propriis *Colonorum* sumptibus, & *muniendi* essent Coloniarum *fines* atque *propugnandi*. Idem nempè illud *Romanorum* Colonorum ferè *jus*, quod apud *Turcas Timariotarum*; apud nostros, *servitii militaris*. Proprium autem id fortalsè *Romanorum*, quòd imperii *fines universos* firmioribus præsidiis munirent, quàm nostri *castra*, in ipso etiam *Belli* procinctu, perpetuo nimirùm stabilique *muro*, *turribus* etiam, seu *castellis* validissimis per millenorum passuum singula intervalla. Id genus munimenta habemus in nostrâ hodieque *Britanniâ*, in muris *Hadriani*, *Antonini*, atque etiam *Severi*. Id etiam imitatus est recentior *Offa* noster in vallo illo, quod ejus retinet hodièque nomen, *Angliam* inter *Walliamque* limitaneo. Nec aliò retulerim *Tertulliani* illa: (c) *Maurorum gens & Getulorum barbaries à Romanis obsidentur*. De bello hæc nescio quo intelligit Doctissimus (d) *Rhenanus*, quod eo tempore vigueri, quo scripserit hæc *Tertullianus*. Atqui altum apud illius *ævi* Scriptores de *Bello* illo silentium. Nec *includendis* intra suos fines *hostibus*, sed verò potiùs ut è *Romanis* finibus *excluderentur*, omnis illa instituta est obsidio, *ne regionem* (inquit *Tertullianus*) *suorum fines excedant*; idcircò *legionum suarum præsidiis imperium suum muniisse* Romanos. *Prætenturarum* hoc in loco formam repræsentat, uti dixi, omninò *Tertullianus*, quæ tamen ipsa à *Castrorum obsidionalium* formâ non prorsùs abhorreret. Nempè duplicem, quem dixi, usum præstabant *Castra obsidionalia*, non modò hostes ut obsessos *includerent*, sed ut externorum quoque hostium auxilia *excluderent*. Sic enim *Castrorum* illorum *externum* quoque *limitem* solebant munire *Romani*, ut & indè *hostem*, etiam viribus alioqui parem, facilè repellerent. Ità ipsum quoque *Hannibalem* repulerunt in obsidione *Capuæ*, & *Gallorum* exercitum numerosissimum *Cæsar* in obsidione *Vercingetorigis Alesiensi*. Nempè illum etiam *externum* limitem *vallo* munitissimum habebant, *turribusque* certo sibi invicem intervallo respondentibus. *Externum* itaque *Castrorum obsidionalium* limitem referebant *Prætenturæ*.

§. IX. Ità dum *Prætenturarum* disciplina illa vigeret, illæsi erant *Romanorum fines*, hostesque barbaros etiam ferocissimos sustinebant. Detraxit illas *Valens*, *Gothisque* credidit, & *Romanos Barbaris* facilem deindè prædam exposuit. *Veterum* tamen *limitum*, etiam in illâ, quæ secuta est, hostium eluvione, vestigia constabant. Provinciam ab *Attilâ Romanis* exceptam ità circumscribit *Priscus*: (e) ὅρια δὲ μᾶλλον αὐτῆς κατὰ μὲν βάρος ἐξ Ἴστρου ἀπὸ τῆς Ἀκοντίσου ἄχρι Νάϊσσου τῆς Θρᾳκίων, κατὰ δὲ βάθος πόσον ἡμερῶν ἐδόκει. *Longitudinem* itaque Provinciæ *Romanæ* prætendebat *Danubius*, quam *Longitudinis* metam *STRIGAM* appellari diximus. Proindè & *commercii* locum mutavit *Attila*, eodem Auctore *Prisco*: ἐς τὸν ἀγορὰν, τὸν ἐν Νάϊσσῳ, μὴ πρὸς τῇ ὄχθῃ τῇ Ἴστρου κατιόντι γένεσθαι, ἅπερ ἐς πάλαι, ἀλλ' ἐν Νάϊσσῳ, ἣ ἔστιν ἐπ' αὐτῇ ἐμπόριον, τῶν Σκυθῶν ἐς Ῥωμαίους ἰόντων γῆς. Ecquis est, qui non videat in ipsis *finibus* imperii constituta hæc fuisse *commercii* loca, cùm & ipsam *Naissum* propterea huic commercio designarit *Attila*, quòd novæ suæ Provinciæ fuisset *finis*? Ecquis non proindè videat, cùm *antiquum* commercii locus fuisset *RIPA DANUBII*, id propterea esse factum, quòd etiam *antiquus* fuisset imperii *limes*? Rectè itaque conjicit Pater *Oxoniensis** in *Strigonii* urbis nomine *RIPÆ STRIGÆ* memoriam hodièque constare, quæ & ipsa ad *Danubii Ripam* sita est.

§. X. Hæc cum ità se habuerint, cautè tamen fateor ista subjunxisse *Appianum* (f): Οὗτοι μὲν ἔθνη κατῴκησαν, ὡς ἐγνώκασιν ἐλάσσω ἢ ἐκράτησε. Tam enim *Rhenum*, quàm *Euphratem*, quàm ipsum *Danubium*, superarunt aliquandò *Romani*. Provinciam *Transdanubianorum Da-*

(a) *Eunap.* in Collect. *Porphyrogenn. Hoeschel.* de Legationibus p. 11. eademque fere *Zosim.* L. IV. (b) De Reb. Bell. Ed. *Scriver.* p. 101. *Labbai* p. 188. (c) *Tertull.* adv. Jud. c. 7. (d) In Præf. ad lib. illum. (e) *Priscus* in Eclog. *Porphyrog.* περ. πρεσ. *Hoeschel.* p. 25. (f) *Appian.* Procem.

* Is est Joan. Fell Oxoniensis Episcop. in suâ Lactant. de Mortibus Persec. editione anni 1680.

ciam tenebant, cùm illa scriberet *Appianus*, à *Trajano* nempè debellatam. Addidit *Marcò mannos Quadosque Marcus*, quos & *præsidiis* occupaverat. *Marci* tamen illa *præsidia* detraxit statim (a) à *Marci* morte *Commodus*. *Trajani* erat Provincia longè diuturnior. Sed & illam *præsidiis* ultrò nudavit *Aurelianus* ante *Diocletianum*, traductis aliò colonis. Ità nihil erat quod obstaret, quominùs accuratissimè posset hæc *Ripa STRIGA* appellari sub *Diocletiano*. Et tamen rarò admodùm *Prætenturarum* jam *fixos* limites poterant superare *Romani*. Observavit id de suis *Afrorum* prætenturis, quo dixi loco, Tertullianus. (b) *Nec trans istas* (inquit) *gentes porrigere vires Regni sui possunt*. Id si etiam in *Africâ* verum fuerit, longè certè potiori ratione in *Ripâ Danubii*. Ità sensit procul dubio *Aurelianus*, quem tamen *victoriosissimum*, idque meritò, appellant *nummi* atque *inscriptiones*. Tantus Imperator, totque barbarorum spoliis triumphisque decoratus, credidit nihilominùs *Transdanubiana* ne quidem posse defendi. Nec enim ullibi *Barbarorum* impetus frequentiores fortiores ve sustinuêre *Romani*, & quidem aleâ *belli* admodùm *incertâ*.

§. XI. Quid quòd eâ etiam ætate viguerit, *opinio* dicam, an potiùs *superstitio*? quæcumque tamen, illa certè viguit: ut *fundorum*, ità & *imperiorum* terminos fuisse *sacros* atque *fatales*, quos nemo violare posset impunè. Proindè tactum fulmine *Capaneæ*, quòd sacros *Thebarum* muros auderet primus irrumpere; cæsum *Protesilaum*, quòd sacra *Neptuno* littora primus hostium insilire. *Pinculo* innexus credebatur, & sacram quandam *Nemesim* seu *Adrastiam* concitare, nec facilè placandam Numinis invidiam, qui metas generi humano præfixas transgrederetur. Eadem de *Romani Imperii* finibus sententia vulgò est recepta. *Carum* itaque Imperatorem fortissimum propterea *fulmine* petitum censuerunt, quòd *fatalem* illum imperii finem, *Euphratem* nempè, superasset. Pœnam enim illam *fulminis* habebant, pro manifestissimo læsi Numinis indicio. Id *Cari* exemplum, cùm in aliâ adversus *Persas* expeditione, seu *Galerii Maximiani*, seu potiùs fortasse *Juliani*, animos militum minùs alacres ad audendum redderet, eam proindè opinionem sibi refellendam censuit *Vopiscus*. Ea fuerit in causâ fortasse, quòd *boni* Imperatores imperii *limites* ne *vellent* quidem proferre. *Consilium coercendi intra terminos imperii* ab *Augusto* emanasse (c) *Tacitum* habemus auctorem. Nec aliâ mente *Hadrianum* fuisse probabile est, cùm jam debellatas à *Trajano* provincias sponte suâ liberas præsidiis, nec hoste ullo cogente, relinqueret. Nec me latet tamen aliò hæc referri ab *Historicis*, verùm ingenio potiùs id, quàm probatæ fidei monumento ullo teste, conjectantibus. Si quam igitur habuerint unquàm *Illyricianæ Diœceseos* metam aliam, quàm *Danubium*, rarò tamen id contigisse consentaneum est. Ità constans earum partium fixusque limes illa fuit, quam dixi, *Ripa Danubii*. In eâ *Prætenturæ*, & Prætenturarum perpetua *munimenta*. In eâ *vallum*, & certis valli spatiis sibi respondentia *castella*. Ut alia deessent, hæc sufficiunt abundè, ut rectè *STRIGA* possit hæc *RIPA* appellari. *Provinciarum* limitanearum *plurimarum* perpetua erat meta *Danubius*. Sed *Diocletiani* ætate *omnium* fuisse jam ostendimus.

§. XII. Porrò convenit ad amussim hæc *RIPÆ STRIGÆ* mentio cum consilio atque itinere *Diocletiani*. *Morbum* jam *levem* atque *perpetuum* ait contraxisse *Lactantius*, *Chronicum* planè illum, non *Acutum*. At *Chronicis* morbis, præcipuè *inclinatis*, *gestationem* tradit utilissimam esse (d) *Celsus*, qui tamen *febre* careant. Talis fuit noster ille *Diocletianus*. Inter *gestationis* autem genera tam illam numerat quæ esset in *lecticâ*, quàm aliam illam quæ in *navi*, vel in portu, vel in *flumine*, quam etiam pronunciat omnium esse *lenissimam*. Proindè *Româ Ravennam* usque *lecticâ plurimùm vehebatur* noster Imperator. Indè ad *Danubium* fortasse *lecticâ*, reliquum deindè iter in *navi*, & secundo *Danubii* flumine, per *Pontum Euxinum* usque ad *Nicomediam*. Tractus ille universus *infirmo* corpori erat sanè saluberrimus; nec alium ullum ità *tutum* possumus & *innocuum* reperire, aut in *itinere* tam *longo tædii* cum *salubritate* minoris. Cùm autem, pro more *fluviorum*, hùc illùc flecteretur sæpè *Danubius*, ideò *per circuitum Ripæ STRIGÆ Nicomediam venisse* dicitur. Nec verò *corpori curando* duntaxat hoc inserviebat iter; erat etiam *imperatorium*. Ità potuit lustrare *præsidia limitanea*, in illis præsertim partibus, quibus frequentissimum imminebat ab hoste periculum. Quàm illis partibus metuerit, testes sunt multæ in *Illyrico* datæ leges, & præfectus *Cæsar* omnium *pugnacissimus*.

(a) Dio, Eclog. *Const.* num. 73. *Ursin.* (b) Adv. *Jud.* c. 7. (c) *Tacit.* Ann. L. I. c. 11. vit. *Agric.* c. 13. Dio, L. LVI. (d) *Cels.* Med. L. II. c. 15.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

HENRICI DODWELLI
CHRONOLOGIA PERSECUTIONUM:
ITEM
STEPHANI BALUZII
CHRONOLOGIA DIOCLETIANEA:

PROUT RATIO TEMPORUM EXEGIT, INTERMIXTÆ.
Additi sunt insuper cujusque anni Consules, aliique rerum eventus.

AN. LXIV.

ANNO Domini, secundùm Æram Vulgarem, LXIV.
Coss. { C. Lecanius Bassus. / M. Licinius Crassus. *Pagi.*
Persecutio Neronis in Christianos; ipsisque imputat incendium ab ipso Romæ excitatum; ex Tacito. *Dodwell.* [19. Junii SS. Gervasius & Protasius Mediolani Martyrio coronati.]

LXVI.

Coss. { C. Suetonius Paulinus. / L. Pontius Telesinus.
SS. Petrus & Paulus morti addicti 29. Junii: ille per crucem, hic per gladium. *Longlet.*

XCV.

Coss. { Domitianus Aug. XVII. / T. Flavius Clemens. *Pagi.*
Persecutio Domitiani post Septembr. XIII. incœpit, ex Brutio. *Dodwell.* Quâ in Persecutione morti addictus est à Domitiano T. Flavius Clemens Consul ob Religionem.

XCVI.

Coss. { C. Fulvius Valens. / C. Antistius Vetus. *Pagi.*
Revocavit Christianos ab exilio Domitianus paulò ante Septemb. XVIII. Necdùm enim redierant exules ante novum edictum Nervæ. *Dodwell.*

XCVII.

Coss. { M. Cocceïus Nerva III. / T. Virginius Rufus.
Nerva Imperator statuas omnes Domitiani sustulit. Accusatos Christianismi absolvit; vetuitque quemquam eo nomine accusari. *Longlet.*

CVII.

Coss. { C. Sosius Senecio IV. / L. Licinius Sura III. *Pagi.*
Persecutio sub Trajano, quâ passus est Ignatius, ex actis ejus. S. Simeon Episcopus Hierosol. martyrio afficitur. Pax reddita hoc ipso anno. Plinii & Arrii Antonini persecutiones hoc ipso etiam fortasse anno. *Dodwell.*

Digitized by Google

C V I I I.

Coss. { Ap. Annius Trebonianus Gallus.
M. Atilius Metilius Bradua. *Pagi.*

Post Ignatii mortem, quæ Decembri mense die xx. anni superioris contigerat, cùm nuncium de morte in Asiâ accepisset, necdùm tamen *gesta Ignatii* haberet explorata, Epistolam scripsit ad Philippenses Polycarpus. *Dodwell.* Evaristus Papa martyrio coronatur.

C I X.

Coss. { A. Cornelius Palma.
C. Calvisius Tullus.

Onesimus, S. Pauli discipulus, Ephesiorum Episcopus, in carcerem conjicitur, & Romæ lapidibus obruitur. *Lenglet.*

C X V I.

Coss. { Æmilianus.
L. Antistius Verus. *Pagi.*

Passus Simeon Cleophæ, & extincta est familia Davidis. *Dodwell.*

C L I I I.

Coss. { C. Bruttius Præsens.
A. Junius Rufinus. *Pagi.*

Edictum Antonini Pii pro Christianis, si fortè fuerit Pii. *Dodwell.*

C L X I.

Coss. { M. Ælius Aurelius Verus Cæsar III.
L. Ælius Commodus II. *Pagi.*

Idem edictum, si Marco potiùs sit, quàm Pio tribuendum. *Dodwell.*

C L X V I I.

Coss. { L. Aurelius Verus Aug. III.
Quadratus. *Pagi.*

Persecutio Gallorum Lugdunensium Viennensiumque sub Marco. *Dodwell.*

C L X V I I I.

Coss. { L. Vettius Paulus.
T. Junius Montanus. *Pagi.*

Athenagoræ legatio pro Christianis post reditum Lucii. *Dodwell.*

C L X X.

Coss. { M. Cornelius Cethegus.
C. Erucius Clarus. *Pagi.*

Melitonis Sardensis & Apollinaris Hierapolitani apologiæ. *Dodwell.*

C C I I.

Coss. { L. Septimius Severus Aug. III.
Aurelius Antoninus Caracalla Aug. *Pagi.*

Post VIII. Id. April. ante Solstitium incœpit persecutio Severi. Annus XVII. ætatis Origenis. *Dodwell.*

C C I I I.

Coss. { L. Fulvius Plautianus.
P. Septimius Geta. *Pagi.*

Annus XVIII. Origenis, hujus persecutionis secundus. *Dodwell.*

C C I V.

Coss. { L. Fabius Cilo II.
M. Annius Libo. *Pagi.*

Anno *seculari* ineunte, desiit hæc Severi persecutio. *Dodwell.*

C C X X X V.

Coss. { Severus.
Quinctianus. *Pagi.*

Sub finem anni persecutio Maximini. Persecutio in Asiâ. *Dodwell.*

C C X X X V I.

Coss. { C. Julius Verus Maximinus Aug.
Julius Africanus. *Pagi.*

Digitized by Google

Initio anni finis persecutionis. Defecerunt in Africâ Gordiani mense Maio, in Italiâ Senatus. *Dodwell.*

CCXXXVII.

Coss. { L. Ovinius Cornelianus.
P. Titius Perpetuus. *Pagi.*

Mense Junio occisi in Africâ Gordiani. Mense Julio *Augustum* imperium susceperunt Maximus & Balbinus; *Cæsareum* Gordianus tertius. *Dodwell.*

CCXXXVIII.

Coss. { Pius.
Pontianus. *Pagi.*

Ludis Capitolinis, ante Jun. XXII. occisi Maximus & Balbinus. *Augustum* imperium suscepit Gordianus. *Dodwell.*

CCXLVIII.

Coss. { M. Julius Philippus Aug. III.
M. Julius Philippus Aug. II. *Pagi.*

Persecutio Alexandrina in fine anni. *Dodwell.*

CCXLIX.

Coss. { Fulvius Æmilianus II.
Vectius Aquilinus. *Pagi.*

Sub finem anni incœpit cum imperio Decii persecutio. In Africâ saltem hucusque incruenta. *Dodwell.*

CCL.

Coss. { Cn. Messius Quintus Trajanus Decius Aug. II.
Annius Gratus. *Pagi.*

Initio Aprilis ad cædes progressa est persecutio in Africâ, confestim facta remissior. Persecutionis Alexandrinæ anni secundi maxima pars in hunc annum incidit. *Dodwell.*

CCLI.

Coss. { Cn. Trajanus Decius Aug. III.
Q. Herennius Etruscus Decius Cæsar. *Pagi.*

Tertius annus persecutionis Alexandrinæ. Remissa persecutio tam Alexandriæ, quàm etiam in Africâ. *Dodwell.*

CCLII.

Coss. { C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. II.
C. Vibius Volusianus Cæsar. *Pagi.*

Lues sub Gallo, ejusdemque persecutio brevissima. *Dodwell.*

CCLVII.

Coss. { P. Licinius Valerianus Aug. IV.
P. Licinius Gallienus Aug. III. *Pagi.*

Sub initium Augusti persecutio Valeriani, sed sine martyriis. *Dodwell.*

CCLVIII.

Coss. { M. Aurelius Memmius Tuscus.
Bassus. *Pagi.*

Sub initium Augusti edictum Valeriani de pœnâ capitis. *Dodwell.*

CCLXI.

Coss. { Gallienus Aug. IV.
Petronius Volusianus. *Pagi.*

Purpuram arripuit in Ægypto Æmilianus. Revocata in reliquo imperio Valeriani persecutio à Gallieno. *Dodwell.*

CCLXII.

Coss. { P. Licinius Gallienus Aug. V.
Faustinus. *Pagi.*

Revocata à Gallieno eadem persecutio in Ægypto, capto jam Æmiliano. *Dodwell.*

Digitized by Google

CCLXXV.

Coss. { L. Domitius Aurelianus Aug. IV.
T. Avonius Marcellinus. *Pagi.*

Sub initium anni, sub finem Aureliani, emissa ab eo persecutionis edicta. *Dodwell.*

www.libtool.com.cn

CCLXXXIV.

Coss. { Imp. M. Aurelius Carinus II.
Imp. M. Aur. Numerianus II. *Spark.*

Suffecti secundùm Lidyati computum.

Kal. Maiis vel Octob. { Val. Diocletianus. Annius Bassus.
ac
Kal. Sept. vel Novemb. { M. Aur. Val. Maximianus. M. Junius Maximus. *Idem.*

Diocletianus levatur Imperator die XVII. Septembris. Hoc anno incipit æra Diocletianea; vel æra martyrum, die 29. mensis Augusti, quo incipit annus Ægyptiorum, qui etiam nunc eâ utuntur ærâ. *Lenglet.*

CCLXXXV.

Coss. { Valerius Diocletianus II.
Aristobulus. *Spark.*

Maximianus Herculius à Diocletiano creatur Cæsar.

CCLXXXVI.

Coss. { M. Junius Maximus II.
Vettius Aquilinus.

Kalendis Aprilis Augustus creatur Maximianus Herculius, ac proindè in consortium Imperii appellatur à Diocletiano. Maximianus Thebæam legionem Martyrio donat. *Lenglet.*

CCXCII.

Coss. { Annibalianus.
Asclepiodotus.

Kalendis Martiis Diocletianus & Maximianus adoptant Constantium cognomento Chlorum & Galerium Maximianum cognomento Armentarium, eosque nuncupant Cæsares. Constantius repudiat Helenam, ex quâ Constantinum, cui posteà Magno cognomen hæsit, susceperat, & Theodoram Herculii privignam ducit. Galerius, repudiatâ quoque conjuge, Valeriam Diocletiani & Priscæ Augustæ filiam accepit uxorem. *Baluzius.*

CCXCIII.

Coss. { Imp. Val. Diocletianus V.
Maximianus Herculius IV.

Constantius Chlorus ex Batavîâ & Belgio Francos pellit, quos mittit ad Suessiones & ad Rhemos. *Lenglet.*

CCXCVII.

Coss. { Maximianus Herculius V.
Galerius Maximianus Cæsar II. *Spark.*

Narseus Rex Persarum vincit ac fugat in Mesopotamiâ Galerium, ac posteà in Armeniâ.

Nisibim venit Diocletianus. Narseus victus fugatusque est à Galerio; & conjux filiæque ejus captæ, cum maximâ pudicitiæ custodiâ reservatæ sunt ad augendam triumphi pompam. Capta magna præda cum ingentibus manubiis. *Baluzius.*

CCCI.

Coss. { Postumius Titianus II.
Fl. Popilius Nepotianus. *Spark.*

Prima Diocletiani persecutio in milites. *Dodwell.*

Constantius vincit Germanos in Lingonibus, quò processerant.

CCCII.

Coss. { Fl. Val. Constantius Cæsar IV.
Galerius Max. Arment. IV.

Diocletianus è Nicomediâ, ubi tum regia sedes erat, in Orientem profectus, illic subsistit

Digitized by Google

mit usque ad hyemem. Tum verò Nicomediam redux, ibi cum Galerio consultavit de bello Christianis inferendo. *Baluzius.*

Victus à Galerio Narseus Persarum rex. *Dodwell.*

www.libtool.com.cn

CCCIII.

Coss. { Imp. Val. Diocletianus VIII.
Maximianus Herculius VII. *Spark.*

Annus primus persecutionis inchoatus à Feb. XXIII. Nicomediæ. *Dodwell.*

Persecutio adversùm Christianos hoc anno commota, omnium quæ unquàm fuerunt atrocissima. Initium factum à civitate Nicomediensi, cujus Ecclesia eversa est VII. Kalendas Martias, ipso Terminalium die. Postridiè propositum est edictum Imperatorum & Cæsarum adversùs Christianos, ut per universum orbem sacrificare cogerentur. *Baluzius.*

Diocletianus Romam proficiscitur, illicque vicennalia celebrat & triumphum agit de Persis. Mox factâ pace, quæ in tempus Divi Constantini reservata duravit, Persæ Mesopotamiam cum Transtigritanis quinque regionibus reddiderunt, limite imperiorum super ripam Tigridis constituto. *Idem.*

Gothi, trajecto Istro, vicinam provinciam invaserunt, & indigenas expulerunt. *Idem.*

Diocletianus offensus nimiâ Romanorum dicacitate, statim post peracta vicennalia discedit, & XIII. Kalendas Januarias proficiscitur Ravennam. *Idem.*

CCCIV.

Coss. { Imp. al. Diocletianus IX.
Maximianus Herculius VIII. *Spark.*

Annus primus persecutionis absolutus; secundus inchoatus, sed primus Eusebio. *Dodwell.*

Diocletianus nonum Consulatum auspicatur Ravennæ. Posteà in difficilem morbum incidit, cujus vi de statu mentis suæ demotus, demens factus est; ac post ætatem, Nicomediam pervenit. Circum illic dedicavit anno post vicennalia repleto, & Idibus Decembribus, intercepto spiritu, visus est expirasse. *Baluzius.*

Eodem tempore, quo Diocletianus nonum consulatum auspicatus est Ravennæ, Maximianus Herculius octavum iniit Romæ; & annum imperii vicesimum ingressus posteà est Kalendis Aprilis. Deindè ætate ejus anni fuit in Campaniâ. *Idem.*

Fine anni Galerius Maximianus Cæsar Nicomediam venit ad Diocletianum, ut eum compelleret ad deponendum imperium, quùm anteà idem persuasisset Herculio. *Idem.*

CCCV.

Coss. { Constantius Chlorus V.
Galer. Maxim. Arment. V. *Spark.*

Annus secundus persecutionis absolutus; tertius inchoatus, sed secundus Eusebio. Purpuram deposuerunt Diocletianus & Maximianus. Nova deindè & sævior persecutio instaurata in Oriente à Galerio & Maximino, omnium deinceps Christianorum, cùm anteà solorum fuisset Clericorum. Agon quinquennalis Cæsareæ. Desiit persecutio in Occidente. *Dodwell.*

Kalendis Martiis Diocletianus apud Nicomediam processit in publicum, ut se vivum esse probaret populo. *Baluzius.*

Kalendis Maiis Diocletianus prope Nicomediam, & Maximianus Herculius Mediolani purpuram deponunt, & Constantium Galeriumque Augustos nuncupant, Diocletianus Galerium, Herculius Constantium. *Idem.*

Eodem die Severus & Maximinus Daza facti sunt Cæsares, nominati quidem à Galerio, sed induti, à Maximiano Severus, à Diocletiano Maximinus. Tum Diocletianus in patriam suam, hoc est, Diocleam in Dalmatiâ revertitur, ubi præclaro otio consenuit, Herculius in Lucaniam concessit.

CCCVI.

Coss. { Constantius Chlorus VI.
Galer. Maxim. Arment. VI. *Spark.*

Annus tertius persecutionis absolutus, quartus inchoatus. Incœpit Cæsareæ nova illa persecutio Maximini, quæ omnes cogebat sacrificare. *Dodwell.*

Digitized by Google

Constantius Augustus filium suum Constantinum repetit à Galerio, apud quem velut obses tenebatur. Is ergò in Galliam profectus, ad patrem in extremis agentem pervenit XII. Kalendas Augusti. Quatriduò post Constantius extinguitur Eboraci in Britanniâ: cui successit Constantinus, cùm patris supremâ voluntate, tum militum consensu, qui ei purpuram injecerunt. *Baluzius.*

www.libtool.com.cn

Imago laureata Constantini defertur ad Galerium. Ille verò purpuram ad eum misit, Cæsaremque nuncupavit VIII. Kalendas Januarias, quùm aut eodem die, aut paulò ante Severum Augustum dixisset. *Idem.*

Edictum emittit Constantinus in gratiam Christianorum.

Interim, quùm imagines Constantini Romam allatæ essent, Maxentius Herculii filius, patre diù retractante, imperium invadit VI. Kalendas Novembris; & patrem, qui tum in Campaniâ erat, ad se vocans, eumque bis Augustum nominans, consortem imperii facit. *Idem.*

Maxentius purpuram Augusteam usurpat; Romam ac Italiam sibi subjicit die Octobris 28.

CCCVII.

Coss. { Maximianus Herculius IX.
Constantinus Cæsar. *Spark.*

Annus quartus persecutionis absolutus, quintus inchoatus. Cœperunt pro cædibus mutilationes. Mors Urbani Præfecti Palestinæ persecutoris. *Dodwell.*

Galerius Maximianus Severum Augustum, cui Italiæ custodia demandata fuerat, exercitum jubet ducere adversùs Maxentium. Ille verò statim Romam obsidet, Ravennam fugit, (a) ad Tres tabernas extinguitur, ut videtur, circa mensem Aprilem.

Maximianus Herculius bis Augustus in Gallias proficiscitur, ubi Constantinum, qui hactenùs Cæsaris appellatione contentus fuerat, Augustum nuncupat pridiè Kalendas Aprilis, & eidem in matrimonium locat filiam suam Faustam. *Baluzius.*

Interea Galerius Maximianus immensum exercitum ducit in Italiam, mortem Severi vindicaturus. Romam frustrà obsidet, & redit inglorius in Illyricum. *Idem.*

Tum verò Herculius è Galliâ redux, filium Maxentium denudare conatus in concione, convicia militum tulit; & urbe Italiâque pulsus, rursùs ad Constantinum pergit in Gallias. Illic aliquantulùm moratus, mox Carnuntum in Pannoniâ ad Galerium profectus, ibi Diocletianum invenit, interfuitque III. Idus Novembris nuncupationi Licinii Augusti, quem Galerius Maximianus substituit in locum Severi. Cùm verò frustrà Diocletianum hortatus esset ad resumendum imperium, ab eo repudiatus rediit in Galliam, ubi iterùm deposuit imperium, ac posteà illic reliquum vitæ suæ egit. *Idem.*

CCCVIII.

Coss. { Maximianus Herculius X.
Galerius Max. Arment. VII.

Annus quintus absolutus, sextus inchoatus. Constantinus Augustus declaratur. Firmilianus Palæstinæ præses mutilationibus, potiùs quàm cædibus, persecutus est. Persecutio remissa à mense Augusto ad Novembrem, rursùsque sub hujus anni finem novo Maximini edicto instaurata, ità tamen, ut mense Decembri redierint ad mutilationes persecutores. *Dodwell.*

Maximianus Herculius X. & Galerius Maximianus VII. Consules fuêre, constitutâ jam concordiâ inter eos & Maxentium. *Baluzius.*

20. Aprilis Maxentius Consul Romæ declaratur; cum Romulo Herculius in Gallias fugit, ubi res novas molitur contra Constantinum.

(a) *Ad Tres tabernas.*] Id est, scribente Græcè in eâdem materiâ Zosimo lib. 2. Hist. ἕως τι χωρίου ἱδρύσαντο ᾧ Τρία πανδοκεῖα προσηγόρευτο. Ad verbum igitur, *ubi ad quemdam locum venissent, cui Tres campona nomen sunt,* vel *erant.* Est enim unicè τὸ πανδοκεῖον doctis omnibus, sive veteribus, sive recentioribus, quos potuerim videre, *campona*, aut *popina.* Neque aliter vel hoc loco nuperus nostras Diocletianeæ Chronologiæ Interpres, *meurt aux trois Tavernes*; vel Isidorus Peluſiota & Grotius ad Act. XXVIII, 15. ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῶν ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ τριῶν ταβερνῶν. Et solenne tamen Genevensibus versionibus Gallicis *tres* Lucæ *tabernas*, simpliciter per *trois bouiques*, non cum Lovanienſibus, & aliis, per *trois tavernes* interpretari: ils vinrent au devant de nous au Marché d'Appius, & aux Trois bouiques.

Digitized by Google

CCCIX.

Coss. { Licinius Aug. vel post Consulatum x. Herculii & VII. Galerii Maximiani.
Maxentius II.
Romulus II.

www.libool.com.cn

Annus sextus absolutus, septimus inchoatus. Martii VII. passus est Eubulus ultimus Martyrum Cæsareensium. Indè neglectu Gentilium rediit Christianis pax. *Dodwell.*

CCCX.

Coss. { Maxentius III. sine collegâ. *Spark.*

Secundùm Lydiatum.

Coss. { Galerius Maxim. Arment. VIII.
suffecto
Licinio Liciniano Augusto. *Idem.*

Annus septimus absolutus, octavus inchoatus. Nova rursùs, invidiâ Gentilium, orta Christianorum persecutio: verùm ea brevissima, & unius impetûs. *Dodwell.*

Quùm Franci turbarent statum Galliarum, & de eis reprimendis Constantinus cogitaret, Herculius semper inquietus, subdolus, & infidus, auctor ei fuit ne omnem exercitum secum duceret, posse barbaros à paucis debellari. Credidit Constantinus & seni & socero. Interim Herculius cupiditate imperii stimulatus, cùm putaret Constantinum longiùs abesse, milites largitionibus & promissis sollicitat ad defectionem, thesauros invadit, & purpuram tertiò induit in Belgicâ; & redeunte Constantino mirâ celeritate, timens quod meruerat, fugit in secundam Narbonensem, & se civitatis Arelatensis mœnibus includit. Dein adventante Constantini exercitu, Massiliam contendit; ubi obsessus à Constantino, captus est, & increpito vita donata. Verùm paulò pòst ejusdem Constantini jussu strangulatus est, quùm deprehensus esset in insidiis quas Constantino moliebatur, ut eum perimeret. *Baluzius.*

Eodem anno Galerius Maximianus in gravem ac periculosum morbum incidit, quo per annum perpetem afflictatus est; isque morbus eum invasit, quùm iniret decimum octavum imperii sui annum. *Idem.*

CCCXI.

Coss. { Gal. Maxim. Arment. VIII.
Maximinus II.

Annus octavus absolutus, nonus inchoatus. Edictum Galerii pro pace, inter Kal. Mart. & prid. Kal. Maias. Pax illa ne sex quidem mensium integrorum, ità ut sub finem Octobris redierit persecutio, sed & ea unius impetûs, sanguinolenta. Legationes primas urbium accepit Nicodemiæ Maximinus. *Dodwell.*

Galerius semper ægrotus, admonitus morbum illum eveniſſe sibi propter mala quæ Christianis intulerat, edicto proposito persecutionem quiescere jussit anno postquàm cœperat octavo. Tum apertis carceribus, Christiani qui illic detinebantur, abire permissi sunt. Paulò post Galerius moritur Sardicæ mense, ut videtur, Maio, quùm priùs Licinio Valeriam conjugem filiumque Candidianum commendasset, atque in manibus tradidisset. Sed hi quùm comitatum Maximini infeliciter prætulissent, miserandam sortem habuerunt, ut posteà dicetur. *Baluzius.*

Maxentius bellum Constantino indicit, quasi necem patris sui Herculii vindicaturus.

Bellum indè inter Licinium & Maximinum de imperio certantes. Sed conditionibus certis pax & amicitia componitur in Bosphoro Thracio, ubi constitutus est limes imperii utriusque. *Idem.*

Maximinus posteà indulgentiam communi Principum consensu Christianis datam tollit, subornatis legationibus civitatum, quæ peterent, ne illis intra civitates suas conventicula extruere liceret. Hinc acriùs in eos sævitum, donec Constantini litteris Maximinus deterreretur. *Idem.*

Digitized by Google

Hoc, vel ſequenti anno crux in cœlo Conſtantino apparet.

C C C X I I.

Coſſ. { Fl. Val. Conſtantinus Aug. II.
Licinius Aug. II. *Spark.*

www.libtool.com.cn

Annus nonus abſolutus, decimus inchoatus. Secundæ urbium legationes cum decretis adversùs Chriſtianos. Maximini ad illas reſcripta de pellendis ex illis urbibus Chriſtianis, earumque urbium territoriis, poſt menſem Maium. Perſecutio nova inchoata, ſed mutilationum duntaxat, & ſtatim minis litteriſque Conſtantini ſedata adversùs Maxentium moventis. Conſtantinus Alpes tranſcendit, atque copias Maxentii vincit fugatque in Taurinis, aliiſque in locis. Tandem juxta Romam cœlitus 27. Octob. Crux ſignum victoriæ ipſi oſtenſa pridiè quàm pugnam committeret, in quâ profligatur Maxentius ipſe 28. Octobris, ibique in Tiberi ſubmergitur. Conſtantinus victor Urbem ingreditur: primi Auguſti titulus Conſtantino à Senatu decretus. Primum Maximini edictum pro pace. *Dodwell.*

Valeria Galerii vidua in exilium juſſu Maximini projecta cum matre Priſcâ, & in deſertas Syriæ ſolitudines relegata, patrem ſuum Diocletianum per occultos nuncios gnarum calamitatis ſuæ facit. Repetenti verò eam patri Maximinus negavit. *Baluzius.*

Eodem tempore Maximiani Herculii ſtatuæ Conſtantini juſſu revellebantur; & imagines quoque Diocletiani, quia cum Herculio pictus erat, detrahebantur. Hinc dolor Diocletiani, qui paulò poſt fame atque angore confectus interiit III. Nonas Decembris. *Idem.*

Maximinus legatos Romam ad Maxentium mittit occultè, & amicitiam cum eo facit. *Idem.*

Initium Indictionum aut 1. aut 24. die Septembris.

C C C X I I I.

Coſſ. { Fl. Val. Conſtantinus III.
Licinius Auguſtus III. *Spark.*

Annus decimus abſolutus, undecimus inchoatus. Victus à Licinio Maximinus in campo ſereno die 30. Aprilis: edictum Conſtantini & Licinii pro pace Nicomediæ propoſitum Jun. XIII. quo tempore decennalem hanc perſecutionem terminat Lactantius, num. 48. Secundum deindè Maximini pro Chriſtianis edictum. *Dodwell.*

Rebus in urbe compoſitis, Conſtantinus circa XV. Kalendas Februarii Româ digreſſus, Mediolanum contendit, ibique nuptias Conſtantiæ ſororis ſuæ cum Licinio celebravit. Eâ re peractâ, Conſtantinus in Gallias revertitur, Licinius in Illyricum. *Baluzius.*

Interim Maximinus exercitum movet è Syriâ, bellum Licinio illaturus, provincias ejus occupaturus. Occurrit ei Licinius in Thraciâ. Pugnatur pridiè Kalendas Maias in campo quem vocabant Serenum, inter Hadrianopolim videlicet & Heracleam. Victoria penès Licinium fuit. *Idem.*

Diocletianus moritur hoc anno, fortè Maio menſe.

Maximinus ſummâ celeritate fugit Nicomediam, hinc in Cappadociam, poſtremò in Ciliciam, ubi miſerando horrendoque mortis genere extinctus eſt apud Tarſum. *Idem.*

Fuſo fugatoque Maximino, Licinius trajecit exercitum in Bithyniam; & Nicomediam ingreſſus, die Iduum Juniarum proponi juſſit edictum de reſtituendâ Eccleſiâ, verboque etiam hortatus eſt, ut conventicula in ſtatum priſtinum redderentur.

Pax Eccleſiæ data poſt bellum decennale. *Idem.*

Licinius Valerium, Candidianum Galerii Maximini filium, Severi filium Severianum, liberos Maximini occidi jubet. *Idem.*

C C C X I V.

Coſſ. { Voluſianus II.
Annianus.

Primum Conſtantini bellum adversùs Licinium ad Cibalim in Pannoniâ victum die 8. Octobris. Iterùm pugnatur ad Mardiam in Thraciâ, ſed æquo marte.

Pax Conſtantinum inter & Licinium.

Valens à Licinio Cæſar eligitur, poſteà mutuo Auguſtorum conſenſu expellitur, ac dignitate privatur.

Digitized by Google

CCCXV.

Coss. { Constantinus IV.
Licinius IV.

Valeria filia Diocletiani & uxor ejus Prisca Thessalonicæ capite truncantur.
Hoc anno Lactantius suum de Mortibus Persecutorum librum edidit.

CCCXVII.

Coss. { Gallicanus.
Bassus.

Crispus & Constantinus Constantini Magni filii Cæsares creantur, sicut & Licinianus filius Licinii.
Nascitur Constantius filius alter Constantini & Faustæ.
Hoc anno desinente, ut putamus, advocatur Nicomediâ in Gallias Lactantius.

CCCXVIII.

Coss. { Licinius Augustus V.
Crispus Cæsar.

CCCXIX.

Coss. { Constantinus Aug. V.
Licinius Junior Cæsar.

Hoc anno removet à suo Palatio Christianos Licinius Augustus.
Arius in hæresim prolabitur, damnaturque in concilio centum Episcoporum.

CCCXX.

Coss. { Constantinus Aug. VI.
Constantinus Cæsar II.

Persecutio Liciniana ex Eusebio in Chronico.
Crispus Cæsar Francos & Alamannos prælio vicit.
Hoc anno vel sequenti suas edidit Lactantius Institutiones.

CCCXXI.

Coss. { Crispus Cæsar II.
Constantinus Cæsar.

Nazarius Romæ Panegyricum Constantino dicit Kal. Martiis.
Donatistæ Româ ejecti.
Constantinus de feriando die Dominico Sanctionem edit.

CCCXXII.

Coss. { Petronius Probianus.
Anicius Julianus.

Constantinus Sarmatas in Pannoniâ debellat, & ibi Rex eorum Rausimondus cecidit.

CCCXXIII.

Coss. { Acilius Severus.
Junius (vel Vettius) Rufinus.

Alterum bellum Constantini adversùs Licinium: hic die 3. Julii ad Adrianopolim à Constantino debellatur.
Iterùm Licinius terrâ vincitur à Constantino juxta Chrysopolim & Chalcedonem, & mari à Crispo Cæsare in Hellesponto.
Nicomediam fugit Licinius, atque veniam petiit in præteritum, exorante Constantiâ ejus uxore ac sorore Constantini. Cœnæ à Constantino adhibetur, atque exul Thessalonicam mittitur; ubi ejus post quosdam menses, ob res novas quas moliebatur, fauces laqueo innectuntur, atque Martinianus Cæsar à Licinio creatus in Cappadociâ trucidatur. *Vide Tillement. tom. 4. Imperat. pag. 195.*
Constantius Constantini filius Cæsar eligitur.

CCCXXIV.

Coss. { Crispus Cæsar III.
Constantinus Cæsar. III.

Constantinus ad Arium litteras scribit, ut eum ab errore revocet.

Digitized by Google

CCCXXV.

Coss. { Anicius Faustus Paulinus.
P. Cejonius Julianus.

Synodus primâ universalis Nicææ in Bithyniâ cogitur à 18. vel 19. Junii ad 25. Augusti; in quâ damnatur Arius.

25. Julii vicennalia celebrat Constantinus.

CCCXXVI.

Coss. { Constantinus August. VII.
Constantius Cæsar.

Constantinus Romam petit; atque circa Julium mensem trucidari jubet Crispum Cæsarem; qui falsi criminis reus agitur: morti similiter addicitur Fausta Constantini uxor.

CCCLXII.

Coss. { Fl. Mamertinus.
Fl. Nevitta.

Persecutio Juliani, cùm ageret Antiochiæ, sub finem Octobris, cùm flagrasset simulacrum Jovis Olympii, ut colligitur ex Ammiano XXII. *Dodwell.*



www.bbook.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

SUMMARIA CAPITUM LIBRORUM LACTANTII,

QUI IN SECUNDO HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

EPITOMES DIVINARUM INSTITUTIONUM.

PRÆFATIO totius Epitomes, ac Institutionum consilium & ratio. pag. 1
CAPUT I. *De divinâ Providentiâ.* 2
II. *Quòd Deus sit unus, nec possint esse plures.* ibid.
III. *De Deo uno testimonia Poëtarum.* 3
IV. *Quòd Deus sit unus, testimonia Philosophorum.* 4
V. *Quòd unum Deum vates, id est, Sibyllæ prædicant.* 5
VI. *Deus, cùm sit æternus & immortalis, sexu & successione non eget.* ibid.
VII. *De Herculis vitâ facinorosâ & morte.* 6
VIII. *De Æsculapio, Apolline, Marte, Castore & Polluce, atque de Mercurio & Baccho.* ibid.
IX. *De Deorum turpitudinibus.* 7
X. *De Jove, ac ejus vitâ libidinosâ.* 8
XI. *Varia emblemata, quibus Jovis turpitudines velarunt Poëtæ.* ibid.
XII. *Poëtæ ea, quæ ad Deos spectant, non omnia fingunt.* 9
XIII. *Narrantur facta Jovis ex Euhemero Historico.* ibid.
XIV. *Saturni & Urani gesta ex Historicis desumpta.* 10
XX. *De Diis Romanorum propriis.* ibid.
XXI. *De sacris deorum Romanorum.* 11
XXII. *De sacris introductis à Fauno & Numâ.* 12
XXIII. *De Diis & sacris Barbarorum.* ibid.
XXIV. *De origine Sacrorum & Religionum.* 13
XXV. *De aureo seculo, de simulacris & Prometheo, qui primus hominem effigiavit.* 14
XXVI. *De elementorum & astrorum cultu.* 16
XXVII. *De Hominis creatione, peccato & pœnâ; ac de Angelis, tum bonis, tum malis.* ibid.
XXVIII. *De Dæmonibus, ac eorum operationibus malis.* 17

Digitized by Google

XXIX. *De Dei Patientiâ atque Providentiâ.* 18
XXX. *De falsâ Sapientiâ.* 20
XXXI. *De Scientiâ & Opinatione.* 21
XXXII. *De Philosophorum Sectis, ac dissentione.* ibid.
XXXIII. *Quòd summum bonum sit in vitâ quærendum.* 22
XXXIV. *Quòd ad justitiam nati sint homines.* 23
XXXV. *Quòd immortalitas sit summum bonum.* 24
XXXVI. *De Philosophis, scilicet Epicuro & Pythagorâ.* 25
XXXVII. *De Socrate, ac ejus contradictione.* 26
XXXVIII. *De Platone, cujus doctrina ad veritatem propiùs accedit.* 27
XXXIX. *De variis Philosophis, ac de Antipodis.* 28
XL. *De Philosophorum insipientiâ.* 29
XLI. *De verâ Religione ac Sapientiâ.* ibid.
XLII. *De Sapientiâ religiosâ : Christi nomen nulli notum, nisi ipsi & Patri.* 30
XLIII. *De Jesu Christi nomine, & duplici nativitate.* 31
XLIV. *Duplex Christi Nativitas ex Prophetis probatur.* 32
XLV. *Christi virtus & opera probantur ex Scripturis.* 33
XLVI. *Probatur ex Prophetis, Passionem ac mortem Christi prænuntiatam fuisse.* 34
XLVII. *De Jesu Christi Resurrectione, Apostolorum missione, Servatorisque in cœlum Ascensione.* 35
XLVIII. *De Judæorum exhæredatione, & Gentilium adoptione.* 36
XLIX. *Quòd Deus non est, nisi unus.* 37
L. *Cur Deus humanum corpus assumpsit, ac mortem passus fuit.* ibid.
LI. *De Christi morte in cruce.* 38
LII. *Spes salutis hominum in veri Dei agnitione; & de odio Ethnicorum in Christianos.* 39
LIII. *Rationes odii in Christianos expenduntur & refelluntur.* 40
LIV. *De Religionis libertate in adorando Deo.* 41
LV. *Ethnici justitiam in sequendo Deo crimine impietatis infamant.* 42
LVI. *De Justitiâ, quæ est veri Dei cultus.* 43
LVII. *De Sapientiâ & Stultitiâ.* 44
LVIII. *De vero cultu Dei & sacrificio.* 46
LIX. *De viis Vitæ, & primis Mundi temporibus.* 47
LX. *De Justitiæ officiis.* 49
LXI. *De Affectibus.* 50
LXII. *De Voluptatibus sensuum coërcendis.* 51
LXIII. *Spectacula esse potentissima ad corrumpendos animos.* 53
LXIV. *Affectus sunt domandi, & à vetitis abstinendum.* 54
LXV. *Præcepta eorum quæ jubentur; & de misericordiâ.* 56
LXVI. *De Fide in Religione, & de Fortitudine.* 58
LXVII. *De Pœnitentiâ, animæ Immortalitate, & de Providentiâ.* 59
LXVIII. *De Mundo, Homine & Dei Providentiâ.* 61
LXIX. *Mundum propter hominem, & hominem propter Deum esse factum.* 62
LXX. *Animæ immortalitas confirmatur.* 64

LXXI.

Digitized by Google

LXXI. *De postremis Temporibus.* 65
LXXII. *De Christo è cœlo descendente ad universale Judicium, & de Regno Millenario.* 67
EPILOGUS. Spes salutis in Dei Religione & Cultu. 69

www.libtool.com.cn

LIBRI DE OPIFICIO DEI.

CAPUT I. *PROŒMIUM, & adhortatio ad Demetrianum.* 71
II. *De generatione belluarum & hominis.* 75
III. *De conditione pecudum & hominis.* 76
IV. *De imbecillitate hominis.* 80
V. *De figuris animalium & membris.* 83
VI. *De Epicuri errore, & de membris eorumque usu.* 85
VII. *De omnibus corporis partibus.* 88
VIII. *De hominis partibus, oculis & auribus.* 90
IX. *De sensibus, eorumque vi.* 94
X. *De exterioribus hominis membris, eorumque usu.* 95
XI. *De intestinis in homine, eorumque usu.* 101
XII. *De utero, & conceptione, atque sexibus.* 105
XIII. *De membris inferioribus.* 109
XIV. *De intestinorum quorumdam ignotâ ratione.* 110
XV. *De voce.* 112
XVI. *De mente, & ejus sede.* 114
XVII. *De Animâ, deque eâ sententia Philosophorum.* 117
XVIII. *De Animâ & Animo, eorumque affectibus.* 119
XIX. *De Animâ, eâque à Deo datâ.* 121
XX. *De seipso, & Veritate.* 124

LIBRI DE IRA DEI.

CAPUT I. *DE Sapientiâ divinâ & humanâ.* 127
II. *De Veritate, deque ejus gradibus; atque de Deo.* 129
III. *De bonis & malis in rebus humanis, eorumque auctore.* 131
IV. *De Deo, deque ejus affectibus; Epicurique reprehensione.* 132
V. *De Deo Stoïcorum sententia; de Irâ & Gratiâ ejus.* 134
VI. *Quòd Deus irascatur.* 137
VII. *De Homine & Brutis, ac Religione.* ibid.
VIII. *De Religione.* 140
IX. *De Providentiâ Dei, deque sententiis illi repugnantibus.* 142
X. *De Mundi ortu, & rerum naturâ, & Dei providentiâ.* 143

Digitized by Google

XI. *De Deo, eoque uno, cujusque providentiâ mundus regatur, & constet.* 151
XII. *De Religione, & Dei timore.* 154
XIII. *De Mundi & temporum commodo & usu.* 155
XIV. *Cur Deus fecerit hominem.* 159
XV. *Undè ad hominem peccata pervenerint.* 160
XVI. *De Deo, ejusque irâ & affectibus.* 162
XVII. *De Deo, ejus curâ & irâ.* 163
XVIII. *De Peccatis vindicandis, sine irâ fieri non posse.* 166
XIX. *De Animâ & Corpore, deque Providentiâ.* 169
XX. *Do Peccatis, & Dei misericordiâ.* 170
XXI. *De Irâ Dei & hominis.* 172
XXII. *De Peccatis; deque iis recitati versus Sibyllæ.* 173
XXIII. *De Irâ Dei, & peccatorum punitione; deque eâ Sibyllarum carmina recitata: castigatio præterea, & adhortatio.* 175

FINIS.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

æ Regiæ Taurinensis.

am· NECMINERUA
LIRIUS· NECMARS
DICINAM· NECAS
ILLUTABALIOIACTU
UEBIT, SIERGO SIN
NINUSHABENT
S· ISAUTEMDSPU
UMQUAMQUIDE
ITURDSESTPER
RUPTIBILIS·INPAS

Digitized by Google

www.zibook.com.cn

LUCII CÆCILII FIRMIANI LACTANTII EPITOME INSTITUTIONUM DIVINARUM AD PENTADIUM FRATREM.

PRÆFATIO.

Totius Epitomes ac Inſtitutionum conſilium & ratio.

QUANQUAM Divinarum Inſtitutionum libri, quos jampridem ad illuſtrandam veritatem religionemque conſcripſimus, ita legentium mentes inſtruant, ita informent, ut nec prolixitas pariat faſtidium, nec oneret ubertas: tamen horum tibi Epitomen fieri, PENTADI frater, deſideras; credo, ut ad te aliquid ſcribam, tuumque nomen in noſtro qualicumque opere celebretur. Faciam quod poſtulas; etſi difficile videtur ea, quæ ſeptem maximis voluminibus explicata ſunt, in unum conferre. Fit enim

PRÆFATIO.] Hæc vox non extat in MS. uti nec Capitum diviſio ac tituli, nec etiam ſummaria, quæ hîc addere viſum eſt, ut lumen aliquid accedat Lactantiano huic operi.

Lin. 2. *Illuſtrandam.*] In MS. *inluſtrandam*, idque more veteri. Sic in antiquis *vir inluſter*, pro *vir illuſter*.

Ibidem. *Religionemque.*] In MS. *regionemque*; quaſi eſſet abbreviatio.

Ibidem. *Conſcripſimus.*] MS. habet *conſcribſimus*.

Lin. 6. *Aliquid.*] Deeſt in editis; legitur tamen in MS. Taurin. Sic enim habet autographum, quod ad nos ſummâ humanitate miſit illuſtriſſimus ac doctiſſimus Pfaffius.

Lin. 7. *Que.*] In MS. *que* more omnium ferè Manuſcriptorum.

Lin. 8. *In unum.*] Adde *volumen*.

Digitized by Google

totum & minùs plenum, cùm tanta rerum multitudo in anguſtum coarctanda ſit, & brevitate ipsâ minùs clarum, maximè cùm & argumenta plurima & exempla, in quibus lumen eſt probationum, neceſſe ſit præteriri; quoniam tanta eorum copia eſt, ut vel ſola librum conficere poſſint. Quibus ſublatis, quid poteſt utile, quid apertum videri? Sed enitar, quantùm res ſinit, & diffuſa ſubſtringere, & prolixa breviare; ſic tamen, ut neque res ad copiam, neque claritas ad intelligentiam deeſſe videatur in hoc opere, quo in lucem veritas protrahenda eſt.

www.tbtool.com.cn

Lin. 1. *In anguſtum coarctanda.*] MS. habet *coartanda*: fortè hæc ultima vox ab *artus* derivaretur, ut ait Doctiſſ. Pfaffius. Aiunt voces *in anguſtum* deeſſe in MS. attamen ea lego in viri Clariſſ. Pfaffii autographo.

Lin. 2. *Brevitate.*] MS. habet *brebitate*, facili permutatione *v.* in *b.* Sic infrà *breviare*, ubi MS. habet *brebiare*. Sic & ſub fin. cap. V.

Lin. 3. *Præteriri.*] In MS. *preteriri.* Hoc vulgatum eſt in MSS. ubi *e* pro *æ.*

CAPUT PRIMUM.

De Divinâ Providentiâ.

Ad Lact. Div. Inſtit. lib. 1. c. 2.

PRIMA incidit quæſtio, Sitne aliqua providentia, quæ aut fecerit, aut regat mundum? Eſſe, nemini dubium eſt; ſiquidem omnium ferè Philoſophorum, præter ſcholam Epicuri, una vox, una ſententia eſt, nec fieri ſine artifice Deo potuiſſe mundum, nec ſine rectore conſtare. Itaque non ſolùm à doctiſſimis viris, ſed & omnium mortalium teſtimoniis ac ſenſibus coarguitur Epicurus. Quis enim de providentiâ dubitet, cùm videat cœlos terramque ſic diſpoſita, ſic temperata eſſe univerſa, ut non modò ad pulcritudinem ornatumque mirabilem, ſed ad uſum quoque hominum, cæterorumque viventium commoditatem aptiſſimè convenirent? Non poteſt igitur, quod ratione conſtat, ſine ratione cœpiſſe, quoniam certum eſt eſſe providentiam.

Lin. 2. *Eſſe.*] Subaudi *Providentiam.*

Lin. 7. *Ut.*] Non extat in MS.

Lin. 10. *Quoniam.*] Hoc verbum minùs aptè hîc dicitur; legendumque potius eſſet, *itaque certum eſt eſſe providentiam.* Quia ex mundi creatione & conſtanti regimine probatur non credentibus eſſe providentiam; non autem Epicureo dici poteſt: Providentia eſt, hinc fit ut omnia ſummâ ſapientiâ regantur. Priùs ipſi probandum eſt eſſe Providentiam; quod ſit optimè ex univerſi diſpoſitione & temperatione.

CAPUT II.

Quòd Deus ſit unus, nec poſſint eſſe plures.

Div. Inſt. lib. 1. c. 3.

SEQUITUR alia quæſtio, Utrùmne Deus unus, an plures? quæ quidem multùm habet ambiguitatis. Diſſentiunt enim non modò ſinguli inter ſe, verùm etiam populi atque gentes. Sed qui rationem ſequetur, intelli-

Lin. 2. *Ambiguitatis.*] In MS. *ambiguitas.*

Lin. 3. *Intelliget.*] In MS. *intelleget.*

Digitized by Google

get nec Dominum esse posse nisi unum, nec Patrem nisi unum. Nam si Deus, qui omnia condidit, & idem Dominus, & idem pater est, unus sit necesse est, ut idem sit caput idemque fons rerum. Nec potest aliter rerum summa consistere, nisi ad unum cuncta referantur, nisi unus teneat gubernaculum, nisi unus frena moderetur, regatque universa membra, tanquam mens una. Si multi sint in examine apum reges, peribunt aut dissipabuntur, dùm

Regibus incessit magno discordia motu:

si plures in armento duces, tamdiù præliabuntur, donec unus obtineat: si multi in exercitu Imperatores, nec pareri poterit à milite, cùm diversa jubeantur, nec ab iis ipsis unitas obtineri, cùm sibi quisque pro moribus consulat. Sic in hâc mundi Republicâ nisi unus fuisset moderator, qui & conditor, aut soluta fuisset omnis hæc moles, aut nec condi quidem omninò potuisset.

Prætereà in multis non potest esse totum, cùm singuli sua officia, suas obtineant potestates. Nullus igitur eorum poterit omnipotens nuncupari, quod est verum cognomentum Dei: quoniam id solum poterit, quod in ipso est; quod autem in aliis, nec audebit attingere. Non Vulcanus sibi aquam vindicabit, aut Neptunus ignem; non Ceres artium peritiam, nec Minerva frugum; non arma Mercurius, nec Mars lyram; non Jupiter medicinam, nec Asclepius fulmen: facilius illud ab alio jactum suscipiet, quàm ipse torquebit. Si ergò singuli non possunt omnia, minùs habent virium, minùs potestatis: is autem Deus putandus est, qui potest totum, non qui de toto minimum.

Lin. 8. *Regibus.*] Ex Virg. l. 4. Georg. v. 68.
Lin. 9. *Obtineat.*] In MS. *optineat*; sic infrà MS. habet *optineri* & *optineant*.
Lin. 11. *Moribus.*] Davisius legit *viribus*.
Lin. 12. *Republicâ.*] In MS. *rep.*
Lin. 13. *Omnis.*] Dicitur abesse à MS.
Lin. 21. *Illud.*] In MS. *illut*.
Lin. 24. *Non.*] Pro *non*. In MS. *quàm*.

CAPUT III.

De Deo uno testimonia Poëtarum.

UNUS igitur Deus est, perfectus, æternus, incorruptibilis, impassibilis, nulli rei potestati-vè subjectus, ipse omnia possidens, omnia regens, quem nec æstimare sensu valeat humana mens, nec eloqui lingua mortalis. Sublimior enim ac major est, quàm ut possit aut cogitatione hominis, aut sermone comprehendi. Denique, ut taceam de Prophetis unius Dei prædicatoribus, Poëtæ quoque, & Philosophi, & Vates testimonium singulari Deo perhibent. Orpheus principalem Deum dicit, qui cœlum *Div. Inst. lib. 1. c. 3.* *Div. Inst. lib. 1. c. 5.*

Lin. 1. *Impassibilis.*] In MS. *inpassibilis*.
Lin. 5. *Prophetis.*] De his agit cap. 2. lib. 1.
Lin. 6. *Et Vates.*] Dicitur abesse à MS.
Lin. 7. *Singulari.*] Sic legitur passim *singularis Deus* apud Lactantium. Vide not. ad caput 5. libri de Mortibus Persecutorum. Sic libro 2. cap. 17. circa finem, *veri Dei ac singularis*, & infrà sub finem cap. 4.

Digitized by Google

ſoleinque cum cæteris aſtris, qui terram, qui maria condiderit. Item noſter Maro ſummum Deum modò ſpiritum, modò mentem nuncupat, eamque velut membris infuſam totius mundi corpus agitare; item Deum per profunda cœli, per tractus maris terrarumque diſcurrere, atque ab eo univerſas animantes trahere vitam. Ne Ovidius quidem ignoravit à Deo inſtructum eſſe mundum, quem interdùm opificem rerum, interdùm mundi fabricatorem vocat.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Summum Deum.*] Centies apud Lactantium has voces reperies

CAPUT IV.

Quòd Deus ſit unus teſtimonia Philoſophorum.

Ad lib. 1. Div. Inſtit. cap. 5.

SED veniamus ad Philoſophos, quorum certior habetur autoritas, quàm Poëtarum. Plato monarchiam adſerit, unum Deum dicens, à quo ſit mundus inſtructus & mirabili ratione perfectus. Ariſtoteles auditor ejus unam eſſe mentem, quæ mundo præſideat, confitetur. Antiſthenes unum eſſe dicit naturalem Deum, totius ſummæ gubernatorem. Longum eſt recenſere, quæ de ſummo Deo, vel Thales, vel Pythagoras & Anaximenes anteà, vel poſtmodùm Stoïci, Cleantes & Chryſippus & Zenon, vel noſtrorum Seneca Stoïcos ſecutus, & ipſe Tullius prædicaverint, cùm hi omnes, & quid ſit Deus, definire tentaverint, & ab eo ſolo regi mundum affirmaverint, nec ulli ſubjectum eſſe naturæ, cùm ab ipſo ſit omnis natura generata.

Hermes, qui ob virtutem multarumque artium ſcientiam Triſmegiſtus meruit nominari, qui & doctrinæ vetuſtate Philoſophos anteceſſit, quique apud Ægyptios ut Deus colitur, majeſtatem Dei ſingularis infinitis adſerens laudibus, Dominum & Patrem nuncupat; eumque eſſe ſine nomine, quòd proprio vocabulo non indigeat, quia ſolus ſit; nec habere ullos parentes, quia ex ſe & per ſe ipſe ſit. Hujus ad filium ſcribentis exordium tale eſt: Deum quidem intelligere difficile eſt, eloqui verò impoſſibile, etiam cui intelligere poſſible eſt; perfectum enim ab imperfecto, inviſibile à viſibili non poteſt comprehendi.

Lin. 2. *Plato.*] Vox *Plato* non extat in MS. ſed ea legitur in capite 5. libri primi circà finem.

Lin. 3. *Et.*] Deeſt apud Pfaffium, ſed reſtituit anonymus ex ipſo MS.

Lin. 4. *Antiſthenes.*] Hos eoſdem Philoſophos appellat eodem capite 5. Lactantius ut in iſto capite, nullâ habitâ temporum ratione, ſed prout ejus memoriæ occurrebant.

Lin. 5. *Totius.*] MS. *utius* habet: rectè legit *totius* doctus hujus libri editor primarius; poſſet tamen legi *hujus*, quod æquè optimum efficeret ſenſum.

Lin. 9. *Et ab eo ſolo regi mundum affirmaverint.*] Septem hæc verba, quæ abſunt à Pfaffio, dicuntur ineſſe in MS.

Lin. 13. *Apud.*] In MS. *aput.*

Lin. 18. *Intelligere.*] In MS. *intellegere.*

Digitized by Google

CAPUT V.

www.libtool.com.cn

Quòd unum Deum vates, id est Sibyllæ prædicant.

SUPEREST de vatibus dicere. Varro decem Sibyllas fuisse tradit; primam de Persis, secundam Libyssam, tertiam Delphida, quartam Cimmeriam, quintam Erythræam, sextam Samiam, septimam Cumanam, octavam Hellespontiam, nonam Phrygiam, decimam Tiburtem, cui sit nomen Albunea. Ex his omnibus Cumææ solius tres esse libros, qui Romanorum fata contineant, & habeantur arcani, cæterarum autem ferè omnium singulos extare haberique vulgò, sed eos Sibyllinos velut uno nomine inscribi; nisi quòd Erythræa, quæ Troïci belli temporibus fuisse perhibetur, nomen suum verum posuit in libro, aliarum confusi sunt. *Div. Inst. lib. 1. c. 6.*

Hæ omnes, de quibus dixi, Sibyllæ præter Cumæam, quam legi nisi à Quindecimviris non licet, unum Deum esse testantur, principem, conditorem, parentem, non ab ullo generatum, sed à seipso satum, qui & fuerit à seculis, & sit futurus in secula, & idcircò solus coli debeat, solus timeri, solus à cunctis viventibus honorari. Quarum testimonia, quia breviare non poteram, prætermisi, quæ si desideras, ad ipsos tibi libros revertendum est. Nunc reliqua persequamur.

Lin. 1. *Sibyllas.*] De Sibyllis vide notam nostram, cap. 6. lib. 1. pag. 28.

Lin. 2. *Cimmeriam.*] In MS. *Cimmeam*, quod Doctiss. Pfaffius interpretatur *Cumæam*: at J. B. le Brun putat esse *Cimmeriam*; quâ de re vide notam ultimam ad pag. 24. tom. 1. quæ nota est prima paginæ 25.

Lin. 3. *Samiam.*] In MS. *Sammaiam.*

Lin. 5. *Cumæa.*] In MS. *Cumana.*

Lin. 10. *Cumæam.*] In MS. *Cymæam.*

Lib. 16. *Revertendum.*] In MS. dicit anonymus legi *recurrendum est.*

CAPUT VI.

Deus, cùm sit æternus & immortalis, sexu & successione non eget.

HÆC igitur tot ac tanta testimonia liquidò perdocent, unum esse regimen in mundo, unam potestatem, cujus nec origo excogitari, nec vis enarrari potest. Stulti ergò, qui de concubitu natos putant deos esse, cùm ipse sexus & corporum copulatio idcircò mortalibus à Deo data sint, ut per sobolis successionem genus omne servetur. Immortalibus verò quid opus est aut sexu aut successione, quos nec voluptas nec interitus attingit? Illi ergò, qui dii putantur, quoniam & genitos esse tanquàm homines, & procreasse constat, mortales utique fuerunt: sed dii crediti sunt, quòd, cùm essent Reges magni ac potentes, ob ea beneficia, quæ in homines contulerant, divinos post obitum honores consequi *Lib. 1. c. 8. Div. Inst.* *Ibid.*

Lin. 4. *Cùm.*] In MS. *secum*: sed mendum est.

Ibidem. *Ipse.*] In MS. *ipsi*: at rursùs mendum.

Lin. 6. *Voluptas.*] In MS. *voluntas.*

Digitized by Google

meruerunt, positisque templis atque simulacris, memoria eorum tanquàm immortalium retenta est atque celebrata.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Positisque.*] In MS. *positique.*

CAPUT VII.

De Herculis vitâ facinorosâ & morte.

SED cùm sit omnibus ferè gentibus persuasum deos esse, res tamen eorum gestæ, quas tam Poëtæ quàm Historici tradiderunt, homines fuisse declarant. Hercules, per quæ tempora fuerit, quis ignorat, cùm idem & inter Argonautas navigaverit, & expugnatâ Trojâ, Laomedontem Priami Patrem ob perjurium interfecerit? Ab eo tempore paulò ampliùs quàm mille & quingenti computantur anni. Hic ne natus quidem honestè traditur, sed Alcmenæ adulterio genitus, & ipse vitiis genitoris addictus. Nec fœminis unquam, nec maribus abstinuit, orbemque totum non tam gloriæ, quàm libidinis causâ, nec tantùm ad necandas belluas, quantùm ad ferendos liberos peragravit. Cùmque esset invictus, ab unâ tamen Omphale triumphatus est, cui clavâ & spolio leonis tradito, indutus ipse fœmineâ veste, atque ad pedes mulieris abjectus, pensa, quæ faceret, accepit. Idem posteà instinctu furoris elatus, parvos liberos & uxorem Megaram trucidavit. Postremò sumtâ Dejanyræ conjugis veste, cùm diffluueret ulceribus, doloris impatiens, rogum sibi in Œtæo monte construxit, eoque se vivum cremavit. Sic efficitur, ut etiamsi ob virtutem Deus credi potuisset, ob hæc tamen homo fuisse credatur.

Div. Inst. lib. 1. c. 9.

Lin. 6. *Computantur anni.*] Numerum annorum non apposuit Lactant. c. 9. lib. 1. verùm non longè à scopo hîc aberrat. Argonautarum enim expeditio suscepta est annis octoginta tribus ante eversam Trojam: à Trojâ captâ ad primam Olympiadem intercedunt anni quadringenti triginta tres, à primâ verò Olympiade ad tempus quo scripsit Lactantius, computantur mille ac sedecim anni; quæ omnia conficiunt annos 1532.

Lin. 7. *Alcmenæ.*] In MS. *Alcimenæ.*

Ibidem. *Genitus.*] Hîc & in aliis Lactantii libris agitur de Hercule Græcorum, de quo vide annotationem nostram ad caput 9. libri primi pag. 36. Tomi I.

Lin. 14. *Megaram.*] Eam non nominaverat Lactantius capite 9. libri 1.

Ibidem. *Vestè, &c.*] Hæc non expresserat, Lactantius libri 1. capite 9.

Lin. 16. *Eoque.*] Legendum, *in eoque.*

CAPUT VIII.

De Æsculapio, Apolline, Marte, Castore & Polluce, atque de Mercurio & Baccho.

Div. Inst. lib. 1. c. 10.

ÆSCULAPIUM Tarquitius tradit ex incertis parentibus natum, & ob id expositum, atque à venatoribus collectum, caninis uberibus educatum, Chironi in disciplinam datum. Hic Epidauri moratus est,

Digitized by Google

Cynosuris, ut Cicero ait, sepultus, cùm esset ictu fulminis interemtus. Apollo autem pater ejus non dedignatus est alienum gregem pascere, ut acciperet uxorem; & dilectum puerum cùm peremisset imprudens, gemitus suos inscripsit in flore. Marti, viro fortissimo, adulterii crimen non defuit; siquidem catenis cum adulterâ vinctus spectaculo fuit.

www.libtool.com.cn

Castor & Pollux alienas sponsas non impunè rapuerunt, quos Homerus non poëticâ, sed simplici fide mortuos sepultosque testatur. Mercurius, qui de stupro Veneris genuit Androgynum, Deus esse meruit, quia lyram reperit & palæstram. Liber Pater, debellatâ Indiâ victor, cùm Cretam fortè venisset, Ariadnem conspexit in littore, quam Theseus & violaverat, & reliquerat. Tum amore inflammatus, eam sibi in conjugium sociavit, & coronam ejus, ut Poëtæ ferunt, inter astra signavit. Mater ipsa post fugam & obitum viri cùm in Phrygiâ moraretur, vidua & anus formosum adolescentem in deliciis habuit; & quia fidem non præstiterat, ademtis genitalibus, effœminavit. Ideò etiam nunc Gallis sacerdotibus gaudet.

Lin. 1. *Cicero.*] Cic. de Naturâ deorum lib. 3. cap. 22.

Lin. 10. *Ariadnem.*] In MS. *Arianam.*

Lin. 12. *Mater ipsa, &c.*] Id est mater deorum, quæ est Rhea, vel alio nomine Cybeles. Hæc usque ad finem capitis referuntur ad caput 21. libri primi.

Lin. 14. *Adolescentem.*] In MS. *aduleſcentem*, more usitato in antiquis MSS. Hic fuit Attis de quo vide not. ad pag. 95. Tom. I.

CAPUT IX.

De deorum turpitudinibus.

CERES unde Proserpinam, nisi de stupro genuit? unde Latona gemi- *Div. Inst.*
nos, nisi ex crimine? Venus deorum & hominum libidinibus exposi- *lib. 1. cap.*
ta, cùm regnaret in Cypro, artem meretriciam reperit, ac mulieribus *17. & 21.*
imperavit, ut quæstum facerent, ne sola esset infamis. Ipsæ illæ virgines Minerva & Diana, num castæ? Unde igitur prosilivit Erichthonius? Num in terram Vulcanus semen effudit, & inde homo tanquàm fungus enatus est? Aut illa cur Hippolytum, vel ad secretas sedes, vel ad mulierem relegavit, ubi solus inter ignota nemora ætatem ageret, & jam mutato nomine, Virbius vocaretur? Quid hæc significant, nisi incestum, quod Poëtæ non audent confiteri? *Lib. 1. c. 17. extr.*

Lin. 3. *Regnaret.*] In MS. *regnat.* Sed legendum *regnaret*, ut conjicere licet ex capite 17. libri 1.

Lin. 6. *Semen.*] Non extat in MS. sed legitur in capite 17. libri 1.

Lin. 8. *Relegavit.*] Ità legendum profectò, non quidem ex MSS. ubi est *religavit*, verùm ex fine cap. 17. lib. 1. div. Institut. ubi legitur: *Quid secreta sedes? quid relegatio vel tam longè, vel ad mulierem, vel in solitudinem?* Sic & Virgilius Æneid. VII. vers. 775. de eodem Hippolyto dicit:

— Et nympha Egeria nemorique relegat,
Solus ubi in sylvis Italis ignobilis ævum
Exigeret, versoque ubi nomine Virbius esset.

Digitized by Google

CAPUT X.

www.libtool.com.cn

De Jove, ac ejus vitâ libidinosâ.

Div. Inst. lib. 1. c. 11. HORUM autem omnium rex & pater Jupiter, quem tenere in cœlo ſummam credunt poteſtatem, quid habuit poteſtatis, qui Saturnum patrem regno expulit, & armis fugientem perſecutus eſt? quid continentiæ, qui omnia libidinum genera exercuit? Nam idem Almenam Lædamque ſummis viris nuptas adulterio fecit infames; idem pulcritudine pueri captus, venantem ac virilia meditantem ad fœmineos uſus violenter abripuit. Quid virginum ſtupra commemorem, quarum multitudo quanta *Lib. 1. c. 11.* fuerit, filiorum numerus oſtendit? In unâ tamen Thetide abſtinentior fuit. Erat enim prædictum, quòd is, quem paritura eſſet, major patre ſuo futurus eſſet. Pugnavit ergò cum amore, ne quis ſe major naſceretur. Sciebat ergò, ſe non eſſe perfectæ virtutis, magnitudinis, poteſtatis, qui, quod ipſe Patri fecerat, timuit. Cur igitur maximus, optimus nominatur, cùm ſe & peccatis contaminaverit, quod eſt injuſti ac mali, & majorem timuerit, quod eſt imbecillis ac minoris.

Lin. 4. *Almenam.*] Ità etiam eſt in MS. Sed legendum *Alcmenam*, Amphitrionis uxorem. *Leda* verò fuit Tyndari Laconiæ regis uxor.

Lin. 8. *Thetide.*] In MS. *Theude*: ſed erratum eſt amanuenſis.

Lin. 14. *Imbecillis ac minoris.*] In MS. *imbecillis à minoris*: ſed nævum eſt.

CAPUT XI.

Varia emblemata, quibus Jovis turpitudines velarunt Poëtæ.

SED dicet aliquis, ficta hæc eſſe à Poëtis. Non eſt hoc poëticum, ſic fingere, ut totum mentiare, ſed ut ea, quæ geſta ſunt, figurâ, & quaſi velamine aliquo verſicolore prætexas. Hunc habet poëtica licentia modum, non ut totum fingat, quod eſt mendacis & inepti, ſed ut aliquid *Lib. 1. Div. Inſtit. cap. 11.* cum ratione commutet. In imbrem ſe aureum vertiſſe dixerunt Jovem, ut Danaën falleret. Quis eſt imber aureus? Utique aurei nummi, quorum magnam copiam offerens, & in ſinum infundens, fragilitatem virginalis animi hâc mercede corrupit. Sic & imbrem ferreum dicunt, cùm volunt multitudinem ſignificare telorum. Catamitum in aquilâ rapuit. *Ibid.* Quæ eſt aquila? Legio ſcilicet, quoniam figura hujus animalis inſigne legionis eſt. Europam tranſvexit in tauro. Quis eſt taurus? Utique navis, quæ tutelam habuit, tauri ſpecie figuratam. Sic Inachi filia, non utique bos

Lin. 2. *Ut.*] In MS. *aut.* Vid. not. 1. pag. 48. Tom. 1. ad lib. 1. cap. 11. *Nihil à Poëtis in totum fictum eſt.*

Lin. 5. *Jovem.*] Non extat in MS.

Lin. 11. *Quis eſt taurus.*] Hæc explicatora ſunt in Epitome, quàm in ipſo lib. 1. c. 11.

Digitized by Google

bos facta transnavit: sed ejusmodi navigio iram Junonis effugit, quod habebat bovis formam. Denique cùm in Ægyptum delata esset, Isis est facta, cujus navigium certo quodam die in memoriam fugæ celebratur.

www.libtool.com.cn

Lin. 2. *Bovis.*] In MS. *bobis*, *v* in *b* mutato.

CAPUT XII.

Poëtæ ea, quæ ad deos spectant, non omnia fingunt.

VIDES ergò, non omnia Poëtas confinxisse, & quædam præfigurâsse; ut cùm vera dicerent, aliquid tale numinis adderent iis, quos deos esse dicebant; sicut etiam de regnis. Cùm enim dicunt Jovem Cœli regnum sorte tenuisse, aut Olympum montem significant, in quo Saturnum, & Jovem postmodùm habitasse veteres historiæ produnt, aut partem Orientis, quæ sit quasi superior, quòd inde lux nascitur; Occidentis autem velut inferior, & ideò Plutonem inferos esse sortitum; mare verò cessisse Neptuno, quòd oram maritimam cum omnibus insulis obtinuerit. Multa sic Poëtæ colorant; quod qui nesciunt, tanquam mendaces eos arguunt, verbo duntaxat. Nam re quidem credunt; quòniam deorum simulacra sic fingunt, ut cùm mares ac fœminas faciant, & alios conjuges, alios parentes, alios liberos fateantur, Poëtis utique assentiunt: hæc enim sine coïtu & generatione esse non possunt.

Lin. 1. *Confinxisse.*] In MS. *confixisse.*
Ibidem. *Et quadam.*] Lege *sed quadam.*
Ibidem. *Præfigurâsse.*] In MS. *præfigurâsse*: sed mendum est.
Lin. 2. *Tale.*] Heumannus putat legendum esse *tamen.*
Lin. 8. *Obtinuerit.*] In MS. *optinuerit.*
Lin. 9. *Poëtæ.*] In MS. *Potae*, scriptio mendosa.
Lin. 11. *Ac.*] Heumannus legit *tum.*
Lin. 12. *Utique.*] Heumannus legit *itaque.* Hæc omnia ex conjecturâ.

CAPUT XIII.

Narrantur facta Jovis ex Euhemero Historico.

SED omittamus sanè Poëtas. Ad historiam veniamus, quæ simul & rerum fide, & temporum nititur vetustate. Euhemerus fuit Messenius, antiquissimus scriptor, qui de sacris Inscriptionibus veterum templorum & originem Jovis, & res gestas omnemque progeniem collegit; item cæterorum deorum parentes, patrias, actus, imperia, obitus, sepulcra etiam persecutus est. Quam historiam vertit Ennius in latinam, cujus hæc verba sunt: „ Hæc ut scripta sunt, Jovis fratrumque ejus stirps atque

Lib. 1. Div. Instit. cap. 11.

Lin. 3. *Scriptor.*] In MS. *Scribtor.*
Ibidem. *Inscriptionibus.*] In MS. *Inscribtionibus*; in utroque verbo *p* in *b* mutato.
Lin. 6. *Latinam.*] Lege *Latinum*, vel supple *linguam.*
Lin. 7. *Scripta.*] In MS. *Scribta*; sicut & infrà *scriptione*, in MS. *scribtione.* Ita semper legitur in MS. Taurin.

Digitized by Google

„ cognatio, in hunc modum nobis è sacrâ scriptione traditum est. « Idem igitur Euhemerus Jovem tradit, cùm quinquies orbem circumvisset, & amicis suis atque cognatis distribuisset imperia, legesque hominibus, multaque alia bona fecisset, immortali gloriâ memoriâque affectum sempiternâ in Cretâ vitam commutasse, atque ad deos abiisse, & sepulcrum ejus esse in Cretâ, in oppido Gnosso, & in eo scriptum antiquis litteris Græcis ΖΑΝ ΚΡΟΝΟΥ; quod est Jupiter Saturni. Constat ergò ex iis, quæ retuli, hominem fuisse, in terramque regnasse.

Lin. 2. *Circumvisset.*] In MS. *circumisset.*
Lin. 3. *Hominibus.*] Adde *dedisset.*
Lin. 8. *In terramque.*] Heumannus legit *in terráque*, ut habetur Instit. lib. 1. c. 13. & 14.

CAPUT XIV.

Saturni & Urani gesta ex Historicis desumpta.

TRANSEAMUS ad superiora, ut originem totius erroris deprehendamus. Saturnus Cœlo & Terrâ traditur natus. Hoc utique incredibile est. Sed cur ita traditur, ratio certa est, quam qui ignorat, tanquam fabulam respuit. Saturni Patrem Uranum fuisse vocitatum, & Hermes autor est, & sacra historia docet. Trismegistus paucos admodùm fuisse cùm diceret perfectæ doctrinæ viros, in iis cognatos suos enumeravit, Uranum, Saturnum, Mercurium. Euhemerus eumdem Uranum primum in terram regnâsse commemorat his verbis: „ Initio primus in terris impe„ rium summum Cœlus habuit: is id regnum unà cum fratribus suis sibi „ instituit atque paravit. «

Hîc in Cod. MS. plura deficiunt, duo certè, ut arbitror, folia. Nec vox PARAVIT *tota extat, sed solùm* PARA *sub finem paginæ. Sequitur:*

hominum stultam benevolentiam & errorem divinitas attributa sit.

Lin. 12. *Sequitur.*] Deest itaque Epitome libri primi cap. XII. & cæterorum usque ad XX.

CAPUT XX.

De Diis Romanorum propriis.

Div. Inst. lib. 1. c. 20.

DIXI de Religionibus, quæ sunt communes omnium gentium. Dicam nunc de diis, quos Romani proprios habent. Faustuli conjugem Romuli Remique nutricem, cujus honori Larentinalia sunt dicata, vulgati fuisse corporis quis ignorat? Et idcircò Lupa nuncupata est, & in feræ speciem figurata. Faula quoque & Flora meretrices erant, quarum altera

Lin. 3. *Remique.*] In MS. *Rem. que.*
Ibidem. *Larentinalia.*] In MS. *Larentali.*
Ibidem. *Vulgati corporis.*] Id est, prostituti.
Vide not. ad cap. 17. & 20. lib. 1.
Lin. 5. *Speciem.*] In MS. *specie.*

Digitized by Google

Herculis fuit ſcortum, ſicut Verrius tradit, altera cùm magnas opes corpore quæſiviſſet, populum ſcripſit hæredem, & ideò in honorem ejus ludi Floralia celebrantur.

www.tibtool.com.cn

Tatius muliebre ſimulacrum in cloacâ maximâ repertum conſecravit, & deam Cloacinam nuncupavit. Obſeſſi à Gallis Romani ex mulierum capillis tormenta fecerunt, & ob id Veneri Calvæ aram templumque poſuerunt; item Piſtori Jovi, quòd eos monuerat in quiete, ut ex omni fruge panem facerent, & ſupra hoſtes jacerent, quo facto deſperantes Galli poſſe inopiâ Romanos ſubigi, ab obſidione diſceſſerant. Pavorem ac Pallorem Tullus Hoſtilius deos fecit. Colitur & Mens, quam, credo, ſi habuiſſent, nunquàm colendam putaſſent. Honorem atque Virtutem Marcellus invenit.

Lin. 3. *Ludi Floralia.*] Supple *dicti*, vel *quos appellant Floralia*, ut lib. 1. div. Inſtit. cap. 20.

Lin. 8. *Panem.*] In MS. *pacem.*

CAPUT XXI.

De ſacris deorum Romanorum.

SED & alios ejuſmodi commentitios deos Senatus inſtituit, ſpem, fidem, concordiam, pacem, pudicitiam, pietatem, quæ omnia, cùm in animis hominum eſſe vera deberent, intra parietes falſa poſuerunt. Hos tamen quamvis extrà hominem in nullâ ſint omninò ſubſtantiâ, mallem potiùs coli, quàm rubiginem, quàm febrem, quæ non ſacranda ſunt, ſed execranda; quàm Fornacem, cum ſuis Fornacalibus ſacris; quàm Stercutum, qui ſumo pingueſacere terram primus oſtendit; quàm deam Mutam, quæ Lares genuit; quàm Cuninam, quæ cunis infantium præeſt; quàm Cacam, quæ ad Herculem de furto boüm detulit, ut occideret fratrem. Quàm multa ſunt alia portenta atque ludibria, de quibus piget dicere? Terminum tamen non libet præterire, quia ne Jovi quidem Capitolino ceſſiſſe traditur, cùm lapis eſſet informis. Hunc finium putant habere cuſtodiam, eique publicè ſupplicatur, ut Capitolii immobile ſaxum Romani Imperii fines & conſervet & proroget. *Div. Inſt. lib. 1. c. 20.*

Lin. 5. *Rubiginem.*] In MS. *robiginem.*

Lin. 7. *Stercutum.*] Vel *Sterculium*, ut in lib. 1. cap. xx. legitur.

Lin. 8. *Quàm.*] In MS. *qua.*

Lin. 14. *Et.*] Deeſt, In MS.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

www.libtool.com.cn

De sacris introductis à Fauno & Numâ.

Div. Inst. lib. 1. c. 22. HAs omnes ineptias primus in Latio Faunus induxit, qui & Saturno avo cruenta sacra constituit, & Fatuam Faunam conjugem sororemque inter deos conlocavit, ac Bonam deam nominavit. Deinde Romæ Numa, qui agrestes illos ac rudes viros superstionibus novis oneravit, sacerdotia instituit, & deos familiis gentibusque distribuit, ut animos *Ibid.* ferocis populi ab armorum studiis avocaret. Ideò Lucilius deridens ineptias istorum, qui vanis superstitionibus serviunt, hos versus posuit:

Terriculas Lamias Fauni, quas Pompiliique
Instituere Numa: tremit has; hîc omnia ponit.
Ut pueri infantes credunt signa omnia ahena
Vivere, & esse homines; sic isti omnia ficta
Vera putant, credunt signis cor inesse in ahenis;
Pergula pictorum, veri nihil, omnia picta.

Tullius quoque de Naturâ deorum commentitios ac fictos deos queritur inductos, & hinc extitisse falsas opiniones, erroresque turbulentos, & superstitiones penè aniles. Quæ sententia eò debet gravior comparari, quòd hæc disseruit & Philosophus & Sacerdos.

Lin. 2. *Fatuam.*] In MS. *Fentan.* Vide Div. Institut. lib. 1. cap. 22. & not. ibidem.
Lin. 4. *Novis.*] In MS. *nobis*, modo scribendi usitato in hoc MS.
Lin. 5. *Et.*] Deest. In MS.
Lin. 10. *Ahena.*] In MS. *aena.*
Lin. 11. *Sic isti.*] Ità etiam legitur lib. 1. Div. Institut. cap. 22. Vide ibi not.
Lin. 12. *In ahenis.*] In MS. *in hanis.*
Lin. 13. *Picta.*] Lege *fitta* ut c. 22. libri I.
Lin. 16. *Comparari.*] Davisius putat legendum *computari*, nec ineptè.

CAPUT XXIII.

De Diis & sacris Barbarorum.

Div. Inst. lib. 1. c. 21. DIXIMUS de Diis; nunc de ritibus sacrorum culturisque dicemus. Jovi Cyprio, sicut Teucrus instituerat, humana hostia mactari solebat. Sic & Tauri Dianæ hospites immolabant; Latiaris quoque Jupiter humano sanguine propitiatus est. Etiam ante Saturnum sexagenarii homines ex *Ibid.* personâ Apollinis de ponte in Tiberim dejiciebantur. Et eidem Saturno Carthaginienses non modò infantes prosecrabant, sed & victi à Siculis,

Lin. 3. *Latiaris.*] Ità in MS. in editis erat *Latialis.* Utraque lectio recepta. Sequor Manuscriptum.
Lin. 4. *Saturnum.*] In MS. *Saturno.*
Lin. 6. *Prosecrabant.*] Heumannus legit, *prosecabant.*
Ibidem. *Et.*] Non extat in MS. Heumannus putat & delendum esse.

Digitized by Google

ut piaculum solverent, ducentos nobilium filios immolaverunt. Nec illa his humaniora sunt, quæ fiunt etiamnunc Matri magnæ atque Bellonæ, in quibus Antistites non alieno sanguine, sed suo litant, cùm amputatis genitalibus à viris migrant, nec ad fœminas transeunt, aut sectis humeris detestabiles aras proprio cruore respergunt. Sed hæc crudelia.

Veniamus ad mitia. Isidis sacra nihil aliud ostendunt, nisi quemadmodùm filium parvum, qui dicitur Osiris, perdiderit & invenerit. Nam primò Sacerdotes ac Ministri, derasis omnibus membris, tunsisque pectoribus, plangunt, dolent, quærunt, affectum matris imitantes; postmodùm puer per Cynocephalum invenitur. Sic luctuosa sacra lætitiâ terminantur. His etiam Cereris simile mysterium est, in quo, facibus accensis, per noctem Proserpina inquiritur, & eâ inventâ ritus omnis gratulatione ac tædarum jactatione finitur. Lampsaceni asellum Priapo mactant. Ea enim visa est aptior victima, quæ ipsi, cui mactatur, magnitudine virilis obscœni posset æquari. *Div. Inst. lib. 1. c. 21.* *Ibid.*

Lindos est oppidum Rhodi, ubi Herculis sacra maledictis celebrantur. Hercules enim cùm boves aratori abstulisset, atque immolasset, ille injuriam suam convitiis ultus est, eoque ipso Sacerdote postmodùm constituto, sancitum est, ut iisdem maledictis, & ipse, & alii posteà Sacerdotes sacra celebrarent. Cretici autem Jovis mysterium est, quomodò infans aut subtractus sit patri, aut educatus. Capella præsto est, cujus uberibus puerum Amalthea nutrivit. Idem etiam Matris deûm sacra demonstrant. Nam quia tùm Corybantes galearum tinnitibus & scutorum pulsibus vagitum pueri texerant, nunc imago rei refertur in sacris: sed pro galeis cymbala, pro scutis tympana feruntur, ne puerum vagientem Saturnus exaudiat.

Lin. 3. *Amputatis.*] In MS *jamputatis.*
Lin. 4. *Sectis humeris.*] In MS. *secuti sumeris.*
Lin. 5. *Crudelia.*] Clariss. Pfaffius judicat addendum esse *sunt.*
Lin. 16. *Rhodi.*] In MS. *Rhodii.*
Ibidem. *Celebrantur.*] In MS. *celebratur.*
Lin. 19. *Sancitum.*] In MS. *sanctum.*

CAPUT XXIV.

De origine Sacrorum & Religionum.

HÆc sunt mysteria deorum. Nunc etiam originem religionum requiramus, ut & à quibus, & per quæ tempora institutæ fuerint, eruamus. Didymus in iis libris, qui inscribuntur ἐξηγήσεως πινδαρικῆς, Melissea fuisse tradit Cretensium Regem, cujus filiæ fuerint Amalthea & Melissa, quæ Jovem nutrierint caprino lacte ac melle. Hunc novos ritus ac pompas sacrorum introduxisse, & primùm diis sacrificasse, id est Vestæ, quæ dicitur Tellus. Unde Poëta: *Div. Inst. lib. 1. c. 22.*

Lin. 3. Ἐξηγήσεως.] MS. ἐξηγήσεως. Latinè, *libri Expositionis Pindaricæ.*
Lin. 4. *Melissa.*] In MS. *Tellisa.* Vide libri 1. Institut. caput 22.

Digitized by Google

primamque deorum
Tellurem;

& postmodùm: *deûm matri.* Euhemerus autem in sacrâ historiâ ipsum Jovem dicit, postquàm imperium ceperit, sibi multis in locis fana posuisse. Nam „ circuiens orbem, ut quemque in locum venerat, princi„ pes populorum amicitiâ sibi & hospitii jure sociabat. Cujus rei ut pos„ set memoria servari, fanum sibi creari jubebat, atque ab hospitibus suis „ annua festa celebrari. Sic per omnes terras cultum sui nominis semi„ navit.“ Quandò autem isti fuerint, facilè colligi potest. Scribit enim Thallus in historiâ suâ, Belum Regem Assyriorum, quem Babylonii colunt, quique Saturni fuerit æqualis & amicus, antiquiorem fuisse Troïco bello annis CCCXXII. & sunt ab Ilio capto anni M. CCCCLXX. Unde appareret, non ampliùs quàm M. DCCC. esse annos, ex quo novis deorum cultibus institutis, humanum genus inciderit in errorem.

Lib. 1. Div. Instit. cap. 23.

Lin. 3. *Historiâ.*] In MS. *storia.*
Lin. 5. *Quemque.*] Ità MS. sed lege *quemcunque.*
Lin. 7. *Jubebat.*] In MS. *Juvebat.*
Lin. 8. *Nominis.*] Heuman. legit *numinis.*
Lin. 9. *Isti fuerint.*] Id est *quandò, aut quo tempore isti hospites vixerint.*
Lin. 10. *Belum.*] In MS. *Bellum*, sed malè.
Lin. 12. *Annis.*] De his annis, vide lib. 1. cap. 23. pagina 109. Tomi I.
Lin. 13. *Novis.*] In MS. *nobis;* littera enim *v*, semper ferè per *b* exprimitur.

CAPUT XXV.

De aureo seculo; de simulacris ac Prometheo, qui primus hominem effigiavit.

MERITÒ igitur Poëtæ commutatum esse aureum seculum memorant, quod fuerit regnante Saturno. Nulli enim tunc dii colebantur: sed unum & solum Deum noverant. Postquàm se terrenis ac fragilibus subjugaverunt, colentes ligna, & æra, & lapides, commutatio seculi facta est usque ad ferrum. Amissâ enim Dei notitiâ, & uno illo vinculo humanæ societatis abrupto, vastare se invicem, prædari, ac debellare cœperunt. Quod si sursùm oculos suos tollerent, ac Deum intuerentur, qui eos ad adspectum cœli suique excitavit, nunquam se curvos & humiles facerent terrena venerando, quorum stultitiam Lucretius graviter incusat, dicens:

Div. Inst. lib. 2. c. 3.

Et faciunt animos humiles formidine divûm,
Depressosque premunt ad terram,

qua reddunt. Nec intelligunt, quàm vanum sit ea timere quæ feceris; aut ab his aliquod sperare præsidium, quæ muta & insensibilia, nec vident, nec audiunt supplicantem. Quid ergò majestatis aut numinis habere

Lin. 13. *Qua reddunt.*] Hæc verba quid sibi velint, divinare non possum. Locus enim valdè mendosus est. Verùm Heumannus putat legendum esse, *Quare nec intelligunt;* idque, ut videtur, sat benè.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

poſſunt, quæ & fuerunt in hominis poteſtate ne fierent, aut ut aliud fierent, & ſunt etiamnunc. Nam & violari, & furto ſublati poſſunt, niſi illa & lex ſcpiat & humana cuſtodia. Num igitur mentis ſuæ compos videri poteſt, qui talibus optimas victimas cædit, dona conſecrat, pretioſas veſtes offert, quaſi uti poſſunt, qui motu carent? Meritò ergò Dionyſius Siciliæ Tyrannus deos Græciæ, cùm eam victor occupaſſet, ſpoliavit atque derifit, & poſt ſacrilegia, quæ admiſerat, ad Siciliam proſperâ navigatione remeavit, regnumque tenuit uſque ad ſenectutem. Nec eum dii violati punire potuerunt. *Div. Inſt. lib. 2. c. 4.*

Quantò ſatius eſt, ſpretis inanibus, ad Deum ſe convertere, tueri ſtatum quem à Deo acceperis, tueri nomen. Idcircò enim ἄνθρωπος, quia ſurſùm ſpectat, nominatur. Surſùm autem ſpectat, qui Deum verum & vivum, qui eſt in cœlo, ſuſpicit, qui artificem, qui parentem animæ ſuæ non modò ſenſu ac mente, verùm etiam vultu & oculis ſublimibus quærit. Qui autem ſe terrenis humilibuſque ſubſternit, utique illud quod eſt inferiùs ſibi præfert. Nam, cùm ipſe opus Dei ſit, ſimulacrum autem opus hominis, non poteſt humanum opus divino anteponi; & ſicut Deus hominis parens eſt, ita ſimulacri homo. Stultus igitur & amens, qui adorat quod ipſe fabricavit. Cujus artificii deteſtabilis & inepti autor fuit Prometheus, patruo Jovis Japeto natus. Nam cùm primùm Jupiter, ſummo potitus imperio, tanquàm Deum ſe conſtituere vellet, ac templa condere, & quæreret aliquem, qui humanam figuram poſſet exprimere, tunc Prometheus extitit, qui hominis effigiem de pingui luto figuraret, ita veriſimiliter, ut novitas ac ſubtilitas artis miraculo eſſet. Denique illum & ſui temporis homines, & poſteà Poëtæ, tanquàm fictorem veri ac vivi hominis prodiderunt, & nos, quoties fabrefacta ſigna laudamus, vivère illa & ſpirare dicimus. Et hic quidem autor fuit fictilium ſimulacrorum. Sequentes autem poſteri & de marmore ſculpſerunt, & ex ære fuderunt: deinde proceſſu temporum ex auro & ebore acceſſit ornatus, ut non modò ſimilitudines oculos hominum, verùm etiam fulgor ipſe præſtringeret. Sic illecti pulcritudine, ac veræ majeſtatis obliti, inſenſibilia ſentientes, irrationabilia rationabiles, exanima viventes colenda ſibi ac veneranda duxerunt. *Div. Inſt. lib. 2. c. 10.* *Prometheus primus ſimulacrorum fictor.*

Lin. 2. *Sublati.*] Forſan legendum eſt, *ſubtrahi.*

Lin. 4. *Optimas.*] Heumannus legit *opimas.*

Lin. 5. *Uti poſſunt.*] Lege *iis uti poſſint.*

Lin. 12. *Surſùm.*] In MS. *Suſum*: ſed mendum eſt.

Lin. 31. *Illecti.*] In MS. *inlecti.*

Lin. 32. *Rationabiles.*] Ità MS. at legitur in edit. Pariſ. *irrationabiles*, ſed malè. Vide præced. & ſeq.

Lin. 33. *Ac.*] In MS. *ad.*

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

www.libtool.com.cn

De elementorum & aſtrorum cultu.

Div. Inſt. lib. 2. c. 5. NUNC reſellamus eos etiam, qui elementa mundi tanquàm deos habent, id eſt, cœlum, ſolem atque lunam, quorum artificem non cognoſcentes, ipſa opera mirantur & adorant. Qui error non imperitorum modò, verùm etiam Philoſophorum eſt; ſiquidem Stoïci univerſa cœleſtia in deorum numero habenda cenſent, quia certos & rationabiles motus habent, quibus ſuccedentium ſibi temporum viciſſitudines conſtantiſſimè ſervant. Non eſt igitur in his voluntarius motus, quia præſtitutis legibus ſerviunt, non proprio utique ſenſu, ſed opificio ſummi conditoris, qui illa ſic ordinavit, ut inenarrabiles curſus & certa ſpatia conficerent, quibus dierum ac noctium, æſtatis & hyemis alterna variarent. Quòd ſi effectus eorum, ſi meatus, ſi claritatem, ſi conſtantiam, ſi pulcritudinem admirantur, intelligere debuerunt, quantò his pulcrior, & præclarior, & potentior ſit ipſe conditor, atque artifex eorum Deus. Sed illi divinitatem humanis viſibus æſtimaverunt, ignorantes nec æternum eſſe poſſe, quod veniat ſub aſpectum, nec quod ſit æternum, poſſe oculis mortalibus comprehendi.

CAPUT XXVII.

De Hominis creatione, peccato & pœnâ; ac de Angelis, tum bonis, tum malis.

Div. Inſt. lib. 2. c. 13. UNUM & ultimum reſtat, ut, quoniam plerumque accidit, ſicuti in hiſtoriis legimus, ut majeſtatem ſuam dii oſtendiſſe videantur per auguria, per ſomnia, per oracula, tùm etiam pœnis eorum, qui ſacrilegia commiſerant, doceam quæ ratio id effecerit, ne quis etiamnunc in eoſdem laqueos incidat, in quos illi veteres inciderunt. Cùm Deus pro virtute majeſtatis ſuæ mundum de nihilo condidiſſet, cœlumque luminibus adornaſſet, terram verò & mare compleſſet animalibus, tum hominem de limo ad imaginem ſimilitudinis ſuæ figuratum inſpiravit ad vitam, poſuitque eum in Paradiſo, quem conſeverat omni genere fructiferi ligni, & præcepit ei, ne unâ ex arbore, in quâ poſuerat ei ſcientiam boni malique, guſtaret, fore interminatus, ut vitam perderet, ſi feciſſet; ſi verò mandatum ſervaret, immortalis permaneret. Tum ſerpens, qui erat unus ex Dei miniſtris, invidens homini quòd eſſet immortalis effectus, illexit eum dolo, ut mandatum Dei legemque tranſcenderet. Et hoc modo ſcientiam quidem boni ac mali accepit; ſed vitam, quam perpetuam Deus tribuerat, amiſit.

Ejecit

Lin. 5. *In quos.*] *In* deeſt in MS. | Lin. 13. *Illexit.*] In MS. *inlexit*, ſicut prius.

Digitized by Google

Ejecit ergò peccatorem de sancto loco, & in hunc orbem relegavit, ut victum quæreret per laborem, ut difficultates & ærumnas pro merito sustineret; ipsumque Paradisum vallo igneo circumfudit, ne quis hominum ad diem usque judicii ad locum illum perpetuæ beatitudinis conaretur irrepere. Tum secuta est hominem mors ex Dei sententiâ; & tamen vita ejus, licèt temporalis esse cœpisset, in mille annis terminum sumpsit, & id fuit humanæ vitæ spatium usque ad cataclysmi tempus. Nam post diluvium paulatim vita hominum breviata, & ad annos centum viginti redacta est. Serpens verò ille, qui de factis diabolus, id est, criminator sive delator nomen accepit, non destitit semen hominis, quem à principio deceperat, persequi. Denique eum, qui primus in hoc orbe generatus est, inspirato livore, in cædem fratris armavit, ut de duobus primogenitis hominibus alterum extingueret, alterum faceret parricidam. Nec quievit deinceps, quominùs per singulas generationes pectoribus hominum malitiæ virus infunderet, eos corrumperet, depravaret, tantis denique sceleribus obrueret, ut justitiæ jam rarum esset exemplum, & viverent homines ritu belluarum. *Div. Inst. lib. 2. c. 15.*

Quod Deus cùm videret, Angelos suos misit, ut vitam hominum excolerent, eosque ab omni malo tuerentur. His mandatum dedit, ut se terrenis abstinerent, ne quâ labe maculati, honore Angelico mulctarentur. Sed eos quoque idem ille subdolus criminator, dum inter homines commorantur, illexit ad voluptates, ut se cum mulieribus inquinarent. Tum damnati sententiâ Dei, & ob peccata projecti, & nomen Angelorum, & substantiam perdiderunt. Ità diaboli satellites facti, ut haberent solatium perditionis suæ, ad perdendos homines se converterunt, quos ut tuerentur, advenerant.

Lin. 1. *Sancto.*] In MS. *Sco*, quod potest & *sancto* & *sacro* intelligi.
Lin. 5. *Irrepere.*] Anonym. legit *irrumpere.*
Ibid. *Tum.*] Additum ex MS. Taur.
Lin. 12. *Livore.*] In MS. *libere.*
Lin. 15. *Eos.*] Non extat in MS.
Lin. 16. *Rarum.*] In MS. *rerum.*
Ibidem. *Et.*] In MS. *sed.*
Lin. 22. *Voluptates.*] In MS. *voluntates.*
Lin. 23. *Sententiâ.*] In MS. *sententiam.* Clariss. Pfaffius putat legendum esse *per sententiam Dei.*
Lin. 24. *Haberent.*] In MS. *habeant.*
Lin. 25. *Se.*] Non extat in MS.

CAPUT XXVIII.

De dæmonibus, ac eorum operationibus malis.

HI sunt dæmones, de quibus Poëtæ sæpè in carminibus suis loquuntur, quos custodes hominum appellat Hesiodus. Ità enim persuaserunt hominibus illecebris atque fallaciis suis, ut eosdem deos esse crederent. Denique Socrates habere se à primâ pueritiâ custodem rectoremque vitæ suæ dæmonem prædicabat, sine cujus nutu & imperio ni- *Div. Inst. lib. 2. c. 15.*

Lin. 4. *Rectoremque.*] In MS. *rectorem qua.* Sed erratum est.

Digitized by Google

hil agere posset. Adhærent ergò singulis, & sub nomine Geniorum aut Penatium domos occupant. His sacraria constituuntur, his quotidiè libatur ut Laribus, his honos datur tanquàm malorum depulsoribus. Hi à principio, ut averterent homines à Dei veri agnitione, novas religiones & cultus deorum introduxerunt: hi memorias Regum mortuorum consecrari, templa constitui, simulacra fieri docuerunt; non ut honorem Dei minuerent, aut suum augerent, quem peccando amiserunt: sed ut vitam hominibus eriperent, spem veræ lucis auferrent, ne homines, undè illi exciderunt, ad immortalitatis cœleste præmium pervenirent.

www.libtool.com.cn

Iidem astrologiam prodiderunt, & auguratum, & aruspicium; quæ cùm per se falsa sint, tamen ipsi, autores malorum, sic ea gubernant, sic temperant, ut vera credantur. Ipsi etiam magicæ artis præstigias ad circumscribendos oculos repererunt. Illorum adspiratione fit, ut quod sit, non esse, & quod non sit, esse videatur. Ipsi necromantias, ipsi sortes & oracula invenerunt, ut mentes hominum per ambiguos exitus mentitâ divinatione deludant. In templis verò & sacrificiis omnibus præsentes adsunt, & prodigiis quibusdam fallacibus editis ad miraculum præsentium, sic homines circumveniunt, ut inesse numen simulacris & imaginibus credant. Irrepunt etiam corporibus, ut spiritus tenues, vitiatisque membris, morbos conciunt, quos sacrificiis votisque placati postmodùm relaxent: somnia immittunt, aut planè terrores, ut ipsi rogentur, aut quorum exitus respondeant veritati, ut venerationem sui augeant. Nonnunquàm etiam in sacrilegos edunt aliquid ultionis, ut quisquis viderit, timidior ac religiosior fiat. Sic fraudibus suis obduxerunt humano generi tenebras, ut oppressâ veritate, summi ac singularis Dei nomen in oblivionem veniret.

Lin. 3. *Hi.*] In MS. *his.*
Lin. 7. *Aut.*] In MS. *haut.*
Ibidem. *Amiserunt.*] Heumannus legit *amiserant.*
Lin. 11. *Iidem.*] In MS. *idem.*
Lin. 13. *Circumscribendos.*] Id est, *circumveniendos*, vel *fallendos.*
Lin. 15. *Necromantias.*] In MS. *necyomantias*, *y* pro *r*, litterarum affinitate. Attamen Heumannus putat, non immutandam esse lectionem MS. ac remittit ad Fabri Lexicon.
Lin. 16. *Invenerunt.*] Hoc verbum non extat in MS.
Lin. 20. *Irrepunt.*] In MS. *inrepunt*, *n* pro *r*, quod non rarò in Manuscriptis.
Lin. 21. *Placati.*] In MS. *placatis.*
Lin. 22. *Aut quorum exitus respondeant veritati, ut venerationem sui, &c.*] At Heumannus legit, *ut qua, cùm exitus responderit veritati, venerationem sui, &c.*

CAPUT XXIX.

De Dei Patientiâ atque Providentiâ.

Div. Inst. lib. 2. c. 18. SED dicit quispiam: Cur ergò verus ille Deus patitur hæc fieri? An potiùs malos vel summovet, vel extinguit? Cur verò ipsi dæmoni

Lin. 1. *An.*] Hîc idem est ac *cur non.*

Digitized by Google

ἀρχὴν à principio fecit, ut esset, qui cuncta corrumperet, cuncta disperderet? Dicam breviter, cur hunc talem esse voluerit. Quæro utrumne virtus bonum sit, an malum? Negari non potest, quin bonum. Si bonum est virtus, malum est igitur è contrario vitium. Si vitium ex eo malum est, quia virtutem impugnat, & virtus ex eo bonum est, quia vitium affligit, ergò non potest virtus sine vitio consistere, & si vitium sustuleris, virtutis merita tollentur. Nec enim potest ulla fieri sine hoste victoria. Ita fit, ut bonum sine malo esse non possit.

Vidit hoc Chrysippus, vir acris ingenii, de providentiâ differens, eosque stultitiæ redarguit, qui bonum quidem à Deo factum putant, malum autem negant. Hujus sententiam interpretatus est A. Gellius in libris Noctium Atticarum, sic dicens: » Quibus non videtur mundus Dei & » hominum causâ institutus, neque res humanæ providentiâ gubernari, » gravi se argumento uti putant, cùm ita dicunt: Si esset Providentia, » nulla essent mala. Nihil enim minùs aiunt providentiæ congruere, » quàm in eo mundo, propter quem homines fecisse dicatur Deus, tan» tam vim esse ærumnarum & malorum. Ad ea Chrysippus, cùm in libro » περὶ προνοίας quarto dissereret: Nihil prorsùs, inquit, istis insulsius, qui » opinantur bona esse potuisse, si non essent ibidem mala. Nam cùm » bona malis contraria sint, utraque necesse est opposita esse inter se, » & quasi mutuo adversoque fulta nisu consistere. Nullum adeò contra» rium est sine contrario altero. Quo enim pacto justitiæ sensus esse pos» set, nisi essent injuriæ? aut quid aliud justitia est, quàm injustitiæ pri» vatio? Quid item fortitudo sit, non intelligi potest, nisi ex ignaviæ » adpositione? quid continentia, nisi ex intemperantiâ. Quo item modo » prudentia esset, nisi foret contraria imprudentia? Proinde, inquit, ho» mines stulti cur non hoc etiam desiderant, ut veritas sit, & non sit » mendacium. Namque itidem sunt bona & mala, felicitas & infortuni» tas, voluptas & dolor. Alterum enim ex altero, sicut Plato ait, verti» cibus inter se contrariis deligatum, si tuleris unum, abstuleris utrum» que.« Vides ergò id, quod sæpè dixi, bonum & malum ita sibi esse connexa, ut alterum sine altero constare non possit. Summâ igitur prudentiâ Deus materiam virtutis in malis posuit; quæ idcircò fecit, ut no-

Div. Inst. lib. 2. c. 9.

Lin. 1. Ἀρχὴν.] In MS. *archen*, Litteris Latinis. Ἀρχὴν hic loci significat *potestatem*, *auctoritatem*; sed putat Heumannus unico vocabulo Græco scribendum esse δαιμονιάρχην: de quo vide Lactantium libro 2. cap. 14.

Lin. 11. *A. Gellius.*] In MS. *Agellius.* Legendum *A. Gellius*, sicut lib. 6. cap. 1.

Lin. 16. *Deus.*] Non extat in MS.

Lin. 18. περὶ προνοίας.] Latinè, *de Providentiâ.*

Lin. 19. *Ibidem.*] Forsan legendum est *itidem.*

Lin. 21. *Adeò.*] In MS. *à Deo*; sed minùs benè, ut videtur Joanni le Brun.

Lin. 24. *Sit.*] Non extat in MS.

Ibidem. *Non.*] Non extat itidem in MS.

Lin. 25. *Adpositione.*] Davisius legit *oppositione*; idque sat benè.

Ibidem. *Nisi.*] Sic in MS. at in editione Parisiensi legebatur *non nisi.*

Lin. 26. *Foret.*] In MS. *fortè*: sed Davisius & Joan. le Brun putant esse legendum *foret.*

Lin. 28. *Namque.*] In MS. *nam que.*

Ibidem. *Infortunitas.*] In MS. & in editis erat *importunitas.* Legendum profectò *infortunitas*, cui contraria est *felicitas*; nec aliter legitur apud Aulum Gellium suprà citatum, Noct. Atticar. lib. 6. cap. 1.

Digitized by Google

bis constitueret agonem, in quo victores immortalitatis præmio coronaret.

www.libtool.com.cn

CAPUT XXX.

De falsâ Sapientiâ.

Div. Inst. lib. 1. c. 18. DOCUI, ut opinor, cultus deorum non modò impios, sed etiam vanos esse; vel quòd homines fuerint, quorum memoria post obitum consecrata sit; vel quòd simulacra ipsa insensibilia & surda sint, quia sunt ficta de terrâ, nec oportere hominem, qui debeat spectare cœlestia, terrenis se subjugare; vel quòd spiritus, qui eas religiones sibi vindicant, incesti & impuri sint, & ideò Dei sententiâ condemnati ceciderint in terram, nec fas esse in eorum ditionem venire, quibus potior sis, si Deum verum sequi velis. Supereſt ut, quoniam de falsâ Religione diximus, etiam de falsâ sapientiâ differamus; quam Philosophi profitentur, homines summâ quidem doctrinâ & eloquentiâ præditi, sed longè à veritate summoti, quia nec Deum, nec sapientiam Dei cognoverunt. Qui licèt sint arguti ac diserti, tamen quia humana est eorum sapientia, etiam cum his congredi non verebor, ut appareat à veritate mendacium, à cœlestibus terrena facilè posse superari.

Div. Inst. lib. 3. c. 2.

Div. Inst. lib. 3. c. 3. Quid sit Philosophia hoc modo definiunt: Philosophia est amor vel studium sapientiæ. Non est ergò ipsa sapientia; quia necesse est aliud esse, quod amat, aliud, quod amatur. Si studium est sapientiæ, ne sic quidem Philosophia sapientia est. Sapientia enim res est ipsa, quæ quæritur, studium verò, quod quærit. Ipsa igitur definitio, vel nominis significatio, declarat Philosophiam non esse ipsam sapientiam; dicam ne studium quidem esse sapientiæ, quo sapientia non comprehenditur. Quis enim studere dicatur ei rei, quam nullo modo possit attingere? Qui medicinæ, aut grammaticæ, aut oratoriæ studet, studiosus ejus artis, quam discit, dici potest: ubi didicit, jam Medicus, jam Grammaticus, jam Orator dicitur. Sic oportuit & studiosos sapientiæ, postquàm didicissent, sapientes nominari. Cùm autem studiosi sapientiæ, quamdiù vivant, vocentur, apparet illud studium non esse, quòd ad ipsam rem, quæ studio petitur, non potest perveniri; nisi fortè qui ad finem usque vitæ, ut sapiant, studeant, apud inferos sapientes erunt. Omni autem studio subjacet finis. Non est igitur id studium rectum, quod non habet finem.

Lin. 3. *Quòd.*] In MS. *quot.*

Lin. 11. *Sapientiam.*] In MS. *sapientiâ.*

Lin. 16. *Non est ergò.*] Ante hoc verba Heumannus & anonymus putant aliquid excidisse atque legendum esse, *si amor est sapientiæ, non est ergò, &c.*

Ibidem. *Aliud.*] In MS. *aliut.* Sic infrà in hoc eodem capite. Atque alibi ubicumque hoc verbum reperias.

Lin. 18. *Enim.*] In MS. *autem.*

Lin. 26. *Vivant.*] Heumannus legit *vivunt.*

Lin. 29. *Omni.*] In MS. *omnia*, sed erratum est.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

CAPUT XXXI.

De Scientiâ & Opinatione.

PRÆTEREA duo sunt, quæ cadere in Philosophiam videntur, scientia & opinatio; quæ si auferantur, tota Philosophia corruit. Atqui utrumque Philosophiæ ipsi philosophorum principes ademerunt. Scientiam Socrates, opinationem sustulit Zeno. Videamus an rectè sapientia est, ut Cicero definivit, » divinarum & humanarum rerum scientia. « Quæ definitio si vera est, non cadit in hominem sapientia. Quis enim mortalium hoc sibi possit assumere, ut divina & humana scire se profiteatur? Humana omitto; quæ quanquàm cum divinis connexa sunt, tamen quia sunt hominis, concedamus ut homo illa scire possit. Divina certè per se scire non potest, quia homo est: qui autem scit illa, divinus sit necesse est, ac propterea Deus. Homo autem nec divinus, nec Deus est. Non potest igitur perscire homo divina. Nemo ergò sapiens, nisi Deus, aut certè is homo, quem Deus docuit. Illi autem, quia nec dii sunt, nec à Deo docti, sapientes ergò, id est, divinarum & humanarum rerum scientes esse non possunt. Rectè igitur à Socrate atque Academicis scientia sublata est. Opinatio quoque non congruit sapienti. Id enim quisque opinatur, quod ignorat. Opinari autem scire te, quod ignores, temeritas ac stultitia est. Rectè igitur opinatio à Zenone sublata est. Si ergò scientia in homine nulla est, & opinatio esse non debet, Philosophia radicitùs amputatur.

Div. Inst. lib. 3. cap. 3. & 4.

Lin. 2. *Atqui.*] In MS. *Ad quin.*
Lin. 12. *Perscire.*] Fortè legendum, *per se scire*, ut suprà. Ita etiam putat Heumannus.
Lin. 13. *Is.*] In MS. *his.*

CAPUT XXXII.

De Philosophorum Sectis, ac dissentione.

HUC accedit, quòd non est uniformis: sed divisa in sectas, & in multas discrepantesque sententias dissipata, statum non habet. Cùm enim singulæ alias omnes impugnent & affligant, nec sit aliqua ex iis, quæ non judicio cæterarum stultitiæ condemnetur, utique discordantibus membris, corpus omne Philosophiæ ad interitum deducitur. Hinc Academia postmodùm nata est. Nam cùm viderent ejus sectæ principes omnem Philosophiam, Philosophis invicem oppugnantibus, esse subversam, susceperunt adversùs omnes bellum, ut omnia omnium dissolverent, nihil ipsi asserentes, nisi unum, nihil sciri posse. Ita sublatâ scientiâ, Philosophiam veterem subruerunt. Sed ne ipsi quidem philosophorum no-

Div. Inst. lib. 3. c. 4.

Lin. 3. *Impugnent.*] In MS. *impugnet.*
Lin. 8. *Susceperunt.*] In MS. *subreperunt.*
Lin. 10. *Ne ipsi quidem.*] Heumannus putat legendum esse, *ne ipsum quidem.*

Digitized by Google

men retinuerunt, qui ignorantiam fatebantur, quia nescire omnia non modò philosophi, sed ne hominis quidem sit. Ita philosophi, quia nihil munimenti habent, mutuis se vulneribus extinguant, & ipsa tota Philo-
Div. Inst. lib. 3. c. 7. sophia suis se armis consumat ac finiat. Atenim sola Physica labat. Quid illa Moralis? Num aliquâ firmitate subnixa est? Videamus an philosophi in hâc saltem parte consentiant, quæ ad vitæ statum pertinet.

Lin. 3. *Munimenti.*] In MS. *monimenti.*
Ibidem. *Extinguant.*] Heumannus & anonymus putant legendum esse *extinguunt.*
Lin. 4. *Consumat ac finiat.*] Heumannus putat legi debere, *consumit ac conficit.*
Ibidem. *At enim.*] Pro *At verò.*

CAPUT XXXIII.

Quòd summum bonum sit in vitâ quærendum.

QUOD sit in vitâ, summum bonum quæri necesse est, ut ad illud vita omnis & actiones nostræ dirigantur. Cùm de hominis summo bono quæritur, tale constitui debet, primùm, ut id ad hominem solum pertineat, deinde, ut animi sit proprium, postremò, ut virtute quæratur. Videamus ergò, an summum bonum, quod philosophi determinant, tale sit, ut nec mutum animal, nec corpus attingat, nec possit sine virtute conquiri.

Div. Inst. lib. 3. c. 7. Aristippus, Cyrenaïcæ sectæ conditor, qui summum bonum esse censuit corporis voluptatem, de numero philosophorum, deque cœtu hominum propellendus est, quia se pecudi comparavit. Hieronymi summum bonum est, nihil dolere; Diodori, dolere desinere. Sed cæteræ animantes dolorem fugiunt, & cùm non dolent, aut dolere desinunt, gaudent. Quid igitur homini dabitur eximium, si bonum ejus summum commune
Ibid. c. 8. cum belluis judicatur? Zeno summum bonum putavit, cum naturâ congruenter vivere. At hæc definitio generalis est. Omnes enim animantes cum naturâ congruenter vivunt, & est sua cuique natura.

Epicurus animi asseruit voluptatem. Quid est voluptas animi? nisi gaudium, quo plerumque luxuriat animus, ac relaxatur, vel ad lusum, vel ad risum. Sed hoc bonum etiam muta contingit, quæ cum pabulis
Div. Inst. lib. 3. c. 7. saturata sunt, in gaudium & lasciviam resolvuntur. Dinomachus & Callipho honestam voluptatem probaverunt: sed aut idem dixerunt, quod Epicurus, ut corporis sit voluptas inhonesta; aut si corporis voluptates, alias turpes, alias honestas putaverunt, jam non est summum bonum, quod corpori adscribitur. Peripatetici ex bonis animi & corporis & fortunæ summum bonum conflant. Animi bona probari pos-

Lin. 2. *Dirigantur.*] In MS. *derigantur.*
Lin. 4. *Virtute.*] In MS. *virtutem.*
Lin. 8. *Cyrenaïca.* In MS. *Cyrinaïca.*
Lin. 10. *Quia.*] In MS. *qui.*
Lin. 11. *Dolere.*] In MS. *dolore.*
Ibidem. *Sed cætera.*] Heumannus putat legi debere, *Sed & cætera.*
Lin. 15. *At.*] In MS. *ad.*
Lin. 17. *Nisi.*] In MS. *si.*
Lin. 21. *Callipho.*] In MS. *Callifo.*

Digitized by Google

sunt. Sed si auxilio indigent ad complendam beatitudinem, utique imbecilla sunt: corporis verò atque fortunæ, non sunt in hominis potestate; nec jam summum bonum est, quod aut corpori, aut extrà positis assignatur, quia & pecudes attingit hoc duplex bonum, quibus opus est, ut & benè valeant, & victu non indigeant. Stoïci aliquantò meliùs sensisse creduntur, qui summum bonum virtutem esse dixerunt. Sed virtus non potest esse summum bonum: quoniam, si malorum laborumque tolerantia est, beata per se non est; sed efficere aut procreare summum bonum debet, quia perveniri ad illud, sine difficultate ac labore maximo, non potest. At verò Aristoteles longè à ratione aberravit, qui honestatem virtuti copulavit; quasi aliquandò virtus aut ab honestate secerni, aut turpitudini posset adjungi. *Div. Inst. lib. 3. c. 7.*

Eryllus Pyrrhonius scientiam fecit summum bonum. Hæc quidem, & hominis, & animi solius est: sed potest sine virtute contingere. Nec enim beatus putandus est, qui vel auditu aliquid didicerit, vel parvâ lectione cognoverit; nec est summi boni definitio, quia potest esse aut rerum malarum, aut certè inutilium scientia. Et si sit bonarum & utilium, quam labore sis assecutus, summum tamen bonum non est, quia non propter se expetitur scientia, sed propter aliud. Nam idcircò artes discuntur, ut sint nobis aut victui, aut gloriæ, aut etiam voluptati; quæ utique summa bona esse non possunt. Ergò ne in Ethicâ quidem philosophi regulam tenent, quandoquidem in ipso cardine, id est, in eâ disputatione, quâ vita formatur, inter se pugnant. Nec enim possunt paria esse aut similia præcepta, cùm alii forment ad voluptatem, alii ad honestatem, alii verò ad naturam, alii ad scientiam, alii ad quærendas, alii ad fugiendas opes, alii ad nihil dolendum, alii ad patientiam malorum; in quibus omnibus, sicut superiùs ostendi, à ratione declinant, quia Deum nesciunt. *Div. Inst. lib. 3. c. 8.*

Lin. 2. *Fortuna.*] Heumannus addendum putat *bona*: sic, *fortuna bona non sunt.*
Ibidem.] *Potestate.* In MS. *potestatem.*
Lin. 8. *Aut.*] Anonymus legit, *ac.*
Lin. 10. *At.*] In MS. *ad.*
Lin. 12. *Posset.*] Lege *possit.*
Lin. 15. *Parvâ.*] Heumannus putat legi debere *propriâ.*
Lin. 20. *Utique.*] In MS. *utiqua.*
Lin. 21. *Ethicâ.*] In MS. *Hetica.*

CAPUT XXXIV.

Quòd ad justitiam nati sint homines.

VIDEAMUS nunc, quid sit summum bonum, quod sit propositum sapienti summum bonum. Ad justitiam nasci homines, non modò litteræ sacræ docent, verùm etiam idem ipsi philosophi nonnunquam sa-

Lin. 1. *Videamus, &c.*] Inversus est ordo verborum in MS. ubi sic legitur: *Videamus nunc, quod, quid sit summum bonum, sit propositum sapienti summum bonum.* Sed rectiùs disponit ea editio Clariss. Pfaffii.
Lin. 2. *Summum bonum.*] Hæc duo verba redundare videntur, eaque delet Heumannus tanquàm inutilia.

Digitized by Google

tentur. Cicero sic ait: „ Sed omnium, quæ in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profectò præstabilius, quàm planè intelligi nos „ ad justitiam esse natos. « Est hoc verissimum. Nec enim ad scelus nascimur, cum simus animal sociale atque commune. Feræ ad sævitiam gignuntur. Aliter enim nequeunt quàm prædâ & sanguine victitare. Easdem tamen etsi ultima fames urgeat, nihilominùs generis sui animalibus parcunt. Idem faciunt & aves, quas aliorum viscеribus pasci necesse est. Quantò magis hominem, qui cum homine, & commercio linguæ, & communione sensûs copulatus est, parcere homini oportet, eumque diligere! Hæc est enim justitia.

Div. Inst. lib. 3. c. 9.

www.jiroool.com.cn

Sed quoniam soli homini sapientia data est, ut Deum intelligat, & hæc sola hominis mutorumque distantia est, duobus officiis obstricta est ipsa justitia. Unum Deo debet, ut patri, alterum homini, velut fratri. Ab eodem enim Deo geniti sumus. Meritò ergò ac rectè dictum est, sapientiam esse divinarum & humanarum rerum scientiam. Oportet enim scire nos quid Deo, quid homini debeamus; Deo scilicet Religionem, homini charitatem. Sed illud superius sapientiæ, hoc posterius virtutis est; & utrumque justitia comprehendit. Si ergò constat ad justitiam nasci hominem, necesse est justum malis esse subjectum, ut virtutem, quâ est præditus, in usu habeat. Virtus enim malorum sustinentia est. Voluptates fugiet, ut malum; opes contemnet, quia fragiles sunt; &, si habuerit, dilargietur, ut miseros servet; honores non appetet, quia sunt breves & caduci; injuriam nulli faciet; si fuerit passus, non retribuet; & diripientem sua non persequetur. Nefas enim judicabit hominem lædere; & si quis extiterit, qui cogat descisсere à Deo, nec cruciatus, nec mortem recusabit. Ita fiet, ut eum necesse sit, & inopem, & humilem, & in contumeliis, aut etiam cruciatibus vivere.

Lin. 2. *Intelligi.*] In MS. *intellegi.*
Lin. 5. *Easdem.*] In MS. *eandem.* Alii putant legendum esse *eadem.*
Lin. 6. *Urgeat.*] In MS. *urgueat.*
Lin. 9. *Sensûs.*] Id est *rationis.*
Lin. 14. *Sapientiam.*] In MS. *sapientia.*
Lin. 18. *Et.*] Heumannus vult legi, *At.*
Lin. 21. *Et.*] In MS. *at*; & Clariss. Pfaffius putat legendum esse *aut.*
Lin. 24. *Judicabit.*] In MS. *judicavit.*

CAPUT XXXV.

Quòd immortalitas sit summum bonum.

QUIS igitur erit fructus justitiæ atque virtutis, si nihil habebit in vitâ nisi malum? Quod si virtus, quæ bona omnia terrena contemnit, mala universa sapientissimè perfert, ipsamque mortem pro officio suscipit, sine præmio esse non potest, quid supereſt, nisi merces ejus immortalitas sola sit? Nam, si cadit in hominem beata vita, ut philosophi volunt, in eo solo non dissidentes, cadit ergò & immortalitas. Id enim solum

Lin. 5. *Si cadit., &c.*] In MS. *sic ait in homine,*

Digitized by Google

solum beatum est, quod incorruptum; id solum incorruptum, quod æternum. Immortalitas ergò est summum bonum, quia & hominis, & animi, & virtutis est. Tantùm ad hanc dirigimur, ad hanc capiendam nati sumus. Idcircò nobis Deus virtutem, justitiamque proponit, ut æternum illud præmium nostris laboribus assequamur. De ipsa verò non mortalitate suo loco disseremus. Restat λογικὴ philosophia, quæ ad beatam vitam nihil confert. Sapientia enim non in sermonis ornatu, sed in corde atque sensu consistit. Quòd si & Physica supervacua est, & hæc Logica; in Ethicâ verò, quæ sola necessaria est, philosophi erraverunt, qui summum bonum nullo modo invenire potuerunt. Inanis igitur & inutilis omnis Philosophia reperitur, quæ nec rationem hominis comprehendere, nec officium potuit munusque complere.

Div. Inst. lib. 3. c. 13.

Lin. 5. *Non mortalitate.*] Heumannus rectè monet legendum esse, *immortalitate.*
Lin. 7. *Vitam.*] Non extat in MS.
Lin. 8. *Consistit.*] Non extat in MS.
Ibidem. *Logica.*] λογικὴ extat Græcè in MS.
Lin. 9. *Ethicâ.*] In MS. *Heticâ.*

CAPUT XXXVI.

De Philosophis, scilicet Epicuro & Pythagorâ.

QUONIAM de Philosophiâ dixi breviter, nunc etiam de philosophis pauca dicam. Epicuri doctrina hæc est, imprimis nullam esse providentiam. Et idem deos esse non abnuit. Utrumque contra rationem. Nam si sunt dii; est igitur providentia. Aliter enim Deus intelligi non potest, cujus est proprium providere. Nihil, inquit, curat. Ergò non modò humana, sed ne cœlestia quidem curat. Quomodò igitur, aut unde esse illum affirmas? Exclusâ enim providentiâ curâque divinâ, consequens erat ut non esse omninò Deum diceres. Nunc eum verbo reliquisti, re sustulisti. Unde ergò rerum natura est, si Deus nihil curat. Semina, inquit, sunt minuta, quæ nec videri, nec tangi possunt, quorum coïtu fortuito & orta sunt omnia, & semper oriuntur. Si nec videntur, nec ullâ corporis parte sentiuntur, unde esse illa scire potuisti? Deinde si sunt, quâ mente conveniunt, ut aliquid efficiant? Si sunt lævia, cohærere non possunt; si hamata & angulata, ergò secabilia sunt. Hami enim, & anguli extant & possunt amputari. Sed hæc delira & inutilia. Quid quòd idem animas extinguibiles facit; quem refellunt non modò philosophi omnes & publica persuasio, verùm etiam responsa vatum, carmina Sibyllarum, ipsæ denique divinæ voces Prophetarum; ut mirum sit extitisse unum Epicurum, qui cum pecoribus ac belluis sortem hominis æquaret.

Div. Inst. lib. 3. c. 17.

Ibid.

Quid Pythagoras? qui primus est philosophus nominatus; qui animas

Lin. 3. *Et idem.*] Heumannus putat legendum esse, *at idem.*
Lin. 4. *Nam.*] In MS. *sed.*
Lin. 15. *Inutilia.*] Supple *sunt.* At Anonymus ab Heumanno citatus, putat reponendum esse *anilia.*

Digitized by Google

quidem immortales esse, in alia tamen corpora, vel pecudum, vel avium, vel bestiarum commeare statuit. Nonne satius fuerat eas cum suis corporibus extingui, quàm sic ad aliena damnari; satius omninò non esse, quam post hominis formam, vel suem, vel canem vivere? Et homo ineptus, ut fidem dicto adderet, seipsum Trojano bello Euphorbum fuisse dixit, quo occiso, in alias figuras animalium transiisse, postremò Pythagoram factum. O felicem, cui soli tanta memoria concessa est! vel potiùs infelicem, cui translato in pecudem non licuit nescire, quid fuerit! Atque utinam solus deliraſſet! Invenit etiam, qui crederent, & quidem indoctos homines, ad quos stultitiæ transiret hæreditas.

Div. Inst. lib. 3. c. 18.

Lin. 2. *Statuit.*] Non legitur in MS.
Ibidem. *Nonne.*] In MS. *non.*
Lin. 4. *Suem vel canem.*] Putatur Lactantius ob oculos habuisse hæc Horatii verba 1. Epist. 2. v. 26.
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.
Lin. 6. *Postremò.*] In MS. legitur, *post rem*: sed erratum est.
Lin. 9. *Deliraſſet.*] In MS. *deliberaſſet.*
Lin. 10. *Indoctos.*] Heumannus putat rem fore meliorem, si legeretur *doctos.* At potius legerem *interdoctos.*

CAPUT XXXVII.

De Socrate, ac ejus contradictione.

POST hunc Socrates Philosophiæ tenuit principatum, sapientissimus etiam oraculo dictus, quia se fatebatur unum scire, quod nihil sciret. Cujus Oraculi autoritate abstinere se physicos oportebat, ne aut quærerent ea, quæ scire non poterant, aut scire se putarent, quæ ignorabant. Videamus tamen an sapientissimus Socrates, sicut Pythius prædicavit. Usurpabat hoc sæpè proverbium, quod supra nos, nihil ad nos pertinere. Jam excessit sententiæ suæ terminos. Nam, qui unum se scire dicebat, aliud invenit quod tanquàm sciens diceret; sed id frustrà. Nam & Deus, qui utique supra nos est, quærendus est, & Religio suscipienda, quæ sola nos discernit à belluis: quam quidem Socrates non modò repudiavit, verùm etiam derisit, per anserem canemque jurando; quasi verò per Æsculapium non posset, cui voverat gallum? En sapientis viri sacrificium. Et quia eum prosecrare ipse non potuit, amicos moriturus oravit, ut post se solverent votum, scilicet ne apud inferos velut debitor teneretur. Hic profectò & pronuntiavit, quod nihil scierit, & probavit.

Div. Inst. lib. 3. c. 18.

Div. Inst. lib. 3. c. 20.

Lin. 3 *Physicos.*] elegantiùs legerem *abstinere se Physicis.*
Lin. 9. *Et Religio.*] In MS. *ut Religio.*
Lin. 11. *Repudiavit.*] In MS. *repudiabit.*
Lin. 13. *Prosecrare.*] Idem est ac *consecrare*, ait Clariss. Pfaffius ad marginem MS. sui. Heumannus putat legi debere *prosecare.*
Lin. 16. *Probavit.*] In MS. *probabit.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

CAPUT XXXVIII.

www.libtool.com.cn

De Platone, cujus doctrina ad veritatem propiùs accedit.

HUJUS auditor Plato, quem deum philosophorum Tullius nominat, qui solus omnium sic philosophatus est, ut ad veritatem propiùs accederet; tamen quia Deum ignoravit, in multis ita lapsus est, ut nemo deteriùs erraverit, imprimis quòd in libris civilibus omnia omnibus voluit esse communia. De patrimoniis tolerabile est, licèt sit injustum. Nec enim aut obesse cuiquam debet, si suâ industriâ plus habet, aut prodesse, si suâ culpâ minùs. Sed, ut dixi, potest aliquo modo ferri. Etiamne conjuges, etiamne liberi communes erunt? Non erit sanguinis ulla distinctio, nec genus certum, nec familiæ, nec cognationes, nec affinitates; sed sicut in gregibus pecudum confusa & indiscreta omnia, nulla erit in viris continentia, nulla in fœminis pudicitia? Quis esse in utrisque amor conjugalis potest, in quibus non est certus aut proprius affectus? Quis erit in patrem pius, ignorans unde sit natus? Quis filium diliget, quem putabit alienum? Quin etiam fœminis curiam reservavit, militiam, & magistratus, & imperia permisit. Quanta erit infelicitas urbis illius, in quâ virorum officia mulieres occupabunt? Sed hæc aliàs latiùs. *Div. Inst. lib. 3. c. 21.*

Zeno Stoïcorum magister, qui virtutem laudat, misericordiam, quæ summa est virtus, tanquàm morbum animi amputandam judicavit, quæ & Deo cara est, & hominibus necessaria. Quis est enim, qui aliquo in malo constitutus nolit esse miserabilis, ac non desideret auxilia succurrentium, quæ ad opem ferendam non nisi misericordiæ affectu excitantur. Hanc ille licèt humanitatem, licèt pietatem vocet, non rem, sed nomen immutat. Hic est affectus, qui soli homini datus est, ut imbecillitatem nostram mutuis adjumentis levaremus; quem qui tollit, ad vitam nos redigit belluarum. Nam, quòd dicit paria esse peccata, ex eâdem immanitate est, quâ misericordiam veluti morbum insectatur. Qui enim nullam facit differentiam delictorum, aut levia magnis supplicis afficienda censet, quod est crudelis judicis, aut gravia parvis, quòd est dissoluti, utrumque reipublicæ incommodum. Si enim summa scelera leviter puniantur, audacia malis crescet ad facinora majora; & si levibus delictis pœna gravior irrogetur, multi cives, quoniam nemo esse sine delicto potest, in periculum venient, qui correpti possent esse meliores.

Lin. 14. *Putabit.*] In MS. *putavit.*
Ibidem. *Reservavit.*] Heumannus legit *reseravit.*
Lin. 22. *Affectu.*] In MS. *affectus.*
Lin. 30. *Incommodum.*] Supple *est.*
Lin. 32. *Irrogetur.*] In MS. *inrogetur.*
Lin. 33. *Correpti.*] Id est *castigati.*

Digitized by Google

CAPUT XXXIX.

www.libtool.com.cn

De variis Philosophis, ac de Antipodis.

Div. Inst. lib. 3. c. 23. ILLA verò levia. Sed ex eâdem vanitate nascuntur. Xenophanes orbem lunæ decem & octo partibus dixit esse majorem, quàm hæc nostra sit terra. Itaque intra sinum ejus aliam terram contineri, quæ ab hominibus & omnis generis animalibus incolatur. De Antipodis quoque *Div. Inst. lib. 3. c. 24.* sine risu nec audiri, nec dici potest. Asseritur tamen quasi aliquid serium, ut credamus esse homines, qui vestigiis nostris habent adversa vestigia. Tolerabiliùs Anaxagoras deliravit, qui nigram nivem dixit. Quorumdam non modò dicta, sed etiam facta ridenda sunt. Democritus agrum suum à patre sibi relictum deseruit, & pascua publica fieri passus est. Diogenes cum choro canum suorum, qui virtutem illam summam & exactam rerum omnium contemtum profitetur, mendicare victum maluit, quàm honesto labore conquirere, aut habere ullam rem familiarem. Certè vita sapientis exemplum esse vivendi cæteris debet. Si horum sapientiam omnes imitentur, quomodò stabunt civitates? Sed forsitan iidem Cynici exemplum verecundiæ præbere potuerunt, qui palàm cum conjugibus suis cubitaverunt. Nescio quam possent virtutem defendere, qui pudorem sustulerunt.

Non melior his Aristippus, qui, credo, ut amiculæ suæ Laïdi placeret, Cyrenaïcam instituit disciplinam, quâ summi boni finem in voluptate corporis collocavit, ne aut peccatis autoritas, aut vitiis doctrina deesset. An illi fortiores magis sunt probandi, qui ut mortem con- *Div. Inst. lib. 3. c. 18.* temsisse dicerentur, voluntariam necem sibi intulerunt? Zeno, Empedocles, Chrysippus, Cleanthes, Democritus, & hos imitatus Cato, nescierunt homicidii crimine teneri secundùm jus legemque divinam eum, qui se interfecerit. Deus enim nos in hoc domicilium carnis induxit; ille nobis temporale corporis habitaculum dedit, ut incolamus, quamdiu idem voluerit. Nefas igitur habendum est, sine Dei jussu velle migrare. Non est ergò vis adhibenda naturæ. Scit ille quemadmodùm opus suum resolvat. Cui operi si quis manus impias adhibuerit, ac divini opificii vincula diruperit, Deum conatur effugere, cujus sententiam nec vivus quisquam, nec mortuus poterit evadere. Scelerati ergò sunt & nefarii,

Lin. 3. *Itaque.*] Anonymus apud Heumannum legit, *atque.*

Lin. 4. *De Antipodis.*] Hâc de re vide suprà notam ad libri 3. Div. Institut. caput 24.

Lin 6. *Habent.*] Heuman. legit, *habeant.*

Lin. 10. *Canum.*] Cynicos intelligit.

Lin. 11. *Contemtum.*] In MS. *contemtu.*

Lin. 12. *Conquirere.*] Heuman. vult, *eum quærere.*

Lin. 14. *Iidem.*] In MS. *idem.*

Lin. 18. *Non.*] Aliqui putant legi debere *Num.*

Lin. 21. *Ut.*] In MS. *&.*

Lin. 23. *Nescierunt.*] In MS. *nec scierunt.*

Lin. 27. *Migrare.*] Heuman. putat fore melius, si legeretur *emigrare.*

Lin. 28. *Adhibenda.*] In MS. *at hibenda.*

Lin. 30. *Vincula diruperit.*] In MS. *vincla dirrumperit.*

Lin. 31. *Sunt.*] Abest à MS.

Digitized by Google

quos superiùs nominavi, qui etiam docuerunt, quas causas habere debeat mors voluntaria; ut parùm sit sceleris, quòd homicidæ in semetipsos extiterunt, nisi ad hoc nefas & alios erudirent.

www.libtool.com.cn

CAPUT XL.

De Philosophorum insipientiâ.

INNUMERABILIA sunt philosophorum dicta factaque, quibus eorum insipientia redargui possit. Itaque quoniam cuncta enumerare non possumus, pauca sufficerint. Satis est intelligi, philosophos neque justitiæ, quam ignorabant, neque virtutis, quam mentiuntur, esse doctores. Quid enim doceant, qui suam sæpè ignorantiam confitentur? Mitto Socratem, cujus est nota sententia. Anaxagoras omnia circumfusa tenebris esse pronuntiat. Empedocles angustas ad inveniendam veritatem sensuum semitas esse. Democritus in profundo quodam puteo demersam veritatem jacere testatur, quam quia nusquam reperiunt, idcircò adfirmant neminem adhuc extitisse sapientem. Quoniam igitur nulla est (apud Platonem Socrates dicit) humana sapientia, sequamur ergò divinam, Deoque gratias agamus, qui eam nobis, & revelavit, & tradidit, ac nobis gratulemur, quòd veritatem ac sapientiam cœlesti beneficio tenemus, quam tot ingeniis, tot ætatibus requisitam Philosophiam nemo potuit invenire.

Div. Inst. lib. 3. c. 28.

Ibid.

Lin. 3. *Intelligi.*] In MS. *intellegi*; ut suprà.

Lin. 6. *Nota.*] In MS. *mota.*

Lin. 11. *Humana sapientia.*] In MS. *humanam sapientiam Dei.* Vocem tamen *De* librarius rursùs delevit.

Lin. 12. *Revelavit.*] In MS. *revelabit.*

Lin. 14. *Philosophiam.*] Heumannus putat melius legi *Philosophorum. Nemo*, in MS. *Num.*

CAPUT XLI.

De verâ Religione ac sapientiâ.

NUNC quoniam falsam religionem, quæ est in deorum cultibus, & falsam sapientiam, quæ est in philosophis, refutavimus, ad veram Religionem sapientiamque veniamus. Et quidem conjunctè, quia cohærent, de utrâque dicendum est. Nam Deum verum colere, id est, nec aliud quidquam, quàm sapientiam. Ille enim summus & conditor rerum Deus est, qui hominem velut simulacrum suum fecit. Idcircò utique soli ex omnibus animalibus rationem dedit, ut honorem sibi tanquàm patri, & tanquàm domino referret, & hâc pietate atque obsequio immortalitatis præmium mereretur. Hoc est verum divinumque mysterium. Illis autem, quia vera non sunt, nulla concordia. Neque in Philosophiâ sacrâ cele-

Lin. 3. *Conjunctè.*] In MS. *conjuncta.*

Lin. 6. *Est.*] Non extat in MS.

Digitized by Google

brantur, neque in sacris Philosophia tractatur; & ideò falsa Religio est; quia non habet sapientiam, ideò falsa sapientia, quia non habet Religionem. Ubi autem utraque conjuncta sunt, ibi esse veritatem necesse est, ut si quæratur ipsa veritas quid sit, rectè dici possit, aut sapiens religio, aut religiosa sapientia.

Lin. 2. *Sapientia.*] In MS. *sapientiam.*

CAPUT XLII.

De Sapientiâ religiosâ; Christi nomen nulli notum, nisi ipsi & Patri.

Div. Inst. lib. 4. c. 3. DICAM nunc, quid sit vel sapiens religio, vel sapientia religiosa. Deus in principio antequàm mundum institueret, de æternitatis suæ fonte, deque divino ac perenni spiritu suo filium sibi ipse progenuit, incorruptum, fidelem, virtuti ac majestati patriæ respondentem. Hic *Div. Inst. lib. 4. c. 6.* est virtus, hic ratio, hic sermo Dei, hic sapientia. Hoc opifice, ut Hermes ait, & consiliatore, ut Sibylla, & præclaram & mirabilem hujus mundi fabricam machinatus est. Denique ex omnibus Angelis, quos idem Deus de suis spiritibus figuravit, solus in consortium summæ potestatis adscitus est, solus Deus nuncupatus. Omnia enim per ipsum, & sine ipso nihil. Denique Plato de primo ac secundo Deo non planè, ut philosophus, sed ut vates locutus est, fortasse in hoc Trismegistum secutus, cujus verba de Græcis conversa subjeci: „ Dominus & factor „ universorum, quem Deum vocari existimavimus, secundum fecit Deum „ visibilem & sensibilem. Sensibilem autem dico, non quòd ipse sensum „ accipiat, sed quòd in sensum mittat & visum. Cùm ergò hunc fecisset „ primum, & solum, & unum, optimus ei apparuit, & plenissimus omnium „ bonorum. Sibylla quoque Deum dicit ducem omnium à Deo factum; „ & alia, Deum Dei filium esse noscendum, “ sicut ea, quæ in libris posui, exempla declarant. Hunc Prophetæ divino spiritu pleni prædicaverunt; quorum præcipuè Salomon in libro Sapientiæ, item pater ejus cœlestium scriptor hymnorum, ambo clarissimi Reges, qui Trojani belli tempora CLXXX. annis antecesserunt, hunc ex Deo natum esse testantur. *Apocal. cap. 19. v. 12.* Hujus nomen nulli esse notum, nisi ipsi & Patri, sicut docet Johannes in Revelatione. Hermes ait non posse nomen ejus mortali ore proferri. Ab hominibus tamen duobus vocabulis nuncupatur, Jesus, quod est Sal-

Lin. 3. *Ipse.*] Deest in edito; legitur tamen in autographo Clariss. Pfaffii.

Lin. 8. *De suis spiritibus.*] Lege *De suo spiritu.*

Lin. 15. *In sensum mittat.*] Heuman. legit *sensum immittat.*

Lin. 20. *Præcipuè.*] In MS. *præcipua.*

Lin. 21. *Scriptor.*] In MS. *scribtor.*

Lin. 22. *Antecesserunt.*] Multùm hic errat Lactantius. David & Salomon vixerunt, non antè, sed post Trojam captam. Troja capta est 1209. ante vulgarem æram: David regnum iniit anno 1059. ante hanc æram, & Salomon annos tantùm 1019.

Lin. 23. *Nulli esse.*] Heumannus legit *nulli est.*

Digitized by Google

vator, & Christus, quod est Rex. Salvator ideò, quia est sanatio & salus omnium, qui per eum credunt in Deum. Christus ideò, quia ipse de cœlo in secnli hujus consummatione venturus est, ut judicet mundum, & resurrectione mortuorum factâ, regnum sibi constituat æternum.

www.libtool.com.cn

CAPUT XLIII.

De Jesu Christi nomine, & duplici nativitate.

SED ne qua fortè sit apud te hæsitatio, cur eum, qui ante mundum ex Deo natus sit, Jesum Christum appellemus, qui ante annos ccc. natus ex homine est, rationem tibi breviter exponam. Idem est Dei & hominis filius. Bis enim natus est. Primùm de Deo in spiritu ante ortum mundi, postmodùm in carne ex homine, Augusto imperante; cujus rei præclarum & grande mysterium est, in quo & salus hominum, & Religio summi Dei, & omnis veritas continetur. Nam cùm primùm scelerati atque impii deorum cultus per insidias dæmonum irrepserunt, tum penès solos Hebræos Religio Dei mansit, qui tamen non lege aliquâ, sed traditum sibi per successionem cultum patrio more tenuerunt usque ad id tempus, quo de Ægypto exierunt, Moyse duce, primo omnium Prophetarum, per quem illis lex est à Deo imposita, qui Judæi sunt postmodùm nominati. Servierunt igitur Deo vinculis legis obstricti. Sed iidem paulatim ad profanos ritus aberrantes, alienos deos susceperunt, & dereliclo patrio cultu, insensilibus simulacris immolaverunt. Propterea Deus Prophetas ad eos misit divino Spiritu adimpletos, qui illis peccata exprobrarent, & pœnitentiam indicerent, qui secuturam ultionem minarentur, ac denuntiarent futurum, si in iisdem delictis perseverassent, ut alium mitteret novæ legis latorem, & ingrato populo ab hæreditate summoto, aliam sibi plebem fideliorem de exteris gentibus congregaret. Illi autem non modò perseverarunt, verùm etiam eos ipsos, qui mittebantur, interfecerunt. Itaque damnavit eos ob hæc facinora, nec adjecit ulteriùs Prophetas mittere ad populum contumacem; sed filium suum misit, ut gentes universas ad gratiam Dei convocaret. Nec illos tamen, licet impios & ingratos, ab spe salutis excluſit: sed ad ipsos potissimùm misit, ut si fortè paruissent, non amitterent quod acceperant; si autem Deum suum non suscepissent, tùm hæredibus abdicatis, gentes

Div. Inst. lib. 1. c. 8.

Div. Inst. lib. 4. c. 10.

Div. Inst. lib. 4. c. 11.

Lin. 1. *Apud.*] In MS. *a ut.*
Lin. 2. *Christum.*] Deest in MS.
Ibidem. *Appellemus.*] In MS. *appellamus.*
Lin. 3. *Breviter.*] In MS. *brebiter.*
Lin. 5. *Carne.*] In MS. *carnem.*
Ibidem. *Homine.*] Hìc recentior manus in MS. pro *homine* posuit *virgine.*
Lin. 10. *Successionem.*] In MS. *successiones.*
Lin. 12. *Qui.*] In MS. extat *hii qui.*
Lin. 13. *Iidem.*] In MS. *idem.*
Lin. 15. *Insensilibus.*] Manus recentior correxit *insensibilibus.* Verùm apud Lucretium lib. 2. cujus lectione gaudebat Lactantius, legitur bis *insensilibus.*
Lin. 18. *Iisdem.*] In MS. legitur *isdem.*
Lin. 19. *Et.*] In MS. legitur *ut.*
Lin. 27. *Deum.*] In MS *Dm.* quod interpretari potest aut *Deum*, aut *Dominum.*

Digitized by Google

in adoptionem venirent. Juſſit igitur eum ſummus pater deſcendere in terram, & humanum corpus induere, ut ſubjectus paſſionibus carnis, virtutem ac patientiam non ſolùm verbis, ſed etiam factis doceret. Natus eſt ergo ex virgine ſine Patre, tanquàm homo; ut quemadmodùm in primâ nativitate ſpiritali creatus, & ex ſolo Deo ſanctus Spiritus factus eſt, ſic in ſecundâ carnali ex ſolâ matre genitus, caro ſancta fieret, ut per eum caro, quæ ſubjecta peccato fuerat, ab interitu liberaretur.

www.libpol.com.ru

Lin. 5. *Et.*] In MS. *eſt.*

CAPUT XLIV.

Duplex Chriſti nativitas ex Prophetis probatur.

HÆc ſic futura, ut expoſui, Prophetæ antè prædixerant. Apud Salomonem ita ſcriptum eſt: » Infirmatus eſt uterus virginis, & accepit » fœtum, & gravata eſt, & facta eſt in multâ miſeratione mater virgo. « Apud Eſaiam ſic: » Ecce virgo accipiet in uterum, & pariet filium, & » vocabitis nomen ejus Emmanuel, « quod ſignificat nobiſcum Deus. Fuit enim nobiſcum in terrâ, cum induit carnem; & nihilominùs Deus fuit in homine, & homo in Deo. Utrumque autem fuiſſe à Prophetis antè prædictum eſt. Quod Deus fuerit, Eſaias ita dicit: » Adorabunt te, & in » te precabuntur, quoniam in te Deus eſt, & nos neſciebamus, Deus » Iſraël. Confundentur & reverebuntur omnes, qui adverſantur tibi, & » cadent in confuſionem. « Item. Jeremias: » Hic Deus noſter eſt, & non » deputabitur alius abſque illo, qui invenit omnem viam prudentiæ, & » dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſraël delicto ſibi: Poſthæc in terris » viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. « Item, quod homo fuerit, idem Jeremias dicit: » Et homo eſt, & quis cognovit eum? « Eſaias quoque ſic tradit: » Et mittet eis Dominus hominem, qui ſalvabit eos, & » judicans ſanabit eos. « Item Moyſes ipſe in Numeris: » Orietur ſtella » ex Jacob, & exurget homo ex Iſraël. « Idcircò igitur cùm Deus eſſet, ſuſcepit carnem, ut inter Deum & hominem medius factus, hominem ad Deum magiſterio ſuo ſuperatâ morte perduceret.

Div. Inſt. lib. 4. cap. 12. & 13.

Lin. 1. *Salomonem.*] Hic locus jam allegatur à Lactantio lib. 4. cap. 2. ſed cum non reperiatur in Salomonis libris, conjicere licet eum fuiſſe deſumptum ex ſcripturâ quâdam Salomoni attributâ, ſed deperditâ.

Lin. 4. *Eſaiam.*] In MS. *Eſeiam.*

Lin. 7. *Autem.*] Poſt iſtud verbum additur in MS. *Deum.*

Lin. 8. *Eſaias.*] Vide *Iſai. cap.* 45. verſ. 14.

Lin. 10. *Iſraël.*] In MS. *Iſrahel.*

Ibidem. *Reverebuntur.*] In MS. *reberebuntur.*

Lin. 11. *Confuſionem.*] Ità legendum eſt ut in ſacro textu, *Iſai. cap.* 45. & in Lactantio ipſo Inſtitut. lib. 4. cap. 13. In MS. autem legitur *confeſſionem.*

Ibidem. *Jeremias.*] In MS. *Hieremias.*

Lin. 13. *Iſrael.*] In MS. *Iſtrael.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XLV.

www.libtool.com.cn

Christi virtus & opera probantur ex Scripturis.

DIXIMUS de nativitate; nunc de virtute operibusque dicamus: quæ cùm magna inter homines ac mirabilia faceret, videntes illa Judæi, magicâ potentiâ fieri putabant, ignorantes ea omnia, quæ fiebant ab eo, prædicta esse à Prophetis. Ægros & vario morborum genere languentes non medelâ aliquâ, sed vi ac potestate verbi sui protinùs roborabat, debiles resanabat, claudos ad gressum erigebat, cæcis visum restituebat, mutis eloquium dabat, surdos inauribat, pollutos maculatosque purgabat, furiatis dæmonum incursu mentem propriam reponebat, mortuos aut jam sepultos ad vitam lucemque revocabat. Idem quinque millia hominum quinque panibus & duobus piscibus saturavit. Idem supra mare ambulavit. Idem in tempestate præcepit vento, ut conquiesceret, statimque tranquillitas facta est: quæ omnia, & in Prophetarum libris, & in carminibus Sibyllinis prædicta invenimus. *Div. Inst. lib. 4. c. 14.*

Ob hæc miracula cùm ad eum magna concurreret multitudo, &, ut erat, Dei filium, & à Deo missum crederet, repleti invidiâ Sacerdotes ac principes Judæorum, simul irâ concitati, quòd eorum peccata & injustitiam coarguebat, coïerunt ut eum occiderent. Quod futurum ante annos mille paulò amplius Salomon in Sapientiâ pronuntiaverat his verbis: » Circumveniamus justum, quoniam insuavis est nobis, & exprobrat » nobis peccata legis. Promittit scientiam Dei se habere, & filium Dei » se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum; » gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita » illius, & mutatæ sunt viæ illius. Tanquàm nugaces æstimati sumus ab » illo. Continet se à viis nostris, quasi ab immunditiis, & præfert no- » vissima justorum, & gloriatur patrem Dominum. Videamus ergò si » sermones illius veri sunt, & tentemus, quæ eventura sunt illi. Con- » tumeliis & tormentis interrogemus eum, ut sciamus reverentiam illius, » & probemus patientiam illius. Morte turpissimâ condemnemus eum. » Hæc cogitaverunt, & erraverunt. Excæcavit enim illos stultitia eorum, » & nescierunt sacramenta Dei. « *Sap. 2.*

Harum igitur litterarum immemores, quas legebant, incitaverunt po-

Lin. 5. *Medelâ.*] In MS. *medellâ.* Vide *Matth. cap. 4. v. 23. cap. 8. v. 16. cap. 9. v. 35. Marc. cap. 6. v. 56. & cap. 7. Luc. c. 4. v. 40. & 41. c. 7. v. 10.*

Lin. 7. *Inauribat.*] Id est, audientes faciebat; verbum sanè obsoletum & peregrinum.

Ibidem. *Maculatos.*] Id est leprosos.

Lin. 10. *Quinque millia.*] Vide *Matth. cap. 14.*

Lin. 19. *Circumveniamus.*] Hâc voce etiam utitur Lactantius infrà cap. 64. & lib. 5. c. 1. ante finem.

Ibidem. *Exprobrat.*] In MS. *exprobat.*

Lin. 24. *Viis.*] In MS. *viris.*

Ibidem. *Profert.*] In MS. *proferet.*

Lin. 26. *Contumeliis & tormentis.*] In MS. *Contumelia & tormenta.*

Lin. 27. *Ut.*] In MS. *&.*

Digitized by Google

pulum tanquàm adversùs impium, ut eum comprehensum ad judicium ducerent, mortemque ejus impiis vocibus flagitarent. Intentabant autem pro crimine id ipsum, quòd se Dei filium diceret, & quòd legem solveret, curando homines in Sabbato, quam ille se non solvere, sed implere dicebat. Cùmque Pontius Pilatus, qui tum legatus in Syriâ judicabat, perspiceret causam illam ad officium Romani Judicis non pertinere, misit eum ad Herodem Tetrarcham, permisitque Judæis, ut ipsi legis suæ disceptatores essent: qui acceptâ sceleris potestate, addixerunt eum cruci, sed priùs flagellis & palmis verberaverunt, spinis coronârunt, faciem conspuerunt, in cibum & potum dederunt ei fel & acetum; & inter hæc nulla vox ejus audita est. Tunc carnifices sortiti de tunicâ ejus & pallio, suspenderunt eum patibulo atque adfixerunt, cùm postridiè Pascha, id est, festum diem suum celebraturi essent. Quod facinus prodigia secuta sunt, ut intelligerent nefas quod admiserant. Eodem namque momento, quo spiritum posuit, & terræ motus magnus, & deliquium solis fuit, ut in noctem dies verteretur.

Lin. 5. *Syriâ.*] In MS. *Syriam.*
Lin. 8. *Sceleris.*] Adde *puniendi*; id enim exigit Latina locutio.
Lin. 12. *Eum.*] Non extat in MS.
Liu. 15. *Namque.*] In MS. *nam que.*
Lin. 16. *Verteretur.*] In MS. *vertetur.*

CAPUT XLVI.

Probatur ex Prophetis, Passionem ac mortem Christi prænuntiatam fuisse.

Lib. 4. Div. Instit. cap. 18. Isai. 50.

QUÆ omnia Prophetæ sic futura esse prædixerant. Esaias ita dicit: „ Non sum contumax, neque contradico: dorsum meum posui ad „ flagella, & maxillas meas ad palmas; faciem autem meam non averti à „ fœditate sputorum. “ Idem de silentio: „ Sicut ovis ad immolandum „ adductus sum, & sicut agnus coram tondentibus sine voce, sic non „ aperuit os suum. “ Item David in Psalmo XXXIV. „ Congregata sunt „ in me flagella, & ignoraverunt: dissoluti sunt, nec compuncti sunt; „ tentaverunt me, & striderunt super me dentibus suis. “ Idem de cibo & potu, Psalmo LXVIII. „ Et dederunt in escam meam fel, & in siti meâ „ potum mihi dederunt acetum. “ Item de cruce Christi: „ Et foderunt „ manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea: ipsi „ autem contemplati sunt, & viderunt me; diviserunt vestimenta mea „ sibi, & super vestem meam sortem miserunt. “ Moyses in Deuteronomio: „ Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die & nocte, & non credes vitæ tuæ. “ Item in Numeris: „ Non quasi homo „ Dominus suspenditur, neque quasi filius hominis minas patitur. “ Item Zacharias: „ Et intuebuntur in me, quem transfixerunt. “

Lin. 1. *Quæ omnia.*] Ità MS. in editione verò Parisiensi legitur *Hæc omnia.*
Lin. 2. *Posui.*] Deest in MS. sed suppleudum ex Institut. lib. 4. cap. 18.
Lin. 9. *Psalmo.*] Deest in MS.
Lin. 16. *Minas.*] In MS. *Minans*: sed vide lib. 4. Institut. cap. 18.
Lin. 17. *Zacharias.*] In MS. *Zaccharias.*

Digitized by Google

De solis obscuratione Amos ita dicit: » In illo die, dicit Dominus, » occidet sol meridie, & obtenebrabitur dies lucis; & convertam dies » festos vestros in luctum, & cantica vestra in lamentationem. « Item Jeremias de civitate Hierosolymâ, in quâ passus est: » Et subivit sol ei, » cùm adhuc medius dies esset, confusa est & maledicta, reliquos eorum » in gladium dabo. « Nec frustrà hæc dicta sunt. Siquidem post breve tempus Imperator Vespasianus Judæos debellavit, & terras eorum ferro ignique depopulatus est, obsessos fame subegit, Hierosolymam evertit; captivos triumphavit, cæteris, qui reliqui fuerunt, terris suis interdixit; ne quandò iis ad solum patrium reverti liceret. Quæ à Deo, propter illam Christi crucem facta sunt; ut hoc in scripturis eorum Salomon antè testatus sit, dicens: » Et erit Israël in perditionem, & in improperium po- » pulo, & domus hæc erit deserta, & omnis qui transiet per illam, ad- » mirabitur, & dicet: Propter quam rem Deus fecit terræ huic & huic » domui hæc mala? & dicent, quia dereliquerunt Dominum Deum suum, » & persecuti sunt Regem suum dilectissimum Deo, & cruciaverunt illum » in humilitate magnâ; pro hoc importavit illis Deus mala hæc. « Quid enim non mererentur, qui Dominum, qui ad salutem ipsorum venerat, peremerunt?

Lin. 3. *Lamentationem.*] In MS. *lamntatione.*
Lin. 4. *Jeremias.*] Quæ sequuntur aliter leguntur libro 4. Divin. Institut. cap. 19.
Lin. 5. *Confusa.*] In MS. *contusa.* Sed *confusa*, legendum est, ut l. 4. c. 19. Div. Instit.
Lin. 11. *Salomon.*] In MS. *Salomoni.* At Heumannus legit *Salomon.*
Lin. 12. *Improperium.*] Sic MS. Ed. Paris. habet *opprobrium.* Vid. not. ad lib. 4. Divin. Institut. cap. 18.
Lin. 15. *Domui.*] In MS. *domi.*
Ibidem. *Dereliquerunt.*] In MS. *derelinquerunt.*
Lin. 18. *Mererentur.*] Ita MS. Fortè legendum, *merentur*, vel *merebantur.*
Ibidem. *Salutem.*] In MS. *salute.*

CAPUT XLVII.

De Jesu Christi resurrectione, Apostolorum missione, servatorisque in cœlum Ascensione.

POST hæc detractum patibulo corpus monumento condiderunt. Verùm tertio die ante lucem, terræ motu facto, ac revoluto lapide, quo sepulcrum clauserant, resurrexit. In sepulcro autem nihil, nisi exuviæ corporis sunt repertæ. Ipsum verò resurrecturum die tertio jam olim Prophetæ fuerant prælocuti. David in Psalmo XV. Non derelinques ani- » mam meam ad inferos, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. » Item Oseæ: Hic est filius meus sapiens: propter quod nunc non resi- » stet in contribulatione filiorum suorum, & de manu inferorum eruam » eum. Ubi est judicium tuum, mors, ubi est aculeus tuus? « Idem rursùs: » Vivificabit nos post biduum die tertio. « *Div. Inst. lib. 4. c. 19.*

Profectus igitur in Galilæam post resurrectionem, discipulos suos rursùs;

Lin. 7. *Est.*] Non extat in MS.
Lin. 10. *Vivificabit.*] In MS. *Vivificavit.*

Digitized by Google

quos metus in fugam verterat, congregavit: datisque mandatis quæ observari vellet, & ordinatâ Evangelii prædicatione per totum orbem, inspi-
Div. Inst. lib. 4. c. 21. ravit in eos Spiritum sanctum, ac dedit eis potestatem mirabilia faciendi, ut in salutem hominum, tam factis, quàm verbis operarentur; ac tum demùm quadragesimo die remeavit ad Patrem, sublatus in nubem. Hoc Daniel Propheta jampridem ostenderat, dicens: » Videbam in visu no-» ctis: & ecce in nubibus cœli ut filius hominis veniens usque ad anti-» quum dierum pervenit; & qui assistebant, obtulerunt eum; & datum » est ei regnum, & honor, & imperium; & omnes populi, tribus & » linguæ servient ei; & potestas ejus æterna, quæ nunquam transibit, & » regnum ejus non corrumpetur. « Item David in Psalmo CIX. » Dixit » Dominus Domino meo: sede ad dexteram meam, donec ponam ini-» micos tuos subpedaneum pedum tuorum.

Lin. 5. *Quadragesimo.*] Ità leges ex libro 4. cap. 21. Divinar. Institut. quamvis in MS. Taurin. legatur *quinquagesimo.*
Lin. 7. *Usque.*] In MS. *& usque.*
Ibidem. *Antiquum.*] In MS. *anticum.*
Lin. 9. *Populi.*] In MS. *populis.*
Ibidem. *Et.*] Non extat in MS.
Lin. 10. *Servient ei.*] In MS. *servientes.*

CAPUT XLVIII.

De Judæorum exhæredatione, & Gentilium adoptione.

CUM igitur ad dexteram Dei sedeat, calcaturus inimicos suos, qui eum cruciaverunt, quandò ad judicandum orbem venerit, apparet nullam spem reliquam esse Judæis, nisi conversi ad pœnitentiam, & à sanguine, quo se polluerunt, abluti, sperare in eum cœperint, quem negaverunt. Ideò sic dicit Hesdra: » Hoc Pascha Salvator noster est, & refugium » nostrum. Cogitate, & ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humi-» liare eum in signo, & post hæc speravimus in eum. «

Lib. 4. Div. Instit. cap. 20. Exhœredatos autem esse Judæos, quia Christum reprobaverunt, & nos, qui sumus ex Gentibus, in eorum locum adoptatos, scripturis adprobatur. Jeremias ita dicit: » Dereliqui domum meam: dimisi hæreditatem meam » in manus inimicorum ejus. Facta est hæreditas mea mihi, sicut leo in » sylvâ: dedit ipsa super me vocem suam; idcircò odivi eam. « Item Malachias: » Non est mihi voluntas circa vos, dicit Dominus, & sacrifi-» cium acceptum non habebo ex manibus vestris, quia à solis ortu usque » ad occasum clarificabitur nomen meum apud Gentes. « Esaias quoque sic: » Venio colligere omnes gentes & linguas; & venient, & videbunt » claritatem meam. « Idem alio loco ex personâ Patris ad filium: » Ego

Lin. 2. *Venerit.*] In MS. *venerat.*
Lin. 4. *Sanguine.*] In MS. *sanguinem.*
Lin. 6. *Humiliare.*] In MS. *humilare.*
Lin. 12. *Idcircò.*] Ità est in MS. Taurin. juxta Clariss. Pfaffii autographum: at in editione Parisiensi legitur *ideò.*
Lin. 13. *Malachias.*] In MS. *Malachiel.*
Lin. 14. *Acceptum non habebo.*] Ità ex autographo Clariss. Pfaffii: in editis legitur *non acceptum habebo.*

Digitized by Google

» Dominus Deus vocavi te in justitiam, & tenebo manum tuam, & con-
» firmabo te in testamentum generis mei, in lucem gentium, aperire ocu-
» los cæcorum, producere ex vinculis alligatos, & de domo carceris
» sedentes in tenebris. «

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Vocavi.*] In MS. *vocabi.*

CAPUT XLIX.

Quòd Deus non est, nisi unus.

SI ergò Judæi à Deo rejecti sunt, sicut sacrarum Scripturarum fides indicat, Gentes autem, sicut videmus, adscitæ, ac de tenebris hujus vitæ secularis deque vinculis dæmonum liberatæ; nulla igitur alia spes homini proposita est, nisi veram Religionem veramque sapientiam, quæ in Christo est, fuerit secutus: quem qui ignorat, à veritate ac Deo semper alienus est. Nec sibi de summo Deo, vel Judæi, vel philosophi blandiantur. Qui Filium non agnovit, nec Patrem potuit agnoscere. Hæc est sapientia, & hoc mysterium summi Dei. Per illum se Deus, & agnosci, & coli voluit. Ideò Prophetas ante præmisit, qui de adventu ejus prædicarent, ut cùm facta essent in eo quæcumque prædicata sunt, tunc ab hominibus, & Dei Filius, & Deus crederetur.

Nec tamen sic habendum est, tanquàm duo sint dii. Pater enim ac Filius unum sunt. Cùm enim Pater Filium diligat, omniaque ei tribuat, & Filius Patri fideliter obsequatur, nec velit quidquam, nisi quod Pater, non potest utique necessitudo tanta divelli, ut duo esse dicantur, in quibus, & substantia, & voluntas, & fides una est. Ergò & Filius per Patrem, & Pater per Filium. Unus est honos utrique tribuendus, tamquam uni Deo, & ita dividendus est per duos cultus, ut divisio ipsa compage inseparabili vinciatur. Neutrum sibi relinquet, qui aut Patrem à Filio, aut Filium à Patre secernit.

Lin. 1. *Scripturarum.*] In MS. *Scribturarum.*

Lin. 7. *Qui Filium, &c.*] De hoc dicto Jesu Christi, vide Joan. 8. v. 19. & 14. v. 1. & 7.

Lin. 16. *Et substantia.*] *Et* deest in editione Parisiensi: at legitur in MS. Taurin.

Lin. 17. *Filium.*] Adde *est*, juxta Clarissim. Pfaffium.

CAPUT L.

Cur Deus humanum corpus assumpsit, ac mortem passus fuit.

SUPEREST respondere etiam iis, qui putant inconveniens fuisse, nec habere rationem, ut Deus mortali corpore indueretur, ut hominibus subjectus esset, ut contumelias sustineret, cruciatus etiam mortemque

Div. Instit. lib. 4. c. 25.

Lin. 1. *Et.*] In MS. *is.*

Digitized by Google

pateretur. Dicam quod sentio, & rem immensam paucis, ut potero, substringam. Qui aliquid docet, debet, ut opinor, facere ipse quæ docet, ut cogat homines obtemperare. Nam si non fecerit, præceptis suis fidem derogabit. Exemplis igitur opus est, ut ea, quæ præcipiuntur, habeant firmitatem, & si quis contumax extiterit, ac dixerit non posse fieri, præceptor illum præsenti opere convincat. Non potest ergò perfecta esse doctrina, cùm verbis tantùm traditur: sed tum perfecta est, cùm factis adimpletur.

Christus itaque cùm doctor virtutis ad homines mitteretur, utique ut doctrina ejus perfecta esset, & docere, & facere debuerat. Sed, si corpus hominis non induisset, non potuisset facere, quæ docebat; id est, non irasci, non cupere divitias, non libidine inflammari, dolorem non timere, mortem contemnere. Hæc sunt utique virtutes: sed fieri sine carne non possunt. Ergò ideò corporatus est, ut cùm vincenda esse carnis desideria doceret, ipse faceret prior, ne quis excusationem de carnis fragilitate prætenderet.

Lin. 4. *Derogabit.*] In MS. *derogavit.*
Lin. 11. *Potuisset.*] In MS. *posset.*
Lin. 13. *Hæc sunt.*] Fortè legendum, *hæ sunt utique virtutes.*
Ibidem. *Sed.*] In MS. *set.*
Lin. 14. *Corporatus est.*] Ità MS. Taurin. at in editione Parisiensi legitur *incorporatus est.*

CAPUT LI.

De Christi morte in cruce.

Div. Inst. lib. 4. c. 16. DICAM nunc de sacramento crucis, ne quis fortè dicat: si suscipienda illi mors fuerat, non utique infamis ac turpis, sed quæ haberet aliquid honestatis. Scio equidem multos, dum abhorrent nomen crucis, refugere à veritate, cùm in eâ, & ratio magna sit & potestas. Nam cùm ad hoc missus esset, ut humillimis quibusque viam panderet ad salutem, se ipse humilem fecit, ut eos liberaret. Suscepit ergò id genus mortis, quod solet humilibus irrogari, ut omnibus facultas daretur imitandi. Prætereà cùm esset resurrecturus, amputari partem corporis ejus fas non erat, nec os infringi, quod accidit iis qui capite plectuntur. Crux ergò potior fuit, quæ resurrectioni corpus integris ossibus reservavit.

His etiam illud accedit, quòd passione ac morte susceptâ, sublimem fieri oportebat. Adeò illum crux, & re & significatione exaltavit, ut omnibus *Ibid.* majestas ejus ac virtus cum ipsâ passione notuerit. Nam quòd extendit in patibulo manus, utique alas suas in Orientem Occidentemque por-

Lin. 2. *Utique.*] In MS. *utuque.*
Ibidem. Post *turpis*, editio Parisiensis addit verba *esse debuisset*, quæ non extant in MS. quæque expunxi ut inutilia; & vulgò subaudiuntur in eloquio Latino.
Lin. 4. *Cum in eâ.*] Id est, *cum tamen in eâ*, juxta Heumannum.
Lin. 7. *Irrogari.*] In MS. *inrogari.*
Lin. 10. *Reservavit.*] In MS. *reservabit.*
Lin. 11. *Accedit.*] In MS. *accepit.*

Digitized by Google

rexit, ſub quas univerſæ nationes ab utrâque mundi parte ad requiem convenirent. Quantùm autem valeat hoc ſignum, & quid habeat poteſtatis, in promptu eſt, cùm omnis dæmonum cohors hoc ſigno expellitur ac fugatur. Et ſicut ipſe ante paſſionem dæmonas verbo & imperio proturbabat, ſic nunc nomine ac ſigno paſſionis ejuſdem ſpiritus immundi, quandò in corpora hominum irrepſerunt, exiguntur, cùm extorti & excruciati, ac ſe dæmonas confitentes, verberanti ſe Deo cedunt. Quid ergò ſperaverint de ſuis religionibus cumque ſuâ ſapientiâ Græci, cùm videant, deos ſuos, quos eoſdem dæmonas eſſe non negant, per crucem ab hominibus triumphari.

Lin. 3. *In promptu.*] In MS. *promptum.*
Ibidem. *Expellitur ac fugatur.*] Lege *expellatur ac fugetur*, juxta Heumannum.
Lin. 5. *Ejuſdem.*] Heuman. cum Anonymo Britanno putat legendum eſſe, *ejus iidem.*
Lin. 6. *Irrepſerunt.*] In MS. *inrepſerint.*
Lin. 7. *Cedunt.*] In MS. *cadunt.*

CAPUT LII.

Spes ſalutis hominum in veri Dei agnitione, & de odio Ethnicorum in Chriſtianos.

UNA igitur ſpes hominibus vita eſt, unus portus ſalutis, unum refugium libertatis, ſi abjectis, quibus tenebantur, erroribus, aperiant oculos mentis ſuæ, Deumque cognoſcant, in quo ſolo domicilium veritatis eſt, terrena & de terrâ ficta contemnant, Philoſophiam, quæ apud Deum ſtultitia eſt, pro nihilo computent, & verâ ſapientiâ, id eſt, Religione ſuſceptâ, fiant immortalitatis hæredes.

Atenim repugnant, non tam veritati, quàm propriæ ſaluti; cùmque hæc audiunt, velut aliquod inexpiabile nefas deteſtantur. Sed ne audire quidem patiuntur; violari aures ſuas ſacrilegio putant. Si audierint, nec jam maledictis abſtinent, ſed quantis poſſunt, verborum contumeliis inſectantur: iidemque ſi poteſtatem nacti fuerint, velut hoſtes publicos perſequuntur, imò etiam plus quàm hoſtes, quorum, cùm bello victi fuerint, aut mors, aut ſervitus pœna eſt; nec ullus poſt arma depoſita cruciatus, quamvis omnia pati meruerint, qui facere voluerunt, ut inter mucrones locum pietas haberet.

Inaudita eſt crudelitas cum innocentiâ, nec victorum hoſtium conditionem meretur. Quæ tanta hujus furoris eſt cauſa? Scilicet, quia ratione

Lin. 1. *Hominibus vita eſt.*] Forſan legendum, *vita hominibus.*
Lin. 5. *Et.*] In MS. *ſed.*
Lin. 7. *Atenim.*] In MS. *Adenim.*
Lin. 8. *Sed ne audire quidem, &c.*] Locus depravatus, qui poteſt ita legi; *ſed ne audiunt quidem patienter: violari aures ſuas ſacrilegio putant, ſi audierint. Nec jam, &c.*
Lin. 11. *Iidemque.*] In MS. *idemque.*
Ibidem. *Nacti.*] In MS. *Acti.*
Lin. 13. *Ullus.*] In MS. *ullis.*
Lin. 14. *Voluerunt.*] Adde *ea mala nobis, aut fidelibus.*
Lin. 17. *Qua.*] In MS. *qui.*

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

congredi non queunt, violentiâ premunt, & incognitâ causâ tanquàm nocentissimos damnant, qui constare de ipsâ innocentiâ noluerunt. Nec satis putant, si celeri ac simplici morte moriantur, quos irrationabiliter oderunt: sed eos exquisitis cruciatibus lacerant, ut expleant odium, quod non peccatum aliquod, sed veritas parit, quæ idcircò malè viventibus odiosa est, quia ægrè ferunt esse aliquos, quibus facta eorum placere non possunt. Hos omni modo cupiunt extinguere, ut possint liberè sine teste peccare.

Lib. 5. cap. 9.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Et.*] Deest in MS.
Lin. 7. *Possunt.*] Heumannus putat legi debere *possint.*

CAPUT LIII.

Rationes odii in Christianos expenduntur, & refelluntur.

Div. Inst. lib. 5. c. 21.

SED hæc facere se dicunt, ut deos suos defendant. Primùm si dii sunt; & habent aliquid potestatis ac numinis, defensione hominis patrocinioque non indigent, sed seipsos utique defendunt. Aut quomodò ab iis homo sperare auxilium potest, si ne suas quidem injurias possunt vindicare? Stultum igitur & vanum, deorum esse vindices velle; nisi quòd ex eo magis apparet diffidentia. Qui enim patrocinium Dei quem colit, suscipit, illum esse nihil confitetur: si autem ideò colit, quia potentem arbitratur, non debet eum velle defendere, à quo ipse est defendendus. Nos igitur rectè. Nam cùm isti defensores falsorum deorum adversùs verum Deum rebelles, nomen ejus in nobis persequuntur, nec re, nec verbo repugnamus; sed mites, & taciti, & patientes perferimus omnia quæcumque adversùs nos potest crudelitas machinari. Habemus enim fiduciam in Deo, à quo expectamus secuturam protinùs ultionem. Nec est inanis ista fiducia: siquidem eorum omnium, qui hoc facinus ausi sunt, miserabiles exitus partim cognovimus, partim videmus. Nec ullus habuit impunè, quòd Deum læsit; & qui sit verus Deus, qui verbo discere noluit, supplicio suo didicit.

Vellem scire, cùm invitos adigunt ad sacrificium, quid secum habeant rationis, aut cui præstent, quod faciunt. Si diis, non est ille cultus, nec acceptabile sacrificium, quod fit ingratis, quod extorquetur per injuriam, quod eruitur per dolorem. Si autem ipsis, quos cogunt, non est utique beneficium, quod quis ne accipiat, etiam mori mavult. Si bonum non est, ad quod me vocas? cur malo invitas? cur non verbis, sed verberibus,

Lin. 2. *Aliquid.*] In MS. *aliquod.*
Ibidem. *Defensione.*] In MS. *defensionem.*
Lin. 3. *Defendunt.*] Fortè ex Heumanno legendum est, *defendent.*
Lin. 7. *Nihil.*] In MS. *nihilo*: fortè legendum esset *nihili.*
Lin. 15. *Videmus.*] Heumannus putat legi debere *Vidimus*, idque non malè.
Lin. 16. *Et.*] In MS. *set.*
Ibidem. *Qui sit.*] Ex Heumanno fortè, *Quis sit.*
Lin. 22. *Ne.*] In MS. *nec.*

Digitized by Google

ribus; cur non ratione, sed cruciatibus corporis? Unde apparet malum esse illud, ad quod non illicis volentem, sed trahis recusantem. Quæ stultitia est, consulere velle nolenti? An si aliquis, prementibus malis, ad mortem confugere conatur, num potes, si aut gladium extorseris, aut laqueum ruperis, aut præcipitio retraxeris, aut venenum effuderis, conservatorem te hominis gloriari, cùm ille, quem servasse te putas, nec gratias agat, & te malè secum arbitretur egisse, quòd mortem sibi prohibueris optatam, quòd ad finem, quòd ad requiem malorum pervenire non sinueris? Beneficium enim non ex qualitate rei debet, sed ex animo ejus, qui accipit, ponderari. Cur pro beneficio imputes, quod mihi maleficium est? Vis me deos tuos colere, quod ego mihi mortiferum duco. Si bonum est, non invideo. Fruere solus bono tuo. Non est quòd velis errori meo succurrere, quem judicio ac voluntate suscepi. Si malum, quid me ad consortium mali rapis? Utere sorte tuâ. Ego malo in bono mori, quàm in malo vivere.

Lin. 2. *Illicis.*] In MS. *inlicis.*
Lin. 4. *Conatur.*] In MS. *cogatur.*
Lin. 9. *Sinueris.*] Ità habet MS. pro *sive-ris.*

CAPUT LIV.

De Religionis libertate in adorando Deo.

HÆC quidem justè dici possunt. Sed quis audiet, cùm homines furiosi & impotentes minui dominationem suam putent, si sit aliquid in rebus humanis liberum? Atqui Religio sola est, in quâ libertas domicilium collocavit. Res est enim præter cæteras voluntaria, nec imponi cuiquam necessitas potest, ut colat, quod non vult. Potest aliquis forsitan simulare; non potest velle. Denique cùm metu tormentorum aliqui, aut cruciatibus victi ad execranda sacrificia consenserint, nunquam ultrò faciunt, quod necessitate fecerunt: sed datâ rursùs facultate, ac redditâ libertate, referunt se ad Deum, eumque precibus & lachrymis placant, agentes non voluntatis, quam non habuerunt, sed necessitatis, quam pertulerunt, pœnitentiam; & venia satisfacientibus non negatur. Quid ergò promovet, qui corpus inquinat, quandò immutare non potest voluntatem?

Atenim homines inanis cerebri, si quem fortem adegerint libare diis suis, incredibili alacritate insolenter exultant, & quasi hostem sub jugum miserint, gaudent. Si verò aliquis, nec minis, nec tormentis territus, fidem vitæ anteferre maluerit, in hunc ingenium suum crudelitas exerit, infanda & intolerabilia molitur; & quia sciunt, glorioſam esse pro Deo mor-

Lin. 2. *Si sit.*] Elegantius est legere, *si sit.*
Lin. 3. *Atqui.*] In MS. *ad quin.*
Ibidem. *Sola est.*] Id est, *sola res est.*
Lin. 4. *Collocavit.*] In MS. *Conlocavit.*
Lin. 9. *Placant.*] In MS. *placat.*
Lin. 14. *Atenim.*] In MS. *adenim*, pro *etenim.*
Ibidem. *Fortem.*] Heumannus legit *fortè.*

Digitized by Google

tem, & hanc nobis esse victoriam, si superatis tortoribus animam pro fide ac Religione ponamus, & ipsi enituntur, ut vincant. Non afficiunt morte: sed excogitant novos inauditosque cruciatus, ut fragilitas viscerum doloribus cedat; & si non cesserit, differunt, adhibentque vulneribus curam diligentem, ut crudis adhuc cicatricibus, repetita tormenta plus doloris immittant: & hanc adversus innocentes carnificinam exercentes, pios utiquè se, & justos, & religiosos putant, (talibus enim sacris deorum delectantur) illos verò impios & desperatos nuncupant. Quæ ista est perversitas, ut qui torquetur innocens, desperatus atque impius nominetur, carnifex autem justus piusque dicatur?

Lin. 1. *Si superatis, &c.*] Præclarè admodùm suprà dixit Lactantius lib. 5. Div. Institut. cap. 19. *Nostri autem (ut de viris taceam) pueri & mulierculæ tortores suos taciti vincunt; & exprimere illis gemitum nec ignis potest.*

Lin. 3. *Morte.*] In MS. *mortem.*

Lin. 6. *Exercentes.*] In MS. *exercent.*

CAPUT LV.

Ethnici justitiam in sequendo Deo crimine impietatis infamant.

SED rectè ac meritò puniri eos, aiunt qui publicas Religiones à majoribus traditas execrantur. Quid si majores illi stulti fuerunt in suscipiendis Religionibus vanis, sicut jam suprà ostendimus, præscribetur nobis quominùs vera & meliora sectemur? Cur nobis auferimus libertatem, sed quasi addicti alienis servimus erroribus? Liceat sapere, liceat inquirere veritatem. Sed tamen, si libet majorum defendere [stultitiam] cur impunè habent Ægyptii, qui pecudes, & omnis generis bestias pro diis colunt? Cur de diis ipsis aguntur, & qui eos facetiùs deriserit, honoratur? Cur audiuntur philosophi, qui aut nullos deos esse aiunt, aut si sunt, nihil curare, nec humana respicere, aut nullam esse omninò, quæ regat mundum, providentiam differunt?

Sed soli ex omnibus impii judicantur, qui Deum, qui veritatem sequuntur. Quæ cùm sit eadem justitia, eadem sapientia, hanc isti vel impietatis, vel stultitiæ crimine infamant; nec perspiciunt, quid sit, quod eos fallat, cùm & malo vocabulum boni, & bono mali nomen imponunt. Primuli quidem philosophorum, sed maximè Plato & Aristoteles, de justitiâ multa dixerunt, asserentes & extollentes eam summâ laude virtutem, quòd suum cuique tribuat, quòd æquitatem in omnibus servet; &

Lin. 3. *Præscribetur.*] Clariss. Pfaffius putat legendum esse, *num præscribetur*, vel *præscribeturne nobis.*

Lin. 6. *Stultitiam.*] Deest in MS.

Lin. 8. *Aguntur.*] Ità MS. pro quo Clariss. Pfaffius existimat reponendum esse *jocantur.* At Heuman. putat nil mutandum esse, idque probat ex Instit. Divin. lib. 5. cap. 20. ubi legitur *mimos agi*, verbum Comicorum.

Lin. 9. *Si sunt.*] Fortè legas *si sint.*

Lin. 11. *Providentiam.*] In MS. *providentia.*

Lin. 16. *Primuli.*] Arbitratur Heumannus hîc esse mendum Typographicum, loco verbi *plurimi.* At non rectè; nam *primuli* legitur etiam in autographo Clariss. Pfaffii.

Digitized by Google

cùm cæteræ virtutes quasi tacitæ sint, & intùs inclusæ, solam esse justitiam, quæ nec sibi tantùm conciliata sit, nec occulta, sed foràs tota promineat, & ad benè faciendum prona sit, ut quamplurimis prosit: quasi verò in judicibus solis, atque in potestate aliquâ constitutis justitia esse debeat, & non in omnibus.

Atqui nullus est hominum, ne infirmorum quidem ac mendicorum, in quem justitia cadere non possit. Sed quia ignorabant, quid esset, undè proflueret, quid operis haberet, summam illam virtutem, id est, commune omnium bonum paucis tribuerunt, eamque nullas utilitates proprias aucupari, sed alienis tantùm commodis studere dixerunt. Nec immeritò extitit Carneades, homo summo ingenio & acumine, qui refelleret istorum orationem, & justitiam, quæ fundamentum stabile non habebat, everteret; non quia vituperandam esse justitiam sentiebat, sed ut illos defensores ejus ostenderet nihil certi, nihil firmi de justitiâ disputare.

Lin. 6. *Atqui.*] In MS. *Ad quin.*
Ibidem. *Infirmorum.*] Heumannus legit *infimorum.*
Lin. 7. *Quid esset.*] Subaudi *Justitia.*
Lin. 8. *Proflueret.*] In MS. *proflueret.*
Ibidem. *Commune.*] In MS. *communem.*
Lin. 11. *Refelleret istorum.*] In MS. *refellet storum.*

CAPUT LVI.*

** Olim erat 1. cap. libri acephali Epitomes.*

De Justitiâ, quæ est veri Dei Cultus.

NAM si justitia est veri Dei cultus, (quid enim tam justum ad æquitatem, tam pium ad honorem, tam necessarium ad salutem, quàm Deum agnoscere ut parentem, venerari ut dominum, ejusque legi & præceptis obtemperare?) nescierunt ergò justitiam philosophi, quia nec ipsum Deum agnoverunt, nec cultum ejus legemque tenuerunt; & ideò refelli potuerunt à Carneade, cujus hæc fuit disputatio, nullum esse jus naturale, itaque omnes animantes, ipsâ ducente naturâ, commoda sua defendere, & ideò justitiam, si alienis utilitatibus consulit, suas negligit, stultitiam esse dicendam. Quòd si omnes populi, penès quos

Div. Inst. lib. 5. c. 16.
Ibid. c. 17.
Ibid. c. 16.

Lin. 1. *Nam, &c.*] Caput istud & sequentia jam edita fuerant: ea nos denuò damus recognita & emendatiora ad MSS. codices 1. Bonon. 2. Reg. Bodl. & ad 16. editos. Epitome tamen deest in quibusdam editis, videlicèt Venetiis 1472. & Rostochii 1476.
Lin. 3. *Agnoscere.*] Ità MS. Taurin. & alii; 1. Reg. rec. & editi *cognoscere.* Vide infrà.
Ibidem. *Dominum.*] Sic lego cum MSS. 1. Bon. 2. Reg. & editis. In Taurin. est, *Deum.* At sequentia l. 5. c. 18 lectionem nostram confirmant: *Deum in quem duo vocabula Domini & Patris aquè veneranda conveniunt;* & infrà, *quia & Dominus verus & Pater est.*
Lin. 5. *Nec cultum ejus legemque tenuerunt.*] Hæc verba absunt à MS. 1. Reg. rec. n. 3740. & à pluribus edit. vet. leguntur tamen in antiquo MS. Thomasii & in Taurinensi.
Lin. 6. *Nullum esse jus naturale, &c.*] Ex Cicerone hoc mutuatum est. Vide Ciceronem lib. 3. de Republicâ inter Fragmenta.
Lin. 8. *Consulit.*] Ità MSS. mille aut saltem 900. annor. Taurin. Bonon. Regio-Put. n. 3736. At in 1. Reg. & editis legitur, *consulet.* Apud Ciceronem loco citato *consulat.*
Lin. 9. *Negligit.*] 1. Reg. rec. & editi, *negliget;* Cicero, *negligat;* MSS. tres antiquissimi, *negligit.*

Digitized by Google

sit imperium, ipsique Romani, qui orbem totum possederint, justitiam sequi velint, ac suum cuique restituere, quod vi & armis occupaverunt, ad casas & egestatem revertentur. Quod si fecerint, justos quidem, sed tamen stultos judicari necesse est, qui ut aliis prosint, sibi nocere contendant. Deindè, si reperiat aliquis hominem, qui aut aurum pro aurichalco, aut argentum pro plumbo vendat per errorem, atque id emere necessitas cogat, utrùm dissimulabit, & emet parvo, an potiùs indicabit? Si indicabit, justus utiquè dicetur, quia non fefellit; sed idem stultus, qui alteri fecerit lucrum, sibi damnum. Sed facile de damno est. Quid, si vita ejus in periculum veniet, ut eum necesse sit, aut occidere, aut mori, quid faciet? Potest hoc evenire, ut naufragio facto, inveniat aliquem imbecillem tabulæ inhærentem; aut victo exercitu fugiens, reperiat aliquem vulneratum equo insidentem: utrùmne aut illum tabulâ, aut hunc equo deturbabit, ut ipse possit evadere? Si volet justus esse, non faciet: Sed idem stultus judicabitur, qui dum alterius vitæ parcit, suam prodit. Si faciet, sapiens quidem videbitur, quia sibi consulet; sed idem malus, quia nocebit.

Lin. 1. *Possederint.*] Sic MSS. Bon. Taurin. Regio-Put. Alter Reg. rec. editi, & Cicero, *possedere.*

Lin. 3. *Casas.*] Ità MSS. Bon. 2. Reg. & editi; nec aliter Lactantius ipse lib. 5. cap. 16. sub initium. At MS. Taurin. & Cicero vulgatus, *causas*, sed corruptè.

Ibidem. *Justos.*] Apud Ciceronem & in editis est, *justos dicemus quidem.* Tres veterrimi MSS. ut in textu.

Lin. 4. *Judicari.*] In 1. Reg. rec. & edit. *judicare;* in Taurin. & Regio-Put. *judicari.*

Lin. 5. *Contendant.*] Cicero, *contendunt.*

Lin. 7. *Cogat.*] In Taurin. MS. *coget.*

Ibidem. *Dissimulabit.*] In Taurin. MS. *dissimulavit.*

Lin. 8. *Indicabit.*] In MS. Taurin. bis *indicavit.* Deest, *Si indicabit*, in editis quibusdam.

Lin. 10. *Eum, &c.*] Editi legunt, *eum aliquandò necesse sit, &c.* quidam tamen codices, teste Gallæo, legunt *occupare aut mori:* sed minùs rectè in aliis legitur *occidere* in activâ significatione, quasi dicas *perimere.* Sed textûs nostri lectio aptior est atque accommodatior capiti XVII. libri 5. Institutionum.

Lin. 11. *Evenire.*] Ità MSS. Bon. 2. Reg. & editi; MS. Taurin. *venire.*

Lin. 16. *Prodit.*] In MSS. Reg. rec. & editis, *perdet.* Rectè quidem: at MSS. Taurin. & Regio-Put. *prodit.*

Lin. 17. *Sed.*] Ed. *sed &.*

Ibidem. *Nocebit.*] Quidam restituunt *alii nocebit*: vide Isæum ad istud caput Epitom.

CAPUT LVII.

De Sapientiâ & Stultitiâ.

Div. Inst. lib. 5. c. 17. Ibid. cap. 15. & 18.

ACUTA ista sanè: sed respondere ad ea facillimè possumus. Imitatio enim nominum facit, ut sic esse videatur. Nam & justitia imaginem habet stultitiæ, non tamen est stultitia; & malitia imaginem sa-

Lin. 1. *Acuta.*] Lib. 5. Div. Institut. cap. 17. legitur, *Arguta hæc planè.*

Ibidem. *Facillimè.*] MS. Reg. rec. & ed. *facilè.* At MSS. 3. antiq. *facillimè.*

Ibidem. *Imitatio.*] Ità MS. Reg. rec. & ed. Sed in Taurin. Bonon. Regio-Put. est, *Immutatio.*

Digitized by Google

pientiæ, non tamen ſapientia eſt. Sed ſicut malitia iſta in conſervandis utilitatibus ſuis intelligens & arguta, non ſapientia, ſed calliditas & aſtutia eſt; ità & juſtitia non debet ſtultitia, ſed innocentia nominari: quia neceſſe eſt, & juſtum eſſe ſapientem, & eum qui ſit ſtultus, injuſtum. Nam neque ratio, neque natura ipſa permittit, ut is qui juſtus eſt, ſapiens non ſit; quoniam juſtus nihil utiquè facit, niſi quod rectum & bonum eſt, pravum & malum ſemper fugit. Quis autem diſcernere bonum & malum, pravum & rectum poteſt, niſi qui ſapiens fuerit? Stultus autem malè facit, quia bonum & malum quid ſit, ignorat. Ideò peccat, quia non poteſt prava & recta diſcernere. Non poteſt ergò, neque ſtulto juſtitia, neque injuſto ſapientia convenire. Stultus igitur non eſt, qui nec tabulâ naufragum, nec equo ſaucium dejecerit, quia ſe abſtinuit à nocendo, quod eſt peccatum; peccatum autem vitare ſapientis eſt. *Div. Inſt. lib. 3. c. 17. & 18.*

Sed ut ſtultus primâ facie videatur, illa res efficit, quòd extingui animam cum corpore exiſtimant: idcircò omne commodum ad hanc vitam referunt. Si enim poſt mortem nihil eſt, utiquè ſtultè facit, qui alterius animæ parcit cum diſpendio ſuæ, aut qui alterius lucro magis quàm ſuo conſulit. Si mors animam delet, danda eſt opera, quò diutiùs commodiùſque vivamus: ſi autem vita poſt mortem ſupereſt æterna & beata, hanc utiquè corporalem cum omnibus terræ bonis juſtus & ſapiens contemnet, quia ſciet, quale à Deo ſit præmium recepturus. Teneamus igitur innocentiam, teneamus juſtitiam; ſubeamus imaginem ſtultitiæ, ut veram ſapientiam tenere poſſimus. Et ſi hominibus ineptum videtur ac ſtultum, torqueri & mori malle, quàm libare diis, & abire *Div. Inſt. lib. 5. c. 19.*

Lin. 1. *Sed.*] Non extat in MS. Taurin. eſt in cæteris.

Lin. 2. *Arguta.*] Editiones quædam pro *& arguta*, ponunt *intelligens redargui videtur, quia non.*

Lin. 4. *Et.*] Deeſt in edit. & in MS. Reg. rec. ſed legitur in cæteris.

Lin. 5. *Eſt.*] Taurin. MS. *eſſet.*

Lin. 8. *Poteſt.*] Taurin. Bonon. Reg. Put. MSS. 1. Reg. rec. & ed. *poterit.*

Lin. 10. *Non poteſt ergò, &c.*] MSS. Taurin. Bonon. Regio-Put. ut in textu. In Reg. rec. in ed. ita: *igitur neque ſtulto juſtitiam, neque injuſto ſapientiam convenire. Ergò ſtultus non eſt*; vel ut aliæ legunt editiones, qualis eſt Gallæi, quæ ſic habet: *non poteſt igitur neque ſtulto Juſtitia, neque injuſto Sapientia convenire. Ergò ſtultus, &c.*

Lin. 15. *Exiſtimant.*] In Taurin. MS. *eſtimant.* Cæteri MSS. & ed. *exiſtimant.*

Lin. 18. *Quò diutiùs commodiùſque.*] Rectè edit. Iſ. Spark. ſaventibus MSS. Taurin. Bon. & 5. editis, in quibus legitur *quod juſtius*, pro *quò diutiùs*; Regio-Put. *quod ius* per abbreviationem; al. Reg. rec. ed. Pariſ. 1525. & Graph. *quo juſtiùs*, manifeſto errore, qui repugnat ſententiæ. Reſtituendus itaque hic locus ex ipſomet Lactantio lib. 5. Inſtitut. cap. 19. ubi habetur: *Si enim poſt mortem nihil ſumus, profectò ſtultiſſimi eſt hominis non huic vitæ conſulere, ut ſit quàm diutina, & commodis omnibus plena; quod qui faciet, à juſtitiæ regulâ diſcedat neceſſe eſt. Si autem ſupereſt homini vita melior & longior.* In edit. Pariſ. 1525. Gymnic. Betul. Torneſ. & in orâ Plantin. poſitum eſt *jucundiùs*, atque in MSS. Heumanni; undè verò, mihi non compertum: ſed hoc ferè idem eſt quàm *commodiùs.*

Lin. 21. *Quia.*] MS. Taurin. *qui.* Cæteri, cum editis, *quia.*

Lin. 24. *Malle.*] MS. 1. Reg. rec. & editi, *velle.* Melius MSS. Regio-Put. & Taurin. *mori malle*, cum eodem Lactantio lib. 5. Inſtitut.

Ibidem. *Quàm libare diis, & abire ſine nexâ.*] Ità MS. Taurin. Optima lectio, cui favet MS. Regio-Put. in quo legitur, *quàm liberare dî, ſed abire ſine nexâ.* Hæc mendosè accepta ab auditore amanuenſi, pro *quàm li-*

Digitized by Google

ſine noxâ, nos tamen omni virtute omnique patientiâ fidem Deo exhibere nitamur. Non mors terreat, non dolor frangat, quominùs vigor animi, & conſtantia inconcuſſa ſervetur. Stultos vocent, dummodò ipſi ſint ſtultiſſimi, & cœci, & hebetes, & pecudibus æquales; qui non intelligunt eſſe mortiferum, relicto Deo vivo, proſternere ſe atque adorare terrena; qui neſciunt, & illos æternam pœnam manere, qui figmenta inſenſibilia fuerint venerati, & eos, qui nec tormenta, nec mortem pro cultu & honore veri Dei recuſaverint, vitam perpetuam conſecuturos. Hæc eſt fides ſumma, hæc vera ſapientia, hæc perfecta juſtitia. Nihil ad nos attinet, quid judicent ſtulti, quid homunculi ſentiant. Nos judicium Dei expectare debemus, ut eos poſtmodùm, qui de nobis judicaverint, judicemus.

bare dis, & abire ſine noxâ. Alter MS. Reg. rec. *quàm liberam dicet abire ſine noxâ; dicet* malè intellectum pro *dis &*. Editi, *cùm liberè liceat abire ſine noxâ.* Sed & ſuprà cap. 54. *Si quem fortem adegerint libare diis ſuis.*

Lin. 1. *Tamen.*] MS. Taurin. *tam.* Cæteri cum editis, *tamen*, ut in textu.

Lin. 2. *Non.*] Edit. *nec.*

Lin. 3. *Sultos vocent, dummodò ipſi ſint ſtultiſſimi, &c.*] Ità edit. Iſ. cum MSS. Taurin. Bonon. Regio-Put. niſi quòd in Taurinenſi deeſt *ſtultiſſimi.* In Reg. rec. & editis, pro *vocent*, eſt *notent.*

Lin. 6. *Et.*] MS. Reg. rec. & ed. *ex illis*, corruptè. Cæteri MSS. *& illos.*

Lin. 7. *Venerati.*] MS. Taurin. *adorati.*

Lin. 8. *Cultu.*] MS. Taurin. *mortem pro cultui*; mendosè.

Ibidem. *Dei recuſaverint.*] Hæc lectio eſt MSS. Bon. 2. Reg. & editorum. MS. Taurin. *Dei non recuſaverunt*; malè.

Lin. 9. *Hæc eſt, &c.*] Hunc locum ſic reſtitui ex MSS. Taurin. Bonon. & 2. Reg. Primus habet, *Hæc eſt fides ſumma*, undè in Bononienſi & edit. Iſ. factum eſt *fidiſſima.* In Regio-Put. deeſt *fides*; in Taurin. *juſtitia.* In Reg. rec. & editis lego, *Hæc eſt illa fideliſſima*; cætera ut in textu. Fortè legendum *fidei ſumma*, quod accedit ad *fidiſſima* & *fideliſſima* aliorum codicum.

Lin. 10. *Quid judicent.*] Hæc duo verba deſunt in MS. Taurin.

Lin. 11. *Judicaverint.*] MS. ſolus Taurin. *judicant.*

---

* *Aliàs* 2.

CAPUT LVIII.*

De vero cultu Dei & ſacrificio.

Div. Inſt. lib. 6. c. 1. & 2.

DIXI de juſtitiâ, quid eſſet. Sequitur ut oſtendam, quod ſit verum ſacrificium Dei, qui ſit juſtiſſimus ritus colendi, ne quis arbitretur, aut victimas, aut odores, aut dona pretioſa deſiderari à Deo, à quo ſi fames, ſi ſitis, ſi algor, ſi rerum omnium terrenarum cupiditas abeſt, non ergò utitur his omnibus, quæ templis diiſque fictilibus inferuntur:

Lin. 1. *Quod ſit.*] Ità antiq. MSS. tres. 1. Reg. rec. cum editis *quid ſit.*

Lin. 2. *Qui juſtiſſimus.*] Sic MSS. Bonon. Regio-Put. In Taurin. *quis ſit*; perperàm repetitur *ſit*, quod mox præceſſit. 1. Reg. rec. & ed. *qui juſtiſſimus.*

Lin. 3. *Dona pretioſa.*] Ità 3. MSS. antiquiſſimi & 4. ed. & Lactantius ipſe lib. 2. cap. 4. & de Irâ Dei cap. 21. In Reg. rec. & cæteris vulgatis eſt *dona præſentia*; malè.

Ibidem. *A quo ſi fames*] MS. Taurin. ſolus, *quòd ſi fames.*

Lin. 4. *Abeſt.*] Solus MS. Taurin. *adeſt.*

Lin. 5. *His.*] 3. edit. *iis.*

Ibidem. *Diiſque.*] Ità 3. MSS. antiq. In Reg. rec. & editis, *aliiſque.*

Digitized by Google

sed sicut corporalibus corporalia, sic utiquè incorporali incorporale sacrificium necessarium est. Illis autem, quæ in usum tribuit homini Deus, ipse non indiget, cùm omnis terra in ipsius sit potestate: non indiget templo, cujus domicilium mundus est; non indiget simulacro, qui est & oculis, & mente incomprehensibilis; non indiget terrenis luminibus, qui solem cum cæteris astris in usum hominis potuit accendere. Quid igitur ab homine desiderat Deus, nisi cultum mentis, qui est purus & sanctus? Nam illa, quæ aut digitis fiunt, aut extra hominem sunt, inepta, fragilia, ingrata sunt. Hoc est sacrificium verum, non quod ex arcâ, sed quod ex corde profertur, non quod manu, sed quod mente libatur. Hæc acceptabilis victima est, quam de seipso animus immolat. Nam quid hostiæ? quid thura? quid vestes? quid argentum? quid aurum? quid pretiosi lapides conferunt, si colentis pura mens non est? Sola ergò justitia est, quam Deus expetit. In hâc sacrificium, in hâc Dei cultus est, de quo nunc mihi differendum est, docendumque, in quibus operibus justitiam necesse sit contineri.

Lin. 1. *Corporalia.*] MS. Reg. rec. & edit. *corporale.*

Ibidem. *Incorporali.*] MS. Reg. rec. & edit. *incorporalibus incorporale.*

Lin. 2. *Autem.*] Deest in MS. Reg. rec. & editis.

Lin. 3. *Cùm omnis terra in ipsius sit potestate.*] Ità MSS. Bonon. Regio-Put. ed. Basil. Is. Spark. (In Taurin. pro *in*, est *sub.*) multò aptiùs & concinniùs, quàm illud quod in Reg. rec. & multis editis, *Et est omnis terra sub ipsius potestate.*

Lin. 6. *Hominis.*] MS. Reg. rec. & editi, *hominibus.*

Lin. 9. *Inepta, fragilia, ingrata sunt.*] Sic MSS. Taurin. Regio-Put. Bonon. Hæc quatuor verba à MS. Reg. rec. & editis absunt.

Lin. 11. *De seipso.*] In Taurin. MS. *ipso.*

Ibidem. *Immolat.*] Ità MSS. Regii & editi: at in MS. Taurin. *immolaverit.*

CAPUT LIX.* *Aliàs 3.

De viis vitæ, & primis mundi temporibus.

DUAS esse humanæ vitæ vias, nec philosophis ignotum fuit, nec poëtis: sed eas utrique diverso modo induxerunt. Philosophi alteram industriæ, alteram inertiæ esse voluerunt: sed hoc minùs rectè, quòd eas ad sola vitæ hujus commoda retulerunt. Meliùs poëtæ, qui alteram justorum, alteram impiorum esse dixerunt. Sed in eo peccant, quòd eas non in hâc vitâ, sed apud inferos esse aiunt. Nos utiquè rectiùs, qui alteram vitæ, alteram mortis, & hîc tamen esse has vias dicimus. Sed illa dexterior, quâ justi gradiuntur, non in Elysium fert, sed in cœlum. Immortales enim fiunt. Sinisterior ad tartarum; æternis enim cruciatibus addicuntur injusti. Tenenda est igitur nobis justitiæ via, quæ

Div. Inst. lib. 6. c. 3.

Div. Inst. lib. 6. c. 4.

Lin. 2. *Utrique.*] MSS. Taurin. Bon. Reg. Put. & ed. Is. At MS. 1. Reg. rec. & multi editi, *utiquè*, quod mox sequitur.

Lin. 4. *Quòd eas ad sola vitæ hujus, &c.*] MS. Reg. & editi *cùm eas ad solius vitæ.* Ed. Is. cum MSS. Taurin. Bonon. ut in textu.

Lin. 7. *Alteram vitæ.*] Deest in MS. Taurin.

Lin. 10. *Tenenda est.*] Ità MSS. 3. antiq. at in Reg. rec. & in ed. legimus; *Veneranda est nobis.*

Digitized by Google

Lib. 5. *Inſt. c.* 19. *& in fine c.* 9. *lib.* 6. ducit ad vitam. Primum autem juſtitiæ officium eſt, Deum agnoſcere ut parentem, eumque metuere ut dominum, diligere ut patrem. Idem enim nos genuit, qui vitali ſpiritu animavit, qui alit, qui ſalvos facit. Habet in nos non modò ut pater, verùm etiam ut dominus licentiam *Exod.* 20. verberandi, & vitæ ac necis poteſtatem; undè illi ab homine duplex *Deuter.* 5. honos, id eſt, amor cum timore debetur. Secundum juſtitiæ officium *Pſalm.* 80. eſt, hominem agnoſcere velut fratrem. Si enim nos idem Deus fecit, & *Lib.* 6. *Inſt. c.* 10. univerſos ad juſtitiam vitamque æternam pari conditione generavit, fraternâ utique neceſſitudine cohæremus, quam qui non agnoſcit, injuſtus eſt. Sed origo hujus mali, quo ſocietas inter ſe hominum, quo neceſſitudinis vinculum diſſolutum eſt, ab ignoratione veri Dei naſcitur. Qui enim fontem illum benignitatis ignorat, bonus eſſe nullo pacto poteſt. Inde eſt, quòd ex eo tempore, quo dii multi conſecrari ab hominibus colique cœperunt, fugata eſt, ſicut poëtæ ferunt, juſtitia. Sic *Lib.* 5. *Inſtit. c.* 5. *& ſeqq.* diremptum eſt omne fœdus, dirempta ſocietas juris humani. Tum ſibi quiſque conſulere, jus in viribus computare, nocere invicem, fraudibus

Lin. 2. *Ut parentem.*] Hæc verba Daviſius delenda eſſe exiſtimat, nec malè, quamvis Clericus Tom. XI. Biblioth. antiquæ & novæ legat *ut præſentem.*

Ibidem, *Idem enim nos.*] In Reg. rec. & in ed. 5. *Is eſt enim, qui nos;* nec malè.

Lin. 5. *Et vitæ ac necis poteſtatem.*] Patria poteſtas erat olim ſumma apud Romanos; ità ut non minùs jus vitæ & necis in liberos patri eſſet, quàm dominis in ſervos. *Lib.* 11. *D. de ſuis, & leg. her. l. fin. C. de patr. poteſt. lib.* 2. *Cod. Theodoſ. de cauſ. liber.* Sopater. in Hermogen. Simplicius Com. in Epicteti Enchirid. Exactiùs hæc exequitur Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. Addeſis Dion. Chryſoſtomum Orat. 14. Hoc verò patris in liberos jus ab Atticâ lege migravit Romam; Athenis enim Solon legem tulit περὶ τῶν ἀκείτων, quâ filium ſuum parenti necare permiſſum, ut autor Sextus Empiricus lib. 3. Pyrrhon. Hypoth. Et liberi ſub patriâ poteſtate haud multùm à ſervientium ſpecie differebant. Undè Libanius Declamation. 37. Κύριοι τῶν παίδων οἱ γονεῖς οὐχ ἧττον ἢ τῶν οἰκέτων. Lactant. Divin. Inſtit. lib. 4. cap. 3. *Dominum verò eumdem eſſe, qui ſit pater, etiam juris civilis ratio demonſtrat. Quis enim poterit filios educare, niſi habeat in eos domini poteſtatem?* Et paulò poſt: *Ergò ſervus eſt, qui & filius; idem dominus, qui & pater.* Seneca pater Controverſ. 19. lib. 3. *Ut vivis parentibus filius familiæ nulli poteſt ſervire, niſi patri, omni aliâ ſervitute liber eſt.* Sic quemadmodùm ſervus domino, ità Jure veſtuſtiſſimo, id eſt, florente Republicâ, omnia filius patri acquirebat. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 8. Philo Judæus de Decalog. Verùm patria illa majeſtas, ut loquuntur Valerius Maximus lib. 7. cap. 7. §. 5. & Quintilianus Declam. 375. ſeu ſumma illa patris in liberos poteſtas, poſteriorum legiſlatorum Conſtitutionibus multùm delibata eſt. Qui, ut quaſi iracundiæ parentum frenum injicerent, certum modum ei ſtatuerunt: *l. ult. C. de patr. poteſt.* Ità ut inauditum filium hodiè interficere patri non liceat. *lib.* 2. *D. ad leg. Corn. de ſicar. lib.* 5. *de leg. Pomp. de parricid.* Extrà quam, ſi quid contra Reipubl. ſalutem filius moliatur. *lib.* 35. *D. de rel. & ſumpt. funer.* Oiſelius.

Lin. 11. *Diſſolutum.*] In MS. Reg. rec. & editis, *diſſolvitur ab ignorantiâ.* MSS. 3. antiquiſſ. ut in textu.

Ibidem. *Eſt.*] Deeſt in MS. Taurinenſi.

Lin. 14. *Ferunt.*] Reg. rec. & editi, *aiunt.* Cæteri MSS. *ferunt.* Poetæ illi ſunt Heſiodus in operib. Virgilius in fine 2. Georg. Arat. in Phœn. Ovid. 1. Metamor. Senec. in Octav.

Ibidem. *Sic diremptum.*] Editi & MSS. 3. *direptum*, corruptè; dicitur enim, *dirimere fœdus*, non *diripere.*

Lin. 15. *Dirempta.*] MSS. *direpta;* ſed malè.

Ibidem. *Tùm ſibi quiſque conſulere.*] Ità editi, cum MS. Reg. rec. Mallem, *Cum ſibi quiſque conſulere;* ſubaudi *capit.*

Lin. 16. *Jus in viribus computare.*] Ovid. Triſt. *Cedit viribus æquum.* Francius.

Digitized by Google

bus aggredi, dolis circumscribere, commoda sua aliorum incommodis adaugere; non cognatis, non liberis, non parentibus parcere; ad necem hominum pocula temperare, obsidere cum ferro vias, maria infestare; libidini autem, quò furor duxerit, fræna laxare; nihil denique sancti habere, quod non cupiditas infanda violaret. Cùm hæc fierent, tum leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi, ut se interim tutos ab injuriis facerent. Sed metus legum non scelera comprimebat, sed licentiam submovebat. Poterant enim leges delicta punire, conscientiam munire non poterant. Ita quæ antè palam fiebant, clam fieri cœperunt. Circumscribi etiam jura, siquidem ipsi præsides legum præmiis muneribusque corrupti, vel in remissionem malorum, vel in perniciem bonorum sententias venditabant. His accedebant dissensiones, & bella, & mutuæ deprædationes, & oppressis legibus sæviendi potestas licenter assumta.

Lin. 1. *Incommodis.*] Ità MSS. Bonon. Reg. Put. & editi. At MSS. Taurin. & Reg. rec. *commodis.* Hæc tamen ultima lectio non est omninò contemnenda.

Lin. 9. *Ita qua antè palam fiebant.*] Sic lego cum MSS. Bonon. Regio-Put. & edit. Thomas. If. In cæteris editis ac MSS. Taurin. & Reg. rec. legitur, *itaque qua.*

Lin. 11. *Remissionem.*] MSS. 2. Reg. & 4. editi, *remunerationem.*

Lin. 12. *Bonorum.*] MSS. 2. Reg. & 4. editi, *justorum.*

CAPUT LX.

De Justitiæ officiis.

IN hoc statu cùm essent humanæ res, misertus est nostrî Deus, revelavit se nobis & ostendit; ut in ipso religionem, fidem, castitatem, misericordiam disceremus; ut errore vitæ prioris abjecto, simul cum ipso Deo nosmetipsos, quos impietas dissociaverat, nosceremus, legemque divinam, quæ humana cum cœlestibus copulat, tradente ipso Domino, sumeremus: quâ lege universi, quibus irretiti fuimus, errores cum vanis & impiis superstitionibus tollerentur. Quid igitur homini debeamus, eadem illa lex divina præscribit, quæ docet quidquid homini præstiteris, Deo præstari. Sed radix justitiæ, & omne fundamentum æquitatis est illud, ut ne facias ulli quod pati nolis; sed alterius animum *Matth. 25.* *Job. 4. Luc. 6.*

Lin. 3. *Ut*, usque ad *nosceremus.*] Est Manuscriptorum Taurin. Regio-Put. & Bonon. Non extat in Reg. rec. & 10. edit. Pro *nosceremus*, est in Bonon. Reg. rec. & supradictis editis 10. *disceremus*, quod mox præcessit.

Lin. 5. *Tradente.*] In Taurin. MS. *tradentem.* Cæteri, *tradente.*

Lin. 6. *Fuimus.*] In MS. Reg. rec. & edit. *sumus.* MSS. Taur. Bonon. Regio-Put. *fuimus.*

Lin. 7. *Igitur.*] In MS. Reg. rec. & edit. *enim.* Additum est lineâ 8. *divina* ex MSS. Regio-Put. Bonon. & editis 4.

Lin. 9. *Præstari.*] In MS. Reg. rec. & ed. *præstare.* MSS. Taur. Regio-Put. *præstari.*

Line 10. *Ut ne, &c.*] MSS. Bonon. & Reg. rec. *ut ne.* Taur. Regio-Put. *ut non.* Editi legunt, *ut ne facias ulli, quod.* Job. 4. Luc. 6.

Digitized by Google

de tuo metiaris. Si acerbum est injuriam ferre, & qui eam fecerit, videtur injustus, transfer in alterius personam, quod de te sentis, & in tuam, quod de altero judicas; & intelliges tam te injustè facere, si alteri noceas, quàm alterum, si tibi. Hæc si mente volvamus, innocentiam tenebimus, in quâ justitia velut primo gradu insistit. Primum est enim non nocere; proximum, prodesse. Et sicut in rudibus agris priusquàm serere incipias, evulsis sentibus, & omnibus stirpium radicibus amputatis, arva purganda sunt: sic de nostris animis priùs vitia detrahenda, & tunc demùm virtutes inserendæ, de quibus seminatæ per verbum Dei fruges immortalitatis oriantur.

Div. Inst. lib. 6. c. 3. ad finem.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Metiaris.*] Ità MSS. 3. antiqui; at Reg. rec. & ed. *metieris.*

Lin. 2. *De te.*] Ità MSS. Taur. Bonon. ed. Is. at MSS. 2. Reg. & ed. *in te.* Vide seq. *de altero.*

Lin. 4. *Volvamus.*] Sed MSS. Reg. rec. & ed. *volvemus.*

Lin. 5. *Primo gradu.*] Verùm MSS. 2. Reg. & ed. *in primo.*

Ibidem. *Insistit.*] Ità MS. Taurin. sed in MS. Reg. rec. & ed. *consistit.*

Ibidem. *Primum.*] At in MS. Reg. rec. & ed. *primus.*

Lin. 6. *Nocere.*] Ità Regio-Put. & Taurin. At ed. *nocere proximo, sed officiosè prodesse.* A Bonon. abest *officiosè.*

Ibidem. *Rudibus agris.*] Rudes agri dicuntur, qui nondùm fuere culturâ expoliti. Sic *vas rude* dicitur, quod nunquam fuit usurpatum. *Barthius.*

Lin. 7. *Et omnibus.*] Ità MSS. Bon. Reg. Put. & ed. Is. In Taur. Reg. rec. & ed. *omnium.*

Lin. 8. *Sunt.*] In editis deest *sunt.*

---

* *Aliàs* 4.

CAPUT LXI.*

De affectibus.

Div. Inst. lib. 6. c. 19.

TRES affectus, vel (ut ita dicam) tres furiæ sunt, quæ in animis hominum tantas perturbationes cient, & interdùm cogunt ita delinquere, ut nec famæ, nec periculi sui respectum habere permittant: ira, quæ vindictam cupit; avaritia, quæ desiderat opes; libido, quæ appetit voluptates. His vitiis ante omnia resistendum est; hæ stirpes eruendæ, ut virtutes inseri possint. Hos affectus Stoïci amputandos, Peripatetici temperandos putant. Neutri eorum rectè: quia neque in totum detrahi possunt, siquidem naturâ insiti certam habent magnamque rationem; neque diminui, quoniam si mala sunt, carendum est etiam temperatis & mediocribus, si bona, integris abutendum est. Nos verò, neque de-

Div. Inst. lib. 6. c. 14. 15. 16. 19.

Lin. 1. *Ita.*] Deest in MS. Taurin.

Lin. 3. *Respectum.*] MS. Taurin. & editi addunt, *aut curam:* quod glossema à MSS. 2. Reg. Bonon. & ed. Thom. & Is. abest.

Ibidem. *Iræ.*] In Taurin. MS. *iram.*

Lin. 5. *Ante omnia.*] Sic in 3. antiq. MSS. totidemque editis est. *Ante omnia* deest in cæteris editis & in MS. Reg rec.

Lin. 6. *Insevi.*] At *seri* est in ed. & MSS. 2. Reg. Vide suprà in fine cap. præcedentis, *virtutes inserenda*, & lib. 6. Divinarum Institut. cap. 3.

Lin. 7. *In totum.*] Non extat in editis.

Lin. 9. *Diminui.*] Sic MSS. 2. antiq. At edit. *minui.*

Ibidem. *Temperatis.*] Sic MSS. 4. & plerique editi: verùm deest in Regio-Put. & Bon. At in Reg. rec. est *temperandum.*

Digitized by Google

trahendos, neque minuendos esse dicimus. Non enim per se mala sunt, quæ Deus homini rationabiliter insevit: sed quum sint utique naturâ bona, quoniam ad tuendam vitam sunt attributa, malè utendo fiunt mala; & sicut fortitudo, si pro patriâ dimices, bonum est, si contrà patriam, malum: sic & affectus, si ad usus bonos habeas, virtutes erunt, si ad malos, vitia dicentur. Ira igitur ad coërcitionem peccatorum, id est, ad regendam subjectorum disciplinam data est à Deo, ut metus licentiam comprimat, & compescat audaciam. Sed qui terminos ejus ignorant, irascuntur paribus, aut etiam potioribus. Inde ad immania facinora prosilitur: inde ad cædes, inde ad bella consurgitur. Cupiditas quoque ad desideranda & conquirenda vitæ necessaria tributa est. Sed qui nesciunt fines ejus, insatiabiliter opes congerere nituntur. Hinc venena, hinc circumscriptiones, hinc falsa testamenta, hinc omnia fraudum genera eruperunt. Libidinis autem affectus ad procreandos liberos insitus & innatus est: sed qui limites ejus in animo non tenent, utuntur eo ad solam voluptatem. Inde illiciti amores, inde adulteria & stupra, inde omnes corruptelæ oriuntur. Redigendi sunt ergò isti affectus intrà fines suos, & in viam rectam dirigendi, in quâ etiamsi sint vehementes, culpam tamen habere non possunt.

Lin. 2. *Insevit.*] Ità MSS. Regio-Put. & Taurin. At editi legunt *inseruit.*

Lin. 4. *Fortitudo.*] Ità Regio-Put. Taurin. Bodl. Aliter hîc ed. cum MS. Reg. rec. *sicut si fortissimè pro patriâ dimices.* MS. Taur. *dimicemus;* malè. Vid. seq.

Lin. 5. *Habeas.*] Taurin. MS. *habeat.*

Lin. 7. *Est à Deo.*] Deest in Taurin. verùm legitur in MSS. Bon. 2. Regiis & edit.

Lin. 8. *Sed.*] Ità 3. MSS. antiq. At MS. Regio-Put. & edd. & pro *sed* habent.

Lin. 9. *Ignorant.*] At MS. Reg. & edit. legunt *Ignorat.*

Ibidem. *Irascuntur.*] In ed. *irascitur paribus aut fortioribus.* MSS. Taurin. Regio-Put. habent *aut potioribus.*

Lin. 13. *Testamenta.*] Ità Taur. Bon. Reg. Put. at Reg. rec. & ed. *testimonia* melius.

Ibidem. *Omnia.*] In edit. *omnium.*

Lin. 14. *Liberos.*] Sed in Reg. rec. & edit. *filios.*

Lin. 15. *In.*] Non extat in editis. Et Heumannus putat esse delendum.

Ibidem. *Utuntur.*] Sed in Taurin. MS. *ut in eo.*

Lin. 16. *Illiciti amores.*] Ità MSS. Bon. Regio-Put. & ed. Is. Taurin. MS. *inlicent amores;* Reg. rec. *illicita iam opes;* Editi, *illicita nuptia.*

Lin. 18. *In.*] Deest in MS.

Ibidem. *Dirigendi.*] Ita veterrimi MSS. At MS. Reg. rec. & ed. *redigendi*, quod jam mox præcessit.

Ibidem. *In quâ.*] Restitui ex 2. MSS. Reg. & ed. *In quâ*, deest in Taurin. & Bon. quorum ultimus habet *sunt*, ut editi.

CAPUT LXII.* *Alias 5.

De Voluptatibus sensuum coercendis.

COHIBENDA est ira, quum patimur injuriam, ut & malum comprimatur, quod ex certamine impendet, & ut duas maximas virtutes, *Lib. 6. Inst. c. 18.*

Lin. 2. *Ut.*] Deest in MS. Taurin.

Digitized by Google

Div. Inſt. lib. 6. c. 12. ad fin.

innocentiam patientiamque teneamus. Avaritia frangatur, quum habemus, quod ſatis eſt. Quis enim furor eſt, in his coacervandis laborare, quæ aut latrocinio, aut proſcriptione, aut morte ad alios neceſſe ſit pervenire? Libido extra legitimum torum non evagetur, ſed creandis liberis ſerviat. Appetentia enim nimia voluptatis, & periculum parit, & infamiam generat, & (quod eſt maximè cavendum) mortem adquirit æternam. Nihil eſt tam inviſum Deo, quàm mens inceſta, & animus impurus. Nec hâc ſolâ voluptate abſtinendum ſibi quis putet, quæ capitur ex fœminei corporis copulatione, ſed & cæteris voluptatibus ſenſuum reliquorum; quia & ipſæ ſunt vitioſæ, & ejuſdem virtutis eſt eas contemnere. Oculorum voluptas percipitur ex rerum pulcritudine, aurium de vocibus canoris & ſuavibus, narium de odore jucundo, ſaporis de cibis dulcibus: quibus omnibus virtus repugnare fortiter debet, ne his illecebris irretitus animus, à cœleſtibus ad terrena, ab æternis ad temporalia, à vitâ immortali ad pœnam perpetuam deprimatur. In ſaporis & odoris voluptatibus hoc periculum eſt, quòd trahere ad luxuriam poſſunt. Qui enim fuerit his deditus, aut non habebit ullam rem familiarem, aut, ſi habuerit, abſumet, & aget poſtmodùm vitam deteſtabilem. Qui autem rapitur auditu (ut taceam de cantibus, qui ſenſus intimos ita ſæpè delinunt, ut etiam ſtatum mentis furore perturbent, compoſitis certis orationibus numeroſiſque carminibus, aut argutis diſputationibus) ad impios cultus facilè traducitur. Indè eſt, quòd ſcriptis cœleſtibus, quia videntur incompta, non facilè credunt, qui aut ipſi ſunt diſerti, aut diſerta legere malunt: non quærunt vera, ſed dulcia;

Lib. 6. cap. 23.

Div. Inſt. lib. 6. c. 20. & ſeqq.

Div. Inſt. lib. 6. c. 21.

Lin. 1. *Frangatur.*] MSS. 3. antiq. At ed. *frangitur.*

Lin. 2. *Coacervandis.*] Ita MSS. Taur. Reg. Put. At Regius alter & editi, *congerendis.*

Lin. 3. *Latrocinio*, aut furto.] Hæc duo verba ut inutilia expunxi, quæ abſunt à MSS. ac 6. ed.

Ibidem. *Neceſſe.*] Legitur *facilè* in editis. In MSS. Bon. Taur. Reg. Put. Bodl. *neceſſe.*

Lin. 6. *Infamiam.*] Sic lego ex veterrimis MSS. Bonon. & Regio-Put. non *inſaniam*, ut ferunt MSS. Taurin. Reg. rec. & edit. nam ex Doctiſſimis Medicis quos conſului, frequentior coïtus (ut aiunt) *inſaniam* non generat. Hîc enim agitur de his, qui nimiâ voluptate illecti, non ſolùm uxores ſuas, ſed & alienas quoque appetunt, &c. Vide Auguſtinum Serm. 278. de Sanctis n. 9.

Ibidem. *Adquirit.*] At ed. *incurrit*; MSS. Regio-Put. Taurin. Bonon. Bodl. *adquirit*; Reg. rec. *accurrit*, corruptè.

Lin. 8. *Quis.*] Non habetur in MSS. 2. Reg. & edit.

Lin. 21. *Aurium*, uſque ad *ſuavibus.*] Deeſt in MS. Taurin. lego *ſuavibus* ex Regio-Put. Eſt & apud Ciceronem *vox ſuavis & canora.* In Bonon. *ſuavitatibus*; in Taurin. & Reg. rec. ac editis *ſuaſionibus*: apud Lactant. lib. 6. cap. 21. *vocum ſuavitas*, & *ſuaves ſoni.*

Lin. 13. *Dulcibus.*] Ità MSS. Taur. & Reg. Put. At Reg. rec. & ed. *dulcioribus.*

Lin. 16. *Voluptatibus.*] Sic MSS. Reg. Put. & Taurin. At Reg. rec. & ed. *voluptate.*

Ibidem. *Luxuriam.*] Taurin. *luxuriam*; Bonon. Regio-Put. Taurin. *poſſunt*; Ed. *luxuriam poterit.*

Lin. 20. *Intimos.*] Non extat in ed. multis.

Ibidem. *Statum, &c.*] MSS. 3. antiq. ut in textu: hæc paulò aliter leguntur in ed.

Lin. 21. *Certis.*] Antiqui tres MSS. *certè*; Editi, *certis*; MSS. Reg. rec. *ceteris*, corruptè, pro *certis.*

Lin. 23. *Credunt.*] In ed. *creditur.* In MSS. Regio-Put. Taurin. Bonon. ed. If. & Faſitel. *credunt*, rectè.

Ibidem. *Qui.*] In edit. *quia.*

Lin. 24. *Malunt.*] MS. Reg. rec. & edit. *volunt.* MSS. Regio-Put. Taurin. Bonon. & edit. If. *malunt.*

Digitized by Google

imò illis hæc videntur esse verissima, quæ auribus blandiuntur. Ita respuunt veritatem, dum sermonis suavitate capiuntur. Voluptas verò, quæ spectat ad visum, multiformis est. Nam quæ percipitur ex rerum pretiosarum pulchritudine, avaritiam concitat, quæ aliena esse debet à sapiente atque justo: quæ autem capitur de specie mulierum, in alteram rapit voluptatem, de quâ jam superiùs locuti sumus.

Pag. 52. lin. 24. *Non.*] Omnes MSS. & quinque editi *non.* Cæteri impressi *nec.*

Ibidem. *Dulcia.*] Emendavi ex Regio-Put. & Bonon. Quod jam observaverat Rittershusius ad Isidor. Pelus. In MSS. Taurin. Reg. rec. & editis *dubia*, malè. Vid. seqq.

. Lin. 2. *Suavitate.*] Sic MSS. Taurin. Reg. Put. Bonon. ed. Is. Alter Reg. & editi, *varietate*, sed mendosè.

Lin. 6. *Rapit.*] MSS. Bonon. & 2. Reg. *cadit*, malè. MS. Taurin. *capit*, mendosè. Editi, *rapit*, rectè.

CAPUT LXIII.*

* Olim 6.

Spectacula esse potentissima ad corrumpendos animos.

SUPEREST de spectaculis dicere; quæ quoniam potentiora sunt ad corrumpendos animos, vitanda sapientibus, & cavenda sunt totaliter, quòd ad celebrandos deorum honores inventa memorantur. Nam munerum editiones Saturni festa sunt. Scena Liberi patris est. Ludi verò Circenses Neptuno dicati putantur, ut jam qui spectaculis interest, relicto Dei cultu, ad profanos ritus transiisse videatur. Sed ego de re malo dicere, quàm de origine. Quid tam horribile, tam tetrum, quàm hominis trucidatio? Ideò severissimis legibus vita nostra munitur; ideò bella execrabilia sunt. Invenit tamen consuetudo, quatenus homicidium sine bello ac sine legibus faciat, & hoc sibi voluptas, quod scelus vindicavit. Quòd si interesse homicidio, sceleris conscientia est, & eidem facinori

Div. Inst. lib. 6. c. 20.

Lin. 1. *Potentiora.*] MSS. duo Reg. Taur. & multi editi *potentia.* MS. Bonon. & ed. Is. *potentiam.* Lactantius lib. 6. Div. Instit. c. 20. *ad corrumpendos animos potentissimè valent.*

Lin. 2. *Totaliter.*] 3. MSS. *tum*; MS. Reg. rec. *taliter*; omnes editi *totaliter.*

Lin. 4. *Munerum.*] Ità omnes MSS. præter Taurin. cui est *numerum*; sed corruptè.

Ibidem. *Munerum editiones Saturni festa sunt.*] Sic emendavi ex MSS. Bon. Reg. Put. Taurin. & edit. Is. Et quidem rectè. Nec immutanda fuit genuina Lactantii lectio. Non enim Saturno fiebant munera: sed in ejus festo, scilicet in Saturnalibus edebantur ludi, & amici sibi invicem munera mittebant, quæ *Saturnalia* dicebantur. Vide Rosinum Antiquitat. Romanar. lib. 4. cap. 16. & Macrobium lib. 1. Saturnal. cap. 7. In MS. Reg. rec. in 10. edition. & in novâ Parisiensi, *Saturno facta sunt*; in Fasitel. & Cellar. *Saturno facta sunt*, malè.

Lin 5. *Spectaculis.*] Sic MSS. Taurin. Reg. Put. Bonon. Bold. Et sic legendum esse patet ex fine cap. 20. lib. Divin. Institut. ubi constanter legitur ex omnibus tum MSS. tum edit. codicibus: *Si quis igitur Spectaculis interest, ad quæ Religionis gratiâ convenitur, discessit à Dei cultu, & ad deos se contulit, quorum natales & festa celebravit.* Legitur in uno MS. Reg. rec. & ed. *spectat vel interest.*

Lin. 8. *Munitur.*] MS. Reg. rec. & edit. *multatur.*

Lin. 9. *Invenit.*] MS. Reg. rec. & ed. *inventa.*

Lin. 10. *Faciat.*] Ed. *faciant & hoc ut scelus vindicent.* Taur. Regio-Put. *faciat.* Bon. Regio-Put. *vindicavit.* Taur. *vindicabit.*

Lin. 11. *Eidem facinori.*] Ed. *eodem faci-*

Lib. 6. Div. Inſtit. cap. 18.

ſpectator obſtrictus eſt, cui & admiſſor; ergò & in his gladiatorum cædibus non minùs cruore profunditur, qui ſpectat, quàm ille qui facit: nec poteſt eſſe immunis à ſanguine, qui voluit effundi, aut videri non interfeciſſe, qui interfectori & favit, & præmium poſtulavit. Quid ſcena? num ſanctior? in quâ comœdia de ſtupris & amoribus, tragœdia de inceſtis & parricidiis fabulatur. Hiſtrionum etiam impudici geſtus, quibus infames fœminas imitantur, libidines, quas ſaltando exprimunt, docent. Nam mimus corruptelarum diſciplina eſt, in quo fiunt per imaginem, quæ pudenda ſunt, ut fiant ſine pudore, quæ vera ſunt. Spectant hæc adoleſcentes, quorum lubrica ætas, quæ frænari ac regi debet, ad vitia & peccata his imaginibus eruditur. Circus verò innocentior exiſtimatur: ſed major hîc furor eſt; ſiquidem mentes ſpectantium tantâ efferuntur inſaniâ, ut non modò in convitia, ſed etiam in rixas, & prælia, & contentiones ſæpè conſurgant. Fugienda igitur omnia ſpectacula, ut tranquillum mentis ſtatum tenere poſſimus. Renuntiandum noxiis voluptatibus, ne deliniti ſuavitate peſtiferâ, in mortis laqueos incidamus.

Div. Inſt. lib. 6. c. 20.

nore ſpectator obſtrictus eſt, quo & admiſſor. MSS. ut in textu. Lactantius ipſe lib. 3. cap. 18. *Eidem ſceleri obſtrictus eſt.*

Lin. 1. *Et in his.*] Ed. *& his gladiatorum ſceleribus;* Taurin. Regio-Put. *in his gladiatorum cadibus;* Bonon. & 2. Reg. cum editis, *perfunditur;* Taurin. *profunditur.*

Lin. 4. *Favit.*] Editi, *favet.*

Lin. 6. *Hiſtrionum.*] Ità Taurin. & Regio-Put. At in MS. Reg. rec. & in editis, *Hiſtrionici.*

Lin. 8. *Nam mimus, &c.*] Sic emendavi ex MSS. Regio-Put. Bonon. ac edit. Cantabrig. & Cellar. In MS. Taurin. & edit. Walch. *Nec minùs;* Reg. rec. *Non minùs;* edit. Crat. Graph. *An non minùs;* malè. Edit. ſex, *An non minùs corruptela diſciplinarum eſt.* Propiùs ad eam, quam reſtitui, lectionem accedit editio Juntar. quæ ſic habet, *An non mimus corruptelarum diſciplina eſt.* Nec ſecùs habet Lactantius lib. 6. cap. 20. *Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus diſciplinam?*

Ibidem. *In quo fiunt.*] Ità omnes ferè editi cum MSS. Et rectè; refertur enim ad *mimus.* Edit. nova Pariſienſis, & Walch. *in quâ*, malè.

Lin. 9. *Pudenda.*] Ità MSS. Taurin. & Reg. Put. At editi cum MS. Reg. rec. *quæ non ſunt.*

Lin. 11. *Circus.*] MS. Reg. rec. & editi pro *verò* habent *non.* Cæterùm *Circus* ſic dictus, *quòd circùm ſpectaculis ædificatus, ubi ludi fiunt, & quòd ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt*, ut ait Varro de L. L. lib. 4.

Lin 13. *Et.*] MS. Reg. rec. & ed. *nec non &.*

Lin. 16. *Deliniti.*] MSS. Taurin. & Regio-Put. *deleniti.*

Ibidem. *Laqueos.*] MS. Taurin. ſolus *plagas.* Cæteri *laqueos.*

CAPUT LXIV.

Affectus ſunt domandi, & à vetitis abſtinendum.

Lib. 6. Inſtit. c. 18.

PLACEAT ſola virtus, cujus merces immortalis eſt, quum vicerit voluptatem. Superatis autem affectibus, & perdomitis voluptatibus, facilis in comprimendis cæteris labor eſt ei, qui ſit Dei veritatiſque

Lin. 1. *Placeat.*] Sic repoſui ex MSS. Ed. *Placet.*

Lin. 2. *Superatis.*] MSS. Reg. rec. & ed. *ſuppoſitis.* Cæteri ut in textu.

Digitized by Google

sectator : non maledicet unquam, qui speravit à Deo benedictionem. Non pejerabit, sed ne jurabit quidem, ne quandò vel necessitate, vel consuetudine in perjurium cadat. Nihil * subdolè, nihil dissimulanter loquetur; neque abnegabit, quod spoponderit, neque promittet, quod facere non possit: non invidebit cuiquam, qui se suoque contentus sit; nec detrahet, aut malè alteri volet, in quem forsitan beneficia Dei proniora sunt. Non furabitur, nec omninò quidquam concupiscet alienum: non dabit in usuram pecuniam, (hoc est enim de alienis malis lucra captare) nec tamen negabit, si quem necessitas cogit mutuari. Non sit asper in filium, neque in servum: meminerit, quòd & ipse patrem habeat & dominum. Ita cum his aget, quemadmodùm secum agi volet. Munera superabundantia non accipiet à tenuioribus; nec enim justum est augeri patrimonia locupletum per damna miserorum.

Luc. 6. Jac. 3.
Rom. 12.
1. Cor. 6.
Rom. 13.
Gal. 5.
Jac. 4.
Exod. 20.
Matth. 5.
Ephes. 4.
Ephes. 6.
Coloss. 3.
Tob. 4.
Luc. 6.

Vetus præceptum est, non occidere, quod non sic accipi debet, tanquàm jubeamur ab homicidio tantùm, quod etiam legibus publicis vindicatur, manus abstinere. Sed hâc jussione interpositâ, nec verbo licebit periculum inferre, nec infantem necare aut exponere, nec seipsum voluntariâ morte damnare. Item non adulterare: sed hoc præcepto, non solùm corrumpere alienum matrimonium prohibemur, quod etiam communi gentium jure damnatur, verùm etiam prostitutis corporibus abstinere.

Job. 15.
Psalm. 25.
Prov. 15.

Exod. 20.
Matth. 5.
Jac. 2.
Rom. 13.
1. Cor. 6.

Lin. 1. *Speravit.*] MS. Reg. rec. *spectabit.* At editi *expectabit.*

Lin. 2. *Non pejerabit.*] Ità MSS. Taurin. Regio-Put. At Bon. *Hic pejerabit;* Reg. rec. *Hinc jurabit;* 6. edit. *Hinc vitabit. Deut.* 5. *Matth.* 1. *Tim.* 1.

Ibidem. *Sed ne jurabit quidem, &c.*] Temerè & in vanum, concedo: verùm in re necessariâ jurabit, ut docet B. Paul. Heb. 6. ℣. 16. juramenta vera, necessaria, de re magni momenti, & à magistratu postulata, ut omni controversiæ finis imponatur, omninò sunt licita, ut patet ex multis Scripturæ locis, & Sanctorum, qui jurarunt, exemplis, ut probari posset fusè, si instituti nostri hoc nunc esset: vide Act. 2. ℣. 30. ibi dicitur quòd Deus ipse Davidi juraverit; Apocal. 10. ℣. 6. Angelus jurat per viventem in secula seculorum. Etiam B. Paulus epist. 2. ad Cor. cap. 1. ℣. 23. *Matth.* 5. *Jac.* 5.

Lin. 3. * *Psalm.* 5. *Zach.* 8. *Ephes.* 4.

Lin. 4. *Spoponderit.*] At in Taurin. MS. *sponderit*, mendosè.

Lin. 5. *Se suoque.*] MSS. Bonon. Reg. rec. & ed. *de suo*, pro *se suoque*, quod est in Taurin. & Regio-Put.

Ibidem. *Sit.*] Non extat in ed.

Lin. 8. *In usuram pecuniam.*] Sic MS. Reg. Put. In Taurin. est *in usu;* MS. Reg. rec. & edit. *in usurâ.* Vide suprà lib. 1. cap. 15. & lib. 6. cap. 18. *Psalm.* 14. *Ezech.* 18.

Ibidem. *De alienis.*] Deest in MS. Taurin.

Lin. 9. *Captare.*] Sic MSS. & edit. præter Taurin. in quo est *capere. Deut.* 15. *Matth.* 5. *Luc.* 6.

Ibidem. *Si quem.*] Ità MS. Regio-Put. At in Taurin. MS. *si qui si quem;* ed. *si quidem.*

Lin. 10. *Sit.*] Ità MS. Reg. rec. at ed. *erit*, pro *sit;* quod est in MSS. Taurin. Regio-Put. & Bonon.

Lin. 11. *Aget.*] At MSS. Reg. Put. & Bon. *agat.* Vide præced. & seqq. *Eccl.* 7. & 33. *Ephes.* 6.

Lin. 12. *Volet.*] MS. Reg. rec. & ed. *vellet.* MSS. Taurin. & Regio-Put. *volet.*

Ibidem. *Accipiet.*] MS. Reg. rec. & ed. *recipiet.* MSS. Regio-Put. & Bonon. *accipiat.*

Lin. 15. *Vindicatur.*] Ità Taur. & Regio-Put. MSS. At ed. *jubetur.* Bonon. & ed. *Si vindicetur;* Reg. rec. *videretur:* at corruptè, ut patet.

Lin. 16. *Sed hâc.*] Ità ex Bonon. & 3. editis restitui: ed. habent *sed nec*, pro *sed hâc.* Vide infrà, *sed hoc præcepto.*

Lin. 17. *Inferre.*] Restitui ex Taurin. Bon. Regio-Put. & Bodl. MSS. & 4. editis, *mortis inferre.* In cæteris deest *mortis.*

Lin. 19. *Prohibemur.*] MSS. Regio-Putean. Taurin. Bonon. At editi *prohibetur.*

Digitized by Google

Supra leges enim Dei lex est; ea quoque, quæ pro licitis habentur, vetat, ut justitiam consummet. Ejusdem legis est, falsum testimonium non dicere, quod & ipsum latiùs patet. Nam si falsum testimonium mendacio nocet ei, contra quem dicitur, & fallit eum apud quem dicitur, nunquàm igitur mentiendum est, quia mendacium semper aut fallit, aut nocet. Non est ergò vir justus, qui etiam sine noxâ in otioso sermone mentitur. Huic verò nec adulari licet, pernicioſa est enim ac deceptrix adulatio: sed ubique custodiet veritatem. Quæ licèt sit ad præsens insuavis, tamen, quum fructus ejus atque utilitas apparuerit, non odium pariet, (ut ait Poëta,) sed gratiam.

1. Cor. 6.
Lib. 6. Inst. c. 18.
Matth. 5.
Exech. 13.
Terent. Andr. act. 1. scen. 1.

Lin. 3. *Nam si falsum testimonium mendacio nocet ei, contra quem dicitur, & fallit eum apud quem dicitur.*] Ità restitui ex MSS. Bon. & duobus Regiis. Paulò aliter legitur in editis, scilicèt, *si mendacium nocet ei contra quem dicitur, &c.* in MS. autem Taur. desunt hæc, *& fallit eum, apud quem dicitur.*

Lin. 5. *Nunquam igitur mentiendum est.*] Non esse mentiendum omnes asseruere, ubi damnosum est, vel otiosum mendacium. Ubi verò est officiosum, Origenes secutus Platonem in 3. de Republicâ, cujus verba Clemens Alexandrinus refert lib. 6. Stromat. putavit licere mentiri, & deinde Chrysost. in fine lib. 1. de Sacerdot. Cassianus lib. 17. Collation. cap. 17. & seqq. Hieronym. in Comment. Epist. ad Gallat. Catholica veritas est, quam hoc loco docet Lactantius, & S. Augustinus in libro de Mendacio. Textus in cap. super eo. Tit. de usur. *Magister*, & omnes Theologi in 3. Dist. 38. videlicet nunquàm esse mentiendum, & ad autoritates Patrum contrà opinantium respondent Doctores ubi suprà. *Isaus.* Vide suprà Not. ad caput 18. lib. 6. Div. Instit. *Exod.* 20. *Deuter.* 5.

Lin. 6. *Non est ergò vir justus, &c.*] Sic MSS. nisi quòd in Bonon. *non* est proximè ante *etiam.* Edd. *non est vir justus, qui non sine noxâ vitioso sermone mentitur. Eccl. 7. Psalm. 5. 1. Timot. 3.*

Lin. 7. *Huic,*] Ità MSS. veterrimi. At MS. Reg. rec. & edd. *Hinc.*

Lin. 8. *Custodiet.*] Sic antiquissimi MSS. Sed Reg. rec. & edd. *custodiat.*

Lin. 9. *Insuavis.*] Ità & lib. 5. cap. 1. ac de Irâ Dei cap. 20.

---

* *Aliàs 7.*

CAPUT LXV.*

Præcepta eorum quæ jubentur & de misericordiâ.

Lib. 6. Instit. cap. 10. & seqq.
Osa. 6.
Matth. 12.
Luc. 6.
Coloss. 3.

DIXI de iis, quæ vetantur: dicam nunc breviter, quæ jubentur. Innocentiæ proxima est misericordia. Illa enim malum non facit, hæc bonum operatur; illa inchoat justitiam, hæc complet. Nam, cùm imbecillior sit hominum natura quàm cæterarum animantium, quas Deus & instructas ad inferendam, & munitas ad vim repellendam figuravit, affectum nobis misericordiæ dedit, ut omne præsidium vitæ nostræ in mutuis auxiliis poneremus. Si enim ficti ab uno Deo, & orti ab uno homine, consanguinitatis jure sociamur, omnem igitur hominem diligere debemus. Itaque non tantùm inferre injuriam non oportet, sed ne illatam quidem vindicare, ut sit in nobis perfecta innocentia. Et ideò jubet

1. Cor. 10.
2. Cor. 6.
Coloss. 3.
Deut. 32.
Rom. 12.
1. Thess. 5.
1. Petr. 3.

Lin. 5. *Instructas ad inferendam.*] Sic MS. Reg. rec. at Taurin. MS. *ad ferendum*; & MS. Regio-Put. *structas ad inferendum.*

Lin. 6. *Affectum*, usque ad *dedit.*] Desunt in MS. Taurin.

Lin. 7. *Ficti.*] MS. Reg. & ed. *facti.*

Digitized by Google

jubet nos Deus etiam pro inimicis precem facere ſemper. Ergò animal commune atque conſors eſſe debemus, ut nos invicem præſtandis & accipiendis auxiliis muniamus. Multis enim caſibus & incommodis fragilitas noſtra ſubjecta eſt. Spera & tibi accidere poſſe, quod alteri videas accidiſſe. *Matth.* 5.

Ità demùm excitaberis ad opem ferendam, ſi ſumpſeris ejus animum, qui opem tuam in malis conſtitutus implorat. Si quis victu indiget, impertiamur; & ſi quis nudus occurrerit, veſtiamus; ſi quis à potentiore injuriam ſuſtinet, eruamus. Pateat domicilium noſtrum peregrinis vel indigentibus tecto. Pupillis * defenſio, viduis tutela noſtra non deſit. Redimere ab hoſte captivos magnum miſericordiæ opus eſt, ægros pauperes viſere atque refovere. Inopes aut advenas, ſi obierint, non patiamur inſepultos jacere. Hæc ſunt opera, hæc officia miſericordiæ, quæ ſi quis obierit, verum & acceptum ſacrificium Deo immolabit. Hæc litabilior victima eſt apud Deum, qui non pecudis ſanguine, ſed hominis pietate placatur: quem Deus, quia juſtus eſt, ſuâ & ipſum lege, ſuâ & conditione proſequitur; miſeretur ejus, quem viderit miſericordem, inexorabilis eſt ei, quem precantibus cernit immitem. Ergò, ut hæc omnia, quæ Deo placent, facere poſſimus, contemnenda eſt pecunia, & ad cœleſtes transferenda theſauros, ubi nec fur effodiat, nec rubigo conſumat, nec tyrannus eripiat; ſed nobis ad æternam opulentiam, Deò cuſtode, ſervetur. *Ezech.* 18. *Iſai.* 28. *Matth.* 25. *Iſai.* & *Matth.* 25. *Matth.* 25. *Lib.* 6. *Inſt. c.* 12. *Oſée* 6. *Matth.* 9. & 12. 1. *Tim.* 4. *Matth.* 5. *Mat.* 18. *Jac.* 1.

Lin. 1. *Semper. Ergò.*] Rectiùs foret legere *ſemper ergò*, ſine ullâ ſeparatione; punctumque adhibere ante ſemper.

Lin. 3. *Accipiendis.*] MS. Reg. rec. & ed. *recipiendiſque.*

Ibidem. *Multis.*] MS. Reg. rec. & ed. *in multis.*

Lin. 4. *Noſtra.*] Non extat in MS. Taurinenſi.

Ibidem. *Spera.*] Ed. *ſperes tibi accidere, quod alteri accidit.*

Lin. 7. *Opem tuam.*] Sic MSS. Bonon. & Regio-Put. At ed. *opem tunc.* 1. Reg. rec. *opem tamen.* Taurin. *operam.*

Lin. 8. *Impertiamur.*] Ità Reg. Put. & Bon. ac 7. edit. At Taurin. MS. *impertiamus.* Hanc ultimam lectionem bonam putat eſſe Heumannus, quia Lactantius alibi legit *impertit.*

Ibidem. *Si*, uſque ad *veſtiamus.*] In 7. ed. non extat, nec in MSS. Taur. & Reg. rec.

Ibidem. *Si quis à.*] Non extat in MS. Taurin. *Eccl.* 4. *Job.* 31. *Jac.* 1.

Lin. 10. * *Eccleſ.* 4. *Job.* 31. *Jac.* 1.

Lin. 11. *Magnum, &c.*] Multi editi, *magnanimi opus eſt, item ægros pauperes viſitare atque fovere.* Omnes MSS. & editi ſex ut in textu. Taur. addit *item* poſt *ægros. Eccleſ.* 7. *Matth.* 25. 1. *Theſſ.* 5.

Lin. 12. *Aut advenas.*] Ità vet. MSS. At pro *advenas*, editi habent *pauperes. Tob.* 1. 2. 12.

Lin. 14. *Obierit.*] Extat *perfecerit* in editis.

Ibidem. *Litabilior.*] In MSS. 2. Reg. eſt *letabilior;* & ità correxit in MSS. Taur. antiquiſſima manus. Cæteri MSS. & omnes editi, *litabilior.* Sic *litabilis victima*, ſuprà lib. 1. Div. Inſtitut. cap. 21. circa medium.

Lin. 15. *Pecudis.*] At MS. Reg. rec. & ed. *pecudum.* Veteres MSS. *pecudis.*

Lin. 16. *Suâ & ipſum, &c.*] Editi cum MS. Taurin. *ſuam & ipſum lege ſuâ conditione;* Regio-Put. & Bonon. cum ed. Iſ. ut in textu.

Lin. 17. *Ejus.*] Ità MSS. veterrimi Taur. Regio-Put. At Reg. rec. & editi, *ei.*

Lin. 20. *Ubi nec fur.*] Ità MSS. codices. At ed. *fur non effodiet. Matth.* 6. *Luc.* 12. 1. *Tim.* 6.

Lin. 21. *Conſumat.*] In ed. *conſumet.*

Ibidem. *Eripiat.*] In ed. legitur *eripiet.*

Lin. 22. *Servetur.*] Sic omnes MSS. codices: ſed editi, *ſervabitur.*

Digitized by Google

* *Alias* 8.

CAPUT LXVI.*

www.libtool.com.cn

De fide in Religione, & de fortitudine.

FIDES quoque magna juſtitiæ pars eſt; quæ maximè à nobis, qui nomen fidei gerimus, conſervanda eſt, præcipuè in Religione, quia Deus prior eſt & potior, quàm homo. Et ſi eſt glorioſum pro amicis, pro parentibus, pro liberis, id eſt, pro homine ſuſcipere mortem, & qui hoc fecerit, diuturnam memoriam laudemque conſequitur; quantò magis pro Deo, qui poteſt æternam vitam pro temporali morte præſtare? Itaque quùm inciderit ejuſmodi neceſſitas, ut deſciſcere à Deo, atque ad ritus gentium tranſire cogamur, nullus nos metus, nullus terror inflectat, quominùs traditam nobis fidem cuſtodiamus. Deus ſit ante oculos, ſit in corde, cujus interno auxilio dolorem viſcerum, & adhibita corpori tormenta ſuperemus. Nihil tunc aliud, quàm vitæ immortalis præmia cogitemus. Ità facilè, etſi diſſipandi aut urendi artus fuerint, tolerabimus univerſa, quæ in nos tyrannicæ crudelitatis amentia molietur. Poſtremò ipſam mortem non inviti, aut timidi, ſed libentes & interriti ſubire nitamur, cùm ſciamus quali apud Deum gloriâ ſimus functuri, triumphato ſeculo ad promiſſa venientes; quibus bonis, quantâ beatitudine brevia hæc pœnarum mala, & hujus vitæ damna penſemus. Quòd ſi facultas hujus gloriæ deerit, habebit fides etiam in pace mercedem.

Lib. 6. Inſtit. c. 23. Teneatur ergò in omnibus vitæ officiis, teneatur in matrimonio. Non enim ſatis eſt, ſi aut alieno toro, aut lupanari abſtineas. Qui habet conjugem, nihil quærat extrinſecùs: ſed contentus eâ ſolâ, caſti & inviolati cubilis ſacramenta cuſtodiat. Adulter enim Deo eſt perindè atque in-

1. Cor. 6.

Lin. 2. *Religione.*] Ità MSS. omnes: at ed. *Religionem.*

Lin. 3. *Potior.*] At MS. Reg. rec. & ed. *potentior.*

Ibidem. *Quàm.*] Non eſt in MS. Taurin.

Lin. 7. *Deſciſcere.*] MS. Reg. rec. & editi, *diſcedere.* Omnes antiqui, *deſciſcere.*

Lin. 10. *Interno.*] *Æterno.* Ità correxit manus antiqua in MS. Taurinenſi.

Ibidem. *Dolorem.*] Sed editi, *dolor*: at MSS. habent *dolorem.*

Lin. 11. *Superemus.*] Editi *ſuperentur*; MS. Taurin. *ſuperemus*, rectè; Regio-Put. *ſuperabit.*

Lin. 12. *Aut urendi.*] Deeſt in MS. Taur.

Lin. 13. *Univerſa.*] Non extat in editis 7. & in MS. Reg. rec.

Ibidem. *Crudelitatis.*] *Dominationis*, pro *crudelitatis*, habent editi cum MS. Reg. rec.

Lin. 15. *Cùm ſciamus.*] MSS. Regio-Put. Taurin. *cùm*; tres, *ſciamus.* At ed. *ut qui*, pro *cùm.*

Ibidem. *Simus.*] Sequor MS. Taurin. In omnibus editis eſt *ſumus.* In 2. Reg. Bon. & ed. If. *ſumus futuri.* Reperitur in 12. ed. *functuri*, etiamque apud Cicer. *proſperâ functus fortunâ*, de Cl. 24.

Lin. 16. *Triumphato*, uſque ad *venientes.*] Non extat in MS. Taurin. Hîc deſinit Reg. Put.

Lin. 21. *Aut.*] Non extat in editis.

Lin. 22. *Caſti.*] Ità MSS. Taurin. Bonon. Reg. rec. Sed in edit. *carnem caſtiget.*

Lin. 23. *Cubilis.*] At Taurin. MS. *cubili. Caſti... cubilis ſacramenta*, hoc eſt, fidem conjugalem.

Ibidem. *Adulter, &c.*] Sequor MS. Bon. & 6. edit. In pluribus editis eſt, *Adulter enim*

Digitized by Google

cestus, qui abjecto jugo, vel in liberam, vel in servam peregrinâ voluptate luxuriat. Sed sicut fœmina castitatis vinculis obligata est, ne alium concupiscat: ità vir eâdem lege teneatur, quoniam Deus virum & uxorem unius corporis compage solidavit. Ideò præcepit, non dimitti uxorem, nisi crimine adulterii revictam, ut nunquàm conjugalis fœderis vinculum, nisi quod perfidia ruperit, resolvatur. Illud quoque ad consummandam pudicitiam jungitur, ut nonmodò peccatum absit, verùm etiam cogitatio. Pollui enim mentem quamvis inani cupiditate manifestum est; itaque justum hominem, quod sit secùs, nec facere oportere, nec velle. Purganda est igitur conscientia, quam Deus pervidet, qui falli non potest. Emaculetur omni labe pectus, ut templum Dei esse possit, quod non auri, nec eboris nitor, sed fidei & castitatis fulgor illustrat.

1. Cor. 7.

Matth. 5. & 19. Marc. 10.

Matth. 5.

Deo est projndè atque incestus. MS. Reg. rec. *Adulter enim Deo & perincestus*; Taurin. *Est enim Deo & incestus.*

Lin. 2. *Ne alium concupiscat.*] Sequor MS. antiquiss. Bonon. ed. Is. & Latinium. MSS. Taurin. Reg. rec. & edit. habent, *ne aliud.*

Lin. 3. *Quoniam.*] Ità MSS. Taur. in Reg. & ed. *quo Deus & viro uxorem*; Bonon. edit. Is. Spark. *quia Deus.* Fortè leg. *quâ*, ut in ed. Gymnic. *Genes.* 2. *Marc.* 10.

Lin. 5. *Revictam.*] Sic Taurin. Bonon. At *devictam* extat in editis ferè omnibus. *Ut nunquàm* est ex MS. Bonon. & ed. Is. Aliis est, *&.*

Lin. 7. *Absit.*] Verùm Taurin. MS. *obsit.*

Lin. 8. *Manifestum.*] Ità Bonon. & 6. ed. At Taurin. MS. *ità justum hominem quòd sit secùs nec facere*; MS. Reg. rec. & 7. ed. *Itaque... qui scit se.*

Lin. 11. *Emaculetur.*] Ità MSS. Taur. Bon. ed. Is. at MS. Reg. rec. & editi habent, *Evacuetur.*

CAPUT LXVII.

De Pœnitentiâ, animæ Immortalitate, & de Providentiâ.

SED hæc enim omnia difficilia sunt homini, nec patitur conditio fragilitatis naturæ, esse quemquam sine maculâ. Ultimum ergò remedium illud est, ut confugiamus ad pœnitentiam, quæ non minimum locum inter virtutes habet, quia sui correctio est; ut quum fortè aut re, aut verbo lapsi fuerimus, statim respiscamus, ac nos deliquisse fateamur, oremusque à Deo veniam, quam pro suâ misericordiâ non negabit, nisi perseverantibus in errore. Magnum est pœnitentiæ auxilium, magnum solatium. Illa est vulnerum peccatorumque sanatio; illa spes, illa portus salutis: quam qui tollit, viam vitæ sibi amputat, quia nemo esse tam justus potest, ut nunquàm sit ei pœnitentia necessaria. Nos verò, etiamsi nullum sit peccatum, confiteri tamen debemus Deo,

Lib. 6. Instit. c. 24.

Ezech. 18.

Lin. 2. *Natura.*] Non extat in MSS. Taur. Bonon. & 6. editis. Est in cæteris. 3. *Reg.* 8. 2. *Paral.* 6. *Eccle.* 7. *Prov.* 20.

Lin. 5. *Ac nos.*] Ità MSS. Taurin. Reg. ac ed. Is. Crat. Cæteri editi, *aut.*

Lin. 7. *Perseverantibus.*] Sic Taur. Bonon. In MS. verò Reg. & ed. *perseverabimus.*

Lin. 11. *Deo.*] Non extat in ed. *Deo*: sed in ed. Is. & in MSS. invenitur., ut & *delictis*; in ed. est *debitis.*

Digitized by Google

& pro delictis noſtris identidem deprecari, gratias agere etiam in malis. Hoc ſemper obſequium Domino deferamus. Humilitas enim cara & amabilis Deo eſt: qui quùm magis ſuſcipiat peccatorem confitentem, quàm juſtum ſuperbum, quanto magis juſtum ſuſcipiet confitentem, eumque in regnis cœleſtibus faciet pro humilitate ſublimem.

Luc. 14. & 18. *Jac.* 4. 1. *Petr.* 5.

Hæc, ſunt quæ debeat cultor Dei exhibere; hæ ſunt victimæ, hoc ſacrificium placabile: hic verus eſt cultus, quum homo mentis ſuæ pignora in aram Dei confert. Summa illa majeſtas hoc cultore lætatur: hunc ut filium ſuſcipit, eique donum immortalitatis impartitur; de quâ nunc mihi diſſerendum eſt, & arguenda perſuaſio eorum, qui extingui animas cum corporibus arbitrantur. Qui quia nec Deum ſciebant, nec arcanum mundi proſpicere poterant, ne hominis quidem animæque rationem comprehenderunt. Quomodò enim poſſent ſequentia pervidere, qui ſummam non habebant? Negantes igitur eſſe ullam providentiam, utique Deum, qui fons & caput rerum eſt, negaverunt. Sequebatur ut ea quæ ſunt, aut ſemper fuiſſe dicerent, aut ſuâ ſponte eſſe nata, aut minutorum ſeminum conglobatione concreta.

Lib. 6. *Inſtit. c.* 25.

* *Aliàs c.* 9. *Lib.* 7. *Div. Inſtit. c.* 2. & 3.

Semper fuiſſe dici non poteſt, quod & eſt, & viſui ſubjacet; ipſum enim eſſe ſine aliquo initio non poteſt. Suâ ſponte autem nihil naſci poteſt, quia nulla eſt ſine generante natura. Semina verò principalia quomodò eſſe potuerunt, quum & ſemina ex rebus oriantur, & viciſſim res ex ſeminibus? Nullum igitur ſemen eſt, quod originem non habet. Sic factum eſt, ut quum putarent mundum nullâ providentiâ factum, ne hominem quidem putarint aliquâ ratione generatum. Quòd

Lin. 2. Poſt *Hoc.*] Pariſ. ed. addit *enim*, quod non extat n SS. antiq. nec in 6. edit.

Ibidem. *Cara.*] *Tam chara*, in editis.

Lin. 3. *Qui quum magis.*] Mutilus hic locus eſt in editis, *ut cum angelis ſuſcipiat peccatorem confitentem, quem in regnis cœleſtibus faciat pro humilitate ſublimari.*

Lin. 5. *Sublimem.*] Ità MSS. Taurin. & Bonon. Editi verò cum Reg. rec. *ſublimari.*

Lin. 6. *Debeat.*] Ed. *debet.*

Ibidem. *Ha.*] Taurin. MS. *hæc.*

Lin. 8. *Aram.*] At Taur. MS. *iram.*

Lin. 9. *Suſcipit.*] MS. Reg & plurimi editi, *ſuſcipit ſibi, quia.*

Ibidem. *Eique donum.*] Ità MSS. Bonon. & ed. Iſ. Spark. Taurin. MS. *idoneum præmium*, pro *eique donum.*

Ibidem. *Impartitur.*] Ità MSS Bonon. Reg. & edit: at Taurin. *impertit.*

Lin. 11. *Arbitrantur.*] Sic MSS. Taur. & Bon. Reg. & ed. *putaverunt.*

Lin. 12. *Proſpiccre.*] Taurin. MS. rectè. Alii, *perſpicere.*

Lin. 13. *Sequentia.*] Sic MSS. Bonon. & Taur. At Reg. & ed. *ſapientia providere.*

Lin. 14. *Qui ſummam non habebant.*] Ità correxi ex ed. Iſ. Spark. & Bon. MS. Taur. *tenebant;* Ed. *ſcientiam non habebant.*

Ibidem. *Summam.*] Peculiaris vox eſt Lactantio, ut *ſummam* appellet brevem, quandam & compendiariam divinorum myſteriorum collectionem atque notitiam: ſic lib. 7. Div. Inſtitut. cap. 6. & 7. *Iſæus.*

Lin. 15. *Rerum.*] Reg. habet, *eorum.* Ed. *negantes ergò providentiam, utique Deum, qui fons & caput ejus eſt.*

Lin. 18. *Dici non poteſt.*] Ità 5. editi: at 10. alii *quia quidquid eſt, eſſe ſine aliquo initio non poteſt.*

Lin. 20. *Sine generante.*] Ità Taur. Bonon. & ed. Iſ. Spark. At ed. *ratione.* Rectiùs fortaſſè legeris unius ſyllabæ additamento, *generatione.* Spark.

Lin. 21 *Ex rebus.*] Sic Taurin. Bonon. Iſ. Spark. ed. *exordiis.*

Lin. 23. *Habet.*] Ed. *habeat*, rectiùs.

Lin. 24. *Factum.*] Taurin. MSS. *generatum.* Cæteri, *factum.*

Ibidem. *Ratione generatum.*] Ità MS. Bon. & ed. Iſ. Spark. Cæteri, *generari.*

Digitized by Google

si nulla esset in fingendo homine ratio versata, immortalem igitur animam esse non posse. Alii verò ex adverso, & Deum esse unum, & ab eo mundum factum, & hominum causâ esse factum, & animas esse immortales existimaverunt. Sed quum ea senserint, hujus tamen divini operis atque consilii nec causas, nec rationes, nec exitus perspexerunt, ut omne veritatis arcanum consummarent, atque aliquo veluti fine concluderent. Sed quod illi facere non potuerunt, quia veritatem perpetuò non tenebant, nobis faciendum est, qui eam cognovimus, Deo annuntiante.

Lin. 1. *Immortalem.*] Hæc paulò aliter leguntur in ed. In MS. Reg. deest particula negans.
Lin. 3. *Mundum.*] Ità MS. Bon. & 6. vulgati. Cæteri editi; *mundum & hominem esse factum, & animas immortales existimavere.* *Sed cùm ea senserunt, ii tamen divini.* MS. Reg. *sed cùm ea senserunt, hujusmodi non tamen, &c.* Taurin. *vera sentirent, hujus tamen.*
Lin. 6. *Aliquo.*] Non est in editis.

CAPUT LXVIII.

De Mundo, Homine & Dei Providentiâ.

CONSIDEREMUS igitur, quæ ratio fuerit hujus tanti tamque immensi operis fabricandi. Fecit Deus mundum, sicut Plato existimavit: sed cur fecerit, non ostendit. Quia bonus, inquit, & invidens nulli, fecit quæ bona sunt. Atqui videmus in rerum naturâ, & bona esse, & mala. Potest ergò existere perversus aliquis, qualis fuerit ἀντίθεος ille Theodorus, & Platoni respondere: Imò quia malus est, fecit quæ mala sunt. Quomodò illum redarguet? Si quæ bona sunt, Deus fecit, undè igitur tanta mala eruperunt, quæ plerumque etiam prævalent bonis? In materiâ, inquit, continebantur. Bona igitur & mala, aut nihil, fecit Deus. Si bona tantùm fecit, æterniora sunt mala, quæ facta non sunt, quàm bona, quæ habuerunt exordium. Finem igitur habebunt, quæ aliquandò cœperunt, & permanebunt, quæ semper fuerunt. Mala ergò potiora sunt. Si autem potiora esse non possunt, ne æterniora quidem possunt. Ergò aut utraque semper fuerunt, & Deus otiosus, aut utraque ex uno fonte fluxerunt. Est enim convenientius, ut Deus omnia fecerit potiùs quàm nihil.

Lib. 6. Div. Instit. cap. 4.

Ergò secundùm sententiam Platonis, idem Deus & bonus est, quia bona fecit, & malus, quia mala. Quod si fieri non potest, apparet

Lin. 1. *Tamque.*] At in MS. Taurin. *tamquam.*
Lin. 3. *Fecerit.*] Ità Taur. Bodl. ed. Cellar. Cæteri editi *fecit.*
Ibidem. *Bonus.*] Plato in Timæo post init.
Lin. 5. *Ergò.*] Deest in MS. Taurin.
Lin. 6. *Theodorus.*] Vide lib. de Irâ Dei c. 9
Lin. 9. *Bona.*] Taurin. MS. *Si mala, ergò & bona, ut aut nihil fecerit Deus, aut si bona tantùm.*
Lin. 12. *Quia.*] Deest in MSS. Taurin.
Lin 15. *Convenientius.*] Ità Taurin. Bon. & ed Is. In Reg. & cæt. ed. *conveniens.*
Lin. 17. *Idem.*] Sed ed. *ideò.* Minimè verò; nam quæ sit philosophi sententia, liquet ex lib. 2. de Republ. ad finem.

Digitized by Google

non ideò factum esse à Deo mundum, quia bonum est mundus. Omnia enim complexus est bona & mala, nec fecit propter se quidquam, sed propter aliud. Domus enim ædificatur, non ad hoc solùm ut sit domus, sed ut suscipiat & tueatur habitantem. Item navis fabricatur, non ad hoc ut navis videatur tantùm, sed ut in eâ possint homines navigare. Vasa item fiunt, non ut vasa sint solùm, sed ut capiant, quæ sunt usui necessaria. Sic & mundum Deus ad usum aliquem fecerit necesse est. Stoïci aiunt causâ hominum factum esse, & rectè. Homines enim fruuntur his omnibus bonis, quæ mundus in se continet. Sed ipsi homines cur facti sint, aut quid in illis utilitatis habeat illa rerum fabricatrix providentia, non explicant.

Plato in Phæd. Phædon. Gorg. de Leg.

Immortales esse animas idem Plato affirmat: sed cur, aut quomodò, aut quandò, aut per quem immortalitatem assequantur, aut quodnam sit omninò tantum illud mysterium; cur ii, qui sunt immortales futuri, priùs mortales nascantur, deindè decurso temporalis vitæ spatio, atque abjectis fragilium corporum exuviis, ad æternam illam beatitudinem transferantur, non comprehendit. Denique nec judicium Dei, nec discrimen justi & injusti explicavit: sed animas, quæ se sceleribus immerserint, hactenùs condemnari putavit, ut in pecudibus renascantur, & ità peccatorum suorum luere pœnas, donec rursùs ad figuras hominum revertantur; & hoc fieri semper, nec esse finem transmeandi. Ludum mihi nescio quem inducit, somnio similem, cui nec ratio ulla, nec Dei gubernatio, nec consilium aliquod ineſſe videatur.

Lin. 1. *Esse à Deo, &c.*] *Esse mundum, quia mundus bonus est. Quoniam complexus est.* Ità editi.
Lin. 2. *Fecit.*] Taurin. MS. *fiet.*
Lin. 3. *Enim.*] Deest in MSS. Taur. Bon. & 5. vulgatis.
Lin. 5. *Ad hoc.*] Ità MS. Reg. & 6. edit. *Ad hoc* deest in MS. Taurin.
Ibidem. *Tantùm.*] Sic Taur. & ed. If. Sed *tantùm* deest in ed. cæteris.
Lin. 6. *Item.*] *Autem* ed. & MS. Reg.
Lin. 8. *Esse.*] Deest in MS. Taurin.
Lin. 10. *Utilitatis, &c.*] Hæc paulò aliter expressa sunt in ed.
Lin. 14. *Quodnam.*] Ità Bon. Taur. ed. If. Cæteri ed. *quidnam tantùm.*
Lin. 15. *Temporalis.*] Ità Taur. Bon. Bodl. ed. If. Cellar. At Reg. & cæt. ed. *temporis.*
Lin. 18. *Se.*] Non extat in MS. Taurin.
Lin. 19. *Immerserint.*] Sic Taurin. Bonon. Reg. ed. Crat. If. In cæteris ed. *immiserint.*
Lin. 21. *Esse.*] Ità MSS. Taur. Bon. ed. If. Cæteri editi *citrà* habent, pro *esse*; MS. Reg. *circà.*

CAPUT LXIX.*

*Alias 10.

Mundum propter hominem, & hominem propter Deum esse factum.

DICAM nunc quæ sit illa summa, quam ne ii quidem, qui vera dixerunt, collatis in unum causis atque rationibus connectere po-

Lin. 1. *Summa.*] Ità MSS. Bon. & Taurin. ac 3. editi; & sic passim loqui amat Lactantius. Reg. & 12. ed. *sententia.*
Ibidem. *Ne.*] Ed. *nec.*
Lin. 2. *Rationibus.*] Ità Taurin. Bonon. In ed. *fictionibus*; in MS. Reg. *factionibus.*

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

tuerunt. Factus à Deo mundus, ut homines nascerentur : nascuntur autem homines, ut Deum patrem agnoscant, in quo est sapientia; agnoscunt, ut colant, in quo est justitia; colunt, ut mercedem immortalitatis accipiant; accipiunt immortalitatem, ut in æternùm Deo serviant. Videsne, quemadmodùm sibi connexa sint & prima cum mediis, & media cum extremis? Inspiciamus singula, & videamus utrùmne illis ratio quoque subsistat. Fecit ergò Deus mundum propter hominem. Hoc qui non videt, non multùm distat à pecude. Quis cœlum suspicit, nisi homo? quis solem, quis astra, quis omnia Dei opera miratur, nisi homo? Quis colit terram? quis ex eâ fructum capit? Quis navigat mare? Quis pisces, quis volatilia, quis quadrupedes habet in potestate, nisi homo? Cuncta igitur propter hominem Deus fecit, quia usui hominis cuncta cessere. *Lib. 7. Instit. cap. 5. & 6.*

Viderunt hoc philosophi : sed illud quod sequitur, non viderunt, quòd ipsum hominem propter se fecerit. Erat enim consequens, & pium, & necessarium, ut quum hominis causâ tanta opera molitus sit, quum tantùm illi honoris, tantùm dederit potestatis, ut dominetur in mundo, & homo agnosceret Deum tantorum beneficiorum autorem, qui & ipsum fecit mundum propter ipsum, eique cultum & honorem debitum redderet. Hîc Plato aberravit; hîc perdidit quam primùm arripuerat, veritatem, quum de cultu ejus Dei, quem conditorem rerum ac parentem fatebatur, obticuit, nec intellexit hominem Deo pietatis vinculis esse religatum, undè ipsa Religio nominatur, & hoc esse solum, propter quod animæ immortales fiant. Sensit tamen æternas esse : sed non per gradus ad eam sententiam descendit. Amputatis enim mediis, incidit potiùs in veritatem, quasi per abruptum aliquod præcipitium; nec ulteriùs progressus est, quoniam casu, non ratione, verum invenerat. Colendus est igitur Deus, ut per Religionem, quæ eadem justitia est, accipiat homo à Deo immortalitatem, nec est ullum aliud præmium piæ mentis : quæ si est invisibilis, non potest ab invisibili Deo, nisi invisibili mercede donari. *Lib. 7. Instit. cap. 8. & seqq.*

Lin. 2. *In quo*, usque ad *ut*.] Desunt in ed.
Lin. 4. *Æternùm*.] In MS. Taurin. *æterno*.
Lin. 5. *Sint*.] Taurin. MS. *sunt*.
Lin. 6. *Inspiciamus*.] MS. Reg. & ed. *Inspiciantur*.
Lin. 7. *Quoque*.] Deest in MS. Taurin.
Ibidem. *Ergò*.] Deest in MS. Taurin.
Lin. 9. *Omnia*.] Deest in ed.
Lin. 12. *Hominis*.] In ed. *hominum*.
Lin. 14. *Viderunt*.] In ed. *rectè ergò hoc viderunt philosophi*.
Lin. 16. *Tanta opera*.] Sic MSS. at editi, *tantam operam*; 1. Reg. *totam operam*.
Lin. 17. *Tantùm*.] Ità MSS. Taurin. Reg. & omnes ferè ed. In MS. Bonon. *tantos illi honores*.
Ibidem. *Tantùm dederit potestatis*.] Editi legunt, *tantùm illi potestatis tribuerit*. Abest *illi* à MSS. Bonon. Reg.
Ibidem. *In*.] Deest in ed. & in MS. Reg.
Lin. 18. *Et*.] Deest in ed.
Ibidem. *Deum*.] In ed. *Dominum*.
Ibidem. *Et ipsum*.] Deest in ed.
Lin. 22. *Pietatis*.] MS. Reg. & ed. *potestatis*.
Lin. 23. *Esse*.] MS. Reg. & ed. *est*.
Lin. 24. *Quod*.] At in Taurin. MS. *quid*.
Lin. 25. *Incidit, &c.*] Ità MSS. Taur. Bon. & ed. If. Spark. Cæteri ed. *incidit in totius rei veritatem*.
Lin. 27. *Casu, non ratione*.] In MS. Reg. & ed. *casu ad eam non ratione pervenerat*.
Lin. 30. *Nisi invisibili*.] Deest in MS. Taurinensi.

Digitized by Google

CAPUT LXX.

www.libtool.com.cn

Animæ immortalitas confirmatur.

Lib. 7. Div. Inſtit. cap. 12. 13. 20. 21.

PLURIMIS verò argumentis colligi poteſt, æternas eſſe animas. Plato ait, quod per ſeipſum ſemper movetur, neque principium motûs habet, etiam finem non habere: animum autem hominis per ſe ſemper moveri, qui quia ſit ad cogitandum mobilis, ad inveniendum ſolers, ad percipiendum facilis, ad diſcendum capax, & quia præterita teneat, præſentia comprehendat, futura proſpiciat, multarumque rerum & artium ſcientiam complectatur, immortalem eſſe; ſiquidem nihil habeat in ſe terreni ponderis labe concretum. Præterea ex virtute ac voluptate intelligitur æternitas animæ. Voluptas omnibus eſt communis animalibus; virtus ſolius eſt hominis: illa vitioſa eſt, hæc honeſta; illa ſecundùm naturam, hæc adverſa naturæ, niſi anima immortalis eſt. Virtus enim pro fide & pro juſtitiâ nec egeſtatem timet, nec exilium metuit, nec carcerem perhorreſcit, nec dolorem reformidat, nec mortem recuſat: quæ quia naturæ contraria ſunt, aut ſtultitia eſt virtus, ſi & commoda impedit, & vitæ nocet; aut ſi ſtultitia non eſt, ergò anima immortalis eſt, & ideò præſentia bona contemnit, quia ſunt alia potiora, quæ poſt diſſolutionem corporis ſui aſſequatur. Illud etiam maximum argumentum immortalitatis, quòd Deum ſolus homo agnoſcit. In mutis nulla ſuſpicio Religionis eſt, quia terrena ſunt, in terramque proſtrata. Homo ideò rectus aſpicit cœlum, ut Deum quærat. Non poteſt igitur non eſſe immortalis, qui immortalem deſiderat. Non poteſt eſſe ſolubilis, qui cum Deo & vultu, & mente communis eſt. Denique cœleſti elemento, quod eſt ignis, homo ſolus utitur. Si enim lux per ignem, vita per lucem, apparet eum, qui uſum ignis habet, non eſſe mortalem, quoniam id illi proximum, id familiare eſt, ſine quo non poteſt, nec lux, nec vita conſtare.

Sed quid argumentis colligimus æternas eſſe animas, quum habeamus teſtimonia divina? Id enim ſacræ litteræ ac voces Prophetarum docent.

Lin. 1. *Plato.*] In Phædon. apud Ciceronem 1. Tuſcul. & in Somn. Scip. & ad finem Caton. major.

Lin. 4. *Qui.*] Deeſt in editis.

Lin. 5. *Diſcendum.*] At in Taurin. MS. *dicendum.*

Ibidem. *Et quia.*] In ed. *ut qui.*

Lin. 8. *Ac.*] *An*, pro *ac*, habent ed. MS. Reg. *aut.*

Lin. 9. *Omnibus eſt communis.*] Ità Taur. Bonon. At Reg. & ed. *omnis communis.*

Lin. 12. *Et.*] Nec in ed. nec in MS. Taurin. extat.

Lin. 17. *Etiam.*] MS. Taurin. at MS. Reg. & ed. *autem.*

Lin. 19. *Quia terrena, &c.*] In ed. *quia terrena proſpiciunt, homo.* Bonon. *terrena proſtrata jacent.* Sic ſuprà lib. 7. cap. 9. *Quas pronis corporibus abjectas, in terramque proſtratas.*

Lin. 20. *Non.*] In editis *an.*

Lin. 21. *Immortalem.*] Rectè. Vide præcedentia. Sed MSS. Bonon. & Reg. habent *immortalitatem.*

Lin. 22. *Qui cum Deo, &c.*] Heuman. ità legit *cui cum Deo & vultus & mens communis eſt.*

Lin. 24. *Habet.*] Sed Taurin. MS. *habeat.*

Lin. 25. *Id.*] Deeſt in MS. Taurin.

Digitized by Google

docent. Quod si cui parùm videtur, legat carmina Sibyllarum, Apollinis quoque Milesii responsa consideret; ut intelligat deliràsse Democritum, & Epicurum, & Dicæarchum, qui soli omnium mortalium, quod est evidens, negaverunt. Confirmatâ immortalitate, supereſt docere, à quò, & quibus, & quomodò, & quandò tribuatur? Quum certa & constituta divinitùs tempora compleri coeperint, interitum & consummationem rerum fieri necesse est, ut innovetur à Deo mundus. Id verò tempus in proximo est, quantùm de numero annorum, deque signis, quæ prædicta sunt à Prophetis, colligi potest. Sed quum sint innumerabilia, quæ de fine sæculi, & conclusione temporum dicta sunt, ea ipsa quæ dicuntur, nuda ponenda sunt, quoniam ut testimoniis utamur immensum est. Si quis illa desiderat, aut nobis minùs credit, adeat ad ipsum sacrarium cœlestium litterarum, quarum fide instructior errasse Philosophos sentiat, qui aut æternum esse hunc mundum, aut infinita esse annorum millia putaverunt, ex quo fuerit instructus. Nondùm enim sex millia completa sunt, quo numero consummato, tunc demùm malum omne tolletur, ut regnet sola justitia. Quod quatenùs eventurum sit, paucis explicabo. *Lib. 7. Div. Inst. cap. 14.*

Lin. 1. *Videtur.*] At MS. Reg. & ed. *videatur.*
Lin. 3. *Mortalium.*] Deest in MS. Taur.
Lin. 5. *A quo, &c.*] MS. Reg. & ed. *à quo ei tribuatur.*
Lin. 6. *Interitum.*] At in editis est *& interitum.*
Lin. 7. *Rerum.*] Non est in MS. Taurin.
Lin. 8. *Tempus.*] Ità Taurin. Bon. ed. Is. In MS. Reg. & in ed. *tempore.*
Lin. 9. *Prædicta.*] In Taurin. MS. *prædicata.*
Ibidem. *Sint.*] Deest in MS.
Lin. 10. *Conclusione.*] Sic lego cum veter. MSS. Taur. Bon. At Reg. & ed. *consommatione.*
Lin. 12. *Nobis minùs.*] Taurin. MS. *novissimus.*
Ibidem. *Ipsum.*] Deest in editis.
Lin. 13. *Instructior.*] Sic habent MSS. Bon. Reg. & ed. At Taurin. *instructus.*
Lin. 16. *Tunc.*] Sed *tum*, in ed. & MS. Reg. legitur.
Ibidem. *Tolletur.*] Taurin. MS. *Tollatur.*

CAPUT LXXI. *Alias 11.*

De postremis Temporibus.

HÆC à Prophetis, sed ut vatibus, futura dicuntur. Quum coeperit mundo finis ultimus propinquare, malitia invalescet, omnia vitiorum & fraudum genera crebrescent, justitia interibit; fides, pax, misericordia, pudor, veritas non erit; vis & audacia prævalebit; nemo quidquam habebit, nisi malè partum, manuque defensum. Si qui erunt boni, prædæ ac ludibrio habebuntur. Nemo pietatem parentibus exhibebit, nemo infantis aut senis miserebitur: avaritia & libido universa *Lib. 7. Instit. c. 15. Matth. 24.*

Lin. 1. *Hæc à Prophetis, sed ut vatibus.*] At in editis *à Prophetis & à vatibus.*
Lin. 5. *Malè.*] At Taurin. MS. *manu.* Ex libro 7. Divin. Institut. cap. 15. hîc reposuimus *malè*; sic enim habet: *Nihil quisquam tunc habebit, nisi aut malè quæsitum, aut defensum manu.*
Lin. 7. *Et.*] Deest in editis.

corrumpet. Erunt cædes & sanguinis effusiones. Erunt bella, non modò
Matth. 24. *Marc.* 13. *Luc.* 21. externa & finitima, verùm etiam intestina. Civitates inter se belligerabunt: omnis sexus & omnis ætas arma tractabunt. Non imperii dignitas conservabitur, non militiæ disciplina: sed more latrocinii deprædatio & vastitas fiet. Regnum multiplicabitur, & decem viri occupabunt orbem, & * partientur, & vorabunt; & existet alius longè potentior ac nequior, qui tribus ex eo numero deletis, Asiam possidebit, & cæteris in potestatem suam redactis & adscitis, vexabit omnem terram. Novas leges statuet, veteres abrogabit; rempublicam suam faciet, nomen imperii sedemque mutabit.

Lib. 7. *Inst. c.* 16.

Tunc erit tempus infandum & execrabile, quo nemini libeat vivere. Denique in eum statum res cadet, ut vivos lamentatio, mortuos gratulatio sequatur. Civitates & oppida interibunt, modò ferro, modò igni, modò terræ motibus crebris, modò aquarum inundatione, modò pestilentiâ & fame. Terra nihil feret, aut frigoribus nimiis, aut caloribus
Matth. Marc. Luc. ubi supra. sterilis. Aqua omnis partim mutabitur in cruorem, partim amaritudine vitiabitur; ut nihil sit nec ad cibos utile, nec ad potum salubre. His malis accedent etiam prodigia de cœlo, ne quid desit hominibus ad
Matth. & Luc. ibid. timorem. Cometæ crebrò apparebunt. Sol perpetuo squalore fuscabitur. Luna sanguine inficietur, nec amissæ lucis damna reparabit. Stellæ omnes decident; nec temporibus sua ratio constabit, hyeme atque æstate confusis. Tunc & annus, & mensis, & dies breviabitur. Et hanc esse
Trismeg. in Asclep. cap. 9. mundi senectutem ac defectionem Trismegistus elocutus est. Quæ cùm venerit, adesse tempus sciendum est, quo Deus ad commutandum seculum revertatur.

Lib. 7. *Instit. c.* 17. Inter hæc autem mala surget Rex impius, non modò generi hominum, sed etiam Deo inimicus. Hic reliquias illius prioris tyranni conteret, cruciabit, vexabit, interimet. Et tunc erunt lachrymæ juges, lu-

Lin. 3. *Tractabunt.*] Taur. MS. *tractabit.*
Lin. 5. *Vastitas.*] Ità MSS. Taur. Bonon. ed. If. At MS. Reg. & cæteri editi *vastatio.*
Lin. 6. * *Et.*] Non extat in MS. Taurin.
Ibidem. *Vorabunt.*] Taur. MS. *devorabunt.*
Ibidem. *Et.*] Non extat in MS. Taurin.
Ibidem. *Alius.*] Non est in editis.
Lin. 7. *Ex eo numero.*] Deest in ed.
Ibidem. *Asiam.*] MS. Taur. *aliam*, malè: ad quid enim referetur *aliam?*
Ibidem. *Et.*] Non est in ed.
Lin. 8. *In potestatem suam.*] Ed. *in potestate suâ.*
Ibidem. *Adscitis.*] MS. Reg. *ascisis.* Ed. *abscissis vorabit omnem.* MS. Reg. etiam *vorabit.*
Lin. 11. *Quo nemini libeat vivere.*] Desunt hæc in MS. Taurin.
Lin. 12. *Ut vivos.*] Sic MS. Taurin & Bon. in Reg. & editis legitur *ut omnes vivos.* Sed vox *omnes* prorsùs est inutilis.
Lin. 15. *Frigoribus.*] In ed. *rigoribus.*
Lin. 16. *Amaritudine.*] At in MS. Taurin. *Amaritudinem.*
Lin. 17. *Potum.*] Taurin. MS. *potu.*
Lin. 18. *Accedent etiam, &c.*] Sed in Reg. & ed. *accident prodigia hominibus ad timorem.*
Lin. 19. *Squalore.*] Sic MSS. & editi, præter Taurin. qui habet *pallore.*
Lin. 20. *Luna, &c.*] At ità ed. *lunam color sanguinis obumbrabit.*
Ibidem. *Reparabit.*] At Taurin. MS. *reparavit.*
Lin. 22. *Confusis.*] In MSS. *confusi.*
Lin. 24. *Venerit.*] Sic MSS. Bon. Reg. & ed. at Taurin. MS. habet *evenerint.*
Ibidem. *Quo.*] In Taurin. MS. *quod.*
Lin. 27. *Prioris.*] In Taurin. MS. *priorib.*
Lin. 28. *Et.*] Addidi ex Bonon. & Reg.
Ibidem. *Erunt lachrymæ.*] Editi habent *nonnisi etiam lachrymæ*; Bon. & Taur. *erunt.*

Digitized by Google

ctus & gemitus perpetes, & ad Deum cassæ preces: nulla requies à formidine, nec somnus ad quietem. Dies cladem, nox metum semper augebit. Sic orbis terrarum penè ad solitudinem, certè ad raritatem hominum redigetur. Hinc & impius justos homines ac dicatos Deo persequetur, & se coli jubebit ut Deum. Se enim dicet esse Christum, cujus erit adversarius. Ut credi ea possint, accipiet potestatem mirabilia faciendi: ut ignis descendat à cœlo; ut sol desistat à cursu suo; ut imago, quam posuerit, loquatur. Quibus prodigiis illiciet multos, ut adorent eum, signumque ejus in manu aut fronte suscipiant. Et qui non adoraverit, signumque susceperit, exquisitis cruciatibus morietur. Ita ferè duas partes exterminabit, tertia in desertas solitudines fugiet. Sed ille vecors, irâ implacabili furens, adducet exercitum, & obsidebit montem, quo justi confugerint. Qui quum se viderint circumsessos, implorabunt auxilium Dei voce magnâ, & exaudiet eos, & mittet eis liberatorem.

Apoc. 11. & 13. 2. *Thess.* c. 2.

Apoc. 11. 2. *Thess.* 2. *Apoc.* 13.

Lib. 7. *Instit.* c. 19.

Lin. 1. *Ad Deum.*] Ità Taurin. & Bonon. At Reg. & ed. *ad eum.*

Ibidem. *Formidine, &c.*] Sed MS. Reg. & ed. *ad formidinem, aut somnus ad quietem.* In Bonon. & Reg. est *ad quietem*; in Taur. *requiem.*

Lin. 2. *Metum.*] Taurin. MS. *tecum.* Sed in aliis MSS. & in editis est *metus* aut *metum.*

Lin. 3. *Certè ad raritatem.*] Deest in ed. Sed sumpsimus ex MS. Taurin.

Lin. 4. *Et.*] Deest in editis.

Ibidem. *Dicatos.*] Sic MSS. Taur. Bonon. Sed *deditos* est in ed.

Lin. 5. *Christum.*] Ed. *Deum*, pro *Christum*, habent; post *Christum*, addunt editi, *quum sit Antichristus.*

Lin. 7. *A cœlo.*] In ed. *de cœlo.*

Ibidem. *Desistat.*] Taurin. MS. *resistat.*

Ibidem. *Suo.*] Non extat in editis.

Lin. 8. *Illiciet.*] In ed. *alliciet.* Verbo *illicere* passim utitur Lactantius.

Lin. 12. *Vecors.*] Ità MSS. Taurin. Bon. & ed. Is. Cæteri ed. *protervià.*

Lin. 14. *Et exaudiet eos.*] Sic MSS. Taur. Bonon. ed. Is. Crat. Cæteri ed. *& audiet eos Deus, & immittet.*

CAPUT LXXII.

De Christo è cœlo descendente ad universale judicium, & de Regno Millenario.

TUNC cœlum in tempestate patefiet, & descendet Christus in virtute magnâ; & anteibit eum claritas ignea, & vis inæstimabilis Angelorum; & extinguetur omnis illa multitudo impiorum, & torrentes sanguinis current; & ipse ductor effugiet, atque exercitu sæpè reparato, quartum prælium faciet, quo captus cum cæteris omnibus tyrannis, tradetur exustioni. Sed & ipse dæmonum princeps, autor & machinator

Psalm. 69. *Isai. ult. Matth.* 25.

Lin. 1. *In tempestate.*] MS. Reg. & ed. *in tempestâ nocte.*

Lin. 2. *Anteibit.*] Ità MSS. Taurin. Bon. At Reg. & ed. *antecedet.*

Ibidem. *Vis inæstimabilis.*] Ed. *virtus. Inæstimabilis* autem, pro *innumerabilis*, vox Lactantio peculiaris. Vide not. ad cap. 33. libri de Mortib. Persecut.

Lin. 5. *Omnibus.*] Non extat in ed.

Lin. 6. *Tradetur.*] In MS. Taur. *traditur.*

Digitized by Google

Apoc. c. 20. malorum, catenis igneis alligatus, cuſtodiæ dabitur, ut pacem mun-
Lib. 7. dus accipiat, & ut vexata tot ſeculis terra requieſcat. Pace igitur partâ,
Inſt. c. 20. compreſſoque omni malo, Rex ille juſtus & victor judicium magnum
de vivis & mortuis faciet ſuper terram: & viventibus quidem juſtis tradet
in ſervitium gentes univerſas; mortuos autem ad æternam vitam ſuſci-
Ibid. c. 24. tabit, & in terrâ cum iis ipſe regnabit, & condet ſanctam civitatem, &
Apoc. 11. erit hoc regnum juſtorum mille annis. Per idem tempus, & ſtellæ candi-
diores erunt, & claritas ſolis augebitur, & luna non patietur diminu-
Iſai. c. 30. tionem. Tunc deſcendet à Deo pluvia benedictionis matutina & veſ-
pertina, & omnem frugem terra ſine labore hominum procreabit. Stil-
labunt mella de rupibus: lactis & vini fontes exuberabunt. Beſtiæ de-
Iſai. 11. & 65. poſitâ feritate manſueſcent, lupus inter pecudes errabit innoxius, vi-
tulus cum leone paſcetur, columba cum accipitre congregabitur, ſer-
pens virus non habebit, nullum animal vivet ex ſanguine. Omnibus
enim Deus copioſum atque innocentem victum miniſtrabit.

Lib. 7. Peractis verò mille annis, ac reſoluto dæmonum principe, rebellabunt
Inſt. c. 26. gentes adverſùs juſtos, & veniet innumerabilis multitudo ad expugnan-
dam ſanctorum civitatem. Tunc fiet ultimum judicium Dei adverſùs
Apoc. 11. gentes. Concutiet enim à fundamentis ſuis terram, & corruent civita-
tes, & pluet ſuper impios ignem cum ſulphure & grandine, & arde-
bunt, & ſe invicem trucidabunt. Juſti verò ſub terrâ pauliſper latebunt,
donec perditio gentium fiat, & exibunt poſt diem tertium, & vide-
Ezech. 39. bunt campos cadaveribus opertos. Tunc fiet terræ motus, & ſcinden-
Apoc. 19. tur montes, & ſubſident valles in altitudinem profundam, & conge-
Ezech. d. c. apud LXX. rentur in eam corpora mortuorum, & vocabitur nomen ejus πολυάνδριον.
Iſ. 65. & 66. Apoc. 21. Poſt hæc renovabit Deus mundum, & transformabit juſtos in figuras
Angelorum, ut immortalitatis veſte donati, ſerviant Deo in ſempiter-
num. Tunc etiam impii reſurgent, non ad vitam, ſed ad pœnam.

Lin. 1. *Igneis.*] Deeſt in MS. Taurin.

Lin. 2. *Et ut vexata, &c.*] Hîc ſequor MS. Bon. & 6. ed. *ut*, pro *&*, extat in editis cæteris.

Ibidem. *Partâ.*] In Taurin. MS. *paratâ.*

Lin. 5. *Servitium.*] Ità MS. Taur. at Sueton. ed. *ſervitutem.* Vide cap. 21. lib. de Mortibus Perſecutorum.

Lin. 6. *Iis.*] At in MS. Reg. & ed. *his.* De falſo regno Chriſti millenario, vide not. ad lib. 7. Div. Inſtit. cap. 14. & 24.

Lin. 7. *Hoc.*] Deeſt in editis.

Ibidem. *Et.*] Deeſt in MS. Taurin.

Lin. 15. *Miniſtrabit.*] Ità Taurin. Bonon. At MS. Reg. & ed. *dabit.*

Lin. 18. *Adversùs gentes.*] Sed MS. & ed. *delendamque ſanctorum gentem. Concutiet.*

Lin. 23. *Fiet.*] MS. Reg. & ed. *fient.*

Ibidem. *Scindentur montes.*] At in MS. Reg. & ed. *ſcindent ſe montes, & ſubſident in latitudine vallis profunda.*

Lin. 25. *In eam.*] MS. Reg. & ed. *eâ.*

Ibidem. *Polyandrium.*] Πολυάνδειον. Habebant Pagani Xenotaphia, in quibus peregrinos ſepeliebant, quæ Polyandria etiam aliter appellabant quòd eſſent omnibus communia. *Suidas.* Polyandrium, monumentum, ſepulcrum, quod à multis Xenotaphium vocatur. Vocatur etiam cæmeterium, quòd multos viros capiat, & eò ferantur.

Lin. 26. *Figuras.*] MS. Reg. & edd. *figuram.*

Lin. 27. *Immortalitatis.*] MS. Taurin. *immortali.*

Ibidem. *In ſempiternum.*] Poſt verba hæc MS. Taurin. addit: *Et hoc erit regnum Dei quod finem non habebit.* Et ſapit gloſſema: nec legitur in libri ſeptimi Divinarum Inſtitutionum capite 26.

Lin. 28. *Tunc etiam impii reſurgent, non ad*

Digitized by Google

Eos quoque, secundâ resurrectione factâ, Deus excitabit, ut ad perpetua tormenta damnati, & æternis ignibus traditi, merita pro sceleribus suis supplicia persolvant.

www.libtool.com.cn

vitam, sed ad pœnam.] In MS. Bonon. est *etiam*; in Regio *ẽm*; in Taurinensi *&*; in editis est *enim*, pro *etiam*. Hæc Lactantius meliùs quàm suprà lib. 7. cap. 20. ubi contrarium docuit.

Lin. 1. *Eos quoque.*] Editi, *Eosque.*

Lin. 2. *Damnati & æternis.*] At in edit. *damnet æternisque.*

Lin. 3. *Supplicia.*] Non extat in editis.

CAPUT LXXIII. *seu* EPILOGUS.

Alias 12.

Spes salutis in Dei Religione & Cultu.

QUARE quum hæc omnia vera & certa sint, Prophetarum omnium consonâ adnuntiatione prædicta, quum eadem Trismegistus, eadem Hystaspes, eadem Sibyllæ cecinerint, dubitari non potest, quin spes omnis vitæ ac salutis in solâ Dei Religione sit posita. Itaque nisi homo Christum susceperit, quem Deus ad liberationem misit atque missurus est, nisi summum Deum per eum cognoverit, nisi mandata ejus legemque servaverit, in eas incidet pœnas, de quibus locuti sumus. Proindè fragilia contemnenda sunt, ut solida consequamur; spernenda terrena, ut cœlestibus honoremur; temporalia fugienda, ut ad æterna veniamus. Erudiat se quisque ad justitiam, formet ad continentiam, præparet ad agonem, instruat ad virtutem; ut si fortè adversarius indixerit bellum, nullâ vi, nullo terrore, nullis cruciatibus à recto & bono divellatur: non se substernat insensibilibus figmentis; sed verum & solum Deum rectus agnoscat: abjiciat voluptates, quarum illecebris anima sublimis deprimitur ad terram: teneat innocentiam, prosit quamplurimis, incorruptibiles sibi thesauros bonis operibus acquirat, ut possit, Deo judice, pro virtutis suæ meritis, vel coronam fidei, vel præmium immortalitatis adipisci.

Lib. 7. Inst. c. ult.

Lin. 1. *Hæc omnia vera, &c.*] Sed in MS. Reg. & ed. *Hæc omnia vera; omnium consonâ administratione predicta.* Legitur *consonâ* in omnibus editis & MSS. præter Taur. in quo est *consonanti*; in eodem & in Bonon. *adnunciatione.*

Lin. 3. *Hystaspes.*] Sic Taur. & Bon. MSS.

Ibidem. *Cecinerint.*] Ità Taur. Bonon. At edit. *concinuerint.*

Ibidem. *Quin spes.*] Sic Bon. Taur. Sed ed. *cura spes omnes vitæ.*

Lin. 4. *Sit posita.*] Ità Taur. Reg. ed. Is. Cæt. ed. *sint posita.* MS. Bon. *sint posita.*

Lin. 5. *Christum.*] Non est in edit.

Ibidem. *Atque missurus est.*] Sic Bon. Reg. At multi ed. ista non habent, sed *nisi summum Deum per eum, qui missus est, cognoverit.*

Lin. 7. *Legemque.*] MS. Reg. & ed. *legesque.*

Lin. 9. *Honoremur.*] Ità MSS. sed editi, *oneremur.*

Lin. 10. *Veniamus.*] MS. Taur. *fugiamus*; quod mox præcessit.

Ibidem. *Formet.*] Ità MS. Bon. In Taurin. est *reformet*; in ed. *firmet.*

Lin. 11. *Præparet ad agonem.*] Deest in MS. Taurinensi.

Lin. 13. *Divellatur.*] MS. Taurin. *depellatur.*

Lin. 14. *Agnoscat.*] Sic MSS. Taur. & Bon. & ed. Is. Alii ed. *cognoscat.*

Lin. 18. *Immortalitatis.*] MS. Bonon. *immortalis*, mendosè.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ADMONITIO
DE
LIBRO LACTANTII
DE
OPIFICIO DEI,
VEL FORMATIONE HOMINIS.

LIBER de Opificio Dei eruditus & lectu utiliſſimus eſt, hoc fine ab Autore conſcriptus, ut providentiam Dei ex mirandâ hominis ſtructurâ comprobaret. Partibus abſolvitur duabus; quarum *prima*, corporis humani anatomen Theologicam, *altera*, diſputationem de animâ continet.

Prior pars rursùm duplex.

Primùm enim diluit ea, quæ Epicurei contra providentiam afferebant; querebantur hominem nimis imbecillum & fragilem naſci, eumdemque morbis & immaturæ morti eſſe ſubjectum, *cap.* 2. 3. 4.

Deinde ſingula hominis membra inſpicit, & in iis divinæ providentiæ poteſtatem, quanta fuerit, oſtendit *à cap.* 5. *uſque ad* 17.

Reliquis tribus capitibus de animâ diſſeruit, tandemque *cap.* 20. apoſtrophe ad Demetrianum inſtitutâ perorat. *Scultetus.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

LUCII CÆCILII FIRMIANI LACTANTII DE OPIFICIO DEI, VEL FORMATIONE HOMINIS. LIBER AD DEMETRIANUM AUDITOREM SUUM.

CAPUT PRIMUM.

Proœmium & adhortatio ad Demetrianum.

QUAM minimè sim quietus, & in summis necessitatibus, ex hoc libello poteris existimare; quem ad te rudibus penè verbis, prout ingenii mediocritas tulit, Demetriane, perscripsi, ut quotidianum studium meum & nosses, & non deessem tibi, præceptor etiamnunc, sed honestioris rei melioriſque doctrinæ. Nam si te in litteris, nihil aliud quàm

De Opificio Dei, vel Formatione hominis.] Geminum hunc ad imitationem Platonicam titulum ex Hieronymo, Honorio Augustodunensi, Lactantii veteribus editis, ac plurimis MSS. codicibus restituimus. In quibusdam est solùm *de Opificio Dei*; in aliis *de Opificio hominis* dumtaxat: in duobus verò recentioribus, uno scilicet Oxonienſi, altero Colb. & lib. 2. cap. 9. Div. Instit. legitur *Opus mundi ac Opificium Dei.* De omnibus corporis humani partibus optimè etiam disserit Theodoretus Serm. 3. & 4. de Providentiâ. Vide præterea, si lubet, Gregor. Nyssen. de Creat. hominis.

Ad Demetrianum auditorem suum.] Hunc

Digitized by Google

linguam instruentibus, auditorem satis strenuum præbuisti: quantò magis in his veris, & ad vitam pertinentibus, docilior esse debebis? Apud quem nunc profiteor, nullâ me necessitate vel rei, vel temporis impediri, quominùs aliquid excudam, quo philosophi nostræ sectæ, quam tuemur, instructiores doctioresque in posterùm fiant; quamvis nunc malè audiant, castigenturque vulgò, quòd aliter quàm sapientibus convenit vivant, & vitia sub obtentu nominis celent, quibus illos aut mederi oportuit, aut ea prorsùs effugere, ut beatum atque incorruptum sapientiæ nomen vitâ ipsâ cum præceptis congruente præstarent. Ego tamen, ut nos ipsos simul & cæteros instruam, nullum laborem recuso. Neque enim possum oblivisci mei, tum præsertim, cùm maximè opus sit meminisse; sicut ne tu quidem tui, ut spero, & opto. Nam licèt te publicæ rei necessitas à veris & justis operibus avertat: tamen fieri non potest, quin subinde in cœlum aspiciat

——— *Mens sibi conscia recti.*

Ego quidem lætor omnia tibi, quæ pro bonis habentur, prosperè fluere; sed ità, si nihil de statu mentis immutent. Vereor enim ne paulatim consuetudo,

librum Demetriano fuisse inscriptum indicant ipsemet Lactantius infrà initio capp. 1. & 20. ac lib. 2. Div. Institut. cap. 10. post medium, & Hieronymus. lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis; nec abludunt omnes fermè editi & plures MSS. non ad *Demetrium*, nec ad *Donatum*, ut cuidam viro erudito visum est.

Pag. 71. lin. 1. *Quàm minimè sim quietus.*] Quotiès auget *quàm*, eleganter præponitur nominibus superlativis, ut *quàm plurimis* sive *cùm plurimis*. Cæterùm cùm usurpatur pro *quantùm*, non memini apud castè loquentes Autores jungi nisi positivis. Hoc igitur loco dixissem, *quàm non sim quietus*, aut, *quàm nihil miki sit quietis*. Erasmus.

Ibidem. *Et in summis necessitatibus.*] Monet Erasmus in quibusdam codicibus vitiosè legi *etiam*, pro &. Quod indicio est postremam particulam in aliis haberi. Quam hîc requiri indè arguit, quòd non novum sit hominem in summis necessitatibus, seu persecutionibus versatum, minimè quietum esse; cùm si conjunctio & retineatur, solùm repetetur quod anteà dictum est, hoc sensu *& quam sim*. Spark.

Itaque restituimus, &, postulante sensu, faventibusque editis Graph. Gymnic. Crat. Is. ac MSS. Erasm. & 1. Colbertino, in quo à primâ manu legitur &, lineolâ recentiori ac nigriori atramento superscriptâ, sic indicante secundâ manu esse *etiam*, ut in plurimis MSS. & editis: nisi legere malis cum alio Colbertino *& jam*. In tertio Colb. est *ét*.

Lin. 4. *Excudam.*] MSS. Regio-Put. & 3. rec. *extundam*; nec malè.

Ibidem. *Nostra secta.*] Eleganter quidem, sed parùm Theologicè adnotavit Christianos, quòd hunc libellum ferè contexuit stylo philosophico, quemadmodùm Boëthius librum de Consolatione Philosophiæ. Sectam autem usurpavit in bonam partem, quod facit aliquotiès Tertullianus, quum idem apud Græcos sonet *hæresis*, quod nobis *secta*; & pios appellat sapientes, pietatem sapientiam, novam professionem Christianismum. *Erasm.* Sed pullulantibus in Ecclesiâ extraneis dogmatibus, sectæ nomen odiosum fieri cœpit.

Lin. 6. *Castigenturque.*] Castigare dixit, non pro emendare, sed pro corripere, sive flagellare. *Erasm.*

Lin. 7. *Illos.*] Deest in MS. Bov. idque satis aptè.

Lin. 12. *Sicut.*] Ità restitui ex MSS. optimo Regio-Put. Goth. Em. Merton. Christ. 2. Colb. Brun. Bov. & editis Graph. & Cellar. approbante Walchio. In undecim MSS. rec. & omnibus ferè impressis erat, *sic*.

Lin. 14. *In.*] Deest in MS. Bov. & rectè.

Lin. 15. *Mens.*] Virg. 1. Æneïd. v. 608.

Lin. 16. *Prosperè fluere.*] Sic apud Ciceronem lib. 1. de Officiis, de Fortitudine. *Atque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus superbiam, fastidium, arrogantiamque magnoperè fugiamus.*

Digitized by Google

ſuetudo, & jucunditas earum rerum (ſicut fieri ſolet) in animum tuum repat. Ideòque te moneo,

— Et repetens iterùmque monebo; *Virgil. Æneid. 3. v. 436.*

www.libpol.com.cn

ne oblectamenta iſta terræ, pro magnis aut veris bonis habere te credas; quæ ſunt non tantùm fallacia, quia dubia, verùm etiam inſidioſa, quia dulcia. Nam ille colluctator & adverſarius noſter ſcis quàm ſit aſtutus, & idem ipſe violentus, ſicuti nunc videmus. Is hæc omnia, quæ illicere poſſunt, pro laqueis habet, & quidem tam ſubtilibus, ut oculos mentis effugiant, ne poſſint hominis proviſione vitari. Summa ergò prudentia eſt, pedetentim procedere; quoniam utrobique ſaluti inſidet, & offenſacula pedibus latenter opponit. Itaque res tuas proſperas, in quibus nunc agis, ſuadeo ut pro tuâ virtute aut contemnas, ſi potes, aut non magnoperè mireris. Memento & veri parentis tui, & in quâ civitate nomen dederis, & cujus ordinis fueris. Intelligis profectò quid loquar. Nec enim te ſuperbiæ arguo, cujus in te ne ſuſpicio quidem ulla eſt: ſed ea quæ dico, ad mentem referenda ſunt, non ad corpus, cujus omnis ratio ideò comparata eſt, ut animo tanquàm domino ſerviat, & regatur nutu ejus. Vas eſt quidem corpus quodammodò fictile, quo animus, id eſt homo ipſe verus continetur, & quidem non à Prometheo fictum (ut poëtæ loquuntur,) ſed à ſummo illo rerum conditore atque artifice Deo; cujus divinam providentiam perfectiſſimamque virtutem, nec ſenſu comprehendere, nec verbo enarrare poſſibile eſt.

Tentabo tamen, quoniam corporis & animi facta mentio eſt, utriuſque rationem, quantùm puſillitas intelligentiæ meæ pervidet, explicare. Quod officium hâc de cauſâ maximè ſuſcipiendum puto, quòd M. Tul-

Lin. 2. *Repat.*] Pro *irrepat*, ſimplex pro compoſito, quod Lactantio eſt familiare: itaque perperàm ſubſtitutum *irrepat*, in ſex MSS. rec. & *ſenſim* intruſum in quinque, & ex rec. edit. Expunxi, utpote adverbium inutile, ſiquidem mox præceſſit *paulatim*, quod idem eſt. In MS. Bov. legitur *manum tuam repat*: ſed eſt erratum. Ibi etiam ſublatum eſt *ſenſim*, & rectè.

Lin. 4. *Habere te credas.*] Hîc loci Eraſmus virgulâ cenſoriâ Lactantium notat, quaſi durè hoc dixiſſet; eò quòd *habere te credas*, idem ſonat quod *credere te credas*. At pace tanti viri puto Lactantium communi ſignificatu verbum *habendi* uſurpare, pro *poſſidere*. Sparkius.

Lin. 10. *Procedere.*] Sic ex MSS. optimis & vetuſtiſſimis Bon. & Regio-Put. Bov. aliiſque undecim repoſuimus. In 2. rec. & in vulgatis eſt *incedere*. In 4. MSS. rec. *ambulare*; in 2. aliis rec. verbum deeſt.

Ibidem. *Saluti inſidet.*] Sic legunt MSS. Bonon. Eraſm. Em. & omnes ferè editi: quæ lectio bona eſt, & viris doctis placet. In 21. MSS. & 2. editis eſt *ſaltus inſidet*. In 4. Reg. & Bov. & edit. Graph. *ſaltus incidet*.

Lin. 11. *Offenſacula.*] Pro *offenſa*, verbum inſolitum: hîc activè ſumitur.

Ibidem. *Proſperas.*] Ità emendavi ex MSS. 4. Oxonienſibus & Bov. & editis Crat. Graph. Gymnic. Torneſ. & Walch. In 7. Reg. Clarom. & Brun. 4. Colb. & 7. editis eſt *proprias*. Vide ſeqq. ſed & *proſpera res* apud Ciceronem de Cl. 12.

Lin. 13. *In quâ civitate nomen dederis.*] Id eſt, baptiſmo initiatus fueris. In MSS. 2. Bonon. 2. Reg. rec. Tax. 2. Colb. & Baluz. *in quam civitatem*.

Lin. 18. *Vas eſt quidem corpus quodammodò, &c.*] Ità MSS. Bov. alii verò legunt *Vas eſt enim quodammodò fictile*, ſed minùs benè.

Lin. 20. *Poëtæ.*] Ovid. init. Metam. Horat. carm. 1. Ode 16. Propert. 3. Eleg. 3. Heſiod. in Ergis. Vide lib. 2. Divin. Inſtitut. cap. 11.

Lin. 24. *Puſillitas.*] Vox parùm trita apud probatos autores.

Digitized by Google

lius, vir ingenii singularis, in quarto de Republicâ libro, cùm id facere tentasset, nihil prorsùs effecit; nam materiam latè patentem angustis finibus terminavit, leviter summa quæque decerpens. Ac ne ulla esset excusatio, cur eum locum non fuerit executus, ipse testatus est, nec voluntatem sibi defuisse, nec curam. In libro enim de legibus primo, cùm hoc idem summatim stringeret, sic ait: » Hunc locum satis (ut » mihi videtur) in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. « Posteà tamen in libro de Naturâ deorum secundo, hoc idem latiùs exequi conatus est. Sed quoniam ne ibi quidem satis expressit, aggrediar hoc munus, & sumam mihi audacter explicandum, quod homo disertissimus penè omisit intactum. Forsitan reprehendas, quòd in rebus obscuris conor aliquid disputare; cùm videas tantâ temeritate homines extitisse, qui vulgò philosophi nominantur, ut ea, quæ abstrusa prorsùs atque abdita Deus esse voluit, scrutarentur, ac naturam rerum cœlestium terrenarumque conquirerent, quæ à nobis longè remotæ, neque oculis contrectari, neque tangi manu, neque percipi sensibus possunt: & tamen de illarum omnium ratione sic disputant, ut ea, quæ afferunt, probata & cognita videri velint. Quid est tandem, cur nobis invidiosum quisquam putet, si rationem corporis nostri dispicere & contemplari velimus? Quæ planè obscura non est; quia ex ipsis membrorum officiis, & usibus partium singularum, quantâ vi providentiæ quidque factum sit, intelligere nobis licet.

Leg. lib. 1. cap. 9. fap. 54.

Lin. 1. *De Republicâ libro.*] Hic liber intercidit; quem Platonem imitatus scripserat Cicero. At idem argumentum cum Lactantio tractant Basilius magnus & Ambrosius in Exameron, & Theodoretus Cyri Episcopus in libris de Providentiâ; atque ultimis temporibus, Granatensis in Cathechismo, & Illustriss. Fenellonius archiep. Cameracensis in eximio de Existentiâ Dei Libello Gallico.

Lin. 2. *Nihil prorsùs effecit; nam.*] Sic reposui ex MSS. 2. Bon. 2. Reg. Tax. 2. Colb. Baluz. & Clarom. in marg. Illa verò absunt à 16. MSS. In omnibus ferè vulgatis, pro *nam*, est *&*.

Lin. 3. *Leviter summa quæque decerpens.*] Ità vulgati MS. & editi: at MS. Bov. legit, *leviter summatim quæque decerpens.*

Lin. 7. *Scipio.*] Hic, teste Cicerone lib. 1. de Legibus cap. 6. scripserat sex libros de Republicâ optimâ.

Lin. 15. *Oculis contrectari.*] Proba omnium editorum & MSS. lectio, si unum excipias Bononiensem, in quo legitur *contueri*, & editionem Cellarii, in quâ reposuit *conlustrari*, sine ullâ Manuscriptorum autoritate. At contra hanc correctionem, seu potiùs depravationem, insurrexit erud. Heumannus, ostenditque ex variis priscorum Autorum locis, videlicet Taciti lib. 3. Annal. cap. 12. Ovidii Metamorph. l. 6. fab. 7. Augustin. epist. 3. Greg. Nazianz. Orat. 1. Theolog. Cicer. Quæst. Tuscul. lib. 3. Chrysostomi Homil. 3. ad pop. Antioch. probum esse, imò elegans hoc dicendi genus. Sed & nonmodò Latinis & Græcis acceptum est; verùm etiam nos Galli dicimus, *Faire toucher une chose au doigt & à l'œil.* Sed & idem loquendi modus est Lactantii Divin. Institut. lib. 5. cap. 21. ante finem. Vide notâ ibi.

Lin. 17. *Afferunt.*] Sic restitui ex veter. edit. & Cellar. cunct. MSS. præter recentes duos Colb. 1. Brun. & Bov. in quibus legitur *asserunt*, sicut & in rec. editis.

Lin. 19. *Dispicere.*] Ità reposui ex MSS. 2. Bonon. Tax. 2. Colb. 1. Reg. faventibus Reg. Put. itemque alio Regio, in quibus est *despicere.* In recentioribus undecim, sicut & in editis, est *inspicere.*

Lin. 21. *Quidque factum sit.*] Concinna lectio, quàm restitui ex editis quinque & MSS. 2. Bonon. 2. Reg. Tax. Pen. Cauc. Ult. 4. Colbert. Baluz. Clarom. Brun. accedentibus Regio-Puteano, Goth. & Em. in quibus legitur *quidquid factum sit.* In rec. 4. Reg. 2. Colbert. Marm. & editis octo *quisque factus sit.*

Digitized by Google

CAPUT II.

www.libtool.com.cn

De generatione belluarum & hominis.

DEDIT enim homini artifex ille noster ac parens Deus sensum atque rationem; ut ex eo appareret nos ab eo esse generatos, quia ipse intelligentia, ipse sensus ac ratio est. Cæteris animantibus quoniam rationalem istam vim non attribuit, quemadmodùm tamen vita eorum tutior esset, antè providit. Omnes enim suis ex se pilis texit, quò faciliùs possent vim pruinarum ac frigorum sustinere. Singulis autem generibus, ad propulsandos impetus externos, sua propria munimenta constituit; ut aut naturalibus telis repugnent fortioribus, aut quæ sunt imbecilliora, subtrahant se periculis pernicitate fugiendi, aut quæ simul, & viribus, & celeritate indigent, astu se protegant, aut latibulis sepiant. Itaque alia eorum, vel plumis levibus in sublime suspensa sunt, vel suffulta ungulis, vel instructa cornibus; quibusdam in ore arma sunt dentes, aut in pedibus adunci ungues; nullique munimentum ad tutelam sui deest. *Vide infrà cap. 6. Anacreon. Od. 2.*

Si qua verò in prædam majoribus cedunt, ne tamen stirps eorum funditùs interiret, aut in eâ sunt relegata regione, ubi majora esse non possunt; aut acceperunt uberem generandi fœcunditatem, ut & belluis, quæ sanguine aluntur, victus suppeteret ex illis, & illatam tamen cladem, ad conservationem generis, multitudo ipsa superaret. Hominem autem, ratione concessâ, & virtute sentiendi atque eloquendi datâ, eorum, quæ cæteris animantibus attributa sunt, fecit expertem, quia sapientia reddere poterat, quæ illi naturæ conditio denegasset, statuit nudum, & inermem, quia & ingenio poterat armari, & ratione vestiri.

Lin. 1. *Dedit.*] Caput istud cum sequenti totum est contra Lucretium, qui naturam in faciendo homine iniquitatis insimulat.

Lin. 4. *Rationalem istam vim.*] Ità legitur in novem editis, & in vet. ac opt. MSS. Reg. Put. Cauc. & Erasm. eamque lectionem probant Gallæus & Walchius. In 15. rec. & vulgatis septem est *vitam*; in uno Lipsiens. & Bov. *rationabilem istam vitam.*

Lin. 5. *Antè providit.*] Doctiss. Franciscus, pro *antè*, suspicabatur legendum esse, *aptè.*

Ibidem. *Omnes enim suis ex se pilis texit.*] Sic habent vet. & opt. MSS. Bonon. & Cauc. ac editi Graph. Crat. Spark. quod Erasmus probat: *pilis*, qui cum ipsis animalibus nascuntur. In 21. MSS. & in 9. editis, *pellibus*; in Em. & Bov. *ex suis pellibus texit.* Durius hic usus est pronomine reciproco; neque enim *se* refertur ad Deum, sed ad animantes. Deindè non omne animal tectum est pilis, aut etiam pellibus; quædam enim muniuntur testâ, ut ostrea & testudines; quædam conchâ, quædam corio, alia squammis, alia pennis, alia setis, alia spinis, alia aculeis, alia villis, alia crustis, alia laminis. Hæc copiosè tractantur ab Aristotel. 4. de part. anim. cap. 10. Plin. præfat. 7. & Greg. Nyssen. de hominis Opificio c. 7.

Lin. 6. *Vim pruinarum ac frigorum sustinere.*] Sic reposui ex veterrimis & optimis MSS. 2. Bonon. Regio-Put. 3. al. Reg. 4. Colbert. Balux. Clarom. Tax. Pen. Brun. & Bov. In rec. tamen 3. Reg. 2. Colb. & in vulgatis, *vim pruinarum ac frigora sustinere.* Ast apud Ciceronem est *frigoris vis.*

Lin. 16. *In eâ sunt relegata regione.*] Ità multi MSS. & editi. Et ità alibi Lactantius utitur sexto casu pro quarto, & contrà. Nonnulli habent *religata regione*; quidam *religata religione*, ut MS. Bov. sed malè.

Digitized by Google

Ea verò ipsa, quæ mutis data, & homini denegata sunt, quàm mirabiliter homini ad pulcritudinem faciant, exprimi non potest. Nam si in homine ferinos dentes, aut cornua, aut ungues, aut ungulas, aut caudam, aut varii coloris pilos addidisset; quis non sentiat quàm turpe animal esset futurum, sicut muta, si nuda & inermia fingerentur? Quibus si detrahas, vel naturalem sui corporis vestem, vel ea quibus ex se armantur, nec speciosa poterunt esse, nec tuta; ut mirabiliter, si utilitatem cogites, instructa, si speciem, ornata videantur: adeò miro modo consentit utilitas cum decore.

Hominem verò, quem æternum animal atque immortale fingebat, non forinsecùs, ut cætera, sed interiùs armavit; nec munimentum ejus in corpore, sed in animo posuit: quoniam supervacuum fuit, cum illi, quod erat maximum, tribuisset, corporalibus eum tegere munimentis; cum præsertim pulcritudinem humani corporis impedirent. Undè ego philosophorum, qui Epicurum sequuntur, amentiam soleo mirari, qui naturæ opera reprehendunt, ut ostendant, nullâ providentiâ instructum esse ac regi mundum; sed originem rerum insecabilibus ac solidis corporibus assignant, quorum fortuitis concursionibus universa nascantur, & nata sint. Prætereo quæ ad ipsum mundum pertinentia vitio dant, in quo ridiculè insaniunt; id sumo, quod ad rem, de quâ nunc agimus, pertinet.

Lin. 3. *Si in homine.*] Ità restitui ex vetustissimis & optimis MSS. 2. Bonon. Reg. Put. aliisque 2. Reg. Tax. 2. Colb. Baluz. In undecim rec. & in editis est, *si homini.*

Lin. 4. *Quis non sentiat.*] Sic reposui ex omnibus MSS. & vet. editis. Rom. Gymnic. Graph. In undecim recentioribus editis legitur, *sentit.* Prior lectio Lactantiana recta est.

Lin. 10. *Quem.*] Ità rescribendum est, teste Heumanno ex editionibus 1472. 1478. 1513. & 1515. in aliis legitur *quoniam*, quod minùs bene videtur.

Lin. 15. *Philosophorum.*] Scilicet Leucippi & Democriti, quos sequutus est Epicurus, atque Lucretii qui sequutus est Epicurum.

Lin. 17. *Insecabilibus, &c.*] Scilicet, atomis.

Lin. 18. *Nascantur & nata sint.*] Sic, idque optimè MSS. Bov. atque editiones 1472. 1476. 1478.

Lin. 19. *Quæ ad ipsum mundum pertinentia.*] Ità cum omnibus ferè editis, MSS. 2. Bonon. Regio-Put. Tax. Ultr. Em. Clarom. à primâ manu. At Erasmus in MSS. codice à se viso legit, *ad ipsum mundum pertinentia*, deleto *quæ*. In sex verò Colbertinis, Marm. Brun. ac in editis tribus deest *pertinentia.*

CAPUT III.

De conditione pecudum & hominis.

QUERUNTUR, hominem nimis imbecillum & fragilem nasci, quàm cætera animalia nascuntur; quæ ut sunt edita ex utero, protinùs in

Lin. 1. *Queruntur hominem nimis imbecillum & fragilem nasci.*] Scilicet Lucret. 5. sub initium, Plin. præfat. 7. immeritò tamen & satuè, ut ait Aristoteles 4. de part. cap. 10. Senec. 4. de Benef. cap. 18. Gal. 2. cap. 2. [& seqq. Plutarch. de Fortunâ, Basil. Homil. 10. in Hexameron. Gregor. Nyss. de hominis Opificio. *Isaus.*

Ibidem. *Nimis imbecillum... quàm cætera animalia.*] Id est, præ cæteris animalibus,

pedes ſuos erigi, & geſtire diſcurſibus, ſtatimque aëri tolerando idonea eſſe, quòd in lucem naturalibus indumentis munita proceſſerint: hominem contrà, nudum, & inermem, tanquàm ex naufragio in hujus vitæ miſerias projici & expelli; qui neque movere ſe loco, ubi effuſus eſt, poſſit, nec alimentum lactis appetere, nec injuriam temporis ferre; itaque naturam, non matrem eſſe humani generis, ſed novercam, quæ cum mutis tam liberaliter ſe geſſerit, hominem verò ſic effuderit, ut inops, & infirmus, & omni auxilio indigens, nihil aliud poſſit, quàm fragilitatis ſuæ conditionem ploratu ac fletibus ſuis ominari: ſcilicèt,

Cui tantùm in vitâ reſtet tranſire malorum. *Lucret. 5. de Nat. rer.*

Quæ cùm dicunt, vehementer ſapere creduntur, propterea quòd unuſquiſque inconſideratè ſuæ conditioni ingratus eſt: ego verò illos nunquam tam deſipere contendo, quàm cùm hæc loquuntur. Conſiderans enim conditionem rerum, intelligo nihil fieri aliter debuiſſe, ut non dicam, potuiſſe, quia Deus poteſt omnia; ſed neceſſe eſt, ut providentiſſima illa majeſtas id effecerit, quod erat melius & rectius.

Libet igitur interrogare iſtos divinorum operum reprehenſores, quid in homine deeſſe, quia imbecillior naſcitur, credant? Num idcircò minùs educentur homines? num minùs ad ſummum robur ætatis provehantur; num imbecillitas aut incrementum impediat, aut ſalutem? quoniam quæ deſunt, ratio dependit. At hominis, inquiunt, educatio maximis laboribus conſtat: pecudum ſcilicèt conditio melior, quòd hæ omnes, cùm fœtum ediderint, non niſi paſtûs ſui curam gerunt; ex quo efficitur, ut uberibus ſuâ ſponte diſtentis, alimentum lactis fœtibus miniſtretur, & id cogente naturâ, ſine matrum ſollicitudine appetant. Quid aves, quarum ratio diverſa eſt, nonne maximos ſuſcipiunt in

formâ loquendi inuſitatâ, quam vix apud ullum Autorem reperies.

Lin. 2. *Hominem contrà, nudum, &c.*] Tertullianus de Carne Chriſti: *Horres utique infantem cum ſuis impedimentis profuſum & oblitum.* Seneca ad Marciam: *Quid eſt homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, & ſuâpte naturâ inerme.* Pricæus.

Lin. 7. *Tam liberaliter ſe geſſerit.*] Abeſt *ſe* à MSS. 7. Reg. 6. Colbert. Clarom. Chriſt. Merton. & editis Rom. 1470. & Graph.

Lin. 9. *Suis.*] Abeſt à MSS. teſte Heuman. Abeſt etiam à MS. Bov. quod rectius videtur.

Lin. 13. *Nunquam tam deſipere.*] Sic reſtitui ex MSS. 4. Reg. Bonon. Cauc. 2. Colb. bonæ notæ, Baluz. Eaque (ut opinior) genuina eſt Lactantii lectio, qui non uno in loco voculâ *tam* utitur cum verbo. Sic Divinar. Inſtitut. lib. 1. cap. 7. *Tam non multùm à mutis animalibus differentes.*

Lin. 14. *Debuiſſe.*] Poſt hanc vocem, expunxi *quàm factum eſt*, ut gloſſema inutile, quod abeſt à melioribus MSS. 14. & à vet. editis Rom. Graph. & Cellar.

Lin. 16. *Ut providentiſſima illa majeſtas.*] Sic repoſui ex decem antiquioribus & potioribus MSS. In Pen. eſt *prudentiſſima*; in 7. eſt *quod illa*, quæ voces in 5. deſunt.

Lin. 19. *Provehantur.*] In MS. Bov. *provehentur.*

Lin. 21. *Dependit.*] Ità MSS. 5. Reg. Goth. Torneſ. Colomeſ. Balliol. Em. Cant. 4. Colb. Lipſ. Clarom. Brun. & edit. Rom. 1470. Crat. in marg. & Graph. id eſt, *rependit*, quod eſt in Regio-Put. ſeu *compenſat*, ut in edit. Betul. In 3. Reg. 2. Colb. Baluz. & in novem vulgatis *deprehendit*, vitiosè; *reprehendit*, adhuc pejùs in Marm.

Lin. 23. *Gerunt.*] In MS. Bov. *Gerant.*

Lin. 25. *Sine matrum ſollicitudine.*] Sic legunt MSS. Regio-Put. 2. al. Reg. Bonon. 2. Colb. Eraſm. Baluz. Cauc. Lipſ. & cuncti ferè editi. Abeſt *matrum* à decem MSS. rec. & edit. Rom. 1470.

educando labores? ut interdùm aliquid humanæ intelligentiæ habere videantur: nidos enim, aut luto ædificant, aut virgultis & frondibus conſtruunt; & ciborum expertes incubant ovis; & quoniam fœtus de ſuis corporibus alere datum non eſt, cibos convehunt, & totos dies in hujuſmodi diſcurſatione conſumunt, noctibus verò defendunt, fovent, protegunt. Quid ampliùs facere homines poſſunt? niſi hoc ſolum fortaſſe, quòd non expellunt adultos, ſed perpetuâ neceſſitudine ac vinculo caritatis adjunctos habent. Quid, quòd avium fœtus multo fragilior eſt, quàm hominis: quia non materno corpore ipſum animal edunt; ſed quod materni corporis fotu & calore tepefactum, animal efficiat, quod tamen cùm ſpiritu fuerit animatum, id verò implume ac tenerum, non modò volandi, ſed ambulandi quoque uſu caret. Non ergò ineptiſſimus ſit, ſi quis putet malè cum volucribus egiſſe naturam, primùm quòd bis naſcuntur; deindè, quòd tam infirmæ, ut ſint quæſitis per laborem cibis à parentibus nutriendæ. Sed illi fortiora eligunt, imbecilliora prætereunt.

Quæro igitur ab iis, qui conditionem pecudum ſuæ præferunt, quid eligant, ſi Deus his deferat optionem; utrùm malint humanam ſapientiam cum imbecillitate, an pecudum firmitatem cum illarum naturâ? Scilicèt non tam pecudes ſunt, ut non malint vel fragiliorem multò, quàm nunc eſt, dummodò humanam, quàm illam irrationabilem firmitatem. Sed videlicèt prudentes viri, neque hominis rationem volunt cum fragilitate, neque mutorum firmitatem ſine ratione. Quod nihil eſt tam repugnans, tamque contrarium, quòd unumquodque animal, aut ratio inſtruat neceſſe eſt, aut conditio naturæ. Si naturalibus munimen-

Lin. 3. *Et ciborum.*] In MS. Bov. *Etiam ciborum.*

Lin. 5. *Diſcurſatione.*] Ità repoſui ex omnibus ferè MSS. codicibus & vet. editis Rom. Gymn. Graph. Torneſ. Betul. necnon Cellar. & Walch. Et rectè, ut puto. Vide infrà ad finem hujuſce Capitis, *avium per aërem libera diſcurſatio.* In MS. 1. Colb. rec. & 9. editis eſt *diſcurſione*; in 1. Reg. *conlatione.*

Lin. 9. *Quia non materno corpore.*] Hæc duo extrema vocabula abſunt à MSS. 1. Bon. Cauc. & vulgatis quinque: extant autem in cæteris maximo numero, tum MSS. tum editis.

Lin. 10. *Fotu.*] In quibuſdam rec. MSS. & vulgatis eſt *fœtu*, corruptè.

Lin. 11. *Id verò implume ac tenerum.*] Hæc verba Gloſſema videntur Heumanno; ac rectè.

Lin. 12. *Non ergò.*] Ità MSS. 5. Reg. 4. Colbert. Baluz. Marm. Clarom. Lipſ. Brun. Bov. edit. Rom. 1470. 1474. Graph. Cellar. Walch. In 1. Colb. rec. & novem editis eſt *Num ergò.*

Lin. 14. *Tam infirmæ.*] Adde *Naſcuntur.*

Lin. 17. *Igitur.*] In MS. Bov. *ergò*; ac ferè ſemper, ubi in editis eſt *igitur*, MS. Bov. legit *ergò.*

Lin. 18. *Utrùm malint humanam ſapientiam.*] Sic veteres editi & MSS. præter 1. Bonon. & 1. Colb. ac rec. edit. quibus eſt *humanamne ſapientiam.*

Lin. 19. *Cum illarum naturâ.*] Irrationali ſcilicèt. In MSS. 6. rec. & edit. 2. Rom. eſt *illorum*; in 1. Colb. *eorum.* Expunxi ſpuria quatuor vocabula, *Quid optant, quid eligunt?* quæ abſunt à 26. MSS. & à vet. editis. At extant in uno Bononienſi, & in 5. rec. vulgatis.

Lin. 20. *Scilicèt.*] Hîc ſumitur, pro *certè.*

Lin. 21. *Quàm illam.*] In MS. Bov. *quàm vel illam.*

Lin. 23. *Quòd.*] Ità omnes MSS. & antiquiores editi. Rectiùs forſan *quo*, ut in editis Graph. & Crat. Plerique editi, *Quare.*

Lin. 24. *Quod unumquodque animal.*] MSS. 5. rec. & edd. 2. rec. *ſed unumquodque animal.* MSS. 2. rec. Colb. *ut.*

Lin. 25. *Si.*] In MS. Bov. *Etſi.*

Digitized by Google

tis instruatur, supervacua ratio est. Quid enim excogitabit? quid faciet? aut quid molietur? aut in quo lumen illud ingenii ostendet, cùm ea, quæ possunt esse rationis, ultrò natura concedat? Si autem ratione sit præditum, quid opus erit sepimentis corporis? cùm semel concessa ratio naturæ munus possit implere: quæ quidem tantùm valet ad ornandum tuendumque hominem, ut nihil potuerit majus ac melius à Deo dari. Denique cùm & corporis non magni homo, & exiguarum virium, & valetudinis sit infirmæ, tamen quoniam id, quod est majus accepit, & instructior est cæteris animalibus, & ornatior. Nam cùm fragilis imbecillisque nascatur, tamen & à mutis omnibus tutus est, & ea omnia, quæ firmiora nascuntur, etiamsi vim cœli fortiter patiuntur, ab homine tamen tuta esse non possunt. Ita fit, ut plus homini conferat ratio, quàm natura mutis; quoniam in illis, neque magnitudo virium, neque firmitas corporis efficere potest, quominùs aut opprimantur à nobis, aut nostræ subjecta sint potestati.

Potestne igitur aliquis, cùm videat etiam boves lucas, aut equos, cum immanissimis etiam corporibus ac viribus servire homini, queri de opifice rerum Deo, quòd modicas vires, quòd parvum corpus acceperit? nec beneficia in se divina pro merito æstimat, quod est ingrati, aut (ut veriùs loquamur) insani. Plato, ut hos, credo, ingratos refelleret, naturæ gratias egit, quòd homo natus esset. Quod & ipsum quale sit, non est hujus materiæ ponderare. Quantò meliùs, & saniùs, qui sentit conditionem hominis esse meliorem, quàm isti, qui se pecudes natos esse maluerunt. Quos si Deus in ea fortè converterit animalia, quorum sortem præferunt suæ, jam profectò cupiant remigrare, magnisque clamoribus conditionem pristinam flagitent; quia non est tanti robur ac firmitas corporis, ut officio linguæ careas, aut

Lin. 16. *Boves lucas.*] Sic MSS. 1. Bonon. antiq. Reg. Put. & 2. alii Reg. 2. Vatic. Cauc. 1. Colb. Ultr. Pen. Nav. Vict. Goth. Gat. Em. Brun. Clarom. à 1ª. manu, edit. Antverp. 1570. Tornes. Soubron. 2. Paris. Spark. Cellar. Vera lectio, quæ placuit Cujacio & Petro Ciaconio. Et ità legitur semel & iterùm apud Lucretium lib. 5. paulò antè finem, qui ab Autore nostro confutatur. Elephantes autem vocantur *boves luca*, eò quòd primùm in Lucaniâ fuissent visi, teste Varrone de LL. lib. 6. *Luca bos*, *elephas*. Quod alii non intelligentes, *lucas* mutarunt, in *vaccas* ut factum est in 3. Reg. 3. Vatic. 3. Colbert. 1. Sorbon. 1. Clarom. à secundâ manu, in ed. Rom. 1468. 1470. Ald. Paris. 1525. Crat. Fasitel. Thomas. In 1. Vatic. est *Lucanos*; in 1. al. Vatic. & 1. Colb. *lucos*; in Lips. *lupos*; in Cant. Tornes. Marm. *equos*; in 5. rec. *equos*, *lupos*, *vaccas*. Sed quæ horum omnium immanissima corpora? aut quandò serviunt lupi? Ità Lucret.

Inde boves lucas turrito corpore tetros
Anguimanos belli docuerant volucra Pœni.

Lin. 17. *Etiam.*] Addidi ex MS. Bov.

Lin. 19. *Acceperit.*] Ità restitui ex veteribus editis & omnibus MSS. præter Reg. rec. in quo est *accepit*.

Lin. 20. *Plato.*] Quem ob hoc ipsum exagitat Lactantius lib. 3. cap. 19. contenditque *nunquam quidquam dictum esse in rebus humanis delirius*.

Ibidem. *Plato.*] In quinque MSS. rec. & nonnullis editis præmittitur *Melius igitur*, quod mox sequitur; & desideratur in cæteris MSS. & vetustior. editis cum Cellar. & Walch.

Lin. 21. *Quod &*, usque ad *ponderare.*] Hæc desunt in MS. Bov.

Lin. 23. *Sentit.*] MS. Bov. *sensit*, & ità etiam Heumannus.

Lin. 24. *Maluerunt.*] Ità omnes MSS. & vet. editi. In vulgatis octo est *maluerint*.

Lin. 25. *Cupiant.*] MS. Bov. *cupient*.

Digitized by Google

avium per aërem libera discursatio, ut manibus indigeas: plus enim manus præstant, quàm levitas ususque pennarum, plus lingua, quàm totius corporis fortitudo. Quæ igitur amentia est, ea præferre, quæ, si data sint, accipere detrectes?

www.libtool.com.cn

CAPUT IV.

De imbecillitate hominis.

IDEM queruntur, hominem morbis & immaturæ morti esse subjectum. Indignantur videlicèt, non deos se esse natos. Minimè, inquiunt: sed ex hoc ostendimus, hominem nullâ providentiâ esse factum, quòd aliter fieri debuit. Quid si ostendero, id ipsum magnâ ratione provisum esse, ut morbis vexari posset, & vita sæpè in medio cursûs sui spatio rumperetur? Cùm enim Deus animal, quod fecerat, suâ sponte ad mortem transire cognovisset, ut mortem ipsam, quæ est dissolutio naturæ, capere posset, dedit ei fragilitatem, quæ morti aditum ad dissolvendum animal inveniret. Nam si ejus roboris fieret, ut ad eum morbus & ægritudo adire non posset, ne mors quidem posset, quoniam mors sequela morborum est. Immatura verò mors quomodò abesset ab eo, cui esset constituta matura? Nempè nullum hominem mori volunt, nisi cùm centesimum ætatis compleverit annum. Quomodò illis in tantâ repugnantiâ rerum ratio poterit constare? Ut enim ante annos centum mori quisque non possit, aliquid illi roboris, quod sit immortale, tribuendum est. Quo concesso, necesse est conditionem mortis excludi. Id autem ipsum cujusmodi potest esse, quod hominem contra morbos & ictus extraneos solidum atque inexpugnabilem faciat? Cùm enim constet ex ossibus, & nervis, & visceribus, & sanguine, quid horum potest esse tam firmum, ut fragilitatem repellat ac mortem? Ut igitur homo indissolubilis sit ante id tempus, quod illi putant oportuisse constitui, ex quâ ei materiâ corpus attribuent? Fragilia sunt omnia, quæ videri, ac tangi possunt. Superest, ut aliquid ex cœlo petant, quoniam in terrâ nihil est, quod non sit infirmum.

Cùm ergò homo sic formandus esset à Deo, ut mortalis esset aliquandò, res ipsa exigebat, ut terreno & fragili corpore fingeretur. Necesse est

Lin. 1. *Hominem morbis subjectum.*] In 8. MSS. *homines mortis subjectos.*

Lin. 4. *Quid si ostendero.*] MSS. 2. Reg. 2. Colb. & Brun. *Quid si ostendo.*

Lin. 5. *Vita sæpè in medio.*] MS. Bov. *vita sua in medio.*

Lin. 9. *Ad.*] Deest in Bov.

Lin. 12. *Matura.*] Ità MSS. Tornes. Erasm. Cauc. cum editis Graph. Crat. Betul. Thomas. & Spark. Quæ lectio optimè refertur ad illud, *immatura mors*, quod proximè præcedit. In 21. MSS. & 5. excusis *natura*, corruptè. Hæc vox deest in tribus Oxonienſibus.

Lin. 20. *Quid horum.*] Sic reposuimus ex omnibus MSS. & vulgatis, præter Clarom. & edd. tres in quibus est, *quod.*

Lin. 25. *Aliquandò.*] Post *aliquandò*, MSS. 2. Bouon. Tax. Bodl. 2. Reg. rec. 2. Colb. Clarom. in marg. & edit. 1472. 1478. & 1497. Trid. Florent. & Is. addunt, *& per se ipsum mobilis semper*, quæ in cæteris desunt, quæ verba sunt glossema.

Digitized by Google

est igitur, ut mortem recipiat quandòlibet, quoniam corporalis est; corpus enim quodlibet solubile atque mortale est. Stultissimi ergò, qui de morte immaturâ queruntur; quoniam naturæ conditio locum illi facit. Ita consequens erit, ut morbis quoque subjectus sit; neque enim patitur natura, ut abesse possit infirmitas ab eo corpore, quod aliquandò solvendum est. Sed putemus fieri posse, quemadmodùm volunt, ut homo non eâ conditione nascatur, quâ morbo morti-ve subjectus sit, nisi peracto ætatis suæ spatio, ad ultimam processerit senectutem. Non igitur vident, si ita sit constitutum, quid sequatur, omni utique cœtero tempore mori nullo modo posse: sed, si prohiberi ab altero victu potest, mori poterit; res igitur exigit, ut homini, qui ante certum diem mori non potest, ciborum alimentis, quia subtrahi possunt, opus non sit. Si opus cibo non erit, jam non homo ille, sed Deus fiet. Ergò (ut superiùs dixi) qui de fragilitate hominis queruntur, id potissimùm queruntur, quòd non immortales & sempiterni sint nati. Nemo, nisi senex, mori debet. Nempe ideò mori debet, quia Deus non est. Atqui mortalitas non potest cum immortalitate conjungi. Si enim mortalis est in senectute, immortalis esse in adolescentiâ non potest; nec est ab eo conditio mortis aliena, qui quandòque moriturus est; nec ulla immortalitas est, cui sit terminus constitutus. Ita fit, ut & immortalitas excluſa in perpetuum, & ad tempus recepta mortalitas, hominem constituat in eâ conditione, ut sit in quâlibet ætate mortalis.

Quadrat igitur necessitas undique, nec debuisse aliter fieri, nec fas fuisse. Sed isti rationem sequentium non vident, quia semel erraverunt in ipsâ summâ. Exclusâ enim de rebus humanis divinâ providentiâ,

Lin. 2. *Stultissimi ergò.*] Ità cum vetustioribus editis & Cellar. omnes MSS. præter 2. rec. & al. edit. in quibus additur *sunt*.

Lin. 5. *Quod aliquandò solvendum est.*] Sic restituimus ex MSS. 5. Reg. 3. Colb. Marm. Lipsi. Goth. Em. Cant. Clarom. & vetustioribus editis ac Cellar. in Walch. *sit*; accedentibus & saventibus 1. Reg. Vict. Nav. 1. Colb. Brun. in quibus est *quod aliquandò resolvendum est*; & respuunt, *idcircò non solidum firmumque natum est ut*, quod interjiciunt MSS. 2. Colb. 1. Sorbon. Clarom. in marg. multique editi inter hæc duo verba *quod aliquandò*.

Lin. 9. *Omni utique cætero tempore mori nullo modo posse.*] Ità emendavimus ex MSS. Regio-Put. aliisque 2. Reg. 2. Colbert. Goth. Brun. saventibus MSS. 3. al. Reg. 2. Colbert. Ultr. Em. Marm. in quibus est *omni*. Pen. & Clarom. *cætero*: sed in posteriore est *homini*, ut in 2. Colbert. & Baluz. In 7. MSS. est *certo*, corruptè. In 2. Bonon. Tax. & Lipsi. & in pravioribus vulgatis est, *hominem utique certo tempore mori nullo modo posse*; in Cauc. & 7. excusis, *hominem utique nisi certo tempore*. Vide seq.

Lin. 10. *Si prohiberi ab altero victu potest.*] Præter MS. Torn. & 7. edit. rec. in quibus est *altore*; scripti & edd. omnes habent *altero*. Sic etiam Betulei codex. Optima & genuina lectio. *Altero* enim non refertur ad τὸ *victu*, ut quidam putaverunt. Id est, si alter impedimento sit, quominùs victu utatur, aut alimenta subtraxerit. Et sic infrà loquitur Lactantius.

Lin. 13. *Fiet.*] Omnium MSS. est ac editorum, præter Thomas. Thys. Gal. Spark. in quibus est *fiat*.

Lin. 14. *Qui de fragilitate hominis queruntur.*] Ità emendavi ex omnibus MSS. & editis præter Gall. qui legit, *homines*.

Lin. 15. *Nemo.*] MSS. sex rec. totidemque editi addunt *enim*, quod cæteris deest. Objectio est ex adversariorum querelis nata, cui Lactantius subindè respondet.

Lin. 16. *Nempe*, usque ad *non est.*] Desunt in MS. Bov.

Lin. 23. *Fieri.*] Hoc verbum, quod est in omnibus editis præter Cellar. & in 2. MSS. Regiis, desideratur in cæteris.

Digitized by Google

necessariò sequebatur, ut omnia suâ sponte sint nata. Hinc invenerunt illas minutorum seminum plagas, & concursiones fortuitas, quia rerum originem non videbant. In quas se angustias cùm conjecissent, jam cogebat eos necessitas existimare, animas cum corporibus nasci, & item cum corporibus extingui. Assumpserant enim nihil fieri mente divinâ. Quod ipsum non aliter probare poterant, quàm si ostenderent esse aliqua, in quibus videretur providentiæ ratio claudicare. Reprehenderunt igitur ea, in quibus vel maximè divinitatem suam providentia mirabiliter expressit, ut illa, quæ retuli de morbis & immaturâ morte, cùm debuerint cogitare, his assumptis, quid necessariò sequeretur, (sequuntur autem illa, quæ dixi) si morbum non reciperet, neque tectis, neque vestibus indigeret. Quid enim ventos, aut imbres, aut frigora metueret, quorum vis in eo est, ut morbos afferant? Idcircò enim accepit sapientiam, ut adversùs nocentia fragilitatem suam muniat. Sequatur necesse est, ut quoniam retinendæ rationis causâ morbos capit, etiam mortem semper accipiat; quia is ad quem mors non venit, firmus sit necesse est: infirmitas autem habet in se mortis conditionem; firmitas verò ubi fuerit, nec senectus locum potest habere, nec mors, quæ sequitur senectutem.

Prætereà, si mors certæ constituta esset ætati, fieret homo insolentissimus, & humanitate omni careret. Nam ferè jura omnia humanitatis, quibus inter nos cohæremus, ex metu, & conscientiâ fragilitatis oriuntur. Denique imbecilliora, & timidiora quæque animalia congregantur, ut quoniam viribus tueri se nequeunt, multitudine tueantur: fortiora verò solitudines appetunt, quoniam robore viribusque confidunt. Homo quoque si eodem modo haberet ad propulsanda pericula suppetens

Lin. 2. *Minutorum seminum.*] Francius suspicatur legendum esse *segminum*; id est atomorum, de quibus lib. 3. Divin. Institut. cap. 17. & lib. de Irâ Dei cap. 10.

Lin. 8. *Divinitatem suam providentia.*] Haud secùs legitur in MSS. 5. Reg. vetustioribus, Cauc. 5. Colb. Ultr. Em. Cantab. Christ. Merton. Marm. Brun. Clarom. à primâ manu, & in cunctis fermè editis. At 2. Bonon. 6. alii, & 3. edit. rec. habent *divinitas suam providentiam.* Utraque lectio bona. Nobis firmior & verior visa est prior scriptura.

Lin. 9. *Ut illa.*] MS. Bov. *ut ea.*

Lin. 10. *His assumptis, quid necessariò sequeretur.*] Scilicet illa providentia. Hæc est lectio 2. Bononiensium, 2. al. Reg. Tax. 2. Colb. Baluz. in MS. Regio-Put. *quidem necessariò sequeretur*, malè. Nullus enim tunc phrasis integræ nexus. In 4. al. Reg. 4. Colbert. Em. Cantab. Clarom. Brun. & cunctis fermè vulgatis est, *qua necessariò sequerentur.* In editis Ald. & Paris. 1525. *qua necessariò sequentur.*

Lin. 11. *Si morbum non reciperet, neque vestibus indigeret... aut frigora metueret.*] Sic castigavimus ex MSS. Regio-Puteano tribusque aliis Reg. 4. Colb. Goth. Lips. ac vetustioribus editis. Hæc enim referuntur ad hominem de quo suprà, *ut sit in quâlibet ætate mortalis*, & mox infrà *accepit sapientiam... muniat; morbos capit, etiam mortem semper accipiat.* In recentioribus MSS. 2. Reg. 2. Colbert. Clarom. Baluz. & edit. 4. plurativo numero *reciperent, indigerent, metuerent*; vitiosè.

Lin. 14. *Sequatur necesse est.*] Phrasis Lactantiana. Sic emendatum ex MSS. & vetustioribus editis. *Sequitur necessariò*, in vulgaribus libris. *Sed necesse est ut quoniam* in Clar.

Lin. 16. *Ad quem mors non venit.*] Ità emendavimus ex MSS. 5. Reg. 5. Colb. Goth. Lips. Clarom. Em. Cant. Brun. Bov. & vulgatis Rom. 1470. 1474. Parrhas. If. Cellar. Walch. In recentissimis 2. Reg. 1. Colb. Baluz. & rec. edd. *morbus non venit.* V. seq.

Digitized by Google

robur, nec ullius alterius auxilio indigeret, quæ ſocietas eſſet? quæve ratio? quæ humanitas? aut quid eſſet tetrius homine? quid efferacius? quid immanius? Sed quoniam imbecillis eſt, nec per ſe poteſt ſine homine vivere, ſocietatem appetit, ut vita communis & ornatior fiat, & tutior. Vides igitur omnem hominis rationem in eo vel maximè ſtare, quòd nudus fragiliſque naſcitur, quòd morbis afficitur, quòd immaturâ morte multatur. Quæ ſi homini detrahantur, rationem quoque ac ſapientiam detrahi, neceſſe eſt. Sed nimis diù de rebus apertis diſputo, cùm ſit liquidum, nihil ſine providentiâ, nec factum eſſe unquàm, nec fieri potuiſſe. De cujus operibus univerſis, ſi nunc libeat diſputare per ordinem, infinita materia eſt. Sed ego de uno corpore hominis tantùm inſtitui dicere, ut in eo divinæ providentiæ poteſtatem, quanta fuerit, oſtendam his dumtaxat in rebus, quæ ſunt comprehenſibiles & apertæ; nam illa quæ ſunt animæ, nec ſubjici oculis, nec comprehendi queunt. Nunc de ipſo vaſe hominis loquimur, quod videmus.

Lin. 1. *Quave ratio.*] Ità repoſui ex vetuſtioribus editis & MSS. multis, rejectis iis, quæ in recentioribus quinque & in vulgatis novem interſeruntur, *qua reverentia inter ſe? quis ordò?* At in MS. Bov. *qua ſocietas eſſet, qua reverentia, quave ratio, &c.*

Lin. 2. *Quid eſſet tetrius homine.*] Sic 23. MSS. & 6. editi; & apud Ciceronem lib. 2. Officior. n. 77. & lib. 3. n. 36. In cæteris vulgatis & ſeptem MSS. rec. legitur *deterius homine.* Sic infrà in fine capitis 5. *horribile atque tetrum.*

Lin. 3. *Sine homine.*] Supple, *altero aliquo.* Francius.

Lin. 15. *Loquimur, quod videmus.*] Ità reſtitui ex vetuſtioribus tum editis, tum MSS. 4. Reg. 2. Bonon. Tax. Pen. Cauc. Goth. 4. Colb. Baluz. Em. Cant. Brun. At in rec. 2. Reg. 2. Colbert. Claromont. & rec. excuſis eſt; *loquuntur.* Thomaſiana editio *loquamur.*

CAPUT V.

De figuris animalium & membris.

IN principio, cùm Deus fingeret animalia, noluit ea in rotundam formæ ſpeciem conglobare atque colligere, ut & moveri ad ambulandum, & flectere ſe in quamlibet partem facilè poſſent: ſed ex ipsâ corporis ſummâ produxit caput; item produxit membra quædam longiùs, quæ vocantur pedes, ut alternis motibus ſolo fixa producerent animal, quò mens tuliſſet, aut quò petendi cibi neceſſitas provocaſſet. Ex ipſo autem vaſculo corporis quatuor fecit extantia: bina poſteriùs, quæ ſunt in omnibus pedes; item bina capiti & collo proxima, quæ varios animantibus uſus præbent. In pecudibus enim ac feris ſunt poſterioribus pe-

Lin. 5. *Producerent animal.*] Sic repoſui ex vetuſtioribus editis & omnibus MSS. codicibus, uno dempto recentiſſimo Colbertino, in quo, ſicut & in vulgatis, eſt *perducerent:* quod idem eſt. Eodem ſenſu *producere*, pro *perducere*, apud Terentium. Nec dubito, quin hæc genuina ſit Lactantii lectio. Eodem ſenſu *producere*, apud Columellam. Quis enim librarius in *producerent*, commutaſſet *perducerent*, vocem omnibus notam.

Lin. 9. *Enim ac feris.*] Deſunt hæc in MS. Bov.

Digitized by Google

des ſimiles, in homine autem manus; quæ non ſunt ad ambulandum; ſed ad faciendum temperandumque ſunt natæ. Eſt & tertium genus, in quo priora illa, neque pedes, neque manus ſunt, ſed alæ, in quibus pennæ per ordinem fixæ volandi exhibent uſum. Ità una fictio diverſas ſpecies & uſus habet. Atque ut ipſam corporis craſſitudinem firmiter comprehenderet, majoribus & brevibus oſſibus invicem colligatis, quaſi carinam compegit, quam nos ſpinam dicimus, eamque noluit ex uno perpetuoque oſſe formare, ne gradiendi flectendique ſe facultatem animal non haberet. Ex ejus parte quaſi mediâ coſtas, id eſt tranſverſa & plana oſſa porrexit in diverſum, quibus clementer curvatis, & in ſe velut in circulum penè conductis, interna viſcera contegantur, ut ea, quæ mollia & minùs valida fieri opus erat, illius ſolidæ cratis amplexu poſſent eſſe munita. In ſummâ verò conſtructionis ejus, quam ſimilem navis carinæ diximus, caput collocavit, in quo eſſet regimen totius animantis; datumque illi hoc nomen eſt, ut quidem Varro ad Ciceronem ſcribit, quòd hinc capiant initium ſenſus ac nervi.

Ovid.

Virgil.

Ea verò, quæ diximus de corpore, vel ambulandi, vel faciendi, vel volandi causâ eſſe producta, neque nimiùm longis, propter celerem mobilitatem, neque nimiùm brevibus, propter firmitatem, ſed & paucis, & magnis oſſibus conſtare voluit. Aut enim bina ſunt, ut in homine; aut quaterna, ut in quadrupede: quæ tamen non fecit ſolida, ne in gradiendo pigritia & gravitas retardaret, ſed cavata, & ad vigorem corporis conſervandum medullis intrinſecùs plena; eaque rursùs non æqualiter porrecta finivit: ſed ſummas eorum partes craſſioribus nodis conglobavit, ut & ſubſtringi nervis faciliùs, & verti tutiùs poſſent, undè ſunt vertibula nominata. Eos nodos firmiter ſolidatos leni quodam operculo texit, quod dicitur cartilago; ſcilicet, ut ſine attritu, & ſine ſenſu doloris aliquo flecterentur. Eoſdem tamen non in unum modum informavit: alios enim fecit ſimplices, & in orbem rotundos, in iis

Lin. 2. *Sed ad faciendum temperandumque.*] Vera, ut cum Cellario opinor, Lactantii lectio, quæ eſt Manuſcriptorum 4. Reg. Cauc. Goth. 3. Colb. Nav. Vict. Ult. Lipſ. 1. Brun. acedd. Rom. 1470. 1474. & Betul. cum MSS. 1. Colb. & Marm. in quibus eſt *temperandumque*, omiſſis *ſed ad faciendum*. Ed. Rom. 1468. habet *reparandumque*, pro *temperandumque*; quod verbum non intelligentes plures librarii, ei ſubſtituerunt *tenendumque*, ut 2. Bon. 2. Reg. 2. Colb. Tax. Bold. 1. Sorb. Clar. Baluz. 1. Brun. quod idem eſt. Sed quid ſibi volunt cæteri editi complures, in quibus eſt, *ſed ad faciendum operandumque*; quaſi facere, non idem ſit ac operari.

Lin. 6. *Majoribus & brevibus oſſibus.*] MSS. Brun. & edit. Betul. *majoribus & breviori-bus oſſibus.*

Lin. 12. *Mollia.*] MSS. 1. Bonon. 2. Reg. 2. Colbert. Baluz. *molliora.* Cæteri cum omnibus editis, ut in textu noſtro.

Lin. 18. *Vel faciendi.*] Additum ex cunctis MSS. & 14. editis: deeſt verò in Thyſ. & Gall.

Lin. 20. *Et paucis.*] Similiter additum ex 14. excuſis & omnibus MSS. dempto uno, Colbertino, cui eſt *& parvis.* Deſideratur in edd. Thyſ. & Gall.

Lin. 25. *Finivit.*] In MS. Bov. *finirent.*

Lin. 30. *Informavit.*] Reſtitui ex vetuſtioribus editis cunctiſque MSS. demptis 2. Colb. rec. in quibus eſt *reformavit*, & uno Reg. item rec. in quo, ſicut & in vulgatis rec. eſt *formavit*, quod idem eſt. Sæpè enim Lactantius

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

dumtaxat articulis, in quibus moveri membra in omnes partes oportebat, ut in ſcapulis; quoniam manus utrolibet agitari, & contorqueri neceſſarium eſt: alios autem latos, & æquales, & in unam partem rotundos, & in his utique locis, ubi tantummodò curvari membra oportebat, ut in genibus, & in cubitis, & in manibus ipſis. Nam ſicut manus ex eo loco, undè oriuntur, ubique versùs moveri, ſpecioſum ſimul & utile fuit: ſic profectò, ſi hoc idem etiam cubitis accideret, & ſupervacuus eſſet ejuſmodi motus, & turpis.

Jam enim manus amiſsâ dignitate, quam nunc habet, mobilitate nimiâ proboſcidi ſimilis videretur, eſſetque homo planè anguimanus: quod genus in illâ immaniſſimâ belluâ mirabiliter effectum eſt. Deus enim, qui providentiam & poteſtatem ſuam multarum rerum mirabili varietate voluit oſtendere, quoniam caput ejus animalis non tam longè porrexerat, ut terram poſſet ore contingere, quod erat futurum horribile atque tetrum, & quia os ipſum profuſis dentibus ſic armaverat, ut etiamſi contingeret, paſcendi tamen facultatem dentes adimerent; produxit inter eos à ſummâ fronte molle ac flexibile membrum, quo prendere, quo tenere quodlibet poſſet, ne rationem victûs capiendi, vel dentium prominens magnitudo, vel cervicis brevitas impediret. *Lucret. lib. 2.*

verba compoſita uſurpat pro ſimplicibus, & ſimplicia pro compoſitis: quæ recentiores emendare volentes perperàm immutarunt.

Lin. 6. *Ex eo loco, unde oriuntur, ubique, &c.*] Sic repoſui ex vetuſtioribus editis & quamplurimis MSS. Quinque alii & vulgati rec. *eo* omittunt, & poſt *oriuntur* addunt, *à corpore*; quod ſuperfluum.

Lin. 10. *Proboſcidi ſimilis videretur.*] Proboſcis manus eſt elephantis, quâ obvia quæque ſibi objecta ſubmovere dicitur: quæ cum ſerpentis inſtar flexilis ſit, ab hâc elephantum anguimanum dixit Lucret. lib. 2. & 5. De eàdem Cicero 2. de Nat. Deor. & Ariſtot. lib. 2. de Partib. anim. cap. 16. Iſidorus lib. 12. cap. 2. Roſtrum elephanti promuſcis dicitur, quo ille pabulum ori admovet, & eſt angui ſimilis. *Rittershuſius.* MSS. ſeptem habent *proboſcidis ſimilis*; octo cum ed. Rom. 1470. *promuſcidis*; 2. Reg. rec. & Marm. *promoſcidis.*

Ibidem. *Anguimanus.*] Notat Lucretium, qui elephantum *anguimanum* cognominat lib. 2. eò quòd proboſcis, anguium inſtar, in omnes partes circumflectitur.

Lin. 11. *Deus enim, qui.*] Omnium MSS. & editorum eſt hæc lectio, ſi excipias 1. Reg. ac edd. Gall. & Sparк. in quibus eſt *quod.*

Lin. 18. *Ne.*] Sic reſtitui ex 17. MSS. & edd. Betul. & Cellar. In 6. MSS. editiſque multis eſt *ut.*

CAPUT VI.

De Epicuri errore; & de membris eorumque uſu.

NON poſſum hoc loco teneri, quominùs Epicuri ſtultitiam rursùm coarguam; illius enim ſunt omnia, quæ delirat Lucretius: qui, ut oſtenderet animalia non artificio alicujus divinæ mentis, ſed (ut ſolet) fortuitò eſſe nata; dixit, in principio mundi alias quaſdam innumerabiles animantes mirandâ ſpecie & magnitudine fuiſſe natas, ſed eas permanere non potuiſſe, quòd illas aut ſumendi cibi facultas, aut coëundi

Digitized by Google

generandique ratio defeciſſet. Videlicet ut & atomis ſuis locum faceret per infinitum & inane volitantibus, divinam providentiam voluit excludere. Sed cùm videret, in omnibus, quæ ſpirant, mirabilem providentiæ ineſſe rationem, quæ (malum!) vanitas erat, dicere fuiſſe animalia prodigioſa, in quibus naſcendi ratio ceſſaret?

www.libtool.com.cn

Quoniam igitur omnia, quæ videmus, cum ratione nata ſunt, id enim ipſum naſci, efficere niſi ratio non poteſt, manifeſtum eſt, nihil omninò rationis expers potuiſſe generari. Antè enim proviſum eſt in ſingulis quibuſque fingendis, quatenùs & miniſterio membrorum ad neceſſaria vitæ uteretur, & quatenùs adjugatis corporibus elata ſoboles, univerſas generatim conſervaret animantes. Nam ſi peritus architectus, cùm magnum aliquod ædificium facere conſtituit, primò omnium cogitat, quæ ſumma perfecti ædificii futura ſit, & antè emetitur, quem locum leve pondus expectet, ubi magni operis ſtatura ſit moles, quæ columnarum intervalla, qui, aut ubi aquarum cadentium decurſus & exitus, & receptacula, hæc, inquam, priùs providet, ut quæcumque ſunt perfecto jam operi neceſſaria, cum ipſis fundamentis pariter ordiatur: cur Deum quiſquam putet in machinandis animalibus non antè providiſſe, quæ ad vivendum neceſſaria eſſent, quàm ipſam vitam daret? Quæ utique conſtare non poſſet, niſi priùs effecta eſſent quibus conſtat.

Videbat igitur Epicurus in corporibus animalium divinæ rationis ſolertiam: ſed ut efficeret, quod antè imprudenter aſſumpſerat, adjecit aliud deliramentum ſuperiori congruens. Dixit enim, neque oculos ad

Lin. 2. *Per infinitum & inane volitantibus.*] Hæc abſunt à 15. MSS. & ed. Rom. Extant autem in cæteris editis & MSS. 2. Bonon. 2. Reg. 3. Colb. Sorbon. Cauc. Tax. Pen. Ultr. Baluz.

Lin. 4. *Quæ (malum!) vanitas erat.*] Sic legunt MSS. codices 2. Bon. 2. Reg. Cauc. Eraſm. 1. Colb. Baluz. & typis vulgati Crat. Betul. Antverp. 1570. Torneſ. Soubron. 2. Pariſ. Iſ. Spark. Gall. eaque lectio probatur ab Eraſmo, hanc ſententiam Terentianæ illi ſimilem dicente, *qui, malum! alii.* Malum enim hîc interjectionis vim obtinet. Cæteri MSS. & editi habent, *quod malum vanitatis erat;* vitiosè, ut rectè ſenſit Eraſmus. In Lipſ. *quid malum vanitatis erat;* in 1. Colb. *quod multum vanitatis erat.* Lectio noſtra confirmatur ex autoribus Latinis. Sic Q. Curtius lib. 8. *Quæ, malum! amentia te coegit belli fortunam experiri;* ſic Plautus Menech. v. 242. *Quæ hæc, malum! impudentia eſt?*

Lin. 5. *In quibus naſcendi ratio.*] Malè omiſſa eſt hæc *naſcendi* dictio in MSS. 20. & pluribus vulgatis, quæ legitur in 1. Reg. 1. Bonon. Tax. 1. Colb. Baluz. aliiſque optimis, necnon in editis Thomaſ. Iſ. Thyſ. Gall. Spark.

Ibidem. *Ceſſaret.*] Ità emendavi ex MSS. 1. Bonon. antiq. 1. Colb. Marm. Clarom. Quæ lectio nobis melior viſa eſt, quàm in cæteris *ceſſaſſet.*

Lin. 8. *Antè enim.*] Sic repoſui ex MSS. 2. Bonon. 2. Reg. 4. Colb. multiſque aliis. In ſex ſcriptis totidemque vulgatis eſt *At enim;* in MS. Ultr. *Aut enim;* in 1. Reg. & 1. Colb. *Adeò enim.*

Lin. 14. *Ubi magni operis.*] MS. 1. Bonon. antiq. *oneris.*

Lin. 16. *Priùs providet.*] Sic reſtitui ex MSS. Bonon. 4. Reg. 5. Colb. Marm. Baluz. Brun. edit. Rom. Grat. Cellar. Et meliùs quadrat hæc lectio cum mox ſequentibus *antè providiſſe*, quàm 2. MSS. & 9. edit. *priùs provident.* In 10. editis eſt *priùs pervidet.*

Lin. 18. *In machinandis animalibus.*] *In* præpoſui ex omnibus MSS. & ed. Rom. Gymnic. Walch. Deeſt in vulgatis octo.

Lin. 24. *Dixit enim.*] Hæc ex Lucretio libro 4. De hoc jam loquitur Lactantius libro 3. Divinar. Inſtitut. cap. 3.

Digitized by Google

videndum esse natos, neque aures ad audiendum, neque pedes ad ambulandum, quoniam membra hæc priùs nata sunt, quàm esset usus videndi, & audiendi, & ambulandi: sed horum omnia officia ex natis extitisse. Vereor, ne hujusmodi portenta, & ridicula refutare, non minus ineptum esse videatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus, ne se ille nimis argutum putet. Quid ais, Epicure? Non sunt ad videndum oculi nati? Cur igitur vident? Posteà, inquit, usus eorum apparuit. Videndi ergò causâ nati sunt; siquidem nihil possunt aliud, quàm videre. Item membra cætera, cujus rei causâ nata sunt, ipse usus ostendit: qui utique nullo modo posset existere, nisi essent membra omnia tam ordinatè, tam providenter effecta, ut usum possent habere.

Quid enim, si dicas aves non ad volandum esse natas, neque feras ad sæviendum, neque pisces ad natandum, neque homines ad sapiendum; cùm appareat ei naturæ, officioque servire animantes, ad quod est quæque generata? Sed videlicet qui summam ipsam veritatis amisit, semper erret necesse est. Si enim non providentiâ, sed fortuitis atomorum concursionibus nascuntur omnia, cur nunquam fortuitò accidit, sic coïre illa principia, ut efficerent animal ejusmodi, quod naribus potiùs audiret, odoraretur oculis, auribus cerneret? Si enim primordia nullum genus positionis inexpertum relinquunt, oportuit ejusmodi quotidiè monstra generari, in quibus & membrorum ordo præposterus, & usus longè diversus existeret. Cùm verò universa genera, & universa quoque membra leges suas, & ordines, & usus sibi attributos tueantur, manifestum est, nihil fortuitò esse factum, quoniam divinæ rationis dispositio perpetua servatur. Verùm aliàs refellemus Epicurum; nunc de providentiâ (ut cœpimus) differamus.

Lin. 1. *Neque aures ad audiendum.*] Hæc quæ desunt in ed. Thys. & Gall. restitui ex cæteris excusis & omnibus MSS. Et quidem rectè. Vide paulò pòst., *usus videndi, & audiendi, & ambulandi*, quibus hæc tria membra respondent. In MSS. 1. Sorbon. 2. Colb. & Baluz. pro *neque*, est utrobique *nec.*

Lin. 6. *Non sunt.*] Ità omnes penè MSS. & vulgati. Expunximus *si*, quod præponunt MSS. 1. Bonon. Lips. & rec. 5. editi.

Lin. 9. *Cujus rei causâ nata sunt.*] Ex omnibus MSS. & veteribus editis restitui *sunt.* In vulgatis recentioribus est *sint.*

Lin. 11. *Ordinatè.*] Ità MSS. omnes; at Bov. habet *ordinata.*

Lin. 13. *Feras ad sæviendum.*] Videtur respicere ad Od. Anacr.

Lin. 15. *Ad quod est quæque generata.*] Sic emendavi ex omnibus MSS. & multis editis. In 7. vulgatis rec. legitur, *sunt quæque generata*, sed vitiosè; ad quid enim refertur? *ad feras? ad animantes?*

Lin. 16. *Summam ipsam veritatis.*] *Ipsam* addidi ex editis If. & Cellar. & omnibus MSS. dempto uno Regio rec. in quo, ut & in 10. vulgatis, desideratur.

Lin. 20. *Odoraretur.*] Ità restitui ex MSS. 6. Reg. 1. Bonon. antiq. Cauc. 4. Oxon. 3. Colbert. Em. Clarom. Brun. ac editis Rom. & aliis sex. In MSS. 7. est *aut odoraretur*; in 1. Reg. 3. Colb. Cant. Marm. & in 8. vulgatis est *odoraret.*

Lin. 21. *Inexpertum relinquunt.*] MSS. 2. rec. *expertum.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

CAPUT VII.

De omnibus corporis partibus.

DEUS igitur solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata & adjuncta invicem nervis alligavit atque constrinxit, quibus mens, si excurrere, aut resistere velit, tanquàm retinaculis uteretur; & quidem nullo labore, nulloque conatu: sed vel minimo nutu totius corporis molem temperaret ac flecteret. Hæc autem visceribus operuit, ut quemque locum decebat, ut quæ solida essent, concluſa tegerentur. Item visceribus ipsis venas admiscuit, quasi rivos per corpus omne divisos, per quas discurrens humor, & sanguis, universa membra succis vitalibus irrigaret; & ea viscera, formata in eum modum, qui unicuique generi ac loco aptus fuit, superjectâ pelle contexit, quam vel solâ pulcritudine decoravit, vel setis adoperuit, vel squamis munivit, vel plumis insignibus adornavit. Illud verò commentum Dei mirabile, quòd una dispositio, & unus habitus, innumerabiles imaginis præferat varietates. Nam in omnibus ferè, quæ spirant, eadem series & ordo membrorum est. Primum enim caput, & huic annexa cervix. Item collo pectus adjunctum, & ex eo prominentes armi, adhærens pectori venter. Item ventri subnexa genitalia. Ultimo loco semina, pedesque.

Nec

Lin. 2. *Nervis alligavit, &c.*] Vide Galenum, qui duo nervorum genera esse dicit, & Aristot. lib. 3. de Histor. animalium cap. 5.

Lin. 4. *Vel minimo nutu.*] Ità in MSS. 5. Reg. 4. Colb. Em. Brun. Clarom. cunctisque editis; in nonnullis deest, *vel.* In 7. MSS. est *motu.*

Lin. 5. *Viscera operuit.*] Viscera non intestina magis, quàm quidquid carnium est cute tectum. Sic utitur Ovid. in epist. Pen. *Viscera nostra tuâ dilacerantur ope.* Undè viscerationes, de quibus apud Cic. in Off. ab interpretibus dicitur. *Betul.*

Lin. 6. *Ut quemque locum decebat.*] MSS. 4. rec. & tres editi, *ut quemcumque, &c.*

Ibidem. *Ut qua solida essent, concluſa tegerentur.*] Ità potiores & antiquiores MSS. decem, cum editis quatuor. MSS. decem rec. cum 7. editis ferunt, *utque solida ossa concluſa tegerentur;* tres edit. *tegerent.* MS. Lipſ. *utique solida.*

Lin. 8. *Per quas.*] Sic reposui ex MSS. 2. Bon. 2. Reg. 2. Colbert. Tax. Baluz. Marm. Clarom. à secundâ manu, & editis quinque. Rectè ut puto, referendo ad *venas;* nec malè, *per quos* in decem vulgatis, si referas ad *rivos.* MSS. decem cum edit. Rom. *per qua.*

Lin. 12. *Insignibus.*] Deest in MS. Bov.

Lin. 13. *Imaginis.*] MSS. 7. cum edit. Ib. habent *imaginis.* 1. Colbert. *imagines*, mendosè. Cæteri MSS. & excusi *animantium.* Quid si legas, *innumerabiles imaginum præferat varietates.* In plerisque enim codicibus est *animantium*, fortè pro *imaginum;* & legitur infrà, *multiplex diverſitas figuratorum est.*

Ibidem. *Præferat.*] Ità restitui ex 7. editis omnibusque MSS. dempto uno Regio, in quo, sicut in decem vulgatis, est *perferat;* in 1. Colbert. *proferat.*

Lin. 14. *Eadem series & ordo membrorum est.*] Phrasis est Lactantiana, quæ simili gaudet. Infrà cap. 10. *pedes duo & item manus.* Alius dixisset, *& idem ordo membrorum . . . & duæ item manus.*

Lin. 17. *Subnexa.*] MSS. 2. Bon. *subnixæ.*

Ibidem. *Femina.*] Nullus dubito, quin sic scripserit Lactantius: quis enim *femora*, vocem nulli non notam (quæ novem rec. MSS. & editorum est) mutasset in *femina*, quod est 3. Reg. 2. Bonon. Cauc. Tax. 1. Colb. Baluz. Brun.

Digitized by Google

Nec solùm membra suum tenorem ac situm in omnibus servant, sed etiam partes membrorum. Nam in uno capite ipso certam sedem possident aures, certam oculi, nares item, os quoque, & in eo dentes, & lingua. Quæ omnia cùm sint eadem in omnibus animantibus, tamen infinita & multiplex diversitas figuratorum est; quòd ea quæ dixi, aut productiora, aut contractiora lineamentis variè differentibus comprehensa sunt. Quid, illud nonne divinum, quòd in tantâ viventium multitudine, unumquodque animal in sui genere & specie pulcherrimum est? ut siquid vicissim de altero in alterum transferatur, nihil impeditius ad utilitatem, nihil deformius ad aspectum videri necesse sit: ut si elephanto cervicem prolixam tribuas, aut camelo brevem; vel si serpentibus pedes, aut pilos addas, in quibus porrecti æqualiter corporis longitudo nihil aliud exhibeat, nisi ut maculis terga distincti, & squammarum lævitate suffulti, in lubricos tractus sinuosis flexibus laberentur. In quadrupedibus autem, idem opifex contextum spinæ à summo capite deductum longiùs extra corpus eduxit, & acuminavit in caudam, ut obscœnæ corporis partes, vel propter fœditatem tegerentur, vel propter teneritudinem munirentur, ut animalia quædam minuta & nocentia motu ejus arcerentur à corpore: quod membrum si detrahas, imperfectum sit animal, ac debile. *Ubi* autem ratio, & manus est, tam non est id necessarium, quàm indumentum pilorum: adeò in suo quæque genere aptissimè congruunt, ut neque nudo quadrupede, neque homine tecto excogitari quidquam turpius possit.

Sed tamen cùm ipsa nuditas hominis mirè ad pulcritudinem valeat,

Brun. In Marm. & Clarom. est *femoralia*, corruptè. Vide quoque *feminum* . . . *longitudo* infrà cap. 13. paulò post initium.

Lin. 1. *Solùm.*] At in MS. Bov. *sola*, idque satis aptè.

Lin. 3. *In eo.*] Scitè quamplurimi MSS. vetustioresque editi. In 5. MSS. rec. & editis 10. *in ore*, ingratâ repetitione, siquidem modò præcessit, *os quoque*.

Lin. 5. *Figuratorum.*] Ità ex MSS. 4. Reg. 6. Colbert. 4. Oxon. Goth. Lipsi. Clarom. Em. Cantab. Marm. Brun. vetustioribusque editis reposui; in 2. Reg. & Baluz. multisque vulgatis est *figurarum*.

Lin. 8. *In sui genere & specie.*] Restituimus *sui*, ex vetustioribus editis & MSS. 6. Reg. 5. Colbert. Cauc. Pen. Ultr. & 1. Bon. antiq. in quo est *in sui generis specie*. In 5. rec. & in cunctis fermè vulgatis, *in suo genere & specie*. Deest copula in 3. MSS. & 2. editis.

Lin. 13. *Maculis terga distincti.*] Græcismus est, *distincti* quoad *terga* attinet.

Lin. 19. *Si detrahas.*] Sic reposui ex omnibus MSS. & 5. editis. In undecim vulgatis est, *si detrahes*.

Lin. 21. *In suo quaque genere.*] Ità emendavi ex MSS. Bonon. 4. Regiis, Em. Brun. & edit. Rom. Graph. Betul. Tornes. Soubron. 2. Paris. Is. Cellar. Walch. approbantibus Betuleio & Francio. In cæteris legitur *quoque*.

Lin. 23. *Possit.*] Correxi ex MSS. & omnibus ferè editis. In 5. vulgatis rec. habetur *posset*.

Lin. 24. *Sed tamen cùm.*] Additum *Sed*, ex MSS. 2. Reg. 2. Bonon. Tax. 2. Colbert. Baluz. Clarom. à secundâ manu, & editis quinque. Cæteris deest. *Sed cùm tamen ipsa nuditas hominis, &c.* Hinc fortè, quòd statuæ nudæ Græcis placuerint, quia illi nihil velant. Plin. 34. 5. *Placuere*, inquit, *& nuda, tenentes hastam ab epheborum è gymnasiis exemplaribus, quas Achilleas vocant. Græca res est nihil velare. Romana ac militaris thoracas addere.* Et hanc nuditatem in signo senis æreo à sese empto, Plin. Nepos lib. 3. epist. 6. non excusat solùm, sed & deprædicat, hoc modo: *Est enim nudum, nec aut vitia, si qua sunt, celat, aut laudes parùm ostentat.* Edmund. Figrellius.

Digitized by Google

non tamen etiam capiti congruebat; quanta enim in eo futura deformitas esset, ex calvitio apparet. Texit ergò illud pilo; & quia in summo futurum erat; quasi summum ædificii culmen ornavit: qui ornatus non est in orbem coactus, aut in figuram pilei teres factus, ne quibusdam partibus nudis esset informis, sed alicubi effusus, alicubi retractus pro cujuslibet loci decentiâ. Frons ergò vallata per circuitum, & à temporibus effusi ante aures capilli, & earum summæ partes in coronæ modum cinctæ, & occipitium omne contectum, speciem miri decoris ostentant. Jam barbæ ratio incredibile est quantùm conferat, vel ad dignoscendam corporum maturitatem, vel ad differentiam sexûs, vel ad decorem virilitatis, ac roboris; ut videatur omninò non constatura fuisse totius operis ratio, si quidquam aliter esset effectum.

Lin. 1. *Quanta enim in eo futura deformitas esset, ex calvitio apparet.*] Hæc absunt à MSS. Goth. 3. Colb. Lipsi. Clarom. Brun. Bov. & edit. Rom. & quatuor aliis antiquioribus. Confer Theodoret. Serm. 4. περὶ προνοίας, & Historiam 51. 53. ab Isidoro Peluſiotâ narratam. *Pricæus.* Quod tamen hominis proprium est, nisi innatum sit. Plin. De calvitiei deformitate passim apud autores. Hinc Calvitii laus, ἄδυτον argumentum. Cæterùm de comæ decoro lege cap. XI. epist. prioris ad Corinth. Summam vel in pilis providentiam Dei adparere, vox ipsius Christi testatur, cùm ait, ne pilum quidem capitis sine voluntate Patris cadere. Videndus Theodoretus, magnus ille providentiæ admirator, Sermone de providentiâ Dei 4. pilorum rationem considerans. Posteà loquitur de capillorum usu & ornatu. Deinde multùm agit de calvitiei dedecore.

Lin. 4. *Aut in figuram pilei.*] Sic reposui ex MSS. 4. Reg. 4. Colbert. 4. Oxon. Marm. Brun. multisque editis, in 2. Bonon. 2. Reg. Tax. Erasm. Clarom. Baluz. *pila*, sed vitiosè. In 3. ed. rec. *pili.*

Lin. 5. *Alicubi effusus, alicubi retractus.*] Sic restitui ex 2. veterrimis MSS. 1. Bonon. Cauc. edit. Is. & quibusdam aliis impressis. In cæteris bis *alibi*; in nonnullis *infusus.* Heumannus tamen putat esse legendum *alibi effusus, alibi retractus pro cujuslibet, &c.*

Lin. 6. *Cujuslibet.*] In MS. 1. Bonon. antiq. *cujusque.*

Lin. 11. *Totius operis ratio.*] Genuina lectio petita ex MSS. 2. Bonon. 2. Reg. 4. Colb. Tax. Ultr. Baluz. Brun. In 7. rec. & editis est, *corporis.* Verùm utraque lectio recta videtur.

CAPUT VIII.

De Hominis partibus, oculis & auribus.

NUNC rationem totius hominis ostendam, singulorumque membrorum, quæ in corpore aperta, aut operta sunt, utilitates & habitus explicabo. Cùm igitur statuisset Deus ex omnibus animalibus solum hominem facere cœlestem, cætera universa terrena, hunc ad cœli contemplationem rigidum erexit, bipedemque constituit, scilicet ut eòdem

Lin. 2. *Habitus.*] Id est, conditionem, rationem, formam. *Walchius.*

Lin. 4. *Cœlestem.*] De hoc vide Institution. Divin. lib. 2. cap. 9. ubi docet duo fuisse elementa, alterum Divinum, ex quo fictus sit animus hominis, alterum terrenum, unde corpus humanum formatum est.

Lin. 5. *Ut eòdem spectaret.*] Hæc lectio Manuscriptorum 2. Reg. 2. Colbert. bonæ notæ & Baluz. melior nobis visa est, quàm *ut eadem spectaret*, in 4. Reg. 4. Colbert. Marm. Clarom. Brun. & in vulgatis. Vide Divin.

www.libool.com.cn

Digitized by Google

ſpectaret, undè illi origo eſt; illa verò depreſſit ad terram, ut quia nulla his immortalitatis expectatio eſt, toto corpore in humum projecta ventri pabuloque ſervirent. Hominis itaque ſolius recta ratio, & ſublimis ſtatus, & vultus Deo patri communis ac proximus, originem ſuam, fictoremque teſtatur. Ejus propè divina mens, quia non tantùm animantium, quæ ſunt in terrâ, ſed etiam ſui corporis eſt ſortita dominatum, in ſummo capite collocata, tanquàm in arce ſublimis ſpeculatur omnia, & contuetur. Hanc ejus aulam, non obductam porrectamque formavit, ut in mutis animalibus, ſed orbi & globo ſimilem; quòd omnis rotunditas perfectæ rationis eſt, ac figuræ. Eo igitur mens & ignis ille divinus tanquàm cœlo tegitur: cujus cùm ſummum faſtigium naturali veſte texiſſet, priorem partem, quæ dicitur facies, neceſſariis membrorum miniſteriis & inſtruxit pariter & ornavit.

Ac primùm, quòd oculorum orbes concavis foraminibus concluſit; à quo foratu frontem nominatam Varro exiſtimavit; & eos, neque minùs, neque ampliùs, quàm duos eſſe voluit, quòd ad ſpeciem nullus eſt perfectior numerus, quàm duorum: ſicut & aures duas, quarum duplicitas incredibile eſt quantam pulcritudinem præferat, quod tum pars utraque ſimilitudine ornata eſt, tùm ut venientes altrinſecùs voces facilius colligantur; nam & forma ipſa mirandum in modum ficta, quòd earum foramina noluit eſſe nuda, & inobſepta, quod & minùs deco-

Inſtit. lib. 1. cap. 5. & lib. 4. cap. 17.

Lin. 3. *Ventri, &c.*] Salluſtius princ. Cat.

Ibidem. *Recta ratio.*] MSS. 1. Bonon. ſolus & ed. rec. addunt *eſt*, quod expunximus, utpote inutile.

Lin. 4. *Communis.*] Francius leg. *conſimilis.*

Lin. 5. *Ejus propè divina mens.*] Quâ de re vide Platonem in Phædone, quem Cicero non ſemel, ſed iterùm, iterùmque expreſſit in libris Philoſophicis.

Lin. 8. *Ejus aulam.*] MSS. rec. 2. Reg. 2. Colb. Baluz. & 11. edd. rec. addunt *Deus*: quæ vox à cæteris deeſt.

Lin. 9. *Orbi & globo ſimilem.*] De hoc vide Platonem in Timæo.

Lin. 10. *Omnis rotunditas.*] Sic legere malo ex MSS. 2. Bonon. 2. Reg. Tax. 2. Colbert. Baluz. Sangerman. Clarom. in marg. quàm *orbis*, ex aliis 12. MSS. & edd.

Ibidem. *Eo igitur mens & ignis ille divinus, &c.*] Eo, ſubaudi capite. Nonnulli credidere animam eſſe igneam. Tertull. de Animâ cap. 5. *Animam effingunt Hipparchus & Heraclitus, ex igni; Hippon & Thales, ex aquâ, &c.* Cic. Tuſcul. lib. 1. *Zenoni Stoïco animus ignis videtur.* Et de Nat. deor. lib. 3. *Omnia Stoïci ad igneam naturam referre, Heraclitum, opinor, ſecuti.* Sic etiam Ennius in Epicharmo à Priſciano lib. VI. prolatus:

Terra corpus eſt; at mentis ignis eſt.

Virg. Æneid. lib. 6.

Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.

Hinc etiam delirium illud, de quo Servius ad lib. 1. Æneid. *Grave eſſe perire naufragio, quia anima eſt ignea.* Gataker. Hinc veteres *extingui*, pro *mori*, dixerunt, & *extincto calore, occidimus ipſi*, ait Cicero de Naturâ deorum lib. 2. cap. 9.

Lin. 14. *Quòd.*] Rejicitur ab Heumanno juxta editiones 1472. 1478. 1497. 1513.

Ibidem. *Concluſit.*] MSS. 1. Bonon. antiq. & Sangerm. *incluſit.*

Lin. 15. *A quo foratu.*] Ità MSS. & editi. Legere mallem cum Françio, *A quorum foratu.*

Lin. 18. *Pulchritudinem præferat.*] Id eſt, *præ ſe ferat*, quod in multis vulgatis eſt; in cunctis autem MSS. & vetuſtioribus editis *præferat*, ut apud Plinium lib. 1. epiſt. 22. *qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis præferunt.* Ex Cellario.

Lin. 21. *Noluit eſſe nuda.*] Sic legunt Janus Guilielmi & Iſæus. MSS. 2. rec. cum editis Rom. & Pariſ. *voluit*, vitioſè. In cæteris *noluit.*

Digitized by Google

rum, & utile minùs fuisset, quoniam simplicium cavernarum angustias prætervolare vox posset, nisi exceptam per cavos sinus, & repercussu retentam foramina ipsa cohiberent: illis similia vasculis, quibus impositis solent anguſti oris vasa compleri.

Eas igitur aures, (quibus est inditum nomen à vocibus hauriendis; undè Virgilius:

— *Vocemque his auribus hausi;*

aut quia vocem ipsam Græci ἀυδὴν vocant, ab auditu, per immutationem litteræ, aures velut audes sunt nominatæ) noluit Deus artifex mollibus pelliculis informare, quæ pulcritudinem demerent pendulæ atque flaccentes, neque duris ac solidis ossibus, ne ad usum inhabiles essent immobiles ac rigentes: sed quod esset horum medium excogitavit, ut eas cartilago mollior alligaret, & haberent aptam simul & flexibilem firmitatem. In his audiendi tantùm officium constitutum est, sicut in oculis videndi; quorum præcipuè inexplicabilis est ac mira subtilitas, quia eorum orbes gemmarum similitudinem præferentes, ab eâ parte quâ videndum fuit, membranis perlucentibus texit, ut imagines rerum contrà positarum tanquàm in speculo resulgentes, ad sensum intimum penetrarent. Per eas igitur membranas sensus ille, qui dicitur mens, ea quæ sunt foris transpicit. Ne fortè existimes, aut imaginum incursione

Lin. 1. *Angustias prætervolare vox posset.*] MSS. 2. Reg. 3. Colb. Baluz. multique editi addunt *& spargi*, quas voces delevi, velut inutiles & sensum depravantes. Absunt autem à cæteris MSS. ac vet. edit. Rom.

Lin. 2. *Exceptam.*] Ità restitui ex MSS. 2. Bonon. 2. Reg. Tax. Baluz. faventibus 1. Colbert. & 1. Clarom. in marg. in quibus est *inexceptam*, corruptè; in 1. Colbert. *perfecta*, mendosè; in cæteris MSS. & editis *perceptam*.

Ibidem. *Repercussu retentam.*] Sic emendavi ex 7. editis & omnibus MSS. præter 1. Colb. Clarom. Brun. in quibus, ut & octo excusis, est *retenta*, mendosè.

Lin. 3. *Cohiberent.*] Ità correxi ex MSS. 1. Colb. & Baluz. accedentibus & faventibus Cauc. & Brun. in quibus est *coniberent*. 2. Bon. 1. Reg. 2. Colb. Sorb. Tax. Clar. *conbiberent*; Ultr. *comburent*; 1. Clarom. *raborent*; Pen. *coërcerent*. In 4. Reg. 3. Colbert. Marm. editisque est *conveherent*.

Lin. 4. *Anguſti oris vasa.*] Sic profectò cum Jano Guillelmi legendum ex MSS. 12. in quibus scriptum est corruptè *angustiores vasa*: undè facilis mutatio in *anguſti oris vasa*; in 14. scriptis & excusis *angustiora vasa*. Quæ verba cùm nullum habeant sensum, placet emendatio J. Guil. qui hoc pacto legendum putat, *anguſti oris vasa*. Nam, ut inquit ille, in mente fuit Lactantio Quintiliani locus: *Ut vasculæ anguſti oris superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus, vel instillantibus, complentur; sic animi puerorum quantùm excipere possint videndum est.* Betul.

Lin. 7. *Vocem.*] Virg. 4. Æneid. 359.

Lin. 10. *Quæ pulcritudinem demerent.*] Ità MSS. 4. Reg. Cauc. 1. Bonon. & 12. alii ac sex editi. Est *ne* in 2. Colbert. Baluz. Bodl. Balliol. Clarom. à secundâ manu, & plerisque editis; in Torneſ. Soubron. & Fasit. *ut pulcritudinem*. Veteres mediocres aures prætuliſſe videntur. Sueton. in Auguſt. cap. 79. *Mediocres aures habuit Auguſtus.* Aſpaſiæ etiam breviores aures tribuit Ælianus Variar. Hiſt. XII. ibi enim formam ejus deſcribens, addit inter alia, ὦτα ἂχ βεχίονα. Opponuntur iis longæ aures apud Martial. 6. 39.

Hunc verò acuto capite, & auribus longis,
Quæ ſic moventur, ut ſolent aſellorum,
Quis morionis filium neget Cyrtha.

Franc. FF. Junius.

Lin. 20. *Imaginum incurſione nos cernere.*] Sic legimus in omnibus editis & MSS. præter 1. Colbert. cui est *incurſiones*; MSS. 2. Bonon. 2. Reg. Tax. 2. Colbert. Baluz. Clarom. *concurſiones*.

Digitized by Google

nos cernere (ut philosophi dixerunt) quoniam videndi officium in eo debet esse quod videt, non in eo quod videtur: aut intentione aëris, cum acie aut effusione radiorum, quoniam, si ita esset, radium quem oculis advertimus, videremus, donec intentus aër cum acie, aut effusi radii ad id quod videndum esset pervenirent.

Cùm autem videamus eodem momento temporis, plerùmque verò aliud agentes, nihilominùs tamen universa quæ contrà sunt posita intueamur, veriùs & manifestiùs est mentem esse, quæ per oculos ea quæ sunt opposita, transpiciat, quasi per fenestras lucente vitro, aut speculari lapide obductas. Et idcircò mens, & voluntas ex oculis sæpè dignoscitur. Quod quidem ut refelleret Lucretius, ineptissimo usus est argumento. Si enim mens (inquit) per oculos videt, erutis & effossis oculis magis videret; quoniam evulsæ cum postibus fores plus inferunt luminis, quàm si fuerint obductæ. Nimirùm ipsi, vel potiùs Epicuro, qui eum docuit, effossi oculi erant, ne viderent, effossos orbes, & ruptas oculorum fibras, & fluentem per venas sanguinem, & crescentes ex vulneribus carnes, & obductas ad ultimum cicatrices nihil posse lucis admittere, nisi fortè auribus oculos similes nasci volebat; ut non tam oculis, quàm foraminibus cerneremus: quo nihil ad speciem fœdius, ad usum inutilius fieri potest. Quantulùm enim videre possemus, si mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cavernarum rimulas attenderet; ut si quis velit transpicere per cicutam, non plus profectò cernat, quàm cicutæ ipsius capacitas comprehendat. Itaque ad videndum membris potiùs in orbem conglobatis opus fuit, ut visus in latum spargeretur, & quæ in primori facie adhærerent, ut liberè possent omnia con-

Lin. 1. *Ut Philosophi dixerunt.*] MSS. 2. Colb. Em. Brun. ac edit. Betul. Cellar. *dixerunt.* Cæteri ut in textu.

Lin. 3. *Radium quem oculis advertimus, videremus.*] Ità 3. Reg. 2. Colbert. vet. edd. Rom. Tridin. Florent. Cæteri typis excusi & MSS. (præter 1. Bonon. antiq. cui est *oculos*,) habent, *tardiùs quàm oculis advertimus videremus.* At lectio nostra sensum multò clariorem habet.

Lin. 8. *Mentem esse, qua per oculos ea, &c.*] Salvian. de Provid. lib. 3. cap. 7. *Sciens fenestras quodammodò esse nostrarum mentium lumen oculorum.* Alii oculos *animi portas* dixere; Origines Adamantius Physiognom. lib. 1. cap. 1. Cicero de Orat. *animi indices* vocat. *Gataker.*

Lin. 9. *Lucente vitro.*] MSS. 2. Bonon. & 4. alii *perlucente.* Sic etiam Heumannus amat scribere verùm cæteri habent lucente.

Lin. 11. *Lucretius.*] Hujus hi sunt versus.

Præterea si pro foribus sunt lumina nostra,
Jam magis exemptis oculis, debere videtur
Cernere res animus, sublatis postibus ipsis.

Lin. 18. *Nasci volebat.*] Sic à me ex omnibus MSS. & ed. Rom. aliisque antiquioribus est emendatum. In 14. vulgatis est *volebant.*

Lin. 20. *Ad usum.*] Ità restitui ex MSS. 2. Bonon. 5. Reg. 6. Colb. 3. Oxon. & 9. aliis, ed. Rom. 1470. & Cellar. Rectè juxta Thomasium. In 2. rec. & excusis 33. *ad visum.* Sequitur ubique, *fieri potest.* Francius suspicatur legendum *fingi potest.*

Lin. 22. *Si quis velit transpicere per cicutam . . . cernat.*] Ex cunctis penè MSS. reposui *velit*, quod meliùs cohæret cum *cernat*, quàm *vellet*, quod est omnium editorum ac 2. Reg. & Em. in quorum postremo est *cerneret.* Cicuta autem, quod juxta Servium est *propriè spatium inter cannarum sive fistularum nodos*, hìc pro fistulâ ipsâ, aut potiùs fistulæ foraminibus accipitur. Virgilius enim Eclogâ 2. dixerat,

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

tueri. Ergò ineffabilis divinæ providentiæ virtus fecit duos ſimillimos orbes, eoſque ita devinxit, ut non in totum converti, ſed moveri tamen ac flecti cum modo poſſent. Orbes autem ipſos humoris puri ac liquidi plenos eſſe voluit, in quorum mediâ parte ſcintillæ luminum concluſæ tenerentur, quas pupillas nuncupamus, in quibus puris ac ſubtilibus cernendi ſenſus ac ratio continetur. Per eos igitur orbes ſeipſam mens intendit ut videat, miràque ratione in unum miſcetur & conjungitur amborum luminum viſus.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Simillimos.*] At in MS. Bov. *ſimiles.*

CAPUT IX.

De ſenſibus, eorumque vi.

LIBET hoc loco illorum reprehendere vanitatem, qui dum volunt oſtendere ſenſus falſos eſſe, multa colligunt, in quibus oculi fallantur; inter quæ illud etiam, quòd furioſis & ebriis omnia duplicia videantur: quaſi verò ejus erroris obſcura ſit cauſa. Ideò enim fit, quia duo ſunt oculi. Sed quomodò id fiat, accipe. Viſus oculorum intentione animi conſtat. Itaque quoniam mens (ut ſuprà dictum eſt) oculis tanquàm feneſtris utitur, non tantùm hoc ebriis, aut inſanis accidit, ſed & ſanis, ac ſobriis. Nam ſi aliquid nimis propiùs admoveas, duplex videbitur; certum eſt enim intervallum, ac ſpatium, quo acies oculorum coït. Item ſi retrorſùm avoces animum, quaſi ad cogitandum, & intentionem mentis relaxes, tum acies oculi utriuſque diducitur, tunc ſinguli videre incipiunt ſeparatim.

Si animum rursùs intenderis, aciemque direxeris, coït in unum quidquid duplex videbatur. Quid ergò mirum, ſi mens veneno, ac potentiâ vini diſſoluta, dirigere ſe non poteſt ad videndum, ſicut ne pedes quidem ad ambulandum, nervis ſtupeſcentibus debiles? aut ſi vis furoris in cerebrum ſæviens concordiam disjungit oculorum? Quod adeò verum eſt, ut luſcis hominibus, ſi aut inſani, aut ebrii fiant, nullo modo poſſit accidere, ut aliquid duplex videant. Quare ſi ratio appa-

Lin. 1. *Illorum reprehendere vanitatem.*] Pro *illorum*, in ſolo Bononienſi antiquiore codice legitur *Archeſila.*

Lin. 2. *Senſus eſſe falſos.*] Sicut Lucretius lib. 4. Hinc illud nonnullorum, *ſenſibus non eſt habenda fides*, de quo Carteſium diſſerentem vide.

Lin. 3. *Quòd furioſis & ebriis omnia duplicia videantur.*] Quâ de re Ariſtot. problem. 11. 17. & 18.

Lin. 8. *Et.*] Sic in MSS. Bov. & Sangerm. in aliis *etiam.*

Lin. 11. *Tum acies oculi.*] Repoſui *tum* ex cunctis penè MSS. In rec. 2. Reg. & 1. Colb. eſt *cùm*, ſicut & in editis 13. In Marm. *tamen.*

Ibidem. *Diducitur.*] MSS. 2. Bonon. & Brun. *deducitur*, corruptè.

Lin. 12. *Tunc ſinguli.*] Ità typis mandati & multi MSS. In 2. Colbert. & Baluz. *tum*; in 2. Bonon. & Tax. *& ſinguli.*

Lin. 18. *Nullo modo.*] Sic reſtitui ex vet. ed. Rom. nec non Cellar. omnibuſque MSS. dempto 1. Reg. rec. in quo, ſicut & in 14. vulgatis, eſt *nullo pacto.*

Digitized by Google

fet, cur oculi fallantur, manifestum est, non esse falsos sensus; qui aut non falluntur, si sunt puri & integri, aut si falluntur, mens tamen non fallitur, quæ illorum novit errorem.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Cur oculi fallantur.*] Ità emendavi ex vetustissimis Regio-Put. 2. Bonon. Cauc. Tax. Pent. Sangerm. edit. Cellar. approbante Francio, faventibus 5. Reg. 6. Colb. Baluz. Marm. Clarom. Brun. editisque 2. vet. Rom. in quibus est *cur oculi falluntur*; in 1. Reg. rec. & 14. vulgatis, *cur illi falluntur.*

Lin. 2. *Sunt.*] Ità MSS. Sangerm. & Bov. alii legunt *sint.*

CAPUT X.

De exterioribus hominis membris, eorumque usu.

SED nos ad Dei opera revertamur. Ut igitur oculi munitiores essent ab injuriâ, eos ciliorum tegminibus occuluit; undè oculos dictos esse, Varroni placet. Nam & ipsæ palpebræ, quibus mobilitas inest, & palpitatio vocabulum tribuit, pilis in ordine stantibus vallatæ, septum oculis decentissimum præbent. Quarum motus assiduus incomprehensibili celeritate concurrens, & videndi tenorem non impedit, & reficit obtutum. Acies enim, id est membrana illa perlucens, quam siccari & obarescere non oportet, nisi humore assiduo tersa purè niteat, obsolescit. Quid ipsa superciliorum fastigia pilis brevibus adornata? nonne, quasi aggeribus, & munimentum oculis, ne quid supernè incidat, & speciem simul præstant? Ex quorum confinio nasus exoriens, & veluti æquali porrectus jugo, utramque aciem simul & discernit & munit. Inferiùs quoque genarum non indecens tumor, in similitudinem collium leniter exurgens, ab omni parte oculos efficit tutiores; provisumque est ab

Lin. 2. *Eos.*] Abest à MS. Anglic.

Ibidem. *Occuluit.*] Solus MS. Bov. *operuit.*

Ibidem. *Unde oculos dictos esse; &c.*] Sequuntur Varronem reliqui etiam Grammatici, pugnante interim scriptionis & quantitatis ratione. Nam *oculus* simplici *c*, primam brevem habet: *occulere* verò eamdem geminato *cc* positione producit. *Betul.*

Lin. 4. *Palpitatio, &c.*] Id est, tremendo, interprete Perotto, qui tamen à palpando id est prætentando nomen ducit. Sunt autem palpebræ tunicæ, quæ tegunt oculos.

Ibidem. *In ordine.*] Sic MS. Sangerm. sic Virgilius Eclogâ 7.

— *Illos referebat in ordine Thyrsis.*

At MS. Bov. legit *in ordinem.*

Ibidem. *Vallata.*] Cic. de Naturâ Deorum lib. 2. *Munitaque sunt palpebra tanquàm vallo pilorum, quibus & apertis oculis, si quid incideret, repelleretur, & somno conniventibus, quum oculis ad cernendum non egeremus, ut tanquàm involuti quiescerent.* Hic locus apud Nonium Marcel. falso ex 2. de Oratore citatur. Hæc desumpta sunt ex Platone, atque similiter loquitur Galenus.

Lin. 13. *Leniter exurgens.*] Ità MSS. 3. Reg. 2. Bonon. 1. Colbert. aliique, cum cunctis fermè vulgatis. In MSS. Regio-Put. 3. al. Reg. 4. Colbert. 5. aliis, edd. Rom. 1470. ac Gymnic. legitur *leviter*; in 1. Colb. *lenis*; in Marm. *levis.* Malo legere *leniter* cum Cellario aliisque viris doctis, & hoc ex indole latini sermonis, ut apud Plinium lib. 5. epist. 6. *Villa in colle imo sita, ita leniter & sensim clivo fallente consurgit, ut cùm ascendere non putes, sentias ascendisse.* Et Calpurnius Eclog. 7. v. 25.

— *Et clivos lenè jacentes.*

Sic & Julius Cæsar lib. 2. de Bell. Gall. *lenè jugum montis.*

Digitized by Google

artifice ſummo, ut ſi quis fortè vehementior ictus extiterit, eminentibus repellatur. Naſi verò pars ſuperior uſque ad medium ſolida formata eſt, inferior autem cartilagine adhærente mollita, ut ad uſum digitorum poſſit eſſe tractabilis. In hoc autem, quamvis ſimplici membro, tria ſunt officia conſtituta; unum ducendi ſpiritûs; alterum capiendi odoris; tertium ut per ejus cavernas purgamenta cerebri defluant: quas ipſas Deus quàm mirabili, quàm divinâ ratione molitus eſt, ut tamen hiatus ipſe naſi oris ſpeciem non deformaret. Quod erat planè futurum, ſi unum ac ſimplex foramen pateret. At id velut pariete per medium ducto interſepſit atque diviſit, fecitque ipsâ duplicitate pulcherrimum. Ex quo intelligimus, quantùm dualis numerus, unâ & ſimplici compage ſolidatus, ad rerum valeat perfectionem.

Nam cùm ſit corpus unum, tamen totum ex ſimplicibus membris conſtare non poterat, niſi ut eſſent partes vel dextræ, vel ſiniſtræ. Itaque ut pedes duo, & item manus, non tantùm ad utilitatem aliquam uſumque, vel gradiendi, vel faciendi valent, ſed & habitum, decoremque admirabilem conferunt: ſic in capite, quod totius divini operis quaſi culmen eſt, & auditus in duas aures, & viſus in duas acies, & odoratio in duas nares à ſummo artifice diviſa eſt; quia cerebrum, in quo ſentiendi ratio eſt, quamvis ſit unum, tamen in duas partes membranâ interveniente diſcretum eſt. Sed & cor, quod ſapientiæ domicilium videtur, licèt ſit unum, duos tamen intrinſecùs

Lin. 1. *Eminentibus.*] Heumannus putat legendum eſſe, *eminentiâ.*

Lin. 2. *Uſque.*] Deeſt in MS. Bov.

Lin. 3. *Inferior autem cartilagine adhærente mollita, ut &c.*] Sic emendavi ex MSS. Regio-Put. 2. al. Reg. 2. Colb. Baluz. Clarom. Sangerm. Et hæc mihi omnium optima videtur lectio. Vide præcedentia. Accedunt alii MSS. 4. Reg. 4. Colbert. Goth. Em. Cant. Lipſ. Marm. Brun. edit. Rom. 1470. in quibus eſt, *cartilagine adhæret mollita*, mendosè. Vulgati ferè omnes dividunt *molli ita*, etiam vitiosè; Spark. *cartilagini adhæret molli, ita ut.*

Lin 6. *Ut per ejus cavernas.*] Ex MSS. & multis editis additum *ejus.*

Ibidem. *Quas ipſas Deus.*] Ità correxi ex MSS. 7. Reg. Ultr. Baluz. Brun. ed. Rom. 1470. Graph. Cellar. Walch. Optimè. Sic idem infrà, *hiatus ipſe naſi*, &... *ipsâ duplicitate.* In MSS. rec. 1. Colb. Marm. Clarom. & 12. editis *quas ipſe Deus.*

Lin. 7. *Quàm mirabili.*] Sic repoſui ex MSS. 7. Reg. 5. Colb. Ultr. Baluz. Brun. ed. Rom. 1470. Graph. Cellar. Walch. Et rectè. Sic infrà Autor noſter, *quàm utilis, quàm decens.* In ſcriptis rec. 1. Colb. Clarom. Marm. & 11. vulgatis *tam mirabili.*

Lin. 9. *Si unum ac ſimplex foramen.*] Ità præferunt veterrimi MSS. Regio-Put. 2. Bonon. & Tax. ac edd. Thomaſ. If. Thyſ. Gall. eâdemque locutione mox utitur Lactantius, cùm ait, *unâ & ſimplici compage.* Deſideratur *unum ac*, in 24. rec. MSS. & in 13. vulgatis.

Lin. 11. *Ex quo intelligimus.*] Sic reſtitui ex vetuſtioribus editis & ex omnibus MSS. præter 1. Reg. in quo, ſicut & in octo impreſſis, eſt *ex quo intelligitur.*

Lin. 14. *Itaque.*] Deeſt in Bov. contra fidem aliorum MSS.

Lin. 20. *In duas partes.*] Κοιλίας, id eſt ventriculos nominavit Galen. Κοιλίας ὃ ἔχει ὁ ἐγκέφαλος δύο. Idem fatetur duas ſecundùm quoſdam eſſe, ubi nimirùm animi principatus reſidet. Veſalius certè etiam tertium ventriculum addit figurâ 5. & 6. lib. 7. Ariſtoteles in 1. de Hiſt. animalium cap. 16.

Lin. 21. *Duos tamen intrinſecùs ſinus.*] Plinius lib. 11. cap. 37. Prima domicilia intrà ſe animo & ſanguine præbet ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino: ibi mens habitat, &c. Hipp. in lib. de Corde, hos ſinus γαστέρας nominat; Julius Pollux κόλπους appellat. *Betul.*

Digitized by Google

trinsecùs sinus habet, quibus fontes vivi sanguinis continentur, septo intercedente divisi; ut sicut in ipso mundo summa rerum vel de simplici duplex, vel de duplici simplex, & gubernat, & continet totum: ita in corpore de duobus universa compacta, indissociabilem prætenderent unitatem. Oris quoque species, & rictus ex transverso patefactus, quàm utilis, quàm decens sit, enarrari non potest: cujus usus in duobus constat officiis, sumendi victûs, & loquendi.

Lingua intùs inclusa, quæ vocem motibus suis in verba discernit, & est interpres animi; nec tamen sola potest per se loquendi munus implere, nisi acumen suum palato illiserit, nisi juta vel offensione dentium, vel compressione labiorum: dentes tamen plus conferunt ad loquendum; nam & infantes non antè incipiunt fari, quàm dentes habuerint, & senes amissis dentibus ita balbutiunt, ut ad infantiam revoluti denuò esse videantur. Sed hæc ad hominem solum pertinent, aut ad aves, in quibus acuminata & vibrata certis motibus lingua, innumerabiles cantuum flexiones, & sonorum varios modos exprimit. Habet præterea & aliud officium, quo in omnibus, sed tamen solo in mutis utitur, quòd contritos & commolitos dentibus cibos colligit, & conglobatos vi suâ deprimit, & transmittit ad ventrem. Itaque Varro à ligando cibo putat linguæ nomen impositum. Bestias etiam potu adjuvat; protentâ enim cavatâque hauriunt aquam, eamque comprehensam linguæ sinu, ne tarditate ac morâ effluat, ad palatum celeri mobilitate complodunt. Hæc itaque palati concavo tanquàm testudine tegitur; eamque dentium septis Deus quasi muro circumvallavit.

Dentes autem ipsos mirabili modo per ordinem fixos, ne nudi ac re-

Lin. 1. *Quibus fontes vivi.*] Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga discurrunt, sparsæque ramorum serie per alias minores, omnia membra vitali sanguine rigant. Plin. Hi rami describuntur à Vesalio primâ & secundâ 15. capitis figuris lib. 3. *Bauldeius.*

Lin. 10. *Nisi juta vel offensione dentium.*] Ità restitui ex MSS. 3. Reg. 1. Colb. Clarom. à primâ manu, Marm. Brun. & Bov. ac 2. vet. edd. Rom. & Cellar. accedentibus MSS. Goth. 3. Colb. & Lipsiensibus, in quibus legitur mendosè *vita*, pro *juta*. In MSS. 3. Reg. 2. Colb. Baluz. Clarom. & Sangerm. à secundâ manu, & edit. Ald. & Parrhas. *adjuta*, quos secuti sunt cæteri, fortasse quia usu magis tritum videbatur. Nec tamen insolens simplex; Tacitus enim lib. 14. cap. 4. initio ait: *Placuit solertia, tempore etiam juta.*

Lin. 17. *Quo in omnibus, &c.*] Sic legitur in vulgatis; & in MSS. Bov. & Sangerm. atque aliis multis. Verùm in Regio-Put. & uno Bonon. est, *quòd in omnibus.* MS. Erasm. *quo in hominibus.* Lingua utitur officio colligendi cibos in omnibus mutis animantibus, sed hoc solo, quum in homine geminum præbeat usum. *Erasmus.* Heumannus autem legit, *quo non in hominibus solùm, sed etiam in mutis utitur.*

Lin. 19. *Itaque Varro à ligando, &c.*] Isidor. lib. 11. Orig. cap. 1. refert, Varronem non à ligando cibo, ut ait Lactant. sed à lingendo cibo linguam dictam putavisse, alios verò à ligandis vocibus, quòd per articulatos sonos verba liget. *Isaus.*

Lin. 22. *Effluat.*] Ità reposui ex MSS. præter 1. Bonon. in quo *refluat*, 2. Reg. & vulg. in quibus est, *defluat.*

Lin. 24. *Eamque dentium septis Deus, &c.*] Sic restitui ex editis Rom. 1470. Is. Cellar. Walch. & ex omnibus MSS. præter Cauc. in quo, sicut & in decem excusis, legitur; *eamque dentium ordine sepiens Deus.*

Lin. 25. *Mirabili modo per ordinem fixos.*] Has quinque voces rectè ex optimis codicibus MSS. 2. Bonon. & Tax. restituit Thomasius; quæ à cæteris MSS. & à vulgatis absunt, præter Is. & Spark.

Digitized by Google

ſtricti magis horrori, quàm ornamento eſſent, gingivis mollibus, quæ à gignendis dentibus nominantur, ac deinde labiorum tegminibus honeſtavit, quorum durities, ſicut in molari lapide, major eſt & aſperior, quàm in cæteris oſſibus, ut ad conterendos cibos pabulumque ſufficerent. Labra ipſa, quæ quaſi anteà cohærebant, quàm decenter intercidit; quorum ſuperius ſub ipsâ medietate narium lacunâ quâdam levi, quaſi valle ſignavit, inferius honeſtatis gratiâ foràs molliter explicavit. Nam quòd attinet ad ſaporem capiendum, fallitur, quiſquis hunc ſenſum palato ineſſe arbitratur; lingua eſt enim, quâ ſapores ſentiuntur: nec tamen tota; nam partes ejus, quæ ſunt ab utroque latere teneriores, ſaporem ſubtiliſſimis ſenſibus trahunt. Et cùm neque ex cibo quidquam, neque ex potione minuatur; tamen inenarrabili modo penetrat ad ſenſum ſapor, eâdem ratione, quâ nihil de quâque materiâ odoris-capio decerpit.

Cætera quàm decora ſint, vix exprimi poteſt. Deductum clementer à genis mentum, & ita inferiùs concluſum, ut acumen ejus extremum ſignare videatur leviter impreſſa diviſio; rigidum ac teres collum; ſcapulæ velut mollibus jugis à cervice demiſſæ; valida & ſubſtricta nervis ad fortitudinem brachia; inſignibus toris extantium la-

Lin. 3. *In molari lapide, &c.*] Undè dentes molares, ad quos videtur alludere i eos etiam maxillares vocant.

Lin. 4. *Ut ad conterendos.*] Ità MSS. 2. Bonon. 7. Reg. 5. Colb. Tax. Pen. Clarom. Brun. & vet. edd. In nonnullis MSS. & 5. vulgatis legitur *aut*; in 1. Colb. & Marm. *&*.

Lin. 9. *Senſum palato, &c.*] Fallitur ergò Ariſtoteles, fallitur Plinius, fallitur cum his univerſa (& quidem docta) antiquitas. Namque hæc vox metonymicòs, ſicut etiam gulæ, pro voluptate ab autoribus crebrò uſurpatur; apud Ciceronem enim, ubi de Finib. lib. 2. de Lælii ſapientiâ verba facit: » Non ſe» quitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat pa» latus, « & Quintil. lib. 1. cap. 2. ægrè ferit, quòd antè palatus puerorum, quàm os inſtituitur. Phavorinus apud Gell. lib. 15. cap. 8. reprehendit præfectos Popinæ, qui aiunt, eos palatum non habere, qui ſuperiorem partem avium atque altilium edunt. Hor. 2. Epiſt.

Tres mihi convivæ propè diſſentire videntur,
Poſcentes vario multùm diverſa palato.

Philoſophi tamen linguæ juxtà, palatoque, ſive gulæ, ſaporis ſenſum tribuunt. Ariſt. in Probl. ſect. 28. & apud Gell. lib. 19. cap. 2. *Betuleius.*

Lin. 13. *Nihil de quâque materiâ.*] Sic reſtitui ex veterrimis optimiſque MSS. 2. Bon. Regio-Put. & 3. al. Reg. Cauc. 2. Colbert. Baluz. Cæteri manu exarati & typis mandati habent *de quâcumque.*

Lin. 14. *Odoris capio decerpit.*] Ità MSS. 2. Bon. Regio-Put. & 2. alii Reg. Cauc. Baluz. 3. Colb. Clarom. in marg. edd. Graph. Thom. If. Cellar. Quæ lectio, ut patet, minimè corrupta eſt; nam Lactantius hîc uſus eſt vocabulo raro, ſed proprio. *Capio capionis* enim nomen eſt, quo Jureconſulti ſæpè uſi ſunt, ut *uſus-capio, pignorum-capio*, in lib. 7. cod. Theodoſ. de exactionibus, & tit. de diſtract. pignorum. Gellius lib. 7. c. 10. docet Varronem ita *pignoris-capionem* dixiſſe, ut hîc *odoris.* In cæteris MSS. & in editis *capio* non extat, idque, ut videtur malè ad lumen orationis. In Thyſ. & Gall. eſt *captio*, corruptè.

Lin. 15. *Deductum clementer à genis mentum, &c.*] Menti non obeſi, ſed ſucculenti lacteam cutem requirit Sidonius; Apuleius quoque in deſcript. Bathylli, *modico mentò facies.* Anacreon in picturâ amicæ poſtulat *delicatum ac molle mentum.* Varro apud Nonium *in Mollitudinem.* Arnob. lib. 3. *mentiones* dicuntur, quibus mentum plus juſto prominet. *Franc. F. F. Junius.*

Lin. 19. *Inſignibus toris extantium lacertorum vigens robur.*] Sic emendavi ex veterrimis & optimis MSS. 2. Bonon. Regio-Put. & 5. al. Reg. Cauc. Goth. 5. Colb. Baluz. Uſer. Lipſ. Em. 1. Sorb. Brun. & edit. Thomaſ. In 4. MSS. rec. multiſque editis eſt *extentum lacertorum ingens robur*; in Marm. *ex-*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

certorum vigens robur; utilis ac decens flexura cubitorum. Quid dicam de manibus, rationis ac sapientiæ ministris? quas solertissimus artifex plano ac modicè concavo sinu fictas, ut si quid tenendum sit, aptè possit insidere, in digitos terminavit: in quibus difficile est expedire, utrùmne species, an utilitas major sit. Nam & numerus perfectus, ac plenus, & ordo ac gradus decentissimus, & articulorum parium curvatura flexibilis, & forma unguium rotunda, concavis tegminibus digitorum fastigia comprehendens atque firmans, ne mollitudo carnis in tenendo cederet, magnum præbet ornatum. Illud verò ad usum miris modis habile, quòd unus à cæteris separatus cum ipsâ manu oritur, & in diversum maturiùs funditur: qui se velut obvium cæteris præbens, omnem tenendi faciendique rationem vel solus, vel præcipuè possidet, tanquàm rector omnium atque moderator; undè etiam pollicis nomen accepit, quòd vi & potestate inter cæteros polleat. Duos quidem articulos extantes habet, non ut alii ternos, sed unus ad manum carne connectitur pulcritudinis gratiâ. Si enim fuisset tribus arti-

tantum; in Clarom. *extantium*. Vide paulò pòst, *duos articulos* [pollex] *extantes habet*. Præcipua Herculis commendatio à lacertis ejus petitur, ut Apollinis à comâ, juxta illud ex appendice Virgil.

Phœbus comosus, Hercules lacertosus.

Docti etiam *thoris* scribunt. Vesalius cap. 2. secundi libri, ubi de musculis agit, dicit Thorum simplicem carnem fibris obductam esse. Tori potissimùm in eâ parte brachii sunt, quæ ab humeris incipit, in cubitum desinit. Relinquitur ergò, contra Grammaticos, lacertos superiorem brachii partem esse. Observandum etiam vel ex locis superiùs jam citatis est, & tori & lacerti rarò apud autores fieri mentionem, nisi robur significetur: sicut etiam brachii voce in Bibliis, quo nomine ὁ βραχίων apud LXX. est. *Betuleius.*

Lin. 1. *Quid dicam de manibus, &c.*] Aristænetus lib. 1. epist. XVI. Εἶδον χεῖρας ἄκρας καὶ πόδας τὰ λαμπρὰ τῆς καλλους γνωρίσματα. *Vidi summas manus ac pedes splendida formæ indicia.* Hìc à Lactantio patulæ laudantur, ut & à Sidonio: *teneras* quoque ac nonnihil proceras facit Apuleius Bathylli *manus*; manus ejus teneræ, inquit. Ovid. quoque Amor. lib. 1. Eleg. IV. non videtur molles manus improbare. Mollibus porrò ac teneris manibus opponuntur,

——— *Vellere Thusco*

Vexata duraque manus. Ex Juven. Sat. V.

Lin. 11. *Maturiùs funditur.*] Id est *dilatatur.* Ità correxi ex optimis MSS. 1. Bon. Regio-Put. 1. al. Reg. à secundâ manu, 3. Colb. Clarom. Marm. & Baluz. à primâ manu. Hoc est, pollex à manu suum quidem habet initium, sed maturiùs, seu citiùs quàm alii digiti *in diversum funditur.* MSS. rec. 3. Reg. Em. Cant. Brun. omnesque editi habent *maturiùs finditur*; 2. Reg. 1. Colb. Baluz. *manus finditur*; 1. Colb. & 1. Bonon. rec. & 4. vulgati rec. *manus funditur.*

Ibidem. *Qui se velut obvium, &c.*] Theodoretus sermone περὶ τῆς προνοίας 4. manuum structuram solertissimam, & usum multiplicem Græcè non minùs eleganter, quàm Lactantius Latinè descripsit.

Lin. 15. *Non ut alii ternos.*] Ex MSS. 1. Bonon. antiq. Regio-Put. 5. al. Reg. alter Reg. à secundâ manu, Goth. Tax. Lips. 6. Colbert. Clarom. & editis Rom. 1470. Betul. Torness. Soubron. Cellar. Walch. sic reposui. In 1. Bon. rec. 1. Reg. à primâ manu, Brun. & 11. est *trinos.*

Ibidem. *Sed unus ad manum carne connectitur pulcritudinis gratiâ.*] Ità continuo tenore & sine ullo vocum compendio scriptum est in duobus antiquissimis codicibus Cauc. & Reg. Put. nisi quòd posterior habet *manus.* In 18. scriptis, *ad manum carne nectitur*; & sic legendum esse censet Hecquetius Doctor Medicus Parisiensis, suadente partis situ & positurâ. Gaudefridus Doctor Medicus Aurelianensis legi mallet cum sex MSS. & 9. editis, *sed unus ad manûs carnem nectitur pulcritudinis gratiâ*; isque illi videtur genuinus Autoris nostri sensus, quoniam Lactantius in hoc opere ad elegantiam ac pulcritudinem

culis & ipse discretus, fœda & indecora species ademisset manibus honestatem.

Jam pectoris latitudo sublimis, & exposita oculis, mirabilem præ se fert habitûs sui dignitatem. Cujus hæc causa est, quòd videtur hominem solum Deus veluti supinum formasse (nam ferè nullum aliud animal jacere in tergum potest) mutas autem animantes quasi alterno latere jacentes finxisse, atque ad terram compressisse. Idcircò illis angustum pectus, & ab aspectu remotum, & ad terram versus abjectum: homini autem patens & erectum; quia plenum rationis à cœlo datæ, humile, aut indecens esse non debuit. Papillæ quoque leviter eminentes, & fuscioribus ac parvis orbibus coronatæ, non nihil addunt venustatis, fœminis ad alendos fœtus datæ, maribus ad solum decus, ne informe pectus, & quasi mutilum videretur. Huic subdita est planicies ventris, quam mediam ferè umbilicus non indecenti notâ signat, ad hoc factus, ut per eum fœtus, dum est in utero, nutriatur.

corporis maximè attendit. Aliàs *ad manum connectitur* potiùs arrideret. Arrideret & Eustachio, Doctori item Medico Aurelianensi, qui tamen cum MS. Pen. legere mavult, *ad manum carne vestitur*. Is admonet errare Lactantium in eo, quòd duos duntaxat articulos extantes esse in pollice dicit, cùm tres habeat, quorum primus unum non est ex ossibus manûs, quibus non est sensibilis motus, dum articuli primi motus est manifestissimus. Itaque Firmianus noster (ut ex capitis quinti medio colligitur) agnovisse videtur duplicis generis articulos in pollice, duos scilicet extantes & visibiles, alterum ad manum nexum, & musculis tectum, qui sit tertius *Unus quidem ad manum carne vestitur*; Jo. Cauci, *carne convestitur*.

Lin. 3. *Jam pectoris latitudo sublimis.*] Aut *nunc*, vel leviori mutatione *Jam* legendum est, aut multa desunt, ut adnotarunt viri eruditi Betuleius, Francius, Isæus, Sparkius, Walchius. Aristoteles, item Galenus & Pollux manuum tractationi pectus subjiciunt, τὸ στῆθος. Cæterùm cur homini latum pectus Conditor tribuerit, Lactantii rationes longè quàm Aristotelis meliores sunt. Vide Aristotelem in 4. de Partibus. *Betuleius*.

Lin. 5. *Aliud.*] Deest in MS. Bon. Bov. in quibusdam editis, idque rectè.

Lin. 8. *Abjectum.*] Sic restitui ex MSS. 2. Bonon. Regio-Put. & 4. al. Reg. Cauc. 5. Colb. Tax. Ultr. Pen. Em. Cant. Clarom. Ed. Rom. 1470. Is. Cellar. Walch. faventibus 1. Reg. 1. Colb. & Brun. in quibus est *adjectum*, pro *abjectum*; Baluz. *objectum*, in 10. impressis *subjectum*.

Ibidem. *Homini.*] Ità legendum ex plerisque MSS. & editis, nec non ex præcedenti voce *illis*. In 12. scriptis & 4. excusis est *hominis*.

Lin. 9. *Patens & erectum.*] Hæc est lectio edit. Graph. & omnium MSS. præter 1. Reg. rec. in quo, sicut & in cæteris editis, est *rectum*.

Ibidem. *Plenum rationis à cœlo datæ.*] Sic restitui ex MSS. Regio-Put. 2. al. Reg. 4. Colbert. Marm. Em. Merton. Clarom. à primâ manu, & ed. Graph. In alio Colb. est *à cœlo datæ*; in altero Colbert. *à cœlo datum*; 3. Reg. Baluz. 1. Colb. Clarom. à secundâ manu ac editi *à cœlo datum*.

Lin. 10. *Papillæ quoque leviter eminentes.*] MSS. 5. rec. & 4. edit. habent *leniter*. At *leviter* melior lectio quàm *leniter*. Hîc enim agitur de partis prominentiâ, nequaquam de cutis lenitate. *Hecquet* Doctor Medicus Parisiensis. Juvenalis Sat. 6. de Messalinâ Claudii Cæsaris conjuge. Martialis lib. 8. epist. 64.

Et talis tumor excitet papillas,
Quales cruda viro puella servat.

Lin. 13. *Huic subdita est planicies ventris, &c.*] Laudatur γαστὴρ ἀνειμένη, qualem junior Philostratus tribuit Meleagro. Præcipuum in ventre ut sit planus; *profundus umbilicus, planus venter*. Turpis est mollis venter. Horat. Epod. Od. 8. *Junius*.

Lin. 14. *Umbilicus non indecenti, &c.*] Arist. lib. 7. de Hist. Animal. cap. 8. & lib. 2. de Generat. Anim. cap. 5. Hippocrates de Nat. Pueri.

Digitized by Google

CAPUT XI.

www.libtool.com.cn

De inteſtinis in homine, eorumque uſu.

SEQUITUR neceſſariò, ut de internis quoque viſceribus dicere incipiam: quibus non pulcritudo, quia ſunt abdita, ſed utilitas incredibilis attributa eſt, quoniam opus fuerat, ut terrenum hoc corpus ſucco aliquo de cibis ac potibus aleretur, ſicut terra ipſa imbribus ac pruinis. Providentiſſimus artifex in medio ejus receptaculum cibis fecit, quibus concoctis & liquefactis, vitales ſuccos membris omnibus diſpertiret. Sed cùm homo conſtet ex corpore atque animâ, illud quod ſuprà dixi receptaculum, ſoli corpori præſtat alimentum: animæ verò aliam ſedem dedit. Fecit enim genus quoddam viſcerum molle atque rarum, quod pulmonem vocamus, in quod ſpiritus reciprocâ viciſſitudine commearet; eumque non in uteri modum finxit, ne effunderetur ſimul ſpiritus, aut inflaret ſimul. Ideòque ne plenum quidem viſcus effecit, ſed inflabile, atque aëris capax; ut paulatim ſpiritum reciperet, dum vitalis ventus per illam ſpargitur raritatem, & eumdem rursùs paulatim redderet, dum ſe ex illo explicat. Ipſa enim viciſſitudo flandi & ſpirandi, reſpirandique tractus, vitam ſuſtentat in corpore.

Lin. 8. *Receptaculum, ſoli corpori.*] Nam Platoni etiam ἡ ὑποδοχὴ πάντων κοιλία nominatur: ſtomachus, ſive ventriculus Latinis, Ciceroni alvus. Hujus officium eſt, cibi concoctio. *Betuleius.*

Ibidem. *Animæ verò.*] Id eſt, ſpiritui vitali. *Francius.*

Lin. 9. *Molle:*] Μαλακὸν, Plato, Ovid. *Cervis ut è molli ſanguis pulmone remiſſus.* Ex levibus enim & aſperis arteriis conſtat; & ut Plinius & Celſus inquiunt, ſpongioſus eſt.

Lin. 10. *In quod ſpiritus reciprocâ viciſſitudine commearet.*] Hæc habent MSS. 2. Bon. 2. Reg. 2. Colb. Sorbon. Clarom. in marg. & 13. vulgati. At illa abſunt à 19. MSS. & edit. 2. vet. Rom. & Cellar.

Lin. 11. *In uteri.*] Heuman. legit *in uteros.*

Ibidem. *Ne effunderetur ſimul ſpiritus, aut inflaret ſimul.*] In MSS. ſæpè reperies *ſimul*, pro *ſimèl*, & è converſo. In 19. MSS. eſt *ſemel*, bis.

Lin. 12. *Ideòque ne plenum quidem viſcus effecit.*] MSS. 2. Reg. omneſque editi præter ed. Rom. 1468. habent *ne.* Abeſt à 29. MSS. Sed profectò retinendum. *Ne plenum*, id eſt non compactum, ut moris eſt quibuſdam viſceribus, quæ Parenchymata vocantur, utpotè glandulis & vaſculis arctè ſtipata denſatáve, cujus ſortis eſt jecur. De pulmone ſecùs eſt; viſcus enim eſt fiſtulis & veſiculis mille diſtinctum. Igitur *pulmonem ideò ne plenum quidem viſcus effecit, ſed inflabile, &c.* Inflari enim non potuiſſet, ſi fuiſſet plenum viſcus, parenchymatis inſtar; ideòque loculis mille pervium eſſe debuit. *Hecquet.*

Lin. 15. *Viciſſitudo flandi, & ſpirandi reſpirandique tractus, &c.*] Ob id tolli confertur, vel potiùs humana induſtria naturalem ſolertiam imitata eſt. Vide Theodoretum Sermone 3. de Providentiâ Dei. Verbum *flandi* legitur in MSS. 2. Reg. 2. Bonon. 2. Colb. Baluz. & in omnibus ferè vulgatis. Abeſt autem à 25. MSS. nec non ab editis Rom. & Cellar. ſed retinendum. *Flandi*, id eſt ſpiritu ductum aërem reddendi . . . *Spirandi*, id eſt ſpiritu ductum aërem admittendi; in hâc enim admiſſi redditique aëris reciprocatione conſiſtit omnis *reſpirandi tractus*, id eſt totum reſpirandi negotium. Itaque legendum *viciſſitudo flandi & ſpirandi*, abſtinendo à virgulâ interjectâ inter *flandi & ſpirandi*, quam apponi præſtabit poſt *ſpirandi*, utpotè cùm viciſſitudo de quâ hîc agitur, non ſit flandi tantùm, ſed & ſpirandi. *Hecquet.*

Lin. 16. *Vitam ſuſtentat, &c.*] Ità tamen, ut quidquid utile ac vitæ neceſſarium in pulmone

Quoniam ergò duo sunt in homine receptacula, unum aëris, quod alit animam, alterum ciborum, quod alit corpus, ut flecti cervix, ac moveri facilè possit, duas esse per collum fistulas necesse est, cibalem, ac spiritalem, quarum superior ab ore ad ventrem ferat, inferior à naribus ad pulmonem. Quarum ratio, & natura diversa est. Ille enim qui est ab ore transitus, mollis effectus est, & qui semper clausus cohæreat sibi, sicut os ipsum; quoniam potus, & cibus, dimotâ & patefactâ gulâ, quia corporales sunt, spatium sibi transmeandi faciunt. Spiritus contrà, qui est incorporalis, ac tenuis, quia spatium sibi facere non poterat, accepit viam patentem, quæ vocatur gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus, quasi ex annulis in cicutæ modum invicem compactis & cohærentibus; patetque semper hic transitus. Nullam enim requiem meandi habere spiritus potest, quia is, qui semper commeat, demissâ utiliter de cerebro membri portione, cui uva nomen est, velut occursu quodam refrœnatur, ne aut teneritudinem domicilii cum impetu veniens attractâ pestilenti aurâ corrumpat, aut totam nocendi violentiam internis receptaculis perferat. Ideòque etiam nares breviter sunt apertæ, quæ idcircò sic nominantur, quia per eas vel odor, vel spiritus nare non desinit, quæ sunt hujus fistulæ quasi ostia. Tamen hæc fistula spiritalis non tantùm ad nares, verùm ad os quoque interpatet in extre-

bus elaboratum est, ad sinistrum cordis ventriculum deferatur: quidquid inutile, illàc, quà inspiravimus, effletur. Adi de hoc Theodoretum cum admiratione dissentem. *Betuleius.*

Lin. 1. *Quod alit animam.*] Non hîc rationalem intelligas, sed vitalem illam nobis cum brutis communem. *Isaus.*

Lin. 2. *Ut flecti cervix, ac moveri facilè possit.*] Hæc verba absunt à 19. MSS. atque editis 2. vet. Rom. ac Cellar. In 3. Colbert. & in Baluz. pro adverbio *facilè*, est *facillimè.*

Lin. 3. *Duas esse per collum fistulas .. cibalem, ac spiritalem.*] Quam cibalem Lactantius nominat, ea gula est, quæ οἰσοφάγος Græcis nominatur. Atque etiam quibusdam στόμαχος, & adeò ab ipso etiam Celso & Galeno. Spiritalis verò, Græcis τραχεῖα ἀρτηρία, aspera arteria, eò quòd cartilagineis annullis constat. Noster gurgulionem vocat. *Betul.*

Lin. 5. *Ille enim qui est ab ore transitus.*] Ità restitui ex omnibus impressis & MSS. si excipias unum Colb. rec. & edit. Gall. in quibus est, *Illi enim quá.*

Lin. 11. *In cicutæ modum.*] Virg. Eclog. 2.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

Lin. 12. *Patetque semper hic transitus.*] Ità MSS. in editis est *hinc.*

Lin. 17. *Nares, &c.*] Numerat Galenus spiritûs instrumenta, nares, os, fauces, asperam arteriam, & pulmonem: nutrimenti verò vasa, os, dentes, stomachum, ventriculum, jejunum & tenuia intestina. Cæterùm alia narium est, secundùm Festum, derivatio: nempè quòd per ea nasi foramina, odoris cujusque guari fimus. *Betul.*

Lin. 18. *Vel spiritus nare non desinit.*] Ità Festus & Isidor. Orig. lib. 11. capt. 1. qui pro *nare* habet *manare*; sed hinc restituendus. *Isaus. Nare*, hîc idem quod fluere.

Lin. 19. *Quæ sunt hujus fistulæ quasi ostia.*] Hæc restituenda fuerunt Lactantio ex Bonon. Tax. Pen. Lipsi. quæ in aliis desunt.

Lin. 20. *Ad os quoque interpatet.*] Sic emendavi ex MSS. 2. Bonon. Tax. Regio-Pet. 3. al. Reg. 5. Colb. 4. Oxon. Goth. Pen. Lipsi. Em. Gat. Marin. Sorbon. Vict. Baluz. Clarom. ed. Cell. & Walch. meliori sensu, quàm hæc quæ in 4. rec. & in editis sunt verba *iter patet*, quæ cum syntaxi constare nequaquam possunt. *Interpatet* autem dixit, quia non rectà ad os tendit, sed ad nares. Aliquantulùm autem patet ad os, & meatum quoque ad illud habet. Vox autem hæc satis Latina. Ità pulmonem *interpatere* rimis dixit Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. 15. Partim *ex Thysio.* Nec Lactantius noster vocis hujus autor est: extat quoque apud alios.

Digitized by Google

mis palati regionibus, ubi se colles faucium spectantes uvam tollere incipiunt in tumorem. Cujus rei causa & ratio non obscura est; loquendi enim facultatem non haberemus, si, ut gulæ iter ad os tantùm, ita gurgulio ad nares tantùm pateret, nec procedens ex eo spiritus efficere vocem sine linguæ ministerio posset.

Aperuit igitur viam voci divina solertia ex illâ fistulâ spiritali, ut posset lingua ministerio suo fungi, & vocis ipsius inoffensum tenorem pulsibus suis in verba concidere. Qui meatus, si aliquo modo interceptus sit, mutum faciat necesse est. Errat enim profectò, quisquis aliam causam putat, cur homines muti sint. Non enim (ut vulgò creditur) vinctam gerunt linguam: sed ii vocalem illum spiritum per nares quasi mugientes profundunt, quòd voci transitus ad os aut nullus omnino est, aut non sic patens, ut plenam vocem possit emittere. Quod plerumque naturâ fit; aliquando etiam casu accidit, ut morbo aliquo hic aditus obseptus vocem non transmittat ad linguam, faciatque de loquentibus mutos. Quod cùm acciderit, auditum quoque obstrui necesse est; ut quia vocem emittere non potest, ne admittere quidem possit. Loquendi ergò causâ patefactus est hic meatus. Illud quoque præstat, ut in lavacris celebrandis, quia nares calorem ferre non possunt, aër fervens ore duca-

Lin. 1. *Colles faucium.*] Jo. Cauci & Isæus legendum putant *tolles*; quod in nullo reperi codice. In 2. Colb. rec. est *calles faucium*; in 2. Reg. rec. & ed. Rom. 1474. Venetâ 1490. Florent. Junt. Graph. *folles faucium.* At in MSS. 2. Bonon. Regio-Put. & 4. al. Reg. 7. Vaticanis, 5. Colb. Sorbon. Ultr. Cant. Em. Cant. Gat. Marm. Vict. Clarom. Baluz. Brun. & in 14. vulgatis est *colles faucium.* Perpendat lector, an pro *colles* & *folles*, *tolles* sit legendum. *Tolles* enim vocantur glandulæ ob quamdam glandis similitudinem. *Tolles* autem seu *toles* est (ut observat Festus) tumor in faucibus, quæ per diminutionem *tonsillæ* dicuntur. Plin. lib. 11. cap. 37. *Tonsillæ in homine, in sue glandulæ.* Sed & tolles, seu tonsillas, quas Celsus vocat glandulas, recentiores medici vocant amygdalas, Græci autem paristhmia. *Tolles* autem à tollendo, quia partem attollunt in tumorem. Legi autem fortè præstaret (inquit Hecquetius) *tolli*, quàm tollere. Undè sic restituendus veniret hîc locus: *ubi se tolles faucium spectantes uvam tolli incipiunt in tumorem.* Et utinam huic lectioni faverent MSS. contra quorum fidem nihil mutare voluri. Nihil enim obstat, quominùs tumor faucium collis appelletur, nec repugnant peritissimi Medici Gandeffridus & Eustachius.

Lin. 3. *Si, ut gulæ iter.*] Ità repòsui ex MSS. omnium vetustissimis optimisque 1. Bonon. & Regio-Put. necnon ex Isæanâ editione: quod melius fuit, quàm *si sicut gulæ iter* 12. Manuscriptorum rec. & edit. Favent etiam textui nostro 2. Colb. Baluz. Brun. in quibus solùm legitur *sicut gulæ iter*, deleto *si*.

Lin. 4. *Nec procedens ex eo spiritus efficere vocem sine lingua ministerio posset.*] Hæc suppleta sunt ex MSS. 2. Bonon. 1. Reg. Tax. 3. Colb. Baluz. Sorbon. Clarom. in marg. atque editis Is. & Spark, quæ in aliis desiderantur.

Lin. 9. *Errat enim, &c.*] Erratigitur princeps medicorum Hippocrates, qui Aphoris. 59. libri 7. ait, eos quibus cerebrum aliquâ ex causâ concussum fuerit, necesse esse statim mutos fieri; & Aphor. 5. lib. 5. ex ebrietate hoc malum etiam evenire subindicat, & id lethale adeò esse, si convulsus fuerit, nisi febri corripiatur. Vide ad hæc Vuilichium. *Betuleius.*

Lin. 11. *Nares quasi mugientes.*] Addidi *quasi* ex MSS.

Lin. 16. *Auditum quoque, &c.*] Experientia contrarium testatur. Imò qui surdi nascuntur, muti sint necesse est.

Lin. 17. *Ne admittere quidem possit.*] Ex 21. MSS. & 10. vet. ed. expunxi vocem *auditum*, quæ sat inutilis videtur, cùm hîc de voce emittendâ & de voce admittendâ agatur, quod non nemo intelligit. *Ne auditum admittere quidem possit* perperàm legitur in 2. Bonon. Tax. & 6. recentioribus vulgatis.

Digitized by Google

tur; item, si fortè spiramenta narium frigoris pituita præcluserit, per os auram trahere possimus, ne obstructâ meandi facultate, spiritus stranguletur. Cibi verò in alvum recepti, & cum potûs humore permisti, cùm jam calore percocti fuerint, eorum succus inenarrabili modo per membra diffusus, irrigat universum corpus, & vegetat.

Intestinorum quoque multiplices spiræ, ac longitudo in se convoluta, & uno tamen substricta vinculo, quàm mirificum Dei opus est? Nam ubi maceratos ex se cibos alvus emiserit, paulatim per illos internorum anfractus extruduntur, ut quidquid ipsis inest succi, quo corpus alitur, membris omnibus dividatur. Et tamen necubi fortè obhæreant, ac resistant, quod fieri poterat, propter ipsorum voluminum flexiones in se sæpè redeuntes, & fieri sine pernicie non poterat, oblevit ea intrinsecùs crassiore succo, ut purgamenta illa ventris ad exitus suos faciliùs per lubricum niterentur. Illa quoque ratio subtilissima est, quòd vesica, cujus usum volucres non habent, cùm sit ab intestinis separata, nec ullam habeat fistulam, quâ ex illis urinam trahat, completur tamen, & humore distenditur. Id quomodò fiat, non est difficile pervidere. Intestinorum enim partes, quæ ab alvo cibum potumque suscipiunt, patentiores sunt quàm cæteræ spiræ, & multò tenuiores. Hæ vesicam circumplectuntur, & continent: ad quas partes cùm potus & cibus mista pervenerint, limum quidem crassius fit, & trasmeat, humor autem omnis per illam teneritudinem percolatur, eumque vesica, cujus æquè tenuis subtilisque membrana est, absorbet, & colligit, ut foràs, quà natura exitum patefecit, emittat.

CAPUT

Lin. 2. *Auram trahere possimus.*] Ità restitui ex MSS. veterrimis 1. Bonon. Reg. Put. Cauc. Ultr. 3. Colbert. Baluz. Vict. Brun. ed. Rom. 1470. Et sic legendum esse patét ex præcedentibus. In 2. Reg. rec. 3. Colb. Clarom. excusisque multis *possumus*, malè.

Ibidem. *Spiritus stranguletur.*] Isæus & Gaudeffridus legendum esse censent *strangulemur*, quia strangulatio ad hominem, non ad aërem pertinet. Sed repugnant MSS. & editi præter If. Et dici potest aërem strangulari, id est faucibus premi.

Lin. 4. *Eorum succus, &c.*] Non alvi hoc officium est, sed intestinorum, quæ exceptum ex ventriculo succum tantisper fovent, dum per venam meseraicam in jecur evectus, in sanguinem convertitur, indèque universa corporis membra nutriuntur. *Betuleius.*

Lin. 6. *Intestinorum quoque multiplices spiræ, &c.*] Maximè illius quod ἕλιξ vocatur, gracile nimirùm illud. Flexuosissimos orbes Plinius nominat: Celsus verò, sinus. *Betul.*

Lin. 7. *Et uno tamen substricta vinculo.*] Ità 15. MSS. quorum duo sunt veterrimi, & 8. editi. In 10. scriptis rec. & 7. impressis rec. *& uno tantùm.* Utraque lectio bona; & in idem recidit.

Lin. 10. *Et tamen necubi fortè obhæreant.*] Sic ex veterrimis & optimis MSS. 2. Bonon. Regio-Put. 1. al. Reg. 3. Colb. Baluz. Tax. emendavi *necubi*, quod est *ne alicubi*; in 7. rec. est *ne cui*; in sex rec. & in vulgatis *ne qui.*

Lin. 12. *Oblevit.*] Vera lectio, quam restitui ex MSS. Tornes. & Erasm. atque editis Graph. & Betul. eademque sententia, Erasmo teste, reperitur apud Aristotel. & Plin. In 9. MSS. & 6. excusis rec. est *opplevit*; malè.

Lin. 14. *Niterentur.*] Ex MSS. vetustissimis 1. Bon. Regio-Put. 4. al. Reg. Pen. Goth. 4. Colb. Vict. Gat. Marm. Clarom. Brun. editis vet. 3. Rom. Ald. 1515. Paris. 1525. Parrhas. Florent. Graph. If. Cellar. sic emendavi; rectiùs quàm *mitterentur*, quod est 9. Manuscriptorum rec. & 6. vulgatorum.

Ibidem. *Vesica, cujus usum volucres, &c.*] Plin. Infra alvum à priore parte vesica, quæ nulli ova gignentium, præter testudinem (hactenus ex Arist.) nulli nisi sanguineum pulmonem habenti, nulli pedibus carentium, &c. *Betul.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

CAPUT XII.

De utero, & conceptione, atque sexibus.

DE utero quoque, & conceptione, quoniam de internis loquimur, dici necesse est, ne quid præteriisse videamur: quæ quanquàm in operto latent, sensum tamen atque intelligentiam latere non possunt. Vena in maribus, quæ seminium continet, duplex est, paulò interior quàm illud humoris obscœni receptaculum. Sicut enim renes duo sunt, ita testes, ita & venæ seminales duæ, in unâ tamen compage cohærentes; quod videmus in corporibus animalium, cùm interfecta patefiunt: sed illa dexterior masculinum continet semen, sinisterior fœmininum; & omninò in toto corpore pars dextra masculina est, sinistra verò fœminina. Ipsum semen quidam putant ex medullis tantùm, quidam ex omni corpore ad venam genitalem confluere, ibique concrescere. Sed hoc, humana mens, quomodò fiat, non potest comprehendere. Item in fœminis uterus in duas se dividit partes, quæ in diversum diffusæ ac reflexæ,

Lin. 1. *De utero, &c.*] Quæ hoc & sequenti capite, ait Cellarius, de hominis formatione in utero traduntur, multùm plebeiæ opinionis tenent, quæ satiùs fuisset Lactantio, & castiùs etiam tacuisse. Qui veriora rescire cupit, philosophos naturæ scrutatores adeat.

Lin. 3. *Sensum.*] Ità MSS. Sangerm. & Bov. editi verò minùs benè habent *sensus*: atque nostram lectionem veram putat Heumannus.

Lin. 4. *Quæ seminium continet.*] Ità restitui ex MSS. Regio-Put. 2. al. Reg. Brun. ac ed. Betul. faventibus MSS. Bodl. Baluz. 3. Colb. Clarom. in marg. in quibus est *quæ seminum rationem continet*; in 3. Reg. 2. Colbert. à primâ manu, ed. Rom. 1470. *quæ semina continet*; in Marm. *quæ semina continent*; in 1. Colb. rec. & multis editis, *quæ semen continet.*

Lin 6. *Ita.*] Sic MSS. Bov. reliqui habent *itemque.*

Ibidem. *Venæ seminales duæ.*] Quæ sic in Medicorum definitionibus describuntur: Παραστάτης (vasa assistentia Philippus transtulit) Observa obiter, quòd rursus dualem urget numerum. Sed ex Vesalii descriptione duos in pene feminis meatus non invenio. *Betul.*

Ibidem. *In unâ tamen compage.*] Sic emendo ex vet. MSS. 2. Bonon. Cauc. 6. Reg. 4. Colb. Tax. Pen. Ultr. Vict. Gat. Marm. Brun. & 2. vet. edit. Rom. Fasitel. Betul. In. 4. MSS. rec. & 9. excusis est *in unâ tantùm*; in 4. vulgatis rec. est *una tantùm*, absque præpositione.

Lin. 7. *Interfecta.*] Rectè Heumannus existimat legendum esse *interfecta*, quia hîc res est de Anatomiâ.

Ibidem. *Patefiunt.*] Id est, secantur. *Francius.*

Lin. 8. *Dexterior masculinum continet semen, &c.*] Plutarchus & Censorinus hujus sententiæ autores faciunt Anaxagoram & Empedoclem. Lege tu Arist. lib. 4. de Generat. animal. cap. 1. Aphoris. Hippocratis est, 48. *Betul.*

Lin. 9. *Et omninò in toto corpore.*] Sequor maximam MSS. vetustissimorum & optimorum partem, cum Isæo Grapheo & Cellario. Legitur *Et idèo* in scriptis 10. rec. & editis 13. Utraque lectio bona.

Lin. 10. *Quidam putant ex medullis tantùm, quidam.*] Sic ferunt MSS. Bonon. Regio-Put. 1. al. Reg. 2. Colb. 1. Sorb. & omnes fermè editi. At MSS. rec. 4. Reg. 4. Colbert. Goth. Lipsi. Em. Cant. Vict. Gat. Marm. Clarom. Brun. edit. 2. Rom. & Cellar. omissis quinque prioribus verbis, habent, *quidam aiunt ex omni corpore.* Cæterùm Platonis hæc sententia est in Timæo pauculis verbis delibata, nimirùm ab aliud agente. Censorinus Hipponi hoc dogma tribuit. *Betul.*

Digitized by Google

circumplicantur, ſicut arietis cornua. Quæ pars in dextram retorquetur, maſculina eſt; quæ in ſiniſtram, fœminina.

Conceptum igitur Varro & Ariſtoteles ſic fieri arbitrantur. Aiunt non tantùm maribus ineſſe ſemen, verùm etiam fœminis, & indè plerùmque matribus ſimiles procreari: ſed earum ſemen ſanguinem eſſe purgatum, quod ſi rectè cum virili miſtum ſit, utraque concreta & ſimul coagulata informari: & primùm quidem cor hominis effingi, quòd

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Sicut arietis cornua.*] De nominibus matricis priùs Plinium audiamus. » Fœminis, inquit, ea omnia, præterquàm veſicæ » junctus utriculus, undè dictus uterus, quod » alio nomine Locos appellant. Hoc in reliquis » animalibus vulvam «. Cæterùm de cornibus arietinis, adeòque de uteri formâ, præter alios lege Veſalium lib. 5. cap. 15. & ejuſdem libri figuram 25. cum aliquot ordine ſequentibus. *Idem.*

Lin. 3. *Varro & Ariſtoteles.*] Ariſtot. hæc non diſſimulanter negat in primo de Generatione, cap. 20. Fuit de hoc olim inter autores controverſum. Adſcribam autem Cenſorini verba: *Illud quoque ambiguam facit inter autores opinionem, utrùmne ex patris tantummodò ſemine partus naſcatur, ut Diogenes & Hippon, Stoicique ſcripſere; an etiam ex matris, ut Anaxagoræ & Alcmæoni, nec non Parmenidi, Empedoclique & Epicuro viſum eſt.* Pythagoras (inquit Plut.) Democritus, Epicurus, fœminam quoque ſemen emittere putarunt. Seminales enim meatus averſos habere (ἔχει γὰρ ἀθρόους ἀνισταμμένους) propter quod ab uſu (inquiunt) coitûs appetentiam habet. Ariſtoteles Platoque materiam quidem uvidam (ὑγρὸν ὑγρὸν) emittere, tanquàm ſudorem à colluctatione, ſed haud quaquàm ſeminalem. Hippo emittere quidem fœminas ſem[illegible] minùs maribus, ſed quod ad gene[illegible] non conferat, ut quod citra vulvam [illegible]at, διὰ τὸ ἐκτὸς πίπτειν τῆς ὑστέρας: undè nonnullas ſæpenumerò citra coitum ullum ſemen emittere, præſertim quæ viduæ degant. Sunt qui à mare oſſa, carnes verò à fœminâ eſſe contendunt. Hippocrates in libro de Geniturâ (ſive is Polybis ipſius diſcipuli eſt) aſſerit, mulieres etiam ſemen generationi idoneum ejaculari. *Betul.*

Ibidem. *Aiunt non tantùm.*] MSS. 5. rec. & 14. editi, *Aiunt enim.*

Lin. 4. *Et indè plerùmque matribus ſimiles procreari.*] Quid de prolis ſimilitudine philoſophi ſenſerint, ſigillatim referre longum foret; indicabimus ſaltem aliquot Autorum loca. Vide Ariſtot. lib. IV. de Gen. Anim. cap. III. & lib. VII. Hiſt. Anim. cap. VI. Plutarch. de Placit. Philoſoph. lib. V. cap. XI. & XII. Stob. in Eclog. Phyſ. Galen. lib. II. de Semine, Plin. lib. VII. cap. XII. Solin. cap. V. Dionyſ. Halicarn. περὶ τῶν λοιπῶν ἐξηλ. Strab. lib. XV. Auguſt. lib. V. contra Julian. cap. IX. Iſidor. lib. II. Orig. cap. I. Pet. Meſſiam l. I. Variar. lect. cap. XLII. Lev. Lemnium lib. I. de Occult. Nat. mir. cap. IV. Johan. Riolan. lib. de Hominis Procreat. cap. XII. Franc. Bonamic. lib. de Aliment. cap. XXXIV. Balduin. Ronſ. lib. de Hum. vitæ primordio c. X. *Lindenbrogius.*

Lin. 5. *Sed earum ſemen ſanguinem eſſe purgatum.*] Ità ſcribit Ariſtoteles, & ita ſcribo cum 5. vet. edd. & omnibus fermè MSS. ſicque legendum eſſe cenſent tres peritiſſimi Medici quos conſului. MSS. rec. 1. Reg. & 1. Colb. impreſſique 11. habent *ſanguine*, male. Sanguinem enim menſtruum (ait Hecquetius) in partem hominis formaturæ venire putarunt Medici veteres.

Lin. 7. *Et primùm quidem cor hominis, &c.*] Addita conjunctio &, ex MSS. & editis, præter Gall. & Sparr. in quibus deſideratur. Cenſorinus de die Natali capite 5. multas multorum opiniones recenſens, in hâc Empedoclis dogma fuiſſe ſequutum Ariſtotelem ait. Ariſtotelis locus alius mihi non eſt in promptu, niſi ille fortaſſis, qui eſt in 3. de Partibus animalium, cap. ſecundùm Theodori demiſſiones 4. ubi quidem non primam partium corporis humani facit, ἀλλὰ ἅμα τῷ πρώτῳ γινομένῳ τοῦ μορίου ἀπάρθαι. Probat id rationibus probabilibus; nempè quòd fons ſanguinis ſit, & ob hoc ipſum, quia corporis ferè meditullium in totum ſe corpus diffundat. Ariſtotelem fortaſſis etiam Plin. pro more ſecutus eſt. Ejus verba ſunt: » Cor primùm naſcentibus formari in utero tradunt, deinde » cerebrum, ſicut tardiſſimè oculos «. Sed apud Plut. & Gal. δορὺν, id eſt lumbos, ſicut carinam navis, primùm formari Ariſtoteli tribuitur; cor autem, ſecundùm medicos, in quo

Digitized by Google

in eo sit & vita omnis & sapientia; denique totum opus quadragesimo die consummari. Ex abortionibus hæc fortasse collecta sunt. In avium tamen fœtibus primùm oculos fingi, dubium non est, quod in ovis sæpè deprehendimus. Unde fieri non posse arbitror, quin fictio à capite sumat exordium.

Similitudines autem in corporibus filiorum sic fieri putant. Cùm semina inter se permista coalescunt, si virile superaverit, patri similem provenire, seu marem, seu fœminam; si muliebre prævaluerit, progeniem cujusque sexûs ad imaginem respondere maternam. Id autem prævalet è duobus, quod fuerit uberius; alterum enim quodammodò amplectitur & includit: hinc plerùmque fieri, ut unius tantùm lineamenta prætendat. Si verò æqua fuerit ex pari semente permistio, figuras quoque misceri; ut soboles illa communis, aut neutrum referre videatur, quia totum ex altero non habet, aut utrumque, quia partem de singulis mutuata est. Nam in corporibus animalium videmus, aut confundi parentum colores, ac fieri tertium neutri generantium simile; aut utriusque sic exprimi, ut discoloribus membris per omne corpus concors mi-

videlicet venarum arteriarumque principium est. Sed Gal. in lib. de Fœtuum formatione post jecur formari ait, Chrysippi & Stoicorum dogmata refellens. *Betuleius.*

Pag. 106. lin. 7. *Effingi.*] Ità ex 19. melioribus & antiquioribus MSS. & edit. Cellar. restitui. In 9. scriptis rec. & 15. vulgatis est *confingi cor hominis;* quâ de re vide Censorinum de Die Natali cap. 5. ubi Philosophorum de formatione hominis recenset opiniones.

Lin. 1. *Vita omnis.*] Sic reposui ex 21. MSS. potioribus, & editis Cellar. Walch. In 5. rec. descriptis & 14. excusis est *vita hominis.*

Ibidem. *Totum opus.*] MSS. 1. Colbert. & Brun. ac Betul. edit. *totum corpus.* Utraque lectio bona; eademque lectionum varietas infrà cap. 13. *Totum opus quadragesimo die consummari.* Plutarch. lib. 5. de Placit. Philos. Hippocrat. masculi conformationem 30. diebus, fœminæ 42. fieri existimavit. At Aristoteles libro 7. de Hist. Animal. cap. 3. longius tempus statuit, nimirùm in masculis XL. dies, in fœminis tres menses. *Lindenbrogius.* Dispar est tamen in utroque sexu ratio. Nam Plinius lib. 7. cap. 6. masculis motum in utero quadragesimo die tribuit, femellis, nonagesimo. Hæc fortassis ex Arist. (ut pleraque) transtulit, amputatis tamen quibusdam, vel mutatis. Vide etiam Plut. lib. 5. Placit. c. 13. *Betul.*

Lin. 3. *Primùm oculos fingi, &c.*] Hoc experientiæ repugnare egregiè demonstrat Guil. Harveus in doctissimo, quem de Generatione animalium, conscripsit, libello: hunc consulere de hâc re ne pigeat; egregiæ enim sunt ipsius observationes. *Gallæus.* Et Aristoteles de Generat. 2. ait, omnium animantium oculos serò nasci, nullo excepto.

Lin. 6. *Similitudines, &c.*] De hoc lege præcipuè Hippocratem περὶ τῆς φύσιος: Galen. de formatione fœtuum: Aristotelem lib. 4. de Generatione animalium, capite tertio. Philosophorum de hâc re dogmata quære apud Censorinum, Plutarchum & Galenum, locis jam suprà citatis. *Betul.*

Lin. 7. *Si virile superaverit, &c.*] Non semper hæc locum habent. Vide Hippocrat. Galen. Aristot.

Ibidem. *Patri similem provenire.*] MSS. rec. 1. Reg. 1. Colb. Gat. Brun. *pervenire.* Marm. 1. Colb. rec. edit. If. *provehi.* Cæteri maximo numero ut in textu.

Lin. 11. *Fieri.*] MSS. Gat. Marm. & editi multi perperàm addunt *solet*, quod respuunt cæteri MSS. & editi 2. Rom. ac Cellar.

Lin. 12. *Prætendat.*] Sic à me ex vet. editis 5. & Cellar. omnibusque MSS. emendatum, præter 1. Colb. cui est *prætendant.* Gat. *portendat.*

Ibidem. *Ex pari semente.*] Ità scripsisse Lactantium probant melioris notæ MSS. Reg. Put. 2. al. Reg. 2. Colb. Clarom. Brun. edit. Rom. 1470. Graph. favente 1. al. Colb. qui habet *sementa.* In 3. Reg. 3. Colb. Marm. Baluz. & 13. editis *semine*, quod ut usitatius substituerunt recentiores librarii.

Digitized by Google

ſtura varietur. Diſpares quoque naturæ hoc modo fieri putantur. Cùm fortè in lævam uteri partem maſculinæ ſtirpis ſemen inciderit, marem quidem gigni opinatio eſt: ſed quia ſit in fœmininâ parte conceptus, aliquid in ſe habere fœmineum, ſuprà quàm decus virile patiatur; vel formam inſignem, vel nimium candorem, vel corporis levitatem, vel artus delicatos, vel ſtaturam brevem, vel vocem gracilem, vel animum imbecillum, vel ex his plura. Item, ſi partem in dextram ſemen fœminini ſexûs influxerit, fœminam quidem procreari: ſed quoniam in maſculinâ parte concepta ſit, habere in ſe aliquid virilitatis, ultrà quàm ſexûs ratio permittat; aut valida membra, aut immoderatam longitudinem, aut fuſcum colorem, aut hiſpidam faciem, aut vultum indecorum, aut vocem robuſtam, aut animum audacem, aut ex his plura.

Si verò maſculinum in dexteram, fœmininum in ſiniſtram pervenerit, utroſque fœtus rectè provenire; ut & fœminis per omnia naturæ ſuæ decus conſtet, & maribus tam mente, quàm corpore robur virile ſervetur. Iſtud verò ipſum quàm mirabile inſtitutum Dei, quòd ad conſervationem generum ſingulorum, duos ſexus maris ac fœminæ machinatus eſt; quibus inter ſe per voluptatis illecebras copulatis, ſucceſſiva ſoboles pareretur, ne omne genus viventium conditio mortalitatis extingueret. Sed plus roboris maribus attributum eſt, quò faciliùs ad patientiam jugi maritalis fœminæ cogerentur. Vir itaque nominatus eſt, quod major in eo vis eſt, quàm in fœminâ; & hinc virtus nomen accepit. Item mulier (ut Varro interpretatur) à mollitie, immutatâ & detractâ litterâ, velut mollier; cui ſuſcepto fœtu, cùm partus appropinquare jam cœpit,

Lin. 15. *Rectè provenire.*] Sic reſtitui ex 20. MSS. & vet. editis octo ac Cellar. In ſex rec. ſcriptis totidemque vulgatis eſt *rectè pervenire.*

Lin. 17. *Quàm mirabile inſtitutum Dei!*] Juxta omnes fermè MSS. expunxi poſt *Dei* verbum *eſt*, quod erat in 11. vulgatis. In 13. ſcriptis & editis vet. 2. Rom. legitur *conſtitutum Dei*; in edit. Graph. *conſtitutum Deo.*

Lin. 19. *Succeſſiva ſoboles.*] Ità cum cunctis impreſſis MSS. 3. Reg. 1. Colb. Vict. Brun. & rectè. In 2. Bonon. Pen. Tax. Cauc. *ſucciſiva ſoboles*; in 3. Reg. 3. Colb. Gat. 1. Sorbon. Clarom. à ſecundâ manu, *ſubſiciva*; alii 5. mendosè *ſubſicina*, *ſubvicina*, &c. 1. Reg. Put. *ſicut ſoboles*; corruptè. *Succeſſiva ſoboles pareretur*: vera lectio tribus doctiſſimis Medicis probata. Scriptis 6. eſt *pararetur*; nec malè.

Lin. 22. *Vir itaque*, &c.] Idem etiam affirmat Cic. Tuſculanarum quæſtionum ſecundo. Viri, inquit, propria maximè eſt fortitudo: cujus munera duo maxima ſunt, mortis dolorisque contemptio. Utendum eſt igitur his, ſi virtutis compotes, vel potiùs, ſi viri volumus eſſe; quoniam à viris virtus nomen eſt mutuata: ſic etiam Græcis ἡ ἀνδρεία, ἀπὸ τῆς ἀνδρὸς. *Betul.*

Lin. 23. *Item mulier (ut Varro interpretatur) à mollitie.*] Sex MSS. rec. & 12. vulgati addunt *eſt dicta*; ſed fruſtrà. Vide præcedentia. Hæ duæ voces abſunt à vet. & opt. MSS. 1. Bonon. Regio-Put. 4. al. Reg. 4. Colbert. Pen. Vict. Gat. Marm. Clarom. Brun. & 7. vet. editis. Ad Varronem omnes hanc derivationem referunt; major tamen uſus iſtius vocis eſt, ut viro potita, à virgine diſcernatur, præſertim apud Jureconſultos. Eadem ferè differentia, quæ eſt apud Græcos, qui παρθένον dicunt eam quæ virum non geſtavit; γύναιον, quæ geſtavit quidem, ſed ex eo non peperit; γυναῖκα, quæ etiam peperit; ſed γεγῶν, quæ jam parere deſiit: quæ differentia eſt apud Iſacium Tzetzam in Lycophronis commentario. In Sacris litteris ἡ γυνὴ ferè ἀντὶ τῆ ἀλόχου uſurpatur. *Idem.*

Digitized by Google

turgescentes mammæ dulcibus succis distenduntur, & ad nutrimenta nascentis fontibus lacteis fœcundum pectus exuberat. Nec enim decebat aliud, quàm ut sapiens animal à corde alimoniam duceret. Idque ipsum solertissimè comparatum est, ut candens ac pinguis humor teneritudinem novi corporis irrigaret, donec ad capiendos fortiores cibos, & dentibus instruatur, & viribus roboretur. Sed redeamus ad propositum, ut cætera, quæ supersunt, breviter explicemus.

Lin. 1. *Ad nutrimenta nascentis fontibus lacteis.*] Sic emendavi ex veterrimis MSS. 2. Bonon. Cauc. Regio-Put. al. 3. Reg. 6. Colb. Tax. Pen. Ultr. Em. Vict. Gat. Marm. Clar. Baluz. Brun. edit. Betul. accedente 1. Sorbon. in quo est *ad nutrimenta nascentibus fontibus lacteis*; in 2. Reg. & 14. vulgatis *nascentis fontibus lactis*; in 3. al. editis *nascentibus fontibus lactis*. Editi annorum 1472. & 1478. habent etiam *fontibus lacteis*.

CAPUT XIII.

De Membris inferioribus.

POTERAM nunc ego ipsorum quoque genitalium membrorum mirificam rationem tibi exponere, nisi me pudor ab hujusmodi sermone revocaret: itaque à nobis indumento verecundiæ, quæ sunt pudenda, velentur. Quod ad hanc rem attinet, queri satis est, homines impios, ac profanos, summum nefas admittere, qui divinum & admirabile Dei opus, ad propagandam successionem inexcogitabili ratione provisum & effectum, vel ad turpissimos quæstus, vel ad obscœnæ libidinis pudenda opera convertunt; ut jam nihil aliud ex re sanctissimâ petant, quàm inanem & sterilem voluptatem. Quid reliquæ corporis partes, num carent ratione, ac pulcritudine? Conglobata in nates caro, quàm sedendi officio apta! & eadem firmior, quàm in cæteris membris, ne premente corporis mole ossibus cederet. Item feminum deducta, & latioribus toris valida longitudo, quò facilius onus corporis sustineret; quam paulatim deficientem in angustum genua determinant, quorum decentes nodi flexuram pedibus, ad gradiendum sedendumque aptissimam, præ-

Lin. 3. *Indumento verecundiæ, quæ sunt pudenda, &c.*] Vide Paulum Ephes. 5, v. 4. Præclarus est locus apud Aristot. lib. 7. Polit. cap. ult.

Ibidem. *Quæ sunt pudenda, &c.*] Pudenda, virilia, ad imitationem Græcorum, qui αἰδοῖα nominant. Arist. in 1. de Hist. animalium, virilia propria sic vocari ait: fœminina autem, αἰδοῖα. Sed Medicorum fabula differentiam hanc non observat, utriusque sexûs pudenda αἰδοῖα nominans, ut & Julius Pollux.

Lin. 9. *Sterilem voluptatem.*] Id est, sine spe prolis. *Francius.*

Ibidem. *Quid reliquæ corporis partes?*] Ita reposui ex MSS. 2. Bonon. Regio-Put. & 3. al. Reg. 6. Colb. Tax. Pen. Lips. Em. Marm. Clarom. Baluz. In 6. MSS. & editis Rom. 1468. & 1470. *Quæ reliqua*; in 2. Reg. & 12. impressis, *Quæ reliqui.*

Lin. 12. *Et eadem.*] Heinsianus legit *ea eadem.*

Lin. 13. *Valida.*] Deest in MS. Bov.

Lin. 15. *Flexuram pedibus, ad gradiendum sedendumque aptissimam, præbent.*] Sic legunt omnes fermè MSS. & edd. At MSS. 2. Bon. & rec. 11. Reg. Tax. 2. Colbert. Clarom. habent, *flexuram in pedibus, ad gradiendum sedendumque aptissimum usum præbent.*

Digitized by Google

bent. Item crura non æquali modo ducta, ne indecens habitudo deformaret pedes, sed teretibus suris clementer extantibus, sensimque tenuatis, & firmata sunt & ornata.

www.libtool.com.cn

In plantis verò eadem quidem, sed tamen longè dispar, quàm in manibus ratio est: quæ quoniam totius corporis quasi fundamenta sunt, mirificus eas artifex non rotundâ specie, ne homo stare non posset, aut aliis ad standum pedibus indigeret, sicut quadrupedes, sed porrectiores, longioresque formavit, ut stabile corpus efficerent planicie suâ; undè illis inditum nomen est. Digiti æquè totidem, quot in manibus, speciem magis, quàm usum majorem præferentes, ideòque & junĉi, & breves, & gradatim compositi: quorum qui est maximus, quoniam illum sicut in manu discerni à cæteris opus non erat; ita in ordinem redactus est, ut tamen ab aliis magnitudine, ac modico intervallo distare videatur. Hæc eorum speciosa germanitas, non levi adjumento nisum pedum firmat; concitari enim ad cursum non possumus, nisi digitis in humum pressis, soloque nitentibus, impetum saltumque capiamus. Explicasse videor omnia, quorum ratio intelligi potest. Nunc ad ea venio, quæ vel dubia, vel obscura sunt.

Lin. 2. *Sed.*] Hæc vox & quatuor sequentes desunt in MS. Bov.

Ibidem. *Suris clementer extantibus.*] Id est leniter prominentibus. Eodem enim sensu adverbiis clementer, leniter, molliter utitur Lactantius. *Sura* est pars posterior cruris, eaque carnosior.

Lin. 3. *Et firmata sunt & ornata.*] Sic reposui ex editis Betul. Cellar. Walch. omnibusque MSS. præter 2. Reg. rec. cæterosque typis excusos, quibus est *& firma sunt & ornata.*

Lin. 5. *Corporis.*] Ità MSS. 2. Colb. Claromont. Brun. Bov. & alii. Reliqui multi habent *operis.*

Lin. 10. *Quàm usum majorem præferentes.*] Ità cum edit. Rom. 1470. & Cellar. cuncti MSS. præter 1. Reg. rec. & 11. vulgatos, quibus deest, *majorem.*

Lin. 14. *Germanitas.*] Hoc est fraterna societas. Sic apud Salvianum libro 2. contra avaritiam cap. 6. legitur *Apostolorum germanitas.* Heumannus.

Ibidem. *Nisum.*] MS. Bov. *Nixum.*

CAPUT XIV.

De intestinorum quorumdam ignotâ ratione.

MULTA esse constat in corpore, quorum vim, rationemque perspicere nemo, nisi qui fecit, potest. An aliquis enarrare se putat posse, quid utilitatis, quid effectûs habeat tenuis membrana illa perlucens, quâ circumretitur alvus, ac tegitur? Quid renum gemina similitudo?

Lin. 3. *Tenuis membrana illa perlucens.*] Græcè Περιτόναιον: Pollux. Hujus nomenclatione Latini carentes, Græco nomine ut suo utuntur, nisi quòd aliqui abdominis membranam nuncupant: à circummuniendo videtur nomen esse deductum; potissimus enim hic istius usus est. Gallis etiam dicitur *peritoine.* Ex *Betuleio.*

Lin. 4. *Quâ circumretitur alvus.*] Ità restitui ex veterrimis & optimis MSS. 2. Bonon. Regio-Put. 3. al. Reg. Cauc. Tax. Pen. 6. Colb. Em. Ultr. Sorbon. Vict. Gat. Marm. Baluz. Clarom. Brun. & edit. Betuleii. Id est, membranâ illâ sicut reti involvitur alvus. In

Digitized by Google

quos ait Varro ita dictos, quòd rivi ab his obscœni humoris oriantur: quod est longè secùs, quia spinæ altrinsecùs supini cohærent, & sunt ab intestinis separati. Quid splen? quid jecur? quæ viscera quasi ex conturbato sanguine videntur esse concreta: quid fellis amarissimus liquor? quid globus cordis? Nisi fortè illis credendum putabimus, qui affectum iracundiæ in felle constitutum putant, pavoris in corde, in splene lætitiæ. Iplius autem jecoris officium volunt esse, ut cibos in alvo concoquat amplexu & calefactu suo: quidam libidines rerum Venerearum in jecore contineri arbitrantur.

Primum ista perspicere acumen humani sensûs non potest; quia horum officia in operto latent, nec usus suos patefacta demonstrant. Nam si ita esset, fortasse placidiora quæque animalia, vel nihil fellis omninò, vel

MSS. rec. 2. Reg. Cantabrig. 1. Colbert. à secundâ manu, & in quamplurimis excusis est *circumnectitur alvus*. Membrana autem illa, seu peritonium, complectitur ventriculum, intestina, omentum, mesenterium, jecur, lienem, renes, utramque vesicam, uterum, & vasa demùm quæcumque inter septum transversum & crura situm habent. Et licèt Lactantium latuerit usus hujus membranæ, medicos tamen minimè latuit, quorum haud spernendos aliquot enumerat Andreas Vesalius in præclaro de Humani corporis fabricâ opere, lib. nempè 5. cap. 2. Ex *Betuleio*.

Lin. 1. *Quòd rivi.*] *Quòd* sensus postulat: id reposui ex præcipuis MSS. viginti suprà laudatis, & editis Graph. & Gymnic. In 2. Colb. Baluz. Brun. est *quos rivi*; in uno Reg. recentiore & 15. vulgatis, *quasi rivi*. Ἀπὸ τῶ ῥέειν fortassis, si Grammaticorum deductioni credimus. Sed mihi parùm placent derivationes ex Græcis, ubi ipsi alias istius rei nomenclationes habent: sicut ipsis ῥὺν ovem, Latinis *ren* idem quod illis νέφρος significat. *Betul.*

Lin. 2. *Quia spinæ, &c.*] Aliter Arist. sub finem primi de Hist. Animalium.

Lin. 3. *Quid splen?*] Cùm in splene multæ sparsæ sint arteriæ, calorem recipit à corde, quo illum feculentum & limosum sanguinem magis coquit, & aliquid assumit indè quo nutritur. *Betul.*

Ibidem. *Quid jecur?*] Quid, Lactanti? Nescis hoc membrum esse generosum? nescis hoc inter organa nutritivæ potentiæ præcipuum esse? nescis officinam esse sanguinis? nescis hepar in hoc ipso cordi tradere mutuas operas? nescis id quod Plato dicit, Ὅτι τὸ ἧπαρ πέφυκε χάριν μαντικῆς? Rectè interim facis, quòd agnoscis, quòd juvat concoctionem in ventriculo, virtute nimirùm caloris. *Betul.*

Ibidem. *Ex conturbato sanguine.*] Verum hoc quidem est, quòd jecoris substantia sit sanguini nuper concreto simillima. *Betul.*

Lin. 4. *Quid fellis, &c.*] Flava bilis (cujus vesicula bilis folliculus Latinis, Græcis χολάδοχος appellatur) incredibiliter quidem sanitatem infestat: habet tamen etiam sua commoda. Nam ut sanguis purificetur, opus est derivari aliquò flavam bilem copiosiorem. Est enim, ut inquit Plin. fel nihil aliud, quàm purgamentum pessimi sanguinis. Est igitur opus receptaculo, in quo bilis & calefacit hepar, & conservat ne putrescat. Pellit item nutrimentum intestinis, & abstergit intestinorum sordes. Vide de hoc Vesalium copiosè differentem c. 8. lib. 5. Plin lib. 28. cap. 9. medicinas ex animalibus enumerans. Inter omnia, inquit, animalium fel præstantius in effectu. Est enim vis ejus excalfacere, mordere, scindere, extrahere, discutere, &c. *Betuleius.*

Lin. 5. *Quid globus cordis.*] Post hæc verba, manu exarati codices septem, scilicet 2. Bon. 1. Reg. 1. Sorbon. 1. Colbert. Tax. & Baluz. addunt, *qui vivus sanguinis fons est*; in 1. Colbert. & Clarom. ad marg. *unius*; in 15. excusis *qui unus sanguinis fons est*. Unus, id est solus. At hæc 5. verba absunt ab antiquissimis MSS. Cauc. 2. Reg. & 22. aliis, nec non ab edit. 2. vet. Rom. eaque expunxi ut Glossema. Apud Platonem in Timæo, paulò antè finem, *cor* dicitur *venarum origo, fonsque sanguinis per omne corpus impetu quodam manantis*; quo in loco non est *vivus*, nec *unus*.

Lin. 7. *Concoquat.*] Ità MS. Bov. *coquat*, idque rectè.

Lin. 11. *Patefacta.*] Scilicet, cùm aperiuntur.

Lin. 12. *Placidiora quæque, &c.*] Quæ animalia fel habeant, docet Arist. lib. de Hist.

Digitized by Google

minùs haberent, quàm feræ; timidiora, plus cordis, salaciora, plus jecoris, lasciviora, plus splenis habuissent. Sicuti igitur nos sentimus, audire auribus, oculis cernere, naribus odorare: ita profectò sentiremus, nos felle irasci, jecore cupere, splene gaudere. Cùm autem, undè affectus isti veniant, minimè sentiamus, fieri potest, ut aliundè veniant, & aliud viscera illa, quam suspicamur, efficiant. Nec tamen convincere possumus, falsa illos, qui hæc disputant, dicere. Sed omnia, quæ ad motus animi animæque pertineant, tam obscuræ altæque rationis esse arbitror, ut supra hominem sit, ea liquidò pervidere. Id tamen certum & indubitatum esse debet, tot res, tot viscerum genera, unum & idem habere officium, ut animam contineant in corpore. Sed quid propriè muneris singulis sit injunctum, quis scire, nisi artifex, potest, cui soli opus suum notum est?

Animal. 1. cap. 18. lib. 2. cap. 17. Item lib. de Partibus Animal. 4. cap. 2. Plin. in Chersoneso, fel non omnibus datum animalibus esse scribit, in Eubœæ Chalcide nullum pecori, in Naxo prægrande geminumque, &c. Sed hæc, ut alia, ex Aristotele habet. *Idem.*

Lin. 1. *Timidiora, plus cordis, &c.*] Ironiæ genus est: quia cùm pavor tribuatur cordi, plus cordis, idem est ac plus pavoris haberi. *Hecquet.* In MS Regio-Put. est *timidiora plus jecoris;* malè. Siquidem Autor noster in jecore nonnisi virtutem coctionis ciborum, & libidines rerum venerearum locat.

Ibidem. *Timidiora plus cordis, &c.*] Imò ob id cervi maximè timidi. Plin. Cæteris corruptis vitalitas in corde durat. Bruta existimantur animalium, quibus durum riget; audacia, quibus parvum est; pavida, quibus prægrande. Maximum autem est, proportione omnibus, lepori, asino, cervo, pantheræ, mustelis, hyenis, & omnibus timidis, aut propter metum maleficis, &c. *Idem.*

Ibidem. *Salaciora, plus jecoris.*] Hæc desunt in MS. Bov. sicut & in multis aliis.

Lin. 4. *Jecore cupere.*] Galenus non dicit nos jecore cupere: sed hepar facit sedem τῆ ἐπιθυμητικῆ, sicut cor τῆ θυμοειδεῖ, sicut ἡγεμονικὸν in capite. Et Democrit. ad Hippocratem scribens, καρδίαν dicit βασιλίδα ἁπάσης τιθηνεῖν.

Lin. 10. *Tot viscerum.*] MS. Bov. *tanta viscera. Tanta* hîc numerum significat: sic libro 1. Divin. Institut. cap. 3. circa finem, *Tantarum rerum gubernationem*, pro *tot rerum.*

Lin. 12. *Muneris.*] MSS. 3. rec. *numeris*, corruptè: scripti sex & quinque editi, *nervis.*

CAPUT XV.

De Voce.

DE voce autem quam rationem reddere possumus? Grammatici quidem ac philosophi vocem esse definiunt, aërem spiritu verberatum,

Lin. 2. *Vocem esse definiunt.*] Rectiùs & elegantiùs legeres delendo *esse*. Sic etiam legendum esse putat Heumannus.

Ibidem. *Aërem spiritu verberatum, &c.*] Seneca in 2. Natur. quæst. de tonitruis agens: » Præter hæc, inquit, naturâ est aptus aër ad » voces. Quidni? cum vox nihil aliud sit, quàm » ictus aër «. Idem paulò superiùs: » Quid enim » est vox, nisi intensio aëris audiatur, linguæ » formata percussu «? Hæc philosophus, & quidem Stoïcus. Ex Grammaticis Diomedes lib. 2. » Vox est (ut Stoïcis placet) spiritus tenuis, » auditu sensibilis, quantùm in ipso est. Fit » autem vel exilis auræ pulsu, vel verberati » aëris ictu «. Priscianus: » Philosophi definiunt, » vocem esse aërem tenuissimum ictum. *Betul.* De Vocis formatione lege Cordomœsium (*Cordemoy*) in oratione Physicâ de loquelâ.

Digitized by Google

tum : undè verba ſunt nuncupata, quod perſpicuè falſum eſt. Non enim vox extra os gignitur, ſed intrà; & ideò veriſimilior eſt illa ſententia, ſtipatum ſpiritum, cùm obſtantiâ faucium fuerit illiſus, ſonum vocis exprimere : veluti cùm in patentem cicutam, labroque ſubjectam demittimus ſpiritum, & is cicutæ concavo repercuſſus ac revolutus à fundo, dum ad deſcendentem occurſu ſuo redit, ad exitum nitens, ſonum gignit; & in vocalem ſpiritum reſiliens per ſe ventus animatur. Quod quidem an verum ſit, Deus artifex viderit. Videtur enim non ab ore, ſed ab intimo pectore vox oriri. Denique & ore clauſo, ex naribus emittitur ſonus qualis poteſt. Prætereà & maximo ſpiritu, quo anhelamus, vox non efficitur, & levi, & non coarctato ſpiritu, quotiès volumus, efficitur. Non eſt igitur comprehenſum, quomodò fiat, aut quid ſit omninò. Nec me nunc in Academiæ ſententiam delabi putes, quia non omnia ſunt incomprehenſibilia. Ut enim fatendum eſt multa neſciri, quæ voluit Deus intelligentiam hominis excedere : ſic tamen multa eſſe, quæ poſ-

Lin. 1. *Undè verba ſunt, &c.*] Lactantio ſubſcribunt Priſcianus & Diomedes, inter Latinos Grammaticos coryphæi. Sed Quintilianus exſibilat. Varro à veritate deduci mavult. Græci τὸ ῥῆμα ἀπὸ τῆς ῥίσεως deducunt. Undè Epicurei, teſte Gellio, vocem ῥῆμα λέγειν dixerunt. *Betul.*

Ibidem. *Non enim vox, &c.*] Hæc ratio huic definitioni confutandæ non ſufficit; nam hæc verberatio non extra os, ſed intra fauces fit. Neque enim illa verberatio in auribus audientis, ſed eſt in gutture loquentis. *Betul.*

Lin. 4. *Demittimus ſpiritum.*] Ità repoſui ex MSS. 2. Reg. 2. Colbert. Brun. & edit. Betul. Cæteri vulgati & decem ſcripti rec. ferunt *dimittimus.* In optimo & veruſtiſſimo Regio-Put. eſt *mittimus*, quod magis placeret. Verſio enim latina Platonis in Timæo ante finem ſic habet: *Pulmo diſtillatione occluſus, libera & expedita ſpiracula nobis non exhibet, & hinc quidem nullus* MITTITUR *ſpiritus.*

Lin. 5. *Cicuta.*] Fiſtulæ, ut apud Virgil. in Ecl.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula. ——

Theodoretus in Serm. 3. de Providentiâ Dei, artem naturæ vel ipſius adeò ſapientiæ divinæ imitatricem eſſe dicit in eo, quòd organa muſica, ad vocis humanæ modulationem exprimendam, induſtria humana effinxerit.

Lin. 6. *Dum ad deſcendentem occurſu ſuo redit.*] In pluribus editis deerat *dum*, quod reſtitui ex 22. MSS. ex quibus novem habent *redit*; alter *reducit.* Decem MSS. & 14. excuſi, *deſcendentem occurſu ſuo reddit*; malè.

Lin. 8. *Deus.*] Deeſt in MS. Bov.

Ibidem. *Ab intimo pectore, &c.*] Sic Homerus Ulyſſem, virum ſapienti facundiâ præditum, vocem mittere ait, non ex ore, ſed ex pectore, Il. γ.

Lin. 9. *Vox oriri.*] Abeſt *vox* ab uno Reg. rec. & edit. Ald. Pariſ. 1525.

Ibidem. *Ex naribus.*] Ità reſtitui ex quampluribus impreſſis, & omnibus MSS. præter 2. Reg. & edd. 6. in quibus eſt *& naribus.*

Lin. 10. *Et maximo ſpiritu.*] Ità omnes ferè MSS. At editi *ex.*

Lin. 11. *Et levi.*] Heuman. legit *ex levi.*

Lin. 12. *Non eſt igitur comprehenſum, &c.*] Imò ſatis comprehenſum. Nam animalium vox, quæ ἔμψυχος dicitur, aut eſt ἐγγεγραμματος : atque hæc eſt ſermo, vel loquela, διάλεκτος Galeno; aut eſt ἀγράμματος, quam homo cum animantibus pulmonem habentibus communem habet. Utraque fit reſpiratione, ut nos Ariſtotelis definitio docuit. διαλεκτικὰ, hoc eſt, ſermonis inſtrumenta Galenus de locis affectis primùm aſſignat linguam, quam κυριώτατον ὄργανον nominat; deinde nares, & labra & dentes. Hæc enim ſuis illiſionibus vocem alioquin hiantem conſonantibus ſtridere facit, & reddit ἐναρθρον καὶ ἐγγεγραμμενον. Ariſt. guttur & pulmonem reſpirationis inſtrumenta facit. *Betul.*

Ibidem. *Omninò.*] Hanc vocem, quæ extat in veterrimis optimiſque MSS. Regio-Put. Bonon. aliiſque, & in cunctis ferè editis, retinui in textu, licèt abſit à 15. MSS. rec. & 2. edd. Rom.

ſint & ſenſibus percipi, & ratione comprehendi. Sed erit nobis contrà philoſophos integra diſputatio. Conficiamus igitur ſpatium, quod nunc decurrimus.

www.libtool.com.cn

Lin. 2. *Spatium.*] Cicero de Amicitiâ cap. 12. *ſpatium curriculumque* ſimul conjungit.

Ibidem. *Quod nunc decurrimus.*] Sic reposui ex vetuſtiſſimo & optimo MS. Regio-Puteano, approbante Doctiſſimo Francio. Cæteri codices habent *quo.*

CAPUT XVI.

De mente, & ejus ſede.

MENTIS quoque rationem incomprehenſibilem eſſe, quis neſciat, niſi qui omninò illam non habet; cùm ipſa mens quo loco ſit, aut cujuſmodi, neſciatur? Varia ergò à philoſophis de naturâ ejus, ac loco diſputata ſunt. At ego non diſſimulabo, quid ipſe ſentiam; non quia ſic eſſe affirmem (quod eſt inſipientis in re dubiâ facere,) ſed ut expoſitâ rei difficultate, intelligas, quanta ſit divinorum operum magnitudo. Quidam ſedem mentis in pectore eſſe voluerunt. Quod ſi ita eſt, quanto tandem miraculo dignum eſt, rem in obſcuro ac tenebroſo habitaculo ſitam, in tantâ rationis atque intelligentiæ luce verſari? tum quòd ad eam ſenſus ex omni corporis parte conveniunt, ut in quà-

Lin. 4. *At ego.*] Ità MSS. & plerique edd. Vulgati 5. *Ac ego*, minùs aptè; & proximè præceſſit.

Lin. 7. *Quidam ſedem mentis in pectore*, &c.] Parmenides & Epicurus, videlicet ὁ ἅλῳ τῷ θώρακι: Stoïci ad unum toto in corde. Diogenes in arteriaco cordis ventriculo, qui animalis, id eſt, ſpiritalis eſt Plutarcho. Et in hâc ſententiâ fuiſſe apparet eos, qui prudentes cordatos appellarunt. De quo audiamus Ciceronem in 1. Tuſcul. quæſt. diſſerentem. » Quid ſit porrò ipſe animus, aut ubi, » aut undè, magna diſſenſio eſt. Aliis cor ipſum » animus videtur: ex quo excordes, vecordes, » concordeſque dicuntur. Empedocles autem » animum eſſe cenſet, cordi ſuffuſum ſanguinem. Aliis pars quædam cerebri viſa eſt animi » principatum tenere. Aliis nec cor ipſum placet, nec cerebri quamdam partem eſſe animum: ſed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem & locum, &c. « Plurimæ ſunt paſſim apud Autores locutiones, quibus conſilium & cogitatio in pectore & corde ponuntur. Sed miſſis illis, videamus quid Sacræ litteræ dicant, in quibus vocabulum νοὸς variè uſurpatur. Paulus etiam utitur pro animi principatu, quem ἡγεμονικὸν appellant, Rom. 7. v. 23. Mentem Chriſtus Matth. 6. v. 22. lumen appellat. Anima non ſemel & ſpiritus mentem ſignificat, ut in hoc divæ Virginis apud Lucam cap. 1. v. 46. & 47. νοὸς pro intellectu ponitur 1. Cor. 14. v. 15. Cæterùm quòd Scripturæ phraſis cor mentis ſedem, & cogitationum conſiliorumque quaſi officinam quamdam faciat, minimè obſcurum eſſe poteſt iis, qui in eâ non oſcitanter verſantur. Corde creditur ad juſtitiam, inquit Paulus. Credere autem mentis officium eſt, & quidem defecatæ, & per Spiritum S. illuminatæ. Foret infiniti negotii, hujus rei teſtimonia colligere; ſufficiat ergò unum hoc, quòd Dominus καρδιογνώστης appellatur Act. 1. & 15. Obtrudenda itaque & objicienda Scripturæ autoritas iis eſt, qui rationibus nixi, dogmatibus inter ſe pugnant. Theodoret. Serm. 3. de Providentiâ, cordi totius corporis imperium, ſeu regimen aſſignat; & Hieronymus multis in locis hoc aſſerit. Atqui non deſunt Scripturæ teſtimonia, quibus demonſtrari poteſt, cor affectuum ſedem eſſe. Nam Dominus non minùs renes, quàm cor ſcrutatur; & cùm cor explorat, probat an contritum ſatis & humiliatum ſit, an æſtuet livore ſeu odio. Nam hîc majori ex parte dominatur lex carnis. *Betul.*

Digitized by Google

libet regione membrorum præsens esse videatur. Alii sedem ejus in cerebro esse dixerunt. Et sanè argumentis probabilibus usi sunt: oportuisse scilicet, quod totius corporis regimen haberet, potiùs in summo, tanquàm in arce habitare; nec quidquam esse sublimius, quàm id, quod universum ratione moderetur, sicut ipse mundi dominus & rector in summo est. Deinde quòd sensus omnis, id est audiendi, & videndi, & odorandi ministra membra in capite sint locata, quorum omnium viæ non ad pectus, sed ad cerebrum ferant: alioqui necesse nos esset tardiùs sentire, donec sentiendi facultas longo itinere per collum ad pectus usque descenderet. Ii verò aut non multùm, aut fortassè non errant.

Videtur enim mens, quæ dominatum corporis tenet, in summo capite constituta, tanquàm in cœlo Deus: sed cùm in aliquâ sit cogitatione, commeare ad pectus, & quasi ad secretum aliquod penetrale secedere, ut consilium, tanquàm ex thesauro recondito, eliciat ac proferat; ideòque cùm intenti ad cogitandum sumus, & cùm mens occupata in altum se abdiderit, neque audire quæ circumsonant, neque videre, quæ obstant, solemus. Id verò sive ita est, admirandum profectò est, quomodò id fiat, cùm ad pectus ex cerebro nullum iter pateat. Sin autem non est ita, tamen nihilominùs admirandum est, quòd divinâ nescio quâ ratione fiat, ut ita esse videatur. An potest aliquis non admirari, quòd sensus ille vivus atque cœlestis, qui mens, vel animus nuncupatur, tantæ mobilitatis est, ut ne tum quidem, cùm sopitus est, conquiescat; tantæ celeritatis, ut uno temporis puncto cœlum omne colluστret, &, si velit, maria pervolet, terras, ac urbes peragret, omnia denique, quæ libue-

Lin. 1. *Sedem ejus in cerebro.*] Plutarch. Πλάτων, Δημόκριτος, ὁ ἴλη τῇ κεφαλῇ; σεάτων ὁ μυοφρών. Vide disputationem benè longam in Vesalii Anatomico lib. 6. *Betul.*

Lin. 4. *Tanquàm in arce habitare.*] Sic MSS. 2. Reg. & Cant. cum ed. penè omnibus. MSS. 25. inter quos sunt duo antiquissimi, habent *in arce corporis*: sed perperàm; siquidem vox *corporis* mox præcessit lineâ superiori.

Lin. 6. *Audiendi, & videndi, & odorandi ministra membra in capite sint locata.*] In tribus MSS. rec. & omnibus editis legitur *sunt*. In optimis MSS. Regio-Put. aliisque 13. *sint*; rectè. Vide præcedentia, *quòd haberet .... quòd moderetur.*

Lin. 12. *Sed cùm in aliquâ sit cogitatione.*] Ità restitui ex antiquissimis MSS. Regio-Put. Bonon. Cauc. aliisque 16. In 3. rec. & vulgatis est, *sed quandò in aliquâ sit cogitatione.*

Lin. 13. *Secedere.*] Sic reposui ex cunctis MSS. & veteribus editis. In 3. vulgatis rec. est, *cedere.*

Lin. 18. *Cùm ad pectus ex cerebro, &c.*] Ergò, Lactanti, tuâ censurâ Pythagoras longè aberravit, qui animæ imperio fines, seu terminos cor & cerebrum constituit. Deus spiritus est; mens divinum quiddam est. Undè sequitur, mentem seu animam esse δαίμονιον. Ergò circumscriptione locorum mens opus minimè habet. Taceo jam, quòd cerebrum mentis sedes, non modò spiritum animalem ità tenuem parat, ut rebus divinis exequendis sit idoneus: sed etiam sensuum instrumenta per nervos, veluti per funiculos distribuit. Utrilibet animæ parti non sensus modò parent dictanti: sed ad ipsarum nutum omnes corporis particulæ excubias agunt, jussum expectantes. Nam si voluntas, id est rectæ rationis dictamen aliquid videre jubeat, tunc in promptu oculorum officium est. Eadem ratio in cæteris quoque sensuum organis, artubus, & cæteris membris est. *Betuleius.*

Ibidem. *Sin autem non est ita,*] Ex vetustissimis MSS. Regio-Put. 2. Bonon. Cauc. septemque aliis ita restitui. In cæteris desiderantur duo extrema verba, in nonnullis ultimum dumtaxat: in vet. editis 4. *Sin autem non est ita, hoc tamen.* At MS. Bov. sat rectè habet, *Sin autem non est, nec tamen nihilominùs admirandum est.*

rit, quamvis longè latèque summota sint, in conspectu sibi ipse constituat?

Et miratur aliquis, si divina mens Dei per universas mundi partes intenta discurrit, & omnia regit, omnia moderatur, ubique præsens, ubique diffusa; cùm tanta sit vis ac potestas mentis humanæ intra mortale corpus inclusæ, ut ne septis quidem gravis hujus ac pigri corporis, cui alligata est, coërceri ullo pacto possit, quominùs sibi liberam vagandi facultatem, quietis impatiens, largiatur? Sive igitur in capite mens habitat, sive in pectore, potestne aliquis comprehendere, quæ vis rationis efficiat, ut sensus ille incomprehensibilis aut in medullâ cerebri hæreat, aut in illo sanguine bipartito, qui est incluſus in corde? ac non ex eo ipso colligat, quanta sit Dei potestas, quòd animus se ipsum non videt, aut qualis, aut ubi sit; nec si videat, tamen perspicere possit, quo pacto rei corporali res incorporalis adjuncta sit? Sive etiam mentis locus nullus est, sed per totum corpus sparsa discurrit, quod & fieri potest, & à Xenocrate Platonis discipulo disputatum est, siquidem sensus in quâlibet parte corporis præsto est, nec quid sit mens ipsa, nec qualis, intelligi potest, cùm sit natura ejus tam subtilis ac tenuis, ut solidis visceribus infusa, vivo, & quasi ardenti sensu, membris omnibus misceatur.

Illud autem cave, ne unquàm simile veri putaveris, quod Aristoxenus dixit: Mentem omninò nullam esse; sed quasi harmoniam in fidibus, ex constructione corporis, & compagibus viscerum vim sentiendi existere. Musici enim intentionem concentumque nervorum in integros modos, sine ullâ offensione consonantium, harmoniam vocant. Volunt igitur animum simili ratione constare in homine, quâ & concors modulatio constat in fidibus; scilicet, ut singularum corporis partium firma

Lin. 5. *Vis.*] In MS. Bov. *virtus.*

Lin. 7. *Alligata.*] Sic MS. Bov. alii *illigata*, minùs rectè.

Ibidem. *Ullo pacto.*] In MS. Bov. *ullo modo*, idque sat benè.

Lin. 11. *Incluſus.*] In MS. Bov. *infuſus.*

Lin. 12. *Animus ſe ipſum non videt, &c.*] Purgatus & defecatus hoc secundùm Plotinum poterit: sed juxta Catholicos, anima à corpore libera. *Betul.*

Lin. 15. *Quod & fieri poteſt.*] Sic restituo ex potioribus MSS. & ed. Graph. In aliis est *quod & etiam*; vel *& quod etiam.*

Lin. 16. *Xenocrate.*] Cicer. 4. Academ. quæst. varias variorum sententias enumerans: » An (inquit) ut Xenocrates, mens nullo cor» pore, quod intelligi quale sit vix potest, &c. Cæterùm Xenocratis argumentum, ut à Nemesio refertur, est hoc:

Omne corpus alitur: Anima non alitur;
Anima itaque corpus non eſt. Betul.

Lin. 17. *Nec quid ſit mens ipſa, nec qualis.*] Addidi *ipſa* ex vetustiss. & optimo MS. Regio-Put. alio item Reg. 2. Colb. Em. Brun. & ed. Graph.

Lin. 20. *Quod Ariſtoxenus dixit, &c.*] Prior a hujus dogmatis pars Dicæarcho magis attribuitur, quàm Aristoxeno: tribuitur tamen utrique. Cic. in 1. Tusc. quæst. » Dicæarchus » quidem & Aristoxenus, quia difficilis erat ani» mi, quid, aut qualis esset intelligentia, nul» lum omninò animum esse dixerunt«. Sed in eodem paulò antè: » Dicæarchum verò cum Ari» stoxeno, æquali & condiscipulo suo, doctos » sanè homines omittamus, quorum alter ne » condoluisse quidem unquàm videtur, qui » animum se habere non sentiat; alter ità de» lectatur suis cantibus, ut eos etiam ad hunc » transferre conetur, &c. « *Betuleius.* De Aristoxeni opinione vide Lactantium lib. 7. Div. Institut. cap. 13.

Lin. 21. *Omninò.*] Deest in MSS. Bov.

Lin. 26. *Scilicet.*] Restitutum ex omnibus MSS. & 8. vet. editis. In 5. vulg. leg. *id eſt.*

Digitized by Google

conjunctio, membrorumque omnium consentiens in unum vigor, motum illum sensibilem faciat, animumque concinnet, sicut sunt nervi benè intenti ad conspirantem sonum. Et sicut in fidibus, cùm aliquid aut interruptum, aut relaxatum est, omnis canendi ratio turbatur, & solvitur: ita in corpore, cùm pars aliqua membrorum duxerit vitium, destrui universa, corruptisque omnibus atque turbatis, occidere sensum, eamque mortem vocari. Verùm ille, si quidquam mentis habuisset, non harmoniam de fidibus ad hominem transtulisset. Non enim canere suâ sponte fides possunt, ut sit ulla in his comparatio ac similitudo viventis. Animus autem suâ sponte & cogitat, & movetur. Quòd si quid in nobis harmoniæ simile esset, ictu moveretur externo, sicut nervi manibus, qui sine tactu artificis pulsuque digitorum, muti atque inertes jacent. Sed nimirùm pulsandus ille manu fuit, ut aliquandò sentiret; quia mens ejus ex membris malè compacta torpebat.

Lin. 2. *Sicut sunt nervi benè intenti ad conspirantem sonum.*] Sic reposui ex MSS. veterr. Cauc. Regio-Put. 5. al. Reg. 4. Colb. Vict. Tat. Em. Cantabrig. Gat. Marm. Clarom. Brun. & 10. vet. impressis, & 2. rec. Cellar. Walch. In 7. MSS. & 6. vulgatis legitur, *sicut nervi benè intenti conspirantem sonum.*

Lin. 4. *Interruptum.*] Ità restitui ex supradictis MSS. & edd. Betul. ac Cellar. In 6. rec. scriptis & 14. vulgatis est *interceptum.*

Lin. 6. *Occidere sensum.*] Hoc est, mentem. *Franc.*

Lin. 7. *Non harmoniam.*] MSS. 9. ac Bonon. præcipuè à Thomasio inspecti, cum ed. Graph. *nunquam harmoniam.* Cæteri tam manu exarati, quàm impressi, ut in textu.

Lin. 9. *Similitudo viventis.*] Id est, *similitudo cum vivente.* Francius.

Lin. 12. *Sine tactu artificis.*] Sic undecim MSS. & 15. typis vulgati: in 7. scriptis cum ed. Rom. 1468. est *tractu*; in 6. aliis *tractatu.*

CAPUT XVII.

De Animâ, deque eâ sententia Philosophorum.

SUPEREST de animâ dicere; quanquàm percipi ratio ejus, & natura non possit. Nec ideò tamen immortalem esse animam non intelligimus; quoniam quidquid viget, moveturque per se semper, nec videri, aut tangi potest, æternum sit necesse est. Quid autem sit anima, nondùm inter philosophos convenit, nec unquàm fortasse conveniet. Etenim alii sanguinem esse dixerunt, alii ignem, alii ventum; undè anima, vel animus nomen accepit, quòd Græcè ventus ἄνεμος dicitur: nec illo-

Lin. 6. *Alii ignem.*] Zenon videlicet, ut suprà ex Cicerone citavimus: undè Stoïcis πῦρ τεχνικὸν πνεῦμα. Sed apud Nemesium Democrito ignis est anima, apud Plutarchum Demetrio, apud Macrobium Hipparcho, sicut Hipponi aqua. Hinc illud Virg. in 6.

Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.

Item in 4. *Betul.* Æn.

Lin. 7. *Quòd Græcè ventus ἄνεμος.*] Aliâ ratione, sive *spiritum*, sive *flatum animam* nos dicimus; non tanquàm aër quidam sit, qualis spiritus ille, quem spirando trahimus: sed *spiritum*, quia propriam quamdam habet *naturam corporis expertem, & mundana molis elementis omnibus excellentiorem substantiam*, ut Augustin. epistol. 28. *Flatum, quia Dei est insufflante* creata, ut ex Mose *lib.* 1. *cap.* 2. *vers.* 7. Idem de Civit. Dei lib. 13. cap. 24.

Digitized by Google

rum tamen quisquam dixisse aliquid videtur. Non enim, si anima sanguine aut per vulnus effuso, aut febrium calore consumpto, videtur extingui, continuò in materiâ sanguinis animæ ratio ponenda est: veluti si veniat in quæstionem, lumen quo utimur, quid sit, & respondeatur oleum esse, quoniam consumpto illo, lumen extinguitur; cùm sint utique diversa, sed alterum sit alterius alimentum. Videtur ergò anima similis esse lumini, quæ non ipsa sit sanguis, sed humore sanguinis alatur, ut lumen oleo.

Qui autem ignem putaverunt, hoc usi sunt argumento, quòd præsente animâ corpus caleat, recedente frigescat. Sed ignis & sensu indiget, & videtur, & tactu comburit. Anima verò & sensu aucta est, & videri non potest, & non adurit. Undè apparet, animam nescio quid esse Deo simile. At illi, qui ventum putant, hoc falluntur, quòd ex aëre spiritum ducentes, vivere videamur. Varro ita definit: » Anima est aër concep-» tus ore, tepefactus in pulmone, fervefactus in corde, diffusus in cor-» pus. « Hæc apertissimè falsa sunt. Neque enim tam obscuram nobis hujusmodi dico esse rationem, ut ne hoc quidem intelligamus, quid verum esse non possit. An si mihi quis dixerit, æneum esse cœlum, aut vitreum, aut, ut Empedocles ait, aërem glaciatum, statimne assentiar,

Lactant. certè contrà planè quàm Stoïci, quia partu animam in corpus insinuari statuebant, quod & Lactantius monet; Aristoteles de Animâ lib. 1. cap. 5. Latinis etiam *animus* & *anima* ναρὰ τὸν ἄνεμον. Serv. ad Æneïd. lib. 1. *Gataker.*

Lin. 5. *Consumpto illo.*] MS. Clarom. *consumpto oleo;* sicque legi malebat Francius.

Lin. 7. *Alatur.*] Ità MS. Bov. quod rectius juxta Heumannum ex editione 1472. In aliis *alitur*, sed minùs benè.

Lin. 12. *Animam nescio quid esse Deo simile.*] Sic ferunt quamplures & potiores MSS. septemque editi. In 4. scriptis rec. & 12. excusis est *similem.* Hæc sobriè intelligenda sunt.

Lin. 13. *Ventum putant.*] MSS. 9. & 5. rec. edd. addunt *esse;* sed perperàm. A cæteris abest. Vide suprà, *ignem putaverunt.*

Lin. 14. *Videamur.*] Ità tres MSS. rec. cunctique impressi. Vide suprà, *quòd . . . corpus caleat, recedente frigescat.* In 17. scriptis est *videmur;* in Cantabrig. *videantur.*

Ibidem. *Varro ita definit.*] Sic reposui ex vet. MSS. 2. Bonon. Cauc. Regio-Put. alio item Regio, 3. Colbert. Lipsi. Ultr. Clarom. Vict. Brun. ed. Betul. Cellar. MSS. 9. rec. *itaque diffinit.*

Ibidem. *Anima est aër conceptus ore, tepefactus in pulmone, fervefactus in corde.*] Vera lectio juxta Vossium, & tres peritissimos Medicos quos consului. Apud plures alios Autores, qui illum ex Varrone locum referunt, *Anima* dicitur *aër susceptus ore, tepefactus in pulmone, accensus in corde, diffusus in corpus.* Quod idem est. Tepor ad pulmonem pertinet, fervor ad cor; quod enim calidi habet pulmo, ascititium illi est, utpotè à corde profectum; cor enim Antiquis caloris vitalis promptuarium habebatur aut officina. Itaque vitiosè in MSS. 27. reperitur scriptum, *defervefactus in pulmone, temperatus in corde;* in Marm. *madefactus in pulmone, temperatus in corde;* in 2. Reg. & editis 16. *defervefactus in pulmone, tepefactus in corde.* Vide Vossium libro 2. de Idololâtriâ cap. 83.

Lin. 15. *Tepefactus.*] In MS. Bov. *Defervescens in pulmone, temperatus in corde.*

Lin. 17. *Hujusmodi.*] MSS. 6. & editi octo rec. perperàm addunt *verum*, quod abest à priùs cusis, & à MSS. Regio-Put. aliisque 4. Reg. Cauc. 4. Colb. Vict. Marm. Clarom. Brun. Bov. & ut inutile expunxi.

Lin. 18. *Aut vitreum, aut, ut Empedocles ait, aërem glaciatum.*] Ità MSS. 1. Bonon. antiquior, Cauc. Vict. & typis excusi Gymnic. Graph. Tornes. Soubron. Betul. 2. Paris. Is. Thys. Spark. Gall. In 18. MSS. & 8. vulgatis est, *aut vitreum, ut Empedocles ait, aërem glaciatum;* in Cantabrig. & Em. *aut vitreum, ut Empedocles, aut aërem glaciatum;* minùs aptè ut puto.

Digitized by Google

quia cœlum ex quâ materiâ ſit ignorem? Sicut enim hoc neſcio, ita illud ſcio. Anima ergò non eſt aër ore conceptus, quia multò priùs gignitur anima, quàm concipi aër ore poſſit. Non enim poſt partum inſinuatur in corpus, ut quibuſdam philoſophis videtur, ſed poſt conceptum protinùs, cùm fœtum in utero neceſſitas divina formavit; quia adeò vivit intra viſcera genitricis, ut & incremento augeatur, & crebris pulſibus geſtiat emicare. Denique abortum fieri neceſſe eſt, ſi fuerit animal intùs extinctum. Cæteræ definitionis partes eò ſpectant, ut illis novem menſibus, quibus in utero fuimus, mortui fuiſſe videamur. Nulla ergò ex his tribus vera ſententia eſt. Nec tamen in tantùm falſos eſſe dicendum eſt, qui hæc ſenſerunt, ut omninò nihil dixerint; nam & ſanguine ſimul, & calore, & ſpiritu vivimus. Sed cùm conſtet anima in corpore his omnibus adunatis, non expreſſerunt propriè quid eſſet, quia tam non poteſt exprimi, quàm videri.

Lin. 1. *Ita illud ſcio.*] Scilicet non eſſe id, &c. *Francius.*

Lin. 9. *Mortui fuiſſe.*] Ità MSS. 2. Bonon. 1. Reg. 2. Colb. Baluz. ac editi 16. At MSS. 16. cum edit. Rom. 1470. & Cellar. habent *mortui eſſe.*

CAPUT XVIII.

De animâ & animo, eorumque affectionibus.

SEQUITUR alia, & ipſa inextricabilis quæſtio: idemne ſit anima, & animus; an verò aliud ſit illud, quo vivimus, aliud autem, quo ſentimus & ſapimus. Non deſunt argumenta in utramque partem. Qui enim unum eſſe dicunt, hanc rationem ſequuntur, quòd neque vivi ſine ſenſu poſſit, neque ſentiri ſine vitâ; ideòque non poſſe eſſe diverſum id, quod non poteſt ſeparari, ſed quidquid eſt illud, & vivendi officium, & ſentiendi habere rationem. Idcircò animum & animam indifferenter appellant duo Epicurei poëtæ. Qui autem dicunt eſſe diverſa,

Lin. 1. *Ipſa.*] Deeſt in MS. Bov.

Lin. 5. *Neque ſentiri.*] Ità MS. Bov. editi habent *nec ſentiri.*

Lin. 8. *Duo Epicurei Poëtæ.*] De Lucretio conſtat, cujus verſiculos ex lib. 3. adſcribam:

Nunc animum atque animam dico conjuncta teneri
Inter ſe, atque unam naturam conficere ex ſe:
Sed caput eſſe quaſi, & dominari in corpore toto,
Conſilium, quod nos animum mentemque vocamus.

Sunt qui Actianam hanc ſententiam hùc referunt: Sapimus animo, fruimur animâ: ſine animo anima eſt debilis. Cicero prim. Tuſc. quæſt. philoſophorum de animâ dogmata recitans, inter cætera ſic ſcribit. »Animum au»tem animam etiam ferè noſtri declarant no»minari. Nam & agere animam, & efflare di»cimus, & animoſos, & benè animatos, & »ex animi ſententiâ. Ipſe autem animus ab »animâ dictus eſt«. Actianæ ſententiæ ſimilem Nonius Marcellus effert his verbis: Animus eſt quo ſapimus, anima quâ vivimus. Cornelius Fronto: Animus qualitas viventis, anima cauſa vitæ. Sed audiamus ex Catholicis aliquem, & quidem Auguſtinum, diù in philoſophicis ſtudiis verſatum. Is in libro de Spiritu & animâ cap. 34. ſic ſcribit: Spiritus pro ſpiritali animâ, vel pro eo quod ſpirat in corpore. Item animum idem dicimus, quod animam:

Digitized by Google

sic argumentantur: ex eo posse intelligi, aliud esse mentem, aliud animam, quia incolumi animâ mens possit extingui, quod accidere soleat insanis; item, quòd anima morte sopiatur, animus somno, & quidem sic, ut non tantùm, quid fiat, aut ubi sit, ignoret, sed etiam rerum falsarum contemplatione fallatur. Quod ipsum quomodò fiat, non potest provideri; cur fiat, potest. Nam requiescere nullo pacto possumus, nisi mens visionum imaginibus occupata teneatur. Latet autem mens oppressa somno, tanquàm ignis obducto cinere sopitus, quem si paululùm commoveris, rursùs ardescit, & quasi evigilat. Avocatur ergò simulacris, donec membra sopore irrigata vegetentur; corpus enim, vigilante sensu, licèt jaceat immobile, tamen non est quietum, quia flagrat in eo sensus, & vibrat, ut flamma, & artus omnes ad se adstrictos tenet.

Sed postquàm mens ad contemplandas imagines ab intentione traducta est, tunc demùm corpus omne resolvitur in quietem. Traducitur autem mens cogitatione cæcâ, cùm cogentibus tenebris secum tantummodò esse cœperit: dùm intenta est in ea, de quibus cogitat, repentè somnus obrepit, & in species proximas sensim ipsa cogitatio declinat: sic ea, quæ sibi ante oculos posuerat, videre quoque incipit. Deinde procedit ulteriùs, & sibi avocamenta invenit, ne saluberrimam quietem corporis interrumpat. Nam ut mens per diem veris visionibus avocatur, ne obdormiat: ita falsis nocte, ne excitetur. Nam si nullas imagines cernat, aut vigilare illam necesse erit, aut perpetuâ morte sopiri. Dormiendi ergò causâ tributa est à Deo ratio somniandi; & quidem in commune universis animantibus: sed illud homini præcipuè, quòd cùm eam rationem Deus quietis causâ daret, facultatem sibi reliquit docendi hominem

sed anima vitæ, animus consilii. Undè aiunt philosophi, & sine animo vitam manere, & sine mente animam durare, sicut in amentibus. Ad mentem enim pertinere videtur, ut sciat; ad animum, ut velit. *Betul.* Alterum poëtam Epicureum creditur à Lactantio Virgilium fuisse designatum. Virgilius enim in Ciris vers. 3. & 4. ipse se Epicureum profitetur. Hinc Fabricius lib. 3. cap. 33. Biblioth. Græcæ Virgilium retulit inter Epicureos. Alii tamen Horatium putant, quem inter Epicureos poëtas numerant, præcipuè ex Ode 3. libri 1. & Sermonum lib. 2. Satyr. 3.

Lin. 1. *Aliud animam.*] Sic MS. Bov. in editis verò minùs benè legitur *aliud esse animam.*

Lin. 4. *Fiat.*] In MS. Bov. *faciat.*

Lin. 6. *Nisi mens, &c.*] Est enim, ut Cicero alicubi docet, mentis incredibilis videndi veri cupiditas. Sed ea pars quæ φαντασία Græcis, Latinis imaginatio dicitur, erroribus obnoxia, mentem sæpè secum in errores trahit. Lactantius ait, animum rerum falsarum contemplatione falli, falli etiam insomniis. Phantasma Lactantius cogitationem cæcam nominat. *Betul.*

Lin. 10. *Sopore irrigata vegetentur.*] Quod caret alternâ requie, durabile non est; inquit Ovidius. Necesse est etiam mentem quiescere: quæ quies somnus dicitur, cùm somnus nihil aliud sit, quàm animi quies.

Hic reparat vires, fessaque membra novat. Ovid. *Ex Betul.*

Lin. 15. *Mens cogitatione cæcâ.*] Scilicet phantasiâ.

Lin. 19. *Avocamenta.*] In MS. Bov. *adnotamenta.*

Lin. 22. *Necesse erit.*] Sic reposui ex MSS. Regio Put. 3. al. Reg. 6. Colbert. Marm. Em. Baluz. Clarom. Brun. ed. Cellar. In 1. Reg. & cunctis penè vulgatis, *necesse est.*

Lin. 24. *Illud homini præcipuè.*] Heumannus putat legendum esse, *sed illud hominis præcipuum est*, juxtà hanc Ciceronis locutionem Orat. pro Ligario n°. 9. *Hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quòd.*

Digitized by Google

minem futura per somnium. Nam & historiæ sæpè testantur, extitisse somnia, quorum præsens & admirabilis fuerit eventus; & responsa vatum nostrorum ex parte somnii constiterunt. Quare neque semper vera sunt, neque semper falsa, Virgilio teste, qui duas portas voluit esse somniorum. Sed quæ falsa sunt, dormiendi causâ videntur; quæ vera, immittuntur à Deo, ut imminens bonum aut malum hâc revelatione discamus.

Lin. 1. *Futura per somnium.*] Ut Josephus & Daniel somniorum interpretes fuerunt, & Dominus per Johelem hoc divinationis genus mortalibus promisit. Sed & in Gentilium historiis sæpè insomnia minimè vana occurrunt; qualia Valerius lib. 1. aliquot collegit, quanquam Peripatetici omnem ferè divinationem ex somniis tollunt. Circumfertur Artemidori liber de somniorum interpretatione, meris refertus nugis. Macrobius cap. 3. lib. 1. de somnio Scipionis, quinque somniandi genera disertè & copiosè prosequitur. *Betul.*

Lin. 3. *Vatum nostrorum.*] Id est, Prophetarum. *Francius.*

Ibidem. *Ex parte somnii constiterunt.*] Ità omnes MSS. & editi Rom. 1470. 1474. Cellar. Walch. In cæteris impressis est *ex parte somniis constituerunt*: quod magis placeret si Manuscriptorum fulciretur autoritate; quasi diceret, Oraculorum nostrorum pars maxima, vaticinantium somnia fuerunt, sed quædam vera, & quædam falsa. *Hecquet.* Attamen editiones Aldi, Erasmi, Thomasii, Thysii, &c. habent *somniis constituerunt.*

Lin. 4. *Virgilio teste.*] Vide Virgil. Æneid. 6. circa finem: hanc somnii fictionem primus expressit Homerus Odysseæ lib. 7. ubi Penelopes describit insomnium.

CAPUT XIX.

De animâ, eâque à Deo datâ.

ILLUD quoque venire in quæstionem potest, utrùmne anima ex patre, an potiùs ex matre, an verò ex utroque generetur. Sed ego id in eo jure ab ancipiti vendico. Nihil enim ex his tribus verum est, quia neque ex utroque, neque ex alterutro seruntur animæ. Corpus enim ex corporibus nasci potest, quoniam confertur aliquid ex utroque; de animis anima non potest, quia ex re tenui & incomprehensibili nihil potest decedere. Itaque serendarum animarum ratio uni ac soli Deo subjacet.

Denique, cœlesti sumus omnes semine oriundi:
Omnibus ille idem pater est,

ut ait Lucretius. Nam de mortalibus non potest quidquam nisi mortale generari. Nec putari pater debet, qui transfudisse, aut inspirasse ani-

Lin. 2. *Sed ego id in eo jure ab ancipiti vendico.*] Ità MS. Bov. quasi dicas: *At ego in re dubiâ & ancipiti id judicandum puto, nihil ex his tribus verum esse.* Vulgati ita scribunt, *sed ego id meo jure ab ancipiti vendico*; quod nullum efficit sensum.

Lin. 4. *Seruntur animæ.*] MS. Cauc. & 10. editi addunt *corporibus*, quod cæteri respuunt, sicut & MSS. Francius fortè, *inseruntur.* MS. Lipsi. *seruntur anima & corpus.*

Lin. 9. *Denique cœlesti, &c.*] Præter Lucretium habes Arati autoritatem, quam Athenienses olim obtrusit Doctor gentium: Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμεν; *Ipsius enim & genus sumus.* Locus Lucretii est libro 2. vers. 990.

Lin. 12. *Pater.*] Subaudi *anima.*

Digitized by Google

mam de suo nullo modo sentit; nec, si sentiat, quandò tamen, aut quomodò id fiat, habet animo comprehensum.

Ex quo apparet, non à parentibus dari animas, sed ab uno eodemque omnium Deo patre, qui legem rationemque nascendi tenet solus, siquidem solus efficit. Nam terreni parentis nihil est, nisi ut humorem corporis, in quo est materia nascendi, cum sensu voluptatis emittat, vel recipiat; & citra hoc opus homo resistit, nec amplius quidquam potest: & ideò nasci sibi filios optant, quia non ipsi faciunt. Cætera jam Dei sunt omnia, scilicet conceptus ipse, & corporis informatio, & inspiratio animæ, & partus incolumis, & quæcumque deinceps ad hominem conservandum valent; illius munus est, quòd spiramus, quòd vivimus, quòd vigemus. Nam *Act. 17. 28.* præterquàm quòd ipsius beneficio incolumes sumus corpore, & quòd victum nobis ex variis rebus subministrat, sapientiam quoque homini tribuit, quam terrenus pater dare nullo modo potest. Ideòque & de sapientibus stulti, & de stultis sapientes sæpè nascuntur; quod quidam fato, ac sideribus assignant. Sed non est nunc locus de fato differendi. Hoc dicere satis est, quòd etiamsi astra efficientiam rerum continent, nihilominùs à Deo omnia fieri certum est, qui astra ipsa & fecit, & ordinavit. Inepti ergò, qui hanc potestatem Deo detrahunt, & operi ejus attribuunt.

Hoc igitur Dei munere cœlesti atque præclaro, an utamur, an non utamur, in nostrâ esse voluit potestate. Hoc enim concesso, ipsum hominem virtutis sacramento religavit, quo vitam posset adipisci. Magna

Lin. 1. *De suo.*] MSS. 10. & edd. 5. *de suâ.* Utraque lectio bona.

Ibidem. *Quandò tamen, aut quomodò.*] Abest *tamen* à sex MSS. & 4. editis; in tribus est *quantùm*, pro *quandò*; in MS. Pen. *quâ ratione tamen.*

Lin. 3. *Non à parentibus dari animas.*] Certum est, Deum vocari patrem spirituum, quia ipse animas creat & corporibus infundit. Per generationem nullomodò potest produci anima rationalis; non enim virtus corporea, qualis est generatio, potest assurgere ad productionem rei spiritualis. Hoc etiam argumentum rem hanc evincit: quidquid fit, est vel ex aliquâ præjacente materiâ, vel fit ex nihilo, vel, secundùm illos, qui *modos* tanquàm medios inter ens & nihil ponunt, ex *modis rei.* Anima autem non est ex materiâ, quia ita esset corporalis, quod repugnat ejus actionibus, quas independenter à materiâ producit; neque ex *modis*, modi enim nihil producunt: saltem hoc certum est, non posse producere spiritum, qui etiam post corporis interitum subsistit. Restat itaque ut fiat ex nihilo: homo autem ex nihilo non potest producere aliquid, quia inter ens & nihil infinita est distantia, quæ non potest superari, nisi vi infinitâ. *Gall.*

Lin. 7. *Citra hoc opus homo resistit.*] Ità omnes ferè editi: quidam tamen MSS. hîc legunt *citra hoc opus humoris istum homo resistit.* At hæc ultima lectio mendosa est, etiam teste Heumanno. In 8. vulgatis est *& circa.* Post *opus* MSS. 1. Bonon. Regio-Put. & 6. al. Reg. 6. Colb. Vict. Gat. Marm. Baluz. Em. Brun. edd. Rom. 1470. Ald. Graph. Crat. addunt *humoris istius*, ut jam dictum est.

Ibidem. *Homo resistit.*] Id est, sistit, verbum compositum pro simplici; nihil amplius agit. Vel, hoc opere omisso, homo non nasceretur.

Lin. 12. *Incolumes sumus corpore.*] Ex MSS. & priscis vulgatis sex & 2. rec. reposuimus *incolumes*; in editis novem est *incolumi.*

Lin. 20. *An utamur, an non utamur.*] Posterius membrum, quod in MSS. 2. Bonon. Tax. & 4. rec. desideratur, hùc ex 21. scriptis & ex ed. Rom. 1468. Cellar. & Walch. revocavimus.

Lin. 22. *Religavit.*] Vide suprà lib. 4. Div. Institut. cap. 28. initio, id est, *obligavit.*

Ibidem. *Quo vitam posset adipisci.*] Post hæc verba, oratio posita in inferiore libri orâ extat in MSS. 6. Reg. 8. Vaticanis, 6. Colbert. 2. Sorbon. 4. Oxon. ac 15. aliis, in 8. ver-

Digitized by Google

est enim vis hominis, magna ratio, magnum sacramentum: à quo si quis non defecerit, nec fidem suam devotionemque prodiderit; hic beatus, hic denique (ut breviter finiam) similis Deo fit, necesse est. Errat enim quisquis hominem carne metitur. Nam corpusculum hoc, quo induti sumus, hominis receptaculum est. Nam ipse homo neque tangi, neque aspici, neque comprehendi potest, quia latet intra hoc quod videtur. Qui si delicatus magis ac tener in hâc vitâ fuerit, quàm ratio ejus exposcit, si virtute contemptâ, desideriis se carnis addixerit, cadet, & premetur in terram. Sin autem, (ut debet) statum suum, quem rectum rectè fortitus est, promptè constanterque defenderit, si

edit. Rom. in Ald. 1515. Paris. 1525. & 10. aliis. Quæ tamen cùm in antiquissimis optimisque MSS. Bononiensi, Regio-Put. Cauc. aliisque à Thomasio & Gallæo laudatis, & pluribus editis non reperiatur, multaque contineat Manichæismum redolentia, qualia plurima scriptis Lactantianis à veteratoribus istis inserta fuisse olim monuimus; idcircò tanquàm adulterinâ manu adjuncta, à textu in inferiorem libri oram à nobis rejecta est, ne nos malâ fide egisse videamur, qui ejusdem criminis eos insimulamus, qui tam indignis modis Lactantium acceperunt. Sic autem prodit isthæc Oratio: *Dedit ei & constituit adversarium nequissimum & fallacissimum spiritum, cum quo in hâc terrestri vitâ sine ullâ securitatis requie dimicaret. Cur autem Deus hunc vexatorem generi hominum constituerit, breviter exponam.* (Hîc incipit in vulg. caput 20.) *Antè omnia diversitatem voluit esse; ideòque vulgo non aperuit veritatem, sed eam paucissimis revelavit: qua diversitas omne arcanum mundi continet. Hæc est enim, qua* (5. Colb. & Bov. *facit etsi*) *faciat virtutem, qua scilicet sine ipsâ non modò non esse, sed ne apparere quidem posset; quia virtus esse non poterit, nisi fuerit compar aliquis, in quo superando vim suam vel exerceat, vel ostendat. Nam, ut victoria constare sine certamine non potest: sic nec virtus quidem ipsa sine hoste. Ita.* (MS. Bov. *Itaque*) *quoniam virtutem dedit homini, statuit illi ex contrario inimicum, ne virtus otio torpens naturam suam perderet. Cujus omnis ratio in eo est, ut concussa & labefactata firmetur, nec aliter ad summum fastigium possit venire, nisi* (MS. Torn. *trudenti*) *prudenti manu semper agitata, se ad salutem suam dimicandi tenore* (1. Bonon. rec. *sudaverit.*) *fundaverit. Noluit enim Deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere pervenire. Daturus ergò virtutem, dedit hostem priùs, qui animis hominum cupiditates & vitia immitteret, qui esset auctor errorum, malorumque omnium machinator; ut quoniam Deus hominem ad vitam vocat, ille contrà, ut rapiat & traducat ad mortem. Hic est, qui aut inducit, aut decipit eos, qui veritati student, aut si dolo & studiis non quiverit, virilem gerit animam, quo* (*quâ* MS. Bov.) *sublimium vigorem labefactare conetur, infanda dictu & execrabilia moliens: vexat, interficit; & tamen, ut prosternit multos, sic à multis victus prostratusque discedit.* Hæc sunt quæ alienâ manu huc inserta fuerunt.

Lin. 5. *Hominis receptaculum est.*] Videtur Lactantium naturam hominis in solâ animâ constituere, cùm tamen ex duabus hisce partibus essentialibus constet. Qui corpus hominis videt, videt etiam, & tangere potest aliquid hominis, Lactantius igitur nimis generaliter asserit, corpus tantùm hominis esse receptaculum. *Gallæus.*

Ibidem. *Nam ipse homo.*] MS. 1. Bonon. antiquior, *Nam mens hominis*: quam lectionem probat Thomasius. Ego à vulgatâ lectione, quæ est codicum MSS. 6. Reg. 8. Vatic. 6. Colbert. Tax. Pen. 1. Bon. rec. Claromont. Baluz. Brun. editorumque 19. non recedo. In illâ enim Lactantius permanet opinione, quòd mens hominis sit ipse homo, de quâ latè dictum est ad c. 3. h. 2. Div. Instit. *Ifæus.*

Lin. 6. *Quia latet intra hoc.*] MSS. 4. rec. *in hoc.* Post hæc verba in 1. Lips. codice adduntur hæ duæ voces *animal homo*; in aliis MSS. desunt.

Lin. 7. *Qui si delicatus magis.*] Desideratur adverbium in 19. MSS. & ed. Rom. 1470.

Lin. 9. *Sin.*] In MS. Bov. legitur *si.*

Lin. 10. *Quem rectum rectè fortitus est.*] Hunc locum ità restitui ex 16. MSS. & 12. editis. Mirum quàm hîc varient tum scripti,

terræ, quam calcare ac vincere debet, non servierit, vitam merebitur sempiternam.

www.libtool.com.cn

tum excusi codices. In aliis MSS. rec. 1. Reg. 1. Colbert. & Marm. pro *rectum*, est *rectus*; in Regio-Put. *quem rectum rectus*; in 1. Sorbon. & Brun. *quem rectum ratione*. A Baluz. abest *rectum*; à 2. Bonon. & Tar. editisque rec. quatuor *rectè*. Post *fortius est*, 20. MSS. ac vulgati 5. addunt conjunctionem *&*, quam respuunt alii, quamque inutilem judicavi. Attamen voculam *rectè* Gallæus delevit, delendamque judicat Heumannus.

CAPUT XX.

De seipso, & veritate.

HÆc ad te, Demetriane, interim paucis, & obscuriùs fortasse quàm decuit, pro rerum ac temporis necessitate peroravi; quibus contentus esse debebis, plura, & meliora laturus, si nobis indulgentia cœlitùs venerit. Tunc ergo te ad veræ philosophiæ doctrinam, & planiùs, & veriùs cohortabor. Statui enim, quàm multa potero, litteris tradere, quæ ad vitæ beatæ statum spectent; & quidem contra philosophos, quoniam sunt ad perturbandam veritatem pernicioſi & graves. Incredibilis enim vis eloquentiæ, & argumentandi differendique subtilitas, quemvis facilè deceperit: quos partim nostris armis, partim verò ex ipsorum inter se concertatione sumptis revincemus; ut appareat, eos induxisse potiùs errorem, quàm sustulisse.

Fortasse mireris, quòd tantum facinus audeam. Patiemurne igitur extingui, aut opprimi veritatem? Ego verò libentiùs vel sub hoc onere defecerim. Nam si Marcus Tullius, eloquentiæ ipsius unicum exemplar, ab indoctis & ineloquentibus, qui tamen pro vero nitebantur, sæpè

Lin. 3. *Debebis.*] Sic reposui ex vet. MSS. 2. Bonon. Regio-Put. Cauc. aliisque octo & edd. quatuor, faventibus 4. aliis scriptis, in quibus est *debetis*, corruptè. In MSS. decem rec. totidemque editis legitur *debeas*.

Ibidem. *Meliora laturus.*] Ità MSS. 2. Bon. 4. Reg. 4. Colb. Vict. Gat. Marm. Christ. Em. Cant. Clarom. Brun. & alii, ac vet. edd. 7. In 6. scriptis & 10. impressis est *lecturus*.

Lin. 4. *Tunc ergo.*] Sic legunt editi à Thomasio, Thysio, & Gallæo, verùm in 16. MSS. & 7. vulgati: alii 2. scripti & 7. vet. edd. *Tunc & ego*; 4. MSS. *Tum ego*; plures editi, *Tunc ego*.

Ibidem. *Planiùs & veriùs.*] Ità omnes MSS. & impressi: Francius, fortè *plenius*.

Ibidem. *Et veriùs.*] Clarom. à primâ manu, *& melius*.

Lin. 5. *Quæ ad vitæ beatæ statum spectent.*] *&c.* Hinc constat, hunc librum priùs fuisse scriptum, quàm illos VII. libros contra Philosophos. *Thomas.* Pollicetur se quàm multa poterit litteris traditurum, quæ ad vitæ beatæ statum spectant; atque hoc munere defunctus fuit in VII. libb. Institut. ac præsertim *de Vitâ beatâ* libro 7. conscripsit: talis enim titulus illi libro dandus, ut constat ex ejusdem lib. cap. 5. non ille quem editi, *de Divino Præmio*, præ se ferunt. *Gall.*

Lin. 6. *Philosophos.*] Eos Hæreticorum Patriarchas vocat Tertullianus.

Lin. 7. *Incredibilis enim vis eloquentiæ.*] In scriptis 3. rec. & pluribus editis, *Incredibilis est enim*. In cæteris *est* non extat.

Lin. 15. *Qui tamen.*] Ità MS. Bov. & sic eruditi Francius & Heumannus suspicabantur esse legendum. Alii verò habent, *quia tamen*.

Digitized by Google

ſuperatus eſt, cur deſperemus veritatem ipſam contra fallacem captioſamque facundiam ſuâ propriâ vi & claritate valituram? Illi quidem ſeſe patronos veritatis profiteri ſolent: ſed quis poteſt eam rem defendere, quam non didicit, aut illuſtrare apud alios, quod ipſe non novit? Magnum videor polliceri: ſed cœleſti opus eſt munere, ut nobis facultas ac tempus ad propoſita perſequenda tribuatur. Quòd ſi vita eſt optanda ſapienti, profectò nullam aliam ob cauſam vivere optaverim, quàm ut aliquid efficiam quod vitâ dignum ſit, & quod utilitatem legentibus, etſi non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiæ rivus eſt, ad vivendum tamen afferat: quod eſt maximè neceſſarium. Quo perfecto, ſatis me vixiſſe arbitrabor, & officium hominis impleſſe, ſi labor meus aliquos homines ab erroribus liberatos ad iter cœleſte direxerit. *Cic. de Senect. c.* 23.

Lin. 1. *Capioſam.*] MSS. 3. Colbert. & Brun. *copioſam.*

Lin. 4. *Quod ipſe.*] Ità reſtitui ex veterrimis & optimis MSS. Regio-Pur. 2. Bonon. Tax. In 1. Regio, 3. Colb. & Clarom. eſt *qua ipſe.* Plures rec. manu exarati & typis vulgati habent *quam.* Relativum deeſt in 2. Colbert. rec. & Vict.

Lin. 9. *Ad vivendum.*] Benè ſcilicet.

Lin. 12. *Homines.*] Rectiùs & elegantius eſt, ſi deleatur, juxta Heumannum. Hoc verbum, inquit, è margine in textum irrepſit.

ANALYSIS
LIBRI
DE IRA DEI.

QUÆSTIO hujus libri: *An Deus verè irraſcatur?*

Philoſophi nonnulli negarunt, eò quòd Deum vel beneficam eſſe tantùm naturam, vel nihil omninò curare ſtatuerent. Lactantius contrà, Deum verè iraſci hoc libro demonſtrat his argumentis:

I. Aut ira tribuenda eſt Deo, & gratia detrahenda; aut utrumque detrahendum: aut ira demenda eſt, & gratia tribuenda; aut utrumque tribuendum.

Primum falſum eſt, quia nemo de Deo unquam dixit, iraſci eum tantummodò, & gratiâ non moveri. Alterum eſt Epicureum. Statuit enim Epicurus, nec iram in Deo eſſe, nec gratiam, ut qui nihil omninò curet: ſed falsò; Deus enim non eſſet, niſi moveretur: nec dignior Deo adminiſtratio aſſignari poteſt, quàm mundi gubernatio. Nulla etiam beatitudo eſt rei immobilis. Tertium eſt Stoicum, gratiam in Deo eſſe, iram non eſſe: falſum id quoque. Nam ſi Deus non iraſcitur impiis, nec pios diligit.

Relinquitur igitur quartum, quod eſt verum, nempè iram & gratiam Deo tribuendam, *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 6.

II. Quæcumque opinio tollit Religionem, vana eſt & falſa:

Opinio quæ Deo ſive gratiam, ſive iram, ſive utrumque detrahit, tollit Religionem; Igitur opinio illa vana eſt & falſa.

Majorem probat, *cap.* 7. Religionem nempè non poſſe diſſolvi, quia ſit propria hominis. Minorem confirmat, *cap.* 8. Si enim Deus nihil cuiquam boni tribuit, ſtultum eſt eum colere.

Excipiunt quidam: *Prodeſſe quidem hoc credere, ſed utilitatis, non veritatis gratiâ, ut conſcientiæ terreantur, quas leges punire poſſunt.*

Digitized by Google

Lactantius negat hoc; & Religionem, non utilitatis tantùm, sed veritatis gratiâ fuisse institutam, asserit *cap.* 9. 10. 11.

III. Si in rebus humanis sunt bona & mala, necesse est ad utramque partem moveri Deum, & ad gratiam, cùm justa fieri videt, & ad iram, cùm cernit injusta.

Verum prius, quod ostenditur *cap.* 13. 14. 15.

Igitur & posterius.

Objectio Epicuri: *Si est in Deo lætitiæ affectus ad gratiam, & odii ad iram, habebit igitur & timorem, & libidinem, & cupiditatem.*

Respon. Non sequitur: quia gratia, & ira, & miseratio habent in Deo materiam, id est, causam, reliqui affectus non habent: quibus vacat Deus, quia vitiorum affectus sunt, alios sicut hos habet, quia sunt virtutis, *cap.* 16.

Objectio alia: *Deus idcò beatus est, quia semper quietus. Igitur nec irascitur, nec gratiâ commovetur.*

Respondet Lactantius, Deum non esse quietum, quia nec dormiat, nec moriatur. Curare igitur eum hominum vitam, & vi consequentis irasci malis, favere bonis. Deinde, sicut crudelitatis est potiùs, quàm pietatis, si quis homo contumelias non vindicet: ita, inquit, non virtutis est in Deo, ad ea, quæ injustè fiunt, non commoveri, *cap.* 17.

Objectio: *Atqui Deus sine hoc affectu peccata potest corrigere.*

Respon. Ipse peccati adspectus indignus est. Nam qui non movetur, omninò aut probat delicta, aut molestiam castigandi fugit, quorum utrumque est vitiosum. Hoc loco reprehendit dictum Architæ Tarentini, qui cùm in agro corrupta esse omnia comperisset, villici sui culpam redarguens, miserum dixit, quem jam verberibus necassem, nisi iratus essem. Nam propter iræ magnitudinem pœnam non donandam, sed differendam fuisse docet *cap.* 18.

IV. Si Deus sanctissimam vivendi legem posuit, voluitque universos innocentes ac beneficos esse, utique non potest non irasci, cum videt legem suam contemni.

Verum prius;

Ergò & posterius.

V. Si est mundi administrator, non utique contemnit id, quod est in mundo vel maximum.

VI. Si est pater ac Deus universorum, certè & virtutibus hominum delectatur, & vitiis commovetur;

Ergò & justos diligit, & impios odit, *cap.* 19.

VII. Si potest ignoscere, potest & irasci:

Sed potest ignoscere, quia est legis suæ ipse disceptator & judex; Potest igitur & irasci, *cap.* 20.

Objiciebant: *Cur ergò qui peccant, sæpè felices sunt, & qui piè vivunt, sæpè miseri?*

Resp. Quia fugitivi & abdicati liberè vivunt, strictiùs autem & frugaliùs, qui sub disciplinâ patris sunt. Deinde quia virtus per mala probatur, vitia per voluptatem. Præterea non est perpetua felicitas malorum.

Instantia: *Si irascitur Deus, statim debuit vindicare.*

Respon. Si id faceret, nemo supereset, nec ex peccatoribus aliqui converterentur, *cap.* 20.

Objectio: *Deus hominem irasci vetat in lege suâ;*

Igitur nec ipse irascitur.

Resp. Lex refrœnat iram hominis injustam; nec in totum prohibet irasci, quia is affectus necessariò datus est: sed prohibet in irâ permanere. Quin Deus præcepit irasci; Itaque & ipse irascitur, *cap.* 21.

VIII. Prophetæ universi divino Spiritu repleti nihil aliud, quàm de gratiâ Dei erga justos, & de irâ ejus adversùs impios loquuntur.

IX. Sibyllæ & ipsæ iram Deo attribuunt, Apollo item Milesius, *cap.* 22. 23.

CONCLUSIO sequitur paræneticа, quâ hortatur universos, ut Deum ament, quòd pater, eumdemque vereantur, quòd Dominus sit. *Scultetus.*

www.libridelmar.it

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

LUCII CÆCILII FIRMIANI LACTANTII LIBER DE IRA DEI, AD DONATUM.

CAPUT PRIMUM.

De ſapientiâ divinâ & humanâ.



NIMADVERTI ſæpè, Donate, plurimos id exiſtimare (quod etiam nonnulli philoſophorum putaverunt,) non iraſci Deum; quoniam vel benefica ſit tantummodò natura divina, nec cuiquam nocere, præſtantiſſimæ atque optimæ congruat poteſtati; vel certè nil curet omninò, ut neque ex beneficentiâ ejus quidquam boni perveniat ad nos, neque ex maleficentiâ quidquam mali. Quorum error, quia maximus

LIBER de Irâ Dei, ad Donatum.] Ità ferunt plerique MSS. & editi. In MS. Bonon. antiquiore eſt *L. Cælii Firmiani Lactantii incipit de Irâ Dei liber* VIII. In Regio-Puteano, CELII FIRMIANI *Inſtitutionum Divinarum de Vitâ beatâ explicit ſeptimus liber, incipit de Irâ Divinâ liber* VIII. Legitur quoque *de Irâ Divinâ*, in 1. Oxononienſi. In 16. MSS. deeſt *ad Donatum.* Extat de hoc libro honorificum B. Hieronymi teſtimonium, ad cap. 4. Epiſt. ad Epheſios, his verbis: *Firmianus noſter librum de Irâ Dei docto pariter & eloquenti ſermone conſcripſit, quem qui legerit, puto ei ad iræ intellectum ſatis abundèque ſufficere, &c.* Eumdem librum appellat *pulcherrimum* in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. in Firmiano. Cavendum tamen à themate illius, quod eſt *de Irâ Dei*; nam toto libro

est, & ad evertendum vitæ humanæ statum spectat, coarguendus est à nobis, ne & ipse fallaris, impulsus autoritate hominum, qui se putant esse sapientes. Nec tamen nos tam arrogantes sumus, ut comprehensam nostro ingenio veritatem gloriemur: sed doctrinam Dei sequimur, qui scire solus potest, & revelare secreta. Cujus doctrinæ philosophi expertes existimaverunt, naturam rerum conjecturâ posse deprehendi. Quod nequaquam fieri potest, quia mens hominis, tenebroso corporis domicilio circumsepta, longè à veri perspectione summota est; & hoc differt ab humanitate divinitas, quòd humanitatis est ignoratio, divinitatis scientia.

Undè nobis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras, quibus offusa est hominis cogitatio; quoniam in carne mortali agentes, nostris sensibus divinare non possumus. Lumen autem mentis humanæ Deus est, quem qui cognoverit, & in pectus admiserit, illuminato corde mysterium veritatis agnoscet: remoto autem Deo cœlestique doctrinâ, omnia erroribus plena sunt. Rectèque Socrates, cùm esset omnium philosophorum doctissimus, tamen ut cæterorum argueret insciti am, qui se aliquid tenere arbitrabantur, ait se nihil scire, nisi unum, quòd nihil sciret. Intellexit enim, doctrinam illam nihil habere in se certi, nihil veri; nec,

docet, iræ affectum & alios quosdam verè & propriè in Deo reperiri, & præsertim cap. 15. 16. & 17. quod etiam asseruit lib. 2. Div. Institut. cap. 18. Quem locum adi. *Isaus.*

Pag. 127. lin. 1. *Animadverti sæpè, Donate.*] Imitatio est Ciceronis, qui Paradoxa sua sic inchoat: *Animadverti sæpè, Brute.*

Ibidem. *Donate.*] Hunc nonnulli fuisse censent Donatum Confessorem, cui Lactantius suum *de Mortibus Persecutorum* dicavit *librum.* Alii volunt fuisse Donatum hæresiarcham Donatistarum, alteri verò Ælium Donatum Grammaticum S. Hieronymi præceptorem: quod cùm divinari magis, quàm certò sciri possit, penès lectorem remitto examen & judicium.

Ibidem. *Plurimos id existimare.*] Ità veteres 2. edit. Rom. & Betul. cum omnibus MSS. præter 2. Bonon. & Tax. in quibus est *æstimare.* Cæteri edit. *id* tanquàm inutile abjecerunt.

Lin. 1. *Coarguendus est à nobis.*] Abest præpositio à MS. 1. Bonon. antiq.

Lin. 2. *Ne & ipse fallaris.*] Additum *&* ex omnibus MSS. & vet. ed. Rom. an. 1470.

Lin. 3. *Nec tamen nos tam arrogantes sumus.*] *Tam* abest à 21. MSS. & 3. vet. editis.

Lin. 7. *Tenebroso corporis domicilio circumsepta.*] Platonicum hoc est, qui alibi τὸ σῶμα φυλακὴν ψυχῆς οἰκίαν, alibi ψυχῆς ἕκμα nominat, alibi φυλακὴν: Cicero nunc vas, nunc receptaculum. De quo in Divinis Institut. plura dicta sunt. Pauli philosophia magnificentiùs de dignitate corporis humani sentit. Sic Corinthiis scribit 1. Cor. cap. 3. v. 6. *Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis.* Rursùs, *Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi*, cap. 5. v. 15.

Lin. 8. *Longè à veri perspectione.*] Ità plures edd. & omnes ferè MSS. cum Thomasio. Et rectè. In 5. MSS. rec. & edit. Rom. 1470. *à veri perfectione*, malè; in 6. editis *à Dei perspectione*, vitiosè; non enim ibi de Dei cognitione sermonem instituere vult Lactantius, sed ostendere Deum esse autorem cognitionis veritatis. *Gallæus.* De hâc sententiâ vide libr. 11. Institut. cap. 9. pag. 153. lin. 22.

Lin. 9. *Humanitate.*] Humanitas hîc non notat illam virtutem, quam propriè homo alteri homini præstat, sed naturam humanam, ipsum hominem. Minutius Felix in Octavio: *Timorem omnem, quo humanitas regitur, penitùs sustulerunt.*

Lin. 12. *Nostris sensibus.*] MSS. 7. præmittunt *de.*

Lin. 16. *Rectèque Socrates.*] Francius, fortè *Itaque.* In Em. est *Rectè ergò.*

Lin. 18. *Se nihil scire.*] Apud Platon. in Apolog. Socrat. sub initium, & Cic. 1. Acad. quæst.

Digitized by Google

nec, ut putant quidam, simulavit ipse doctrinam, ut alios refelleret; sed vidit ex parte aliquâ veritatem. Testatusque est etiam in judicio (sicut traditur à Platone) quòd nulla esset humana sapientia: adeò doctrinam, quâ tum philosophi gloriabantur, contempsit, derisit, abjecit, ut id ipsum pro summâ doctrinâ profiteretur, quòd nihil scire didicisset. Si ergò nulla est sapientia humana, ut Socrates docuit, ut Plato tradidit, apparet esse divinam, nec ulli alii, quàm Deo veritatis notitiam subjacere. Deus igitur noscendus est, in quo solo veritas est. Ille mundi parens, & conditor rerum, qui oculis non videtur, mente vix cernitur. Cujus religio multis modis impugnari solet ab iis, qui neque veram sapientiam tenere potuerunt, neque magni & cœlestis arcani comprehendere rationem.

Lin. 1. *Putant.*] Ità MS. Bov. quam lectionem probat Heumannus; alii *putabant.*

Ibidem. *Simulavit ipse doctrinam.*] MSS. 7. *ipse.* Scripti 9. & 2. vet. edd. Rom. *dissimulavit ipsam.*

Lin. 2. *Testatusque.*] Abest *que* à Colbert. 1. & 9. editis. Plato scripsit pro Socrate Apologiam, quemadmodùm etiam Xenophon & Lysias. In eâ Plato Socratem causam suam contra calumniatores defendentem inducit, ac ut elevaret cujusdam sapientiæ titulo turgentis opinionem, pulcherrimâ & modestâ syncrisi sapientiæ illius suam præfert, quòd ipse de nullâ sapientiâ gloriaretur, ille verò cùm nihil sciat, sapiens tamen videre velit. Aristophanes Comicus, à Socratis æmulis pecuniâ corruptus, eum ludo scenico indignis modis prescindit, inter cætera calumnians, quòd μισθαποφορὰν pro mercede æquum & iniquum doceat. hanc calumniam Commentator fideliter (ut cæteras quoque) retundit. *Betul.*

Lin. 3. *Platone.*] Plato in Apolog.

Ibidem. *Adeò doctrinam.*] Sic omnes MSS. & plerique editi. In 6. impressis est *adeòque.*

Lin. 8. *In quo solo veritas est.*] 1. Reg. rec. & 7. editi, *in quo sola.*

CAPUT II.

De Veritate, deque ejus gradibus, atque de Deo.

NAM cùm sint gradus multi, per quos ad domicilium veritatis ascenditur, non est facilè cuilibet evehi ad summum. Caligantibus enim veritatis fulgore luminibus, qui stabilem gressum tenere non possunt, revolvuntur in planum. Primus autem gradus est, intelligere falsas religiones, & abjicere impios cultus deorum humanâ manu fabricatorum. Secundus verò, perspicere animo, quòd unus sit Deus summus, cujus potestas ac providentia effecerit à principio mundum, & gubernet in posterum. Tertius, cognoscere ministrum ejus ac nuntium, quem legavit in

Lin. 5. *Fabricatorum.*] Scilicet deorum. Sic emendavi ex cunctis ferè MSS. & vulgatis Gymnic. Is. Cellar. Walch. multò meliùs quàm *fabricatos* 4. Manuscriptorum rec. & 11. editorum. Quid enim sibi vult *cultus deorum fabricatos?* Sed & suprà lib. 7. Div. Inst. *ad impios cultus manufactorum deorum.*

Lin. 8. *Cognoscere ministrum ejus ac nuntium, &c.*] Angelum nimirùm magni consilii. *Hæc est enim vita æterna*, inquit ipse Dominus Joan. 17. *ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti* JESUM *Christum.* Si missus, ergò legatus, nuntius, angelus, seu apostolus, salvâ tamen majestate divinâ. Item eâdem conditione *minister.* Rom. 15.

Digitized by Google

terram; quo docente, liberati ab errore, quo implicati tenebamur, formatique ad veri Dei cultum, justitiam discereremus. Ex quibus omnibus gradibus, ut dixi, pronus est lapsus & facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussâ stabilitate figantur.

www.libtool.com.cn

De primo gradu eos excuti videmus, qui, cùm falsa intelligant, tamen verum non inveniunt, contemptisque terrenis fragilibusque simulacris, non ad colendum se Deum conferunt, quem ignorant: sed mundi elementa mirantes, cœlum, terram, mare, solem, lunam, cæteraque astra venerantur. Sed horum imperitiam jam coarguimus in secundo Divinarum Institutionum libro. De secundo verò gradu eos dicimus cadere, qui cùm sentiant, unum esse summum Deum, iidem tamen à philosophis irretiti, & falsis argumentationibus capti, aliter de unicâ illâ majestate sentiunt, quàm veritas habet; qui aut figuram negant habere ullam Deum, aut nullo affectu commoveri putant, quia sit omnis affectus imbecillitatis, quæ in Deo nulla est. De tertio verò ii præcipitantur, qui cùm sciant legatum Dei, eumdemque divini & immortalis templi conditorem, tamen aut non accipiunt eum, aut aliter accipiunt, quàm fides poscit: quos ex parte jam refutavimus in quarto supradicti operis libro, & refutabimus posteà diligentius, cùm respondere ad omnes sectas cœperimus, quæ veritatem, dum disputant, perdiderunt.

Nunc verò contra eos disseremus, qui de secundo gradu lapsi, prava de summo Deo sentiunt. Aiunt enim quidam, nec gratificari eum cuiquam, nec irasci; sed securum, & quietum, immortalitatis suæ bonis perfrui. Alii verò iram tollunt, gratiam relinquunt Deo; naturam enim

Lin. 1. *Implicati.*] MS. Bov.

Lin. 6. *Verum.*] At MS. Bov. legit *vera.*

Lin. 9. *Horum imperitiam jam coarguimus in secundo Divinarum Institutionum libro.*] Indè patet Divinarum Institutionum libros ante librum *de Irâ Dei* fuisse conscriptos.

Ibidem. *Secundo libro.*] Cap. 5. & seqq.

Lin. 11. *Qui cùm sentiant.*] Ità emendatum ex omnibus penè MSS. & edit. Rom. 1470. & Gymnic. Vide seq. Reg. 1. rec. & edit. Crat. *qui cùm sentiunt.* Multi impressi, *qui consentiunt.*

Lin. 13. *Qui aut figuram negant habere ullam Deum.*] Deum nemo vidit unquàm. Quæ ergò est illa figura, ad quam homo (inquies) creatus est? Sed ne ipsa quidem humanis oculis occurrit, quæ, ut ipse fateris, vix mente concipitur. Nos figuram Dei nullam cognoscimus. Vide Tertullianum adversùs Marcionem, & Basilium Homil. 10.

Lin. 14. *Aut nullo affectu commoveri.*] Sic lego cum MSS. 7. Vaticanis, Regio-Put. 2. al. Reg. 5. Colb. Marm. 1. Clarom. Brun. & 4. impressis. Mendum irrepsit in 3. Reg. 2. Vatic. 1. Colb. & multis editis, ubi pro *nullo* legitur *ullo*, quod res ipsa repudiat; nam Lactantius eos arguit, qui *nullo affectu Deum commoveri putant.*

Lin. 16. *Divini & immortalis templi conditorem.*] Templi vivis constructi lapidibus, 1. Pet. 2. Cujus templi dicatio divini Spiritûs opus est. Sacerdos verò idem qui & conditor, æternus ille nimirum, secundùm ordinem Melchisedech, ut ad Hebræos scriptum est. *Bouleius.*

Lin. 18. *Quos ex parte.*] MSS. 2. *Quod.*

Lin. 19. *Et refutabimus posteà, &c.*] Videtur Lact. in animo habuisse ad omnes sectas tum in Christianismo ortas respondere. *Rivetus* in Notis MSS.

Lin. 20. *Qua veritatem, dum disputant, perdiderunt.*] Sic legunt plerique MSS. sic etiam editi. At *Janus Guilielmi* mavult legere cum antiquis suis codicibus *dissipant*, quibus etiam similes sunt MSS. Ultr. Em. Br. 2. Reg. 3. Colb. Ratio ejus est, quòd veritas disputatione invenitur, non perditur. Sed ego nihil mutandum censui; elegans enim & scopo est apta lectio. *Gallæus.*

Lin. 24. *Alii verò iram tollunt.*] Ità legen-

Digitized by Google

summâ virtute præstantem, ut non maleficam, sic beneficam esse debere. Ita omnes philosophi de irâ consentiunt; de gratiâ discrepant. Sed ut ad propositam materiam per ordinem descendat oratio, hujusmodi facienda nobis, & sequenda partitio est, cùm diversa & repugnantia sint, ira, & gratia. Aut ira tribuenda est Deo, & gratia detrahenda; aut utrumque pariter detrahendum. Aut ira demenda est, & gratia tribuenda; aut utrumque tribuendum. Aliud ampliùs, præter hæc, nihil potest capere natura, ut necesse sit in uno istorum aliquo verum, quod quæritur, inveniri. Consideremus singula, ut nos ad latebras veritatis, & ratio & ordo deducat.

dum esse ex omnibus MSS. & 6. impressis textus ipse suadet, non ut in 12. editis, *Illi verò*.

Lin. 4. *Et sequenda partitio est.*] Sic lego ex antiquioribus & melioribus MSS. 2. Bon. Regio-Put. & 2. al. Reg. 3. Colb. multisque aliis. In scriptis 6. Reg. & editis est, *& exsequenda*, quod idem est; *sequi enim*, pro *exequi* legitur apud Ciceronem.

Lin. 6. *Utrumque pariter detrahendum.*] Ex omnibus MSS. & 13. vet. editis addidi *pariter*, quod cæteris impressis deest.

Lin. 7. *Aut utrumque tribuendum.*] Ità meliores & antiquiores MSS. In 1. Reg. rec. & multis vulgatis est *aut neutrum tribuendum.* Plurimi MSS. & editi 2. vet. Rom. & Betul. ferunt *aut neutrum detrahendum.*

CAPUT III.

De bonis & malis in rebus humanis, eorumque autore.

PRIMÙM illud nemo de Deo dixit unquàm, irasci eum tantummodò, & gratiâ non moveri. Est enim disconveniens Deo, ut ejusmodi potestate sit præditus, quâ noceat, & obsit, prodesse verò, ac benefacere nequeat. Quæ igitur ratio, quæ spes salutis hominibus proposita est, si malorum tantummodò autor est Deus? Quod si sit, jam majestas illa venerabilis, non ad judicis potestatem, cui licet servare ac liberare, sed ad tortoris & carnificis officium deducetur. Cùm autem videamus, non modò mala esse in rebus humanis, sed etiam bona, utique si Deus est autor malorum, esse alterum necesse est, qui contraria Deo faciat, & det nobis bona. Si est, quo nomine appellandus est? aut cur nobis, qui malè faciat, notior est, quàm ille, qui benè? Si autem nihil potest esse præter Deum, absurdum est & vanum, divinam putare potestatem,

Lin. 2. *Disconveniens Deo.*] MSS. 2. Bon. 3. Reg. rec. Tax. 1. Sorbon. 2. Colb. & ed. Betul. & Is. emendationis gratiâ præferunt *inconveniens Deo.* At vox *disconveniens*, quæ legitur in cæteris MSS. & 12. editis, est Ciceroniana, ut existimant Grammatici quidam.

Lin. 5. *Si malorum tantummodò autor est Deus?*] Theologi distinguunt inter malum pœnæ & malum culpæ; prioris autor est Deus, culpæ non item. *Gallæus.*

Lin. 8. *Utique si Deus est autor malorum, esse alterum necesse est, qui contraria Deo faciat.*] Ità reposui ex MSS. 2. Bonon. 1. Reg. 3. Colbert. 1. Sorbon. Tax. edd. Thom. & Walch. In MSS. 11. & 5. editis legitur: *Utique si Deus est, autorem esse alterum necesse est, qui;* in 3. editis rec. *Utique si Deus non est, esse alterum necesse est qui;* in scriptis 9. & totidem impressis, *Utique si Deus non est, autorem esse alterum necesse est qui.*

Digitized by Google

quâ nihil est majus, nihil melius, nocere posse, prodesse non posse. Et ideò nemo extitit, qui auderet id dicere; quia nec rationem habet, nec ullo modo potest credi. Quod quia convenit, transeamus & veritatem alibi requiramus.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Nocere posse, prodesse non posse.*] Tria postrema verba absunt à 20. MSS. & 3. ed.

CAPUT IV.

De Deo, deque ejus affectibus; Epicurique reprehensione.

QUOD sequitur, de scholâ Epicuri est; sicut iram in Deo non esse; ita nec gratiam quidem. Nam cùm putaret Epicurus, alienum esse à Deo malefacere atque nocere, quod ex affectu iracundiæ plerùmque nascitur, ademit ei etiam beneficentiam, quoniam videbat consequens esse, ut si habeat iram Deus, habeat & gratiam. Itaque ne illi vitium concederet, etiam virtutis fecit expertem. Ex hoc (inquit) beatus & incorruptus est, quia nihil curat, neque habet ipse negotium, neque alteri exhibet. Deus igitur non est, si nec movetur, quod est proprium viventis: nec facit aliquid impossibile homini, quod est proprium Dei, si omninò nullam habet voluntatem, nullum actum, nullam denique administrationem, quæ Deo digna sit. Et quæ major, quæ dignior administratio Deo assignari potest, quàm mundi gubernatio, maximèque generis humani, cui omnia terrena subjecta sunt?

Lin. 3. *Malefacere.*] Sic Lactantius infrà cap. 5. & sic omnes MSS. duobus rec. demptis, in quibus est *malum facere*, ut in excusis.

Ibidem. *Atque nocere.*] Deest in MS. Bov.

Lin. 6. *Ex hoc inquit.*] Lucret. l. 1. v. 56.

Omnis enim per se Divûm natura necesse est,
Immortali ævo summâ cum pace fruatur,
Semota à nostris rebus, &c.

Versus sunt Lucretii: sed sententia est Epicuri. Lactantius enim nos admonet lib. de Opificio cap. 6. *Epicuri esse omnia quæ delirat Lucretius;* eumdemque errorem Epicuro adscripsit Cicero lib. 1. de Naturâ deorum. Hæc prima est τῶν κυρίων δόξων: *Quanquam*, inquit Cicero, *video nonnullis videri, Epicurum, ne in offensionem Athenienſium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse. Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas habet, quas appellatis κυρίας δόξας, hac (ut opinor) prima sententia est: Quod beatum & immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium, &c.* Adscribendus simul, notandusque Tertulliani de hâc re locus est, ex Apologetici cap. 46. *Alii incorporalem asseverant, alii corporalem, ut tam Platonici, quàm Stoïci; alii ex atomis, alii ex numeris, sicut Epicurus & Pythagoras; alii ex igne, qualiter Heraclito visum est. Et Platonici quidem curantem rerum, Epicurei otiosum & inexercitum, & (ut ita dixerim) neminem humanis rebus, positum verò extra mundum, &c.* In primo membro videri possent & Platonici & Stoïci Deum corporalem facere, cùm utrique incorporalem faciant. Nam Plato *ἀσώματον* Deum dixit. Sed cur Tertulliano fum iniquior, quòd Stoïcos dicit Deum corporeum facere, cùm hoc idem etiam faciat Origenes contra Celsum? Adde quòd Stoïci Deum ignem dicunt: ignis autem corpus. *Betuleius.*

Lin. 9. *Quod est proprium Dei.*] Ut suprà lin. præced. *quod est proprium viventis.* MSS. 3. rec. *Deo.*

Lin. 12. *Quàm mundi gubernatio.*] MSS. rec. & edd. addunt, *quàm cura viventium*, quod non cohæret cum aliis Lactantii verbis, & abest ab antiquioribus MSS. Regio-Put. Bonon. & Tax.

Digitized by Google

Quæ igitur in Deo poteſt eſſe beatitudo, ſi ſemper quietus, & immobilis torpet? ſi precantibus ſurdus, ſi colentibus cæcus? Quid tam dignum, tam proprium Deo, quàm providentia? Sed ſi nihil curat, nihil providet, amiſit omnem divinitatem. Qui ergò totam vim, totam Deo ſubſtantiam tollit, quid aliud dicit, niſi Deum omninò non eſſe? Denique Marcus Tullius à Poſidonio dictum refert, id Epicurum ſenſiſſe, nullos deos eſſe, ſed ea, quæ de diis locutus ſit, depellendæ invidiæ causâ dixiſſe: itaque verbis illum deos relinquere, re autem ipsâ tollere, quibus nullum motum, nullum tribuit officium. Quod ſi ita eſt: quid eo fallacius? quod à ſapiente & gravi viro debet eſſe alienum. Hic verò ſi aliud ſenſit, & aliud locutus eſt, quid aliud appellandus eſt, quàm deceptor, bilinguis, malus, & propterea ſtultus? Sed non erat tam verſutus Epicurus, ut fallendi ſtudio iſta loqueretur, cùm hæc etiam ſcriptis ad æternam memoriam conſignaret: ſed ignorantiâ veritatis erravit. Inductus enim à principio verisimilitudine unius ſententiæ, neceſſariò in ea, quæ ſequebantur, incurrit. Prima enim ſententia fuit, iram in Deum non convenire. Quod cùm illi verum & inexpugnabile videretur, non poterat conſequentia recuſare, quia uno affectu amputato, etiam cæteros affectus adimere Deo neceſſitas ipſa cogebat. Ita qui non iraſcitur, utique nec gratiâ movetur, quod eſt iræ contrarium: jam ſi nec ira in eo, nec gratia eſt, utique nec metus, nec lætitia, nec mœror, nec miſericordia. Una eſt enim ratio cunctis affectibus, una commotio, quæ in Deum cadere non poteſt. Quòd ſi nullus affectus in Deo eſt, quia quidquid afficitur, imbecillum eſt; ergo nec cura ullius rei, nec providentia eſt in eo.

Hucuſque pervenit ſapientis hominis diſputatio; cætera, quæ ſequuntur; obticuit: ſcilicet, quia nec cura ſit in eo, nec providentia; ergò nec cogitationem aliquam, nec ſenſum in eo eſſe ullum: quo efficitur, ut non ſit omninò. Ita cùm gradatim deſcendiſſet, in extremo gradu

Lin. 3. *Sed ſi nihil curat.*] Id eſt in multis MSS. Extat autem in 1. Reg. 2. Bon. 2. Colb. aliſque, & in omnibus ferè impreſſis. Vide infrà ſemel & iterùm, *ergò nec cura ullius rei, nec providentia eſt in eo.*

Lin. 4. *Divinitatem.*] In MS. Bov. *dignitatem.*

Lin. 5. *Denique Marcus Tullius, &c.*] Sub finem lib. 1. de Naturâ deor. » Verius eſt igi-» tur, nimirùm illud, quod familiaris omnium » noſtrûm Poſidonius diſſeruit in libro quinto » de Naturâ deorum, nullos eſſe deos Epicu-» ro videri.

Lin. 6. *Refert.*] Vide Cicer. lib. 1. de Nat. deorum circa finem.

Lin. 14. *Conſignaret.*] Ità reſtitui ex 9. impreſſis cunctiſque MSS. præter Lipſ. in quo eſt *conſignaretur.* In cæteris editis eſt *conſignemus.* Francius malebat, *conſignarit.*

Lin. 15. *Inductus enim,*] Sic emendavi ex omnibus MSS. & octo editis veteribus. Et res. ita poſcit. Cæteri impreſſi habent *indoctus.*

Ibidem. *Unius ſententiæ.*] Expunxi ut inutilem *falſæ* vocem, quam inſerunt quàmplurimi editi; reſpuunt autem omnes ſcripti, tres vet. edit. Rom. Parrhaſ. Celſar. Walch.

Lin. 16. *Iram in Deum non convenire.*] Hanc locutionem, quæ omninò Ciceroniana eſt, reſtitui ex omnibus propè MSS. codicibus. In tribus rec. eſt *in Deo;* in 13. editis eſt *Deo* ſine præpoſitione.

Lin. 18. *Conſequentia recuſare.*] Sic repoſui ex cunctis ferè ſcriptis. In tribus MSS. & 2. vet. edit. Rom. eſt *recuſari;* in 3. rec. manu exaratis & multis editis *reſecare.*

Lin. 20. *Nec iræ.*] Ità omnes MSS. præter 2. Reg. rec. in quibus eſt *non iræ*, ut in editis.

restitit, quia jam præcipitium videbat. Sed quid prodest reticuisse, ac periculum dissimulasse? Necessitas illum vel invitum cadere coëgit. Dixit enim quod noluit, quia argumentum sic ordinavit, ut ad illud, quod evitabat, necessariò deveniret. Vides igitur quò perveniat, irâ sublatâ, & Deo ademptâ. Denique aut nullus id credit, aut admodum pauci, & quidem scelerati, ac mali, qui sperant peccatis suis impunitatem. Quod si & hoc falsum invenitur, nec iram in Deo esse, nec gratiam, veniamus ad illud, quod tertio loco positum est.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Restitit.*] MS. Goth. *perstitit*; 2. Reg. rec. & edd. *constitit.*

Lin. 4. *Quò perveniat.*] MSS. 3. habent *pervenias*; 2. *perveniret*; plurimi editi, *perveniatur*. Quamplurimi MSS. & 2. vet. edd. Rom. ut in textu *perveniat*, Epicurus scilicet.

Lin. 6. *Impunitatem, &c.*] Hanc sperare non potest, qui Deum novit omniscium, & justissimum. Nam & magistratus sæpè, & ludimagister, & pater suorum delicta sine irâ puniunt, promptiores ad veniam, nisi disciplina vel publica, vel domestica aliud flagitaret. Neque enim unus duntaxat finis puniendi, ratiove castigandi est, sed plures: quæ, ut reipsâ, ita nominibus quoque inter se distant. De quo lege Gell. l. 6. c. 14. *Betul.*

CAPUT V.

De Deo Stoïcorum sententia; de Irâ & gratiâ ejus.

EXISTIMANTUR Stoici, & alii nonnulli, aliquantò meliùs de divinitate sensisse, qui aiunt, gratiam in Deo esse, iram non esse. Favorabilis admodùm, ac popularis oratio, non cadere in Deum hanc animi pusillitatem, ut ab ullo se læsum putet, qui lædi non potest; ut quieta illa, & sancta majestas concitetur, perturbetur, insaniat, quod est terrenæ fragilitatis. Iram enim, commotionem mentis esse ac perturba-

Lin. 1. *Existimantur Stoïci, &c.*] Reprehendit Stoïcos, quòd Deo gratiam tribuant, clementem solùm sibi fingant Deum, non item severum, iracundiâ ipsum privantes. Argumentum potissimum quo nititur, est: Quòd omnia quæ moventur, moveantur in utramque partem. Deum itaque, si movetur gratiâ, moveri etiam irâ. Hoc concederem, si sensus corporis utriusque affectionis oppositæ particeps esset: ut, Quidquid sentit calorem, idem frigus quoque sentit. Sed in Deum (quia incorporeus est) nulla passio cadit: Ira passio est, & ob id imbecillitas. Gratia verò non modò non passio est, sed virtus insuper, & virtus divina: quia κυριωτάτη pars quæ Deo soli rectè, non ut accidens, sed ut proprium ἀχώριστον tribuitur. Ex quibus appareret, gratiam & iram in Deo, non ut in magistratu, seu principe, contraria ex diametro esse. *Betuleius.*

Lin. 3. *Favorabilis admodùm.*] Ità antiquissimi & optimi MSS. Regio-Put. 2. Bonon. 3. Colbert. Tax. Pen. Autor noster *favorabilis* activè posuit, quod rarum est. *Admodùm* abest à 10. MSS. & à 13. editis.

Ibidem. *Popularis oratio.*] Id est, quæ populo grata est & accepta, quæ studet voluntati populi. *Walch.*

Lin. 4. *Animi pusillitatem.*] MSS. 6. rec. & 3. edd. *pusillanimitatem.*

Lin. 6. *Iram enim, commotionem mentis esse.*] Sufficiat semel monuisse, quoties iram Deo tribuimus, eo id sensu nos intelligere, quo Durandus lib. 2. dist. 30. quæst. 2. ubi ait: Deus dicitur iratus, non secundùm *affectum*, sed *effectum*, in quantùm præparat alicui pœnam vel infligit. Duriusculè enim loquitur Lactantius, cùm iræ affectum ita Deo competere affirmet, quatenùs illi motum quemdam imprimat. *Sparkius.*

Digitized by Google

tionem, quæ sit à Deo aliena. Quòd si hominem quoque, qui modò sit sapiens & gravis, ira non deceat (si quidem, cùm in animum cujusquam incidit, velut sæva tempestas tantos excitet fluctus, ut statum mentis immutet, ardescant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent, alternis vultum maculet nunc suffusus rubor, nunc pallor albescens:) quantò magis Deum non deceat tam fœda mutatio? Et si homo, qui habet imperium ac potestatem, latè noceat per iram, sanguinem fundat, urbes subvertat, populos deleat, provincias ad solitudinem redigat; quantò magis Deum, qui habeat totius generis humani, & ipsius mundi potestatem, perditurum fuisse universa credibile sit, si irasceretur?

Abesse igitur ab eo tam magnum, tam perniciosum malum oportere. Et si absit ab eo ira, & concitatio, quia & deformis, & noxia est, nec cuiquam malèfaciat, nihil aliud superesse, nisi ut sit benis, tranquillus, propitius, beneficus, conservator. Ita enim demùm & communis omnium pater, & optimus maximus dici poterit, quod expetit divina cœlestisque natura. Nam si inter homines laudabile videtur, prodesse potiùs, quàm nocere; vivificare, quàm occidere; salvare, quàm perdere (nec immeritò innocentia inter virtutes numeratur;) & qui hæc fecerit, diligitur, præfertur, ornatur, benedictis omnibus votisque celebratur, denique ob merita & beneficia Deo simillimus judicatur; quantò magis ipsum Deum par est, divinis perfectisque virtutibus præcellentem, atque ab omni terrenâ labe summotum, divinis & cœlestibus beneficiis omne genus hominum promereri? Speciosè ista, populariterque dicuntur, & multos illiciunt ad credendum: sed qui hæc sentiunt, ad veritatem quidem propiùs accedunt; sed in parte labuntur, naturam

Lin. 2. *Siquidem cùm in animum cujusquam incidit, &c.*] Hieron. in Epist. ad Titum cap. 1. de irato hominis: *Torva vultus, trementibus labiis, rugatâ fronte, effrenatis conviciis, facie inter pallorem ruboremque variatâ.* Seneca de Irâ, lib. 1. cap. 1. *Multus ore toto rubor, exæstuante ab imis præcordiis sanguine: labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac subriguntur capilli, spiritus coactus, stridens articulorum suorum sonus, gemitus mugitusque, & parùm explanatis vocibus sermo præruptus, & complosa sapiùs manus, & pulsata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnasque minas agens, fœda visu & horrenda facies depravantium se atque intumescentium.* Elmenhorst.

Lin. 3. *Excitet fluctus.*] Francius, *excitat.*

Lin. 4. *Ardescant.*] Vide Senec. de Irâ, initio lib. 1. cap. 1.

Lin. 10. *Perditurum fuisse universa credibile sit.*] Duas voces postremas addidi ex omnibus fermè MSS. & 12. vet. editis. Absunt autem à MSS. 5. & totidem impressis.

Lin. 14. *Malefaciat.*] MSS. 3. *malefacit.* Clarom. *malefaciet.*

Ibidem. *Nihil aliud superesse.*] Sic lego ex MSS. 2. Bonon. 1. Reg. aliisque & edit. H. Et sic legendum esse patet ex præcedentibus. In multis tum scriptis, tum impressis legitur *abest.*

Lin. 16. *Et optimus maximus.*] Ità MSS. 5. Reg. inter quos est antiq. Regio-Put. & ed. Rom. 1470. Cellar. Wich. Alius est, & verè *maximus.*

Ibidem. *Maximus.*] In MS. Bov. est *maximusque.*

Lin. 20. *Ornatur.*] Ità cum editis Rom. 1470. ac Cellar. omnes MSS. præter 2. rec. in quibus est *honoratur*, ut in impressis multis.

Ibidem. *Benedictis omnibus votisque celebratur.*] Sic lego cum editis cunctisque MSS. præter 2. rec. quibus est, *ornatur benedictis, votisque omnibus celebratur.*

Lin. 26. *Naturam rei.*] Francius, fortè legendum *Dei.* MS. Clarom. *rerum.*

Digitized by Google

rei parùm considerantes. Nam si Deus non irascitur impiis & injustis; nec pios utique justosque diligit. Ergò constantior est error illorum, qui & iram simul, & gratiam tollunt. In rebus enim diversis, aut in utramque partem moveri necesse est, aut in neutram. Ita qui bonos diligit, & malos odit, & qui malos non odit, nec bonos diligit: quia & diligere bonos, ex odio malorum venit; & malos odisse, ex bonorum caritate descendit. Nemo est qui amet vitam sine odio mortis, nec appetat lucem, nisi qui tenebras fugit. Adeò naturâ ista connexa sunt, ut alterum sine altero fieri nequeat.

Si quis Dominus habens in familiâ servos, bonum ac malum, non utique aut ambos odit, aut ambos beneficiis & honore prosequitur; quod si faciet, & iniquus & stultus est: sed bonum & alloquitur amicè, & ornat, & domi ac familiæ suisque omnibus rebus præficit; malum verò maledictis, verberibus, nuditate, fame, siti, compedibus punit, ut & hic exemplo cæteris sit ad non peccandum, & ille ad promerendum, ut alios metus coërceat, alios honor provocet. Qui ergò diligit, & odit; qui odit, & diligit; sunt enim, qui diligi debeant, sunt qui odio haberi. Et sicut is, qui diligit, confert bona in eos, quos diligit: ita qui odit, irrogat mala iis, quos odio habet; quod argumentum, quia verum est, dissolvi nullo pacto potest. Vana ergò & falsa est sententia eorum, qui cùm alterum Deo tribuant, alterum detrahunt, non minùs, quàm illorum qui utrumque detrahunt. Sed illi, ut ostendimus, ex parte non errant, sed id quod melius est ex duobus retinent. Ii verò, quos ratio, & veritas argumenti hujus inducit, falsâ omninò sententiâ susceptâ, in maximum errorem cadunt. Non enim sic oportebat eos argumentari: Quia Deus non irascitur, ergò nec gratiâ commovetur; sed ita, Quia Deus gratiâ movetur, ergò & irascitur. Si enim certum & indubitatum fuisset, non irasci Deum, tunc ad illud alterum veniri esset necesse. Cùm autem magis sit ambiguum de irâ, penè manifestum de gratiâ; absurdum est, ex incerto certum velle subvertere, cùm sit promptius, de certis incerta firmare.

Lin. 4. *Ita qui bonos diligit, &c.*] Tres MSS. Reg. sequentia verba respuunt, *& malos odit, & qui malos non odit.*

Lin. 17. *Qui odit, & diligit.*] In quamplurimis editis est, *& qui odit, & diligit.*

Lin. 20. *Qui cùm alterum Deo tribuant, alterum detrahunt.*] In MSS. 11. deest *alterum Deo detrahunt.* Sex alii, *qui alterum Deo tribuunt.*

Lin. 21. *Non minùs, quàm illorum qui utrumque detrahunt.*] Sic legunt MSS. & edit. Thomas. atque hanc esse genuinam lectionem, censeo. Si editorum recipiatur lectio, *quàm illorum qui utrumque*, expuncto τὸ *detrahunt*, sensus erit obscurior, poteritque æquè ad *tribuunt* referri, quod scopo Lactantii repugnaret. *Ex Isæo.*

Lin. 23. *Sed id quod melius est.*] Francius, *& id.*

Lin. 24. *Falsâ omninò sententiâ susceptâ.*] Deest *sententiâ* in 11. MSS. tec. & in ed. Rom. 1470. & 1474. Pro *omninò*, 1. Clarom. habet *animo*; abestque *sententiâ.*

Lin. 29. *Penè manifestum.*] Francius, fortè *benè* aut *plenè.*

CAPUT

CAPUT VI.

www.libtool.com.cn

Quòd Deus irascatur.

HÆ sunt de Deo philosophorum sententiæ. Aliud prætereà nihil quisquam dixit. Quòd si hæc, quæ dicta sunt, falsa esse deprehendimus, unum illud extremum supereſt, in quo solo possit veritas inveniri, quod à philosophis nec susceptum est unquàm, nec aliquandò defensum; consequens esse, ut irascatur Deus, quoniam gratiâ commovetur. Hæc tuenda nobis & asserenda sententia est. In eo enim summa omnis, & cardo Religionis pietatisque versatur. Nam neque honos ullus deberi potest Deo, si nihil præstat colenti, nec ullus metus, si non irascitur non colenti.

Lin. 6. *Sententia est.*] Additum *est* ex cunctis MSS. & compluribus editis.

Ibidem. *In eo.*] 3. Colbert. Clarom. à secundâ manu, & ed. Gymnic. *in eâ*. Clarom. à primâ manu, *in quâ*.

Lin. 7. *Nam neque honos ullus deberi potest Deo, &c.*] Simili modo in Hieremiam Origenes benignum Deum dicit, ne desperemus; severum, ne benignitatem contemnamus. Sed quemadmodùm Cicero in Officiis docet, virum bonum non peccare, etiam impunitate propositâ? Oderunt enim peccare boni virtutis amore; & contrà, oderunt peccare mali formidine pœnæ. Quid quòd Paulus etiam ait, Justis legem non esse positam? Benignitas Dei contemptum sui adeò non gignit, ut (si Paulo credimus) Deus suam erga nos caritatem tum maximè commendarit, cùm adhuc peccatores essemus. Porrò si hæc sive Lactantii, sive Origenis sententia rata esset, irrita fieret tota Pauli de prædestinatione disputatio. *Nam* deest in 12. MSS. & 4. editis. In Em. est *ulli*. Et Heuman. putat delendum esse punctum post *versatur*.

Lin. 9. *Si non irascitur, &c.*] Deum irasci testantur multa Scripturæ loca. At notandum, iram non esse passionem violentam in Deo, sed voluntatem puniendi, & Deo attribui effectivè, non affectivè, ut loquuntur; hoc est, Deum facere quod irati faciunt, non verò propterea affici aliquâ perturbatione animi, quemadmodùm homines irati. *Gallæus.*

CAPUT VII.

De Homine & Brutis, ac Religione.

CUM sæpè philosophi per ignorantiam veritatis à ratione desciverint, atque in errores inciderint inextricabiles (id enim solet his evenire, quod viatori viam nescienti & non fatenti se ignorare, ut vagetur, dum percontari obvios erubescit) illud tamen nullus philosophus asseruit unquam, nihil inter hominem & pecudem interesse; nec omninò quisquam, modò qui sapiens videri vellet, rationale animal

Lin. 3. *Ut vagetur.*] MSS. Ultr. Brun. *ut evagetur*. Edd. Ald. Fasitel. Tornes. *ut vagatur*.

Lin. 5. *Nihil inter hominem.*] Ità MSS. 2. Bonon. Tax. 3. Colb. totidemque editi. In aliis corruptè legitur *non nihil*, quod sententiæ Lactantii repugnat.

Lin. 6. *Rationale animal, &c.*] Non dissimilia sunt, quæ Aristoteles in primo de Animâ, Anaxagoræ dogmata fuisse refert; nem-

Digitized by Google

cum mutis & irrationabilibus coæquavit: quod faciunt quidam imperiti, atque ipsis pecudibus similes, qui cùm ventri ac voluptati se velint tradere; aiunt, eâdem ratione se natos, quâ universa quæ spirant; quod dici ab homine nefas est. Quis enim tam indoctus est, ut nesciat, quis tam imprudens, ut non sentiat, aliquid inesse in homine divini? Nondùm venio ad virtutes animi & ingenii, quibus homini cum Deo manifesta cognatio est. Nonne ipsius corporis status & oris figura declarat, non esse nos cum mutis pecudibus æquales? Illarum natura in humum pabulumque prostrata est; nec habet quidquam commune cum cœlo, quod non intuetur. Homo autem recto statu, ore sublimi, ad contemplationem mundi excitatus, confert cum Deo vultum; & rationem ratio cognoscit.

Propterea nullum est animal, (ut ait Cicero) præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei. Solus enim sapientiâ instructus est, ut Religionem solus intelligat; & hæc est hominis atque mutorum, vel præcipua, vel sola distantia. Nam cætera, quæ videntur hominis esse propria, etsi non sint talia in mutis, tamen similia videri possunt. Proprius homini sermo est: tamen & in illis quædam similitudo sermonis. Nam & dignoscunt invicem se vocibus; &, cùm irascuntur, edunt sonum jurgio similem; &, cùm se ex intervallo vident, gratulandi officium voce declarant. Nobis quidem voces eorum videntur inconditæ, sicut illis fortasse nostræ: sed ipsis, quæ se intelligunt, verba sunt; denique in omni affectu certas vocis notas exprimunt, quibus habitum mentis ostendant.

pè universis tam majorum quàm minorum gentium animalibus mentem esse dicens, non tamen eam, cui prudentia tribuitur, quæ ne cunctis quidem hominibus insit. Hæc eadem ferè de Anaxagorâ Plutarchus in 5. Placitorum, cap. 20. *Betuleius.*

Lin. 1. *Coæquavit.*] Sic repositi ex MSS. & edit. vet. Rom. Florent. Junt. If. Cellar. Cæteri impressi habent *coæquaverit*; & pro *similes*, MSS. 2. Bonon. 1. Reg. rec. 2. Colb. & Tax. habent, *simillimi.*

Lin. 8. *Æquales.*] Expungunt *nos* plerique MSS. quorum sex, scilicet Regio-Put. 1. al. Reg. 2. Colbert. 1. Clarom 8. Brun. habent, *oris figura declarat, non esse cum mutis pecudibus æqualis.*

Lin. 9. *Habet.*] MSS. 4. rec. *habes... intuentur.* Francius, fortè leg. *habens... intuentur.*

Lin. 10. *Homo autem recto statu.*] Lactantius suprà lib. 7. cap. 9. Divin. Instit. *Cujus corpus ab humo excitatum, vultus sublimis, status rectus* originem suam quærit. Quod autem dicit, *Confert cum Deo vultum*, intellige cùm meditatur de similitudine, quæ ei communis est cum Deo, ait Walchius.

Lin. 11. *Et rationem ratio cognoscit.*] Francius malebat, *& rationem ratione cognoscit.*

Lin. 13. *Cicero.*] Cic. 1. de Legib.

Lin. 18. *Tamen & in illis quædam similitudo sermonis.*] Francius, *tamen est.* Huic sententiæ similia habet Lucret. lib. 5. & Basil. Mag. Oration. 8. Hexam. & in 9. ubi similitudinem quandam ratiocinationis in canibus esse præclarè demonstrat; sicut & B. Ambros. lib. 6. Hexam. cap. 4. per ὑποτύπωσιν quamdam, proponit nobis canem venaticum συλλογιζόμενον in compito multifido: de quo præclarè disserunt & Franc. Vallesius l. 5. de Sacrâ Philosophiâ. Cl. Vossius in lib. de Idololat. pag. 961.

Ibidem. *Nam & dignoscunt invicem se vocibus; &, cùm irascuntur, edunt sonum.*] In MSS. 14. & 2. vet. edit. Rom. legitur, *Nam & dignoscuntur, edunt sonum.* Minùs benè. Sensus imperfectus.

Lin. 22. *Quæ se intelligunt.*] Rectè *quæ*; nam de mutis animalibus loquitur Verùm error est in 8. editis & 12. MSS. ubi legitur *quæ se intelligunt.*

Ibidem. *In omni affectu.*] Editi sex *effectu.*

Digitized by Google

Riſus quoque eſt homini proprius; & tamen videmus in aliis animalibus quædam ſigna lætitiæ, cùm ad luſum geſtiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem ſerenant, oculos in laſciviam reſolvunt. Quid tam proprium homini, quàm ratio, & providentia futuri? Atqui ſunt animalia, quæ latibulis ſuis diverſos & plures exitus pandant, ut ſi quod periculum inciderit, fuga pateat obſeſſis; quod non facerent, niſi ineſſet illis intelligentia & cogitatio. Alia provident in futurum; ut

——— Ingentem formica farris acervum
Cùm populant, hyemis memores, tectoque reponunt;

ut apes, quæ

— Patriam ſolæ, & certos novere penates,
Venturaque hyemis memores, æſtate laborem
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt.

Longum eſt, ſi exequi velim, quæ à ſingulis generibus animalium fieri ſoleant humanæ ſolertiæ ſimillima. Quòd ſi horum omnium, quæ adſcribi homini ſolent, in mutis quoque deprehenditur ſimilitudo, apparet ſolam eſſe Religionem, cujus in mutis nec veſtigium aliquod, nec ulla ſuſpicio inveniri poteſt. Religionis enim eſt propria juſtitia, quàm nullum aliud animal attingit. Homo enim ſolus imperat; cætera

Lin. 2. *Aures demulcent.*] Id eſt, *demittunt.* Horat. lib. 2. Ode 13.

— Illis carminibus ſtupens
Demittit atras bellua centiceps.
Aures. Turnebus.

Lin. 4. *Providentia futuri.*] Et infrà, *providet in futurum.* Francius, fortè *providentia... & providet.*

Lin. 8. *Ingentem farris acervum, &c.*] Virgilius hâc ſimilitudine laborantium operas deſcribit Georgic. primo:

Populatque ingentem farris acervum:
Curculio, atque inopi metuens formica ſenectæ.

Vide Horat. ad Mecœnatem Sat. 1.

—— Sicut,
Parvula nam exemplo eſt magni formica laboris,
Ore trahit quodcumque poteſt, atque addit acervo
Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.

Quid quòd Salomon pigrum formicæ exemplo ad operas excitat, Proverb. cap. 6. & trigeſimo colligit etiam induſtriæ animalium exempla. Cæterùm de formicarum induſtriâ Æſopi apologus eſt. De hujus naturâ conſulendus eſt Plinius lib. 11. c. Deeſt, Ælianus lib. 3. Ariſtot. lib. 1. Hiſt. Animalium c. 1. *Betul.*

Lin. 9. *Cùm populant.*] Ex vetuſtiſſimo & optimo MS. Regio-Put. reſtitui *Cùm populant*; nec aliter legitur apud Virgilium 4. Æneid. v. 403. & Georgic. 1. v. 185. *Populat*, per archaïſmum, cùm Veteres & *populo* activè poſuerint, obſervante Servio. Iſ. Nonium cap. 7. n. 26. Ex *Walchio.* In cæteris Lactantii MSS. & editis eſt *Comportant.* Ariſtotel. libro 1. de Hiſt. Animalium, cap. 1. *Betul.*

Lin. 10. *Ut apes, quæ patriam ſolæ, &c.*] Georg. quarto, quo libro apum regnum deſcribit. Conſule Plin. lib. 11. Naturalis hiſtoriæ, cap. 5. Varron. de re Ruſt. lib. 3. c. 16. Columellam lib. 10. à capite 11. uſque ad fin. Palladium lib. 1. cap. 37. & lib. 6. cap. 8. Conſtantinum lib. 15. capitibus aliquot. Ariſt. de Nat. animal. lib. 5. cap. 21. & 22. & lib. 9. cap. 14. Lege ad hæc omninò Theodoreti Sermonem quintum, quo ex animalium induſtriâ providentiam probat, Sacrarum litterarum teſtimoniis ubique inſtructus. *Idem.*

Lin. 16. *In mutis quoque.*] Ità legendum eſſe oſtendunt omnes propè MSS. & textus ipſe. In 4. MSS. rec. & in editis Amanuenſium errore legitur *mulis.*

Lin. 18. *Religionis enim eſt propria juſtitia.*] Addidi *enim* ex MSS. antiq. Cauch. 1. Colb. & 3. Reg. necnon ex omnibus ferè impreſſis. Quod meliùs cohæret.

Lin. 19. *Quam nullum aliud animal attingit.*] Plerique MSS. & 3. editi habent *quæ.*

Digitized by Google

sibi conciliata sunt. Justitiæ autem Dei cultus adscribitur; quem qui non suscipit, hic à naturâ hominis alienus, vitam pecudum sub humanâ specie vivet. Cùm verò à cæteris animalibus hoc penè solo differamus, quòd soli omnium divinam vim potestatemque sentimus, in illis autem nullus sit intellectus Dei: certè illud fieri non potest, ut in hoc vel muta plus sapiant, vel humana natura desipiat; cùm homini ob sapientiam & cuncta quæ spirant, & omnis rerum natura subjecta sit. Quare si ratio, si vis hominis hoc præcellit & superat cæteras animantes, quòd solus notitiam Dei capit, apparet Religionem nullo modo posse dissolvi.

Lin. 2. *Vitam pecudum vivet.*] Sic cum quarto casu *vivere*, dixit Lactantius Divin. Institut. lib. 5. cap. 8. & lib. 7. cap. 24. In 7. editis pro *vivet*, legitur *vivit*.

Lin. 8. *Si ratio, si vis hominis.*] Ità restitui ex omnibus propè MSS. & 8. vet. editis. *Mentis vis ac ratio*, apud Cicer. 1. de Naturâ deorum 26. Alii *jus*.

CAPUT VIII.

De Religione.

DISSOLVITUR autem Religio, si credamus Epicuro illa dicenti:

Lucret. de Nat. rer. initio l. 11.

Omnis enim per se divûm natura necesse est,
Immortali ævo summâ cum pace fruatur,
Semota à nostris rebus, sejunctaque longè.
Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri,
Nec benè pro meritis capitur, nec tangitur irâ.

Quæ cùm dicit, utrùm aliquem cultum Deo putat esse tribuendum, an evertit omnem Religionem? Si enim Deus nihil cuiquam boni tribuit, si colentis obsequio nullam gratiam refert, quid tam vanum, tam stultum, quàm templa ædificare, sacrificia facere, dona conferre, rem familiarem minuere, ut nihil assequamur? Atenim naturam excellentem honorari opportet. Quis honos deberi potest nihil curanti & ingrato? An aliquâ ratione obstricti esse possumus ei, qui nihil habeat commune nobiscum? » Deus, (inquit Cicero) si talis est, ut nullâ gratiâ, nullâ

Lin. 6. *Nam privata.*] Ità quamplurimi MSS. & 8. editi, ac Lucretius ipse. Scripti 9. rec. & sex impressi, *Jam privata.*

Lin. 7. *Nil indiga nostri.*] MSS. 6. & 2. edit. *nihil.*

Lin. 10. *Nihil cuiquam boni.*] Sic restitui ex MSS. 2. Bonon. 3. Reg. inter quos est Regio-Put. 3. Colb. Baluz Goth. Ultr. Lipsi. Em. Brun. & 5. edit. In MSS. Cauc. 1. Colbert. Pen. Clarom. est, *nihil unquam cuiquam boni;* in rec. 3. Reg. 1. Colb. Cant. & 10. excusis legitur, *nihil unquàm boni;* in 1. Colbert. pro *boni*, est *homini.*

Lin. 12. *Sacrificia facere, dona conferre.*] Hæc 4. verba desiderantur in MSS. 20. rec. & in 3. ed. Rom. Sunt autem in antiquissimis Regio-Put. 2. Bonon. aliisque multis, & 12. editis.

Lin. 16. *Cicero.*] Cic. lib. 1. de Naturâ deorum ad finem.

Digitized by Google

„ hominum caritate teneatur, valeat. Quid enim dicam, propitius sit? „ esse enim propitius potest nemini «. Quid contemptius dici potuit in Deum? Valeat, inquit; id est, abeat & recedat, quandò prodesse nulli potest. Quòd si negotium Deus nec habet, nec exhibet, cur non ergò delinquamus, quoties hominum conscientiam fallere licebit, ac leges publicas circumscribere? Ubicumque nobis latendi occasio arriserit, consulamus rei, auferamus aliena, vel sine cruore, vel etiam cum sanguine, si præter leges nihil est amplius, quod colendum sit.

Hæc dum sentit Epicurus, Religionem funditùs delet; quâ sublatâ, confusio ac perturbatio vitæ sequetur. Quòd si religio tolli non potest, ut & sapientiam, quâ distamus à belluis, & justitiam retineamus, qūâ communis vita sit tutior; quomodò Religio ipsa sine metu teneri aut custodiri potest? Quod enim non metuitur, contemnitur: quod contemnitur, utique non colitur. Ità fit, ut Religio, & majestas, & honor metu constet: metus autem non est, ubi nullus iracscitur. Sive igitur gratiam Deo, sive iram, sive utrumque detraxeris, Religionem tolli necesse est, sine quâ vita hominum stultitiâ, scelere, immanitate completur. Multùm enim refrænat homines conscientia, si credamus nos in conspectu Dei vivere; si non tantùm quæ gerimus, videri desuper, sed etiam quæ cogitamus, aut loquimur, audiri à Deo putemus. Atenim prodest id credere, ut quidam putant, non veritatis gratiâ, sed utilitatis; quoniam leges conscientiam punire non possunt, nisi aliquis desuper terror impendeat ad cohibenda peccata. Falsa est igitur omnis religio, & divinitas nulla est. Sed à viris prudentibus universa conficta sunt, quo rectiùs innocentiùsque vivatur. Magna hæc, & à materiâ quam proposuimus aliena quæstio est: sed quia necessariò incidit, debet quamvis breviter attingi.

Lin. 3. *Quandò prodesse.*] Ità ferè omnes MSS. & editi pro *quandoquidem*, quod perperàm substituerunt scripti sex & editi quatuor, seu pro *quoniam*, ut apud Ciceronem lib. 2. Offic. cap. 58. & lib. 5. Epist. Fa. 20.

Lin. 6. *Arriserit, consulamus rei.*] Hæc duo postrema verba absunt à 15. MSS. & vet. edit. Rom.

Lin. 8. *Quod colendum sit.*] Ità MSS. penè omnes & veteres editi. In 4. scriptis rec. & editis multis *verendum sit.* Utraque lectio bona. 2. MSS. rec. levissimâ mutatione, *dolendum sit.*

Lin. 9. *Sentit Epicurus.*] 2. Reg. & edit. Rom. 1470. *Sentit Lucretius.* Et quidem Epicuri echo est Lucretius.

Lin. 10. *Sequetur.*] Ità cuncti MSS. præter 2. rec. in quibus est ut, in editis, *sequitur.*

Lin. 11. *Ut & sapientiam, quâ distamus à belluis, & justitiam.*] Quatuor postrema verba desiderantur in 16. MSS. & 7. editis.

Lin. 21. *Non veritatis gratiâ, &c.*] Sic enim Numam, Scipionem & alios Religionem simulasse Valerius exemplis docet. *Betul.* Idque ut morosos populos timore deorum ad legum observantiam adigerent.

Ibidem. *Sed utilitatis.*] Regio-Put. *utilitati.* MSS. 13. *utilitate.*

Lin. 23. *Terror impendeat.*] Ità omnes fermè MSS. & 6. editi. Scripti tres rec. & 7. excusi mendosè *impendat.* 2. Reg. rec. & ed. Rom. 1470. *impediat.* 1. Colbert. *tortor impendat.*

Lin. 24. *Confitta sunt.*] Sic reposui ex cunctis penè MSS. & 3. editis. In 10. scriptis & 12. impressis legitur *confecta sunt.*

Lin. 26. *Quamvis breviter.*] Ità omnes propè MSS. & 6. vetustiores editi, ac Cellar. Walch. In 3. rec. MSS. & 10. impressis est, *quàm breviter.*

Digitized by Google

CAPUT IX.

www.libtool.com.cn

De Providentiâ Dei, deque ſententiis illi repugnantibus.

CUM ſententiæ philoſophorum prioris temporis de providentiâ conſenſiſſent, nec ulla eſſet dubitatio, quin mundus à Deo, & ratione eſſet inſtructus, & ratione regeretur: primus omnium Protagoras extitit temporibus Socratis, qui ſibi diceret non liquere, utrùm eſſet aliqua divinitas, necne. Quæ diſputatio ejus adeò impia, & contra veritatem & Religionem judicata eſt, ut & ipſum Athenienſes expulerint ſuis finibus, & libros ejus in concione, quibus hæc continebantur, exuſſerint. De cujus ſententiâ non eſt opus diſputare, quia nihil certi pronuntiavit. Poſt hæc Socrates, & auditor ejus Plato, & qui de ſcholâ Platonis, tanquàm rivuli diverſas in partes profluxerunt; Stoïci & Peripatetici, in eâdem fuere ſententiâ, quâ priores.

Poſteà verò Epicurus Deum quidem eſſe dixit, quia neceſſe ſit eſſe aliquid in mundo præſtans, & eximium, & beatum; providentiam tamen nullam: itaque mundum ipſum nec ratione ullâ, nec arte, nec fabricâ inſtructum, ſed naturam rerum quibuſdam minutis ſeminibus & inſecabilibus conglobatam. Quo quid repugnantius dici poſſit, non video. Etenim ſi eſt Deus, utique providens eſt, ut Deus; nec aliter ei poteſt divinitas attribui, niſi & præterita teneat, & præſentia ſciat, & futura proſpiciat. Cùm igitur providentiam ſuſtulit, etiam Deum negavit eſſe. Cùm autem Deum eſſe profeſſus eſt, & providentiam ſimul eſſe conceſſit. Alterum enim ſine altero nec eſſe prorsùs, nec

Lin. 3. *Protagoras, &c.*] Vide Laërtium. De Protagorâ dictum eſt lib. 1. Inſtitut. c. 2. Refertur etiam ab Arnobio lib. 8. adversùs Gentes. Similes catalogi ſunt apud Cicer. de Naturâ deorum primo; & inter Eccleſiaſticos ſcriptores, apud Epiphanium in Epitome, apud Euſebium de Præparat. Evangel. lib. 14. cap. 1. Irenæus lib. 2. cap. 19. Anaxagoram ἄθεον nominat, niſi lectio ſit mendoſa; quod non puto. *Betuleius.* Cicero lib. 1. de Nat. deor. c. 23. *Abderites Protagoras, ſophiſtes temporibus illis vel maximus, cùm in principio libri ſic poſuiſſet:* De Divis neque ut ſint, neque ut non ſint, habeo dicere, *Athenienſium juſſu urbe atque agro eſt exterminatus, librique ejus in concione combuſti.*

Lin. 4. *Temporibus Socratis.*] Teſte Laërtio, floruit Olympiade 74. Sed hanc librorum exuſtionem Euſeb. in Chronicis anno tertio Olympiadis 84. ponit. & floruit ſanè tum Socrates, & eum Socratis fuiſſe ſynchronon teſtatur etiam Platonis Dialogus, qui Protagoræ nomine inſcriptus fuit. Quanquàm de hoc quæſtio eſt apud Macrob. lib. 1. Sat. cap. 1. *Betuleius.*

Lin. 7. *Et libros ejus in concione., &c.*] Vide quæ ſuprà diximus ad cap. 22. lib. 1. Ex hoc loco corrigendus locus Minutii Felic. ubi nonnulli legunt, *ſcripta ejus deriſerint*; legendum *deüſſerint.* Patet hoc ex Lactant. etiam ex Diogene Laërt. qui de omni hâc re diſſerit. Vide & Ciceronem lib. 1. de Naturâ deorum.

Lin. 9. *Et auditor ejus Plato, &c.*] Quàm inconſtanter autem is de rebus divinis diſſeruerit, non modò Velleius Epicureus apud Ciceronem objicit, ſed etiam Euſeb. de Præp. Evang. lib. 13. collatione ſcriptorum ipſius diligenti evidenter demonſtrat. *Betul.*

Lin. 16. *Inſecabilibus.*] Atomis ſcilicet.

Lin. 20. *Cùm autem Deum eſſe profeſſus eſt.*] Additum *autem* ex omnibus MSS. & multis editis, quod in cæteris deerat. MS. 1. Bon. antiq. legit *confeſſus eſt.*

Digitized by Google

intelligi poteſt. Verùm iis poſteà temporibus, quibus jam philoſophia defloruerat, extitit Melius quidam Diagoras, qui nullum eſſe omninò Deum diceret, ob eamque ſententiam nominatus eſt ἄθεος; item Cyrenæus Theodorus: ambo quia nihil novi poterant reperire, omnibus jam dictis & inventis, maluerunt vel contra veritatem id negare, in quo priores univerſi ſine ambiguitate conſenſerant. Ii ſunt, qui tot ſeculis, tot ingeniis aſſertam atque defenſam providentiam calumniati ſunt. Quid ergò? utrùmne iſtos minutos & inertes philoſophos ratione, an verò autoritate præſtantium virorum refellemus? an potiùs utroque? Sed properandum eſt, ne longiùs à materiâ divagetur oratio.

Lin. 2. *Defloruerat, &c.*] Diagoras tamen ab Euſebio eâdem Olympiade ponitur, quâ Protagoram ſuprà à Laërtio poſitum eſſe diximus; id eſt 74. Theodorus autem Olympiade 118. quum Epicurus vix paucis annis antiquior fuerit. Nam Laërtius ejus obitum in Olympiade 107. poſuit: quanquàm Euſebius eum Olymp. 118. floruiſſe referat. *Betuleius.*

Ibidem. Melius quidam Diagoras.] Melius à patriâ, ſicut infrà Cyrenæus Theodorus. MSS. 1. Reg. antiq. habet *Ætlius*; 1. Bonon. antiquior, & 8. alii, ac 2. vet. ed. Rom. *Alius;* Regio-Put. 1. al. Reg. 2. Colbert. Goth. Navar. Gat. Marm. Ulter. Pen. Brun. *Ælius;* MS. Torneſianus & ed. Genev. *Metius*, quod exiſtimo vitioſè à librario ſcriptum pro *Melius*, ſicut vocatur à Cicerone lib. 1. de Nat. deor. MS. Baluz. & 15. excuſi, *Extitit Atheniis quidam Diagoras.* Nec contemnenda hæc lectio; Suidas enim ad v. *Diagoras*, refert Diagoram poſt captam Melum [undè *Melius* dictus eſt] ſeceſſiſſe Athenas. MSS. 1. Reg. rec. Clarom. 1. Sorbon. 3. Colb. legunt *Extitit Atheus quidam & Diagoras*, niſi quod particula & à duobus prioribus abeſt. Cæterùm de hoc Diagora vide quæ notata ſunt ad initium cap. 2. lib. 1. Divin. Inſtitut.

Lin. 3. *Cyrenæus Theodorus.*] Meruit & hic τὸ ἄθεος epitheton, eodem Epiphanio teſte. Et ſic legendum cenſeo in Chronicis Euſebii, ubi *Theodorus Athenæus* legitur; nec mihi tempora refragantur. Auguſtinus contra litteras Petiliani Donatiſtæ libro ſecundo putat, in hunc Theodorum eſſe dictum hoc Pſalmi: Dixit ſtultus, quòd non eſt Deus. *Betul.*

Lin. 5. *Maluerunt vel contra veritatem.*] *Vel*, quod hîc eſt pro *etiam*, Gallicè *même*, abeſt à 10. MSS. totidemque editis.

Ibidem. *Id negare.*] MSS. 2. Bonon. 1. Reg. rec. 2. Colb. Tax. Baluz. *id denegare.*

Lin. 6. *Qui tot ſeculis, tot ingeniis.*] Hæc lectio 4. vet. editorum, & omnium MSS. eſt, præter 1. Reg. rec. in quo, ut & in 15. editis, eſt *ſeculis & ingeniis.*

Lin. 9. *Autoritate præſtantium.*] Hi erant *maximarum ſectarum principes*, quos infrà adducit ante capitis 10. finem, & cap. 11. MSS. 12. cum edit. Rom. 1470. legunt *veritate*, alter *virtute.*

Ibidem. *Utroque.*] Ità MSS. & editi. Francius fortè legendum putat, *utraque.*

Lin. 10. *Divagetur.*] Ità MSS. propè omnes cum 7. editis; in cæteris vulgatis eſt *devagetur;* in 1. Reg. rec. *evagetur;* in 1. Colb. & Clarom. à primâ manu *dirigatur.*

CAPUT X.

De Mundi ortu & rerum naturâ, & Dei Providentiâ.

QUI nolunt divinâ providentiâ factum eſſe mundum, aut principiis inter ſe temerè coëuntibus dicunt eſſe concretum, aut repentè naturâ extitiſſe; naturam verò (ut Straton) habere in ſe vim gignendi &

Lin. 3. *Straton.*] Straton Lampſacenus, Arceſilâi filius, auditor Theophraſti, fuit præceptor Ptolemæi Philadelphi: vir acri ingenio, qui cum maximè neceſſariam philoſo-

Digitized by Google

minuendi: sed eam nec sensum habere ullum, nec figuram, ut intelligamus, omnia quasi suâ sponte esse generata, nullo artifice, nec autore. Utrumque vanum & impossibile. Sed hoc evenit ignorantibus veritatem, ut quidvis potiùs excogitent, quàm id sentiant quod ratio deposcit. Primùm minuta illa semina, quorum concursu fortuito totum coiisse mundum loquuntur, ubi aut undè sint, quæro. Quis illa vidit unquàm? quis sensit? quis audivit? An solus Leucippus oculos habuit? solus mentem? qui profectò solus omnium cæcus & excors fuit, qui ea loqueretur, quæ nec æger quisquam delirare, nec dormiens posset somniare.

Quatuor elementis constare omnia philosophi veteres differebant: ille noluit, ne alienis vestigiis videretur insistere. Sed ipsorum elementorum alia voluit esse primordia, quæ nec videri possint, nec tangi, nec ullâ corporis parte sentiri. Tam minuta sunt, inquit, ut nulla sit acies ferri tam subtilis, quâ secari ac dividi possint; undè illis nomen imposuit atomorum. Sed occurrebat ei, quòd si una esset omnibus eademque natura, non possent res efficere diversas, tantâ varietate, quantam videmus inesse mundo. Dixit ergò, lævia esse, & aspera, & rotunda, & angulata, & hamata. Quantò melius fuerat tacere, quàm in usus tam miserabiles,

phiæ partem, quæ posita est in virtute & in moribus, reliquisset, totum se ad investigationem naturæ contulit; undè Physici cognomentum assequutus est. Floruit Olymp. 123. Ejus vitam scribit Laërt. libro 5. Multa hujus mentio passim fit apud Ciceronem, undè etiam hæc transcripta sunt; hæc enim ferè ad verbum leguntur in primo libro de Naturâ deorum. *Betuleius.* Vide eumdem Ciceronem in Lucullo ad finem.

Lin. 5. *Concursu fortuito.*] Abest *fortuito* à 13. MSS. & à 2. vet. edit. Rom. Sed est in aliis, apud eumdem Lactantium Epitom. cap. 36. & apud Ciceronem lib. 1. de Nat. deor. cap. 24. seu n. 66.

Ibidem. *Totum coiisse mundum.*] Benè, ut patet ex præcedentibus & sequentibus. In 11. scriptis & ed. Is. *cohæsisse.* Bona utraque lectio.

Lin. 7. *An solus Leucippus oculos habuit?*] Francius,

— *Oculos an, Pari, solus habes?*

Licèt Laërtius in Leucippo nullam de atomis mentionem faciat, & Plutarchus eos ad Democritum autorem referat, Arist. tamen in primo περὶ γενέσεως Democritum & Leucippum plerùmque in hoc dogmate conjungit. Atque item Cicero in primo de Naturâ deorum: Ista enim flagitia Democriti, sive etiam antè Leucippi; esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, & quædam pyramidata, curvata quædam, & quasi adunca: ex his effectum esse cœlum atque terras, nullâ cogente naturâ, sed concursu quodam fortuito. Hoc deinde dogma Epicurus etiam amplexus est: sicut nihil in Physicis Epicuri fuit, quod non habuerit à Democrito. Quanquàm, ut in 1. de Finibus idem Cicero scribit, quæ Democriti Epicurus corrigere vult, ea depravare videatur. Ità Democriti atomi motum ex æterno tempore habent, Epicurei declinationem. Cujus differentiæ etiam Augustinus meminit, ubi de inanibus & inutilibus quæstionibus scribit. *Betul.* Vide lib. 3. Div. Institut. cap. 17.

Lin. 9. *Posset somniare.*] Ità reposui ex 5. vet. edd. & omnibus MSS. præter 1. Colbert. cui est ut 12. editis *possit.*

Lin. 11. *Quatuor elementis, &c.*] Non quidem omnes philosophi in hoc consentiunt. Empedocles & Anaxagoras primi fuerunt, qui quatuor elementa asseruerunt: qui tamen illi constant & solvuntur concordiâ & discordiâ. Quod Aristotelis reprehensionem non evitat, qui & ipse quintam essentiam fovet. *Betuleius.*

Lin. 18. *Lævia esse & aspera, &c.*] Hæ sunt Particulæ Cartesianæ.

Lin. 19. *Et angulata, & hamata.*] Abest *& angulata* à recentioribus MSS. 4. Reg. 4. Colbert. Goth. Lips. Marm. 1. Sorbon. Clarom. & Brun. Sed adesse debet, ut legenti mox patebit.

Digitized by Google

miserabiles, tam inanes, habere linguam: & quidem vereor, ne non minùs delirare videatur, qui hæc putet refellenda. Respondeamus tamen velut aliquid dicenti. Si lenia sunt & rotunda, utique non possunt invicem se apprehendere, ut aliquod corpus efficiant; ut si quis milium velit in unam coagmentationem constringere, lenitudo ipsa granorum in massam coïre non sinat. Si aspera & angulata sunt, & hamata, ut possint cohærere; dividua ergò & secabilia sunt: hamos enim necesse est & angulos eminere, ut possint amputari.

Itaque quod amputari ac divelli potest, & videri poterit & teneri. »Hæc, inquit, per inane irrequietis motibus volitant, & huc, atque illuc »feruntur, sicut pulveris minutias videmus in sole, cùm per fenestram ra»dios ac lumen immiserit. Ex his arbores, & herbæ, & fruges omnes »oriuntur: ex his animalia & aqua, ignis & universa gignuntur, & »rursùs in eadem resolvuntur«. Ferri hoc potest, quamdiù de rebus parvis agitur. Ex his etiam mundus ipse concretus est. Implevit numerum perfectæ insaniæ; nihil videtur ulteriùs dici posse: sed invenit tamen ille quod adderet. »Quoniam est omne, inquit, infinitum, nec potest quid»quam vacare; necesse est ergò innumerabiles esse mundos«. Quæ tanta vis fuerat atomorum, ut moles tam inæstimabiles ex tam minutis conglobarentur? Ac primùm requiro, quæ sit istorum seminum, vel ratio, vel origo. Si enim ex illis sunt omnia, ipsa igitur undè esse dicemus? quæ natura tantam copiam ad efficiendos innumerabiles mundos subministravit? Sed concedamus, ut impunè de mundis deliraverit: de hoc loquamur, in quo sumus, & quem videmus. Ait, omnia ex individuis corpusculis fieri.

Si hoc ita esset, nulla res unquam sui generis semine indigeret. Sine

Lin. 3. *Aliquid dicenti.*] MSS. 12. rec. & edit. Rom. 1470. *aliqua dicenti.*

Ibidem. *Lenia sunt & rotunda.*] MSS. 3. Reg. 4. Colb. & editi *levia*, malè.

Lin. 5. *Lenitudo ipsa granorum.*] Sic à me restitutum ex MSS. ferè omnibus & vet. edit. Rom. Scripti 4. rec. cunctique penè impressi *levitudo.*

Lin. 6. *Si aspera & angulata sunt & hamata, &c.*] Ità MSS. veterrimi 2. Bonon. & Regio-Put. Alii 12. & 2. edd. addunt, *inquit*; & cum eis alteri 8. scripti & impressi 10. expuncto *si.*

Lin. 7. *Hamos enim . . . & angulos.*] Sic restitui in quarto casu ex multis antiquioribus & melioribus MSS. & edit. vet. Rom. ac Cellar. In cæteris impressis & 5. scriptis rec. est *hamis . . . & angulis.*

Lin. 11. *Pulveris minutias.*] MSS. 7. *micas.*

Lin. 16. *Perfectæ insaniæ.*] MSS. 6. *pertectæ*; 2. al. *protectæ.*

Ibidem. *Nihil videtur ulteriùs dici posse.*] Rectiùs, ut puto, ex 2. MSS. Bonon. 1. Reg. 2. Colbert. Baluz. quàm *adjici* cæterorum; nam cum verbo *adjici* inutile esset *ulteriùs.*

Lin. 17. *Quod adderet.*] Sic reposui ex MSS. In editis est *quid.*

Lin. 18. *Vacare.*] Id est, vacuum esse. *Francius.*

Ibidem. *Innumerabiles esse mundos.*] Πολλοὺς κόσμους Philoni, ἀπείρους Laërtio & Plut. κόσμον ἄπειρον Epiphanio, Democritici mundi proverbio locum fecere. Plut. in Placitis libro 2. cap. 1. Democritus, Epicurus, eorumque discipulus Metrodorus, innumerabiles in infinito mundos per omnem ejus complexum in immensum exspatiantem dixerunt. *Betuleius.*

Lin. 20. *Ac primùm requiro.*] MSS. 8. *At primùm requiro.*

Ibidem. *Istorum seminum vel ratio, vel origo, &c.*] Τὰς ἀτόμους etiam Virgilius & Lucretius semina nominarunt; Lucret. non longè ab initio libri primi.

Digitized by Google

ovis alites naſcerentur, ac ova ſine partu, item cætera viventia ſine coïtu: arbores, & quæ gignuntur è terrâ, propria ſemina non haberent, quæ nos quotidiè tractamus, & ſerimus. Cur ex frumento ſeges naſcitur, ſi tantùs ex ſegete frumentum? Denique ſi atomorum coïtio & conglobatio efficeret omnia, in aëre univerſa concreſcerent; ſi quidem per inane atomi volitant: cur ſine terrâ, ſine radicibus, ſine humore, ſine ſemine, non herba, non arbor, non fruges oriri augerique poſſunt? Undè apparet, nihil ex atomis fieri; quandoquidem unaquæque res habet propriam certamque naturam, ſuum ſemen, ſuam legem ab exordio datam. Denique Lucretius, quaſi oblitus atomorum, quas aſſerebat, ut redargueret eos, qui dicunt ex nihilo fieri omnia, his argumentis uſus eſt, quæ contrà ipſum valerent. Sic enim dixit:

Nam ſi de nihilo fierent, ex omnibu rebus
Omne genus naſci poſſet; nil ſemine egeret.

Item poſteà,

Nil igitur fieri de nilo poſſe fatendum eſt;
Semine quandò opus eſt rebus, quo quæque creata
Aëris in teneras poſſint proferrier auras.

Quis hunc putet habuiſſe cerebrum, cùm hæc diceret, nec videret ſibi eſſe contraria? Nihil enim per atomos fieri exindè apparet, quòd ſemen cujuſque rei certum eſt; niſi fortè & ignis, & aquæ naturam ex atomis eſſe credemus. Quid, quòd duriſſimi rigoris materiæ, ſi ictu vehementiore collidantur, ignis excutitur? Num in ferro aut ſilice atomi latent? Quis incluſit? aut cur ſuâ ſponte non emicant; aut quomodò ſemina ignis in materiâ frigidiſſimâ permanere potuerunt?

Omitto ſilicem ac ferrum. Orbem vitreum plenum aquæ ſi tenueris in ſole, de lumine, quod ab aquâ refulget, ignis accenditur etiam in duriſſimo frigore. Num etiam in aquâ ignem eſſe credendum eſt? atqui de ſole ignis ne æſtate quidem accendi poteſt. Si ceræ inhalaveris, vel ſi vapor levis aliquid attigerit, aut cruſtam marmoris, aut laminam, paula-

Lin. 7. *Non herba.*] Sic repoſui ex MSS. & editis vet. Rom. Gymnic. Cellar. In cæteris editis legitur, *non herbæ.*

Ibidem. *Augerique poſſunt.*] MSS. 14. & 13. edd. *aut generari poſſunt.*

Lin. 16. *Fatendum eſt.*] MSS. 2. Bonon. 1. Reg. rec. 3. Colbert. Pen. Clarom. *putandum eſt.* 1. Sorbon. *ſciendum eſt.*

Lin. 19 *Quis hunc putet habuiſſe cerebrum?*] Sic ex MSS. ferè omnibus reſtitui; in 4. rec. & in editis legitur *putat. Habuiſſe cerebrum*, id eſt rationem & ſanam mentem; nam veteres in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem. Cic. Tuſcul. 1. cap. 9.

Lin. 22. *Credemus.*] 1. Colbert. *credimus*; 2. al. Colbert, & Brun. *credamus.*

Lin. 26. *Orbem vitreum, &c.*] Hæc cryſtalli natura eſt, quæ nihil aliud eſt, quàm aqua in lapidis duritiem frigore & veruſtate congelata. Vide Marbodæum cum ſuis commentatoribus. De ignis naturâ Theophraſti liber extat. Sunt ſimiles ignis eliciendi rationes apud Plin. & Lucretium ipſum, atque etiam apud Senecam in Natural. quæſt. *Betul.*

Lin. 28. *Credendum eſt.*] MSS. 5. *credent.*

Ibidem. *Atqui de ſole ignis, &c.*] Hallucinatur Lactantius: experientia contrarium teſtatur.

Lin. 29. *Cera inhalaveris.*] MSS. 1. Reg. rec. 3. Colbert. & Baluz. *Si cera in alveariis.*

Lin. 30. *Vapor levis.*] MS. Goth. *Ienis*; 1. Bonon. antiq. *lene.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

tim per minutissimos rores aqua concrescit. Item de halitu terræ aut maris nebula existit: quæ aut dispersa humefacit quidquid texerit; aut collecta, in arduos montes in sublime vento rapta, stipatur in nubem, atque imbres maximos dejicit. Ubi ergò dicimus liquores natos esse? num in vapore? num in halitu? num in vento? Atqui nihil potest consistere in eo, quod nec tangitur, nec videtur. Quid ego de animalibus loquar, in quorum corporibus nihil sine ratione, sine ordine, sine utilitate, sine specie figuratum videmus; adeò ut solertissima, & diligentissima omnium partium membrorumque descriptio, casum ac fortunam repellat. Sed putemus artus & ossa & nervos & sanguinem de atomis posse concrescere. Quid sensus, cogitatio, memoria, mens, ingenium, quibus seminibus coagmentari possunt? minutissimis, inquit. Sunt ergò alia majora. Quomodò igitur insecabilia?

Deinde, si ex invisibilibus sunt, quæ non videntur, consequens est, ut ex visibilibus sint, quæ videntur; cur igitur nemo videt? Sed sive invisibilia quæ sunt in homine considerent, sive tractabilia, quæ veniunt sub aspectum, ratione utraque constare quis non videt? Quomodò ergò sine ratione coëuntia possunt aliquid efficere rationale? Videmus enim nihil esse in omni mundo, quod non habeat in se maximam mirabilemque rationem. Quæ, quia supra hominis sensum & ingenium est, cui rectiùs, quàm divinæ providentiæ tribuenda est? An simulacrum hominis & statuam ratio & ars fingit; ipsum hominem de frustis temerè concurrentibus fieri putabimus? Et quid simile veritatis in ficto, cùm summum & excellens artificium nihil aliud, nisi umbram & extrema corporis lineamenta possit imitari? Num potuit humana solertia dare operi suo aut motum aliquem, aut sensum? Omitto usum videndi, audiendi, odorandi, cæterorumque membrorum, vel apparentium, vel latentium, mirabiles utilitates. Quis artifex potuit, aut cor hominis, aut vocem, aut ipsam fabricare sapientiam? Quisquamne igitur sanus existimat, quod homo ratione & consilio facere non possit, id concursu atomorum passim cohæ-

Lin. 1. *Aut maris.*] MSS. 6. *& matis.*

Lin. 6. *Quid ego.*] Sic legendum ex vet. MSS. 1. Bonon. Cauc. Cæteri & edd. habent *ergò*; Brun. *igitur.*

Lin 14. *Deinde.*] Ità reposui ex omnibus MSS. præter 3. rec. in quibus est *Denique*, ut in editis.

Ibidem. *Si ex invisibilibus sunt, quæ non videntur, consequens est, ut ex visibilibus sint, quæ videntur; cur igitur nemo videt?*] Sic legendum ex utroque Bonon. 3. Colbert. Baluz. & Tax. non ut alii, *si ex invisibilibus sunt, quæ videntur, cur igitur nemo videt?* Utitur argumento à contrariis: si ea quæ non videntur, manant à corporibus invisibilibus; ergò quæ videntur, prodeunt ex visibilibus; ea igitur cur non videntur? *Isaus.*

Lin. 16. *Considerent.*] MSS. 7. *considerem.*

Ibidem. *Tractabilia.*] MSS. 16. inter quos est Regio-Pur. habent *tactibilia*; Bonon. antiq. *tactilia*; 2. Colb. *tactabilia*; 2. Reg. rec. & ed. Rom. 1470. *intactibilia*; al. ed. Rom. 1474. *intactabilia*; altera Rom. 1468. cum cæteris impressis ac scriptis *tractabilia*, ut in textu. Undè liquet, sicut ex variis lectionibus aliis, tres Romanas editiones à se invicem diversas. Sed & alibi legimus apud Lactantium lib. 5. Divin. Institut. cap. 22. *oculis manuque tractabile*; ubi vide Not. ad lib. de Opificio cap. 1. *manu & oculis contrectare.*

Lin. 26. *Omitto.*] MS. 1. Bon. antiq. *Mitto.* Pro *usum videndi*, in edit. Venet. Trid. Florent. est *sensum videndi*, malè; mox enim vox *sensum* præcessit.

Digitized by Google

rentium perfici potuisse? Vides in quæ deliramenta inciderint, dum nolunt effectionem curamque rerum Deo dare.

Concedamus tamen his, ut ex atomis fiant quæ terrena sunt: num etiam cœlestia? Deos aiunt incorruptos, æternos, beatos esse; solisque dant immunitatem, ne concursu atomorum concreti esse videantur. Si enim dii quoque ex illis constitissent, dissipabiles fierent, seminibus aliquandò resolutis, atque in naturam suam revertentibus. Ergò si est aliquid, quod atomi non effecerint, cur non cætera eodem modo intelligamus? Sed quæro, antequàm mundum primordia ista generarent, cur sibi dii habitaculum non ædificaverint? Videlicet, nisi atomi coiissent, cœlumque fecissent, adhuc dii per medium inane penderent. Quo igitur consilio, quâ ratione de confuso acervo se atomi congregaverunt, ut ex aliis inferiùs terra conglobaretur, cœlum desuper tenderetur, tantâ siderum varietate distinctum, ut nihil unquàm excogitari possit ornatius? Tanta ergò qui videat & talia, potest existimare nullo effecta esse consilio, nullâ providentiâ, nullâ ratione divinâ; sed ex atomis subtilibus, exiguis concreta esse tanta miracula? Nonne prodigio simile est aut natum esse hominem, qui hæc diceret, aut extitisse, qui crederet? ut Democritum, qui auditor ejus fuit, vel Epicurum, in quem vanitas omnis de Leucippi fonte profluxit. At enim (sicut alii dicunt) naturâ mundus effectus est, quæ sensu & figurâ caret. Hoc verò multo est absurdius. Si natura mundum fecit, consilio & ratione fecerit, necesse est; is enim facit aliquid, qui aut voluntatem faciendi habet, aut scientiam. Si caret sensu ac figurâ, quomodò potest ab eâ fieri, quod & sensum habeat & figuram? nisi fortè quis arbitretur, animalium fabricam tam subtilem à non sentiente formari animarique potuisse; aut istam cœli speciem, tam providenter ad utilitates viventium temperatam, nescio quo casu, sine conditore, sine artifice, subitò extitisse.

„Si quid est, inquit Chrysippus, quod efficiat ea, quæ homo, licèt ra„tione sit præditus, facere non possit, id profectò est majus, & fortius, & „sapientius homine.“ Homo autem non potest facere cœlestia; ergò illud, quod hæc efficiet vel, effecerit, superat hominem arte, consilio, prudentiâ, potestate. Quis igitur potest esse, nisi Deus? Natura verò, quam

Lin. 2. *Effectionem.*] Rara vox, quæ tamen reperitur apud Ciceronem lib. 2. de Finibus cap. 45. & lib. 3. cap. 24. *artis effectio.*

Lin. 6. *Si enim dii quoque ex illis constitissent.*] Sic restitui ex quamplurimis MSS. inter quos sunt antiquissimi 1. Bonon. & Reg. Put. In 6. scriptis & editis legitur, *deos quoque ex illis constituissent;* in 3. Reg. rec. Clarom. ed. Rom. 1470. *deos ... constituisset.*

Ibidem. *Dissipabiles,*] Hæc vox vix occurrit apud alios scriptores: nihilominùs extat apud Ciceronem lib. 3. de Naturâ deor. cap. 12. *Aër naturâ cedens est maximè & dissipabilis.*

Lin. 7. *Revertentibus.*] MSS. 2. Bon. Tar. 1. Colb. *recurrentibus.*

Lin. 9. *Primordia ista generarent.*] 1. Bonon. antiq. *generassent.*

Lin. 10. *Non ædificaverint.*] MSS. 7. & 4. editi, *non ædificaverunt.*

Lin. 13. *Terra conglobaretur.*] Ità MSS. antiquiores & potiores Bonon. Regio-Put. aliique, & ed. It. At scripti 12. rec. & editi, *terra conglobarentur.*

Lin. 25. *Tam subtilem.*] MSS. 6. & 2. edd. addunt *tamque mirabilem*; Cauc. & 9. editi, *tam subtiliter à non sentiente naturâ formari.*

Digitized by Google

velut matrem esse rerum putant, si mentem non habet, nihil efficiet unquàm, nihil molietur. Ubi enim non est cogitatio, nec motus est ullus, nec efficacia. Si autem consilio utitur ad incipiendum aliquid, ratione ad disponendum, arte ad efficiendum, virtute ad consummandum, potestate ad regendum & continendum; cur natura potiùs, quàm Deus nominetur? Aut si concursus atomorum, vel carens mente natura, ea, quæ videmus, effecit, quæro cur facere cœlum potuerit, urbem aut domum non potuerit? cur montes marmoris fecerit, columnas & simulacra non fecerit? Atqui non debuerant atomi etiam ad hæc efficienda concurrere; siquidem nullam positionem relinquunt, quam non experiantur. Nam de naturâ, quæ mentem non habeat, non est mirandum, quòd hæc facere oblita sit. Quid ergò est? Utique Deus, cùm inchoaret hoc opus mundi, quo nihil potest esse nec dispositius ad ordinem, nec aptius ad utilitatem, nec ornatius ad pulcritudinem, nec majus ad molem, quæ fieri ab homine non poterant, fecit ipse; in quibus etiam hominem ipsum, cui particulam de suâ sapientiâ dedit; & instruxit eum ratione, quantùm fragilitas terrena capiebat, ut ipse sibi efficeret, quæ ad usus suos essent necessaria.

Si verò in hujus mundi (ut ita dixerim) republicâ nulla providentia est, quæ regat, nullus Deus, qui administret, nec omninò sensus ullus in hâc rerum naturâ pollet; undè igitur mens humana tam solers, tam intelligens orta esse credetur? Si enim corpus hominis ex humo fictum est, undè homo nomen accepit; animus ergò qui sapit, qui rector est corporis, cui membra obsequuntur tanquàm regi & imperatori, qui nec aspici, nec comprehendi potest, non potuit ad hominem nisi à sapiente naturâ pervenire. Sed sicut omne corpus mens & animus gubernat;

Lin. 1. *Si mentem non habet.*] Cicero de Nat. deor. 2. diversas de naturâ sententias seu definitiones describit: unam eorum, qui naturam censent vim quamdam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios; alteram eorum, qui definiunt vim rationis atque ordinis participem, tanquàm viâ progredientem, declarantemque quid cujusque causâ res efficiat, quid sequatur, cujus sollertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando. *Betuleius.*

Lin. 2. *Nec motus, &c.*] Atqui natura Zenonis artifex, opifex, consultrix, & provida utilitatum opportunitatumque omnium mundi, omnes motus habet voluntarios, conatusque & appetitiones, quas ὁρμὰς Græcè vocant. Cic. de Nat. deor. lib. 2. *Betul.*

Lin. 5. *Consilio.*] MSS. 7. addunt *suo*, quod ab aliis & à vulgatis abest, necnon à cæteris periodi membris.

Lin. 7. *Effecit.*] MSS. 2. Colbert. Clarom. ed. Gymnic. & Spark. *efficit.*

Lin. 9. *Atqui non debuerant atomi.*] Ità restitui ex MSS. antiquissimis & opt. 2. Bon. 3. Reg. 5. Colbert. Clarom. Baluz. Brun. faventibus 3. aliis à quibus abest negatio. In 3. scriptis rec. & 10. edd. pro *debuerant*, est *potuerant*; in aliis quatuor impressis *potuerunt.*

Lin. 17. *Quantùm fragilitas terrena capiebat.*] Sic restitui ex cunctis MSS. & 10. editis. Cæteri vulgati legunt *cupiebat.*

Lin. 18. *Ad usus suos.*] Sequor antiquiores & potiores MSS. 2. Bonon. Regio-Put. aliosque multos, & ed. If. In cæteris editis & 10. scriptis rec. est *in usus suos.*

Lin. 22. *Corpus hominis ex humo fictum est.*] Cum vet. ed. Rom. sic ferunt omnes MSS. præter 1. Reg. rec. & Clarom. à primâ manu; quibus est, ut in editis, *factum est.* Vide infrà *fictum esse.*

Lin. 23. *Undè homo nomen accepit.*] Allusio est, non verum etymon, quod est ab Hebræo petendum. *Francius.* Vide Lactantium suprà lib. 2. Divin. Institut. cap. 11. & Vossii Etymologicon Linguæ Latinæ. In editis 7. deest *homo.*

Digitized by Google

ita & mundum Deus. Nec enim verisimile est, ut minora & humilia regimen habeant, majora & summa non habeant. Denique M. Cicero in Tusculanis, & in Consolatione, „ Animorum (inquit) nulla in terris origo inve-„ niri potest. Nihil est enim, inquit, in animis mistum atque concretum, aut „ quod ex terrâ natum atque fictum esse videatur; nihil ne aut humidum qui-„ dem, aut flabile, aut igneum. His enim naturis nihil ineat, quod vim memo-„ riæ, mentis, cogitationis habeat, quod & præterita teneat, & futura præ-„ videat, & complecti possit præsentia, quæ sola divina sunt. Nec enim in-„ veniuntur unquàm, undè ad hominem venire possint, nisi à Deo". Exceptis igitur duobus tribusve calumniatoribus vanis, cùm constet, divinâ providentiâ mundum regi, sicut & factus est, nec sit quisquam, qui Diagoræ Theodorique sententiam, vel Leucippi inane commentum, vel Democriti Epicurique levitatem præferre audeat autoritati, vel illorum septem priorum, qui sunt appellati sapientes, vel Pythagoræ, vel Socratis, vel Platonis, cæterorumque philosophorum, qui esse providentiam judicaverunt; falsa igitur est & illa sententia, quâ putant terroris ac metûs gratiâ Religionem à sapientibus institutam, quò se homines imperiti à peccatis abstinerent.

Quod si verum sit, ergò derisi ab antiquis sapientibus sumus. Quòd si fallendi nostri, atque adeò totius generis humani causâ commenti sunt Religionem; sapientes igitur non fuerunt, quia in sapientem non cadit mendacium. Sed fuerint sapientes; quæ tanta felicitas mentiendi, ut non tantummodò indoctos, sed Platonem quoque, ac Socratem fallerent, & Pythagoram, Zenonem, Aristotelem, maximarum sectarum principes, tam facilè deluderent? Est igitur divina providentia, ut senserunt ii homines, quos nominavi; cujus vi ac potestate omnia, quæ videmus & facta sunt, & reguntur. Nec enim tanta rerum magnitudo, tanta dispositio, tanta in servandis ordinibus temporibusque constantia, aut olim

Lin. 2. *M. Cicero.*] Ut suprà l. 7. Inst. c. 8.

Lin. 4. *Nihil est enim (inquit.)*] In 12. MSS. rec. & 7. edd. desideratur *enim*, quod est in cæteris codicibus, & apud Ciceronem in fragmentis de Consolatione.

Lin. 5. *Atque fictum esse.*] Ità MSS. edit. Betul. ac Cicero ipse. In 2. Reg. rec. & editis *est factum.*

Ibidem. *Nihil ne aut humidum quidem.*] Ità Cicero. Accedunt MSS. 2. Reg. antiq. 5. Colb. Baluz. Brun. in quibus est *nihil ne humidum quidem;* in Bonon. antiq. & 4. aliis, *nihilve aut humidum quidem.*

Lin. 6. *Flabile.*] Id est, aërium. *Francius.*

Ibidem. *His enim naturis nihil ineat.*] Ità MSS. cum vet. ed. Rom. 1470. Venet. 1490. In 2. Colb. Baluz. & in 10. impressis legitur, *His enim innatum nihil est.*

Lin. 7. *Quod &c.*] Sic cum MSS. 2. Bonon. Tax. 2. Colb. Baluz. Clarom. à secundâ manu, edit. Crat. Graph. Cellar. Walch. Cicero ipse. Cæteri, *quo &c.*

Ibidem. *Prævideat.*] Sic lego cum MSS. 8. à Bon. antiq. Pen. & ipso Cicerone. Clarom. primâ manu *pervideat.* Cæteri, *provideat.*

Lin. 8. *Nec enim inveniuntur.*] Ità constanter omnes MSS. & impressi, præter 4. edd. rec. in quibus est, *invenietur*, ut apud Ciceronem.

Lin. 15. *Cæterorumque Philosophorum.*] Ità cum omnibus fermè MSS. edit. Rom. 1470. At scripti recentissimi 1. Reg. 2. Colb. Baluz. & impressi interjiciunt *summorum.*

Lin. 19. *Commenti sunt.*] MSS. 13. rec. & ed. Rom. 1470. *commentati sunt.*

Lin. 21. *Sed fuerint sapientes.*] Vox *sapientes* deest in Colb. & Pen. In MS. Cauc. & 7. vulgatis legitur, *sed ut fuerint.*

Lin. 23. *Et Pythagoram.*] 1. Bon. antiq. *ut Pythagoram.*

Lin. 27. *In servandis ordinibus.*] MSS. 12. rec. *in conservandis.*

Ibidem. *Aut olim potuit.*] 2. Bon. Tax. 2. Colb. Baluz. *aut demùm.*

Digitized by Google

potuit sine provido artifice oriri, aut constare tot seculis sine incolâ potenti, aut in perpetuum gubernari sine perito ac sentiente rectore: quod ratio ipsa declarat. Quidquid est enim, quod habet rationem, ratione sit ortum necesse est. Ratio autem sentientis sapientisque naturæ est: sapiens verò sentiensque natura nihil aliud potest esse, quàm Deus. Mundus autem, quoniam rationem habet, quâ & regitur, & constat; ergò à Deo factus est. Quòd si est conditor rectorque mundi Deus, rectè igitur ac verè Religio constituta est; autori enim rerum, parentique communi honos veneratioque debetur.

Lin. 2. *Sine perito ac sentiente rectore.*] Sic restitui ex veterrimis & optimis MSS. Regio-Put. Cauc. 2. al. Reg. 3. Colbert. Ultr. Clarom. Em. Brun. & edit. Betul. Vide infrà, *sentientis*, &c. *quàm Deus.* 2. Colbert. & Baluz. *ac sapiente*; 2. Bonon. 5. al. rec. & 6. editi *ac sciente*: quæ verba desunt in 7. impressis.

CAPUT XI.

De Deo, eoque uno, cujusque providentiâ mundus regatur & constat.

QUONIAM constitit de providentiâ, sequitur ut doceamus, utrùmne multorum esse credenda sit, an potiùs unius. Satis (ut opinor) ostendimus in nostris Institutionibus, deos multos esse non posse; quòd divina vis ac potestas si distribuatur in plures, diminui eam necesse sit: quod autem minuitur, utique & mortale est; si verò mortalis non est, nec minui, nec dividi potest. Deus igitur unus est, in quo vis & potestas consummata, nec minui potest, nec augeri. Si autem sunt multi, dum habent singuli potestatis aliquid ac numinis, summa ipsa decrescit; nec poterunt singuli habere totum, quod est commune cum pluribus: unicuique tantùm deerit, quantùm cæteri possidebunt. Non possunt igitur in hoc mundo multi esse rectores: nec in unâ domo multi domini, nec in navi unâ multi gubernatores, nec in armento aut grege duces multi, nec in uno examine multi reges. Sed nec in cœlo quidem multi

Lin. 2. *Multorum esse.*] MSS. 3. & edd. 4. interjiciunt *deorum*; MSS. 5. rec. *multorum credenda sit.*

Ibidem. *Ostendimus in nostris Institutionibus.*] MSS. 10. *docuimus.* Indè patet, Divinarum Institutionum libros à Lactantio conscriptos ante librum de Irâ Dei.

Lin. 3. *Quod divina vis ac potestas si distribuatur in plures.*] Ità omnes editi cum MSS. præter septem, quibus est *distrahatur.*

Lin. 4. *Diminui eam necesse sit: quod autem minuitur, utique & mortale est; si verò.*] Sic MSS. 2. Bonon. pluresque alii ac nonnulli editi; & concinnius quàm in cæteris; quibus est, *diminuitur utique, & mortalis est; si verò.*

Lin. 10. *Non possunt, &c.*] Argumento ab analogiâ ducto, & inductione quâdam Socraticâ statuit monarchiam divinam. Huic rei confirmandæ Philo Judæus Homerico utitur versu, quem non magis de politicis monarchiis, quàm de Cœlesti dictum credit.

Lin. 13. *Nec in uno examine, &c.*] Ità legendum ex omnibus ferè tum MSS. tum editis. Quia anteà posuerat exempla hominum, posteà descendit ad muta animantia: itaque intelligendum est omninò de examine apum, quarum singula examina regem suum habent. MSS. septem & 4. impressi *regimine.*

Digitized by Google

soles esse potuerunt, sicut nec animæ plures in uno corpore: adeò in unitate natura universa consentit. Quòd si mundum

Spiritus intùs alit; totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet:

www.libtool.com.cn

apparet testimonio poëtæ, unum esse mundi habitatorem Deum; siquidem corpus omne nisi ab unâ mente incoli regique non potest. Omnem igitur divinam potestatem necesse est in uno esse, cujus nutu & imperio regantur omnia; & ideò tantus est, ut ab homine non possit, aut verbis enarrari, aut sensibus æstimari.

Undè igitur ad homines opinio multorum deorum persuasione pervenit? Nimirùm ii omnes, qui coluntur ut dii, homines fuerunt, & iidem primi, ac maximi reges: sed eos, aut ob virtutem, quâ profuerant hominum generi, divinis honoribus affectos esse post mortem; aut ob beneficia & inventa, quibus humanam vitam excoluerant, immortalem memoriam consecutos, quis ignorat? nec tantùm mares, sed & fœminas. Quod cùm vetustissimi Græciæ scriptores, quos illi θεολόγους nuncupant, tum etiam Romani, Græcos secuti & imitati, docent; quorum præcipuè Euhemerus, ac noster Ennius, qui eorum omnium natales, conjugia, progenies, imperia, res gestas, obitus, sepulcra demonstrant. Et secutus eos Tullius tertio de Naturâ deorum libro dissolvit publicas religiones: sed tamen veram, quam ignorabat, nec ipse, nec alius quisquam potuit inducere. Adeò & ipse testatus est, falsum quidem apparere, veritatem tamen latere. Utinam (inquit) tam facilè vera invenire possem, quàm falsa convincere! Quod quidem non dissimulanter, ut Academicus, sed verè atque ex animi sententiâ proclamavit: quia veritas humanis sensibus erui nunquàm potest, quod assequi valuit humana providentia, id assecutus est, ut falsa detegeret. Quidquid enim fictum, & commenticium,

Lin. 1. *Potuerunt.*] Ità MSS. Editi, *poterunt.*

Lin. 2. *Quod si, &c.*] Ab autoritate Maronis. Nam hi versus sunt ex Æneidos sexto vers. 726. Sed Lactantius noster libro 7. capite tertio, hos versus aliò torquet; reprehendit enim Gentiles, quòd Deum mentem, Dei corpus mundum fecerint. *Betuleius.*

Lin. 8. *Aut verbis enarrari.*] Sic ante Lactantium Minutius Felix: *Hic nec videri potest, visu clarior est: nec comprehendi potest, nec æstimari; sensibus major est: Infinitus, immensus, & sibi soli, tantus quantus est, notus.*

Lin. 10. *Persuasione.*] Francius suspicabatur legendum esse *persuasioque.*

Lin. 11. *Dii, homines fuerunt.*] Eadem penè habes lib. 1. Divin. Institut. c. 15. Theophilus ad Autolicum: Καὶ τὰ μὲν ὀνόματα, ὧν φῂς, εἴδωλα θεῶν, ὀνόματά ἐστι νεκρῶν ἀνθρώπων. Deinde longâ inductione sylvam exemplorum adducit. *Betuleius.*

Lin. 12. *Quâ profuerant.*] Ità MSS. 2. Bonon. aliique multi. Vide infrà *quibus.* Scripti 12. & editi *quia.*

Lin. 14. *Immortalem memoriam.*] MSS. 7. *immortalitatis memoriam.*

Lin. 18. *Euhemerus.*] De hoc dictum est lib 1. cap. 11. Divin. Institut.

Lin. 19. *Sepulcra demonstrant.*] Ità MSS. 2. Bonon. aliique plures. Multi MSS. & editi legunt *simulacra*; quod parùm, aut nihil probaret.

Lin. 25. *Quia veritas.*] Francius, fortè, *quia autem veritas:* alioqui non cohæret.

Lin. 26. *Erui nunquàm potest.*] Sic multi MSS. inter quos sunt antiquissimi 2. Bon. Reg. Put. Pro *nunquàm* 11. MSS. cum editis habent *non.*

Ibidem. *Assequi valuit.*] Voluit est in MSS. quamplurimis. Septem rec. ferunt, *potuit*; 2. rec. & editi *valuit.*

Digitized by Google

mentitium, quia nullâ ratione ſubnixum eſt, facilè diſſolvitur. Unus eſt igitur princeps, & origo rerum Deus, ſicut Plato in Timæo & ſenſit & docuit; cujus majeſtatem tantam eſſe declarat, ut nec mente comprehendi, nec linguâ exprimi poſſit.

Idem teſtatur Hermes, quem Cicero ait in numero deorum apud Ægyptios haberi, eum ſcilicet, qui ob virtutem multarumque artium ſcientiam Triſmegiſtus nominatus, & erat non modò Platone, verùm etiam Pythagora ſeptemque illis ſapientibus longè antiquior. Apud Xenophontem Socrates diſputans ait, »formam Dei non oportere conquiri;« & Plato in Legum libris: »Quid omninò ſit Deus, non eſſe quærendum; »quia nec inveniri poſſit, nec enarrari.« Pythagoras quoque unum Deum confitetur dicens, incorporalem eſſe mentem, quæ per omnem rerum naturam diffuſa & intenta, vitalem ſenſum cunctis animantibus tribuat. Antiſthenes autem in Phyſico unum eſſe naturalem Deum dixit, quamvis gentes & urbes ſuos habeant populares. Eadem ferè & Ariſtoteles cum ſuis Peripateticis, & Zeno cum ſuis Stoïcis. Longum eſt enim ſingulorum ſententias exequi, qui licèt diverſis nominibus ſint abuſi, ad

Lin. 2. *Sicut Plato, &c.*] Eadem Platonica verba citata ſunt libri primi capite octavo.

Lin. 5. *Cicero.*] Id eſt Cic. 3. Nat. deor. ut lib. 1. Inſtitut. cap. 6.

Lin. 7. *Triſmegiſtus nominatus.*] Edit. Gymnic. *nominatur. Triſmegiſtus*, id eſt *ter maximus*, ut habetur in tribus MSS. rec. interpretationis gratiâ. Triſmegiſtus apud Stobæum Serm. 80. de Diis.

Ibidem. *Et erat non modò, &c.*] Moſe dicitur multò recentior, ut Marſilius ex Auguſtino indicat. Nam quo tempore Moſes natus eſt, floruit Atlas aſtrologus, Promethei phyſici frater, ac maternus avus majoris Mercurii, cujus hic Triſmegiſtus filius fuit. *Betul.* Alii tamen hunc Triſmegiſtum Moſe multò antiquiorem fuiſſe non ſine causâ putant.

Lin. 8. *Apud Xenophontem, &c.*] Apud Xenophontem, ἀπομνημονευμάτων quarto, Socrates cum Euthydemo diſputans, non Deum modò τὴν οἰκονομικὴν διέξοδον dicit, ſed etiam miniſtros deorum inviſibiles eſſe affirmat. Atque paulò inferiùs animas noſtras quiddam de divinitate participare docet. Hæc Xenophontea verba vide lib. 4. memorab. dictor. & factor. Socratis circa medium; vide lib. 7. Platon. de Leg. & Ciceron. lib. 1. de Nat. deor.

Lin. 10. *Et Plato in Legum libris, &c.*] In ſeptimo de Legibus ſic legimus, ſub perſonâ hoſpitis Athenienſis: Τὸν μέγιστον θεὸν, ἢ ὅλου τοῦ κόσμου φαμὲν ὅτι ζητεῖν δεῖν, ὅτι πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας ἐρωτῶντας. Sunt quædam ſimilia etiam in 10. ſed huc non referenda.

Lin. 11. *Pythagoras quoque, &c.*] Simile quiddam eſt apud Cic. in primo de Naturâ deorum; nempè Pythagoram cenſuiſſe, Deum eſſe animum per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo noſtri animi carperentur. Quæ tamen à Velleio etiam Epicureo reprehenduntur; neque immeritò. Craſſior eſt illa, quæ legitur apud Epiphanium, & planè ab hâc noſtrâ diſcrepans, ubi Epicurus Deum non mentem, ſed corpus facit. Sed ex Platone in 10. de Legib. Aſtra non deorum corpora facit idem Epicurus; ſed deos ipſos: Librum Platonis adeas. Hanc definitionem, quæ hîc citatur, produximus ſuprà libro 1. cap. 5. ſicut etiam Antiſthenis jamjam ſequentem. *Betul.*

Lin. 12. *Incorporalem.*] Pythag. apud Cic. lib. 1. de Naturâ deorum.

Lin. 14. *Antiſthenes.*] Apud Cic. ubi ſuprà.

Ibidem. *Phyſico.*] Liber fuit Antiſthenis.

Lin. 15. *Suos habeant populares.*] MSS. 9. addunt *deos*.

Ibidem. *Eadem ferè & Ariſtoteles, &c.*] Libro primo, capite 5. Lactantius eſt confeſſus, Ariſtotelem ſecum diſſidere; in ſummâ tamen, Mentem eſſe mundi præſidem. De illâ ipsâ verò diſſenſione lege Cic. in primo de Naturâ deorum. *Betul.* De Ariſtotel. & Zenone, vide Ciceron. lib. 1. de Nat. deor.

Lin. 16. *Et Zeno, &c.*] Vide omninò Lactantium ipſum & Ciceronem locis jam ſæpiùs citatis, ubi hæc, quæ hîc in medio ſuſpenſa relinquuntur, excutiuntur diligentiùs.

unam tamen potestatem, quæ mundum regeret, concurrerunt. Sed tamen summum Deum, cùm & philosophi & poëtæ & ipsi denique, qui deos colunt, sæpe fateantur; de cultu tamen & honoribus ejus nemo unquam requisivit, nemo differuit; eâ scilicet persuasione, quâ semper beneficum incorruptumque credentes, nec irasci eum cuiquam, nec ullo cultu indigere arbitrantur. Adeò Religio esse non potest, ubi metus nullus est.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Concurrerunt.*] Sic restitui ex multis editis & omnibus MSS. præter 1. Colb. rec. in quo, ut & in 5. excusis, est *concurrunt.*

CAPUT XII.

De Religione, & Dei timore.

NUNC quoniam respondimus impiæ quorumdam detestabilique prudentiæ, vel potiùs amentiæ, redeamus ad propositum. Diximus, Religione sublatâ, nec sapientiam teneri posse, nec justitiam; quia sapientia divinitatis intellectus est, quo differimus à belluis: in homine solo reperiri justitiam, quâ nisi cupiditates nostras Deus, qui falli non potest, coërcuerit, scelerate impièque vivemus. Spectari ergò actus nostros à Deo, non modò ad utilitatem communis vitæ attinet, sed etiam ad veritatem; quia religione justitiâque detractâ, vel ad stultitiam pecudum amissâ ratione devolvimur, vel ad bestiarum immanitatem: imò verò ampliùs; siquidem bestiæ sui generis animalibus parcunt. Quid erit homine truculentius, quid immitius, si dempto metu superiore, vim legum aut fallere potuerit, aut contemnere? Timor igitur Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem, per quem vita ipsa sustinetur, munitur, gubernatur. Is autem timor auferetur, si fuerit homini

Lin. 1. *Detestabilique prudentiæ.*] Malebat Francius legere *impudentiæ.* At legendum cum MSS. Regio-Put. aliisque decem, & 2. vet. edd. Rom. ac Betul. *prudentiæ*, id est sapientiæ, vel scientiæ Gentilium Philosophorum, ut sumitur hâc notione apud Cicer.

Lin. 3. *Quia sapientia divinitatis intellectus est.*] Sequor lectionem antiquissimorum & opt. codicum MSS. 2. Bonon. 3. Colbert. Baluz. & ed. Plantin. probatam à Thomasio in notis suis, If. Spark. Cæteri multifariàm legunt: alii *dum*; alteri *cùm divinitatis intellectus... reperiatur, justitiam*; alii *justitiæ*: hanc postremam vocem plures respuunt.

Lin. 5. *Reperiri justitiam.*] Ità MSS. 2. Bonon. 3. Colb. Baluz. In aliis est *reperiatur.*

Ibidem. *Quâ nisi cupiditates.*] Sic lego cum MSS. 2. Reg. 3. Colbert. Christ. Merton. Lipsi. Ultr. Em. Brun. & ed. Fasitel. Basil. 1532. Egnat. Al. *quia.*

Lin. 6. *Impièque vivemus.*] Ità omnes MSS. & vet. edd. Rom. non ut in editis *viveremus.* Nam dixerat *coërcuerit.*

Ibidem. *Actus.*] Pro *actione* etiam infra cap. 17. *singulorum actus animadvertit.*

Lin. 8. *Religione justitiâque detractâ.*] Hæc locutio Lactantii est, illamque in ejus scriptis frequenter reperies. In 2. MSS. Bonon. & 5. aliis rec. est *detractis.*

Lin. 9. *Devolvimur.*] Ex omnibus MSS. & vulgatis editis ita restitui, quod latinius & rotundius est, quàm *volvimur*, ut in pluribus editis.

Lin. 14. *Timor auferetur.*] Eadem superiùs locutio. Editi 4. *asferretur.* In 21. MSS. & 3. edit. Rom. Florent. If. *timor asfertur.*

Digitized by Google

perſuaſum, quòd iræ ſit expers Deus; quem moveri & indignari, cùm injuſta fiunt, non modò communis utilitas, ſed etiam ratio ipſa nobis & veritas perſuadet. Rursùs nobis ad ſuperiora redeundum eſt, ut quia docuimus à Deo factum eſſe mundum, doceamus quare ſit effectus.

Lin. 2. *Ratio ipſa nobis & veritas.*] Abeſt *nobis* à multis MSS. & edd. Sed extat in antiquiſſimis & optimis MSS. Regio-Put. 2. Bonon. & vulgatis quinque.

CAPUT XIII.

De Mundi & temporum commodo & uſu.

SI conſideret aliquis univerſam mundi adminiſtrationem, intelliget profectò, quàm vera ſit ſententia Stoïcorum, qui aiunt noſtrâ causâ mundum eſſe conſtructum. Omnia enim, quibus conſtat, quæque generat ex ſe mundus, ad utilitatem hominis accommodata ſunt. Homo utitur igni ad uſum calefaciendi & luminis & molliendorum ciborum, ferrique fabricandi: utitur fontibus ad potum & ad lavacra; fluminibus ad agros irrigandos terminandaſque regiones: utitur terrâ ad percipiendam frugum varietatem; collibus ad conſerenda vineta; montibus ad uſum arborum atque lignorum; planis ad ſegetem; utitur mari, non ſolùm ad commercia & copias ex longinquis regionibus ferendas, verùm etiam ad ubertatem omnis generis piſcium. Quòd ſi his elementis utitur, quibus eſt proximus, non eſt dubium, quin & cœlo, quoniam & cœleſtium rerum officia ad fertilitatem terræ, ex quâ vivimus, temperata ſunt. Sol

Lin. 2. *Quàm vera ſit ſententia Stoïcorum.*] Chryſippi maximè, ut Cicero in 3. de Finibus indicat, & in 3. de Naturâ deorum. Hanc rem longâ oratione proſequitur Q. Lucilius Balbus, qui (Cicerone teſte) tantos progreſſus habet in Stoïcis, ut cum excellentibus in eo genere Græcis comparetur. Ex Eccleſiaſticis ſcriptoribus, præter eos qui in ſex dierum opera ex profeſſo ſcripſerunt, hoc negotium elegantiſſimè tractavit Theodoretus, duobus prioribus de Providentiâ divinâ ſermonibus, atque item quinto: quibus præterquàm quòd divinam providentiam ex rerum univerſitate ſtatuit, edocet manifeſtè, non ſolùm utilitatem quæ mortalibus indè naſcitur, ſed etiam jucunditatem; & noſter Lactant. lib. 7. Divin. Inſtit. cap. 3. eamdem quæſtionem attingit. *Betuleius.*

Ibidem. *Stoïcorum.*] Stoïci apud Ciceron. Lucull. ut ſuprà Inſtitut. lib. 7. cap. 4. & 7.

Lin. 4. *Ad utilitatem hominis.*] MSS. 2. Bonon. & 4. al. rec. addunt *ſolius.* Vide infrà *in uſum hominis à Deo facta.*

Lin. 5. *Molliendorum ciborum.*] Sic lego ex MSS. 1. Reg. 2. Colbert. Baluz. quæ vox τῷ *igni*, quod præcedit, meliùs convenit, quàm *molendorum*, 2. Bon. & Tax. Et quidem Latinius in ſui Lactantii orâ ſcripſerat *molliendorum* vel *moliendorum.* Lego apud Ciceronem 2. de Nat. deor. 134. *mollitur cibus.* Quod non intelligentes librarii in MSS. rec. & in editis mutaverunt in *coquendorum;* Ultr. & Brun. *decoquendorum.*

Lin. 8. *Frugum varietatem.*] MSS. 6. rec. *frugum ubertatem;* 1. Bonon. antiq. & Ultr. *fructuum varietatem.*

Lin. 9. *Planis ad ſegetem.*] In 15. MSS. & editis 3. deeſt *planis ad ſegetem.*

Lin. 10. *Ferendas.*] 1. Reg. rec. 2. Bonon. 2. Colb. Tax. Baluz. *perferendas.*

Lin. 11. *Ubertatem omnis generis piſcium.*] Ità omnes ferè MSS. & editi, meliùs quàm 2. Bonon. & Tax. *ad varietatem.* Quid enim ſibi vult *varietas omnis generis piſcium?* Omne genus piſcium nonne varietatem piſcium ſignificat?

Digitized by Google

irrequietis cursibus & spatiis inæqualibus orbes annuos conficit, & aut oriens diem promit ad laborem, aut occidens noctem superducit ad requiem: & tum abscessu longiùs ad meridiem, tum accessu propiùs ad septentrionem, hyemis & æstatis vicissitudines facit, ut & hybernis humoribus ac pruinis in ubertatem terra pingueſcat, & æstivis caloribus, vel herbidæ fruges maturitate durentur, vel quæ sunt in humidis, incocta & fervefacta mitescant. Luna quoque nocturni temporis gubernatrix, & amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur, & cæcas tenebris horrentibus noctes fulgore suæ claritatis illustrat; ut æstiva itinera, & expeditiones, & opera sine labore ac molestiâ confici possint. Siquidem:

Nocte leves stipulæ melius, nocte arida prata
Tondentur.

Astra etiam cætera, vel ortu, vel occasu suo, certis stationibus opportunitates temporum submininistrant. Sed & navigiis, quominùs errabundo cursu per immensum vagentur, regimen præbent, cùm ea ritè gubernator observans, ad portum destinati littoris pervehatur. Ventorum spiritu attrahuntur nubes, ut sata imbribus irrigentur, ut vites fœtibus, arbusta pomis exuberent. Et hæc per orbem vicibus exhibentur, ne desit aliquandò, quo vita hominum sustineatur. At enim cæteras animantes eadem terra nutrit, & ejusdem fœtu etiam muta pascuntur. Num etiam mutorum causâ Deus laboravit? Minimè, quia sunt rationis expertia. Sed intelligimus, & ipsa eodem modo in usum hominis à Deo facta, partim ad cibos, partim ad vestitum, partim ad operis auxilia; ut clarum sit, divinam providentiam rerum & copiarum abundantiâ hominum vitam instruere atque ornare voluisse, ob eamque causam, & aërem volucribus, & mare piscibus, & terram quadrupedibus implevit. Sed Academici contra Stoïcos differentes solent quærere, cur, si Deus

Lin. 2. *Superducit.*] MSS. 1. Reg. rec. & Clarom. *superinducit*

Lin. 15. *Temporum submininistrant.*] MS. Cauc. & 7. edit. interserunt *planè.*

Lin. 17. *Pervehatur.*] Sic restitui ex omnibus propè MSS. & 5. vet. editis. In 2. Reg. rec. Cauc. totidemque excusis est *provehatur*; in 3. vulgatis *provehamur*; in quibusdam editis *provehantur*, teste Isæo, mendosè; in Egnat. Paris. 1525. & Graph. *provehat.*

Lin. 21. *Num etiam mutorum causâ.*] Immò illorum causâ Deus laboravit, sed tantùm secundariò, hominis verò primariò.

Lin. 23. *In usum hominis.*] Ità MSS. omnes præter 3. Reg. rec. qui habent *ad usum.*

Lin. 24. *Ad vestitum.*] Sic à me restitutum ex 6. vet. edit. cunctisque MSS. præter 1. Reg. rec. in quo est *vestium*, ut in cæteris impressis.

Lin. 28. *Sed Academici, &c.*] De hoc ex quarto Academicarum Ciceronis suprà lib. 7. cap. 4. dictum est. Augustinus contra Manichæos in Gen. lib. 1. cap. 16. respondet illis hominibus eidem errori obnoxiis, animantia omnia aut utilia esse, aut pernicioſa, aut omninò inutilia & abjecta. De utilibus certa ratio est; pernicioſa nos propter peccata exercent. Exemplis nec nostra tempora carent, nec Testamenti veteris libri; & in iis quæ videntur nobis ab omni usu aliena esse, materiam nobis existere, ut Deum etiam in formicarum humilitate laudemus. Et omninò hinc colligit, universitatis integritatem indè compleri. Basilius ad mores transfert. Possunt enim, vel Salomonis testimonio, nos ab inertiâ ad sedulitatem excitare: quanquàm suas naturales virtutes habeat etiam illud animal: & Christus serpentium exemplo sapientiam nobis commendat, &c. *Betuleius.*

Digitized by Google

omnia hominum causâ fecerit, etiam multa contraria, & inimica, & pestifera nobis reperiantur, tam in mari, quàm in terrâ. Quod Stoïci veritatem non respicientes ineptissimè repulerunt. Aiunt enim, multa esse in gignentibus, & in numero animalium, quorum adhuc lateat utilitas: sed eam processu temporum inveniri; sicut jam plura prioribus seculis incognita necessitas & usus invenerit. Quæ tandem utilitas potest in muribus, in blattis, in serpentibus reperiri, quæ homini molesta & perniciosa sunt? An medicina in his aliqua latet? Quæ si est, invenietur aliquandò, nempe adversùs mala, cùm id illi querantur esse omninò malum. Viperam ferunt exustam in cineremque dilapsam, mederi ejusdem bestiæ morsui. Quantò melius fuerat eam prorsùs non esse, quàm remedium contra se ab eâ ipsâ desiderari?

Breviùs igitur, ac veriùs respondere potuerunt in hunc modum. Deus cùm formasset hominem veluti simulacrum suum, quod erat divini opificii summum, inspiravit ei sapientiam soli, ut omnia imperio ac ditioni suæ subjugaret omnibusque mundi commodis uteretur. Proposuit tamen ei & bona & mala; quia sapientiam dedit; cujus omnis ratio in discernendis malis ac bonis sita est. Non potest enim quisquam eligere meliora & scire quid bonum sit, nisi sciat simul rejicere ac vitare quæ mala sunt. Invicem sibi alterutra connexa sunt; ut sublato alterutro,

Lin. 4. *Quorum adhuc lateat utilitas.*] Deest *adhuc* in 13. MSS. & 12. edd.

Lin. 6. *In muribus.*] Neque hoc animalculum tam vile est, quin celebrari etiam ab optimis scriptoribus meruerit. Ducentis nummis in obsidione Massilianâ venit, Strabone, Plinio & Valerio autoribus. Id etiam accidit in Parisiensi anni 1590. & in Rupellensi anni 1628. obsidionibus. Taceo salubritatem; nam murium capitum caudarumque cinerem oculis claritatem inducere tradunt, si ex melle inungatur. Plures ejus virtutes quære apud Plinium, cùm alibi, tum verò præcipuè l. 29. cap. 6. Sextum verò philosophum, qui Adriani temporibus floruit, cap. 21. *Betul.*

Lin. 7. *Blattis.*] Inter insecta & Aristoteles & Plin. numerant. Aristoteles suas σκωληκείδας nominat, sic enim Gaza transtulit: sed ex scarabeis natas, cùm Gaza ex alvearis nasci dicat; undè locus mihi suspectus est. Plinius suas ex humido vapore nasci ait. Virgilius in 4. Georg. & Columella lib. 10. lucifugas cognominant. Nam & Plinius eas lucem fugere ait, & earum vitam tenebrarum alumnam dicit. Est aliud genus, quod Græci μύλοχον vocant, vel (ut aliis placet) σίλφιον, vermiculum infestum libris & studiosis. Ad prius genus referendam puto medicinam, quæ refertur à Plin. sub finem 29. ubi ait quamdam ejus esse, si caput avellatur. Hanc enim tritam unà cum rosaceo, auribus mirè prodesse, &c. Ergò blattarum etiam in medicinis salubris mortalibus usus aliquis est. *Betuleius.*

Ibidem. *In serpentibus.*] Unicuique notum est, ex illis theriacon, homini valdè utile, confici. *Gall.*

Lin. 10. *Viperam ferunt exustam, &c.*] Vide Plinium lib. 29. Natur. histor. cap. 4. Galenum in Therapeuticâ ad Pisonem.

Lin. 14. *Quod erat divini opificii summum.*] Abest *divini* à 16. MSS.

Lin. 17. *Et bona & mala, &c.*] Sæpè hæc & similia inculcat Lactantius: fallitur autem quàm maximè; omnia enim quæ Deus creavit, erant valdè bona, ut textus sacer innuit. Si igitur nonnullæ creaturæ homini noxias habent qualitates, non creatoris vitio, sed hominis peccato imputandum; illud enim totum hunc mundum vanitati obnoxium reddidit, ut innuit B. Paulus ad Romanos cap. 8.

Lin. 18. *Ac bonis sita est.*] Sic restitui ex MSS. omnibus præter 3. rec. in quibus est, ut in editis, *posita est*; MSS. quidam *sitæ sit.*

Lin. 20. *Invicem sibi alterutra connexa sunt.*] Ità ferunt veterrimi MSS. Regio-Put. & Cauc. aliique plures, ac Betuleii edit. In multis aliis, *alterutrum connexa sunt.*

Ibidem. *Sublato alterutro, &c.*] 1. Bonon. antiq. *altero.* Scripti Cauc. Ultr. *alterutrò.* Huic quæstioni non satis appositè respondet

utrumque tolli sit necesse. Propositis igitur bonis malisque, tum demùm opus suum peragit sapientia; & quidem bonum appetit ad utilitatem, malum rejicit ad salutem. Ergò sicut bona innumerabilia data sunt homini, quibus frui posset; sic etiam mala, quæ caveret. Nam si malum nullum sit, nullum periculum, nihil denique, quod lædere hominem possit, tollitur omnis materia sapientiæ, nec erit homini necessaria. Positis enim tantummódò in conspectu bonis, quid opus est cogitatione, intellectu, scientiâ, ratione? cùm quòcumque porrexerit manum, id naturæ aptum & accommodatum sit: ut si quis velit apparatissimam coenam infantibus, qui nondùm sapiant, apponere, utique id appetent singuli, quo unumquemque, aut impetus, aut fames, aut etiam casus attraxerit, & quidquid sumpserint, id illis erit vitale ac salubre. Quid igitur nocebit, eos sicuti sunt, permanere & semper infantes ac nescios esse rerum? Si autem admisceas vel amara, vel inutilia, vel etiam venenata, decipiuntur utique per ignorantiam boni ac mali, nisi accedat his sapientia, per quam habeant malorum rejectionem, bonorumque delectum.

Vides ergò, magis propter mala opus nobis esse sapientiâ: quæ nisi fuissent proposita, rationale animal non essemus. Quòd si hæc ratio vera est, quam Stoïci nullo modo videre potuerunt, dissolvitur etiam argumentum illud Epicuri. Deus, inquit, aut vult tollere mala & non potest; aut potest & non vult; aut neque vult, neque potest; aut & vult & potest. Si vult & non potest, imbecillis est; quod in Deum non cadit. Si potest & non vult, invidus; quod æquè alienum à Deo. Si neque vult, neque potest, & invidus & imbecillis est; ideòque neque Deus.

Lactantius. Cùm enim Deus suî operis inspector, quæcumque totius naturæ complexu continebantur, proprio effato *bona* pronuntiaret, ita ut quæ deinceps *mala* acciderint, sibi homo necesse sit accepta referat, quippè quæ non naturæ, sed peccati humani sequela essent: tam longè abest, ut quod infrà asserit Lactantius, *sublato alterutro, utrumque tolli sit necesse*, ut cœli iucolis nihil eo nomine decedat, quòd omni contrarietatis metu immunes, felici necessitate in alteram dumtaxat partem ferantur. Hæc itaque *pœna* mala consecuta sunt malum *culpæ*, quod in se Adamus admisit, securus alioqui à prioribus futurus, si innocens perstitisset. *Sparkius.*

Lin. 6. *Tollitur omnis materia sapientiæ.*] Falsum hoc esse patet in Adamo; fuit enim antequàm mala essent.

Lin. 8. *Cùm quòcumque porrexerit.*] Abest *cùm* à 10. MSS. totidemque editis.

Lin. 9. *Accommodatum sit.*] Sic restitui ex antiquiss. MSS. 1. Bonon. Regio-Put. 1. al. Reg. rec. 2. Colbert. Baluz. & Clarom. in marg. In aliis & editis *commodum.*

Lin. 12. *Vitale ac salubre.* Ità reposui ex 2. veterrimis & optimis MSS. Bonon. Regio-Put. Et rectè; respicitur enim ad *cœnam* suprà. Aliis est *utile.*

Lin. 18. *Opus nobis.*] Sic emendavi ex MSS. 2. Bonon. 1. Reg. 2. Colbert. Baluz. Tax. In cæteris libris legitur *bonis*, mendosè.

Ibidem. *Quæ nisi fuissent proposita.*] Scilicet mala. Vide præced. & in fine capitis. Ità correxi ex editis vet. Rom. Betul. If. & omnibus MSS. præter 1. Reg. rec. & 1. Colbert. in quibus legitur *fuisset*, ut in 15. vulgatis.

Lin. 19. *Rationale animal non essemus.*] An Adam utique in paradiso non fuit animal rationale? num homines hanc proprietatem in cœlis amittent, eò quòd ibi nulla sint mala? *Gallæus.*

Lin. 20. *Quam Stoïci nullo modo videre potuerunt, dissolvitur.*] MSS. 15. & edit. 2. vet. Rom. Parrhas. Tridin. Florent. *quam Stoïci posuerunt, dissolvitur*; non rectè, quia suprà dixerat Stoïcos repulisse quæstionem Academicorum, &c. *Isæus.*

Digitized by Google

Si vult & potest, quod solum Deo convenit, undè ergò sunt mala? aut cur illa non tollit? Scio plerosque philosophorum, qui providentiam defendunt, hoc argumento perturbari solere & invitos penè adigi, ut Deum nihil curare fateantur, quod maximè quærit Epicurus. Sed nos ratione perspectâ, formidolosum hoc argumentum facilè dissolvimus. Deus enim potest quidquid velit, & imbecillitas, vel invidia in Deo nullà est; potest igitur mala tollere: sed non vult; nec ideò tamen invidus est. Idcircò enim non tollit, quia sapientiam (sicut edocui) simul tribuit, & plus est boni ac jucunditatis in sapientiâ, quàm in malis molestiæ. Sapientia enim facit, ut etiam Deum cognoscamus & per eam cognitionem immortalitatem assequamur; quod est summum bonum. Itaque nisi priùs malum agnoverimus, nec bonum poterimus agnoscere. Sed hoc non vidit Epicurus, nec alius quisquam; si tollantur mala, tolli pariter sapientiam, nec ulla in homine virtutis remanere vestigia, cujus ratio in sustinendâ & superandâ malorum acerbitate consistit. Itaque propter exiguum compendium sublatorum malorum maximo & vero & proprio nobis bono careremus. Constat igitur, omnia propter hominem proposita, tam mala, quàm etiam bona.

Lin. 1. *Si vult & potest, quod.*] Ità antiquissimi MSS. 1. Bonon. 1. Regio-Put. 1. Colbert. & editi ferè omnes. In 14. MSS. rec. & impressis Rom. & Gymnic. legitur, *si & vult & potest, quod.*

Lin. 8. *Sicut edocui.*] Ità restitutum ex 4. Reg. inter quos est Regio-Put. aliisque multis, accedentibus 2. al. Reg. 3. Colb. Clarom. & ed. Rom. 1470. quibus est *& docui.*

Lin. 9. *Et plus est boni.*] Ex Regio-Put. 3. Colbert. aliisque addidi *est*, pro quo legitur *&* in 6. scriptis; deest autem in cæteris.

Lin. 10. *Sapientia enim facit.*] Ità lego ex vetustissimis MSS. 2. Bonon. Regio-Put. aliisque 2. Reg. 6. Colb. sexque aliis & ed. Betul. ac If. non ut in MSS. 3. Reg. rec. & in quamplurimis editis *Sapientia etiam.* Nam causam affert, cur in sapientiâ plus sit boni ac jucunditatis, neque placet hîc & iterùm mox *etiam.*

Lin. 14. *Cujus ratio in sustinendâ, &c.*] Præpositionem *in* addidi ex omnibus ferè MSS. & 6. editis. Abest à 2. Reg. & excusis 8.

CAPUT XIV.

Cur Deus fecerit hominem.

SEQUITUR ut ostendam, cur fecerit hominem ipsum Deus. Sicut mundum propter hominem machinatus est, ita ipsum propter se, tanquàm divini templi antistitem, spectatorem operum rerumque cœlestium. Solus est enim, qui sentiens, capaxque rationis, intelligere possit Deum, qui opera ejus admirari, virtutem potestatemque perspicere; idcircò enim consilio, mente, prudentiâ instructus est. Ideò solus præter cæteras animantes recto corpore ac statu factus est, ut ad contemplationem parentis sui excitatus esse videatur. Ideò sermonem solus accepit, ac lin-

Lin. 7. *Recto corpore.*] Ità quamplurimi MSS. inter quos sunt veterrimi Bonon. & Reg. At 14. rec. & totidem impressi *rectum corpore.*

Digitized by Google

guam cogitationis interpretem, ut enarrare majestatem domini sui possit. Postremò idcircò ei cuncta subjecta sunt, ut factori atque artifici Deo esset ipse subjectus. Si ergò Deus hominem suum voluit esse cultorem, ideòque illi tantum honoris attribuit, ut rerum omnium dominaretur; utique justissimum est & eum qui tanta præstiterit, amare & hominem, qui sit nobiscum divini juris societate conjunctus. Nec enim fas est, cultorem Dei à Dei cultore violari. Undè intelligitur, Religionis ac justitiæ causâ esse hominem figuratum. Cujus rei testis est Marcus Tullius in libris de Legibus, ita dicens: Sed omnium, quæ in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profectò præstabilius, quàm planè intelligi, nos ad justitiam esse natos. Quod si est verissimum, Deus ergò vult omnes homines esse justos, id est, Deum & hominem caros habere: Deum scilicet honorare tanquàm patrem, hominem diligere velut fratrem; in his enim duobus tota justitia consistit. Qui ergò aut Deum non agnoscit, aut homini nocet, injustè & contra naturam suam vivit, & hoc modo rumpit institutum legemque divinam.

www.libtool.com.cn

Lin. 4. *Ideoque illi, &c.*] In MS. 1. Lips. *Ideòque illi titulum tantum honoris.* In nullo alio, quod sciam, ità legitur, ideòque nihil mutare volui.

Ibidem. *Rerum omnium dominaretur.*] Per Græcismum; insolens enim constructio *dominari* cum gignendi casu. Apud Ciceronem jungitur quarto, vel sexto casui cum præpositione *in*.

Lin. 5. *Utique justissimum est & eum qui tanta præstiterit, amare & hominem, qui sit.*] Sic lego & emendo ex MSS. Regio-Put. 2. Bonon. Tax. Em. 1. Colb. quod rectius & purius est, quàm *Utique justissimum est & Deum colere, videlicet eum qui tanta præstiterit & amare hominem, &c.* quod glossam sapit, ut in MS. Cauc. in 3. editis *præstitit*; in 5. vulgatis, demptis conjunctionibus. 1. Reg. 2. Colb. & Baluz. ut in textu, nisi quòd pro *& eum*, habent *eum videlicet*; 1. Lips. & 5. impressi, *& Deum colere qui tanta præstiterit & amare hominem qui, &c.* Vide infrà, *Deum & hominem caros habere.*

Lin. 7. *Undè intelligitur.*] MSS. 2. Bonon. 1. Reg. rec. 2. Colbert. Tax. Baluz. *intelligimus.*

Lin. 12. *Omnes homines esse justos.*] Ex omnibus MSS. & multis edd. addidi *rò homines*, quod à nonnullis impressis abest.

Lin. 14. *In his duobus.*] Matth. 22. Rom. 13. Gal. 5.

CAPUT XV.

Undè ad hominem peccata pervenerint.

HIc fortasse quærat aliquis, undè ad hominem peccata pervenerint, aut quæ pravitas divini instituti regulam ad pejora detorserit, ut cùm sit ad justitiam genitus, opera tamen efficiat injusta. Jam superiùs explanavi, simul Deum proposuisse bonum ac malum; & bonum quidem diligere, malum autem, quod huic repugnat, odisse: sed ideò malum

Lin. 4. *Simul Deum proposuisse bonum ac malum.*] Id est, *permisisse.* Hìc loquitur de malo culpæ. *Isaus.*

Ibidem. *Et bonum quidem diligere; malum autem, quod huic repugnat, odisse.*] Sic lego cum MSS. 1. Reg. & antiquissimis Cauc. & 1. Bonon. 3. Colbert. Clarom. & 14. vulgatis, nisi quòd pro *malum autem*, 7. editi habent *ac malum*

Digitized by Google

hum permiſiſſe, ut & bonum emicaret, quod alterum ſine altero (ſicut ſæpè docui) intelligimus conſtare non poſſe: denique ipſum mundum ex duobus elementis repugnantibus & invicem copulatis eſſe concretum, igneo & humido, nec potuiſſe lucem fieri, niſi & tenebræ fuiſſent; quia nec ſuperum poteſt eſſe ſine infero, nec oriens ſine occidente, nec calidum ſine frigido, nec molle ſine duro. Sic & nos ex duobus æquè repugnantibus compacti ſumus, animâ & corpore: quorum alterum cœlo adſcribitur, quia tenue eſt & intractabile; alterum terræ, quia comprehenſibile eſt: alterum ſolidum & æternum eſt, alterum fragile atque mortale. Ergò alteri bonum adhæret, alteri malum: alteri lux, vita, juſtitia; alteri tenebræ, mors, injuſtitia. Hinc extitit in hominibus naturæ ſuæ depravatio; ut eſſet neceſſe conſtitui legem, quâ poſſent & vitia prohiberi, & virtutis officia imperari. Cùm igitur ſint in rebus humanis bona & mala, quorum rationem declaravi, neceſſe eſt in utramque partem moveri Deum, & ad gratiam, cùm juſta fieri videt; & ad iram, cùm cernit injuſta.

Sed occurrit nobis Epicurus, ac dicit: »ſi eſt in Deo lætitiæ affectus »ad gratiam, & odii ad iram, neceſſe eſt habeat & timorem, & libidi»nem, & cupiditatem, cæteroſque affectus, qui ſunt imbecillitatis hu»manæ«. Non eſt neceſſe ut timeat, qui iraſcitur; aut mœreat, qui gaudet: denique iracundi, minùs timidi ſunt; & naturâ læti, minùs mœrent. Quid opus eſt de humanis affectibus dicere, quibus fragilitas noſtra ſucumbit? Conſideremus divinam neceſſitatem; nolo enim naturam dicere, quia Deus noſter nunquàm creditur natus. Timoris affectus habet in homine materiam, in Deo non habet. Homo, quia multis caſibus periculiſque ſubjectus eſt, metuit, ne qua vis major exiſtat, quæ illum verberet, ſpoliet, laceret, affligat, interimat. Deus autem, in quem nec egeſtas, nec injuria, nec dolor, nec mors cadit, timere nullo pacto poteſt; quia nihil eſt, quod ei vim poſſit inferre. Item libidinis ratio & cauſa in homine manifeſta eſt. Nam quia fragilis & mortalis effectus eſt, neceſſe fuit alterum ſexum diverſumque conſtitui, cujus permiſtione ſoboles effici poſſet ad continuandam generis perpetuitatem. Hæc autem

malum; 4. ſcripti rec. *& malum*. In 1. Bon. antiq. & ed. If. pro *huic*, eſt *bono*. Regio-Put. *& bonum quidem diligere, pugnat odiſſe*, omiſſis, *malum autem quod huic re*. MSS. 4. Reg. rec. 2. Colb. Ultr. Brun. & vet. edit. Rom. *& bonum quidem diligere, pugnas odiſſe*; Pen. & 1. Colb. *habent eligere, pugnas odiſſe*.

Lin. 2. *Intelligimus conſtare non poſſe.*] Cautè lege, quæ de mali origine & neceſſitate proponit Lactantius: in his enim non ubique ſanus eſt.

Lin. 15. *In utramque partem.*] Ità omnes MSS. præter 2. Reg. rec. qui habent *ad utramque partem*.

Lin. 23. *Conſideremus divinam neceſſitatem.*] Ità omnes ferè MSS. & editi. In ſcriptis 5. eſt, *Quòd ſi conſideremus divinam bonitatem*; minùs aptè.

Lin. 24. *Noſter.*] Deeſt in veterib. edition.

Lin. 30. *Et cauſa.*] Deeſt in 6. rec. MSS. & 9. editis.

Ibidem. *Nam quia fragilis.*] Ità corrigendum fuit illud librariorum erratum, 3. MSS. rec. & 8. edit. in quibus legitur, *Nam qui*.

Lin. 32. *Ad continuandam generis perpetuitatem.*] Sic reſtitui ex MSS. vetuſtiſſimis 1. Bonon. Regio-Put. Cauc. Goth. 1. Colberr. 1. Lipſ. Em. Brun. edit. Betul. Cellar. Walch. & Spark. in marg. meliùs quàm *ad continendam*, ut in 13 ſcriptis & 10. vulgatis.

Digitized by Google

libido in Deo locum non habet; quia & fragilitas & interitus ab eo alienus est, nec ulla est apud eum fœmina, cujus possit copulatione gaudere, nec successione indiget, qui semper futurus est. Eadem de invidiâ & cupiditate dici possunt; quæ certis manifestisque de causis in hominem cadunt, in Deum nullo modo. At verò & gratia, & ira, & miseratio habent in Deo materiam; rectèque illis utitur summa illa & singularis potestas ad rerum conservationem.

www.libtool.com.cn

CAPUT XVI.

De Deo, ejusque irâ & affectibus.

QUÆRET quispiam, quæ sit ista materia? Primùm accidentibus malis afflicti homines ad Deum plerumque confugiunt, mitigant, obsecrant, credentes eum posse ab his injurias propulsare. Habet igitur causam miserandi; nec enim tam immitis est hominumque contemptor, ut auxilium laborantibus deneget. Item plurimi, quibus persuasum est Deo placere justitiam, eumque qui sit dominus ac parens omnium, venerantur, & precibus assiduis ac frequentibus votis, dona & sacrificia offerunt, nomen ejus laudibus prosequuntur, justis ac bonis operibus demereri eum laborantes. Ergò est, propter quod Deus & possit, & debeat gratificari. Nam si nihil est tam conveniens Deo, quàm beneficentia, nihil autem tam alienum, quàm ut sit ingratus: necesse est, ut officiis optimorum sanctèque viventium præstet aliquid, ac vicem reddat, ne subeat ingrati culpam, quæ est etiam homini criminosa. Contrà autem sunt alii facinorosi, & nefarii, qui libidinibus omnia polluant, cædibus vexent, fraudent, rapiant, perjurent; nec consanguineis, nec parentibus parcant; leges, & ipsum etiam Deum negligant.

Habet igitur ira in Deo materiam. Non est enim fas eum, cùm talia fieri videat, non moveri, & insurgere ad ultionem sceleratorum, & pestiferos nocentesque delere, ut bonis omnibus consulat: adeò & in ipsâ

Lin. 1. *Quæret quispiam.*] Sic MSS. Marm. & 1. Clarom. à secundâ manu. Et sic Cicero, & mox *inquiet*, cap. 20. Multi scripti, *quæriit*; 1. al. *Quærat.*

Ibidem. *Accidentibus malis.*] MSS. 1. Bon. antiq. Pen. & ed. Rom. 1468. Torn. Soubron. Walch. *accedentibus.*

Lin. 2. *Mitigant.*] Quod verbum mutat Heumannus in *eumque obsecrant.*

Lin. 3. *Ab his injurias propulsare.*] Ità emendavi ex MSS. 2. Bonon. 1. Reg. ac sex aliis & edit. Is. Alii, *ab his injuriis propulsare.*

Ibidem. *Habet igitur causam.*] MS. 1. Bon. antiq. & 6. editi interjiciunt *Deus*, quod à cæteris abest. In Lips. & ed. Cellar. *causas.*

Lin. 4. *Nec enim tam immitis est hominumque contemptor.*] Sic vet. edit. Rom. & Gymnic. cum omnibus MSS. præter 3. Colbert. à quibus abest conjunctio *que*, ut à cæteris impressis.

Lin. 7. *Et precibus assiduis.*] Ità cum ed. Betul. & Is. cuncti MSS. demptis 3. rec. quibus est *cum precibus*, ut in vulgatis cæteris.

Lin. 15. *Perjurent.*] Ità omnes ferè MSS. In 2. Bonon. 2. Reg. rec. & 1. Lips. est *pejerent.*

Lin. 19. *Adeò & in ipsâ irâ inest & gratificatio.*] Sic reposui ex antiq. Regio-Put. 2. al. Reg. 2. Colb. Clarom. & ed. Cellar. In 21. scriptis rec. *inest gratificatio*; in 2. rec.

Digitized by Google

irâ ineſt & gratificatio. Inania ergò & falſa reperiuntur argumenta, vel eorum, qui, cùm iraſci Deum nolunt, gratificari volunt, quia ne hoc quidem fieri ſine irâ poteſt; vel eorum, qui nullum animi motum eſſe in Deo putant. Et quia ſunt aliqui affectus, qui non cadunt in Deum, ut libido, timor, avaritia, mœror, invidia, omni prorsùs affectu eum vacare dixerunt. His enim vacat, quia vitiorum affectus ſunt: eos autem, qui ſunt virtutis, id eſt, ira in malos, caritas in bonos, miſeratio in afflictos, quoniam divinâ poteſtate ſunt digna, proprios, & juſtos, & veros habet. Quæ profectò niſi habeat, humana vita turbabitur; atque ad tantam confuſionem deveniet ſtatus rerum, ut contemptis ſuperatiſque legibus, ſola regnet audacia, ut nemo denique tutus eſſe poſſit, niſi qui viribus prævaleat. Ita quaſi communi latrocinio terra omnis depopulabitur. Nunc verò quoniam & mali pœnam, & boni gratiam, & afflicti opem ſperant; & virtutibus locus eſt, & ſcelera rariora ſunt. Atenim plerumque & ſcelerati feliciores ſunt, & boni miſeriores, & juſti ab injuſtis impunè vexantur. Conſiderabimus poſteà, cur iſta fiant. Interim de irâ explicemus, an ſit aliqua in Deo; utrùm nihil curet omninò, nec moveatur ad ea, quæ impiè geruntur.

eſt gratificatio. In Lipſienſibus *non ineſt*; in 2. al. rec. *non eſt*; utrumque malè.

Lin. 2. *Nolunt.*] Heumannus legit *nolint.*

Ibidem. *Quia . . . poteſt.*] Hæc octo verba eradenda putat Heumannus velut gloſſema.

Lin. 8. *Digna.*] Lege *digni*, ait Heumannus, ſubaudiendo, *affectus.*

Lin. 9. *Qua profectò.*] Idem legit *quos profectò*, ſubaudiendo *affectus.*

Lin. 16. *Cur iſta fiant.*] 1. Colb. *Cur ita fiant*; Em. & Brun. *cur ita fiat.*

Lin. 17. *Utrum.*] Heuman. legit, *an verò.*

CAPUT XVII.

De Deo, curâ & irâ.

DEUS, inquit Epicurus, nihil curat; nullam igitur habet poteſtatem. Curare enim neceſſe eſt eum, qui habet poteſtatem; vel ſi habet, & non utitur, quæ tanta cauſa eſt, ut ei, non dicam noſtrum genus, ſed etiam mundus ipſe ſit vilis? Ideò, inquit, incorruptus eſt ac beatus, quia ſemper quietus. Cui ergò adminiſtratio tantarum rerum ceſſit, ſi hæc à Deo negligantur, quæ videmus ratione ſummâ gubernari? aut quietus eſſe quomodò poteſt, qui vivit & ſentit? Nam quies aut ſomni res eſt, aut mortis. Sed nec ſomnus habet quietem. Nam cùm ſoporati ſumus, corpus quidem quieſcit, animus tamen irrequietus agitatur: imagines ſibi, quas cernat, effingit, ut naturalem ſuum mo-

Lin. 3. *Qua tanta cauſa eſt.*] Ex MSS. Reg. Put. & 3. al. Reg. Lipſienſibus, 4. Colbert. aliiſque pluribus expunxi, ut inutile, *rò negligendi*, quod eſt in 4. MSS. rec. & 13. editis; in 5. ſcriptis *negligentia*; in tribus *tanta.*

Lin. 5. *Cui ergò adminiſtratio tantarum rerum.*] Sic in MSS. omnibus lego, & in editis vet. Rom. & Crat. Vide infrà *mundi adminiſtratio.* In cæteris impreſſis eſt, *Cui ergò miniſtratio.*

Lin. 9. *Tamen.*] Sic MSS. Thomaſii: alii plures legunt *autem*, minùs benè.

Digitized by Google

tum exerceat varietate visorum; avocatque se à falsis, dum membra saturentur, ac vigorem capiant de quiete. Quies igitur sempiterna solius mortis est. Si autem mors Deum non attingit, Deus igitur nunquàm quietus est. Dei verò actio quæ potest esse, nisi mundi administratio? Si verò mundi curam gerit, curat igitur hominum vitam Deus, ac singulorum actus animadvertit, eosque sapientes ac bonos esse desiderat. Hæc est voluntas Dei, hæc divina lex; quam qui sequitur, qui observat, Deo carus est. Necesse est igitur, ut irâ moveatur adversùs eum, qui hanc æternam divinamque legem, aut violaverit, aut spreverit. Si nocet, inquit, alicui Deus, jam bonus non est. Non exiguo falluntur errore, qui censuram sive humanam, sive divinam, acerbitatis & malitiæ nomine infamant, putantes nocentem dici oportere, qui nocentes afficit pœnâ. Quod si est, nocentes igitur leges habemus, quæ peccantibus supplicia sanxerunt; nocentes judices, qui scelere convictos pœnâ capitis afficiunt. Quod si & lex justa est, quæ & nocenti tribuit, quod meretur, & judex integer ac bonus dicitur, cum malè facta vindicat (bonorum enim salutem custodit, qui malos punit) ergò & Deus, cùm malis obest, nocens non est; ipse autem est nocens, qui aut innocenti nocet, aut nocenti parcit, ut pluribus noceat.

Libet quærere ab iis, qui Deum faciunt immobilem, si quis habeat rem, domum, familiam, servique ejus contemnentes patientiam domini, omnia invaserint, ipsi bonis ejus fruantur, ipsos familia ejus honoret, dominus autem contemnatur ab omnibus, derideatur, relinquatur: utrùmne sapiens esse possit, qui contumelias non vindicet, suisque rebus eos perfrui patiatur, in quos habeat potestatem? Quæ tanta in quoquam potest patientia reperiri? si tamen patientia nominanda est, & non stupor quidam insensibilis. Sed facile est ferre contemptum. Quid si fiant illa, quæ à Cicerone dicuntur? » Etenim quæro, si quis patersa-
» milias liberis suis à servo interfectis, uxore occisâ, incensâ domo,
» supplicium de servo non quàm acerrimum sumpserit; utrùm is cle-
» mens ac misericors, an inhumanus & crudelissimus esse videatur? «

Lin. 1. *Avocatque se à falsis.*] Sic vetustissimæ editiones & MSS. 2. rec. & multi editi *falsis*; 2. al. rec. *de falsis.*

Lin. 2. *Capiant de quiete. Quies igitur sempiterna.*] Sic reposui ex antiquis MSS. Reg. Put. Cauc. al. 4. Reg. 6. Colbert. Ultr. Em. Brun. multis editis & 1. Clarom. nisi quòd habet *capiat.* 1. Bon. antiq. Cant. & 4. impressi *capiant. Denique requies sempiterna.* Hanc tamen veram esse scripturam existimat Heumannus.

Lin. 9. *Si nocet (inquit) alicui Deus.*] Abest *inquit* à quàmplurimis scriptis & impressis: at extat in antiquissimis MSS. Regio-Put. 1. Bonon. & editis Gymnic. Is. Gall. Thys. Spark.

Lin. 11. *Acerbitatis & malitiæ.*] Haud scùs veterrimi Regio-Put. & 1. Bonon. edd. Thomas. Is. Thys. Gall. Spark. In aliis deest *& malitiæ.*

Lin. 14. *Qui scelere convictos.*] Ità restitui ex quàmplurimis editis & omnibus MSS. præter 1. Reg. cui est corruptè *conjunctos*, pro *convictos.* In pluribus editis est *convicto*, mendosè.

Lin. 20. *Libet quærere.*] Manuscriptorum est & 9. vet. edit. In 7. vulgatis est *Licet.*

Lin. 30. *Supplicium de servo non quàm acerrimum sumpserit.*] In omnibus Lactantii MSS. & edd. est cum negatione hic locus; apud Ciceronem Orat. 4. in Catilinam c. 6. *quàm acerbissimum*, sine negatione in quibusdam editis: Lambinus verò, Isæus, aliique legunt *non quàm acerrimum.* Et ita apud Lactantium.

Digitized by Google

Quòd si ejusmodi facinoribus ignoscere, crudelitatis est potiùs, quàm pietatis; non est ergò virtutis in Deo, ad ea, quæ injustè fiunt, non commoveri. Nam mundus tanquam Dei domus est, & homines tanquàm servi: quibus si ludibrio sit nomen ejus, qualis aut quanta patientia est, ut honoribus suis cedat, prava & iniqua fieri videat, & non indignetur, quod proprium & naturale est ei, cui peccata non placeant? Irasci ergò rationis est; auferuntur enim delicta, & refrænatur licentia, quod utique justè, sapienterque fit.

Sed Stoïci non viderunt esse discrimen recti & pravi; esse iram justam, & injustam: & quia medelam rei non inveniebant, voluerunt eam penitùs excidere. Peripatetici verò non excidendam, sed temperandam esse dixerunt: quibus in sexto libro Institutionum satis respondimus. Nescisse autem philosophos, quæ ratio esset iræ, apparet ex definitionibus eorum, quas Seneca enumeravit in libris, quos de Irâ composuit. » Ira est, inquit, cupiditas ulciscendæ injuriæ. Alii, ut ait Posidonius, » cupiditas puniendi ejus, à quo te iniquè putes læsum. « Quidam ita definierunt: » Ira est incitatio animi ad nocendum ei, qui aut nocuit, » aut nocere voluit. « Aristotelis definitio non multùm à nostrâ abest. Ait enim, iram esse cupiditatem doloris rependendi. Hæc est ira, de quâ superiùs diximus; injusta; quæ etiam mutis inest: in homine verò cohibenda est, ne ad aliquod maximum malum prosiliat per furorem. Hæc in Deo esse non potest, quia illæsibilis est; in homine autem, quia fragilis est, invenitur. Inurit enim læsio dolorem; & dolor facit ultionis cupiditatem. Ubi est ergò illa ira justa adversùs delinquentes? quæ utique non est cupiditas ultionis, quia non præcedit injuria. Non dico de iis qui adversùs leges peccant, quibus etsi judex sine crimine irasci potest, fingamus tamen, eum sedato animo esse debere, cùm subjicit pœnæ nocentem, quia legum sit minister, non animi, aut potestatis

Lin. 9. *Sed Stoïci non viderunt.*] Perturbatio. πάθος, ut Cicero in 4. Tusc. ex Zenonis sententiâ definit, est aversa à rectâ ratione contra naturam animi commotio. Quidam appetitum vehementiorem, ὁρμὴν πλεονάζουσαν: iram autem ut formam libidini, τῷ ἐπιθυμίᾳ, libidinem verò perturbationi subjiciunt, sic definientes: Ira est libido ejus, qui videtur læsisse injuriâ. Ergò Stoïci posuerunt iram inter morbos & vitia. *Betuleius.*

Lin. 15. *Alii (ut ait) Posidonius*] Sic lego cum Lambino, Gothofredo, Francio, aliisque doctis viris; non *Possidonius*, ut in MSS. & editis nostris. *Posidonius*, fortè à Ποσειδῶν, Neptunus, ait Francius.

Lin. 19. *Iram.*] Aristot. 2. Rhetor. cap. 2. & apud Senec. ubi suprà.

Lin. 20. *Injusta.*] Hæc vox deest in 8. vulgatis & 12. MSS. At extat in vetustissimis 1. Bonon. Regio-Put. 1. al. Reg. 2. Colb. Baluz. & Clarom. in marg. necnon in editis Thom. Is. Thys. Gall. Spark. Walch. estque necessaria, quia de *irâ justâ* post loquitur.

Lin. 21. *Ne ad aliquod maximum malum.*] Ità MS. Regio-Put. cum multis editis. In plerisque deest *malum*.

Lin. 22. *Illæsibilis.*] Rara vox, quam nullibi reperire potui.

Lin. 23. *Inurit enim læsio dolorem.*] Sic restitui ex MSS. 4. Reg. aliisque MSS. plurimis, vet. edit. Rom. & Cellar. In 6. scriptis & 14. excusis est *Irritat.* Sed & infrà dixit, *dolorem inureret*, cap. 18. circa med.

Lin. 24. *Illa ira justa.*] MSS. tres rec. addunt *quâ movetur*; 3. al. rec. *qua movetur*: quas voces utpotè inutiles expunxi, & absunt à cæteris MSS. & vet. edit. Rom.

Lin. 26. *Quibus etsi judex.*] Ità cuncti ferè MSS. ac 2. vet. edd. In 3. scriptis rec. & aliis editis est &.

ſuæ; ſic enim volunt, qui iram conantur evellere. Sed de iis potiſſimùm dico, qui ſunt noſtræ poteſtatis, ut ſervi, liberi, conjuges & diſcipuli: quos cùm delinquere videmus, incitamur ad coërcendum.

www.libtool.com.cn

Neceſſe eſt enim bono ac juſto diſplicere, quæ prava ſunt; & cui malum diſplicet, moveri, cùm id fieri videt. Ergò ſurgimus ad vindictam; non quia læſi ſumus, ſed ut diſciplina ſervetur, mores corrigantur, licentia comprimatur. Hæc eſt ira juſta, quæ ſicut in homine neceſſaria eſt ad pravitatis correctionem, ſic utique in Deo, à quo ad hominem pervenit exemplum. Nam ſicuti nos poteſtati noſtræ ſubjectos coërcere debemus: ita etiam peccata univerſorum Deus coërcere debet. Quod ut faciat, iraſcatur neceſſe eſt; quia naturale eſt bono ad alterius peccatum moveri & incitari. Ergò definire debuerunt: Ira eſt motus animi ad coërcenda peccata inſurgentis. Nam definitio Ciceronis, Ira eſt libido ulciſcendi, non multùm à ſuperioribus diſtat. Ira autem, quam poſſumus vel furorem, vel iracundiam nominare, hæc ne in homine quidem debet eſſe, quia tota vitioſa eſt. Ira verò, quæ ad correctionem vitiorum pertinet, nec homini adimi debet, nec Deo poteſt, quia & utilis eſt rebus humanis, & neceſſaria.

Lin. 5. *Moveri.*] Sic lego ex præcedenti periodi membro, & ex MSS. Cauc. Baluz. aliſque ac multis editis. In quampluribus MSS. & 4. edd. eſt *movetur.*

Ibidem. *Cùm id fieri videt.*] Cauc. & 18. impreſſi, *videat.*

Lin. 13. *Ciceronis.*] Cic. 4. Tuſc. circ. med.

Lin. 14. *Ira autem.*] Hæc verba quæ ſcriptis Bonon. Tax. Lipſ. & 5. vulgatis deſunt, addidimus ex MSS. 5. Reg. 6. Colb. 4 Oxon. 5. aliis & 4. excuſis. In Cauc. Ultr. & 5. vet. editis eſt *Iram autem*, mendosè.

Lin. 16. *Quia tota vitioſa eſt.*] MSS. rec. 1. Reg. & 1. Colb. ac 13. edit. *qua.*

CAPUT XVIII.

De Peccatis vindicandis, ſine irâ fieri non poſſe.

QUID opus eſt, inquiunt, irâ, cùm ſine hoc affectu peccata corrigi poſſint? Atqui nullus eſt, qui peccantem poſſit videre tranquillè: poſſit fortaſſè, qui legibus præſidet, quia facinus non ſub oculis ejus admittitur, ſed defertur aliundè tanquàm dubium, nec unquàm poteſt eſſe ſcelus tam clarum, ut defenſioni locus non ſit; & ideò poteſt judex non moveri adversùs eum, qui poteſt innocens inveniri. Cùmque detectum facinus in lucem venerit, jam non ſuâ, ſed legum ſententiâ utitur. Poteſt concedi, ut ſine irâ faciat, quod facit; habet enim quod ſequa-

Lin. 2. *Qui peccantem.*] Sic repoſui ex 3. vet. edd. Rom. & omnibus MSS. præter Pen. in quo eſt *qui peccata*; in cæteris editis, *qui peccatorum.*

Lin. 4. *Sed defertur aliundè tanquàm dubium, nec unquàm poteſt eſſe ſcelus tam clarum, ut defenſioni locus non ſit; & ideò poteſt judex non moveri.*] Hæc retinenda fuerunt, ut in MSS. & in edd. Aldin. & Plant. quæ in 10. MSS. & editis 5. deſiderantur.

Lin. 8. *Poteſt concedi.*] 1. Reg. rec. & 3. Colo. ac 7. editi præponunt *ſed.*

Ibidem *Ut ſine irâ faciat, quod facit.*] Deeſt *quod facit* in 7. MSS. & 3. editis.

Digitized by Google

tur. Nos certè, cùm domi peccatur à noſtris, ſive id cernimus, ſive ſentimus, indignari neceſſe eſt; ipſe enim peccati aſpectus indignus eſt. Nam qui non movetur omninò, aut probat delicta, quod eſt turpius & injuſtius, aut moleſtiam caſtigandi fugit, quam ſedatus animus & quieta mens aſpernatur ac renuit, niſi ſtimulaverit ira & incitaverit. Qui autem cùm moveatur, tamen intempeſtivâ lenitate, vel ſæpiùs quàm neceſſe eſt, vel etiam ſemper ignoſcit, is planè & illorum vitam perdit, quorum audaciam nutrit ad facinora majora, & ſibi ipſi æternam moleſtiarum materiam ſubminiſtrat. Vitioſa eſt ergò in peccatis iræ ſuæ cohibitio.

Laudatur Archytas Tarentinus, qui cùm in agro corrupta eſſe omnia comperiſſet, villici ſui culpam redarguens, Miſerum te, inquit, quem jam verberibus necaſſem, niſi iratus eſſem. Unicum hoc exemplum temperantiæ putant: ſed autoritate ducti non vident, quàm inepta & locutus fuerit, & fecerit. Nam ſi (ut ait Plato) nemo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur, apparet quàm malum vir ſapiens propoſuerit exemplum. Si enim ſenſerint ſervi dominum ſuum ſævire, cùm non iraſcitur, tum parcere, cùm iraſcitur, non peccabunt utique leviter, ne verberentur; ſed quantùm poterunt graviſſimè, ut ſtomachum ejus incitent, atque impunè diſcedant. Ego verò laudarem, ſi cùm fuiſſet iratus, dediſſet iræ ſuæ ſpatium; ut reſidente per intervallum temporis animi tumore, haberet modum caſtigatio. Non ergò propter iræ magnitudinem donanda erat pœna, ſed differenda; ne aut peccanti majorem juſto dolorem inureret, aut caſtiganti furorem. Nunc verò quæ

Lin. 3. *Aut probat delicta, &c.*] Dilemma infirmum. Nam Sopater, ut eſt apud Stobæum, mediam quamdam rationem invenit, ut nec judex iraſcatur, nec impunitas ſubditis feneſtram ad nequitiam aperiat. *Betul.*

Lin. 5. *Niſi ſtimulaverit ira & incitaverit.*] Ità MSS. 2. Bonon. & plures edd. In 7. ſcriptis & in ed. Rom. deeſt *ira & incitaverit.* In multis eſt *ira:* ſed deeſt *& incitaverit.*

Ibidem. *Qui autem cùm moveatur, tamen, &c.*] Sic lego ex veterrimis MSS. 2. Bonon. Regio-Put. 4. aliis Reg. & aliis quinque, in quibus ſcriptum eſt *commoveatur* uno vocabulo, cùm ſint duo *cùm moveatur.* Et ſic legunt docti viri.

Lin. 6. *Lenitate.*] Ità edit. Rom. 1470. & 5. al. cum MSS. omnibus, præter Baluz. & Brun. quibus eſt *levitate*, ut 14. vulgatis.

Lin. 8. *Æternam moleſtiarum materiam ſubminiſtrat.*] Æternam, id eſt perpetuam. MSS. 2. Bon. Tax. *aternam moleſtiam ſubminiſtrat.*

Lin. 11. *Laudatur Archytas Tarentinus.*] Reperitur hæc chria, vel apophthegma etiam apud Ciceronem in 4. Tuſcul. quæſt. apud Valer. Max. lib. 4. cap. 1. de Animi moderatione, apud Plutarch. de Pueris educandis: atque rursùs apud eumdem de Serâ numinis animadverſione.

Lin. 15. *Si (ut ait Plato) nemo prudens punit, &c.*] Rectè: vide ſeqq. At MSS. Canc. 2. Reg. & 5. alii, necnon 19. edit. *Sicut.* Vide Plat. de Leg. 2. Similis locus eſt apud eumdem Platonem in Protagorâ, ad quem Lactantius veriùs reſpexiſſe videtur. Eſt rursùs alius locus Platonicus in quinto de Legibus, hiſce pulchrè ſubſerviens, & ad ſequentem figuram explicandam mirè conveniens. Vide apud eumdem Platonem locum citatum ab A. Gellio lib. 6. Noct. Attic. cap. 14. ex Gorgiâ; & apud Senec. in fine 1. de Irâ, & ad fin. 2. cap. 31.

Lin. 19. *Ut ſtomachum ejus incitent.*] MSS. 9. pro *ejus*, legunt *in his.* MSS. 2. Bonon. & 6. alii, *Ut ſtomachum perverſi hominis incitent.* Quæ lectio arridet Iſæo. MS. Bull. *perverſi homines.*

Lin. 24. *Dolorem inureret.*] Sic ſuprà, *inurit laſto dolorem.* cap. 17. 1. Colb. *vinceret*, pro *inureret*; 3. Colb. Brun. *immitteret.* Cæteri, ut in textu.

Digitized by Google

tandem æquitas, aut quæ sapientia est, ut aliquis ob exiguum delictum puniatur, ob maximum non puniatur? Quòd si naturam rerum causasque didicisset, nunquàm tam importunam continentiam profiteretur, ut nequam servus iratum sibi fuisse dominum grâtularetur. Nam sicut corpus humanum Deus multis & variis sensibus ad usum vitæ necessariis instruxit: sic & animo varios attribuit affectus, quibus vitæ ratio constaret; ut libidinem prodendæ sobolis gratiâ dedit, sic iram cohibendorum causâ delictorum.

Verùm ii, qui nesciunt fines bonorum ac malorum, sicut libidine utuntur ad corruptelas & ad voluptates, sic irâ & affectu ad nocendum, dum iis, quos odio habent, irascuntur. Ergò etiam non peccantibus irascuntur, etiam paribus, aut etiam superioribus. Hinc quòtidiè ad immania facinora prosilitur: hinc tragœdiæ sæpè nascuntur. Esset igitur laudandus Archytas, si, cùm alicui civi & pari facienti sibi injuriam fuisset iratus, repressisset se tamen, & patientiâ furoris impetum mitigasset. Hæc sui cohibitio glorioſa est, quâ compescitur aliquod imminens magnum malum. Servorum autem filiorumque peccata non coërcere, peccatum est; evadent enim ad majus malum per impunitatem. Hîc non cohibenda ira, sed etiam, si jacet, excitanda est. Quod autem de homine dicimus, id etiam de Deo, qui hominem similem sui fecit. Omitto de figurâ Dei dicere, quia Stoïci negant habere ullam formam Deum; & ingens alia materia nascetur, si eos coarguere velimus: de animo tantùm loquor. Si Deo subjacet cogitare, sapere, intelligere, providere, præstare: ex omnibus autem animalibus homo solus hæc habet; ergò ad Dei similitudinem factus est: sed ideò procedit in vitium, quia de terrenâ fragilitate permistus, non potest id, quod à Deo sumpsit, incorruptum purumque servare, nisi ab eodem Deo justitiæ præceptis imbuatur.

Lin. 1. *Qua tandem æquitas, aut quæ sapientia est.*] Ità quamplurimi MSS. & edit. Rom. 1470. & al. 5. In MS. Ultr. legitur, *quanam sapientia est.* In Cauc. 1. Colb. Brun. & 8. vulgatis *aut sapientia est;* in 2. Reg. rec. 2. Colb. & Baluz. *qua tandem aut æquitas, aut quæ sapientia est.*

Ibidem. *Ob exiguum delictum.*] Sic MSS. antiquissimi 2. Bonon. Regio-Put. & 1. al. Reg. rec. 2. Colbert. Clarom. ac 12. editi. Et rectè. Lege & expende quæ præcesserunt, & ea quæ sequuntur. In 12. scriptis rec. & 2. vet. edit. Rom. pro *delictum*, legitur *dolorem.*

Lin. 7. *Prodendæ sobolis gratiâ.*] Ità reposui ex omnibus MSS. demptis 2. Reg. rec. in quibus, ut & in editis, est *producendæ.* Ed. Rom. 1468. corruptè *perdendæ*, pro *prodendæ.*

Lin. 11. *Ergò etiam non peccantibus irascuntur, etiam paribus.*] In MSS. Lipsiensibus, 4. Reg. rec. 4. Colb. Clarom. 2. vet. ed Rom. deest *ergò etiam non peccantibus;* item in 8. al. editis, ubi *irascuntur aut paribus*; alia desunt.

Lin. 12. *Ad immania facinora.*] Sic restitui ex MSS. 2. Bonon. Regio-Put. Cauc. 5. Colbert. & 10. aliis, & edit. Betul. If. Spark. In 1. Reg. rec. 1. Colbert. & 13. editis est *ad maxima facinora.*

Lin. 20. *Omitto de figurâ Dei dicere.*] *de Dei* non extat in 7. MSS. Contrarium videre est lib. 2. cap. 9. & lib. 6. cap. 25. ubi rectè de Deo sensit.

Lin. 22. *Materia nascetur.*] MS. 1. Reg. & editi, *nascitur.*

Lin. 24. *Hæc habet.*] Sic reposui ex ed. Gymnic. & cunctis MSS. præter 1. Reg. rec. 1. Colbert. Cant. in quibus est, ut in editis, *hoc habet.*

CAPUT

CAPUT XIX.

www.libtool.com.cn

De Animâ & Corpore, deque Providentiâ.

SED quoniam compactus est, ut diximus, è duobus, animo & corpore, in altero virtutes, in altero vitia continentur, & impugnant se invicem. Animi enim bona, quæ sunt in continendis libidinibus, contraria sunt corpori; & corporis bona, quæ sunt in omni genere voluptatum, inimica sunt animo. Sed si virtus animi repugnaverit cupiditatibus, easque compresserit, erit verè Deo similis. Undè apparet animam hominis, quæ virtutem divinam capit, non esse mortalem. Sed discrimen illud est, quòd cum virtus habeat amaritudinem, & sit dulcis illecebra voluptatis, vincuntur plurimi, & abstrahuntur ad suavitatem. Ii verò, qui se corpori rebusque terrenis addixerunt, premuntur in terram, nec assequi possunt divini muneris gratiam, quia se vitiorum labibus inquinaverunt. Qui autem Deum secuti, eique parentes, corporis desideria contempserint, & virtutem præferentes voluptatibus, innocentiam justitiamque servaverint: hos Deus ut sui similes recognoscit.

Cùm igitur sanctissimam legem posuerit, velitque universos, innocentes ac beneficos esse; potestne non irasci, cùm videt contemni legem suam, abjici virtutem, appeti voluptatem? Quòd si est mundi administrator, sicut esse debet, non utique contemnit id, quod est in omni mundo vel maximum. Si est providus, ut oportet Deum, consulit utique generi humano, quò sit vita nostra & copiosior, & melior, & tutior. Si est pater ac Deus universorum, certè virtutibus hominum delectatur, & vitiis commovetur; ergò & justos diligit, & impios odit. Odio (inquit)

Lin. 1. *Compactus est.*] Supple *homo.*

Lin. 2. *Impugnant se invicem.*] Abest *se* à 9. MSS. & ed. Rom. 1470. In Goth. & Lips. est *repugnant invicem.*

Lin. 5. *Repugnaverit cupiditatibus.*] Hæc lectio est antiquissimorum & opt. MSS. 2. Bonon. Regio-Put. Cauc. & 1. al. Reg. 2. Colb. Lips. Baluz. & 14. impressorum. In 13. rec. scriptis ac 2. vet. edd. Rom. & If. est *voluptatibus.*

Lin. 6. *Easque compresserit.*] 1. Colb. *oppresserit*; 2. Bon. & Tax. *repressérit.* Vide infrà cap. 21. initio, *temperari debuit furor ejus & comprimi.*

Ibidem. *Erit verè Deo similis.*] Ità antiq. MSS. Regio-Put. & Cauc. 2. al. Regii, Colb. aliique multi, necnon 13. editi. In 2. Colb. est, *erit vero Deo similis*; in 2. Bonon. Tax. Baluz. *verè Deo similis invenietur*; in 1. Reg. rec. 1. Colb. & 4. vulgatis *invenitur.*

Lin. 10. *Qui se corpori.*] In 6. MSS. & 2. edd. vet. Rom. est *quia*, quod mox sequitur.

Lin. 11. *Divini muneris.*] Sic reposui ex quamplurimis MSS. inter quos sunt veterrimi & optimi 2. Bonon. Regio-Put. Cauc. & edd. Betul. ac Cellar. In 3. Reg. rec. & 4. Colb. ac 13. vulgatis est *divini numinis*; in Clarom. *nominis*; malè.

Ibidem. *Inquinaverunt.*] Ità lego cum omnibus ferè MSS. & edit. Rom. 1470. Florent. If. At cæteri vulgati codices cum MSS. 1. Reg. rec. 2. Colb. Clarom. habent, *inquinarunt.*

Lin. 17. *Quòd si est mundi administrator.*] 1. Bonon. recentior, *Qui.*

Lin. 19. *Si est providus.*] Ità cum veteribus editis omnes MSS. præter 1. Reg. rec. & Cauc. quibus est *providens*, ut 15. impressis.

Lin. 22. *Odio (inquit) opus non est.*] MS. Em. & edd. Cellar. Walch. (*inquit aliquis.*)

Digitized by Google

opus non est; semel enim statuit bonis præmium, & malis pœnam. Quòd si aliquis justè innocenterque vivat, & idem Deum nec colat, nec curet omninò, ut Aristides, & Timon, cæterique philosophorum, cedetne huic impunè, quòd cùm legi Dei obtemperarit, ipsum tamen spreverit? Est igitur aliquid, propter quod Deus possit irasci, tanquàm fiduciâ integritatis adversùs eum rebellanti. Si huic potest irasci propter superbiam, cur non magis peccatori, qui legem cum ipso pariter latore contempserit? Judex peccatis veniam dare non potest, quia voluntati servit alienæ. Deus autem potest, quia est legis suæ ipse disceptator & judex: quam cùm poneret, non utique ademit sibi omnem potestatem, sed habet ignoscendi licentiam.

www.libtool.com.cn

Lin. 3. *Aristides.*] Nullus mihi restat ambigendi locus, quin hic legendum sit *Aristides*, tum ex Cicerone, qui eum *de iracundiâ* citat, & Timonem *de odio*; tum ex antiquissimis & optimis MSS. 1. Bonon. Regio-Put. 1. Vatic. 1. Colbert. Bodl. & Clarom. in marg. quod recentiores MSS. & editi corruperunt in *Aristoteles*. *Aristides* autem Græcus Athenienſis erat, cujus virtutes, verba & exempla commemorat Cicero Tuscul. Quæst. lib. 5. n. 106. de Officiis lib. 3. n. 44. & Orat. 32. pro P. Sextio n. 141. *Si apud Athenienses homines Græcos Themistoclem illum conservatorem patriæ non deterruit... Aristidis fuga, qui unus omnium invictissimus fuisse traditur... propositis tot exemplis iracundiæ, &c.*

Ibidem. *Et Timon.*] Fuit Cicerone teste etiam Athenienſis, Laërtio vir frugi, solitudinis & horrorum amans, hominum osor. Ejus dicta refert Cicero Tuscul. Quæst. lib. 4. n. 25. & 27. ac de Amicitiâ n. 87. Abest *Timon* ab 11. MSS. & 3. edd. Alii volunt hunc fuisse Philigismum Pyrronis discipulum.

Ibidem. *Cæterique Philosophorum.*] MS. 1. Bonon. antiq. *Plerique Philosophorum.*

Lin. 6. *Rebellanti.*] Ità ferunt 13. MSS. inter quos est Regio-Put. In 2. Reg. rec. & ed. Rom. 1470. est *rebellati*; in 2. Bonon. & aliis 5. *rebellante*; in omnibus ferè editis est *rebellandi.*

CAPUT XX.

De Peccatis & Dei misericordiâ.

SI potest ignoscere, potest igitur & irasci. Cur ergò, inquiet aliquis, & qui peccant, sæpè felices sunt, & qui piè vivunt, sæpè miseri? Quia fugitivi & abdicati liberè vivunt, & qui sub disciplinâ patris, aut domini sunt, strictiùs & frugaliùs. Virtus enim per mala & probatur, & constat; vitia per voluptatem. Nec tamen ille qui peccat, sperare debet perpetuam impunitatem, quia nulla est perpetua felicitas:

Ovid. Metam. 3. v. 135.

> *Sed scilicet ultima semper*
> *Expectanda dies homini; dicique beatus*
> *Ante obitum nemo supremaque funera debet;*

ut ait poëta non insuavis. Exitus est, qui arguit felicitatem; & nemo judicium Dei potest, nec vivus effugere, nec mortuus. Habet enim pote-

Lin. 1. *Potest igitur & irasci.*] Sic lego cum MSS. Regio-Put. 4. al. Reg. 2. Colb. Baluz. Clarom. In 2. Bonon. Tax. 1. Colb. & ed. M. deest *igitur*; in vulgatis desideratur &. MSS. 1. Reg. 3. Colbert. 2 Lipsi. Brun. & edd. Rom. 1470. 1474. Tridin. Florent. legunt: *Si potest igitur irasci, cur ergò?*

Lin. 3. *Abdicati.*] Id est *repudiati.*

Digitized by Google

statem, & vivos præcipitare de summo, & mortuos æternis afficere cruciatibus. Imò, inquit, si irascitur Deus, statim debuit vindicare, & pro merito quemque punire. Atenim si id faceret, nemo supereſſet. Nullus eſt enim, qui nihil peccet; & multa ſunt, quæ ad peccandum irritent; ætas, vinolentia, egeſtas, occaſio, præmium. Adeò ſubjecta eſt peccato fragilitas carnis, quâ induti ſumus, ut niſi huic neceſſitati Deus parceret, nimiùm fortaſſe pauci viverent: propter hanc cauſam patientiſſimus eſt, & iram ſuam continet. Nam quia perfecta eſt in eo virtus, neceſſe eſt patientiam quoque ejus eſſe perfectam, quæ & ipſa virtus eſt. Quàm multi ex peccatoribus juſti poſteriùs effecti ſunt, ex malis boni, ex improbis continentes! quàm multi in primâ ætate turpes, & omnium judicio damnati, poſtmodùm tamen laudabiles extiterunt! Quod utique non fieret, ſi omne peccatum pœna ſequeretur.

Leges publicæ manifeſtos reos damnant: ſed plurimi ſunt, quorum peccata occuluntur; plurimi, qui delatorem comprimunt, aut precibus, aut præmio; plurimi, qui judicia eludunt per gratiam, vel potentiam. Quòd ſi eos omnes, qui humanam pœnam effugiunt, cenſura divina damnaret, eſſet homo aut rarus, aut etiam nullus in terrâ. Denique vel una illa cauſa delendi generis humani juſta eſſe poteſſet, quòd homines contempto Deo vivo, terrenis fragilibuſque figmentis honorem divinum tanquàm cœleſtibus deferunt, adorantes opera humanis digitis laborata. Cùmque illos Deus artifex, ore ſublimi, ſtatu recto figuratos, ad contemplationem cœli & notitiam Dei excitaverit, curvare ſe ad terram maluerunt pecudum modo. Humilis enim, & curvus, & pronus eſt, qui ab aſpectu cœli Deique patris averſus, terrena, quæ calcare debuerat, id eſt, de terrâ ficta & formata, veneratur. In tantâ igitur impietate hominum tantiſque peccatis id aſſequitur patientia Dei, ut ſe ipſi homines damnatis vitæ prioris erroribus corrigant. Denique, & boni ſunt juſtique multi, & abjectis terrenis cultibus, majeſtatem Dei ſingularis agnoſcunt. Sed cùm maxima & utiliſſima ſit Dei patientia, tamen, quam-

Lin. 5. *Vinolentia.*] Ità emendavi ex omnibus fere MSS. inter quos ſunt 2. Bon. Regio-Put. 2. al. Reg. 3. Colbert. 4. Oxon. Tax. Em. Cant. Brun. edit. Rom. 1470. ac Cellar. Et ita Joan. Cauci & Francius legendum eſſe ſuſpicabantur; quam lectionem probat Heumannus. At in 3. Reg. rec. 3. Colb. Marm. Clarom. editiſque 13. eſt *violentia.*

Lin. 14. *Quorum peccata occuluntur.*] Sic reſtitui ex ed. Gymnic. & Manuſcriptis, præter 2. Reg. rec. 3. Colb. in quibus eſt *occultantur*, ut in pluribus editis.

Lin. 18. *Aut etiam nullus.*] Ex omnibus propè MSS. & ed. Gymnic. additum *etiam*, quod cæteris impreſſis & 4. rec. ſcriptis deeſt.

Lin. 22. *Laborata.*] Francius, fortè *elaborata.* Eſt tamen *laboratus* eodem ſenſu apud Ciceronem 13. Attic. 3. & pro Cœl. 54.

Lin. 24. *Maluerunt pecudum modo.*] Ità repoſui ex veteribus edit. Rom. & 12. aliis impreſſis, Manuſcriptis Regio-Put. & 14. al. niſi quòd MSS. Canc. Clarom. ac 12. impreſſi legunt *more*, pro *modo.* Regius unus, Bonon. Tax. Lipſ. addunt *humi repere*; ſcripti 5. *irrepere.*

Lin. 25. *Averſus, terrena, quæ calcare debuerat.*] Benè. Vide ſeqq. MSS. Regio-Put. & 1. al. Reg. edit. Rom. 1470. Ald. Faſit. Betul. habent, *averſus, terram quam calcare debuerat.* MSS. 13. & ed. Rom. 1468. *adverſus terram quam calcare debuerat.*

Lin. 29. *Majeſtatem Dei ſingularis agnoſcunt.*] Sic & alibi paſſim Lactantius. Vide Not. ad lib. de Mortib. Perſecut. cap. 1. MS. Em. habet *Dei-cœleſtis*; 2. Reg. rec. 3. Colb. Clarom. & 2. vet. edd. Rom. *cognoſcunt.*

Digitized by Google

vis ferò, noxios punit, nec patitur longiùs procedere, cùm eos immendabiles esse perviderit.

www.libtool.com.cn

CAPUT XXI.

De Irâ Dei & hominis.

SUPEREST una & extrema quæstio. Nam dixerit fortasse quispiam; adeò non irasci Deum, ut etiam in præceptis hominem irasci vetet. Possem dicere, quòd ira hominis refrænanda fuerit, quia injustè sæpè irascitur; & præsentem habet motum, quia temporalis est. Itaque ne fierent ea, quæ faciunt per iram & humiles, & mediocres, & magni reges, temperari debuit furor ejus, & comprimi, ne mentis impos aliquod inexpiabile facinus admitteret. Deus autem non ad præsens irascitur, quia æternus est perfectæque virtutis; & nunquàm nisi meritò irascitur. Sed tamen non ita res se habet. Nam si omninò prohiberet irasci, ipse quodammodò reprehensor opificii sui fuisset, qui à principio iram jecori hominis indidisset: siquidem creditur, causam hujus commotionis in humore fellis contineri. Non igitur in totum prohibet irasci, quia is affectus necessariò datus est: sed prohibet in irâ permanere. Ira enim mortalium debet esse mortalis; nam si maneat, confirmantur inimicitiæ ad perniciem sempiternam. Deinde rursùs cùm irasci quidem, sed tamen non peccare præcepit, non utique evellit iram radicitùs, sed temperavit; ut in omni castigatione modum ac justitiam teneremus. Qui ergò irasci nos jubet, ipse utique irascitur: qui placari celeriùs præcipit,

Lin. 1. *Supereſt una & extrema quæſtio.*] Ità libri antiquiores, tum MSS. tum editi. Multi impressi post *una* addunt *maxima*; 1. Colbert. *permaxima*; scripti 4. rec. *una & maxima.*

Lin. 2. *Ut etiam in præceptis.*] Reposui *etiam* ex editis Cratand. & Cellar. cunctisque scriptis, præter 4. MSS. rec. in quibus, ut in cæteris impressis, legitur *&*; in Em. *ipse.*

Lin. 6. *Debuit.*] Ità ex vet. edd. Rom. & If. ac quamplurimis MSS. reposui. In Cauc. & in 8. impressis est *debuerat*; in 5. scriptis & 4. vulgatis est *debuerit.*

Ibidem. *Ne mentis impos aliquod inexpiabile facinus admitteret.*] MSS. 14. inter quos est Regio-Put. & unus Jano Guilielmi visus, editioque Romana 1468. habent, *ne mentis impoſſibile aliquod*, nullo sensu; undè Guilielmus & Gallæus legendum esse putant, *ne mentis impos à bile*, aut *in bile.* MSS. 2. Bonon. 1. Reg. rec. Tax. 2. Colb. 1. Sorbon. Baluz. Clarom. in marg. *ne post aliquod, &c.* 1. Colb. *ne post iram aliquod.*

Lin. 10. *Qui à principio.*] MSS. 14. & totidem editi *quia in principio.*

Ibidem. *Iram jecori hominis.*] MSS. 2. Reg. 4. Colbert. *iram jecoris hominis*; Em. *felli hominis.*

Lin. 15. *Deinde.*] Ità restitutum ex edit. Bonon. 1470. Betul. Cellar. In 1. Reg. rec. & 12. excusis est *Denique.*

Ibidem. *Cùm irasci quidem, sed tamen non peccare præcepit, non utique.*] MSS. 3. rec. & 14. edd. *eum irasci...* scripti 3. rec. *præcipit.*

Ibidem. *Sed tamen non peccare, &c.*] Psal. 4. apud Septuaginta quidem est ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Sed Hebræi transferunt *contremiscite*: qui sensus est, ut abhorreamus à peccatis. *Betul.*

Lin. 18. *Qui placari.*] Ità correxi ex omnibus MSS. multisque editis: in nonnullis impressis est *placare.*

Ibidem. *Celeriùs præcipit.*] Sic lego ex MSS. quamplurimis antiquissimis & optimis, approbante Francio: quod superioribus respondet, ubi est *jubet.*

Digitized by Google

est utique ipse placabilis; ea enim præcepit, quæ sunt justa, & rebus utilia communibus.

Sed quia dixeram non esse iram Dei temporalem, sicut hominis, qui præsentaneâ commotione ferveſcit, nec facilè regere se potest propter fragilitatem; intelligere debemus, quia sit æternus Deus, iram quoque ejus in æternum manere: sed rursùm, quia virtute sit maximâ præditus, in potestate habere iram suam; nec ab eâ regi, sed ipsum illam, quemadmodùm velit, moderari: quod utique non repugnat superiori. Nam si prorsùs immortalis fuisset ira ejus, non esset satisfactioni aut gratiæ post delictum locus; cùm ipse homines ante solis occasum reconciliari jubeat. Sed ira divina in æternum manet adversùs eos, qui peccant in æternum. Itaque Deus non thure, non hostiâ, non pretiosis muneribus, quæ omnia sunt corruptibilia, sed morum emendatione placatur; & qui peccare desinit, iram Dei mortalem facit. Idcircò enim non ad præsens noxium quemque punit, ut habeat homo resipiscendi & corrigendi sui facultatem.

Lin. 1. *Ea enim præcepit.*] Sic restitui ex cunctis MSS. & vet. ed. Rom. In 12. impressis est, *siquidem præcipit.*

Lin. 4. *Nec facilè regere se potest propter fragilitatem: intelligere debemus, &c.*] Ità ferunt omnes Manuscripti & 5. editi. Atque vera & genuina est lectio Tridin. & Florent. Ven. 1490. Vitiosè in impress. aliis, *non ideò intelligere, &c.* quæ lectio scopo Lact. contraria est, ut benè observarunt Thomasius & Isæus.

Lin. 5. *Iram ejus in æternum manere.*] Id est, Ab omnipotentiâ aliisque Dei attributis illud necessariò fluit, ut eos odio habeat, quotquot adversùs ipsius majestatem *obstinato animo* deliquerint. Uti rursùs ab infinitâ Dei misericordiâ proficiscitur, quòd eos sinat secum in gratiam redire, qui (ut noster infrà loquitur) concessâ *resipiscendi & sui corrigendi facultate* benè utuntur. *Sparkius.*

Lin. 9. *Aut gratiæ post delictum locus.*] 1. Bonon. antiq. *aut gratia positus locus.*

Lin. 10. *Ante solis occasum, &c.*] Non Christi, sed Pauli vox hæc est, Eph. 4. Ergò tantùm autoritatis tribuit scriptis Pauli, ut oraculi loco habeat, quod à numine divino dictata sint.

Lin. 15. *Resipiscendi & corrigendi sui facultatem.*] Deest *& corrigendi sui* in 20. MSS. sed in 12. est *resipiscendi sui*, quamvis tamen *sui* cum casu *resipiscendi* componi nequeat. Edit. Betul. habet, *homo recipiendi sui facultatem.* Verùm hæc Lactantiana verba ex Cicerone sunt desumpta, ubi legas *Resipiscendi & corrigendi sui.*

CAPUT XXII.

De Peccatis; deque iis recitati versus Sibyllæ.

HÆc habui, quæ de irâ Dei dicerem, Donate carissime; ut scires quemadmodùm refelleres eos, qui Deum faciunt immobilem. Restat, ut more Ciceronis utamur epilogo ad perorandum. Sicut ille in Tusculanis de morte differens fecit: ita nos in hoc opere testimonia divina, quibus credi possit, adhibere debemus, ut illorum persuasionem

Lin. 2. *Refelleres.*] 1. Bon. antiq. *refellas.*

Lin. 5. *Illorum persuasionem revincamus.*] Ità reposui ex omnibus propè MSS. edit. Venet. Tridin. Florent. If. Cellar. In MS. Brun. legitur *persuasione*; in 1. Colb. Marm. Clarom. *persuasiones*; in 1. Reg. rec. *persuasionem pervincamus*; in Cauc. 1. Colb. & 14. impressis *persuasionem vincamus.*

Digitized by Google

revincamus, qui sine irâ Deum esse credentes, dissolvunt omnem Religionem: sine quâ, ut ostendimus, aut immanitate belluis, aut stultitiâ pecudibus adæquamur; in solâ enim Religione, id est, in Dei summi notione sapientia est. Prophetæ universi divino spiritu repleti nihil aliud, quàm de gratiâ Dei erga justos, & de irâ ejus adversùs impios loquuntur. Quorum testimonia nobis quidem satis sunt: verùm iis quoniam non credunt isti, qui sapientiam capillis & habitu jactant, ratione quoque & argumentis fuerant à nobis refellendi. Sic enim præposterè agitur, ut humana divinis tribuant autoritatem, cùm potiùs humanis divina debuerint. Quæ nunc sanè omittamus ne nihil apud istos agamus, & in infinitum materia procedat. Ea igitur quæramus testimonia, quibus illi possint, aut credere, aut certè non repugnare.

Sibyllas plurimi & maximi autores tradiderunt; Græcorum, Aristo Chius & Apollodorus Erythræus; nostrorum, Varro & Fenestella. Hi omnes præcipuam, & nobilem præter cæteras Erythræam fuisse commemorant. Apollodorus quidem ut de civi ac populari suâ gloriatur. Fenestella verò etiam legatos Erythras à Senatu esse missos refert, ut hujus

Lin. 7. *Qui sapientiam capillis & habitu jactant.*] Nam promissum capillum gerebant, & palliis induebantur, qui sapientiam profitebantur, ut lib. 3. Institutionum cap. 25. diximus. *Isaus.* Vide etiam libro 5. cap. 2.

Lin. 9. *Ut humana divinis tribuant autoritatem, cùm potiùs humanis divina debuerint.*] Ità omnes ferè MSS. ex quibus sunt antiquissimi, & 7. vet. editi. In scriptis 5. & multis impressis mendosè legitur, *ut humanam divinis tr. aut. cùm potiùs humanis divinam debuerint*; 1. Colb. *tribuerint.*

Lin. 13. *Sibyllas.*] MSS. 4. rec. & edd. 16. addunt, *multas fuisse*: quæ duo verba à cæteris absunt. De Sibyllis lege quæ diximus tom. 1. pag. 28. Confirmant Lactantii sententiam, quæ plurima memorat Suidas, haud dubiè ex vetustissimorum Autorum monumentis collecta. Affirmat is, decem fuisse, diversis temporibus & locis. Verùm Sebastianus Castalio, quidquid Sibyllarum nomine fertur, ab unâ profectum affirmat; ac in suam ne propemodùm traxit sententiam, argumentis non in speciem modò probabilibus, sed justis quibusdam rationibus roboratis. Sed interim vetustatis autoritas faciebat, ut rationes diligentiùs expenderem. Obstitit primùm incredibilis Sibyllæ, quam ex multis unam facit, longævitas, à Diluvio nimirùm usque ad Tarquiniorum tempora: quod spatium complectitur annos circiter 1770. Et quanquàm Sibyllæ vivacitas olim in proverbium abiit, fidem tamen excedit ætas ita prodigiosa, ut à nullo scriptore tanta commemoretur. Indè obstat nominum varietas, non ex gentibus variis variantium, sed propriorum maximè. Postremò adduci vix potero ut credam, Noæ tempore græcè eas scripsisse, & quidem numeris heroïcis, tam facilè ad Homeri, vel Hesiodi (vel si mavis antiquioris Orphei) suavitatem fluentibus. Et ut facilè credo decem non extitisse Sibyllas, ita malim subscribere illis qui duas solummodò posuerunt, aut quatuor. *Betul.* Sed quidquid hîc dicat Betuleius, vide quæ de Sibyllis diximus libro 1. cap. 6. pag. 28. Tomi I. hujusce editionis.

Ibidem. *Aristo Chius.*] Sic plures MSS. & omnes fermè editi; nec aliter dicitur Ciceroni lib. 1. de Legib. n. 78. ubi refert ejus dogmata, & Minutio Felici in Octavio. Itaque vitiosè scribitur in 2. Colbert. & ed. Rom. 1470. *Aristochius*; pejus in Regio-Put. Cauc. & 7. aliis *Aristonicus*; in Marm. *Aristo meus*, pro *Aristonicus*; 1. in Bon. antiq. *Aristo Stoicus*; in 1. Reg. rec. 2. Colb. ed. Rom. 1468. *Aristgricus*; in nonnullis editis *Aristarchus*. Hic *Aristo* patriâ fuit Chius, Stoïcus Philosophus; de quo vide Diogenem Laërtium lib. 6. ad finem, & lib. 7. ad finem Zenonis.

Lin. 17. *Erythras.*] Ità plurimi MSS. & omnes editi. Variè alii. MS. Baluz. legit *Erythreas*; Regio-Put. *Erythrea à Senatu*; 2. rec. & ed. Rom. 1468. *Erithreos*; 1. Colb. *Erithros*; Bon. 1. Reg. Brun. *Erythro*; 1. Colb. *Erithreo*; 1. alter Colb. *Erithreo.*

Digitized by Google

Sibyllæ carmina Romam deportarentur, & ea Consules Curio & Octavius in Capitolio, quod tunc erat curante Quinto Catulo restitutum, ponenda curarent. Apud hanc de summo & conditore rerum Deo hujusmodi versus reperiuntur:

www.tlbooks.com.cn

Ἄφθαρτος κτίστης ἀφθέγκτῳ ναίων,
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων. πολὺ μείζονα μισθόν·
Τοῖς δὲ κακοῖς ἀδίκοις τε χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων.

Rursùs alio loco enumerans, quibus maximè facinoribus incitetur Deus, hæc intulit: *Sibyl. ser. 3. ad finem.*

Φεῦγε δὲ λατρείας ἀνόμους, θεῷ ζῶντι λάτρευε.
Μοιχείας τε φύλαττε, καὶ ἄρσενος ἀκοίτου εὐνὴν,
Ἵνα γενεὰν παίδων τέκῃς, μὴδὲ φόνευε·
Καὶ γὰρ ὁ ἀθάνατος κεχολώσεται, ὅσσα ἁμάρτῃ.

Indignatur ergò adversùs peccatores.

Lin. 1. *Deportarentur.*] Vel *deportarem.*

Lin. 2. *Q. Catulo.*] Ità MSS. & plures editi; nec aliter Cicero lib. 2. & 3. de Oratore. Alii, *Catullo.*

Lin. 5. Ἄφθαρτος, &c.] Interpret. Lat.

Incorruptibilis conditor æternus in æthere habitans,

Bonis bonum proferens, multo majorem mercedem;

Malis autem & injustis iram & furorem excitans.

Lin. 6. Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν.] 1. Reg. rec. 1. Colbert. & 7. editi, Τοῖς ἀκακοῖς ἀκακὸν. Cæteri cum Autolyco ut in textu.

Lin. 9. *Hæc intulit.*] Ex cunctis MSS. & edd. Rom. 1470. Betul. sic reposui. Cæteris vulgatis est *retulit.*

Lin. 10. Φεῦγε δὲ.] Latinè:

Fugè verò religiones impias, & Deo vivo famulare.

Ab adulterio te abstinè, & à masculi commixtione impurâ.

Proprium generationem filiorum tuorum, & ne occidas;

Etenim immortalis iratscitur ei qui peccaverit.

Lin. 12. Ἵνα γενεὰν.] MS. Lactantii Regio-Put. his majusculis litteris exprimit ΘΗΝΑΙ-ΔΙΑΝ ΘΗΝΑΝ.

Lin. 14. *Indignatur ergò adversùs peccatores.*] Hæc addidi ex omnibus MSS. & vet. 3. edit. Rom. Florent. Betul. & Cellar. quæ in cæteris excusis non habentur.

CAPUT XXIII.

De Irâ Dei, & peccatorum punitione, deque eâ Sibyllarum carmina recitata: castigatio præterea & adhortatio.

VERÙM quia plures, ne offendi, Sibyllæ à doctissimis Autoribus fuisse traduntur, unius testimonium satis non sit ad confirmandam, sicut intendimus, veritatem. Cumeæ quidem volumina, quibus Romanorum fata conscripta sunt, in arcanis habentur: cæterarum tamen ferè omnium libelli, quominùs in usu sint omnibus, non vetantur; ex quibus alia denuntians universis gentibus iram Dei ob impietatem hominum, hoc modo exorsa est:

Digitized by Google

Serm. 8. initio.

Ἐρχομένης ὀργῆς μεγάλης ἐπὶ κόσμον ἀπειθῆ,
Ἔσχατον εἰς αἰῶνα θεοῦ μηνύματα φαίνω,
Πᾶσι προφητεύσασα κατὰ πόλιν ἀνθρώποισι.

www.libtool.com.cn

Alia quoque per indignationem Dei adversùs injustos cataclysmum priore seculo factum esse dixit, ut malitia generis humani extingueretur.

Serm. 4. initio.

Ἐξ οὗ μηνίσαντος ἐπουρανίοιο θεοῖο
Αὐταῖσι πολίεσσι καὶ ἀνθρώποισιν ἅπασιν,
Γῆν ἐκάλυψε θάλασσα καλαχυσμοῖο ῥαγέντος.

Simili modo deflagrationem posteà futuram vaticinata est, quâ rursùs impietas hominum deleatur.

Eod. Serm. ad fin.

Καὶ πόλε τὴν ὀργὴν θεὸν οὐκ ἔτι πεφύσεται,
Ἀλλ' ἐξεμεσθέντα, καὶ ἐξολύσεται τε γένναν
Ἀνθρώπων, ἅπασαν ὑπ' ἐμπρησμοῦ πέρθοντα.

Undè apud Nasonem de Jove ita dicitur:

Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Quod tunc fiat necesse est, cùm honor, & cultus Dei summi apud homines interierit.

Eadem tamen, placari eum pœnitentiâ factorum & sui emendatione contestans, hæc addidit:

Serm. 4.

Ἀλλ' ἐλεᾷ μετάθεσθε βεβλοὶ νῦν, μὴ δὲ πρὸς ὀργὴν
Παντοίῳ ἀγάγησθε θεὸν μέγαν.

Item paulò post:

Ibid.

Οὐκ ὀλέσῃ, παύσῃ δὲ πάλιν χόλον, εἴτ' ἂν ἅπασιν

Εὐσεβέσιν

Lin. 1. Ἐρχομένης, &c.] Latinè:
Veniente irâ magnâ ad mundum pertinacem,
Postremum ad seculum Dei edicta pando,
Omnibus vaticinans oppidatim hominibus.
Lin. 6. Ἐξ οὗ, &c.] Latinè:
Ex quo irato supercœlesti Deo
Ipsis urbibus & hominibus cunctis,
Terram cooperuit mare diluvio erupto.
Lin. 7. Πολίεσσι.] Regii duo, πολίεσιν; 1. alter Reg. & edit. Rom. 1470. πολίεια.
Lin. 11. Καὶ πόλε.] Latinè:
Et aliquandò Deum iram non amplius placantem,
Sed aggravantem, & perdentem genus
Hominum, ac totum id incendio depopulantem.
Ibidem. Περιόψεται.] MS. Regio-Put. περιόψεται, passivè; malè.
Lin. 14. *Nasonem.*] Metam. 1. vers. 256.
Lin. 22. Ἀλλ' ἐλεᾷ, &c.] Latinè:
Sed misericordiâ convertimini homines nunc, neque ad iram
Omnigenam adducite Deum magnum.
Lin. 25. Οὐκ ὀλέσῃ.] Latinè:
Non perdet, sedabit autem iterum iram, cùm omnes
Pietatem pretiosam in præcordiis exercueritis.
Ibidem. *Pro* Εἴτ' ἂν ἅπασιν.] MS. Regio-Put. ἢν ἅπασιν; 1. Colb. & edit. Rom. 1470. ἴσαν ἅπασιν; alter Colb. ἴσασι πάντες. Quidam MSS. & edd. περὶ θυμῷ. Libri Sibyllæ impressi περὶ ψυχῶν; 1. Colb. περὶ θυμῶν. Sed omnium rectissimè Regio-Put. περὶ τιμῶν; approbante Opsopœio.

Digitized by Google

Εὐσεβέειν ἐείτιμον ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσηλε.

Deinde alia Sibylla cœlestium terrenorumque genitorem diligi oportere denuntiat, ne ad perdendos homines indignatio ejus insurgat:

Μήπολε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέσσῃ
Πᾶν γένος ἀνθρώπων, βίοτον τ' φῦλον ἀναιδὲς,
Δεῖ τέργ' γενέσθαι Θεὸν σοφὸν αἰὲν ἐόντα.

Ex his apparet vanas esse rationes philosophorum, qui Deum putant sine irâ; & inter cæteras laudes ejus id ponunt, quod est inutilissimum, detrahentes ei, quod est rebus humanis maximè salutare, per quod constat ipsa majestas. Regnum hoc imperiumque terrenum nisi metus custodiat, solvitur. Auser iram regi, non modò nemo parebit, sed etiam de fastigio præcipitabitur. Imò verò cuilibet humili eripe hunc affectum, quis eum non spoliabit? quis non deridebit? quis non afficiet injuriâ? Ita nec indumenta, nec sedem, nec victum poterit habere, aliis quidquid habuerit diripientibus; nedum putemus cœlestis imperii majestatem sine irâ & metu posse consistere. Apollo Milesius, de Judæorum religione consultus, responso hoc indidit:

Ἡ'δὲ θεὸν βασιλῆα τ' γενέτῆρα πρὸ πάντων,
Ὃν τρέμεται τ' γαῖα, τ' ὠκεανὸς, ἠδὲ θάλασσα,
Ταρτάρεοί τε μυχοὶ, τ' δαίμονες ἐκφείβουσιν.

Si tam lenis est, quàm philosophi volunt, quomodò ad nutum ejus non modò dæmones, & ministri tantæ potestatis, sed etiam cœlum, & terra, & rerum natura omnis contremiscit? Si enim nullus alteri servit nisi coactus, omne igitur imperium metu constat: metus autem per iram: nam si non moveatur quis adversùs parêre nolentem, nec cogi

Lin. 4. Μήπολε, &c.] Latinè:
Ne fortè iratus Deus incorruptibilis perdat
Omne genus hominum, vitam & gentem impudentem,
Oportet amare genitorem Deum sapientem qui semper est.

Lin. 8. *Sine irâ.*] Heuman. legit *sine irâ esse.*

Ibidem. *Id ponunt, quod est inutilissimum, detrahentes ei, quod est rebus humanis maximè salutare, per quod constat ipsa majestas.*] Sic habent uterque Bonon. Tax. Pen. In Lipsi. 2. Brun. Ultr. aliisque, mutilus est locus, & sic legitur: *id ponunt quod est contra ipsam majestatem. Regnum hoc.* Isæus. In veterrimo Regio-Put. est, *id ponunt quod est constat ipsa majestas.* Desunt verba intermedia à primo *quòd* usque ad tertium *quòd.* In quo patet fuisse Amanuensis erratum, ex prætermissâ lineâ. Videtur Lactantius respexisse ad ea, quæ habet sub finem cap. 17. suprà, ubi ait de Irâ, *quia utilis est rebus humanis & necessaria.*

Lin. 16. *Apollo Milesius.*] Suprà l. 4. c. 13.

Lin. 18. Ἡ'δὲ Θεὸν.] Latinè:
*Et Deum Regem & genitorem * omnium,*
Quem contremiscit terra, & cœlum, ac mare,
Tartareaque latebræ & dæmones horrescunt.

* MSS. Baluz. Brun. & ed. Rom. 1470. pro *omnium*, legunt *ante omnia*, juxta Græcum πρὸ πάντων.

Lin. 22. *Tanta potestatis.*] Non inconcinnè legit Heumannus *Tartarea potestatis;* quod exprimitur voculâ Græcâ ταρτάρεοι.

Lin. 24. *Metu constat.*] Id dicas de terreno imperio, quod legibus & metu constat: attamen dicit Livius lib. 2. *Imperia legum potentiora sunt quam Hominum.* Non idem est de cœlesti imperio, quod amor & spe potiùs quàm metu continetur. Lex pœnalis & metus in Religione non sunt nisi pro injustis, quia gratiâ & amore seu timore filiali justus ducitur.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

poterit ad obsequium. Consulat unusquisque affectus suos: jam intelliget; neminem posse sine irâ & castigatione imperio subjugari. Ubi ergò ira non fuerit, imperium quoque non erit. Deus autem habet imperium; ergò & iram, quâ constat imperium, habeat necesse est. Quapropter nemo vaniloquentiâ philosophorum inductus ad contemptum se Dei erudiat; quod est maximum nefas. Debemus hunc omnes & amare, quòd pater est; & vereri, quòd dominus; & honorificare, quòd beneficus; & metuere, quòd severus: utraque persona in eo venerabilis. Quis salvâ pietate non diligat animæ suæ parentem? aut quis impunè contemnat eum, qui rerum dominator, habeat in omnes veram, & æternam potestatem? Si patrem consideres, ortum nobis ad lucem, quâ fruimur, subministrat: per illum vivimus, per illum in hospitium hujus mundi intravimus. Si Deum cogites, ille nos innumerabilibus copiis alit, ille sustentat, in hujus domo habitamus, hujus familia sumus; & si minùs obsequens, quàm decebat, minùsque officiosa, quàm domini & parentis immortalia merita poscebant: tamen plurimùm proficit ad veniam consequendam, si cultum ejus notionemque teneamus; si abjectis humilibus terrenisque tam rebus, quàm bonis, cœlestia & divina sempiterna meditemur. Quod ut facere possimus, Deus nobis sequendus est, Deus adorandus & diligendus est; quoniâm in eo est materia rerum, & ratio virtutum, & fons bonorum.

Quid enim Deo aut potentiâ majus est, aut ratione perfectius, aut claritate luculentius? Qui quoniam nos ad sapientiam genuit, ad justitiam procreavit; non est fas hominem, relicto Deo sensûs ac vitæ datore, terrenis fragilibusque famulari, aut quærendis temporalibus bonis inhærentem, ab innocentiâ & pietate descisçere. Non faciunt beatum vitiosæ ac mortiferæ voluptates, non opulentia libidinum incitatrix, non inanis ambitio, non caduci honores, quibus illaqueatus animus humanus, & corpori mancipatus, æternâ morte damnatur: sed innocentia sola, sola justitia, cujus legitima & digna merces est immortalitas, quam

Lin. 4. *Quapropter*, &c.] Hîc in MSS. 4. Colbert. Clarom. & edd. Rom. 1470. 1474. Parrhas. & Is. incipit *Caput XXIV.* quod cæteri superiori connectunt.

Lin. 8. *Utraque persona in eo venerabilis.*] Hoc est, venerari eum debemus, non solùm velut patrem beneficum, sed etiam tanquàm severum dominum. Id jam dixerat Lactantius Divin. Institut. lib. 4. cap. 4. initio, ubi ait: *Quoniam utramque personam sustinet (Deus) & patris & Domini, & amare eum debemus, quia filii sumus, & timere, quia servi.* Heumannus.

Lin. 10. *Habeat.*] Heuman. legit *habet.*

Lin. 15. *Officiosa.*] Subaudi *familia.* Heumannus.

Lin. 18. *Cœlestia & divina sempiterna meditemur.*] Ità MSS. & editi. Francius legebat, *& sempiterna*, sicut & Heumannus, qui omittendum putat *divina.*

Lin. 20. *Et diligendus est.*] Abest à 14. MSS. inter quos est Regio-Put. & à 10. vulgatis. Sed ex cæteris reponendum & retinendum, ut fiat ad tria sequentia relatio; & duo veterrimi MSS. Bonon. habent in textu ut scripsimus. Quam lectionem rectè propugnat Thomasius ex hoc ipso Lactantii loco. *Deus sequendus est*, quia in eo est materia rerum; *adorandus*, ob rationem virtutum; *diligendus*, quia est fons bonorum.

Ibidem. *Materia rerum.*] Id est, *causa rerum.* Spark.

Lin. 26. *Descisçere.*] MSS. 13. & edd. *discedere.*

Lin. 27. *Incitatrix.*] MSS. Bonon. *irritatrix.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Tom. 2. pag. 179.

Specimen Manuscripti Colbertini.

LRCII. CECLII. INCIPIT LIBER AD DONA

www.libtool.com.cn

TVM. COFILESSOREM. DE MORTIB; PSECVTOR

MAIVIT dñs orationes tuas donate karissime quas in conspectu
ejus cons[r] m[ñ] ssi m m qui glosa
sessione sepu pfidei u[er]tis que sier[ñ]; Ecce adda[m]
hsomib; aduersarus restituto p orbē tranquillitate pfligata nup
eccl'a. rursū exsugu emaiore gla tēplū di qd abrupus fuerat euer
sū: micā dnī fabricār Excitauit enī ds principes qui tirannas nefā
ria ac cruenta imperia resciderē. humano generi puideñtiam qua
si discusso trisansaru tēporis nubilo. inter omū pax iocunda & serena
lacie &c. Nunc wostratæ tēpestatis uiolentos turbines placidus aer.
& obscura lux refulsit. nunc placatus ser ios suos ds. tacentefica affluu
tos celesti auxilio sublenauit. Nunc merentū lacrimas ex inclita
pios conspiratione detersito sui illustrati erant doiacent. quitem
plum scm euerterant ruina maioris cecidere. sui uultos excarni
ficauerant. celestib; plag; & cruciatib; meritus nocentes animas
pfuderē. Seruit quidē: sed grauit ac digne. destituerat enim poe
nas eos ds ut ederē & ineos magna & mirabilia exēpla quibus
posteri discerent & dm esse unum & eumdē uicuce digna ludi
fiplitia impus ac pfecutorib; irrogare. Dequo exitu
tificari placuit. ut oīs qui pcul moti fuer[ñ]. ut q[ui]
turi sunt scirent qtēn' uirtutē acmaiestatē suā me
ds delendisq; nominis sui ostib; ds sum' ostenderet Vnc tā
ē: si a principio exqu' ō eccl'ā cōstituta. q fuerint sicut res
q[ui]b; ponis ineos celestis iudicis seueritas iudicauerit exponā
Extremis tēporib; tiberii cesaris ut scriptū legimus dns nr ihc xp's
audiens cruciatus ē. Post die x[ē]m kl'. apl'r duob; geminis consulib. cū
resurrexisset die tcio cōgregauit

Hoc manuscriptum nunc est in Bibliothecâ Regiâ in 4°. N°. 2627.

Digitized by Google

statuit à principio Deus sanctis & incorruptis mentibus, quæ se à vitiis, & ab omni labe terrenâ integras inviolatasque conservant. Hujus præmii cœlestis ac sempiterni participes esse non possunt, qui facinoribus, fraudibus, rapinis, circumscriptionibus conscientiam suam polluerunt, quique injuriis hominum, nefariis commissis, ineluibiles sibi maculas inusserunt. Proinde universos oportet, qui sapientes, qui homines meritò dici volunt, fragilia contemnere, terrena calcare, humilia despicere, ut possint cum Deo beatissimâ necessitudine copulari.

Auferatur impietas, discordiæ; dissensionesque turbulentæ ac pestiferæ sopiantur, quibus humanæ societates, & publici fœderis divina conjunctio rumpitur, dirimitur, dissipatur: quantùm possumus, boni ac benefici esse meditemur; si quid nobis opum, si quid suppetit copiarum, id non voluptati unius, sed multorum saluti impartiatur. Voluptas enim tam mortalis est, quàm corpus, cui exhibet ministerium. Justitia verò & beneficentia tam immortales, quàm mens & anima, quæ bonis operibus similitudinem Dei assequitur. Sit nobis Deus non in templis, sed in corde nostro consecratus. Destructilia sunt omnia, quæ manu fiunt. Mundemus hoc templum, quod non fumo, non pulvere, sed malis cogitationibus sordidatur; quod non cereis ardentibus, sed claritate ac luce sapientiæ illuminatur. In quo si Deum semper crediderimus esse præsentem, cujus divinitati secreta mentis patent, ita vivemus, ut & propitium semper habeamus, & nunquàm vereamur iratum.

Lin. 3. *Qui facinoribus, fraudibus.*] Sic *facinoribus* restitui ex MSS. Regio-Put. 1. al. Reg. 2. Colbert. Baluz. Clarom. in margine. Deest in cæteris tum scriptis, tum impressis.

Lin. 5. *Ineluibiles.*] Ità MSS. quod vix in Scriptoribus Latinis reperias, nisi apud Lactantium libro 7. Divin. Institut. cap. 20. circa medium. Quædam editiones habent *indelebiles*, Cellarii scilicet & aliorum; sed maluimus sequi MSS. & editos.

Lin. 13. *Impartiatur.*] 1. Colb. *impartiamur.* Regio-Put. 4. Colb. Clarom. edit. Cantabrig. *impertiatur.*

Lin. 17. *Destructilia.*] Sic lego cum vetustissimis & optimis MSS. Bonon. 2. Reg. 2. Colb. Tax. Scripti recentiores & editi ferunt *destructibilia.*

Lin. 19. *Quod non cereis ardentibus.*] Vide Not. suprà ad lib. 6. Instit. cap. 6.

Ibidem. *Sed claritate ac luce sapientiæ.*] MS. Bodl. habet, *sed Dei claritate;* editi nonnulli *ac duce sapientiâ.*

Lin. 21. *Cujus divinitati secreta mentis patent.*] Hæc desunt in 19. rec. MSS. & edd. Rom. quorum vice legitur *ejus divinitatis potentiâ ita vivemus*; ita etiam habent vetustæ seculi XV. editiones. At in Bonon. multisque aliis est ut in textu; in Regio-Put. verò, *cujus divinitatis ita potentia vivemus.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

LUCII CÆCILII. FIRMIANI LACTANTII

LIBER AD DONATUM CONFESSOREM, DE MORTIBUS PERSECUTORUM.

I.

AUDIVIT Dominus orationes tuas, Donate cariſſime, quas in conſpectu ejus conſtanter fundis per dies omnes, & cariſſimorum fratrum, qui gloriosâ confeſſione ſempiternam ſibi coronam pro fidei ſuæ meritis quæſierunt. Ecce addetur his omnibus adverſarius; & reſtitutâ per orbem tranquillitate, profligata nuper Eccleſia rursùm exſurgit, & majore gloriâ

Ad Donatum.] Illuſtrem horum temporum Confeſſorem, qui novies tormenta varia pertulit pro nomine Chriſti, ſex annorum ſpatio detentus in carcere, undè emiſſus eſt extremis Galerii Maximiani temporibus, ut legitur infrà cap. 16. & 25. *Baluz.*

De Mortibus Perſecutorum.] Vide Diſſert. noſtram in lib. de Mortibus Perſecut. Ità & MORTES dixit Lactantius plurali numero ſuprà lib. 5. cap. 20. *Ex* MORTIBUS, lib. 7. cap. 10. *Ità* MORTES *duæ propoſitæ ſunt.*

Lin. 2. *Conſtanter . . . fratrum.*] In prioribus editionibus legebatur, *Ejus per omnes horas totâ die fundis, caterorumque fratrum noſtrorum, qui &c.* Sed ex reliquiis litterarum conjicimus legendum eſſe, ut in textu inſinuavimus. Vide ſpecimen è regione poſitum.

Lin. 3. *Sempiternam ſibi coronam pro fidei ſuæ meritis quæſierunt.*] In MS. hæc ſolùm apparent; *ſepit. . . . pro fidei . . rittis quæſierunt;* itaque ex conjecturâ reliqua hæc ſcripta ſunt, *Sempiternam ſibi coronam pro fidei ſuæ meritis quæſierunt.* Similiter Lactantius ultimis ſuæ Divinarum Inſtitutionum Epitomes verbis ait: *ut poſſit Deo judice* PRO *virtutis* SUÆ MERITIS, *vel* CORONAM FIDEI, *vel premium immortalitatis adipiſci;* & lib. 7. cap. 14. *non immortalitatem ſibi, ſed mortem peccatis ac libidinibus* QUÆSIERUNT.

Lin. 4. *Quæſierunt.*] Pro *acquiſierunt.* Ità & lib. 1. Divin. Inſtitut. cap. 20. lib. 7. cap. 14. & alibi Lact. Vide infrà Not. ad cap. 18.

Ibidem *Addetur.*] Ità in MS. pro *additur;* atque ſic legendum eſſe in præſenti, præcedens præteritum *Audivit*, & ſequentia verba *exſurgit* & *fabricatur* confirmant. Verùm doc-

Digitized by Google

templum Dei, quod ab impiis fuerat eversum, misericordiâ Domini fabricatur. Excitavit enim Deus principes, qui tyrannorum nefaria & cruenta imperia rescinderunt, humano generi providerunt; ut jam quasi discusso transacti temporis nubilo, mentes omnium pax jocunda & serena lætificet. Nunc post tantæ tempestatis violentos turbines, placidus aër & optata lux refulsit. Nunc placatus servorum suorum precibus, Deus jacentes & afflictos cœlesti auxilio sublevat. En nunc mœrentium lacrymas, extinctâ impiorum conspiratione, deterget; & qui illuctati erant Deo, jacent; qui templum sanctum everterant, ruinâ majori ceciderunt; qui justos excarnificaverunt, cœlestibus plagis, & cruciatibus meritis nocentes animas profuderunt; seriùs quidem, sed graviter ac dignè. Distulerat enim

tissimus Joan. Bapt. Cottelerius Ecclesiæ Græcæ Monumentorum tom. 2. pag. 528. legendum esse monebat *adteritur*, scitâ antitheſi ex *adteritur*, & *exsurgit*; sed minùs benè.

Pag. 180. lin. 5. *Adversarius.*] Id est, diabolus; & ita vocatur à Lactantio lib. de Opificio Dei cap. 1. *Nam ille colluctatôr & ADVERSARIUS noster scis quàm sit astutus... qua illicere possunt, pro laqueis habet.*

Ibidem. *Et restitutâ per orbem.*] In MS. deest *&* sed locus hujus syllabæ remanet vacuus: deinde legitur *restituto per orbem*, *&c.* sed scriptoris errore, ubi *restituto*, pro *restitutâ* scriptum est.

Ibidem. lin. 6. *Profligata nuper Ecclesia.*] Sic Lactantius dicit Divin. Institut. lib. 5. c. 2. PROFLIGARE *sapientiam*; & cap. 4. *omnes... uno semel impetu* PROFLIGAREM.

Lin. 1. *Templum Dei, quod ab impiis fuerat eversum, misericordiâ Domini fabricatur.*] Templum Nicomediense, de quo Lactant. agit c. 13. & lib. 5. Instit. cap. 2. *Ego cùm in Bithyniâ oratorias litteras accitus docerem, contigisset que ut eodem tempore* DEI TEMPLUM EVERTERETUR. Viden eamdem locutionem? Attamen Cuperus & Baluzius in secunda editio. per *templum* intelligunt *Cœtum Christianorum*; Verùm non potest dici de fidelium Societate restaurandâ quod *fabricatur*. Verbum istud non intelligitur nisi de opere materiali, non de congregatione fidelium & unione Christo sub primario Pastore instauratâ.

Lin. 2. *Principes.*] Constantinum & Licinium. Horum diploma vide infrà n°. XLVIII.

Ibidem. *Qui Tyrannorum nefaria & cruenta imperia rescinderunt.*] Lactantius lib. 5. Div. Institut. cap. 11. *Rescripta* PRINCIPUM NEFARIA; lib. 7. cap. 26. *Qui posses verâ pietate aliorum malè consulta* RESCINDERE.

Lin. 4. *Transacti.*] MS. Colb. *trisansaru.*

Lin. 6. *Precibus.*] Verbum istud addidimus, ut sensum clariorem eliciamus.

Lin. 7. *Et afflictos.*] At in MS. *ut afflictos.*

Ibidem. *Sublevat. En nunc.*] Aliæ editiones legunt *sublevavit. Nunc.* Sed propiùs & scrupulosiùs inspecto Manuscripto codice, legi *sublevat. En nunc*, quod sonat elegantiùs.

Lin. 8. *Deterget; & qui.*] Priores Editi habent *deterſit*; sed admoto lumine, legimus *deterget*, *& luii*, *&c.* quod ultimum verbum rectè ab editoribus interpretatur *Qui.*

Ibidem. *Illuctati.*] In MS. legitur *illustrati*: at unius litteræ mutatione lego *illuctati*, quasi dicas *adversati*, quod ultimum verbum erat in prioribus editis *qui illuctati erant Deo, jacent.* Ità igitur à me restitutum: sic apud Statium reperitur participium *illuctans.* Jam verò quòd ad hujusce verbi regimen attinet, infrà cap. 18. legitur quoque *luctari* cum tertio casu, etiamque *reluctari* cap. 11. & *obluctari* Virgil. 3. Æneid. Et Lactantius his vocibus *luctari*, *reluctari*, *luctatio*, *eluctatio*, *eluctari* sæpè utitur, lib. 2. cap. 20. lib. 3. cap. 11. bis, lib. 4. cap. 25. & 30. lib. 5. cap. 21. lib. 6. cap. 18. 23. 24. Porrò verbum *jacent*, præcedenti verbo *illuctati erant* optimè respondet. Autor noster eodem sensu lib. 7. Divin. Institut. cap. 26. dixit: *Qui cœlestis ac singularis Dei cultum tollere voluerunt, profligati* JACENT.

Lin. 10. *Justos.*] Id est, Christianos. Sic eos vocat Lact. lib. 1. cap. 1. lib. 5. cap. 11.

Ibidem. *Excarnificaverunt.*] Sic in MS. aliæ editiones *excarnificaverant.* At nil mutandum esse putavimus.

Lin. 11. *Seriùs*, *&c.*] In MS. corruptè legitur *Seruit... Destulerat.* In primâ editione & in aliis deinceps, *profuderunt... Distulerat.* Cætera autem verba omissa erant; quæ Nourisius rectè primus ex MS. restituit.

Digitized by Google

pœnas eorum Deus, ut ederet in eos magna & mirabilia exempla; quibus posteri discerent, & Deum esse unum, & eumdem vindicem, digna videlicet supplicia impiis ac persecutoribus inrogare. De quorum exitu scripto testificari placuit, ut omnes qui procul amoti fuerunt, vel qui posteà futuri sunt, scirent, quatenùs virtutem ac majestatem suam in excindendis delendisque nominis sui hostibus Deus summus ostenderet. Hinc itaque utile est, si à principio ex quo est Ecclesia constituta, qui

www.libtool.com.cn

Lin. 2. *Quibus posteri discerent.*] Sic habet MS. codex: itaque post *quibus*, expunxi &, quod est in omnibus editis.

Ibidem. *Et eumdem vindicem, digna videlicet supplicia, &c.*] Ità restituendum judicavimus; in MS. enim legitur, *& eumdē vicucē digna vid. . suplitia, &c.* Verùm primaria editio habebat, *& eumdem mortem dignâ ultione superbis & impiis:* sed hæc non concordant cum scripturâ Manuscripti. Maximè ergò depravatus est aliarum editionum textus, quem hîc ad MS. fidem accommodamus. Loco *Vicucē* supplevimus *Vindicem*, ex eo quòd lib. 5. Divinar. Instit. cap. 21. initio legitur, *Deus ipse* VINDEX *erit.*

Lin. 3. *De quorum exitu scripto testificari placuit.*] In MS. legitur, *de quo exitu... tificari placuit.* Sed cùm phrasis sit imperfecta, eam sic restituimus; *quorum*, loco vocis *quo*, atque post *exitu*, addidimus *scripto tes-*, quia Libellus iste tum exules vel remotos, tum posteros docere debebat. Nourisius restituerat *de quo exitu palam testificari, &c.* Sed *palam*, minùs aptè positum est: vox *scripto* eo loci aptior est. *Exitus* verò idem est ac *Mors.* Sic infrà cap. 50. circa medium, *exitu ejus audito, protinùs fugit.*

Lin. 4. *Procul amoti fuerunt.*] In MS. legitur tantùm *procul moti fuerunt*, id est, in exilium pulsi, vel relegati, undè supplendam esse judicavi litteram *a*, ita ut legatur *amoti;* hinc exurgit sensus clarior. Sic apud Tacitum *amoveri in insulam*, pro *in exilium pelli.*

Lin. 5. *Posteà futuri sunt.*] In MS. hæc solùm leguntur *p.... turi sunt;* supplevimus juxta spatium quod exhibet MS. alii legunt *post nos futuri sunt*; alii verò *post nos victuri sunt:* Sed elegimus verba simplicia, quæ sensum optimum juxta spatium MS. repræsentarent.

Ibidem. *Virtutem ac majestatem suam.*] Et infrà cap. 5. *Adversùs majestatem singularis Dei.* Lactantius Div. Institut. lib. 1. cap. 1. *Majestatem Dei singularis ac veri cognovistis &c.* l. 3. c. 4. lib. 2. c. 1. *Singularis Dei asserere majestatem*, bis, lib. 4. cap. 26. VIRTUTEM MAJESTATEMQUE DEI SINGULARIS *interpretari;* lib. 6. cap. 9. VIRTUTEM AC MAJESTATEM DEI SINGULARIS *enarrat.* lib. 5. cap. 15. & 22. lib. 7. frequenter. lib. 4. adhuc cap. 29. lib. 6. cap. 17. lib. de Irâ Dei cap. 20. *& abjectis terrenis cultibus*, MAJESTATEM DEI SINGULARIS *agnoscunt.* Epitom. cap. 3. & 4. Et alibi passim.

Lin. 6. *In excindendis delendisque, &c.*] In MS. legitur, *in e.....dis delendisque:* post litteram *e* apparet pars media litteræ *x*; itaque supplevimus *excindendis*, quam vocem usurpat infrà Autor noster capite 2. circa medium hoc modo: *Prosilivit* (Nero) *ad excindendum Cœleste templum delendamque justitiam;* vel supple *extinguendis*: sic initio cap. 46. has voces ita jungit, *ut Christianorum nomen extingueret funditùsque deleret.*

Ibidem. *Deus summus.*] Et cap. 47. Hasce dictiones inter Lactantii scripta centies deprehendes, lib. 1. Divin. Institut. cap. 1. *Te* DEUS SUMMUS *ad beatum Imperii culmen evexit.* Ibid. cap. 5. cap. 6. lib. 2. cap. 1. lib. 3. cap. 11. lib. 4. cap. 4. bis cap. 6. cap. 10. cap. 13. cap. 16. lib. 7. cap. 27. Epitom. cap. 12. cap. 28. 43. 49. bis. lib. de Irâ Dei cap. 2. Et alibi passim. Quin hæc etiam epitheta *singularis & summus*, inter alia (ait Baudri) Lactantium istius quoque libelli parentem esse suadeant, dubitari non potest.

Ibidem. *Ostenderet.*] Fortè legendum *ostenderit*: vide præcedentia.

Lin. 7. *Hinc itaque utile est, si.*] In MS. legitur tantùm *Vinc ta... est, si*, undè sensum formavimus in hunc modum, *hinc itaque utile est, si, &c.* idque juxta spatium MS.

Ibidem. *Qui fuerint persecutores.*] In MS. est *qui fuerint.... ecutores....* deficientibus 4. litteris ante *ecutores.* Hunc itaque locum sic restituendum esse existimo, *qui fuerint persecutores.* Parisiensis editio an. 1710. habet *fuerunt*, quod contrarium est MS. codici, & stare non potest cum *vindicaverit* quod sequitur. Hæc editio legit *fuerunt auctores*, sed malè. Namque in MS. clarè scriptum est *fue-*

Digitized by Google

fuerint perſecutores, & quibus pœnis in eos cœleſtis judicis ſeveritas vindicaverit, exponam.

rint : deinde malè *auctores* ſcribit, cùm appareat pars inferior litteræ *p*, & ſuperior litteræ *ſ*. Itaque legendum eſt *perſecutores*. Vide ſpecimen ſuprà poſitum.

Lin. 1. *In eos ... vindicaverit.*] Lactantius noſter lib. 2. Divin. Inſtitut. cap. 4. IN *ſacrilegos* VINDICARUNT ; & lib. 4. cap. 17. *Ego* VINDICABO IN *eum*.

II.

EXTREMIS temporibus Tiberii Cæſaris, ut ſcriptum legimus, Dominus noſter Jeſus Chriſtus à Judæis cruciatus eſt, poſt diem decimum Kalendarum Aprilium, duobus Geminis Conſulibus : cùm reſurrexiſſet die tertio, congregavit diſcipulos, quos metus comprehenſionis ejus in fugam verterat ; & diebus quadraginta cum his commoratus, aperuit corda eorum, & Scripturas interpretatus eſt, quæ uſque ad id tempus obſcuræ atque involutæ fuerunt. Ordinavitque eos, & inſtruxit ad prædicationem dogmatis ac doctrinæ ſuæ, diſponens Teſtamenti novi ſolen-

An. 29. vel potiùs anno 33.

Lin. 2. *Jeſus Chriſtus ... cruciatus eſt.*] Id eſt, cruci affixus. Eodem ſenſu utitur eâdem voce Lactantius Div. Inſtitut. lib. 1. cap. 16. *Ab hominibus inſigni ſupplicio affectum &* EXCRUCIATUM ; lib. 4. cap. 18. & Epitom. Div. Inſtit. cap. 18. *Et* CRUCIAVERUNT *illum in humilitate magnâ ;* lib. 4. cap. 22. *ut mortalis occiſus ... Deum ab hominibus eſſe* CRUCIATUM ; & Epitom. cap. 18. *Cùm igitur ad dexteram Dei ſedeat, calcaturus inimicos ſuos qui eum* CRUCIAVERUNT. Sic lib. 4. cap. 16. *cruciando*, eodem ſenſu.

Ibidem. *Poſt diem decimum Kalendarum Aprilium.*] MS. habet *Aprilium*, non *Aprilis*. Lactantius lib. 4. Div. Inſtitut. cap. 10. *Duobus Geminis Conſulibus ante* DIEM DECIMUM KALENDARUM APRILIUM *Judæi Chriſtum cruci affixerunt ;* quod idem eſt. Vide ſuprà Not. lib. 4. ad finem capitis 10. Eſt Elyptica locutio, quam ſupplere poſſis, poſt eorum diem decimum Kalendarum Aprilium, ſive poſt eum diem inceptum. Ita verba Chriſti, *Poſt tres dies reſurgam*, Marc. 8. v. 31. à pleriſque doctioribus exponuntur *die tertio*, vel *poſtquàm venerit dies tertius*. Partim ex *Joanne Columbo*.

Sed POST DIEM DECIMUM KALENDARUM APRILIUM, & ANTE DIEM DECIMUM KALEND. APRILIUM idem eſſe ac *die decimo Kalendarum*, poſteà in noſtrâ ad hunc librum Diſſertatione abundè demonſtrabimus, ex ipſo Lactantio aliiſque. Eam conſulere non te pigeat.

Lin. 3. *Duobus Geminis Conſulibus.*] Hoc aſſignat Inſtitutionum libro 4. cap. 10. anno Tiberii quinto-decimo. Id quidem convenienter Conſulatui duorum Geminorum. At obſerva, Lector, quàm immaniter indè hallucinetur. Tiberius annum Imperii quintum decimum iniit anno 28. æræ vulgaris. Hoc ipſo Tiberii anno Joannes Baptiſta, uti apud Lucam cap. III. 1. 2. 3. legimus, pœnitentiam prædicare cœpit. Erat is juxta noſtrum Lactantium Tiberii annus quintus decimus... Baptizatus itaque Chriſtus die 6. Januarii, *Conſulibus duobus Geminis* anno æræ vulg. 29. & paſſus die 23. menſis Martii inſequentis, nonniſi per duos menſes ac dimidium ea omnia peregit, quæ ab ipſius baptiſmo ad mortem uſque referuntur. Quod quidem portentoſum eſt dictu, quamvis ab aliis multis Veterum inconſultè pronuntiatum fuerit, ac Faſtis Idatianis infartum. Quid enim tandem fiet de quatuor Paſchatibus, quibus Servatoris miniſterium apud Evangeliſtas diſtinguitur ? &c. Hæc Doctiſſ. Nic. *Toinardus* Auſcilianenſis.

Lin. 4. *Comprehenſionis.*] Eâdem ſignificatione bis offendes COMPREHENSI & COMPREHENDAT, Divin. Inſtitut. lib. 7. cap. 17. & infrà cap. 15.

Lin. 7. *Ordinavitque eos, & inſtruxit ad prædicationem dogmatis ac doctrinæ ſuæ.*] Lactantius lib. 4. Divin. Inſtitut. cap. 21. & Epitom. cap. 47. ORDINATA *vero diſcipulis Evangelii ac nominis ſui* PRÆDICATIONE ; vel juxta MSS. codices Jun. & Goth. ORDINATA *diſcipulis ſuis Evangelicâ* DOCTRINA ; & mox, PRÆDICAVERUNT.

Digitized by Google

nem disciplinam. Quo officio repleto, circumvolvit eum procella nubis, & subtractum oculis hominum rapuit in cœlum. Et indè discipuli, qui
Act. 1. 26. tunc erant undecim, adsumptis in locum Judæ proditoris Matthiâ &
Act. 9. 15. Paulo, dispersi sunt per omnem terram, ad Evangelium prædicandum, sicut illis magister Dominus imperaverat; & per annos XXV. usque ad principium Neroniani imperii, per omnes provincias & civitates Ecclesiæ fundamenta miserunt. Cùmque jam Nero imperaret, Petrus
An. 54. Romam advenit; & editis quibusdam miraculis, quæ virtute ipsius Dei,
vel an. 58. datâ sibi ab eo potestate, faciebat, convertit multos ad justitiam, Deoque templum

Lin. 1. *Repleto.*] Quod facilius in MS. legitur, quàm *expleto*, quod est in editis: igitur nil mutare debuerant editores.

Lin. 2. *Rapuit in cœlum.*] Lactantius Div. Institut. lib. 7. cap. 17. RAPIETUR IN COELUM.

Lin. 3. *Adsumptis in locum Judæ proditoris Matthiâ & Paulo.*] Ne ex his verbis inferas, Paulum unà cum Matthiâ fuisse Judæ ab Apostolis suffectum. Tantùm (incuriosiùs paulò scribens) Lactantius innuere voluit, loco Judæ alios duos Apostolatûs munere fuisse functos, Matthiam scilicet sorte lectum. (*Act.* 1. *v.* 26.) & Paulum ab ipso Christo assumptum. *Toinardus.*

Lin. 4. *Ad Evangelium prædicandum.*] Lactant. lib. 4. cap. 21. *Petrus & Paulus Romæ* PRÆDICAVERUNT.

Lin. 5. *Magister Dominus.*] Lactantius lib. 4. cap. 21. In nomine MAGISTRI DEI, & cap. 26. necnon lib. 6. cap. 8. Et alibi passim.

Ibidem. *Et per annos XXV. &c.*] A Consulatu duorum Geminorum, sive ab anno æræ vulg. Chr. 29. quo, ex Lactantii hypothesi Apostoli post Pentecosten prædicaverunt ubique Evangelium, anni quidem sunt 25. completi usque ad 13. diem Octobris anni Chr. 54. quo Nero successit Claudio: at ab anno æræ Chr. 33. quo revera passus est Christus, ad 58. sunt anni 25.

Fortassis ex his viginti quinque annis, qui ad prædicationem omnium Apostolorum ex æquo pertinent, orta est opinio de 25. annis, quos quidam veteres, & innumerabile recentiorum agmen S. Petro Apostolo tribuunt in sede Romanâ... Si autem fas esset recedere à vulgari & in animis hominum insitâ opinione, ei Lactantianam lubenter præferrem, id est, Petrum quidem Romæ prædicasse Evangelium facilè concederem, non sub Tiberio Claudio, ut vulgò putant, sed sub Nerone Claudio. Quippe stabilitâ semel hâc verissimâ (ut puto) sententiâ, conquiescit statim omnis disputatio absque ullo incommodo autoritatis Romani Pontificis. Neque enim longa annorum series, quibus Petrus fuerit Episcopus Romæ, primarum illius Ecclesiæ stabilivit, sed persona Petri, qui cathedram suam ibi collocavit, & eam suo sanguine solidavit ac confirmavit. *Ex Baluzio.*

Lin. 7. *Ecclesia fundamenta miserunt.*] Id est, *posuerunt; mittere*, pro *ponere*. Ita usurpant passim Agrimensores, *limitem mittere, mettre une borne; mittere murum aut vallum*, apud Lampridium in vitâ Sept. Severi. Sed & apud Ciceronem 1. in Verrem *mittere in possessionem, mettre en possession*; apud Senecam legitur *mittere in Acta*, Gallicè *mettre dans les Registres*; apud Livium; *mittere urbes in servitutem, mettre les villes en servitude*; apud Statium, *corpus mittere sepulcro, mettre un corps dans le tombeau.* Apud Sidonium Apollinarem lib. 2. epist. 11. *jam semel missa fundamenta certantis amicitiæ.* Apud veterem Vulgatæ nostræ Interpretem *vinum novum in utres novos mittunt, &c.* Matth. cap. 9. v. 17. cap. 15. v. 26.

Ibidem. *Cùmque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit.*] Multi duplicem Petri adventum ad urbem Romam sub Claudio & Nerone asserunt, alii tantummodò unum sub Nerone agnoscunt; nonnulli verò heterodoxi Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ inimici utrumque negant, quos solidè admodùm confutârunt ejusdem Religionis Joan. Pearsonius in *Operib. posthum.* & Samuel Basnagius Exercitat. Histor. ad an. 44. n. 25. *Toinard.*

Lin. 9. *Convertit multos ad justitiam.*] Sic infrà dicit *ad defendam* JUSTITIAM, id est, Religionem cultumque veri Dei. Lactantius eodem sensu dixit lib. 5. cap. 7. *Reddita quidem terra, sed paucis assignata* JUSTITIA *est, qua nihil aliud est, quàm Dei unici pia & religiosa cultura*; & lib. 5. cap. 12. *invalescente* JUSTITIA; lib. 7. cap. 16. & 26. in Epilogo ad Constantinum, *Te Deus summus ad restituendum*

Digitized by Google

templum fidele ac ſtabile collocavit. Quâ re ad Neronem delatâ, cùm animadverteret non modò Romæ, ſed ubique quotidiè magnam multitudinem deficere à cultu idolorum, & ad religionem novam, damnatâ vetuſtate, tranſire; ut erat execrabilis ac nocens tyrannus, proſilivit ad excidendum cœleſte templum, delendamque juſtitiam, & primus omnium perſecutus Dei ſervos, Petrum cruci adfixit, & Paulum interfecit. Nec tamen habuit impunè; reſpexit enim Deus vexationem populi ſui. Dejectus itaque faſtigio imperii, ac devolutus à ſummo tyrannus impotens, nuſquàm repentè comparuit; ut ne ſepulturæ quidem locus in An. 68.

tuendum JUSTITIÆ *domicilium excitavit.* Et lib. 1. cap. 1. *Per quem ...* JUSTITIA *& ſapientia reſtitutæ eſt.*

Pag. 184. lin. 9. *Deoque templum fidele ac ſtabile collocavit.*] Infrà de Nerone, *Proſilivit ad excidendum cœleſte* TEMPLUM, *delendamque juſtitiam*; & cap. 15. *Nam Conſtantius ... verum* DEI TEMPLUM *quod eſt in hominibus, incolume ſervavit.* Lactantius lib. 4. Div. Inſtitut. cap. 14. *Verum* TEMPLUM DEI, *quod non in parietibus eſt, ſed in corde ac* FIDE *hominum, qui credunt in eum, ac vocantur* FIDELES; & cap. ſeq. *Æternum & immortale Dei templum*; & cap. 24. *Habeatque radicem & fundamentum,* STABILISQUE *apud homines & fixa permaneat.* Et lib. 4. cap. 10. *ut conſtitueret* DEO TEMPLUM, *doceretque juſtitiam.*

Lin. 1. *Templum fidele.*] Hîc & infrà lineâ 5. per *templum cœleſte* intelligitur Religio Chriſtiana, vel cœtus Chriſtianorum; quod ex adjunctis vocibus *fidele & cœleſte*, rectè interpretatur.

Lin. 4. *Execrabilis ac nocens tyrannus.*] Sic infrà cap. 4. *Execrabile animal Decius. Nocens* eſt, nefarius & impius. Vox *execrabilis* ſæpè apud Lactantium. Vide lib. 1. cap. 21. lib. 3. cap. 18. lib. 6. cap. 17. & cap. 23. lib. 7. cap. 16. &c. Epitom. cap. 63.

Lin. 5. *Ad excidendum cœleſte templum.*] Ità Lactantius noſter lib. 3. Div. Inſtitut. cap. 26. dixit EXCIDERE *vitia*; lib. 6. cap. 15. *vitia penitùs* EXCIDUNT; lib. 5. cap. 3. *veritatem penitùs* EXCIDERE; & lib. de Irâ Dei cap. 17. *voluerunt eam penitùs* EXCIDERE.

Ibidem. *Delendamque juſtitiam.*] Id eſt, Religionem Chriſtianam, cultumque veri Dei.

Ibidem. *Primus omnium perſecutus Dei ſervos.*] Sic Tertullianus Apolog. cap. 5. S. Auguſt. l. 2. contra litteras Petiliani c. 92. Sulpic. Severus lib. 2. de Nerone loquens; *dignus extitit qui perſecutionem in Chriſtianos primus inciperet.* A Lactantio poſt *omnium*, erat cum Euſebio addendum *Imperatorum*; vel *à conſtitutâ Eccleſiâ.* Præceſſerant enim martyria SS. Joannis Baptiſtæ, Jacobi, & Stephani, quo tempore ex Actis cap. 8. fuit magna perſecutio Jeroſolymis. In MS. Colb. pro *perſecutus*, eſt *perſecutos*; mendosè.

Lin. 7. *Nec tamen habuit impunè*] Ità MS. Colb. *habuit*, ut & infrà ad initium capitis 30. ubi pariter legitur in eodem MS. *habuit impunè.* In poſteriore loco editio Pariſienſis an. 1710. & in priore priſcæ editiones ſubſtituerunt *abiit*; ſed perperàm. Eâdem enim locutione utitur Lactantius in Epitome cap. 53. NEC *ullus* IMPUNE HABUIT *quòd Deum læſit*; & cap. 55. *Cur* IMPUNE HABENT *Ægyptii, qui pecudes & omnis generis beſtias colunt? Habuit*, vox eſt inter lineas in MS. addita, ſed eâdem planè manu.

Ibidem. *Reſpexit enim Deus vexationem populi ſui.*] Suetonius: *Cùm à Senatu* [Nero] *quæreretur ad pœnam, è palatio fugiens, ad quartum Urbis milliarium in ſuburbano libertî ſui, inter Salariam & Numentanam viam ſemet interficit anno ætatis ſuæ* 32. Quod contigit anno Chriſti 68. die 9. Junii. *Toinard.*

Lin. 9. *Nuſquàm repente comparuit, ut ne ſepultura quidem locus tam malæ beſtiæ appareret.*] S. Auguſtinus de Civitate Dei lib. xx. cap. 19. *Nonnulli ipſum* [Neronem] *reſurrecturum, & futurum Antichriſtum; Alii verò nec eum occiſum putant: ſed ſubtractum potiùs, ut putaretur occiſus; & vivùm occultari in vigore ipſius ætatis in quâ fuit, cùm crederetur extinctus, donec ſuo tempore reveletur, & reſtituatur in regnum.* Fuit illa plerorumque opinio tertio, etiamque quarto ſeculo, Neronem venturum ante ſeculi finem, & ipſum vel fore Antichriſtum, vel iiſdem temporibus per Occidentem ſæviturum, quibus ille per Orientem. Quæ fuit etiam opinio S. Martini Turonenſ. & Sulpic. Severi Dialog. 2. atque Hiſtoriæ Sacræ lib. 2. *Sed multum mira hæc opinantium præſumptio*, inquit Au-

Digitized by Google

terrâ tam malæ beſtiæ appareret. Undè illum quidam deliri credunt eſſe
Sibyll. lib. 5. & 6. tranſlatum, ac vivum reſervatum, Sibyllâ dicente matricidam profugum à finibus eſſe venturum; ut quia primus perſecutus eſt, idem etiam noviſſimus perſequatur, & Antichriſti præcedat adventum. Itaque fas eſt credere, ficut duos Prophetas vivos eſſe tranſlatos in ultima tempora, atque initium Chriſti ſanctum ac ſempiternum, cùm deſcendere cœperit, quod Sibyllæ futurum prænuntiant: eodem modo etiam Neronem venturum putant, ut præcurſor diaboli ac prævius ſit venientis ad vaſtationem terræ, & humani generis everſionem.

www.libtool.com.cn

guſtinus, loco ſuprà citato. Contra Lactantii & Sulpicii opinionem facit, quod à Plutarcho refertur in vitâ Galbæ; maximè verò quod ait Suetonius lib. 6. cap. 50. *Funeratus eſt impensâ ducentorum millium, ſtragulis albis auro intextis, quibus uſus Kalend. Januarii fuerat. Reliquias Ægloge & Alexandria nutrices cum Acte concubinâ gentili Domitiorum monumento condiderunt, quod proſpicitur è campo Martio impoſitum colle hortorum. In eo monumento ſolium porphyretici marmoris ſuperſtanti Lunenſi arâ circumſeptum eſt lapide Thaſio.* Toinard.

Lin. 1. *Tam malæ beſtiæ.*] Eâdem locutione utitur de tyrannis ſcribens infrà cap. 4. Et cap. 9. de Maximiano Galerio: *Inerat huic* BESTIA *naturalis barbaries & feritas;* & cap. 16. 25. 32. 39. & 52, Divinarum autem Inſtitut. lib 5. cap. 11. *Illa eſt verè* BESTIA, *&c.* Et cap. 23. *Poſtea vindicaturum ſe in eos* [Deus] *pollicetur, & exterminaturum* BESTIAS MALAS *de terrâ;* nec non lib. 6. cap. 9. BELLUAS etiam eos nominat, lib. 5. cap. 11. lib. 6. c. 17.

Ibidem. *Deliri.*] MS. *deleri.*

Lin. 2. *Sibyllâ dicente.*] Sic libros Sibyllinos laudare ſolet Lactantius, tametſi illos ſciret non unius eſſe Sibyllæ, ſed plurium. Ita ipſe lib. 1. Divin. Inſtitut. cap. 6. *Et ſunt ſingularum ſinguli libri: qui quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe creduntur. Sed & nos confusè Sibyllam dicemus, ſicubi teſtimoniis earum fuerit abutendum.* Hi loci videntur eſſe ex lib. 5. & 6. Sibyllinorum oraculorum. Vid. Not. Baluz.

Lin. 3. *A finibus.*] Doctiſſimus Janſon ab Almeloveen addendum eſſe ait *terra*, quod excidiſſe putat.

Lin. 4. *Perſequatur.*] Ita MS. ſed litteris breviatis; quod melius convenit cum *præcedat.*

Ibidem. *Itaque fas eſt credere.*] Ità reſtitui, apprimè obſervatâ Manuſcripti ſcripturâ, in quo *fas* tantùm ſatis aptè legitur; ſpatium verò præcedit quinque vel ſex litterarum, undè repoſui *itaque.* Hæc vox ſpatium implere poteſt. Aliæ editiones habent, *nefas eſt credere.* Sed lectio quam ſequimur, in textu conſonantior mihi videtur cum MS. & cum ſequentibus Autoris verbis.

Lin. 5. *Duos.*] MS. habet *duas*, ſed malè.

Ibidem. *In ultima tempora, atque initium Chriſti.*] Poſt *ultima* abraſa ſunt in MS. duo ſaltem verba. Sed cùm inſpectâ diligenter ſcripturâ legantur tres ultimæ litteræ vocis *atque*, tunc ſupplendum putavi *tempora atque.* At duo Prophetæ quorum hic habetur mentio, ſunt *Moſes atque Elias.*

Lin. 7. *Quod Sibyllæ futurum prænuntiant.*] Poſt *cœperit*, deſunt in MS. decem circiter litteræ, uſque ad *um pronuntiant.* Has exiſtimavi ſuppleri poſſe his verbis, quæ breviatis litteris iſtud ſpatium replere poſſunt. Cæteræ editiones habent *pronuntiant*, quod verbum breviatum legi poteſt *prænuntiant.* De his porrò Sibyllarum prophetiis vide lib. 7. Inſtitut. cap. 15. uſque ad 20.

Lin. 8. *Ut præcurſor, &c.*] Hîc in MS. legitur ſolùm *curſor*, atque ante vocem iſtam tres aut quatuor deſunt litteræ, quas per iſtas *ut præcurſor* ſupplevimus, vel per *qui præcurſor.*

Lin. 9. *Humani generis.*] In MS. deſunt litteræ duæ ultimæ *Humani*, ac priores duæ *generis*: itaque non difficile fuit iis ſupplere.

III.

POST hunc, interjectis aliquot annis, alter non minor tyrannus ortus

Lin. 1. *Aliquot.*] In MS. legitur *aliquod*, quod erratum frequens eſt in eo libro.

Ibidem. *Alter non minor tyrannus ortus eſt.*] *Ortus eſt*, id eſt, impetare cœpit; Domitia-

Digitized by Google

est; qui cùm exerceret injustam dominationem, subjectorum tamen cervicibus incubavit quàm diutissimè, tutusque regnavit, donec impias manus adversùs Dominum tenderet. Postquàm verò ad persequendum justum populum instinctu dæmonum incitatus est, tunc traditus in manus inimicorum luit pœnas. Nec satis ad ultionem fuit, quòd est interfectus: domi etiam memoria nominis ejus erasa est. Nam cùm multa mirabilia opera fabricasset, cùm Capitolium aliaque nobilia monumenta feciſſet, Senatus ita nomen ejus persecutus est, ut neque imaginum, neque titulorum ejus relinqueret ulla vestigia, gravissimis decretis etiam mortuo notam inureret ad ignominiam sempiternam. Rescissis igitur actis tyranni, non tantùm in statum pristinum Ecclesia restituta est, sed etiam multò clariùs ac floridiùs enituit; secutisque temporibus, quibus multi ac boni principes Romani imperii clavum regimenque tenuerunt,

An. 81.

An. 95.

An. 96.

nus, duodecim Cæsarum postremus. *Toinard.* Domitianus *Calvus Nero* dictus à Juvenale, quem Tertullianus in Apologetico cap. 5. vocat *portionem Neronis in crudelitate*; & Eusebius lib. 3. Hist. Eccles. cap. 17. *Neroniana impietatis & odii adversùs Deum successorem.* Baluz.

Lin. 1. *Injustam.*] Sic potest legi in MS. cæteræ editiones habent *invisam.*

Ibidem. *Subjectorum cervicibus incubavit.*] Lactantius Div. Institut. lib. 5. cap. 5. *Soli absconditis* INCUBARENT; & cap. 9. *In eos totis carnificinæ suæ viribus* INCUMBUNT; lib. 7. cap. 19. *Capto mundo, cum magnis latronum exercitibus* INCUBABIT.

Lin. 4. *Traditus in manus inimicorum luit pœnas.*] Domitianus mense Februario anni Chr. 94. sævire cœpit. Peremptus est anno Christi 96. XIV. Kalend. Octobris, (sive die 18. Septembris,) ut in confesso est apud omnes. *Toinard.* Neque aliter Lactantius Divin. Institut. lib. 7. de Antichristo: *Et captus, tandem scelerum suorum luat pœnas.* Idem Epitom. cap. 68.

Lin. 5. *Interfectus: domi.*] Sic legere maluimus cum Doctissimo Cupero, quàm cum cæteris *interfectus domi.*

Lin. 6. *Memoria nominis ejus erasa est.*] Et infrà cap. 52. *Et erasit de terrâ.* Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 12. *Octobrem verò suo nomine Domitianus invaserat: sed uti infaustum vocabulum ex omni ære vel saxo placuit eradi.* Baluz.

Ibidem. *Cùm multa mirabilia opera fabricassset.*] Suetonius in Domitiano: *Plurima & amplissima opera incendio absumta restituit, in quæis & Capitolium, quod rursùs arserat, sed omnia sub titulo tantùm suo, nec sine ullâ pristini autoris memoriâ.* Baluz.

Lin. 8. *Neque imaginum, neque titulorum ejus, &c.*] Id ipsum scribit Eusebius lib. 3. cap. 20. Hist. Eccles. Suetonius: *Contrà Senatus adeò lætatus est, ut repletâ certatim Curiâ, non temperaret quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret, scalas etiam inferri, clypeosque & imagines ejus coràm detrahi, & ibidem solo affigi juberet, novissimè eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret.* Ex Baluzio.

Lin. 9. *Relinqueret.*] MSS. *relinquerent.*

Ibidem. *Gravissimis.*] In MS. est *gravissimè*, cum majusculâ initiali litterâ, præcedente puncto; malè.

Lin. 10. *Rescissis actis tyranni.*] Vide suprà Not. ad cap. 1.

Lin. 11. *Non tantùm.*] Sic MS. breviatis litteris *ttm*; at in editis est, *non modò*: malè.

Ibidem. *Ecclesia restituta.*] Narrat Dio apud Xiphilinum, Nervam omnes, qui impietatis in deos rei fuerant, absolvisse, exules in patriam reduxisse, edicto insuper vetuisse, ne cui liceret aut impietatis sive Judaïcæ sectæ (sic tum vocabant Religionem Christi) quempiam dehinc insimulari. Eâ porrò occasione Joannes Apostolus, qui in Patmon insulam à Domitiano fuerat relegatus, exilio solutus, Ephesum reversus est, ut ex Clemente Alexandrino recitat Eusebius lib. 3. cap. 23.

Lin. 13. *Ac.*] Hanc conjunctionem Heumannus putat esse delendam, ut meliùs fluat oratio.

Ibidem. *Boni Principes.*] Quamvis pagani, scilicet Nervà, Trajanus, Antonini, &c. qui edicta contra Christianos non promulgarunt. Lactantius in fine libri septimi Div. Institut.

Digitized by Google

nullos inimicorum impetus passa, manus suas in orientem occidentemque porrexit; ut jam nullus esset terrarum angulus tam remotus, quò non religio Dei penetrasset; nulla denique natio tam feris moribus vivens, ut non suscepto Dei cultu, ad justitiæ opera mitesceret. Sed enim posteà longa pax rupta est.

www.libtool.com.cn

ad Constantinum: *Quoniam unus ex omnibus extitisti, qui præcipua virtutis & sanctitatis exemplа præberes, quibus antiquorum* PRINCIPUM *gloriam, quos tamen fama inter* BONOS *numerat, non modò æquares, sed etiam, quod est maximum, præterires, &c* De bonis Principibus, qui & libertatem credendi nostris hominibus permiserunt, & eorum ministerio in palatio & in provinciis usi sunt, eosque ad maximas dignitates evexerunt, videndus Eusebius initio libri 8. Histor. Eccles. *Baluzius.*

Lin. 1. *Nullos inimicorum impetus passa.*] Id est, ferè nullos, aut levioris momenti.

Ibidem. *Manus suas in Orientem Occidentemque porrexit.*] Lactantius lib. 7. Div. Institut. cap. 15. *Roma . . . sublatâ Carthagine.* MANUS SUAS IN *totum orbem terrâ marique* PORREXIT. Epitom. cap. 51. *Alas suas* IN ORIENTEM OCCIDENTEMQUE PORREXIT.

Lin. 2. *Nullus terrarum angulus tam remotus, quò non Religio Dei penetrasset.*] Lactantius lib. 4. Divin. Institut. cap. 26. *Crux potiùs electa est, quæ significaret illum tam conspicuum tamque sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum pariter & colendum, cuncta nationes ex omni orbe concurrerent.* DENIQUE NULLA GENS TAM *inhumana est, nulla regio* TAM REMOTA, *cui aut passio ejus, aut sublimitas majestatis ignota sit.* Baluz.

Ib dem. *Quò non.*] In MS. *co n.*

Lin. 3. *Denique natio.*] In MS. *denique di natio.*

Ibidem. *Nulla denique natio tam feris moribus vivens, &c.*] In MS. post *denique*, est *di natio.* Vel est *mundi*, vel est *Dei*: quam vocem, ut superfluam, expungendam esse dicit Baluzius.

IV.

An. 249. EXTITIT enim post annos plurimos execrabile animal Decius, qui vexaret Ecclesiam. Quis enim justitiam, nisi malus persequatur? Et quasi hujus rei gratiâ provectus esset ad illud principale fastigium, furere protinùs contra Deum cœpit, ut protinùs caderet. Nam profectus adversùs Carpos, qui tum Daciam Mœsiamque occupaverant, statimque circum-

Lin. 1. *Extitit post annos plurimos execrabile animal Decius, &c.*] Sæviisse Decium statim ac imperavit, docet quoque Chronicon Paschale his verbis; *Initio imperii Decii persecutione contra Christianos concitatâ . . .* Constat Decium sub finem anni 251. ad Abrittum, sive Abrittum in prælio adversùs Carpos interiisse, & imperasse plus quàm duos annos; nempè ab illo temporis, spatio quod est intra diem 17. Junii & 19. Octobris anni 249. usque ad finem Novembris anni 251. atque adeò annos duos cum mensibus circiter quinque. *Toinard.*

Lin. 2. *Quis enim justitiam, nisi malus persequatur?*] Per *justitiam* hîc intellige justum populum, populum Dei, servos Dei.

Lin. 3. *Provectus esset ad illud principale fastigium.*] Et infrà cap. 18. *sublime fastigium*, Imperatoriam scilicèt dignitatem. Haud secùs Lactantius Divin. Institut. lib. 7. cap. 26. ad finem in Epilogo ad Constantinum Imperatorem: *Te providentia summa Divinitatis* AD FASTIGIUM PRINCIPALE PROVEXIT, Videu' utriusque operis Autorem nostrum Lactantium? An ovum ovo similius esse potest?

Lin. 4. *Profectus adversùs Carpos, qui tum Daciam Mœsiamque occupaverant, &c.*] Carpos in hoc Lactantii loco, Francos in Chronico Paschali, Getas sive Gothos apud Jornandem, & Scythas apud Zosimum, eosdem esse ostendit Du Cangius in Notis, pag. 547. ad Chronic. Pasch. *Toinard.*

Ibidem. *Adversùs.*] In MS. *adversu.*

Lin. 5. *Carpos.*] Populos transdanubianos ex Ptolom. aut Gallos, juxta Cedrenum.

Digitized by Google

ventus à barbaris, & cum magnâ exercitûs parte deletus, nec sepulturâ quidem potuit honorari: sed exutus ac nudus, ut hostem Dei oportebat, pabulum feris ac volucribus jacuit. An. 251.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Deletus, nec sepulturâ quidem potuit honorari.*] Pro *nec*, mallem *ne*: sic suprà cap. 11. *Ut ne sepultura quidem locus... appareret.* Decii necem ultioni quoque divinæ tribuunt Cyprianus initio libri de Lapsis, & ad Demetrianum, pag. 282. nec non Hieronymus in Zachar. 14. Inter paludes enim victus, cum exercitu deletus est, ex Aurelio Victore.

Lin. 2. *Ut hostem Dei oportebat.*] Locutio Lactantiana lib. de Irâ Dei, cap. 19. *Si est providus*, UT OPORTET DEUM. Utrobique supple *esse*.

V.

NON multò pòst Valerianus quoque non dissimili furore correptus, impias manus in Deum intentavit; & multùm, quamvis brevi tempore, justi sanguinis fudit. At illum Deus novo ac singulari pœnæ genere adfecit, ut esset posteris documentum, adversarios Dei semper dignam scelere suo recipere mercedem. Hic captus à Persis, non modò imperium, quo fuerat insolenter usus, sed etiam libertatem, quam cæteris ademerat, perdidit, vixitque in servitute turpissimè. Nam Rex Persarum Sapor, is qui eum ceperat, si quandò libuerit aut vehiculum ascendere, aut equum, inclinare sibi Romanum jubebat, ac terga præbere, & impositò pede An. 253. An. 257. An. 261.

Lin. 1. *Non multò post Valerianus.*] Post septem annos. Nam anno Christi 257. sæviit, Imperii sui 5. *Toinard.*

Mira sunt, quæ de modestiâ ac mansuetudine, reliquisque summis Valeriani virtutibus tradit Trebellius Pollio: quæ confirmantur etiam ab Eusebio, qui lib. 7. Hist. Eccles. cap. 10. illum vel ex eo maximè commendat, quòd mansuetissimus, ac benignissimus fuerit erga Christianos; additque, nullum superiorum Principum, ne illos quidem ipsos, qui palam Christiani fuisse dicuntur, tantâ humanitate ac benevolentiâ nostros complexum esse, quantam Valerianus præ se ferebat initio principatûs sui, totamque ejus familiam Christianis hominibus abundasse, ita ut Dei Ecclesia esse videretur. Sed posteà immensùm mutatus ab illo, crudelissimè sæviit in Christianos; ac mox secuta Dei manus, quæ illum graviter afflixit. *Baluz.*

Lin. 2. *In Deum.*] MS. *In Deo.*

Lin. 3. *Pœna*] MS. *Ppenè*; ac ideò Heuman. legit, *singulari prorsùs pœnæ genere.*

Lin. 4. *Ut esset posteris documentum.*] Vide suprà cap. 1. *Distulerat pœnas eorum Deus, ut ederet in eos magna & mirabilia exempla, quibus posteri discerent, & Deum esse unum, & eumdem vindicem digna videlicet supplicia impiis ac persecutoribus inrogare.*

Ibidem. *Adversarios Dei semper dignam scelere suo recipere mercedem.*] *Semper*, ita MS. legit, id est, dignam semper suo scelere mercedem Dei hostes recipere. Quamvis non de omnibus persecutoribus agat Lactantius, sed de multis, quos posteris in dignæ ultionis exemplum adducere ira divina voluit. Pro *semper* antiqui editi legunt *sæpè*, contra fidem MS.

Lin. 5. *Quo.*] MS. *Quod.*

Lin. 7. *Sapor, is qui eum ceperat.*] Ita MSS. Priscæ editiones habent *Sapores, qui*; malè.

Lin. 9. *Inclinare sibi Romanum.*] Non stratoris officium exhibebat Sapori Valerianus: sed planè vicem stapedis, aut scalæ illi in equum ascensuro præstabat, ut colligitur ex Actis S. Pontii Martyris, cap. 24. *Valerianus scilicet Imperator in captivitatem ductus à Sapore Rege Persarum, non gladio, sed ludibrio omnibus diebus vitæ suæ merita pro factis percepit; ita ut quotienscumque Rex Sapor equum conscendere vellet, non manibus ejus, sed incurvato dorso, & in cervice ejus pede posito, equo membra locaret.* Similia tradit Hugo Floriacensis in Chronico: *Valerianus Dei præsidio destitutus, à Rege Persarum Sapore captus... donec vixit, hanc infamis officii pœnam semper tulit, ut acclinis humi Regem ascensurum, non manu, sed dorso attolleret.* Baluz.

Ibidem. *Romanum.*] In MS. *Romanam*, mendosè.

Ibidem. *Imposito.*] In MS. *imposita* malè.

Digitized by Google

ſupra dorſum ejus, illud eſſe verum dicebat [triumphi genus] exprobrans ei cum riſu, non quod in tabulis aut parietibus Romani pingerent. Ita ille digniſſimè triumphatus, aliquandiù vixit, ut diù barbaris Romanum nomen ludibrio ac deriſui eſſet. Etiam hoc ei acceſſit ad pœnam, quòd cùm filium haberet Imperatorem, captivitatis ſuæ tamen ac ſervitutis extremæ non invenit ultorem, nec omninò repetitus eſt. Poſteà verò quàm pudendam vitam in illo dedecore finivit, direpta eſt ei cutis, & exuta viſceribus pellis eſt infecta rubro colore, ut in templo barbarorum deorum ad memoriam clariſſimi triumphi poneretur, legatiſque noſtris ſemper eſſet oſtentus, ne nimiùm Romani viribus ſuis fiderent, cùm exuvias capti Principis apud deos ſuos cernerent. Cùm igitur tales pœnas de ſacrilegis Deus exegerit, nonne mirabile eſt, auſum eſſe quemquam poſteà non modò facere, ſed etiam cogitare adverſùs majeſtatem ſingularis Dei regentis & continentis univerſa?

Fortè an. 269.

Lin. 1. *Supra dorſum.*] Ita MS. ſed breviatis litteris. Hanc hiſtoriam Heumannus in dubium revocat. Priſcæ editiones habent *ſuper.*

Ibidem. *Triumphi genus.*] Hæc addidimus verba tanquàm neceſſaria, quamvis non legantur in MS.

Ibidem. *Exprobrans ei.*] Ità MS. *ei*, non *&.*

Lin. 2. *In tabulis aut parietibus.*] Mos olim fuit principum geſta in tabulis pingi & in parietibus illuſtrari. Sic Capitolinus in Maximino, cap. 12. *Juſſit tabulas pingi ita, ut erat bellum ipſum geſtum, & ante Curiam proponi, ut facta ejus pictura loqueretur:* vide etiam Herodianum, lib. 3. cap. 9.

Lin. 3. *Ille.*] MS. *Illa*, mendosè.

Ibidem. *Digniſſimè triumphatus.*] *Digniſſimè*, ſcilicet ut merebatur: *triumphatus* paſſivè. Itaque non mirum, ſi infrà *triumphare* junxerit cum quarto caſu, c. 16. *ſeculum cum ſuis terroribus triumphaſti.* Similiter Lactantius ſcribit, *catenatam mortem cum ſuis terroribus* TRIUMPHARET, lib. 4. c. 26. TRIUMPHATO SECULO, Epitom. c. 66. *captivos* TRIUMPHAVIT, c. 46. TRIUMPHARI *deos*, *Damonas*, c. 51. *terram* TRIUMPHABIT, Div. Inſt. l. 6. c. 23. Valeriani ſervitus fuit decem annorum.

Lin. 5. *Cùm filium haberet Imperatorem.*] Gallienum nempe ſeniorem, quem jàm ab anno Chriſti 251. fecerat Imperii conſortem, quique capto patre, ſolus per multos annos ſummam rerum adminiſtravit; nec unquàm eum à perſecutore vindicare voluit, licèt *Bactriani, Hiberi, Albani & Tauroſcytha auxilia fuerint polliciti, ad Valerianum de captivitate liberandum*, ut ſcribit Trebellius Pollio in Valeriano ſeniore.

Lin. 6. *Extrema.*] MS. *extremamè*, malè.

Lin. 7. *Direpta eſt ei cutis.*] Ita MS. ſed malè. *Diripere* eſt expilare: *diripere agros, urbes.* Mallem hîc legere cum doctiſſimo Nic. Heinſio *derepta. Deripere* eſt detrahere, auferre, ut oſtendit in Notis ad Ovidium. Ex hoc verſu metamorph. v. 388.

Clamanti cutis eſt ſummos derepta per artus.

Lin. 8. *Eſt.*] Hæc vox non legitur in MS. ſed tantùm adeſt quædam virgula.

Lin. 9. *Clariſſimi triumphi.*] MS. *Kariſſimi.*

Lin. 10. *Oſtentus.*] Ita MS. at in editis eſt *oſtentui.*

Lin. 11. *Principis.*] MS. *principes*, malè.

Ibidem. *Apud deos ſuos.*] Id eſt, in templo deorum ſuorum.

VI.

An. 270. AURELIANUS, qui eſſet naturâ veſanus & præceps, quamvis capti-

Lin. 1. *Aurelianus qui eſſet.*] Ita MS. Colb. Almelov. fortè *quum eſſet*: ſat rectè.

Lin. 2. *Veſanus & præceps.*] Ex Flavio Vopiſco: *Aurelianus ſevetus, truculentus, ſanguinarius fuit princeps.* Ex Eutrop. lib. 9. de eodem: *Vir in bello potens, animi tamen immodici, & ad crudelitatem propenſioris. Et præceps* diſtinctè non legitur in MS. ſed virgula quædam cum voce *prebs*, quod æquè diceretur *Veſanus princeps.* Attamen non inconcinnè in editis eſt *præceps*; ſic Livius elegantèr ait *præceps in avaritiam & crudelitatem animus.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google



www.libtool.com.cn

Digitized by Google

vitatem Valeriani meminisset, tamen oblitus sceleris ejus & pœnæ, iram Dei crudelibus factis lacessivit. Verùm illi ne perficere, quidem quæ cogitaverat, licuit: sed protinùs inter initia sui furoris extinctus est. Nondùm ad provincias ulteriores cruenta ejus scripta pervenerant, & jam Cœnofrurio, qui locus est Thraciæ, cruentus ipse humi jacebat, falsâ quâdam suspicione ab amicis suis interemptus. Talibus & tot exemplis coërceri posteriores tyrannos opportebat. At hi non modò territi non sunt, sed audaciùs etiam contra Deum confidentiùsque fecerunt. An. 274.

Lin. 3. *Inter initia sui furoris extinctus est.*] Concitavit itaque persecutionem solummodò sub finem anni 274. vel initio insequentis. Interemptus est enim mense Aprili anni 275. quâ de re vide Euseb. Hist. Eccles. l. 7. c. 30.

Lin. 4. *Cœnofrurio.*] Medio itinere inter Heracleam & Byzantium ad mare. Flavius Vopiscus in D. Aureliano: *Sed cùm iter faceret, apud Canophrurium mansionem, quæ est inter Heracliam & Byzantium, malitiâ Notarii sui & manu Mucaporis interemptus est.* Vide Eutropium lib. 9. *Baluz.*

Lin. 7. *Non modò.*] *Non* abest à MS.

Lin. 8. *Fecerunt.*] Id est, egerunt.

VII.

DIOCLETIANUS, qui scelerum inventor & malorum machinator fuit, cùm disperderet omnia, nec à Deo quidem manus potuit abstinere. Hic orbem terræ simul & avaritiâ, & timiditate subvertit. Tres enim participes regni sui fecit, in quatuor partes orbe diviso, & multiplicatis exercitibus, cùm singuli eorum longè majorem numerum militum habere contenderunt, quàm priores Principes habuerant, cùm soli rempublicam gererent. Adeò major esse cœperat numerus accipientium, quàm dantium, ut enormitate indictionum consumptis viribus colonorum, desererentur agri, & culturæ verterentur in sylvam. Et ut omnia terrore complerentur, provinciæ quoque in frusta concisæ, multi Præsides & plura Officia singulis regionibus, ac penè jam civitatibus incubare, item An. 284. An. 285. & 293.

Lin. 1. *Diocletianus.*] Qui (ex fine cap. 9.) *Diocles* ante imperium vocabatur.

Ibidem. *Malorum machinator.*] Ita Lactantius, lib. 7. Divin. Institut. cap. 24. *qui est* MACHINATOR *omnium* MALORUM.

Lin. 2. *Nec à Deo quidem.*] Mallem legere *ne*, ut legitur sub initium cap. 6. *Verùm illi* NE *perficere* QUIDEM, *quæ cogitaverat, licuit.*

Lin. 3. *Orbem terræ.*] Intellige immensam Imperii Romani amplitudinem.

Ibidem. *Avaritiâ.*] De quâ Vopiscus in Numeriano: vide infrà Baluzii notas ad istud caput.

Ibidem. *Timiditate.*] Quâ tres regni sui participes fecit, nempe Maximianum cognomento Herculium, anno Christi 285. Constantium cognomento Chlorum, & Galerium Maximinum, cognomento Armentarium, anno 293.

Lin. 4. *In quatuor partes.*] Orientem regebat Diocletianus; Italiam & Africam Maximianus Herculius; Transalpinas provincias Constantius Chlorus; Illyricum & Thraciam Galerius Maximianus. Nicomedia Bithyniæ Diocletiani sedes erat regia, Mediolanum Herculii, Augusta Trevirorum Constantii, & Galerii Sirmium in Pannoniâ.

Lin. 7. *Major esse cœperat.*] MS. *majores esse cœperant*; mendosè.

Lin. 8. *Enormitate indictionum.*] MS. *Inhormitate. Indictionum*, id est tributorum, extra ordinem ad arbitrium victoris, aut secundùm necessitates Reipublicæ. *Columbus.*

Lin. 11. *Officia.*] Id est, Præfecti, vel ii qui funguntur Officiis. De iis vide Pancirollum ad notitiam Imperii, cap. 9. & Vossium lib. 3. de vitiis Serm. cap. 30.

Ibidem. *Civitatibus incubare.*] Sic & Lactantius Divin. Instit. lib. 7. cap. 19. *Siquidem cæpto mundo cum magnis latronum exerci-*

Digitized by Google

Rationales multi, & Magistri, & Vicarii Præfectorum, quibus omnibus civiles actus admodùm rari, sed condemnationes tantùm & proscriptiones frequentes, exactiones rerum innumerabilium, non dicam crebræ, sed perpetuæ, & in exactionibus injuriæ non ferendæ. Nec quoque tolerari possunt, quæ ad exhibendos milites spectant. Idem insatiabili avaritiâ thesauros nunquàm minui volebat: sed semper extraordinarias opes ac largitiones congerebat, ut ea quæ recondebat, integra atque inviolata servaret. Idem cùm variis iniquitatibus immensam faceret caritatem, legem pretiis rerum venalium statuere conatus est. Tunc ob exigua & vilia multus sanguis effusus, nec venale quidquam metu apparebat, & caritas multò deteriùs exarsit, donec lex necessitate ipsâ post multorum exitium solveretur. Huc accedebat infinita quædam cupiditas ædificandi, non minor provinciarum exactio in exhibendis operariis, & artificibus, & plaustris omnibus, quæcumque sint fabricandis operibus necessaria. Hîc basilicæ, hîc circus, hîc moneta, hîc armorum fabrica, hîc uxori domus, hîc filiæ. Repentè magna pars civitatis exceditur. Migrabant omnes cum conjugibus ac liberis, quasi urbe ab hostibus captâ. Et cùm perfecta hæc fuerant cum interitu provinciarum: Non rectè facta sunt, aiebat; alio modo fiant. Rursùs dirui ac mutari necesse erat, iterùm fortassè casura. Ita semper dementabat, Nicomediam studens urbi Romæ coæquare. Jam illud prætereo, quàm multi perierint possessionum aut opum

tibus INCUBABIT; lib. 5. cap. 11. *uno loco recubans.*

Lin. 1. *Rationales.*] Id est, Fisci Regii Procuratores missi in provincias: sic Lampridius in Alexandro, cap. 45. *Procuratores, id est rationales.*

Lin. 3. *Non dicam crebræ, sed perpetuæ.*] Sic & Lactantius Divin. Instit. lib. 3. cap. 22. NON DICAM *mutorum*, SED *pecudum & belluarum.* Et lib. 2. cap. 4. *Qui non furtum, sed palàm Deos ludibrio habuisse:* omissis *solùm* & *etiam.*

Lin. 4. *Nec quoque tolerari possunt.*] *Nec* præcedentia postulant, *injuriæ non ferendæ, &c.* In MS. est *hæc.* Doctissimi viri Almelov. & Baudri adnotaverunt legendum esse *Nec.*

Lin. 5. *Ad exhibendos milites.*] Vel ad suppeditandos ipsos militiæ homines ex quolibet pago, ut vulgò fit hodie; vel potiùs ad militibus præstanda stipendia, ac ministranda alimenta & cætera ad vitam necessaria. Sic Justin. 9. 2. *Alimentis exhibere*; & 11. 10. *Vitam exhibere.*

Ibidem. *Spectant.*] In MS. est *expectant.*

Lin. 10. *Metu.*] Heuman. legit *tum*, rectè.

Lin. 11. *Lex necessitate ipsâ.*] Baluz. *Quoniam leges eâ intentione latæ sunt, ut proficiant, non ut noceant*, ut ad Avitum Viennensem Episcopum scribit Papa Symmachus.

Lin. 15. *Hîc.*] Distributivè sumitur pro *alibi.*

Ibidem. *Moneta*,] Hîc sumitur pro ædificio, in quo nummi cuduntur.

Lin. 16. *Magna pars civitatis exceditur.*] Scilicet Nicomediæ, ubi habitabat Diocletianus, & quàm studebat urbi Romæ coæquare, ut statim dicet Lactantius. Huic locutioni similiter dicimus Gallicè, *toute la Ville est sortie, tout Paris est sorti*, &c. *Exceditur*, vel disceditur, id est, tam vastorum ædificiorum constructione coguntur cedere loco quamplurimi cives, & ex urbe migrare, alias sedes extrà quæsituri. *Exceditur* autem hîc dicit Lactantius, ut *acceditur* infrà initio capitis 47. Itaque admitti potest vulgata lectio. Heuman. loco *exceditur*, legit *exciditur.* Quasi dicas, veteres domus destruuntur, ut locus aperiatur novis ædificandis palatiis.

Lin. 19. *Aiebat.*] MS. *agebat*, sed malè.

Lin. 20. *Ita semper dementabat.*] Ità MS. codex; non *dementabatur*, nec *demutabat*, ut nonnullis doctis viris visum est. *Adeò stultè impendiosus erat.* Bauldri. Gallicus interpres Maucroix, *Ainsi sa manie* [*des batimens*] *n'avoit point de bornes. Dementabat*, id est, *insaniebat.*

Lin. 21. *Coæquare.*] MS. *quo equare*; malè.

Digitized by Google

opum gratiâ. Hoc enim usitatum & ferè licitum consuetudine malorum. Sed in hoc illud fuit præcipuum, quòd ubicumque cultiorem agrum viderat, aut ornatius ædificium, jam parata domino calumnia & pœna capitalis, quasi non posset rapere aliena sine sanguine.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Ferè licitum consuetudine.*] Comœdia Queroli: *Nam facilè intelligo perjurium joculare; quid putas? Tamen transeamus, quòd, ut video, consuetudo jam fecit leve.* S. Ambrosius epist. 66. *Numquid ideò licet, quia non est prohibitum?*

VIII.

QUID frater ejus Maximianus, qui est dictus Herculius? non dissimilis ab eo. Nec enim possent in amicitiâ tam fideli cohærere, nisi esset in utroque mens una, eadem cogitatio, par voluntas, æqua sententia. Hoc solùm differebant, quòd avaritiâ minori altero fuit plus, majori verò minùs; sed plus timiditatis, plus verò animi, non ad benè faciendum, sed ad malè. Nam cùm ipsam imperii sedem teneret Italiam, subjacerentque opulentissimæ provinciæ vel Africa, vel Hispania, non erat in custodiendis opibus tam diligens, quarum illi copia suppetebat. Et cùm opus esset, non deerant locupletissimi Senatores, qui subornatis indiciis, affectasse imperium dicerentur, ita ut effoderentur assiduè lumina Senatûs. Cruentissimus fiscus malè partis opibus affluebat. Jam libido in homine pestifero, non modò ad corrumpendos mares, quod est

293.

Ex Virgil. Æneid. lib. 3. v. 663.

Lin. 1. *Quid frater ejus Maximianus?*] Non naturâ, sed Imperatoriâ dignitate frater ejus, scilicet Diocletiani, de quo capite præcedenti egimus. Gallicè, *son associé à l'Empire.*

Ibidem. *Qui est dictus Herculius.*] MS. *quĕ dictus Irculius.* In hoc codice MS. sæpè omnes litteræ *h* omittuntur.

Lin. 2. *Fideli cohærere.*] MS. *fidele quo erere;* mendosè.

Lin. 3. *Mens una.*] MS. *mensura.* Sed littera *n* additur supra *r*, eâdem tamen manu, ac eodem atramento.

Lin. 4. *Avaritiâ minori altero fuit plus, majori verò minùs; sed plus timiditatis, &c.*] Hîc dicere videtur Lactantius, Herculium avariorem Diocletiano fuisse. Locus videtur corruptus. Nonnulli extrudere volunt vocabula *majori* & *minori*, ut ex margine in textum intrusa, & legere *avaritia.* Simillimus verborum positu & figurâ locus lib. 4. Div. Institut. cap. 3. invenitur; ex quo constare possit hæc quoque verè Lactantii esse: *In illâ priori parte ut periculi* MINUS, *sic* PLUS *difficultatis est*, quòd obscura rerum ratio cogit diversa sentire. *Hic ut periculi* PLUS, *ita* MINUS *est difficultatis; quòd ipse usus rerum & quotidiana experimenta possunt docere, quid sit verius & melius.* Partim *ex Columbo.*

Doctissimus Almelov. expungebat *altero;* & post *timiditatis*, legebat, *alteri verò plus animi.*

Lin. 6. *Ipsam.*] MS. *ipsa*: sed malè.

Lin. 7. *Vel Africa, vel Hispania.*] Ità MS. codex. Aut *vel* est hîc pro *&*; aut ex margine in textum hæc fuerunt intrusa.

Lin. 8. *Et.*] Heumannus legi vult *At.*

Lin. 10. *Indiciis.*] Id est, *indicibus*, vel *delatoribus.*

Ibidem. *Ita ut effoderentur assiduè lumina Senatûs.*] Lactantius lib. 7. Div. Institut. cap. 26. de Româ: *Precandusque nobis & adorandus est Deus cœli, si tamen statuta ejus & placita differri possunt, ne citiùs quàm putemus tyrannus ille abominandus veniat, qui tantum facinus moliatur, ac* LUMEN *illud* EFFODIAT, *cujus interitu mundus ipse lapsurus est;* & lib. 5. c. 12. EFFODIANTUR OCULI. Et infrà cap. 36. *Itaque confessoribus* EFFODIEBANTUR OCULI. Et de Opif. cap. 8.

Lin. 12. *Pestifero.*] MS. *pestiphero.* Nonnulli legere mallent *pestifera*, referendo ad vocem *libido.*

Ibidem. *Ad corrumpendos mares.*] Et hoc etiam tradit Victor: *Quippe Herculius libidine tantâ agebatur, ut ne ab obsidum corpo-*

odioſum ac deteſtabile, verùm etiam ad violandas primorum filias. Nam quâcumque iter fecerat, avulſæ à conſpectu parentum virgines, ſtatim præſto. His rebus beatum ſe judicabat; his conſtare felicitatem imperii ſui putabat, ſi libidini & cupiditati malæ nihil denegaret.

www.libtool.com.cn

Conſtantium prætereo, quoniam diſſimilis cæterorum fuit, dignuſque qui ſolus orbem teneret.

ribus quidem animi labem comprimeret. Quod obſervavit erud. Cuperus. Poſteà quis non videat *mares* legendum eſſe, non *mores*, ut in Manuſcripto, cùm libido non *mores* hominum ſpectet, ſed corporis uſum. Adde antitheſim, violationem filiarum. Adde quod dicit odioſum ac deteſtabile eſſe. *Almelov.*

Et licèt (inquit Burnetus) gradatio videatur minùs congrua à crimine Sodomiæ ad raptus virginum, apud Romanos tamen hoc crimen illo majus habebatur; fortè quia in raptu filiabus vis inferebatur, maribus minimè, qui prece, vel pretio, aliiſque lenociniis fuerant allecti & conciliati.

Lin. 1. *Odioſum.*] MS. *otioſum*; malè.

Ibidem. *Violandas.*] MS. *volandas*; mendosè.

Lin. 2. *Quàcumque.*] MS. *quecũque te.*

Lin. 5. *Conſtantium.*] Chlorum ſcilicet, Conſtantini magni patrem, Principem optimum ac beaniſſimum.

Ibidem. *Quoniam.*] MS. *qm.* Elegantior porrò eſſet loquutio, ſi diceretur *quàm diſſimilis, &c.* per admirationem.

IX.

ALTER verò Maximianus, quem ſibi generum Diocletianus aſciverat; non his duobus tantùm, quos tempora noſtra ſenſerunt, ſed omnibus qui fuerunt, malis pejor. Inerat huic beſtiæ naturalis barbaries, & feritas à Romano ſanguine aliena. Non mirum, cùm mater ejus Tranſdanuviana, infeſtantibus Carpis, in Daciam novam transjecto amne confugerat. Erat etiam corpus moribus congruens, ſtatus celſus, caro ingens, & in

Lin. 1. *Alter verò Maximianus.*] Cui prænomen Galerio fuit, cognomen Armentario, quoniam armentorum fuerat paſtor. Gener fuit Diocletiani, quia Valeriam filiam habuit uxorem, mulierem caſtiſſimam & infeliciſſimam. Sed de eâ poſteà pluribus agemus. *Baluz.*

Ibidem. *Generum.*] Vide Eutropium lib. 9.

Lin. 3. BESTIÆ.] Sic vocat Galerium Maximianum, alioſque Chriſtianorum perſecutores. Vide ſuprà not. ad lin. 1. p. 186. Huic Galerio aptari poſſe putant ea, quæ ſcribit Lactantius Div. Inſtit. lib. 5. cap. XI. *Nam quis Caucaſus, qua India, qua Hyrcania tam immanes, tam ſanguinarias unquàm* BESTIAS *aluit? Quoniam ferarum omnium rabies uſque ad ventris ſatietatem fuerit, fameque ſedatâ protinùs conquieſcit. Illa eſt vera* BESTIA, *cujus unâ juſſione funditur ater ubique cruor, crudelis ubique luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago. Nemo hujus tantæ belluæ immanitatem poteſt pro merito deſcribere, qua uno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis ſævit; & non tantùm artus hominum diſſipat, ſed & oſſa ipſa comminuit, & in cineres furit, ne quis extet ſepultura locus.* Baluz. Ibid. cap. 24. BESTIAS *malas exterminaturum de terrâ.*

Ibidem. *Naturalis barbaries.*] Heumannus legit *natalis*, non malè.

Ibidem. *Et feritas.*] MS. *efferitas.*

Lin. 4. *Cùm mater ejus . . . confugerat.*] Hîc *cùm* eſt pro *quoniam.* Simili pacto cap. 17. ait: *Cùm libertatem populi Romani ferre non poterat, prorupit;* & cap. 18. *Cùm inde . . . ſibi nihil prater nomen videbat accedere, reſpondit,* Terentii exemplo, qui ſcribit: *Cùmque huic veritus eſt optuma adoleſcenti facere injuriam;* non *veritus ſit.* Ex Paulo Bauldri.

Ibidem. *Tranſdanuviana.*] Ità MS. *v*, pro *b*, apud veteres Latinos, & apud recentiores Græcos.

Lin. 5. *Transjecto.*] MS. *trasjecto.*

Lin. 6. *Status celſus.*] Sic profectò ſcribi ſyntaxis & ſequentia poſtulant, *caro ingens, &c. ſtatus celſus.* Si enim legas *ſtatu celſus*,

Digitized by Google

horrendam magnitudinem diffusa & inflata. Denique & verbis, & actibus, & aspectu terrori omnibus ac formidini fuit. Socer quoque eum metuebat acerrimè. Cujus timoris hæc fuit causa. Narseus, Rex Persarum, concitatus domesticis exemplis avi sui Saporis, ad occupandum orientem cum magnis copiis inhiabat.

www.ibtrd.com.cn

Tunc Diocletianus, ut erat in omni tumultu meticulosus, animique disjectus, simul & exemplum Valeriani timens, non ausus est obviam tendere: sed hunc per Armeniam misit, ipse in Oriente subsistens & aucupans exitus rerum. Ille insidiis suis barbaros, quibus mos est cum omnibus suis ad bellum pergere, multitudine impeditos, & sarcinis occupatos non difficiliter oppressit; fugatoque Narseo Rege, reversus cum prædâ & manubiis ingentibus, sibi attulit superbiam, Diocletiano timorem. In tantos namque fastus post hanc victoriam elevatus est, ut jam detrectaret Cæsaris nomen. Quod cùm in litteris ad se datis audisset, truci vultu ac voce terribili exclamabat: QUOUSQUE CÆSAR? Exinde insolentissimè agere cœpit, ut ex Marte se procreatum, & videri, & dici vellet, tanquàm alterum Romulum; maluitque Romulam matrem stupro infamare, ut ipse diis oriundus videretur. Sed differo de factis ejus dicere, ne confundam tempora. Posteà enim quàm nomen Imperatoris accepit, exuto socero, tum demùm furere cœpit, & contemnere omnia. Diocles [sic] enim ante imperium vocabatur: cùm rempublicam talibus consiliis & talibus sociis everteret, cùm pro sceleribus suis nihil non mereretur, tamdiù tamen summâ felicitate regnavit, quamdiù manus suas justorum sanguine non inquinaret. Quam verò causam persequendi habuerit, exponam.

Ex Philippicâ 8. Cic.

An. 302.

ut in MS. ad quid refertur *celsus?* ad *corpus* neutrius generis? Sed pariter legimus apud Lactantium lib. 2. Div. Instit. cap. 1. STATUS CELSUS; & lib. 3. cap. 1. *status rectus*, ac lib. 9. & alibi. Quibus in locis *status* est, pro *statura*.

Almelov. Cicero in Orat. cap. 18. *status erectus & celsus.*

Lin. 2. *Metuebat acerrimè.*] Ex Virgilio lib. 1. Æneid. v. 366. *Aut metus acer erat.*

Lin. 6. *Animique disjectus.*] Ità in Manuscripto; non *dejectus*, quod melius. In hoc MS. sæpè videas in verbis compositis *dis* & *di*, pro *de*. Almelov. Columbus, & Tollius legebant *dejectus.*

Lin. 7. *Exemplum Valeriani.*] A Persis capti, & in servitutem abducti.

Lin. 9. *Insidiis suis.*] Tollius vult rescribi *Insidiis usus.*

Lin. 10. *Impeditos.*] MS. *imperitos*, *& sartinos occupatos*; corruptè.

Lin. 11. *Difficiliter.*] Rara vox; legitur tamen in Cicerone lib. 4. Academic.

Lin. 13. *Elevatus est.*] Heumannus existimat Lactantium scripsisse *elatus est.*

Lin. 14. *Detrectaret.*] Ità hîc MS. codex; alibi *detractaret.*

Lin. 15. *Quousque Cæsar?*] Ambiebat enim Galerius vocari & esse Imperator & Augustus, id est primum habere locum; *Cæsar* enim non erat, nisi secundo loco.

Lin. 17. *Romulam.*] Hæc erat Galerii mater, à quâ *Romulianum* oppidum fuit appellatum.

Lin 20. *Exuto socero.*] Id est, postquàm Diocletianus purpurâ exutâ se Imperio abdicavit, & Galerius Imperator factus est. Eadem est loquendi ratio apud nos Gallos; dicimus enim vulgò, *Cet homme s'est dépouillé pour son fils.* Sic & infrà cap. 10. Vel potiùs *exuto socero*, id est, postquàm Galerius Diocletianum coegit imperio cedere, ut infrà c. 18. initio, quod est rectius.

Lin. 21. *Sic.*] Hanc particulam supplevimus cum Cupero, sine quâ manca est oratio. Ita cap. 19. infrà: *Huic purpuram Diocletianus injecit suam, quâ se exuit; Diocles iterùm factus est.*

Lin. 24. *Persequendi.*] Adde eos, id est justos, quod nomen mox præcessit.

Digitized by Google

X.

CUM ageret in partibus Orientis, ut erat pro timore ſcrutator rerum futurarum, immolabat pecudes, & in jecoribus earum ventura quærebat. Tum quidam miniſtrorum ſcientes Dominum, cùm adſiſterent immolanti, impoſuerunt frontibus ſuis immortale ſignum. Quo facto, fugatis dæmonibus, ſacra turbata ſunt. Trepidabant aruſpices, nec ſolitas in extis notas videbant; & quaſi non litaſſent, ſæpiùs immolabant. Verùm identidem mactatæ hoſtiæ nihil oſtendebant, donec magiſter ille aruſpicum Tagis, ſeu ſuſpicione, ſeu viſu, ait idcircò non reſpondere ſacra, quòd rebus divinis profani homines intereſſent. Tunc irâ furoris ſacrifi-

Lin. 1. *Pro timore.*] Emenda *pra timore*, id eſt, *pra timiditate.*

Lin. 3. *Quidam miniſtrorum ... impoſuerunt frontibus ſuis immortale ſignum, &c.*] Et hic quoque locus apertè oſtendit librum iſtum eſſe Lactantii. Similia enim omninò ipſe habet in libro 4. Inſtitut. Divin. cap. 27. *Nam* CUM *diis ſuis* IMMOLANT, *ſi* ADSISTAT *aliquis* SIGNATAM FRONTEM *gerens*, SACRA *nullo modo litant*, NEC RESPONSA *poteſt conſultus reddere vates. Et hæc ſæpè cauſa præcipua juſtitiam perſequendi malis Regibus fuit.* CUM *enim* QUIDAM MINISTRORUM *noſtri* SACRIFICANTIBUS *dominis* ADSISTERENT, IMPOSITO FRONTIBUS SIGNO, *deos illorum* FUGAVERUNT, *ne poſſent* IN VISCERIBUS HOSTIARUM *futura depingere. Quod cùm intelligerent* ARUSPICES, *inſtigantibus iiſdem dæmonibus quibus proſecant, conquerentes prophanos homines ſacris intereſſe, egerunt Principes ſuos in* FURORE, *ut expugnarent Dei templum.* Baluz.

Ibidem *Scientes Dominum.*] Ità Lactantius lib. 7. Div. Inſtit. cap. 20. *Judicabuntur ergò qui* DEUM SCIERUNT; ſcilicet Chriſtiani.

Lin. 4. *Immortale ſignum.*] Lactantius Div. Inſtitut. lib. 4. cap. 27. quos SIGNUM IMMORTALE *munierit tanquàm inexpugnabilis murus, &c.* Ubi miraculum fugatorum dæmonum ſigno Crucis iiſdem ferè verbis refertur à Lactantio. De hujus ſigni potentiâ S. Cyrillus Jeroſolymitanus Epiſcopus Catecheſ. 13. *Tropheum Jeſu ſalutare, Crux ... curat morbos, dæmones fugat, &c.* Eadem Catecheſ. 13. *Cùm à Deo ſit hæc gratia, Signum fidelium, & timor dæmonum;* Et Catecheſ. 4. *Crucem ... tu palàm ad frontem obſignato, ut dæmones regium Signum intuentes, tremuli procul aufugiant. Signo autem iſto utere tum edens ac bibens, tum ſedens ac cubans, de lecto ſurgens, loquens, ambulans; & ut ſemel dicam, in omni re omnique negotio.* S. Ignatius Martyr: *Crucis Signum tropheum eſt contra principis mundi virtutem, quod videns expaveſcit, & audiens timet.* Vide S. Auguſt. Enarrat. 4. in Pſal. 30. & in Pſal. 50. n. 1. *Quòd ſi fortè Chriſtiani in ipſo circo aliquâ ex cauſâ expaveſcant, continuò ſe ſignant, & ſtant illic portantes in fronte, undè abſcederent, ſi hoc in corde portarent.* Et de Civitate Dei lib. 22. n. 3. Quin & Theodoretus ait lib. 3. Hiſt. Eccleſ. cap. 3. *Cùm iſti verò dæmones ſolitâ ſpecie apparuiſſent, coëgit Julianum timor imponere fronti Crucis Signum.* De Signo Crucis, ejuſque vi & efficaciâ vide præterea Origenem, Tertullianum, Baſilium, Athanaſium de Incarnatione Verbi Dei, tom. I. pag. 73. Gregor. Nazianz. carm. 61. tom. II. pag. 142. & Orat. 3. adversùs Julianum pag. 206. Ambroſium, Paulinum, alioſque SS. Patres.

Lin. 8. *Tagis.*] Alius eſt *Tages, etis.* Hic Thuſcus erat, & omnium Aruſpicum primus. Vide Arnobium lib. 2. adversùs gentes. *Tagis* porrò aut id nomen erat dignitatis ejus, qui præerat Aruſpicum diſciplinæ, aut, ut ait Baluzius noſter, Autor oratorio more loquitur, quia Tages Thuſcus fuit olim magnus Aruſpex & magiſter Aruſpicum, de quo præter Arnobium vide Ciceronem lib. 2. de Divinat. vel etiam, ut putat Heumannus, vox *Tagis* ex margine tranſlata fuit in textum.

Lin. 9. *Profani homines.*] Chriſtiani, qui à Gentilibus prophani, impii, & irreligioſi vocabantur.

Ibidem. *Irâ furoris ſacrificare non eos tantùm ... juſſit.*] Optima MS. codicis lectio: quam ob cauſam immutata fuerit in editis, etiamque priſcis codicibus, neſcio. Quid enim clarius hâc elocutione, & mox? *Hactenùs furor ejus & ira proceſſit.* In aliis editis extat *irâ furens:*

Digitized by Google

care non eos tantùm, qui sacris ministrabant, sed universos qui erant in palatio jussit, & in eos, si detrectassent, verberibus animadverti; datisque ad Præpositos litteris, etiam milites cogi ad nefanda sacrificia præcepit, ut qui non paruissent, militiâ solverentur. Hactenùs furor ejus & ira processit, nec ampliùs quidquam contra legem aut religionem Dei fecit. Deinde interjecto aliquanto tempore, in Bithyniam venit hyematum; eòdemque tum Maximianus quoque Cæsar inflammatus scelere advenit, ut ad persequendos Christianos instigaret senem vanum, qui jam principium fecerat. Cujus furoris hanc causam fuisse cognovi. An. 302.

sed MS. sequor. Nourrisius in margine inferiori suæ editionis habet, *irâ furori*. Sed *irâ furoris* habet MS. quasi dicas *irâ furoris plenâ*: sic apud Plautum *ætatis plenus*, & apud Livium *animi plenus*. Id porrò dicimus, ut non immutetur textus.

Lin. 2. *Si detrectassent.*] Heumann. rectè monet legendum esse *qui detrectassent*.

Lin. 3. *Præpositos.*] Hi fuerunt Militares Præfecti, qui erant post Tribunos, & tamen præerant cohorti perinde ac Tribuni, ut observat Henricus Valesius ad Amminianum Marcellinum. Lactantius cap. 46. Præpositos Tribunosque etiam simul commemorat. Ex eorum numero fuit S. Dorotheus ille, cujus encomium enarrat Euseb. lib. 8. Eccl. Hist. c. 1.

Ibidem. *Milites cogi, &c.*] Ab iis hanc persecutionem exortam præter Lactantium adnotat Eusebius lib. 8. cap. 1. neque tum ulteriùs processisse.

Lin. 4. *Hactenùs.*] MS. habet *ac tenus*: sed mendosè.

Lin. 6. *Interjecto tempore.*] MS. *interdicto*; mendosè.

Ibidem. *Bithyniam*] MS. *Bethaniam*; corruptè.

Lin. 7. *Maximianus Cæsar.*] Scilicet Galerius.

Ibidem. *Inflammatus scelere advenit.*] Ità Cicero 5. Accus. in Verrem: *Ipse inflammatus scelere ac furore in forum venit.* Sic Lactant. lib. 7. Institut. cap. 1. INFLAMMATI *amore potentiæ*; & cap. 17. *Impius Rex* INFLAMMATUS.

Lin. 8. *Senem vanum.*] Diocletianum intelligit.

XI.

ERAT mater ejus deorum montium cultrix, mulier admodùm superstitiosa. Quæ cùm esset, dapibus sacrificabat penè quotidiè, ac vicariis suis epulis exhibebat. Christiani abstinebant; & illâ cum Gentibus epulante, jejuniis hi & orationibus insistebant. Hinc concepit odium adversùs eos, ac filium suum non minùs superstitiosum querelis muliebribus ad tollendos homines incitavit. Ergò habito inter se per totam hyemem consilio, cùm nemo admitteretur, & omnes de summo statu reipublicæ

Lin. 1. *Mater ejus.*] Scilicet Galerii Maximiani, quam Romulam suprà vocavit.

Ibidem. *Mulier admodùm superstitiosa. Quæ cùm esset, &c.*] Locus contaminatus, aut confusus An legendum inversione verborum *Quæ cùm esset mulier superstitiosa*, aut cum Tollio, *quæ cum esset Nicomediæ*, vel cum Columbo sic intelligendum, *Quæ cùm esset*, id est, *cùm ederet*, aut *cœnaret?*

Lin. 2. *Vicariis suis epulis exhibebat.*] Almelov. & Gall. fortè *epulas*. Hîc aliquod mendum subesse suspicor. Nonnulli volunt *vicanos epulis exhibebat; vicanos*, id est, inquiunt, ejusdem loci habitatores. Alii, *vicarios suis epulis exhibebat*. Et quidem proba esset lectio; legitur enim apud Justinum IX. 2. *Non patrimoniis ditet Scythas, sed vix alimentis exhibeat. Exhibere*, est *alere*. Vicariis, id est, ministris aulicis, vel domesticis.

Lin. 6. *Ad tollendos.*] Scilicet è medio, seu occidendos. Ità vulgata nostra Joan. cap. 19. v. 15. *Tolle, tolle, crucifige eum.* Sic apud Justinum histor. lib. 38. *tollendos*, pro *occidendos*

Ibidem. *Homines.*] MS. habet *omines*: sed mendosè.

Digitized by Google

tractari arbitrarentur, diù senex furori ejus repugnavit, ostendens quàm pernicioſum esſet inquietari orbem terræ, fundi sanguinem multorum; illos libenter mori solere, satis esſe si palatinos tantùm ac milites ab eâ religione prohiberet. Nec tamen deflectere potuit præcipitis hominis insaniam. Placuit ergò amicorum sententiam experiri. Nam erat hujus malitiæ, cùm bonum quid facere decreviſſet, sine consilio faciebat, ut ipse laudaretur. Cùm autem malum, quoniam id reprehendendum sciebat, in consilium multos advocabat, ut aliorum culpæ adscriberetur quidquid ipse deliquerat. Admissi ergò judices pauci, & pauci militares, ut dignitate antecedebant, interrogabantur. Quidam proprio adversùs Christianos odio, inimicos deorum & hostes religionum publicarum tollendos esſe censuerunt; & qui aliter sentiebant, intellectâ hominis voluntate, vel timentes, vel gratificari volentes, in eamdem sententiam congruerunt. Nec sic quidem flexus est Imperator, ut accommodaret assensum: sed deos potissimùm consulere statuit, misitque aruspicem ad Apollinem Milesium. Respondit ille ut divinæ religionis inimicus. Traductus est itaque à proposito. Et quoniam nec amicis, nec Cæsari, nec Apollini poterat reluctari, hanc moderationem tenere conatus est, ut eam rem sine sanguine transigi juberet, cùm Cæsar vivos cremari vellet, qui sacrificio repugnaſſent.

Lin. 1. *Senex.*] Diocletianus.

Ibidem. *Ejus.*] Scilicet Galerii Maximiani.

Lin. 2. *Orbem terræ.*] Id est, Imperium Romanum; ut suprà monui.

Lin. 3. *Palatinos.*] Id est, *Palatii proceres.*

Lin. 4. *Præcipitis hominis.*] Galerii. De quo jam initio capitis 6. suprà pag. 190. dicitur quòd *præceps* erat, id est, *inconsideratè agens ac temerè.*

Lin. 5. *Nam.*] In MS. *Non*: sed malè.

Lin. 8. *Aliorum culpæ adscriberetur.*] Sic de Diocletiano Eutropius habet lib. 9. hist. cap. 16. *Moratus callidè fuit, qui severitatem suam alienâ invidiâ vellet explere.*

Lin. 10. *Proprio adversùs Christianos odio.*] In MS. est *proprium odium*, mendosè. Lactantius lib. 5. Divin. Institut. cap. 11. de hâc ipsâ persecutione loquens: *Alii sui* PROPRIO ADVERSUS *justos* ODIO. Lactantio *justos*, idem est ac *Christianos.*

Lin. 12. *Qui aliter.*] MS. habet *qualiter*; malè.

Lin. 13. *Timentes.*) Lactantius ibidem lib. 5. cap. 11. *Alii præ nimiâ* TIMIDITATE *plus ausi sunt, quàm jubebantur.*

Ibidem. *Gratificari volentes.*] Idem ibid. *Nonnulli ut placerent, & hoc officio viam sibi ad altiora munirent.*

Lin. 14. *Imperator.*] Diocletianus.

Lin. 16. *Milesium.*] Vide suprà lib. 4. cap. 13. & Euseb. lib. 2. Hist. Constantini cap. 1.

Lin. 19. *Cæsar.*] Galerius.

XIII.

An. 303. 23. Febr.

INQUIRITUR peragendæ rei dies aptus, & felix; ac potissimùm Terminalia deliguntur, quæ sunt ad septimum Kalendas Martias, ut quasi terminus imponeretur huic Religioni.

Lin. 1. *Terminalia.*] Dies festus erat Romanis ob Deum Terminum. De Termino Deo vide Lactant. lib. 1. Institut. cap. 20. Florum hist. lib. 1. cap. 7. Ciceron. lib. 6. Epist. ad Attic. initio.

Lin. 2. *Deliguntur.*] MS. *Deleguntur*, malè.

Ibidem. *Ad septimum Kalendas Martias.*] Id est 23. die Februarii an. Christi 303. Vide Tillemontium tom. 4. Histor. Imperatorum artic. 10. & ejusdem Histor. Ecclesiastic. tom. 5. artic. 8. & Not. 7. pag. 598. col. 2. nec non Baluzii Notam.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Ille dies primus lethi, primuſque malorum
Cauſa fuit, *Virgil. 4. Æn. v. 169.*

quæ & ipſis, & orbi terrarum acciderunt. Qui dies cùm illuxiſſet, agentibus Conſulatum ſenibus ambobus octavum & ſeptimum, repentè adhuc dubiâ luce ad Eccleſiam Præfectus cum ducibus, & Tribunis, & Rationalibus venit; & revulſis foribus, ſimulacrum Dei quæritur. Scripturæ repertæ incenduntur, datur omnibus præda. Rapitur, trepidatur, diſcurritur. Ipſi verò in ſpeculis (in alto enim conſtituta Eccleſia ex palatio videbatur) diù inter ſe concertabant, utrùm ignem potiùs ſupponi oporteret. Vicit ſententiâ Diocletianus, cavens ne magno incendio facto, pars aliqua civitatis arderet. Nam multæ ac magnæ domus ab omni parte cingebant. Veniebant igitur Prætoriani acie ſtructâ, cum ſecuribus & aliis ferramentis; & immiſſi undique, ſanum illud editiſſimum paucis horis ſolo adæquarunt. *Ex Virgil.*

Lin. 5. *Eccleſiam.*] *Nicomediæ* ſcilicet: ſic vulgò Chriſtiani ædem rebus ſacris deſtinatam vocabant.

Ibidem. *Præfectus.*] Sic legere cogimur. In MS. eſt *profeſſus*, nullo ſenſu; cum illâ enim voce nihil eſt, quod conveniat.

Lin. 6. *Simulacrum Dei quæritur.*] A Paganis, qui putabant templa non poſſe ſine ſimulacris eſſe. Lact. lib. 2. cap. 2. SIMULACRUM DEI *non illud eſt.*

Ibidem. *Scripturæ reperta incenduntur.*] Indè ortum eſt *traditorum* vocabulum iis, qui pœnarum metu ſacras Scripturas Judicibus Imperialibus tradiderant.

Lin. 8. *Ipſi.*] Diocletianus & Galerius.

Lin. 9. *Oporteret.*] Adde, *quàm dirui*, ut ſenſus clarior fiat.

Lin. 13. *Fanum illud editiſſimum.*] In MS. eſt *tamen*, quod nullum ſenſum præſtat. Cum Doctiſſ. Tollio, Paulo Bauldri, aliiſque, pro *tamen*, ſubſtituo *Fanum*, quod tot litterarum tractus habet. *Fanum* de templo, ſeu majori eccleſiâ dictum obſervat in Notis Paulus Bauldri ſuæ editionis, quem vide infrà.

XIII.

POSTRIDIE propoſitum eſt edictum, quo cavebatur, ut Religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis ſubjecti eſſent, ex quocumque ordine aut gradu venirent, adversùs eos omnis actio caleret; ipſi non de injuriâ, non de adulterio, non de rebus ablatis agere poſſent, libertatem denique ac vocem non haberent. Quod edictum quidam, etſi non rectè, magno tamen animo diripuit & conſcidit, cùm irridens diceret, victorias Gothorum & Sarmatarum propoſitas. Statimque productus,

Lin. 3. *Adversùs eos omnis actio caleret.*] Ità conſtanter MSS. non *caleret*. Hîc *caleret* rectè Latinè dicitur à Lactantio; non ut quidam volunt, ex vocibus Græcis Latinas facit, ut *ſophia*, pro *ſapientia*, lib. 3. cap. 16. *anaſtaſis*, pro *reſurrectio*, lib. 7. cap. 23. *antitheus*, lib. 2. cap. 10. &c.

Lin. 5. *Quod edictum quidam diripuit & conſcidit.*] Quis ille fuerit, non conſtat. Ex ſilentio Lactantii, qui tum Nicomediæ erat, ſatis datur intelligere, ignotum fuiſſe nomen hominis, quia haud dubiè de plebe erat. Perperàm alii dicunt, nominatum fuiſſe S. Joannem martyrio affectum die ſeptimo menſis Septembris, alii S. Georgium martyrem paſſum 23. Aprilis; cùm ex Lactantio & Euſebio certò colligatur, virum hunc ſtatim productum, ſtatim morti traditum fuiſſe, adeòque expiraſſe exeunte Februario. *Ex Baluzio.*

Lin. 6. *Diripuit.*] Sic legendum, non *deripuit*.

Lin. 7. *Propoſitas.*] Sic viri docti malunt, quàm *prapoſitas*, quod eſt in MS.

Digitized by Google

non modò extortus, sed etiam legitimè coctus, cum admirabili patientiâ postremò exustus est.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Extortus.*] Quo verbo utitur infr. c. 27.

Ibidem. *Legitimè coctus.*] Scilicet lento igne, quali carnes assari solent; primò coctus, indè exustus. *Ex Cupero.* Alii vellent, *lentissimè coctus*, ut infrà cap. 21. *datis legibus, ut post tormenta damnati lentis ignibus urerentur. Legitimè coctus*, id est, *ambustus.* Modus coquendi Christianos vivos explicatur infrà cap. 21. *Deindè incensa faces, & extincta admovebantur singulis membris.... Quod postremò accidebat, cùm per multum diem decoctâ omni cute; vis ignis ad intima penetrasset. Legitimè* autem *coctum* dixit, quia *coctus* erat secundùm leges quas Augusti tulerant, sicut lib. 5. Institut. c. 11. lib. 6, cap. 9. eâdem ratione illa vox usurpatur. *Ex Baluzio & Toinardo.*

Ibidem. *Cum admirabili patientiâ, &c.*] De eo Euseb. lib. 8. Histor. Eccles. cap. 5. *Latitiam ac tranquillitatem animi usque ad ultimum spiritum conservavit.*

XIV.

SED Cæsar non contentus est Edicti legibus. Aliter Diocletianum aggredi parat. Nam ut illum ad propositum crudelissimæ persecutionis impelleret, occultis ministris palatio subjecit incendium. Et cùm pars quædam conflagrasset, Christiani arguebantur, velut hostes publici, & cum ingenti invidiâ simul cum palatio Christianorum nomen ardebat: illos, consilio cum eunuchis habito, de extinguendis Principibus cogitasse, duos Imperatores domi suæ penè vivos esse combustos. Diocletianus verò, qui semper se volebat videri astutum & intelligentem, nihil potuit suspicari: sed irâ inflammatus, excarnificare omnes suos protinùs cœpit. Sedebat ipse, atque innocentes igne torrebat. Item judices universi, omnes denique, qui erant in palatio magistri, datâ potestate,

Lin. 1. *Cæsar.*] Galerius: nondùm Augustus erat.

Ibidem. *Est.*] Heuman. voculam istam delendam putat.

Lin. 3. *Incendium.*] Cujus etiam meminit Eusebius lib. 8. Hist. Eccles. cap. 6.

Lin. 4. *Christiani arguebantur, velut hostes publici, &c.*] Gentiles in odium Christianorum illis falsa affingebant crimina, & omnes eis imputabant, quæ orbi universo eveniebant calamitates, quòd dii sui (inquiebant) à nostris non colerentur. Arnob. S. Cyprianus Tractatu 1. contra Demetrianum, & S. Augustinus lib. 1. de Civit. Dei acriter hâc de re Ethnicos reprehendunt: illos consule, si lubet.

Lin. 5. *Invidiâ.*] In MS. *vidia*, malè, per errorem.

Ibidem. *Christianorum.*] Heuman. ex Tertull. Apolog. cap. 5. legit *Christianum nomen*, non malè.

Lin. 6. *Illos consilio.*] MS. *illo consilio*, mendosè.

Lin. 7. *Combustos.*] Videtur deesse verbum *ferebatur*, vel *dicebatur.* Almelov.

Lin. 9. *Irâ inflammatus.*] Apud Lactantium lib. 7. Divin. Institut. cap. 17. INFLAMMATUS IRA *veniet cum exercitu magno.*

Ibidem. *Excarnificare omnes suos.*] Aulicos, seu domesticos. MS. *excarnificari*, quod sequens verbum *cœpit* non patitur.

Lin. 10. *Cœpit.*] Ità restitui ex MS. Editi, *præcepit.*

Ibidem. *Sedebat ipse.*] Diocletianus.

Lin. 11. *Judices universi, omnes denique, qui erant in palatio Magistri, datâ potestate, torquebantur.*] Apud Diocletianum erant domestici maximo numero Christiani. Ex iis non solùm *Magistri palatii, sed & Judices universi torquebantur* ipsi; *datâ* aliis eos judicandi *potestate*; quippe si eam habebant Judices, nulla eos dari potestatem judicandi necessitas erat. Non video, quâ de causâ mutatum sit *cœpit* in *præcepit*, *torquebantur*, in *torquebant*, quod alium omninò sensum exhibet; *cùm familiam Cæsaris* Galerii *nemo torqueret.* Hùc spectare videntur quæ scribit Lactantius Div. Institut. libro 5. cap. 24. *Ministros furoris alieni, satellites impiæ jussionis necessitas fecit. Non enim*

honor

Digitized by Google

poteſtate, torquebantur. Erant certantes, quis prior aliquid inveniret. Nihil uſquàm reperiebatur; quippe cùm familiam Cæſaris nemo torqueret. Aderat ipſe, & inſtabat, nec patiebatur iram inconſiderati ſenis deflagrare. Sed quindecim diebus interjectis, aliud rursùm incendium molitus eſt. Id celeriùs animadverſum, nec tamen autor apparuit. Tunc Cæſar medio hyemis profectione paratâ prorupit, eodem die conteſtans, fugere ſe, ne vivus arderet.

honor ille aut provectio dignitatis fuit... Quis voluminum numerus capiet tam infinita, tam varia genera crudelitatis? ACCEPTA *enim* POTESTATE, *pro ſuis moribus quiſque ſeviit, &c.*

Lin. 1. *Erant certantes, &c.*] Pro *certabant*, vel *certabatur, &c.* Gallicè, *On cherchoit à l'envi. Dici non poteſt quanta, & quàm gravia tormentorum genera excogitaverunt hujuſmodi Judices. Itaque in excogitandis pœnarum generibus nihil aliud, quàm victoriam cogitant. Sciunt enim certamen eſſe illud & pugnam.* Lactant. lib. 5. Div. Inſtit. cap. 11.

Lin. 2. *Cæſaris.*] Galerii.

Lin. 3. *Aderat ipſe.*] Galerius Maximianus.

Ibidem. *Iram inconſiderati ſenis deflagrare.*] Id eſt, defervefcere, imminui, decreſcere. Apud Livium lib. 40. *deflagrare iras veſtras.*

Lin. 5. *Id celeriùs.*] Ità editio Aboenſis & Heumann. reliquæ habent *ſed.*

XV.

FUREBAT ergò Imperator jam non in domeſticos tantùm, ſed in omnes; & primam omnium filiam Valeriam, conjugemque Priſcam ſacrificio pollui coëgit. Potentiſſimi quondam eunuchi necati, per quos palatium & ipſe antè conſtabat. Comprehenſi Preſbyteri ac miniſtri, & ſine ulla probatione ac confeſſione damnati, cum omnibus ſuis deducebantur. Omnis ſexûs & ætatis homines ad exuſtionem rapti: nec ſinguli, quoniam tanta erat multitudo, ſed gregatim circumdato igni amburebantur; domeſtici, alligatis ad collum molaribus, mari mergebantur. Nec minùs in cæterum populum perſecutio violenter incubuit. Nam judices per omnia templa diſperſi, univerſos ad ſacrificia cogebant. Pleni carceres erant. Tormentorum genera inaudita excogitabantur; & ne cui temerè

Lin. 1. *Imperator.*] Diocletianus.

Lin. 2. *Filiam Valeriam, conjugemque Priſcam ſacrificio pollui coegit.*] Erant fortè Chriſtianæ. Valeria nupta erat Galerio Maximiano Cæſari jam ab an. 292. Vide Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 8. cap. 1.

Lin. 3. *Quondam.*] MS. *Cdã.* Scriptura mendoſa.

Ibidem. *Eunuchi.*] Inter quos erat Petrus. Vide Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 8. cap. 6.

Ibidem. *Palatium & ipſe antè conſtabat.*] Quidam legunt *Per quos Palatium & ipſe antè conſtabat*: alii *per quos palatium rexiſſe antè conſtabat.* Sed lectio MS. magis arridet.

Lin. 4. *Miniſtri.*] Diaconi.

Ibidem. *Sine ullâ probatione ac confeſſione.*] In MS. eſt *ad confeſſione*, mendosè: lego *ac confeſſione*; id eſt, Gallicè, *ſans aucune preuve de témoins, & ſans être convaincus* [*d'aucun crime*] *par leur propre aveu.*

Lin. 7. *Sed gregatim circumdato igni amburebantur.*] Sic lego *ſed*, pro *&*, quod ortum videtur in MS. pro *ſet. Circumdare* & *ambire* idem eſt: quid ſibi vult cum *circumdato ambiebantur*, quod eſt in editis? Lege *amburebantur*: quo verbo Lactantius non uno in loco utitur, & præcipuè lib. 7. Div. Inſtit. cap. 17. *Procedet ignis de ore ejus, atque* AMBURET *illum*; & cap. 21. *perſtringentur igni, atque* AMBURENTUR.

Lin. 11. *Ne cui temerè jus diceretur.*] Temerè, incogitantiâ, Gallicè, *par mégarde, ſans y penſer.* Ne fortè alicujus Chriſtiani cauſam Judices imprudenter audirent, ac dijudicarent. Quâ de re vide Acta Criſp. apud Mabillon. Analect. Tom. 3.

Digitized by Google

jus diceretur, aræ in secretariis ac pro tribunali positæ, ut litigatores priùs sacrificarent, atque ita causas suas dicerent; sic ergò ad judices, tanquàm ad deos adiretur. Etiam litteræ ad Maximianum atque Constantium commeaverant, ut eadem facerent. Eorum sententia in tantis rebus expectata non erat. Et quidem senex Maximianus libens paruit per Italiam, homo non adeò clemens. Nam Constantius, ne dissentire à majorum præceptis videretur, conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, dirui passus est: verum autem Dei templum, quod est in hominibus, incolume servavit.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *In secretariis.*] In Curiis Judicialibus. *Secretaria* enim fuerunt propriè loca, in quibus Judices de causis civilibus, vel criminalibus cognoscebant, sedebantque. *Bauldri.* De Secretariis vide Cod. lib. 3. titul. 24. l. 3.

Lin. 3. *Etiam.*] Sic MS. at Editi habent *& jam*, quod minùs benè putat Heumann.

Lin. 5. *Expectata non erat.*] Id est, non expectabatur. In MS. legitur *spectata.*

Ibidem. *Senex Maximianus.*] Scilicet Maximianus Herculius.

Lin. 6. *Non adeò clemens.*] De asperitate & sævitiâ Maximiani Herculii vide Eutropium libris 9. & 10.

Ibidem. *Constantius.*] Præerat Galliis & Magnæ Britanniæ.

Ibidem. *Dissentire.*] MS. habet *desentire.*

Lin. 7. *Majorum.*] Id est, Augustorum, qui Cæsaribus superiores erant.

Ibidem. *Parietes... dirui passus est.*] Itaque Ecclesias in nonnullis Galliarum locis dirui passus est, nullo jussit edicto. Sicque Eusebius Lactantio non contradicit, ut existimavit Baluzius. Vide Not. ejusdem.

Lin. 8. *Verum autem Dei templum.*] Id est, hominem Christianum. Vide Lactantium Div. Institut. lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 25. *Secum denique habeat Deum semper in corde suo consecratum, quoniam ipse est* DEI TEMPLUM.

XVI.

VEXABATUR ergò universa terra, & præter Gallias, ab oriente usque ad occasum tres acerbissimæ bestiæ sæviebant.

Non mihi si linguæ centum sint oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possim,

quas Judices per provincias justis atque innocentibus intulerunt. Verùm quid opus est illa narrare, præcipuè tibi, Donate carissime, qui præ-

Lin. 1. *Universa terra.*] Id est, Romanum Imperium.

Lin. 2. *Tres acerbissimæ bestiæ sæviebant.*] Ità apud Lactantium Div. Institut. lib. 6. cap. 6. *Dominationes* ACERBÆ; & lib. 7. cap. 9. ACERBI *census.* Istæ autem *tres acerbissimæ bestiæ* erant Diocletianus, Maximianus Herculius, & Galerius Maximianus. Constantium enim Galliis imperantem non ponit in numero Persecutorum. Lactantius lib. 5. c. 11. *Nec immeritò à Prophetis* BESTIÆ *nominantur... Aspernantur itaque corpora belluarum, quibus sunt ipsi* SÆVIORES. *Nam... quæ Hyrcania tam immanes, tam sanguinarias unquàm* BESTIAS *aluit?... Illa est vera* BESTIA, *cujus unâ jussione funditur ater ubique cruor, &c.* Vide suprà Not. ad caput 9.

Lin. 3. *Non.*] Virgil. 6. Æneid. v. 625.

Lin. 5. *Possim.*] Sic restitui ex MS. Colbertino, & sic lego cum Virgilio, & quidem eleganter pro *possem*, quod ferunt omnes Lactantii editiones: exempli gratiâ, *hic si sis, aliter sentias*, pro *hic si esses, aliter sentires.*

Lin. 6. *Quas.*] MS. *Qua*, malè; neque enim referri potest ad *nomina.* Legendum profectò *quas*, referendo ad *ad pœnarum.*

Lin. 7. *Donate*] Donatus ille est Lactantii nostri amicus, illustris Christi Confessor, qui sub tribus Judicibus novies tortus, de diabolo triumphans è carcere liber dimissus est.

Digitized by Google

rer cæteros tempestatem turbidæ persecutionis expertus es? Nam cùm incidisses in Flaccinum Præfectum, non pusillum homicidam, deinde in Hieroclem ex Vicario Præsidem, qui autor & consiliarius ad faciendam persecutionem fuit, postremò in Priscillianum successorem ejus, documentum omnibus invictæ fortitudinis præbuisti. Novies enim tormentis cruciatibusque variis subjectus, novies adversarium gloriosâ confessione vicisti. Novem præliis zabulum cum satellitibus suis debellasti: novem victoriis seculum cum suis terroribus triumphasti.

Quàm jocundum illud spectaculum Deo fuit, cùm victorem te cerneret, non candidos equos, aut immanes elephantos, sed ipsos potissimùm triumphatores currui tuo subjugantem? Hic est verus triumphus, cùm dominatores dominantur. Victi enim tuâ virtute ac subjugati sunt; quandoquidem nefandâ jussione contemptâ, omnes apparatus ac terriculas tyrannicæ potestatis fide stabili & robore animi profligasti. Nihil adversùs te verbera, nihil ungulæ, nihil ignis, nihil ferrum, nihil varia tormentorum genera valuerunt. Adimere tibi fidem ac devotionem

Lin. 2. *Flaccinum præfectum.*] Scilicet Bithyniæ.

Lin. 3. *Hieroclem.*] Bithyniæ Præsidem.

Ibidem. *Autor & consiliarius ad faciendam persecutionem.*] *Persecutionem facere*, phrasis fuit illorum temporum. Lactantius lib. 5. Div. Institut. cap. 11. *Alius eamdem materiam mordaciùs scripsit, qui erat tum è numero Judicum, &* QUI AUTOR *in primis* FACIENDÆ PERSECUTIONIS FUIT.

Lin. 4. *Priscillianum.*] Bithyniæ præsidem ex menologio Græcor. ad diem 12. Junii.

Lin. 7. *Zabulum.*] Id est, *diabolum.* Nihil vulgatius in antiquis libris MSS. quàm vox *zabuli*, vel *zaboli*, pro *diaboli*; *zabolici*, pro *diabolici.* Ita passim apud SS. Patres. Vide Not. 2. ad novam Operum S. Paulini Nolani J. B. le Brun Editionem Paris. an. 1685.

Lin. 8. *Seculum cum suis terroribus triumphasti.*] *Triumphare* cum quarto casu etiam Lactantiana dictio est, lib. 4. Institut. *Mortem* CUM SUIS TERRORIBUS TRIUMPHARET; lib. 6. cap. 23. *Hic* TERRAM TRIUMPHABIT; Epitom. cap. 46. *triumphavit captivos;* Ibid. cap. 51. *cùm videant deos suos per crucem ab hominibus triumphari;* tandem c. 66. TRIUMPHATO SECULO.

Lin. 9. *Quàm jocundum illud spectaculum Deo fuit.*] Cyprianus epist. 9. *O quale illud fuit spectaculum Domino!*

Lin. 10. *Elephantos.*] Nam & elephantos ad currum junxerunt antiqui, ut patet ex Lampridio in Vitâ Antonini Heliogabali, & ex aliis locis. Autor est Flavius Vopiscus in triumpho, quem Aurelianus egit de Zenobiâ & Tetrico, elephantos viginti præcessisse. Vide Bulengerum in libro de Triumphis cap. 21.

Lin. 11. *Subjugantem . . . subjugati sunt.*] Hæc verba quæ eruditissimo Nic. Heinsio displicent, nihilominùs Lactantiana sunt; sic enim Div. Institut. lib. 7. ait: *Falsus igitur Aristippus, qui hominem voluptati, hoc est malo, tanquàm pecudem* SUBJUGAVIT.

Lin. 12. *Cùm dominatores dominantur.*] Hîc *dominari* est passivâ significatione, ut apud Ciceronem in libro 1. Officiorum: *O domus antiqua, heu quàm dispare dominare domino!*

Lin. 13. *Nefandâ jussione.*] Sic Lactantius Div. Institut. lib. 4. cap. 15. *Verbo ac* JUSSIONE *faciebat*; & lib. 5. cap. 13. *Non tyrannicas* JUSSIONES; & ejusdem cap. 11. *Illa est vera bestia, cujus unâ* JUSSIONE *funditur ater ubique cruor.* Et paulò pòst, *quos ministros furoris alieni, quos satellites impia* JUSSIONIS *necessitas aut invenit, aut fecit. Jussionis* VOX, juxta Cangium, præceptionem notat maximè Principis.

Ibidem. *Terriculas.*] Id est, terrores. Livius lib. 34. cap. 11. *Nullis minis, nullis terriculis se motos.* De hâc voce adi Nonium. *Columb.*

Lin. 15. *Nihil ungula.*] *Ungula*, genus quoddam ferreæ forcipis, inter tormenta olim adhibitæ. Formam vide apud Gallonium lib. de Cruciatibus Martyrum cap. 5. atque alios qui de Martyribus egerunt.

Digitized by Google

nulla vis potuit. Hoc est esse discipulum Dei : hoc est militem Christi, quem nullus hostis expugnet, nullus lupus de castris cœlestibus rapiat, nullus laqueus inducat, nullus dolor vincat, nullus cruciatus affligat. Denique post illas novem glorioſissimas pugnas, quibus à te zabulus victus est, non est ausus ulterius congredi tecum, quem tot præliis expertus est non posse superari. Et cùm tibi parata esset victrix corona, desiit ampliùs provocare, ne jam sumeres. Quam licèt non acceperis in præsenti, tamen integra tibi pro virtutibus tuis & meritis in regno Domini reservatur. Sed redeamus ad ordinem rerum.

www.libpool.com.cn

Lin. 1. *Hoc est militem Christi.*] Ità MS. Mox præcessit, *Hoc est esse discipulum Dei :* hîc pro *est*, mallem *esse ;* vel repeti, *hoc est esse.*

Lin. 3. *Nullus laqueus inducat.*] Eadem est locutio apud Lactantium Div. Institut. lib. 6. cap. 24. post medium, *in eosdem* LAQUEOS INDUCANTUR.

Lin. 8. *Domini.*] Sic in MS. *Dñi ;* quandò verum ibi nomen *Dei* scribitur, *Dī* sic legitur. Cæteri tamen editi habent *Dei* contra fidem MS.

XVII.

An. 303.

Hoc igitur scelere perpetrato, Diocletiani cùm jam felicitas ab eo recessisset, perrexit statim Romam, ut illic vicennalium diem celebraret, qui erat futurus ad XII. Kalendas Decembres. Quibus solennibus celebratis, cùm libertatem populi Romani ferre non poterat, impatiens, & æger animi, prorupit ex urbe impendentibus Kalendis Januariis, quibus illi nonus consulatus deferebatur. Tredecim dies tolerare non potuit, ut Romæ potiùs quàm Ravennæ procederet Consul. Sed profectus hyeme, sæviente frigore atque imbribus verberatus, morbum levem, at perpetuum traxit ; vexatusque per omne iter, lectică plurimùm vehebatur. Sic æstate transactâ, per circuitum ripæ Istricæ Nicomediam venit, morbo jam gravi insurgente. Quo cùm que se premi videret, prolatus est tamen, ut circum, quem fecerat, dedicaret anno post vicennalia repleto ; deindè ita languore oppressus, ut per omnes deos pro vitâ ejus roga-

An. 304.

Ex Virgil. lib. 11. & 12. *Æneid.*

Lin. 1. *Diocletiani.*] Sic MS. editi verò habent *Diocletianus.*

Lin. 2. *Vincennalium.*] Magno sumptu *quinquennalia, decennalia, vicennalia* celebrabant Imperatores.

Lin. 4. *Cùm libertatem populi Romani ferre non poterat.*] Hîc *cùm* est pro *quoniam ;* ideòque non regit subjunctivum. *Libertatem* : in MS. *libertate* ; malè.

Lin. 8. *Morbum levem, at perpetuum traxit.*] Cum viris doctis criticis pro *ac*, quod est in MS. ego *at. Traxit*, est pro *contraxit.* Verbum simplex pro composito ; ut solet Lactantius.

Lin. 10. *Per circuitum ripæ Istricæ.*] In MS. *ripæ Strigæ.* Multi viri docti mendum suspicantur in vocabulo *Strigæ* quod est in MS. Legunt *Istricæ*, id est, juxta ripam Istriæ Provinciæ, quam petere debebat Diocletianus, cùm relictâ Ravennâ Nicomediam iret. Ad quid enim longius iter carperet versùs Danubium, cum brevius esset & facilius, id est, juxta ripam Istriæ, & Dalmatiæ ipsius Diocletiani patriæ : deinde per Illyrium ubi erant viæ militares, per quas Byzantium adiret, ac deinde Nicomediam præternavigaret ? Dicit verò *per circuitum*, quia ut peteret ripam Istriæ, circuire debebat juxta partem Septentrionalem sinûs Adriatici. Qui plura desiderat, legat Henrici Dodwelli dissertationem de Ripâ Strigâ ad calcem hujus voluminis.

Lin. 11. *Quo cùm que se premi videret.*] Benè, per metathesim pro *quoque cùm se premi videret.* Idem, *satis Deo fecerimus*, lib. 4. Divin. Institut. cap. 17.

Lin. 13. *Oppressus.*] Supple, *est*, quod Lactantius sæpè subaudit.

Digitized by Google

retur, donec Idibus Decembribus luctus repentè in palatio, mœstitia & lacrymæ, judicum trepidatio, & silentium. Totâ civitate jam non modò mortuum, sed etiam sepultum dicebant, cùm repentè manè postridiè pervagari fama quòd viveret, domesticorum ac judicum vultus alacritate mutari. Non defuerunt qui suspicarentur celari mortem ejus, donec Cæsar veniret, ne quid fortè à militibus novaretur. Quæ suspicio tantùm valuit, ut nemo crederet eum vivere, nisi Kalendis Martiis prodisset, vix agnoscendus, quippè qui anno ferè toto ægritudine tabuisset. Et ille Idibus Decembribus sopitus animam receperat, nec tamen totam. Demens enim factus est, ita ut certis horis insaniret, certis resipisceret.

An. 304.

An. 305.

Lin. 4. *Ac.*] MS. habet *ad*, mendosè.

Lin. 5. *Mutari.*] Heumann. legi vult *mutati.*

Lin. 6. *Donec Cæsar.*] Galerius Maximianus *veniret.*

Lin. 8. *Toto.*] MS. habet *tota*, mendosè.

Lin. 9. *Sopitus.*] In editis præmissum est *morte*, quod deest in MS. alii malunt *morti*, alteri *morbo;* sed perperàm. Nam ut rectè adnotavit doctissimus Grævius, *sopiti* dicuntur, qui deliquio animi corporis quoque sensum ad tempus amittunt, ut pro mortuis jaceant. Liv. lib. 1. *Populum Tanaquil alloquitur, jubet bono animo esse: sopitum fuisse Regem subito ictu; ferrum haud altè in corpus descendisse, jam ad se rediisse.* Qui locus ferè Lactantii gemmus est. *Animam receperat*, idem est ac *ad se rediit.* Qui somno sopiuntur, aut vulnere, aut morbo, evigilant, & ad se redeunt; qui morte sopiuntur, somnum ferreum illum dormiunt, ex quo nunquàm excitantur in his terris. *Gravius.*

Lin. 10. *Insaniret.*] Hujus insaniæ testis est Eusebius lib. 8. Hist. Eccl. cap. 13.

XVIII.

NEC multis post diebus Cæsar advenit, non ut patri gratularetur, sed ut eum cogeret imperio cedere. Jam conflixerat nuper [cum] Maximiano sene, eumque terruerat injecto armorum civilium metu. Aggressus est ergò Diocletianum, primùm molliter & amicè, jam senem esse dicens, jam minùs validum, & administrandæ reipublicæ inhabilem, debere illum requiescere post labores. Simul & exemplum Nervæ proferebat, qui im-

Lin. 1. *Cæsar.*] Galerius Maximianus.

Ibidem. *Non ut patri gratularetur.*] Diocletiani erat filius adoptivus; atque etiam gener. cap. 9. Diocletiani enim filiam *Galeriam Valeriam* duxerat Galerius. *Toinard.*

Lin. 2. *Cogeret imperio cedere.*] MS. ut & infrà, *imperium credere.*

Ibidem. *Conflixerat [cum] Maximiano sene.*] Herculio scilicet. *Cum* deest in MS. sed Lactantium suspicor scripsisse, ac inde sensus fit clarior.

Lin. 3. *Aggressus est ergò Diocletianum, jam senem esse, &c.*] Hîc incipit dialogus inter Diocletianum & Maximianum Galerium, isto Socerum urgente ad deponendum imperium, altero repugnante. Quod valdè animadvertendum est. Hactenùs enim existimavimus spontaneam fuisse Diocletiani abdicationem, & longo tempore meditatam: quod certè evidentissimè colligebatur ex vetustis Autoribus, qui vulgatas tantùm historias scribebant, arcana rerum non noverant. At Lactantius, qui Nicomediam à Diocletiano fuerat accitus, qui frequens erat in palatio, meliùs totam hanc historiam scire potuit, quàm illi qui posteà animum ad scribendas historias appulerunt. *Baluz.*

Lin. 6. *Simul & exemplum Nervæ proferebat, qui imperium Trajano tradidisset.*] Id verò est longè falsissimum; neque enim Trajanus à Nervâ adoptatus imperavit, nisi eo demortuo. Observandum est autem, id non à Lactantio tanquàm Autore, sed apud Lactantium à Maximiano referri in rem suam.

Digitized by Google

perium Trajano tradidiſſet. Ille verò aiebat, & indecens eſſe, ſi poſt tantam ſublimis faſtigii claritatem in humilis vitæ tenebras decidiſſet, & minùs tutum, quòd in tam longo imperio multorum ſibi odia quæſiſſet. Nervam verò uno anno imperantem, cùm pondus & curam tantarum rerum vel ætate, vel inſolentiâ, ferre non quiret, abjeciſſe gubernaculum reipublicæ, atque ad privatam vitam redîſſe, in quâ conſenuerat. Verùm ſi nomen Imperatoris cuperet adipiſci, impedimento nihil eſſe, quominùs omnes Auguſti nuncuparentur. At ille, qui orbem totum jam ſpe invaſerat, cùm ſibi aut nihil præter nomen, aut non multùm videbat accedere, reſpondit debere ipſius diſpoſitionem in perpetuum conſervari, ut duo ſint in republicâ majores, qui ſummam rerum teneant; item duo minores, qui ſint adjumento: inter duos facilè poſſe concordiam ſervari, inter quatuor pares nullo modo. Si ipſe cedere noluiſſet, ſe ſibi

Ex Terent. & Tacit.

www.hbtool.com.cn

Hoc quippe exemplo volebat abuti apud Diocletianum, hominem illiteratum & hiſtoriæ rudem, ſed etiam tum in anguſtiis poſitum, ut eum ad abdicandum Imperium induceret. *Toinard.*

Lin. 1. *Aiebat, & indecens eſſe.*] Reſtitui & ex MS. Et nullus dubito, quin Lactantius ſic ſcripſerit. Alioqui ſcripſiſſet *ſibi*, ut infrà, non *ei*, ut in editis, *aiebat* Diocletianus.

Lin. 2. *Decidiſſet.*] In MS. *decidiſſe.*

Lin. 3. *Quæſiſſet.*] In MS. *quæſiſſe*, id eſt, *acquiſiviſſet*, vel ex eo certum, quòd nemo ſibi ultrò multorum odia conciliet, ſed invitus ſemper ſuſtineat. Item *quæſierunt*, pro *acquiſierunt* ſuprà hujuſce libri initio, & infrà cap. 31. poſt medium, *cibos labore quæſitos*, pro *acquiſitos*. In Lactantii more eſt *quærendi* verbum in *acquirendi* ſignificatione adhibere, ſimplex pro compoſito lib. 1. Div. Inſtitut. cap. 20. & Epitom. cap. 20. *Flora cùm magnas opes ex arte meretriciâ* QUÆSIVISSET; lib. 2. cap. 12. *Per ejus divinum atque unicum nomen ſibi miſericordiam* QUÆRIT; lib. 4. cap. 1. *Mortem ſibi perpetuam cum diis & cum bonis corporalibus* QUÆSIERUNT; lib. 5. cap. 1. ante finem loquens de S. Cypriano, *Magnam ſibi gloriam ex artis Oratoriæ profeſſione* QUÆSIERAT; lib. 6. cap. 12. *Perdamne rem familiarem meo aut majorum labore* QUÆSITAM? lib. 7. cap. 11. *Virtutis ſuæ nomen indelebile* QUÆSIERUNT; Ibid. cap. 14. *Suis meritis non immortalitatem ſibi, ſed mortem peccatis ac libidinibus* QUÆSIERUNT; Ibid. c. 15. *malè* QUÆSITUM, pro *malè acquiſitum*; & Epitom. cap. 27.

Lin. 4. *Nervam imperantem . . . abjeciſſe.*] Ex omnium eruditorum conſenſu ſic repoſuimus, cùm eſſet in MS. codice & editis *Nervâ imperante . . . abjeciſſe gubernaculum Reipublicæ*, mendosè, ut cuivis præcedentia & ſequentia legenti patebit.

Lin. 5. *Quiret.*] Vide infrà Not. ad capitis 37. initium.

Lin. 8. *At ille.*] Cæſar Galerius, ſcilicet.

Ibidem. *Orbem totum jam ſpe invaſerat.*] Omnes ferè viri docti non aliter legendum eſſe cenſent; quidam *inhiaverat*. In MS. eſt, *ipſe invenerat.*

Lin. 9. *Cùm ſibi, &c.*] Ità MS. non *inde*, ut in editis.

Ibidem. *Aut non multùm.*] Negationem, quæ deeſt in MS. addidi, ut omninò neceſſariam, eamque ſenſus poſtulat. Vide idem lib. 1. Divin. Inſtitut. cap. 8. *Almelov.*

Lin. 10. *Diſpoſitionem.*] Formam conſtituendæ, ſeu regendæ Reipublicæ. Recepta tunc erat ea vox. Apud Lactantium, DISPOSITIONES *Dei*, lib. 2. Inſtit. cap. 6. & lib. 7. cap. 2. *In* DISPONENDO *vita ſtatu, formandiſque moribus*, lib. 3. cap. 7. Vide Jac. Gothofredum ad titulum Codicis Theodoſ. *De proximis.*

Lin. 11. *Majores.*] Id eſt, duo Auguſti Imperatores. *Ex Terent. & Tacit.*

Lin. 12. *Duo minores.*] Id eſt, duo Cæſares, qui erant Auguſtis minores.

Lin. 13. *Cedere noluiſſet.*] MS. *credere noluiſſent.*

Ibidem. *Se ſibi conſulturum, ne ampliùs minor & extremus eſſet.*] Gal. Maximianus *minor* erat Auguſtis (Diocletiano & Maximiano Herculio) utpote tantùm Cæſar; atque erat extremus Cæſarum, quia Conſtantio inferior. Id verò jampridem ferebat moleſtiſſimè; nam

Digitized by Google

consulturum, ne ampliùs minor & extremus esset. Jam fluxisse annos quindecim, in Illyricum, id est, ad ripam Danubii relegatus, cum gentibus barbaris luctaretur, cùm alii intra laxiores & quietiores terras delicatè imperarent.

www.libtool.com.cn

His auditis, senex languidus, qui jam & Maximiani senis litteras acceperat, scribentis quæcumque locutus fuisset, & didicerat augeri ab eo exercitum, lacrymabundus:

DIOCLET. Fiat, inquit, si hoc placet. Supererat ut, communi consilio omnium Cæsares legerentur.

GALERIUS. Quid opus est consilio, cùm sit necesse illis duobus placere quidquid nos fecerimus?

D. Ita planè. Nam illorum filios nuncupari necesse est. Erat autem Maximiano [filius] Maxentius, hujus ipsius Maximiani gener, homo pernicioſæ ac malæ mentis, adeò superbus & contumax, ut neque patrem, neque socerum solitus sit adorare. Et idcircò utrique invisus fuit. Constantio quoque filius erat Constantinus, sanctissimus adolescens, & illo

fugato Narseo Persarum Rege [cap. 9.] *truci vultu ac voce terribili exclamabat: Quousque Cæsar?* Toinard.

Lin. 1. *Jam fluxisse annos quindecim.*] Lactantius Div. Institut. lib. 3. cap. 17. ex mente adversariorum, *nullum diem, nullum denique temporis punctum* EFFLUERE *nobis sine voluptate patiamur. Joan. Columb.* in Aboensi editione.

Lin. 2. *In Illyricum, id est.*] Sic MS. In omnibus ferè editis est *vel ad ripam.* In plerisque impressis est *vel*, pro *id est. In Illyricum*, lege *cùm in Illyricum*, juxta doctiores quosque Criticos.

Ibidem. *Relegatus.*] MS. *religatus.*

Lin. 3. *Luctaretur.*] Ità MS. Omnes fermè editi, *luctaret.*

Lin. 5. *Senex languidus.*] Diocletianus.

Ibidem. *Et.*] Legitur in MS. deest in editis omnibus.

Ibidem. *Maximiani senis.*] Herculii.

Lin. 6. *Locutus fuisset.*] Id est, *scribentis quæcumque sibi Galerius locutus fuisset.*

Lin. 8. *Fiat &.*] Quoniam quod reliquum est hujus capitis subobscurum est & perplexum propter loquentium personarum mutationem, cum Thomâ Sparkio, in Dialogi formam cuncta digessimus, præfixis Diocletiani & Galerii litteris nominum initialibus, ut quæ alteruter dixerit faciliùs innotescat.

Ibidem. *Inquit.*] Diocletianus.

Ibidem. *Supererat.*] Pro *supereſſet*; ut *erat*, pro *esset*, apud Ciceronem pro lege Manilià.

Lin. 10. *Quid opus est.*] Hæc sunt verba Galerii Maximiani.

Lin. 12. *Ita planè. Nam, &c.*] Loquitur Diocletianus. Familiaris Lactantio phrasis: lib. 1. Div. Institut. c. 11. ITA PLANE. NAM *cùm idem neque virginibus neque maritatis unquàm peperciſſet*; & lib. 2. cap. 2. ITA PLANE: *quemadmodùm vulgus existimat mortuorum animas circa tumulos & corporum suorum reliquias oberrare.* Et lib. 6. cap. 24. *Licet* PLANE. NAM, &c.

Lin. 13. *Filius.*] Abest à MS. & nullum est spatium vacuum.

Ibidem. *Maxentius.*] Homo *ferus*, inquit Aurelius Victor, *& inhumanus, nulli carus, ne patri, aut socero quidem Galerio.*

Ibidem. *Ipsius.*] Ità MS. At editio Nourrisii habet *ipse.*

Lin. 14. *Mala.*] Bis repetitur in MS. per errorem.

Lin. 15. *Adorare.*] Id est, inclinare, incurvare se profundè, ut de Davide ante Jonathan legitur 1. Reg. cap. 20. v. 41. & 2. Reg. cap. 24. v. 21. &c. Eodem sensu etiam sæpè sumitur apud medii ævi Scriptores. Ità de Diocletiano dicit Eutropius lib. 9. cap. 16. *Regiæ consuetudinis formam invexit, adorarique se jussit, cùm ante eum cuncti salutarentur.*

Ibidem. *Constantio.*] At in MS. *Constantius.*

Lin. 16. *Sanctissimus adolescens.*] De eodem Constantino Lactantius in libri 7. Div. Instit. Epilogo cap. 26. SANCTISSIME *Imperator. Sanctissimus adolescens*, Paganorum elogium, id est, *integerrimus*; ità Cicero Philipp. 13.

Digitized by Google

fastigio dignissimus, qui insigni & decoro habitu corporis, & industriâ militari, & probis moribus, & comitate singulari, à militibus amaretur, à privatis & optarctur. Eratque tunc præsens, jam pridem à Diocletiano factus Tribunus ordinis primi.

D. Quid ergò fiet?

G. Ille, inquit, dignus non est. Qui enim me privatus contempsit, quid faciet, cùm imperium acceperit?

D. Hic, verò & amabilis est, & ita imperaturus, ut patre suo melior & clementior judicetur..

G. Ita fiet, ut ego non possim facere quæ velim. Eos igitur oportet nuncupari, qui sint in meâ potestate, qui timeant, qui nihil faciant, nisi meo jussu.

D. Quos ergò faciemus?

G. Severum, inquit.

D. Illumne saltatorem, temulentum, ebriosum, cui nox pro die, & dies pro nocte?

G. Dignus, inquit, quoniam militibus fideliter præbuit, & eum misi ad Maximianum, ut ab eo induatur.

D. Esto. Alterum quem dabis?

G. Hunc, inquit, ostendens Daiam adolescentem quemdam semibarbarum, quem recèns jusserat Maximianum vocari de suo nomine. Jam &

Octavianum Cæsarem dixit *Sanctissimum adolescentem.* Vide & Velleium lib. 2. cap. 53.

Lin. 1. *Decoro.*] In MS. *decore.* Mendum est.

Lin. 3. *A privatis & optaretur.*] Ità MS. Nota hîc obiter privatum à milite distingui.

Ibidem. *Diocletiano.*] Et sic habet Manuscriptus, non *Deciano*; extendatur membrana, MS. quæ hîc constricta est, & legatur.

Lin. 5. *Quid ergò fiet.*] Loquitur Diocletianus.

Lin. 6. *Ille.*] Scilicet Maxentius.

Ibidem. *Inquit.*] Galerius.

Ibidem. *Dignus non est.*] De Maxentio dicitur.

Lin. 8. *Hic.*] Constantinus. Verba sunt Diocletiani ad Galerium.

Lin. 10. *Ita fiet.*] Verba Galerii.

Lin. 14. *Inquit.*] Galerius.

Lin. 15. *Illumne.* Loquitur Diocletianus.

Ibidem. *Temulentum.*] MS. *tumulentum*; mendosè.

Lin. 17. *Inquit.*] Galerius.

Ibidem. *Militibus fideliter præbuit.*] Nimirùm stipendia, annonam militarem, quam *præbendam* vocant autores varii. *Cuperus. Præbuit*, meliùs tamen esset *præstitit.*

Lin. 18. *Maximianum.*] *Herculium*, scilicet.

Ibidem. *Ut ab eo induatur.*] Purpurâ, quâ Cæsares insigniebantur.

Lin. 19. *Esto.*] Loquitur Diocletianus.

Lin. 20. *Inquit.*] Galerius.

Ibidem. *Daiam.*] Sive Dazam, filium sororis Galerii, ob hoc ipsum *Galerium Maximianum* dictum in adoptione.

Lin. 21. *Jusserat Maximianum vocari de suo nomine.*] Baluzius Y. C. in Notis agnoscit, hîc & ferè semper alibi legi in veteri codice *Maximianum.* Undè suspicio mihi inest, Dazam à Gal. Maximiano de *pleno* ipsius nomine vocatum fuisse *Maximianum*, non *Maximinum.* Etenim in duabus Thermarum Diocletiani Inscriptionibus apud Gruterum pag. CLXXXVIII. 2. & 7. post Constantium & Maximianum Augg. ac Severum Cæs. recensetur *Maximianus Cæsar*, qui alius esse nequit à Dazâ. Adde apud Græcos Scriptores eumdem promiscuè appellari *Maximianum.* Existimaverim itaque, quoniam jam duo erant Maximiani, (*Herculius & Galerius*,) apud vulgum obtinuisse, ut discriminis ergò, Daza non *Maximianus*, sed *Maximinus* diceretur. *Toinard.*

Digitized by Google

& ipsi Diocletianus nomen ex parte mutaverat ominis causâ, quia Maximianus fidem summâ religione præstabat.

D. Quis est hic, quem mihi offers?

G. Meus, inquit, affinis.

D. At ille gemebundus: Non idoneos homines mihi das, quibus tutela Reipublicæ committi possit.

G. Probavi eos, inquit.

D. Tu videris, qui regimen imperii susceperus es. Ego satis laboravi, & providi quemadmodùm, me imperante, Respublica staret incolumis. Si quid accesserit adversi, mea culpa non erit.

Lin. 1. *Diocletianus nomen ex parte mutaverat ominis causâ, &c.*] Toinardus legendum censet *nomen ex fratre mutuaverat, ominis causâ*. An enim (inquit) quispiam dicendus est alicujus nomen *ex parte mutare*, qui aliquod integrum illi adjicit, quale est istud *Maximiani* impositum Galerio per Diocletianum? *Mutuaverat* à Lactantio hîc usurpatum, pro *mutuatus fuerat*. Sic enim apud Priscianum lib. 8. de verbo, *Meto* & *Metor*, *Mutuo* & *Mutuor*; & apud Nonium cap. 17. n. 48. Ut verò correctionis istius ratio intelligatur, sciendum est, Maximianum Herculium fuisse à Diocletiano fratrem appellatum, Imperii nempè consortio. *Toinard.*

Ibidem. *Ex parte mutaverat.*] Hoc est, Galerium jusserat vetus prænomen abjicere, & posthàc nominari *Maximianum Galerium*. Ita non ex toto, sed ex parte nomen ejus mutaverat. Si hæc interpretatio in mentem Toinardo venisset, non tantum frustrà laborasset; ut probaret legendum esse, *nomen ex fratre mutuaverat*. Heumannus.

Ibidem. *Ominis causâ.*] MS. *hominis*, mendosè. Cum viris doctis Cupero, Toinardo, aliisque scribo *ominis*. Dicit autem *ominis causâ*, quia (inquit) sperabat eum sibi tam fidum futurum ac erat Maximianus, cujus nomen alteri dabat, Herculius.

Lin. 2. *Maximianus.*] Ità MS. Is erat senex Maximianus Herculius.

Lin. 3. *Quis est hic, quem mihi offers?*] Verba sunt Diocletiani.

Lin. 4. *Inquit.*] Scilicet Galerius.

Ibidem. *Affinis.*] Quia Galerii sororis filius erat.

Lin. 5. *Ille gemebundus.*] Diocletianus.

Ibidem. *Non idoneos.*] MS. habet *idĕos*, cum calami ductu sive lineolâ super *de*.

Lin. 7. *Probavi eos.*] Loquitur Galerius.

Lin. 8. *Tu videris.*] Formula improbantium. Hæc & cætera usque ad capitis finem, verba sunt Diocletiani.

Lin. 10. *Accesserit.*] Ità MS. Non, *acciderit*; quamvis Heumannus cum Galeo optaret legi *acciderit*.

XIX.

Cum hæc essent constituta, procedit Kalendis Maiis. Constantinum omnes intuebantur. Nulla erat dubitatio. Milites qui aderant, & priores militum electi, & acciti ex legionibus, in hunc unum intenti gaudebant, optabant, & vota faciebant. Erat locus altus extra civitatem ad millia ferè tria, in cujus summo Maximianus ipse purpuram sumpserat; & ibi columna fuerat erecta cum Jovis signo. Eò pergitur. Concio militum convocatur. Inquit senex cum lacrymis, alloquitur milites: se An. 305.

Lin. 1. *Kalendis Maiis.*] Hinc constat Kalendis Maii anni 305. Diocletianum & Maximianum Herculium purpuram deposuisse.

Lin. 2. *Priores militum.*] Ità MS. Quidàm vellent legi *primores militum*, sicut *primores civitatum*, infrà cap. 21. At utraque lectio bona. Vide not. Cuperi, & Glossarium Cangii.

Lin. 4. *Extra civitatem.*] Propè Nicomediam.

Lin. 5. *In cujus summo Maximianus, &c.*] Galerius scilicet *Armentarius*.

Lin. 6. *Concio militum convocatur. Inquit*

invalidum esse, requiem post labores petere, imperium validioribus tradere, alios Cæsares subrogare. Summa omnium expectatio quid afferret. Tunc repentè pronuntiat Severum & Maximinum Cæsares. Obstupefiunt omnes in tribunali. Constantinus astabat susùm: hæsitare inter se, num Constantini immutatum nomen esset, cùm in conspectu omnium Maximianus manum retrorsùm extendens, protraxit à tergo Daiam, Constantino repulso, & exutum vestem privatam, constituit in medium. Mirari omnes qui esset, undè esset. Nemo tamen reclamare ausus est, cunctis insperatæ novitate rei turbatis. Huic purpuram Diocletianus injecit suam, quâ se exuit, & Diocles iterùm factus est. Tum descenditur; & rhedâ per civitatem veteranus Rex foràs exportatur, in patriamque dimittitur. Daia verò sublatus nuper à pecoribus & silvis, statim Scutarius, continuò Protector, mox Tribunus, postridiè Cæsar, accepit Orientem calcandum & conterendum; quippè qui neque militiam, neque Rempublicam sciret, jam non pecorum, sed militum pastor.

senex.] Locus, ut putant, mendosus. At MS. legit *inquit senex.* Quidam reponendum esse putant *in quâ senex;* alii *convocetur, inquit senex.* Sed vel legas *inquietus senex*, juxta editos, vel *inquit senex*, aut etiam *concio militum convocetur, inquit senex, cum lacrymis, &c.* idem ferè est.

Lin. 3. *Maximinum.*] Scilicet Daiam. In MS. semper dicitur *Maximianus.* Et Græci & Latini sæpè utrumque confundunt. Ubique reposuimus *Maximinum*, ne qua difficultas lectorem remorari posset.

Lin. 4. *Constantinus astabat.*] Ut Protectorum Tribunus, ac munia sua obiens; quâ enim ratione abfuisset à tam celebri actione?

Ibidem. *Susùm.*] Pro *sursùm*, est apud Plautum Cistel. Act. 2. Scen. 3. v. 78.

Ibidem. *Hæsitare.*] In MS. *stare:* sed in margine eâdem manu eodemque atramento *esitare*, quod non est aliud quàm *hæsitare*, quod rectum habet sensum. Editi verò habent *sciscitari*, bono etiam sensu. Doctiss. igitur Baluzius substituit *sciscitari*, pro *stare*, quod est in MS. & *esitare* in margine, pro *hæsitare:* at eruditus vir Paulus Bauldri, pro *susùm stare*, suspicabatur legendum esse *susurrare:* quod huic loco convenire potest, æquè ac *sciscitari.*

Ibidem. *Inter se.*] Intellige, *quærentes.*

Lin. 6. *Maximianus.*] Galerius.

Lin. 7. *Exutum.*] Daiam: ità emendavit inter Errata Baluzius, & ita poscit ratio syntaxeos, non *exuto*, ut in MS.

Lin. 9. *Insperata novitate rei.*] Sic fuit emendandum. In Manuscripto est, *inspirata novitatem rei*, mendosè.

Ibidem. *Huic purpuram Diocletianus injecit suam.*] Diocletianus suâ veste purpureâ Maximianum Daïam Cæsarem vestiit: undè colligi potest, easdem tunc fuisse Imperatorum & Cæsarum vestes.

Lin. 10. *Diocles iterùm factus est*] Hoc est, privatam egit vitam, ut antequàm regendum suscepisset imperium.

Lin. 11. *Patriam.*] Salonas in Dalmatiâ; cujus ruinæ sunt è regione Spalatensis urbis, propè castellum de Clissâ. Spalato autem villa erat Diocletiani, ubi obiit. Sic de eo S. Hieron. in Chronico: *Diocletianus haud procul à Salonis in villâ suâ Spalato moritur.*

Lin. 12. *Scutarius.*] Id est, gregarius miles.

Lin. 13. *Protector.*] Id est, Stipator Imperatoris custodiæ inserviens.

X X.

MAXIMIANUS, postquàm senibus expulsis, quod voluit & fecit, se jam solum totius orbis dominum esse rebatur. Nam Constantium, quamvis

Lin. 1. *Maximianus.*] Galerius.

Ibidem. *Senibus expulsis.*] Diocletiano & Maximiano Herculio.

Ibidem. *Et fecit.*] Fortè *effecit.* Sic Lactant. l. 6. c. 14. *Videbimus an efficiant quod velint.*

Lin. 2. *Esse rebatur.*] In MS. *esse ferebatur.* Quidam legunt *esse se rebatur:* in editis *esse ferebat*, legitur.

Digitized by Google

priorem nominari esset necesse, contemnebat, quòd & naturâ mitis esset, & valitudine corporis impeditus. Hunc sperabat brevi obiturum; & si non obîsset, vel invitum exuere facile videbatur. Quid enim faceret, si à tribus cogeretur imperium deponere? Habebat ipse Licinium veteris contubernii amicum, & à primâ militiâ familiarem, cujus consiliis ad omnia regenda utebatur. Sed eum Cæsarem facere noluit, ne filium nominaret, vel ut posteà in Constantii locum nuncuparet Augustum atque fratrem; tunc verò ipse principatum teneret, ac pro arbitrio suo debacchatus in orbem terræ, vicennalia celebraret, ac substituto Cæsare filio suo, qui tunc erat novennis, & ipse deponeret: ita cùm imperii summam tenerent Licinius ac Severus, & secundum Cæsarum nomen Maximinus & Candidianus, inexpugnabili muro circumseptus securam & tranquillam degeret senectutem. Hoc consilia eis ostendebant. Sed Deus, quem sibi fecit infestum, cuncta illius cogitata dissolvit.

Lin. 2. *Valitudine.*] Ità MS. Consule Dausqueium in Orthographicis, voce *valitudo*, & *valetudo*.

Lin. 3. *Obisset.*] MS. *novisset*; malè.

Lin. 4. *A tribus.*] Scilicet à Galerio, Severo & Maximino.

Ibidem. *Ipse.*] Maximianus Galerius.

Lin. 7. *Vel.*] Post *nominaret*, in Manuscripto est vacuum spatium duarum litterarum, quas credidi fuisse *ül*, propter ductam sursùm lineolam, ut hîc expressi. Quod si velis litteras fuisse *ĕt*, fuerit *etiam*.

Lin. 10. *Filio suo.*] Candidiano è concubinâ nato. Nullum enim suscepit filium ex suâ uxore Valeriâ, Diocletiani filiâ, quæ sterilis fuit, ut docet Lactantius infrà cap. 50.

Ibidem. *Ipse deponeret.*] Galerius etiam deponeret imperium, exemplo Diocletiani & Maximiani Herculii.

Lin. 13. *Hoc consilia eis ostendebant.*] Cum viris doctis lego *consilia*. In MS. est *consilio eis*; Galerio scilicet, & Licinio, cujus consiliis ad omnia regenda usum fuisse Galerium suprà vidimus. Editi habent, *consilia ei ostendebant*. Doctissimus Grævius legendum esse existimat, *Huc consilia ejus tendebant*.

XXI.

ADEPTUS igitur maximam potestatem, ad vexandum orbem, quem sibi patefecerat, animum intendit. Nam post devictos Persas, quorum hic ritus, hic mos est, ut Regibus suis in servitium se addicant, & Reges populo suo tanquàm familiâ utantur, hunc morem nefarius homo in Romanam terram voluit inducere, quem ex illo tempore victoriæ sine pudore laudabat. Et quia id apertè jubere non poterat, sic agebat, ut & ipse libertatem hominibus auferret. In primis honores ademit. Tor-

Lin. 1. *Adeptus igitur.*] Galerius.

Lin. 2. *Devictos Persas.*] Vide suprà c. 9.

Lin. 3. *In servitium se addicant.*] Hîc *servitium*, pro *servitute*, ut apud Lactantium Epitom. cap. 52. ad initium, *tradet* IN SERVITIUM *gentes universas*; Div. Institut. lib. 2. cap. 1. *Totos se libidinibus* ADDICUNT; lib. 6. cap. 20. & 23. *Quia se corpori* ADDIXERANT, *in quo habet mors potestatem*. De instituto seu consuetudine hâc Persarum legatur Brissonius.

Lin. 4. *Familiâ.*] Id est, famulis, servis, ut apud Persas. In MS. est *milia* tantùm, & deest *fa*.

Lin. 5. *Terram.*] In MS. *ĕrā*.

Lin. 7. *Torquebantur Decuriones.*] Jure civili Romanorum non licebat torquere Decuriones, ut patet ex Epistolâ Constantini ad Probianum Proconsulem Africæ. Posteà tamen Constantinus legem tulit, ut Decuriones torqueri liceret in crimine falsi. *Baluz.*

Digitized by Google

quebantur ab eo non Decuriones modò, sed Primores etiam civitatum; egregii ac perfectissimi viri, & quidem in causis levibus atque civilibus. Si morte digni viderentur, cruces stabant; sin minùs, compedes parati. Matresfamilias ingenuæ ac nobiles in gynæceum rapiebantur. Si quis esset verberandus, defixi in stabulo pali quatuor stabant, ad quos nullus unquàm servus distendi solebat. Quid luforium, vel delicias ejus referam? Habebat ursos ferociæ ac magnitudinis suæ simillimos, quos toto imperii sui tempore elegerat. Quoties delectari libuerat, horum aliquem adferri nominatim jubebat. His homines non planè comedendi, sed obsorbendi objectabantur: quorum artus cùm dissiparentur, ridebat suavissimè; nec unquàm sine humano cruore cœnabat. Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit; & hæc ille primò adversùs Christianos permiserat, datis legibus, ut post tormenta damnati lentis ignibus urerentur. Qui cùm deligati fuissent, subdebatur primò pedibus lenis flamma

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Civitatum.*] In MS. *civitatis*, & apponitur *ü*, supra ultimam syllabam.

Lin. 2. *Egregii ac perfectissimi viri.*] Dignitates honorariæ, de quibus vide Leg. 1. cod. Theod. de honorariis codicillis. Lactantius lib. 5. Div. Instit. cap. 14. *Nemo* EGREGIUS, *nisi qui bonus & innocens fuerit; nemo* CLARISSIMUS, *nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit; nemo* PERFECTISSIMUS, *nisi qui omnes gradus virtutis impleverit.* Perfectissimatûs dignitas, ut ait Valesius ad librum 21. Ammiani Marcellini, minor erat clarissimatu; & ut Clarissimi apud Præfectum urbis conveniebant, sic Perfectissimi apud Vicariam Præfecturam.

Lin. 4. *Matresfamilias nobiles in Gynæceum rapiebantur.*] Gynæcea, ut vox ipsa loquitur, erant loca destinata operibus muliebribus, in quæ interdùm pœnæ loco dejiciebantur & viri & fœminæ. Vide Valesii annotationes ad Eusebium pag. 211. & Cangium in Glossario.

Ibidem. *Gynæceum.*] In MS. *Geniceum.*

Lin. 5. *In stabulo.*] Ità MS. non *sabulo*, ut quibusdam placeret. *Stabulum* hîc, non equorum, sed equuleorum, ejusque generis cataftarum accipe, & ubi homines ad palos fixi & propè suspensi stabant. Sic *stabulum ferriterium* habes apud Plautum, Perf. act. 3. scen. 3. v. 13. ex emendatione Gronovii. *Columbus.*

Ibidem. *Ad quos nullus unquàm servus distendi solebat.*] Ità MS. nonnulli mallent legere, *nisi servus.*

Lin. 6. *Luforium*] Theatrum, sive amphitheatrum, ubi ludi publici edebantur, ut pluribus ostendit Cangius. Salvianus lib. 6. pag. 123. secundæ editionis Baluz. Acta sanctæ Seraphiæ virginis & martyris. *Baluz.*

Lin. 7. *Ferocia.*] MS. *ferocia*, mendosè.

Ibidem. *Ac magnitudinis suæ simillimos.*] *Similis* secundo casu gaudet apud Lactantium lib. 4. cap. 24. *hominum simillimum*; lib. 3. cap. 20. *suorum simillimus*; lib. de Irâ Dei cap. 18. *hominem* SIMILEM SUI *fecit*; & cap. 19. *hos Deus ut* SUI SIMILES *recognoscit*; de Opif. cap. 16. SIMILE VERI.

Lin. 8. *Elegerat.*] *Ursos*, aliis corpulentiores, immaniores, & ferociffimos.

Lin. 9. *Nominatim.*] Fortasse cuique urso nomen aliquod imposuerat Tyrannus.

Lin. 10. *Sed obsorbendi.*] Scilicet ursi lambere & sorbere sanguinem, & ita corpus consumere solent; undè ἀιμοβόροις θηρσὶν eos rectè accenset Eusebius Hist. Eccles. lib. 8. cap. 7. *Obsorbere* autem etiam apud Plautum Truc. 2. 3. 30. occurrit: *Qua obsorbent quidquid venit intra pessulos*; & Mil. 3. 2. 21. *quia enim obsorbui.* Ex Virgilio 4. Georg. & 2. Æneid.

Ibidem. *Objectabantur.*] Pro *objiciebantur.*

Ibidem. *Homines... quorum artus cùm dissiparentur.*] Locutio Lactantiana lib 5. Instit. cap. 11. *Nemo hujus tantæ belluæ immanitatem potest pro merito describere, qua... dentibus ferreis... non tantùm* ARTUS HOMINUM DISSIPAT, *sed*, &c.

Lin. 12. *Et hæc ille primò*, &c.] Sic lego cum doctissimo viro. In MS. legitur, *& exilii primò adversùs Christianos permiserat datis legibus.* An legendum *promserat?* Cicero de Legib. lib. 1. cap. 22.

Lin. 14. *Deligati.*] Idem quod *ligati.* MS. *delegati.*

Digitized by Google

tamdiù, donec callum solorum contractum igni ab ossibus revelleretur. Deindè incensæ faces & extinctæ admovebantur singulis membris, ita ut locus nullus in corpore relinqueretur intactus. Et inter hæc suffundebatur facies aquâ frigidâ, & os humore abluebatur, ne arescentibus siccitate faucibus, citò spiritus redderetur; quod postremò accidebat, cùm per multum diem decoctâ omni cute, vis ignis ad intima viscera penetrâsset. Hinc rogo facto cremabantur corpora jam cremata; lecta ossa, & in pulverem comminuta, jactabantur in flumine ac mare.

Lin. 1. *Callum solorum.*] De hâc pedum indurată pelle loquitur Cicero lib. 5. Tusculanar.

Lin. 5. *Spiritus redderetur.*] Lactant. lib. 5. Institut. cap. 11. *Contendunt igitur ut vincant, & exquisitos dolores corporibus immittunt, & nihil aliud devitant, quam ut ne torti moriantur.* Et paulò post: *Illi autem pertinaci stultitiâ jubent curam tortis diligenter adhiberi, ut ad alios cruciatus membra renoventur, & reparetur novus sanguis ad pœnam.* Baluz.

Ibidem. *Accidebat.*] MS. *Accedebat.*

Ibidem. *Cùm per multum diem, &c.*] Approbantibus omnibus viris doctis lego *cùm*, pro *tunc*, quod est in MS. totidem tractuum numero.

Lin. 8. *In flumine ac mare.*] Ità MS. nec aliter legendum. Nam olim, ut apud Nasonem & Varronem, scribebatur *mare* in sexto casu: quem cum propositione *in*, pro quarto positum non semel offendes apud Lactantium. Vide Columbi notam ad hunc locum. *Jactabantur*, pro *jaciebantur*. Heumannus tamen vult legi *in flumen ac mare.*

XXII.

QUÆ igitur in Christianis excruciandis didicerat, consuetudine ipsâ in omnes exercebat. Nulla pœna penes eum levis: non insulæ, non carceres, non metalla; sed ignis, crux, feræ, in illo erant quotidiana & facilia. Domestici & Administratores lanceâ emendabantur. In curiâ pœna capitis & animadversio gladii admodùm paucis quasi beneficium deferebatur, qui ob merita vetera impetraverant bonam mortem. Jam illa huic levia fuerant. Eloquentia extincta, causidici sublati, jureconsulti aut relegati, aut necati. Litteræ autem inter malas artes habitæ; & qui eas noverant, pro inimicis hostibusque protriti & execrati. Licentia rerum omnium, solutis legibus, adsumpta & judicibus data. Judices mi-

Lin. 2. *Nullâ pœna penès eum levis.*] In veteri exemplari legitur, *nulla pœnis eum levis. Pessima lectio bonam nobis indicavit. Baluz.*

Ibidem. *Insula.*] MS. *insola.*

Ibidem. *Carceres.*] MS. *incarceris.*

Lin. 3. *Illo . . . quotidiana.*] MS. *illa . . . cotidiano.*

Lin. 4. *Facilia.*] Id est, facilè concessa. *Almelov.*

Ibidem. *Administratores.*] In aulâ *ministrantes.*

Ibidem. *In curiâ pœna capitis & animadversio gladii.*] Sic lego, approbante eruditissimo viro, nullâ aut levissimâ mutatione factâ. In Manuscripto enim legitur, *In cã pœna capitis & animadversia gladii*; mendosè. Editi habent, *In causâ capitis & animadversio gladii*, omisso *pœna.*

Lin. 5. *Quasi beneficium.*] Sic lego cum duobus doctis viris, pro *beneficii*, quod est in Manuscripto; nec opus est voce *loco* additâ.

Lin. 6. *Bonam mortem.*] Id est, non coactam vi tormentorum, nec in publico patibulo turpem scilicet ac ignominiosam: sed facilem, & privatim, ut est venarum prosectio, vel venenum, sæpè ad libitum reorum. Vide infrà cap. XXVI. ad finem. In MS. *bonâ morte.*

Ibidem. *Jam illa huic.*] Reposui *huic*, scilicet Galerio, pro *his.* Vide præcedentia *didicerat, . . . exercebat, . . . in illo.*

Lin. 9. *Execrati.*] Passivè, ut infrà *metiebantur.*

litares, humanitatis litterarum rudes, sine adsessoribus in provincias immissi.

Lin. 1. *Adsessoribus.*] Id est, consiliariis.

www.libtool.com.cn

XXIII.

AT verò illud publicæ calamitatis & communis luctûs omnium fuit; census in provincias & civitates semel missus, censitoribus ubique diffusis, & omnia exagitantibus, hostilis tumultûs, & captivitatis horrendæ species erant. Agri glebatim metiebantur, vites & arbores numerabantur, animalia omnis generis scribebantur, hominum capita notabantur, in civitatibus urbanæ ac rusticæ plebes adunatæ, fora omnia gregibus familiarum referta; unusquisque cum liberis, cum servis aderant: tormenta ac verbera personabant, filii adversùs parentes suspendebantur, fidelissimi quique servi contra dominos vexabantur, uxores adversùs maritos. Si omnia defecerant, ipsi contra se torquebantur; & cùm dolor vicerat, adscribebantur quæ non habebantur. Nulla ætatis, valitudinis excusatio. Ægri & debiles deferebantur; æstimabantur ætates singulorum: parvulis adjiciebantur anni, senibus detrahebantur. Luctu & mœstitiâ plena

Lin. 1. *Omnium fuit.*] Ità MS. Duo viri docti suspicantur, pro *omnium*, legendum esse *initium.*

Lin. 2. *Semel missus.*] Illi duo eruditi, pro *semel*, mallent *simul.* Utrumque in MS. sæpè confunditur.

Lin. 4. *Glebatim.*] Ità in MS. Id est, de glebâ ad glebam. *Almelov.*

Ibidem. *Metiebantur.*] *Metiebantur*, passivè; ita quoque apud Arnobium, & apud Quint. Curtium lib. 3. In MS. *mitiebantur.*

Lin. 5. *Scribebantur.*] Id est, annotabantur; in tabulas eorum numerus & species referebantur, ut indè pro iis vectigal solveretur. Sic *scripturæ* non semel apud Ciceronem pro vectigali sumitur.

Lin. 6. *Adunatæ.*] Quo vocabulo utitur etiam Lactantius de *Opificio Dei*, cap. 17. sub finem.

Ibidem. *Fora omnia.*] MS. *foras omnia*, mendosè.

Lin. 8. *Suspendebantur.*] Adde *ex Equuleo.*

Ibidem. *Fidelissimi quique servi contra dominos vexabantur.*] Contra regulam Juris, quæ vetat servos in dominorum caput interrogari.

Lin. 10. *Si omnia defecerant.*] Ità MS. Quidam viri docti legere volunt, *si tormenta*, vel *tormina defecerant.* Mallem, *si hæc omnia defecerant.*

Ibidem. *Ipsi contra se torquebantur.*] Id est, tormentis huc adigebantur, ut se ipsos accusarent, quasi & convincerent. Amat Lactantius tales argutias. Sic Divin. Institut. lib. 5. cap. 2. IPSE ADVERSUS SE *gravis censor, & accusator acerrimus*; lib. 6. cap. 6. *Et gradus per quos ascenderunt amputant, ne quis illos* CONTRA SE IPSOS *possit imitari*; lib. 1. cap. 18. & lib. 2. cap. 1. lib. 6. cap. 8. IPSE SE *fugiet.*

Lin. 11. *Adscribebantur.*] Id est, annotabantur possessiones etiam quæ non habebantur, ut eas vel earum pretium fisco addicerent.

Ibidem. *Valitudinis.*] Ità MS. Præmittendum est *nulla*, vel *aut*, quod excidit ex MS. Heuman. scribit, *vel valitudinis.*

Lin. 12. *Parvulis adjiciebantur anni, senibus detrahebantur.*] En tibi utriusque rei causam ex Ulpiano de Censibus, Digest. lib. 50. Tit. 15. §. ubi ille. *Ætatem*, ait, *in censendo significare necesse est: quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur; veluti in Syriis à quatuordecim annis masculi, à duodecim fœmina usque ad sexagesimum quintum annum tributo capitis obligantur. Ætas autem spectatur censendi tempore.* Bauldri.

Parvulis adjiciebantur anni, ut possent torqueri, vel potiùs ut tributum penderent. Nam legibus Imperatorum cautum erat, ut qui verbi causâ annos decem non haberent, quique plus quàm sexaginta nati essent, tribu-

Digitized by Google

omnia. Quæ veteres adversùs victos jure belli fecerant, hæc ille adversùs Romanos Romanisque subjectos facere ausus est; quia parentes ejus censui subjugati fuerant, quem Trajanus Daciis assiduè rebellantibus pœnæ gratiâ victor imposuit. Post hoc, pecuniæ pro capitibus pendebantur, & merces pro vitâ dabatur. Non tamen hisdem censitoribus fides habebatur: sed alii super alios mittebantur, tanquàm plura inventuri. Et duplicabatur semper, illis non invenientibus, sed ut libuit addentibus, ne frustrà missi viderentur. Intereà minuebantur animalia, & mortales obibant, & nihil minùs solvebantur tributa pro mortuis, ut nec vivere jam, nec mori saltem gratis liceret. Mendici supererant soli, à quibus nihil exigi possit, quos ab omni genere injuriæ tutos miseria & infelicitas fecerat. Atqui homo impius misertus est illis, ut non egerent. Congregari jussit, & exportatos naviculis in mare mergi. Adeò hominem misericordem, qui providerit ne quis, illo imperante, miser esset. Ita, dum cavit, ne quis simulatione mendicitatis censum subterfugiat, multitudinem virorum miserorum contra omne jus humanitatis occidit.

tum capitis solvere non tenerentur, uti patet ex L. 3. D. de Censibus: L. 4. & 6. Cod. Theod. eodem, ubi potest videri Jac. Gothofredus.

Lin. 1. *Quæ veteres.*] Scilicet Romani. Nullam invenio causam immutandæ hujus lectionis, quæ est in MS. & subsistere potest. Editores sequendo Baluzium substituerunt *victores.*

Ibidem. *Hæc ille.*] MS. *& ille*, malè ab Amanuensi.

Lin. 2. *Parentes.*] Id est, majores, propter matrem trans-danubianam.

Lin. 3. *Daciis.*] Ità MS. cum duplici *i*. Erat enim duplex Dacia, superior, & inferior; & apud Paulinum Nol. Episc. carm. 17. ad Nicetam v. 249.

Et uterque Dacus. Vides suprà, *census in provincias missus.* Ideòque nihil mutare volui. Utraque lectio bona.

Lin. 4. *Post hoc.*] Heumann. legit *post hæc.*

Lin. 5. *Hisdem.*] Lege *iisdem.*

Lin. 8. *Mortales*] Hâc voce pro *homines* utitur Lactantius, lib. 1. Div. Institut. *Opus quod ipse ad propagandam sobolem* MORTALIBUS *tribuit;* lib. 7. cap. 15. *Mortalia sunt opera* MORTALIUM; ibid. cap. 14. MORTALES *quosdam*; & alibi passim. Item *mortalitas* eodem sensu, lib. 4. cap. 24.

Lin. 9. *Et nihil minùs.*] Almelov. Gal. & edit. Aboensis, *& nihilominùs.*

Lin. 11. *Quos ab omni genere injuria tutos miseria & infelicitas fecerat.*] Lactantius Epitom. cap. 59. ante finem, *se* TUTOS AB INJURIIS FACERENT. Attamen vir quidam eruditus volebat legere, ut in MS. *injuriâ ætatis*, seu temporum, Gallicè *par le malheur des temps.*

Ibidem. *Miseria & infelicitas.*] In MS. *miseria & infelicitatis*, mendosè.

Lin. 12. *Homo impius.*] Ità MS. Mallem cum nonnullis viris doctis legere *homo pius*, ironicè, propter vocabulum *misericordem* quod sequitur in Manuscripto, non *immisericordem.*

Lin. 14. *Ita, dum cavit.*] Quidam vellent legere *cavet*, propter *subterfugiat* quod sequitur in MS. vel legendum *subterfugeret.* Sic Tollius, Columbus & Heumannus.

Lin. 16. *Virorum miserorum.*] Ità MS. Mallem *verorum miserorum.*

Ibidem. *Contra omne jus humanitatis occidit.*] Ità & Lactantius Div. Institut. lib. 5. cap. 19. *In iisne mala mens est*, CONTRA JUS HUMANITATIS, *contra fas* OMNE *lacerantur*; & cap. 22. *Nec alienum quidquam concupiscit, ne quem* CONTRA JUS HUMANITATIS *ladat oratio*; lib. 6. cap. 10. *Ergò pro belluis immanibus sunt habendi qui hominibus nocent, qui* CONTRA JUS HUMANITATIS *& fas* OMNE *spoliant, cruciant,* OCCIDUNT, *exterminant.* Vide etiam cap. 20. si lubet.

Digitized by Google

XXIV.

JAM propinquavit illi judicium Dei, secutumque tempus est, quo res ejus dilabi ac fluere cœperunt. Nondùm animum intenderat ad evertendum pellendumve Constantium. Dum est occupatus his rebus, quas superiùs exposui, & expectabat obitum ejus: sed tam celeriter non putabat obiturum. Qui cùm graviter laboraret, miserat litteras, ut filium suum Constantinum remitteret sibi videndum, & quidem jamdudùm. Ille verò nihil minùs volebat. Nam & in insidiis sæpè juvenem adpetiverat; quia palam nihil audebat, ne contra se arma civilia, &, quod maximè verebatur, odia militum concitaret. Sub obtentu exercitii ac lusûs feris illum objecerat: sed frustrà; quoniam Dei manus hominem protegebat, qui illum de manibus ejus liberavit in ipso cardine. Namque sæpiùs cùm jamdiù necare non posset, dedit illi sigillum, inclinante jam die, præcepitque ut postridiè manè, acceptis mandatis, proficisceretur, vel ipse illum occasione aliquâ retentaturus, vel præmissurus litteras, ut à Severo teneretur. Quæ cùm ille prospiceret, quiescente jam Imperatore, post cœnam properavit exire, sublatisque per mansiones

Lin. 1. *Jam propinquavit illi judicium Dei.*] Videtur Autor in mente habuisse illud 2. Machab. cap. 9. v. 18. *Supervenerat enim in eum justum Dei judicium.* Verbum autem *propinquare* poëticum est ex Plauti Truculento Act. 2. scen. 6. aut ex Virgilio; estque etiam infrà initio c. 46. Est & apud Lactantium Div. Institut. lib. 2. cap. 8. *Corruptibile incorrupto* PROPINQUARE *non potest*; lib. 7. cap. 14. *cujus* JUDICII PROPINQUARE *tempus ostendam*; & infrà eod. lib. 7. cap. 24. *Et* JAM PROPINQUARE *summum illum conclusionis extremæ diem*; & cap. 15. lib. 2. cap. 9. necnon Epitom. cap. 71.

Ibidem. *Illi.*] Galerio Maximiano.

Lin. 2. *Res ejus dilabi ac fluere.*] Respicit notum illud Virgilii Æneid. 2. v. 169.

Ex illo fluere, ac retrò sub lapsa referri
Spes Danaüm.

Lin. 5. *Laboraret.*] Adde *morbo.*

Lin. 6. *Et quidem jamdudùm.*] Approbante Doctissimo viro, pro *quem*, reponere malui *quidem* leviori mutatione, quàm addere duo verba *frustrà repetierat*, cùm nulla sit in MS. lacuna.

Lin. 7. *Nam & in insidiis.*] Præpositionem *in* habet MS. codex.

Lin. 10. *Dei manus hominem protegebat.*] Idem Lactantius Div. Institut. lib. 2. cap. 15. *Quos* DEI MANUS *potens & excelsa* PROTEGIT.

Lin. 11. *In ipso cardine.*] Id est, in ipso articulo, vel in ipsâ liberationis opportunitate; in ultimo & decretorio momento. *Bauldri.* Ex Virgil. 1. Æneid. v. 676.

In ipso cardine. Sic Lactantius Div. Instit. lib. 2. cap. 8. *Hic est ergò* CARDO *rerum, hic vertuntur omnia.* Similiter lib. 3. cap. 7. & libro de Irâ Dei cap. 6. *In eâ enim summa omnis &* CARDO *Religionis pietatisque versatur.* Columb.

Ibidem. *Namque sæpiùs cùm jamdiù necare non posset.*] Nullum autumo vocabulum addendum; nec mutandum *diù* in *diutiùs*, *necare* in *negare*. *Jamdiù* illum elam *necare* voluisset, nec poterat, nullâ habitâ occasione aptâ; *palam* enim *non audebat*; suprà.

Lin. 12. *Sigillum.*] Id est, epistolam dimissoriam sigillo munitam. Vide Cangii Glossarium.

Lin. 13. *Acceptis mandatis.*] Quæ (ut existimo) ad patrem Constantium ferret.

Lin. 15. *Teneretur.*] Id est, retineretur à Severo. Quippe è Nicomediâ eunti in Galliam pergendum erat per Italiam, ubi Severus imperitabat. Fragmentum de Constantio Chloro pag. 471. *Qui ut Severum per Italiam transiens vitaret, summâ festinatione veredis post se truncatis Alpes transgressus, ad patrem Constantium venit apud Bononiam.*

Lin. 16. *Sublatis... equis publicis.*] Zosimus in libro 2. narrat, Constantinum veritum ne fortè fugiens apprehenderetur, equos stabularios quos Respublica alebat, cùm primùm aliquod stabulum attigisset, mutilasse & inutiles

Digitized by Google

res multas omnibus equis publicis, evolavit. Postridiè Imperator, cùm consultò ad medium diem usque dormisset, vocari eum jubet. Dicitur ei post cœnam statim profectus. Indignari ac fremere cœpit. Poscebat equos publicos, ut eum retrahi faceret. Nudatus ei cursus publicus nuntiatur. Vix lacrymas tenebat. At ille incredibili celeritate usus, pervenit ad patrem jam deficientem, qui ei, militibus commendato, imperium per manus tradidit; atque ita in lecto suo requiem vitæ, sicut optabat, accepit. Suscepto Imperio, Constantinus Augustus nihil egit priùs, quàm Christianos cultui ac Deo suo reddere. Hæc fuit prima ejus sanctio sanctæ religionis restitutæ.

inutiles reliquisse, cùmque id de loco in locum pergens faceret, excludisse ab ulteriore progressione persequentes. Eadem fermè leguntur in Epitome Victoris.

Lin. 1. *Evolavit.*] *Scribe* eum Heumanno *avolavit*, quo verbo utitur Cicero lib. 1. Tusculan. cap. 43. *me hinc avolaturum*, inquit.

Lin. 4. *Nudatus ei cursus publicus.*] Ità MS. Id est, nulli erant in mansionibus equi publici cursuri, quia eos mutilaverat Constantinus.

Lin. 6. *Ei.*] In MS. *eis*, mendosè.

Ibidem. *Ei . . . imperium per manus tradidit.*] Lactantius lib. 2. Divin. Institut. cap. 4. *Vixit enim usque ad senectutem*, REGNUMQUE PER MANUS FILIO TRADIDIT.

Lin. 7. *In lecto suo requiem vitæ accepit.*] Fasti Idatiani Constantio VI. & Maximiano VI. Consulibus: *His Consulibus diem functus Constantius, & posteà levatus est Constantinus VIII. Kal. Augusti.* Chronicon Eusebii: *Constantius sexto-decimo imperii anno diem obiit in Britannia, Eboraci*; ibidemque sepultus est, si vera sunt quæ de ejus tumulo narrantur à Doctissimo viro Guillelmo Camdeno, paginâ 572. Britanniæ. Contigit istud anno Christi CCCVI. ut rectè adversùs Petavium contendit Valesius in annotationibus ad Eusebium; & quidem die 8. Kalend. Augusti. *Baluz.*

Lin. 8. *Nihil egit priùs, quàm Christianos cultui ac Deo suo reddere.*] Ità MS. per Hellenismum. Alioquin legendum esset, *quàm ut . . . redderet.* Lactantius in præfatione libri 1. Div. Institut. ad Constantinum: *Nam cùm ille dies felicissimus orbi terrarum illuxisset, quo te Deus summus ad beatum Imperii culmen evexit, salutarem universis & optabilem principatum præclaro initio auspicatus es, cùm eversam sublatamque justitiam reducens, teterrimum aliorum facinus expiasti.*

Lin. 9. *Prima ejus sanctio, sanctæ Religionis restituta.*] Sic MS. *restituta*, pro *restitutio*. Ita dicitur *missa*, pro *missio*; *relata*, pro *relatio*; *Ascensa*, pro *Ascensio*; *defensa*, pro *defensio*; *accessa*, pro *accessio*; *exposita*, pro *expositio*; *remissa*, pro *remissio*, apud Tertullianum & S. Cyprianum Lactantii populares.

XXV.

PAUCIS post diebus, laureata imago ejus adlata est ad malam bestiam. Deliberavit diù an susciperet. In eo penè res fuit, ut illam, & ipsum qui attulerat, exureret; nisi eum amici ab illo furore flexissent, admonentes eum periculi, quòd universi milites, quibus invitis, ignoti Cæ-

Lin. 1. *Laureata imago ejus adlata est.*] *Ejus*, scilicet Constantini. Laureatam imaginem dixit Lactantius, quoniam qui res lætas & benè gestas nuntiabant, laureatas tabellas adferebant, ut pluribus explicat Salmasius in Notis ad Lampridium pag. 235. *Baluz.*

Ibidem. *Ad malam bestiam.*] Galerium Maximianum, qui ut crudelis persecutor à Lactantio vocatur MALA BESTIA. Vide suprà Not. ad capp. 2. & 16. ejusdem libri.

Lin. 2. *Res fuit.*] MS. *rex fuit.*

Lin. 3. *Amici.*] Id est, qui erant à consiliis.

Ibidem. *Flexissent.*] Pro *deflexissent*; simplex pro composito, quod Lactantio, ut sæpè diximus, familiare est.

ſares erant facti, ſuſcepturi Conſtantinum fuiſſent, atque ad eum concurſuri alacritate ſummâ, ſi veniſſet armatus. Suſcepit itaque imaginem admodùm invitus, atque ipſi purpuram miſit, ut ultrò aſciviſſe illum in ſocietatem videretur. Jam turbatæ rationes ejus fuerant, nec poterat alterum extra numerum nuncupare, ut voluerat. Sed illud excogitavit, ut Severum, qui erat ætate maturior, Auguſtum nuncuparet, Conſtantinum verò non Imperatorem, ſicut erat factus, ſed Cæſarem cum Maximino appellari juberet, ut eum de ſecundo loco rejiceret in quartum.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Suſcepturi.*] MS. *ſuſcepturum.*

Ibidem. *Ad eum concurſuri alacritate ſummâ, ſi veniſſet armatus.*] MS. *ad eum concurſas alacritate ſummâ, ſi inveniſſet armatus.*

Lin. 4. *Turbatæ rationes.*] In MS. *turba rationes*, per errorem.

Ibidem. *Nec poterat alterum extra numerum nuncupare.*] Id eſt, præter quatuor, ne mutaret Diocletiani diſpoſitionem, quam ipſe tantoperè dixerat debere cuſtodiri, ſuprà cap. 18. *Baluz.*

Lin. 5. *Illud excogitavit.*] Lactantius de Opif. Dei cap. 3. *Quid enim* EXCOGITABIT? *quid faciet? quid molietur?*

Lin. 7. *Maximino.*] MS. ſemper *Maximiano.*

XXVI.

COMPOSITÆ ei res quodam modo jam videbantur, cùm ſubitò illi alius terror adlatus eſt, generum ipſius Maxentium Romæ factum Imperatorem. Cujus motûs hæc fuit cauſa. Cùm ſtatuiſſet cenſibus inſtitutis orbem terræ devorare, ad hanc uſque proſiluit inſaniam, ut ab hâc captivitate ne populum quidem Romanum fieri vellet immunem. Ordinabantur jam Cenſitores, qui Romam miſſi deſcriberent plebem. Eodem ferè tempore caſtra quoque Prætoria ſuſtulerat. Itaque milites pauci, qui Romæ in caſtris relicti erant, opportunitatem nacti, occiſis quibuſdam judicibus, non invito populo, qui erat concitatus, Maxentium purpu-

Lin. 1. *Quodam modo.*] MS. *qua modo.*

Lin. 2. *Adlatus eſt.*] Ità MS. Sed infrà eſt *allato*: ſequor MS.

Ibidem. *Maxentium Romæ factum Imperatorem.*] Erud. Toinardus vult legi ſeu intelligi Cæſarem, non Auguſtum. At multis eximiis rationibus, & ex Eutropio lib. x. Doctiſſimi viri Baluzius & Paulus Bauldri probant, eum à Prætorianis Auguſtum fuiſſe nuncupatum: quos autores adi ſi lubet.

Lin. 4. *Orbem terræ devorare.*] Lactantius lib. 7. Div. Inſtitut. cap. 16. *Diſperdent omnia, & comminuent,* & DEVORABUNT. Atque ſic etiam Epitomes cap. 11. *Decem viri occupabunt* ORBEM, *& partientur, &* VORABUNT; & MOX, VORABIT *omnem* TERRAM, prout eſt in omnibus editis & MSS. codicibus, ſi excipias Taurinenſem, in quo eſt *vexabit.*

Ibidem. *Proſiluit.*] Ità MS. Et rectè. Plures editi, *proſiliit.* Utraque lectio bona; nihilque mutandum.

Ibidem. *Ab hâc captivitate.*] Id eſt, ab hoc tributo. Cenſus enim non fiebat, niſi ut vectigal imponeretur.

Lin. 6. *Deſcriberent plebem.*] Lactantius Divin. Inſtitut. lib. 1. cap. 22. *Deos per familias* DESCRIPSIT.

Lin. 7. *Caſtra Prætoria ſuſtulerat.*] Non omninò: ſed imminuerat. Alioqui quomodò Prætoriani, ſi nulli fuiſſent, Maxentium Imperatorem nuncupare potuiſſent? Rectè Aurelius Victor in libro de Cæſaribus: *Hinc etiam quaſi truncatæ vires urbis, imminuto Prætorianorum cohortium atque in armis vulgi numero.* Baluz.

Lin. 8. *Occiſis judicibus.*] *Abellio priùs interfecto*, inquit Zoſimus, *quòd is Præfecti Urbis locum obtinens, horum molitionibus adverſari viſus eſſet.* Baluz.

Lin. 9. *Maxentium purpuram induerant.*] In MS. *Maxentius purpuram induerat*: utraque

Digitized by Google

ram induerant. Quo nuntio allato, aliquantùm rei novitate turbatus est, nec tamen nimiùm territus. Et oderat hominem, & tres Cæsares facere non poterat. Satis visum est semel fecisse quod noluit. Severum arcessit, & hortatus ad recipiendum imperium, mittit eum cum exercitu Maximiani ad expugnandum Maxentium; & mittit Romam, in quâ milites illi summis deliciis sæpissimè excepti, non modò salvam esse illam urbem, sed ibi vivere optarent. Maxentius tanti facinoris sibi conscius, licèt jure hæreditatis paternos milites traducere ad se posset, cogitans tamen fieri posse, ut Maximianus socer idipsum metuens Severum in Illyrico relinqueret, atque ipse cum suo exercitu ad se oppugnandum veniret, quærebat quatenùs se à periculo impendente muniret. Patri suo post depositum imperium in Campaniâ moranti purpuram mittit, & bis Augustum nominat. Ille verò & rerum novarum cupidus, & qui deposuerat invitus, libenter arripuit. Severus interim vadit, & ad muros Urbis armatus accedit. Statim milites, sublatis signis, abeunt, & se contra quem venerant, tradunt. Quid restabat deserto, nisi fuga? Sed occurrebat jam resumpto imperio Maximianus, cujus adventu Ravennam confugit, ibique se cum paucis militibus inclusit. Qui cùm videret futurum, ut Maximiano traderetur, dedit sese ipse, vestemque purpuream eidem, à

lectio non æquè bona. Indicat una Maxentium ex se ipso purpuram sumpsisse, rebus perturbatis per motus populares; altera, sed melior, Maxentium à militibus purpurâ donatum.

Lin. 1. *Turbatus est.*] Galerius Maximianus.

Lin. 2. *Nimiùm territus.*] *Nimiùm*, id est, *valdè*. Divin. Institut. lib. 5. cap. 10. *Si* NIMIUM *pii fuerint.* Et de Opificio Dei cap. 9. *Si aliquid* NIMIS *propiùs admoveas.*

Ibidem. *Tres Cæsares facere non poterat.*] Obstante dispositione Diocletiani. Vide suprà cap. 18. & 25.

Lin. 3. *Arcessit, & hortatus.*] Ità MS. Potest tamen legi *hortatus* vel *hortatur*. Lectionem sequuti sumus, quæ melius sonat.

Lin. 4. *Recipiendum.*] Id est, *recuperandum.*

Ibidem. *Maximiani.*] Herculii nimirùm.

Lin. 5. *Maxentium.*] MS. *Maximianum*, mendosè.

Lin. 7. *Ibi vivere.*] MS. *ut vivere.*

Ibidem. *Maxentius tanti facinoris sibi conscius.*] Hoc est, sumptæ sine senioris Augusti consilio purpuræ, usurpatique simul Italiæ Imperii, quod Galerius Severo cum Occidente cesserat. *Baldri.*

Lin. 9. *Maximianus.*] Scilicet Galerius, cujus filiam Maxentius duxerat.

Lin. 11. *Quærebat quatenùs.*] *Quatenùs* est pro *quomodò*. Lactantius Divin. Institut. lib. 2. cap. 21. *Isidis Ægyptiæ sacra sunt*, QUATENUS *filium parvulum vel perdiderit, vel invenerit*; lib. 4. cap. 27. *Sciet qui viderit*, QUATENUS *adjurati per Christum de corporibus fugiant*; l. 7. c. 6. QUATENUS *aut quamobrem homines procreati.* Columbus. Lib. de Opificio Dei bis, cap. 6.

Ibidem. *Se à periculo impendente muniret.*] Lactantius Epitom. cap. 6. *Severissimis legibus vitæ nostræ* MUNITUR; de Opific. Dei cap. 4. *Ut adversùs nocentia fragilitatem suam* MUNIRET; cap. 10. *Ut oculi munitiores essent ab injuriâ.*

Lin. 12. *Campaniâ.*] Eutropius lib. 9. circa finem, & Zozimus lib. 2. cap. 10. *Lucaniam* dixerunt: forsan villa in utriusque confiniis fuit.

Lin. 13. *Bis.*] Id est, iterùm.

Lin. 14. *Severus interim vadit.*] Haud secùs MS. non *Italiam invadit*, ut quidam suspicatur.

Lin. 15. *Et se contra quem venerant, tradunt.*] MS. *&*; non *ei.*

Lin. 17. *Ravennam confugit.*] Severus.

Lin. 19. *Maximiano.*] Herculio.

Ibidem. *Dedit sese ipse.*] MS. habet *dedit de se ipse.*

Ibidem. *Vestemque purpuream.*] Ità MS. nec aliter excudi debuit: aliæ editiones habent, *Vestemque & purpuram.*

Ibidem. *Eidem.*] MS. *& idem. Eidem*, id est Herculio, à quo acceperat. Vide c. 18. sup.

Digitized by Google

quo acceperat, reddidit. Quo facto, nihil aliud impetravit, nisi bonam mortem. Nam venis ejus incisis, leniter mori coactus est. Ab hoc cœpit suos persequi.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Bonam mortem.*] Quid hîc sit bona mors, vide id quod sequitur, & suprà ad caput 22.

Lin. 2. *Venis ejus incisis.*] Sic MS. at editio Baluz. *Venis ei incisis.* Contrà Zosimus lib. 2. & auctor Fragmenti de Constantio Chloro scribunt, ut paulò antè vidimus, Severum *fractis laqueo cervicibus* expirasse. *Baluz.*

Ibidem. *Cœpit*] In MS. *capite.* De hoc loco, quem corruptum esse fatentur Interpretes, vide Baluzium infrà p. 316. & Doctiss. Columbi Not. Quinque ultima verba hujus capitis putat Heumannus esse delenda.

XXVII.

HERCULIUS verò cùm Maximiani nôsset insaniam, cogitare cœpit illum, auditâ nece Severi, inflammatum irâ, cum exercitu esse venturum, & fortasse adjuncto Maximino, ac duplicatis copiis, quibus resisti nullo modo posset: Urbe munitâ, & rebus cœptis inimicis diligenter instructis, proficiscitur in Galliam, ut Constantinum partibus suis conciliaret, suæ minoris filiæ nuptiis. Ille intereà, coacto exercitu, invadit Italiam, ad Urbem accedit, Senatum extincturus, populum trucidaturus. Verùm clausa & munita omnia offendit. Nulla erat spes inrumpendi: oppugnatio difficilis; ad circumsedendum mœnia non satis copiarum, quippe qui nunquàm viderat Romam, æstimaretque illam non multò esse majorem, quàm quas noverat civitates. Tunc quædam legiones detestantes scelus, quòd socer generum oppugnaret, & quòd Romani milites Romam, translatis signis, imperium reliquerunt. Et jam cæteri mili-

Lin. 1. *Herculius.*] MS. *Hirculius.*

Ibidem. *Maximiani.*] Galerii scilicet.

Lin. 2. *Inflammatum irâ.*] Ità & suprà cap. 14. Lactantius lib. 7. Div. Institut. cap. 17. INFLAMMATUS IRA; & eodem lib. 7. cap. 1. INFLAMMATI *amore potentiæ.*

Lin. 3. *Adjuncto Maximino.*] Dazâ. Editi *Maximino.* A Lactantio enim Daza indiscriminatim *Maximianus* & *Maximinus* fuit appellatus. Vide Not. ad caput 18. *Toinard.*

Lin. 4. *Et rebus cœptis inimicis diligenter instructis.*] Ità MS. Locus subobscurus: attamen nihil immutandum esse puto. Redderem Gallicè, *par des entrepriſes, qui annonçoient ou déclaroient la guerre.* Pro *cœptis*, quidam volunt *aptis.*

Ibidem. *Instructis.*] Quidam legunt *instruens.*

Lin. 6. *Suæ minoris filiæ nuptiis.*] MS. *sic minoris familiæ nuptiis*, quod editi rectè immutaverunt. Miror nullum ex eruditis viris inquisisse, quænam esset Faustæ soror natu major, & an fuerit unquàm; nullam enim reperire mihi datum est apud Romanæ Historiæ Scriptores. Attamen lectio MS. meritò fuit immutata, nec prout jacet in Lactantio potuit conservari. Nullos Maximianus Herculius alios ex suâ uxore Eutropiâ habuit liberos, quàm Maxentium, de quo capite 26. & Faustam, de quâ cap. 30. Verùm Eutropia, priusquam nupta esset cum Herculio, filiam habuit Theodoram, quam uxorem duxerat Constantius Chlorus Constantini Pater. Theodoram verò Eutropiæ filiam, ut suam, procul dubio habebat Herculius. Itaque de Faustâ potuit Lactantius dicere, quòd Herculii filia minor esset.

Ibidem. *Ille intereà.*] Galerius Maximianus.

Lin. 9. *Circumsedendum mœnia.*] In MS. *circumsedendum;* mendum, pro *circumsedendum:* editi habent *circumsedenda mœnia.*

Lin. 11. *Quas noverat civitates.*] Sic apud Virgilium Tityrus:

Urbem quam dicunt Romam, Melibœe, putavi
Stultus ego huic noſtræ ſimilem.

Ibidem. *Detestantes scelus.*] MS. *detestande.* Fortè legendum est *detestata.*

Lin. 13. *Imperium reliquerunt.*] Galerii nimirùm. Fortè legendum *Imperatorem.* Vide

Digitized by Google

tes nutabant, cùm ille, fractâ superbiâ, dimissisque animis, & Severi exitum metuens, ad pedes militum provolutus orabat, ne hosti traderetur, donec promissis ingentibus flexit animos quorumdam, & retrò signa convertit, ac fugam trepidus capessivit; in quâ opprimi facillimè potuit, si cum paucis quispiam sequeretur. Quod cùm timeret, dedit militibus potestatem, ut dispersi quàm latissimè diriperent omnia, vel corrumperent; ut si quis insequi voluisset, utensilia non haberet. Vastata est igitur ea pars Italiæ, quò pestiferum illud agmen incessit: expilata omnia, mulieres corruptæ, virgines violatæ, extorti parentes & mariti, ut filias, ut conjuges, ut opes suas proderent. Abactæ tanquàm de barbaris prædæ pecorum ac jumentorum. Hoc modo se ad sedes suas recepit, cùm Romanus quondam Imperator, nunc populator Italiæ, hostiliter universa vexasset. Olim quidem ille, ut nomen Imperatoris acceperat, hostem se Romani nominis erat professus, cujus titulum immutari volebat; ut non Romanum imperium, sed Dacisicum cognominaretur.

infrà, *quia milites erant, qui Severum reliquerant.*

Lin. 1. *Nutabant.*] MS. *mutabantur.*

Ibidem. *Dimissisque animis.*] Fortè legendum, *demissisque animis*, id est, abjectis. Ità Cicero variis in locis. *Almelov.*

Ibidem. *Et.*] Ex MS. sed omissum in editis.

Lin. 3. *Flexit animos quorumdam.*] MS. *felix animus quorum.* Editores reposuerunt *flexit animos eorum.* Ego ponendo *quorumdam*, perstiti in Manuscripti codicis lectione unam addendo syllabam; eamque vocem ac lectionem genuinam puto.

Lin. 7. *Utensilia non haberet.*] *Utensilia* sunt cibaria, copiæ victui necessariæ.

Lin. 8. *Quò.*] *Quà*, juxta Tollium & Heumannum.

Lin. 11. *Se ad suas sedes recepit.*] Maximianus Galerius.

Lin. 13. *Vexasset.*] Baluzius putat legendum esse *vastasset.* Attamen infrà num. XXXI. dicit Autor *vexationem generis humani.*

Lin. 15. *Dacisicum.*] Sic lego cum Manuscripto, ut apud Vopiscum in Aureliano cap. 38. non *Dacicum*, ut habent plures editi. *Dacisicum*, quòd ipse natus esset ex Daciâ.

XXVIII.

POST hujus fugam, cùm se Maximianus alter è Galliâ recepisset, habebat imperium commune cum filio. Sed juveni magis parebatur, quàm seni, quippe cùm prior & major filii potestas esset, qui etiam patri reddiderat imperium. Ferebat iniquo animo senex, quòd non posset liberè facere quod vellet, & filio suo puerili æmulatione invidebat. Cogitabat ergò expellere adolescentem, ut sibi sua vindicaret. Quod facile videbatur, quia milites erant [sui,] qui Severum reliquerant. Advocavit populum ac milites, quasi concionem de præsentibus Reipublicæ malis

Lin. 1. *Maximianus alter.*] Scilicet, Herculius.

Ibidem. *Galliâ.*] In MS. *Gallie:* sed mendosè.

Lin. 3. *Filii potestas esset.*] Addidi verbum *esset*, quod deest in Manuscripto, sed necessariò addendum.

Ibidem. *Qui etiam.*] In MS. codice est ꝙ ẽã.

Lin. 5. *Quod.*] MS. *quos*, mendosè; fortè *qua vellet.*

Lin. 7. *Milites erant sui.*] Scilicet, Maximiani Herculii Imperatoris. Cum doctiss. viris Gisb. Cupero & Paulo Bauldri addo *sui*, & sensus omninò postulat, ut sic legatur; idque verum esse patet ex capite 44. & similitudo litterarum *sui*, & *qui*, vocem eam extricare potuit. *Ex Cupero.*

Digitized by Google

habiturus. De quibus cùm multa dixisset, convertit ad filium manus; & illum esse dicens autorem malorum, illum principem calamitatum, quas Respublica sustineret, diripuit ab humeris ejus purpuram. Exutus ille præcipitem se de tribunali dedit, & à militibus exceptus est. Quorum irâ & clamore perturbatus est senex impius, & ab urbe Româ, tanquàm Superbus alter, exactus est.

www.libtool.com.cn

Lin. 2. *Autorem malorum, principem calamitatum.*] Item Lactantius Epitom. cap. 72. *Ipse daemonum* PRINCEPS, AUTOR *& machinator* MALORUM.

Lin. 3. *Quas respublica sustineret.*] Lactant. Div. Institut. lib. 6. cap. 8. *Mala omnia* SUSTINERE; & cap. 18. SUSTINEAMUS *invicem, & mala hujus vitæ mutuis adjumentis perferamus.* Columb.

Ibidem. *Diripuit ab humeris ejus purpuram.*] Ità MS. Dicendum foret *deripuit*, id est, de corpore filii detraxit; cùm contrà *dirigere* significet in frusta *concidere*. Ità Ovid. 4. Met.

—— *velamina Pœne*
Deripit ex humeris. Ex Cupero.

Ibidem. *Exutus.*] In MS. *exsutus.*

Lin. 6. *Tanquàm Superbus alter, exactus est.*] Id est, Tarquinius Superbus, Rex Romanorum ultimus. Lactantius lib. 4. Instit. c. 14. *Tarquinius* SUPERBUS EXACTUS EST. *Balux.*

XXIX.

REDIENS rursùs in Gallias, ubi aliquantùm moratus est, profectus ad hostem filii sui Maximianum, quasi ut de componendo Reipublicæ statu & cum eo disputaret; re autem verâ ut illum per occasionem reconciliationis occideret, ac regnum ejus teneret, exclusus à suo, quòcumque venisset. Aderat ibi Diocles, à genero nuper accitus, ut quod antè non fecerat, præsente illo imperium Licinio daret, substituto in Severi loco. Itàque sit utroque præsente. Sic uno tempore sex fuerunt. Quarè impeditis consiliis senex Maximianus tertiam quoque fugam moliebatur: redit in Galliam plenus malæ cogitationis ac sceleris, ut Constantinum Imperatorem generum suum, generi filium, dolo malo cir-

Lin. 2. *Ad hostem filii sui Maximianum.*] Id est, Herculius proficiscitur ad Galerium filii sui hostem.

Lin. 3. *Et cum eo disputaret.*] Sic MS. editi omittunt &, idque benè. *Disputaret*, id est, conferret, cum eo ageret. Sic apud Ciceronem 2. Famil. 8. & Orat. pro Cœlio.

Lin. 5. *Aderat ibi Diocles.*] Apud Maximianum Galerium generum suum, à quo nuper fuerat accitus.

Lin. 6. *Substituto.*] In MS. potest legi *substituto*, aut etiam *substituturo.*

Ibidem. *In Severi loco.*] Sic MS. Docti malunt scribere, *in Severi locum*: sed utraque lectio defendi potest.

Lin. 7. *Utroque præsente.*] Diocletiano nimirùm, & sene Maximiano Herculio.

Ibidem. *Sex fuerunt.*] Ità MS. Nonnulli mallent *præfuerunt.* Reipublicæ scilicet, seu Imperatores, seu Cæsares; nempè Herculius, Galerius, Maximinus Daza, Constantinus, Maxentius & Licinius.

Lin. 8. *Quarè.*] Ex Terent. Andr. Act. 3. Scen. 5.

Ibidem. *Maximianus.*] Scilicet *Herculius.*

Ibidem. *Moliebatur.*] Id est, parabat. Æneid. 2. v. 108.

Lin. 9. *Cogitationis.*] Ità MS. Et rectè. Priscæ editiones, *contagionis*: fortassè eò quòd libro 5. Div. Institut. Lactantii cap. 12. initio legitur, *pectus purum ab omni sceleris contagione præstare.*

Ibidem. *Constantinum Imperatorem generum suum.*] Faustam enim Maximiani Herculii filiam duxerat. *Toinard.* Legitur mendosè Constantium apud Toinardum.

Lin. 10. *Generi filium.*] Constantii Chlori; cui Flavia Maximiana Theodora, ejusdem Herculii privigna, nupserat. Ideò Constantius ductâ privignâ habetur vitrici gener. *Toinard.*

Digitized by Google

cùm veniret; & ut posset fallere, deponit regiam vestem. Francorum gens in armis erat. Persuadet nihil suspicanti, ne omnem secum exercitum duceret, paucis militibus posse barbaros debellari; ut & ipse haberet exercitum, quem occuparet, & ille opprimi posset ob militum paucitatem. Credit adolescens, ut perito, ac seni; paret, ut socero: proficiscitur, relictâ militum parte majore. Ille, paucis diebus expectatis, cùm jam Constantinum æstimaret intrâsse fines barbarorum, repentè purpuram sumit, thesauros invadit, donat, ut solet, largè; fingit de Constantino, quæ in ipsum protinùs reciderunt. Imperatori properè quæ gesta sunt, nuntiantur. Admirabili celeritate cum exercitu revolat. Opprimitur homo ex improviso, nondùm satis instructus; milites ad Imperatorem suum redeunt. Occupaverat Massiliam, & portas obseraverat. Accedit propiùs Imperator; & in muro adstantem alloquitur, non asperè, nec hostiliter: sed rogat quid sibi voluisset, quid ei defuisset, cur faceret quod ipsum præcipuè non deceret. Ille verò ingerebat maledicta de muris. Tum subitò à tergo ejus portæ reserantur, milites recipiuntur. Adtrahitur ad Imperatorem rebellis Imperator, pater impius, socer perfidus. Audit scelera quæ fecit, detrahitur ei vestis, & increpito vita donatur.

Lin. 1. *Francorum gens in armis erat.*] De hoc fortè Francorum Bello loquitur Euseb. in vitâ Constantini lib. 1. cap. 25.

Lin. 2. *Persuadet.*] Id est, Herculius persuadet Constantino nihil suspicanti.

Lin. 4. *Posset.*] In MS. *Possit.*

Lin. 5. *Paucitatem.*] In MS. *paucitato*: fortè *paucitati.*

Lin. 7. *Æstimaret.*] Legunt eruditi *existimaret.*

Lin. 8. *Fingit de Constantino, &c.*] Id est, fingit Constantinum oppressum esse ab hostibus, sicut ipse, paulò post, inopinato generi recursu opprimebatur. *Cellarius.*

Lin. 9. *Imperatori.*] Scilicet, Constantino.

Lin. 10. *Revolat.*] Lactantius Div. Institut. lib. 7. cap. 12. *Donec animus amissi corporis domicilium ad sedem suam* REVOLET: quam vocem apud ullum autorem Christianum non reperies; & hausit à Cicerone & Virgilio Georgic. 1. v. 361. eorum imitator Firmianus noster.

Lin. 11. *Homo.*] Senex Herculius.

Lin. 15. *Non deceret.*] Quia Constantinus gener erat Herculii, quem quodammodò non decebat, ut socer genero bellum inferret.

Lin. 16. *A tergo ejus.*] Id est, portæ quæ à tergo erant Herculii.

Ibidem. *Milites.*] Constantini.

Lin. 17. *Pater impius.*] *Pater*, scilicet Faustæ, quam uxorem duxerat Constantinus; impius, quia inhumanus.

Lin. 18. *Audit scelera quæ fecit.*] Eleganter de obnoxio. Sic Lactantius lib. 5. Divin. Institut. cap. 19. AUDIT QUÆ *illi Deus* CONSCIVERATUR.

Ibidem. *Detrahitur ei vestis.*] Imperatoriæ scilicet, id est, purpura.

XXX.

SIC amisso Imperatoris ac soceri honore, humilitatis impatiens, alias tursùs insidias machinatus est. Quia semel habuit impunè, vocat filiam Faustam, eamque nunc precibus, nunc blandimentis sollicitat ad proditionem mariti, aliùm digniorem virum pollicetur, petit cubiculum patens relinqui, & negligentiùs custodiri sinat. Pollicetur illa facturam,

Lin. 2. *Habuit impune.*] Nec aliter MS. & cap. 53. IMPUNE HABENT. Hic in editis Lactantius Epitom. cap. 53. IMPUNE HABUIT; id est abiit.

& refert protinùs ad maritum. Componitur ſcena, quâ manifeſtò faci-nus teneretur. Supponitur quidam vilis eunuchus, qui pro Imperatore moriatur. Surgit ille nocte intempeſtâ: videt omnia inſidiis opportuna. Rari excubitores erant, & ii quidem longiùs; quibus tamen dicit vi-diſſe ſomnium, quod filio ſuo narrare vellet. Ingreditur armatus, & ſpadone obtruncato, proſiliit gloriabundus, ac profitetur quod admiſe-rit. Repentè ſe ex alterâ parte Conſtantinus oſtendit cum globo armato-rum. Proſertur è cubiculo cadaver occiſi: hæret manifeſtarius homicida, & mutus ſtupet,

Quaſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes;

impietatis ac ſceleris increpatur. Poſtremò datur ei poteſtas liberæ mortis;

Ac nodum informis leti trabe nectit ab altâ.

Ita ille Romani nominis maximus Imperator, qui per longum tempo-ris intervallum cum ingenti gloriâ viginti annorum vota celebravit, eliſo & fracto ſuperbiſſimo gutture, vitam deteſtabilem turpi & ignominiosâ morte finivit.

Lin. 1. *Scena.*] In MS. *ſchena*; quaſi pro-nuntiandum eſſet *chena*, more ſcilicet Italo-rum.

Lin. 5. *Filio ſuo.*] Id eſt, genero ſuo, Con-ſtantino ſcilicet, quia erat Maximiani Hercu-lii filiæ maritus.

Lin. 6. *Proſiliit.*] Melius foret *proſilit.*

Lin. 8. *Hæret manifeſtarius homicida.*] Lac-tantius lib. 1. Div. Inſtitut. cap. 7 *Quaſi ſub-ductis & conſumptis omnibus viis, ſubſiſtit*, HÆ-RET, *deficit.* Ex Plauto in Aulular. & Tri-nummo.

Lin. 10. *Quaſi.*] Virgil. 6. Æneid. v. 471.

Lin. 12. *Ac.*] Idem, lib. 12. v. 603.

Lin. 14. *Intervallum.*] In MS. *intervallo.*

Ibidem. *Viginti annorum vota.*] Id eſt, vi-cennalia, quæ cum Diocletiano Romæ cele-bravit. *Baluz.* Vide Valeſium in Euſebium de Virâ Conſtantini lib. 4. cap. 47.

Lin. 15. *Turpi.*] In MS. *turbi*, *p*, in *b* mu-tato, quod ſcribenti ſæpè accidit.

Ibidem. *Ignominiosâ morte.*] De quâ Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. lib. 8. cap. 13. Maſſiliæ ſcili-cet ſtrangulatus eſt. Euſeb. in Chronico.

XXXI.

AB hoc Deus, religionis ac populi ſui vindex, oculos ad Maximia-num alterum tranſtulit, nefandæ perſecutionis autorem, ut in eo etiam virtutem majeſtatis oſtenderet. Jam de agendis & ipſe vicennalibus co-gitabat; & ut qui jamdudùm provincias afflixerat auri argentique in-dictionibus

Lin. 1. *Maximianum alterum.*] Id eſt, à Maximiano Herculio ad Maximianum Gale-rium, cognomento Armentarium.

Lin. 2. *Autorem.*] Id eſt, unum ex autori-bus perſecutionis; de quibus vide ſuprà c. 2. *perſecutores*: non unicus erat *autor*, ſed plures.

Ibidem. *Etiam virtutem.*] Sic lego ex MS. in quo eſt *et* ..... *em*, cum vacuo ſpa-tio 7. aut 8. litterarum; nec aliter legendum eſſe arbitror. In omnibus editis legitur *etiam vim*, quod cum reliquâ codicis ſcripturâ ſta-re non poteſt; & quidem in hoc MS. *etiam* vulgò ſcribitur per quatuor litteras *etiã*. Lec-tio noſtra eâdem confirmatur locutione cap. 1. *Quatenùs* VIRTUTEM *ac* MAJESTATEM *ſuam in exſcindendis delendiſque nominis ſui hoſtibus* OSTENDERET. Ità & Lactantius lib. 4. Div. Inſtit. cap. 26. VIRTUTEM MAJESTA-TEMQUE *Dei ſingularis interpretari*; & lib. 6. cap. 9. VIRTUTEM *ac* MAJESTATEM *Dei ſingu-laris enarrat.*

Lin. 4. *Et ut.*] Poſt *cogitabat*, in MS. qua-tuor deſunt litteræ, quas ſupplendas eſſe duxi per *& ut.*

www.ibtool.com.cn

Digitized by Google

dictionibus factis, quæ promiserat redderet, etiam in nomine vicennalium securem alteram afflixit. Quâ vexatione generis humani exactio celebrata sit, maximè rei annonariæ, ecquis enarrare dignè potest? Officiorum omnium milites, vel potiùs carnifices, singulis adhærebant; cui priùs satisfieret, incertum: venia non habentibus nulla; sustinendi multiplices cruciatus, nisi exhiberetur statim, quod non erat: multis custodiis circumsepto nulla respirandi facultas; nullo tempore anni vel exigua requies; frequens super hisdem hominibus, vel ipsis judicibus, vel militibus judicum pugna: nulla area sine exactore, nulla vindemia sine custode, nihil ad victum laborantibus relictum. Quæ quanquàm intolerabilia sint, eripi ab ore hominum cibos labore quæsitos, tamen sustentabile aliquo modo vel spe futurorum. Quid vestis omnis generis? quid aurum? quid argentum? Nonne hæc necesse est ex venditis fructibus comparari? Unde igitur hoc, ô dementissime tyranne, præstabo, cùm omnes fructus auferas, universa nascentia violenter eripias? Quis ergò non bonis suis eversus est, ut opes, quæ sub imperio ejus fuerunt, conraderentur ad votum, quod non erat celebraturus.

Lin. 1. *Redderet.*] In MS. *rediret*, mendosè.
Ibidem. *In nomine vicennalium.*] Ità MS

Lin. 2. *Securem alteram afflixit.*] Ità MS. idem quod *inflixit.* Et sanè illud Ciceronis pro Cn. Plancio, cap. 29. Autor noster respexit: *Quam enim illi Judices graviorem potuerunt Reipublicæ infligere securim? &c.*

Lin. 3. *Ecquis enarrare dignè potest?*] MS. *& quis.* Levissimâ vel penè nullâ mutatione posui *ecquis*, cùm *t* & *c* in plerisque MSS. sint similes, aut penè similes.

Ibidem. *Officiorum omnium milites.*] Id est, *milites omnium magistratuum*, vel *milites qui magistratibus auxilium præstabant.*

Lin. 5. *Venia non habentibus nulla.*] Sic lego, ità ut sit, *venia nulla non habentibus* quod solverent. MS. habet, *veniam non habentibus nullas abstinendi multiplicis cruciatus.* Locus corruptus, qui tamen levi admodùm mutatione emendari potest. In dictione *veniam* est mendum, *m* redundat: item *s* in voce *nullas*, quam litteram suspicor esse initium sequentis verbi *abstinendi*; ita ut sit *nulla subsistinendi*, vel *sustinendi multiplices cruciatus*: quæ omnia eximium sensum exhibent.

Lin. 6. *Exhiberetur.*] Adde vectigal, cujus solvendo pares non erant.

Lin. 10. *Quæ quanquàm intolerabilia sint, eripi ab ore hominum cibos labore quæsitos.*] Ità quibusdam viris doctis approbantibus hunc locum emendavi. In MS. est *Quæ quàm tolerabilia sint*, pravo sensu; id enim non tolerabile. Legendum etiam cum eruditis *ab ore*, pro *labore*, quod in MS. exceptum est ex voce *labore* mox sequente. Cæterùm verbum *quæsitos* hîc est pro *acquisitos*, ut suprà ostendi in Not. ad caput 18. illudque verbum simplex pro composito à Lactantio multoties usurpatum; Divin. Institut. lib. 6. cap. 12. *Perdamne rem familiarem meo aut majorum* LABORE QUÆSITAM; & lib. de Opificio Dei cap. 3. circa med. QUÆSITIS PER LABOREM CIBIS; & lib. de Irâ Dei cap. 23. QUÆRENDIS *temporalibus bonis.*

Lin. 11. *Sustentabile.*] Ità MS. Priscæ editiones *tolerabile*, quod idem est; sicut Lactantius Divin. Institut. lib. 7. cap. 16. dixit INSUSTENTABILI *dominatione*, pro *intolerabili. Sustentabile*, fortè legendum est *sustentabantur.* Pluralis numerus præcedit.

Lin. 12. *Spe futurorum.*] Erud. Paulus Bauldri volebat legere *spe fœturarum*, seu proventu animantium; fœtura enim (inquit) Latinis proventus animantium est, & ipsemet fœtus, *fœtura.*

Ibidem. *Quid vestis omnis generis?*] Adde *Exigitur*, vel *eripitur.* Paul. Bauldri aliquod verbum excidisse putabat, quale est illud quod damus.

Lin. 17. *Ad votum.*] Sic vocabant festa, in quibus vota concipiebantur pro incolumitate & diuturnâ Principum vitâ; atque sicut vicennalia celebrabant, sic deos exorabant ut tribuerent pariter eorum tricennalia celebrari. *Baluz.*

Pag. 225. lin. 17. *Quod non erat celebraturus.*] Hic locus est magni momenti, cùm ex eo certò colligatur Galerium Maximianum non perveniſſe ad vigeſimum annum imperii ſui; fœdo enim morbo antea extinctus eſt, ut notat Doctiſſ. *Baluz.*

www.libtool.com.cn

XXXII.

NUNCUPATO igitur Licinio Imperatore, Maximinus iratus, nec Cæſarem ſe, nec tertio loco nominari volebat. Mittit ergò ad eum ſæpè legatos: orat ſibi pareat, diſpoſitionem ſuam ſervet, cedat ætati, & honorem deferat canis. At ille tollit audaciùs cornua, & præſcriptione temporis pugnat ſe priorem eſſe debere, qui prior ſumpſerit purpuram; preces ejus & mandata contemnit. Dolet beſtia, & mugit, quòd cùm ideò ignobilem feciſſet Cæſarem, ut ſibi obſequens eſſet, is tamen tanti beneficii ſui oblitus, voluntati ac precibus ſuis impiè repugnaret. Victus contumaciâ, tollit Cæſarum nomen, & ſe Liciniumque Auguſtos appellat, Maxentium & Conſtantinum filios Auguſtorum. Maximinus poſtmodùm ſcribit, quaſi nuntians in campo Martio proximè celebrato Auguſtum ſe ab exercitu nuncupatum. Recepit ille mœſtus ac dolens; & univerſos quatuor, Imperatores jubet numerari.

Lin. 1. *Maximinus.*] In MS. *Maximianus.*

Lin. 2. *Mittit ergò ad eum ſæpè legatos.*] Galerius Maximianus ad Maximinum, ut eum placaret.

Lin. 4. *At ille.*] *Maximinus*, ſcilicet.

Ibidem. *Præſcriptione.*] In MS. *præſcriptionem.*

Lin. 6. *Contemnit.*] Sic emendo ex verbis præcedentibus & ſequentibus, quæ ſunt in tempore præſenti. MS. *contemſit.*

Ibidem. *Dolet beſtia.*] Galerius Maximianus. Sic BESTIAS MALAS Lactantius vocat Imperatores, qui Chriſtianos vexarunt.

Ibidem. *Et mugit.*] Ità MS. Nonnulli volunt, *rugit.*

Ibidem. *Quòd cùm.*] MS. fert *eum*, cujus vice ſcripſi *cùm*, quod infrà *is tamen* poſtulat.

Lin. 8. *Victus contumaciâ.*] Senſus eſt, Maximinum, vi contumaciæ ſuæ abreptum, non paruiſſe Maximiano æqua poſtulanti. *Toinard.*

Lin. 9. *Tollit Cæſarum nomen.*] Trium, id eſt, Maximini, tum Conſtantini, & Maxentii. *Toinard.*

Lin. 11. *In campo Martio.*] Campus Martius non eſt hîc nomen loci, qualis erat Romæ; ſed potiùs, ut ita dicam, *Comitiorum militarium*, in quibus luſtrabatur exercitus. An verò ſtatis temporibus, vel quotieſcumque juberet Imperator, celebraretur *Campus Martius*, non liquet. *Toinard.*

Lin. 12. *Nuncupatum.*] In MS. *nuncupato.*

Ibidem. *Univerſos quatuor, Imperatores jubet numerari.*] Adde virgulam poſt *quatuor*, & lege *nominari* pro *numerari*. Hoc modo: *univerſos quatuor, Imperatores jubet nominari*, nempè Licinium, Maximinum; Conſtantinum, ac Maxentium. Hîc autem per Imperatores ſignificantur Auguſti. *Toinard.*

Lin. 13. *Numerari.*] Fortè leg. *nominari.* Attamen Heumannus ex Cicerone putat legendum eſſe *numerari*, ut eſt in MS.

XXXIII.

JAM decimus & octavus annus agebatur, cùm percuſſit eum Deus inſanabili plagâ. Naſcitur ei ulcus malum in inferiori parte genitalium,

Lin. 1. *Percuſſit eum Deus.*] Scilicet Galerium Maximianum. *Inſanabili plagâ.*] Sic Lact. lib. 7. Inſtit. cap. 15. PERCUSSIT *Ægyptum* DEUS INSANABILI PLAGA.

Lin. 2. *In inferiori parte genitalium.*] Vide Euſebium lib. 8. Hiſt. Eccleſ. cap. 16. & lib. 1. de Vitâ Conſtantini cap. 57. Ruffinum lib. 8. cap. 18. Fragmentum de Conſtantio Chloro pag. 472. atque etiam Paulum Oroſium lib. 7. cap. 28.

Digitized by Google

serpitque latiùs. Medici secant, curant. Sed inductam jam cicatricem scindit vulnus; & ruptâ venâ, fluit sanguis usque ad periculum mortis. Vix tamen cruor sistitur. Nova ex integro cura. Tamen perducitur ad cicatricem. Rursus levi corporis motione vulneratur: plus sanguinis quàm antè decurrit. Albescit ipse, atque absumptis viribus tenuatur; & tunc quidem rivus cruoris inhibetur. Incipit vulnus non sentire medicinam: proxima quæque cancer invadit; & quantò magis circùm secatur, latiùs sævit, quantò curatur, increscit.

Cessere magistri
Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.

Undique Medici nobiles trahuntur. Nihil humanæ manus promovent. Confugitur ad idola. Apollo & Asclepius orantur; remedium flagitatur. Dat Apollo curam. Malum multò pejus augetur. Jam non longè pernicies aberat, & inferiora omnia corripuerat. Computrescunt forinsecùs viscera, & in tabem sedes tota dilabitur. Non desinunt tamen infelices Medici, vel sine spe vincendi mali, fovere, curare. Repercussis medul-

Lin. 1. *Medici secant, curant.*] Ità MS. *Medici*, vulnerarii scilicet, nunc dicti Chirurgi. Nonnulli legere volunt ex Celso, *secant, urunt.* Attamen nihil infrà de ustione; estque tantummodò *secatur* & *curatur*.

Ibidem. *Inductam jam cicatricem scindit vulnus.*] Ità Celsus lib. 4. v. 26. *quo cicatrix inducitur*. Doctissimus Grævius legendum esse putat *rescindit*; nec malè. Lactantius enim Divin. Institut. lib. 6. cap. 24. ait, *perniciem* RESCISSIS VULNERIBUS *effundere*. Joannes Columbus, *scindit se*, quomodò apud Virgilium Æneid. lib. 1. v. 571. *Scindit se nubes*. Nonnulli, *inductâ jam cicatrice scinditur vulnus*. Item MS. præterquàm quod habet *scindit*; non *scinditur*.

Lin. 3. *Tamen.*] Mox præcessit. Mallem, *Tandem*.

Lin. 4. *Motione.*] Sic restitui: quippe post litteram initialem *m*, in MS. desunt 5. aut 6. litteræ. Editi ferunt, *motu*; quæ vox (cùm post *m*, tres duntaxat litteræ sequantur) hujus loci esse non potest.

Ibidem. *Vulneratur.*] MS. *vulneratus*, mendosè; non enim video ad quid referri possit. Quidam volunt *vulnerato*; nec rejicienda hæc lectio.

Lin. 5. *Albescit ipse.*] Id est, *pallescit*, quomodò *pallor* ALBESCENS dicitur à Lactantio libro de Irâ Dei cap. 5.

Ibidem *Tenuatur.*] Id est, pinguedo evanescit; erat enim ut suprà cap. 9. dictum est *æro ingens . . . & inflata*. Ex Virgil. Georg. lib. 3. v. 129.

Lin. 7. *Proxima.*] In MS. *promaxima*: sed mendosè.

Lin. 8. *Savit.*] Heuman. putat legendum esse *serpit*.

Lin. 10. *Phillyrides, &c.*] Hic versus ex Virgilio restitutus, cùm in MS. Colb. legatur corruptè omninò, *Phyllides Cirona, Metonius Melamphius* contra metri leges.

Lin. 11. *Trahuntur.*] Id est, advocantur.

Lin. 12. *Asclepius.*] Lactantium maluisse uti Græco nomine quàm Latino monuit Gronovius Observat. ad Script. Ecclesiast. p. 182. Quod & ipsum facere nonnihil videtur ad asserendum hoc scriptum autori suo, quippe in quo videamus vocem illam ASCLEPIUS recurrere, pro *Æsculapius*, lib. 1. cap 17.

Lin. 13. *Dat Apollo curam.*] Id est, docet remedium. *Dare* alicui, pro *dicere* alicui, *decere* aliquem, apud Virgilium Eclog. 1. v. 19. *Da, Tityre, nobis*, id est, doce nos. *Ex Grævio.* Heumann. tamen, loco verbi *dat*, putat legendum esse *negat*, vel potiùs *non dat*.

Lin. 12. *Jam non longè pernicies aberat . . . computrescunt forinsecùs viscera, & in tabem sedes tota dilabitur.*] Eodem sensu legimus apud Lactantium lib. 6. Divin. Institut. c. 24. PERNICIEM *rescissis vulneribus effundere*.

Lin. 14. *Forinsecùs.*] Hâc insolitâ voce usus est Lactantius lib. de Opificio Dei c. 2. *Non* FORINSECUS *ut cætera, sed interiùs armavit*.

Lin. 15. *Sedes tota.*] Pars corporis quâ sedetur. In MS. est *sedis*, mendosè.

Lin. 16. *Repercussis medullis.*] Id est, in-

Digitized by Google

lis, malum recidit introrsùs, & interna comprehendit; vermes intùs creantur. Odor it autem non modò per palatium: sed totam civitatem pervadit. Nec mirum, cùm jam confusi essent exitus stercoris & urinæ. Comestum à vermibus & in putredinem corpus cum intolerandis doloribus solvitur.

Clamores simul horrendos ad sidera tollit,
Quales mugitus fingit saucius taurus.

Apponebantur ad sedem fluentem cocta & calida animalia, ut vermiculos eliceret calor. Queis resolutis, inæstimabile scatebat examen; & tamen multò majorem copiam tabescendorum viscerum pernicies fœcunda generaverat. Jam diverso malo partes corporis amiserant speciem. Superior usque ad vulnus aruerat, & miserabili macie cutis lurida longè inter ossa confederat. Inferior sine ullâ pedum formâ, in utrium modum inflata discreverat. Et hæc facta sunt per annum perpetem; cùm tan-

quiunt nonnulli, affectis medullis. Fortè legendum, *Repercussum medullis*, aut *medelis*. Quis enim unquàm aut audivit, aut legit *Repercuti medullas?* Additâ itaque post *malum* virgulâ, scribe: *Repercussum medelis malum, recidit introrsùs*. Positum est enim *medelis*, pro *medicinis*. Ità suprà, *Incipit vulnus non sentire medicinam*. Partim *ex Toinardo*.

Lin. 1. *Malum recidit introrsùs*. Hîc *recidere* est, reverti, redire; recidere introrsùs, *rentrer au-dedans*. Lactantius lib. 6. Div. Institut. cap. 17. *Neque enim capere videtur natura, ut aliquid in contrarium* RECIDAT. *Ex* Columbo.

Lin. 2. *Odor it autem.*] Sic lego cum doctissimis viris Vossio & Boherello, unius litteræ adjectione, pro *Odoritatem*, quod est in MS.

Lin. 4 *Comestum à vermibus & in putredinem corpus,*] Hæc vera nobis videtur lectio, *comestum* referendo ad *corpus*, quod mox sequitur. MS. *Comestus*, malè. Nonnulli malunt *Comestur*, id est, *Comeditur*.

Lin. 6. *Clamores*] Fortè hîc addendum *aram*, ut apud Virgilium; & sic legendi hi duo versus:

Clamores simul horrendos ad sidera tollit;
Quales mugitus, fugit cùm saucius aram
Taurus Virgil. 2. Æneid. v 222. & seqq.

Lin. 8. *Cocta & calida animalia.*] Ità MS. Vir eruditus mallet *incocta*, pro *viva*.

Lin. 9. *Eliceret.*] In MS. *eligeret*; mendosè.

Ibidem. *Queis resolutis.*] Animalia illa non apposita fuerunt vulneribus sine fasciis, quarum ope melius ulceratis partibus applicarentur, suoque loco insisterent. Obligabantur ergò cum vulneribus animalia; & quandò posteà fasciæ removebantur, ipsa quoque animalia resolvebantur. Est enim in mille locis *resolvere*, id quod ligatum fuerat dissolvere. Nostet cap. 46. *Liciniani scuta deponunt, galeas resolvunt*. Lactantius Epitom cap. 72. *Sed & ipse damonum princeps.... catenis igneis,* ALLIGATUS, *&c. Peractis verò mille annis ac* RESOLUTO *damonum principe*. Bauldri. Quam vocem sic acceptam in alio quovis Christiano scriptore vix (ut puto) reperies.

Ibidem. *Inæstimabile scatebat examen.*] Vermiculorum scilicet. *Inæstimabile*, pro *innumerabile*, vox Lactantio peculiaris; l. 1. Div. Institut. cap. 16. *Nam cùm hominum vix incredibilis numerus sit &* INÆSTIMABILIS, Gallicè, *une quantité innombrable*; lib. de Irâ Dei, cap. 10. *Atomorum moles tam* INÆSTIMABILES *ex tam minutis conglobarentur*; & Epitom. cap. 72. *vis* INÆSTIMABILIS *Angelorum*.

Lin. 10 *Tabescendorum viscerum pernicies.*] Ità MS. Nonnulli malunt *tabescentium*; quidam, *tabe exesorum*, Gallicè, *un ulcere dans les entrailles*. Eodem sensu Lactantius lib. 6. Div. Institut. cap. 24. PERNICIEM *vesciissis vulneribus effundere*, ut mox notavimus.

Ibidem. *Fœcunda.*] Priscæ editiones, *secunda*.

Lin. 11. *Diverso*] Heumann. legit *disperso*. Fortè legendum *adverso*.

Ibidem. *Amiserant.*] In MS. *Admiserant*.

Lin. 12. *Lurida longè.*] In MS *luridè longè*.

Lin. 14. *Discreverat.*] Ità MS. *Discreverat* à *discresco*, non autem à *discerno*. Rarum ver-

Digitized by Google

dem malis domitus Deum coactus est confiteri : novi doloris urgentis per intervalla exclamat, se restituturum Dei templum, satisque pro scelere facturum. Et jam deficiens edictum misit hujusmodi :

www.libtool.com.cn

bum. *Discresce*, pro *distendo ; discrescere*, vel *distendere* aut potiùs distendi, Gallicè, *étendre davantage*. Plures volunt legi *increverat*.

Pag. 228. lin. 14. *Per annum perpetem.*] Id est, integrum, totum. Sic & Lactantius lib. 7. cap. 26. *Tunc per septem* ANNOS PERPETES *intacta erunt sylvæ.*

Lin. 1. *Deum coactus est confiteri.*] Vide similem Antiochi historiam lib. 2. Machab. cap. 9. Ruffin. lib. 8. cap. 18. Oros. lib. 8. c. 28.

Ibidem. *Novi doloris urgentis.*] Heumann. legit, *nam vi doloris urgente.*

Lin. 2. *Dei templum.*] scilicet Nicomediæ.

Ibidem. *Satisque pro scelere facturum.*] Ità & Lactantius lib. 5. Div. Institut. cap. 13. *Ut pro facinore suo satisfaceret ;* lib 7. cap. 1. SATIS *& huic parti* FACIAMUS ; & lib. 4. c. 17. *Si peccata nostra confessi,* SATIS *Deo* FECERIMUS. Nota divisa bipartitò verba.

Lin. 3. *Edictum misit.*] Id est, *emisit.* Extat apud Eusebium lib. 8. cap. 17. ex Latiâ Linguâ translatum ab eo in Græcum sermonem, & dein ex Græco versum in Latinum à Ruffino, ut ipse docet : *Hæc de Latino in Græcum versa nos rursùm transfudimus in Latinum.* Quod igitur hodiè legimus primùm Latinè, beneficium est Lactantii. *Balux.* De tempore missi Edicti vide Not. ad initium c. 35.

XXXIV.

EDICTUM GALERII.

An. 311.

INTER *cætera quæ pro Reipublicæ semper commodis atque utilitate disponimus, nos quidem volueramus antehàc, juxta leges veteres & publicam disciplinam, Romanorum cuncta corrigere, atque id providere, ut etiam Christiani, qui parentum suorum reliquerant sectam, ad bonas mentes redirent. Siquidem eâdem ratione tanta eosdem Christianos voluntas invasisset, & tanta stultitia occupâsset, ut non illa veterum instituta sequerentur, quæ forsitan primùm parentes eorumdem constituerant : sed pro arbitrio suo, atque ut hisdem erat libitum, ita sibimet leges facerent, quas observarent, & per diversa varios populos congregarent. Denique cùm ejusmodi nostra jussio extitisset, ut ad veterum se instituta conferrent, multi periculo subjugati, multi etiam deturbati sunt ; atque cùm plurimi in proposito perseverarent, ac videremus nec diis eosdem cultum ac religionem debitam exhibere, nec Christianorum Deum observare, contemplatione mitissimæ nostræ clementiæ intuentes & consuetudinem sempiternam, quâ solemus cunctis hominibus veniam indulgere, promptissimam in his quoque indulgentiam nostram credidimus porrigendam ; ut denuò sint Christia-*

Edictum.] De hoc edicto vide Eusebium lib. 8. Hist. Eccl. cap. 17.

Lin. 4. *Ad bonas mentes redirent.*] Ejurando scilicet Christianam Religionem in Paganismi gratiam, qui Galerio sola bona Religio erat. *Bauld.* Lect. l. 5. c. 19. ad hoc fortassis Edictum respiciens : *Sed hæc ipsa ignoratio efficit, ut in persequendis sapientibus tam mali sint, fingantque se illis consulere, illos* AD BONAM MENTEM *velle revocare.*

Lin. 6. *Primùm.* Priscæ editiones, *primi.*

Lin. 7. *Hisdem.*] Vel *eisdem* : apud Eusebium Ἔκτασις ; atque ideò legisse videtur, *cuique.*

Lin. 8. *Diversa.*] Adde, *loca.*

Ibidem. *Denique.*] Heumann. legit *proindè*, quia in Eusebio est τοιγαροῦν.

Lin. 10. *Deturbati.*] Apud Eusebium legitur παραχθέντες πολλοὺς θανάτους ὑπέφερον. Proindè Lactantius scribere debuit, *perturbati & variis mortibus affecti sunt.* Heumannus.

Lin. 12. *Observare.*] Subaudi *palàm.*

Ibidem. *Contemplatione.*] Ità legendum. In MS. est verò *contemplatione.*

Lin. 13. *In his.*] Docti legunt tantùm *his.*

Lin. 14. *Credidimus.*] MS. *credimus.*

Digitized by Google

ni, & conventicula ſua componant, ita ut ne quid contra diſciplinam agant. Aliâ autem epiſtolâ judicibus ſignificaturi ſumus, quid debent obſervare. Undè juxta hanc indulgentiam noſtram debebunt Deum ſuum orare pro ſalute noſtrâ, & Reipublicæ, ac ſuâ, ut undiqueversùm Reſpublica perſtet incolumis, & ſecuri vivere in ſedibus ſuis poſſint.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Conventicula ſua componant.*] Hæc de reædificandis Chriſtianorum Eccleſiis nonnulli intelligunt; alii de eorum cœtibus celebrandis, quod rectius eſt: ſic Gallicè, *tenir leurs aſſemblées.*

Ibidem. *Aliâ autem epiſtolâ.*] MS. *Aliam autem epiſtolam:* aut præponendum *per;* aut legendum ut repoſitum eſt in textu.

Lin. 2. *Significaturi ſumus.*] Malè Ruffinus, *indicavimus*, rem quaſi jam peractam narrans, cùm ad futurum referatur. Neque iſtud tribuendum eſt errori typographorum, cùm hanc lectionem exhibeant tres vetuſti codices Manuſcripti Bibliothecæ Colbertinæ. Chriſtophorſonus & Valeſius rectè verterunt *ſignificabimus.* Baluz.

Lin. 4. *Perſtet.*] MS. *Perſtetur*, mendosè.

Ibidem. *In ſedibus ſuis.*] Ruffinus vertit *in laribus*, quemadmodùm legitur in uno codice Colbertino. Sed alii MSS. & editiones habent *in laboribus.* Chriſtophorſonus vertit *in ſuis familiis;* Valeſius, *in ſuis domiciliis.* Baluz.

XXXV.

Hoc edictum proponitur Nicomediæ pridie Kalendas Maias, ipſo octies, & Maximino iterùm Conſulibus. Tunc apertis carceribus, Donate cariſſime, cum cæteris confeſſoribus è cuſtodiâ liberatus es, cùm tibi carcer ſex annis pro domicilio fuerit. Nec tamen ille hoc facto veniam ſceleris accepit à Deo: ſed poſt dies paucos, commendatis Licinio conjuge ſuâ & filio, atque in manu traditis, cùm jam totius corporis membra defluerent, horrendâ tabe conſumptus eſt. Idque cogni-

Lin. 1. *Hoc edictum proponitur Nicomediæ pridiè Kalend. Maias.*] Cùm in titulo præfati Edicti *Galerius Maximianus* dicatur Tribunitiæ Poteſtatis XX. conſtat illud emiſſum eſſe poſt Kalendas Martias currentis anni [311.] quibus Tribunitiam Poteſtatem XX. auſpicatus eſt idem Galerius. Poſt illum diem datum, ex Nummis etiam Græcis apud Goltzium certum redditur. Ultimus enim, in quo annus Auguſti ejus Imperii notatur, exhibet hos caracteres L. Z. id eſt, *annus ſeptimus.* Nam cùm, Lactantio teſte, Kalendis Maii anni CCCV. Auguſtus renuntiatus fuerit, Kalendis Maii currentis Chriſti anni ſeptimum Imperii Auguſtei annum incœpit. Quare cùm idem Imperator jam deficiens Edictum illud promulgarit, apparet Lactantii ſententiam Galerii Maximiani Nummis corroboratam eſſe, perperàmque ſcripſiſſe Valeſium in Notis Euſebianis, alioſque viros Doctos, Edictum illud ante menſem Martium datum eſſe. *Pagius in Critic. Baron. ad an. Chr.* 311. *num.* 12. *&* 13.

Prodiit tandem abſoluto anno perſecutionis VIII. ineunte IX. Edictum Galerii, quo perſecutio penitùs extincta, inter Kal. Martias quibus XX. Tribunitiam Poteſtatem inchoaverat, & pridiè Kal. Maias, quod Nicomediæ dicit propoſitum fuiſſe Lactantius. *Dodwellus Diſſ. Cyprian. XI. num.* 82.

Ibidem. *Ipſo.*] Nempè Galerio Maximiano. In MS. *ipſa.*

Lin. 2. *Ipſo octies, & Maximino iterùm Conſulibus.*] Anno ſcilicet 311. *Maximino*, in MS. *Maximiano.*

Lin. 3. *E cuſtodiâ.*] In MS. *& cuſtodia.*

Lin. 4. *Fuerit.*] Vel *fuiſſet.*

Lin. 6. *In manu.*] Pro *in manum*, in ſexto caſu pro quarto: infrà cap. 39. ſub initium, *in matrimonio poſtulat;* & ſæpè apud eumdem Lactantium: lib. 3. cap. 3. *Quæ* IN *rerum* NATURA *cadunt;* lib 4. cap. 17. IN TERRA *toto & corpore & ore* PROJECTUM; lib. de Opif. cap. 2. IN EA *ſunt relegata* REGIONE.

Lin. 7. *Membra defluerent.*] Nonnulli mallent, *diffluerent*, ut eſt lib. 3. Div. Inſtitut. cap. 1. *corruptum vaneſcit, ac* DIFFLUIT; & cap. 20. *Corpus relictum ab animâ* DIFFLUIT. Utrobique in MSS. rec. & omnibus ferè editis eſt DEFLUIT.

Digitized by Google

tum Nicomediæ Id. menſis ejuſdem, cùm futura eſſent vicennalia Kalendis Martiis impendentibus.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *Id. menſis ejuſdem.*] Cùm hîc ante *menſis* in MS. ſit vacuum duarum duntaxat litterarum ſpatium, nullam aliam vocem ſubſtituere poſſe credidi, quàm *Id.* pro *Idibus* menſis ejuſdem Maii, quo menſe Maio obiit Galerius anni ætæ Vulgaris 311.

Ibidem. *Kalendis Martiis impendentibus.*] Scilicet ſequentis anni 312.

XXXVI.

QUO nuntio Maximinus audito, diſpoſitis ab Oriente curſibus pervolavit, ut provincias occuparet, ac Licinio morante, omnia ſibi uſque ad fretum Chalcedonium vindicaret. Ingreſſuſque Bithyniam, quò ſibi ad præſens favorem conciliaret, cum magnâ omnium lætitiâ ſuſtollit cenſum. Diſcordia inter ambos Imperatores, ac penè bellum. Diverſas ripas armati tenebant. Sed conditionibus certis pax & amicitia componitur, & in ipſo freto fœdus fit, ac dexteræ copulantur. Redit ille ſecurus, & fit qualis in Syriâ & in Ægypto fuit. In primis indulgentiam Chriſtianis communi titulo datam tollit, ſubornatis legationibus civitatum, quæ peterent, ne intra civitates ſuas Chriſtianis conventicula extruere liceret, ut ſuaſu coactus & impulſus facere videretur, quod erat ſpontè facturus. Quibus annuens, novo more ſacerdotes maximos per ſingulas civitates ſingulos ex primoribus fecit, qui & ſacrificia per omnes deos ſuos quotidiè facerent, & veterum ſacerdotum miniſterio ſubnixi, darent operam, Chriſtiani neque fabrica-

Lin. 1. *Maximinus.*] In MS. *Maximianus.*

Ibidem. *Pervolavit.*] Heumann. legit *provolavit*, quia apud Livium legitur, *infenſis haſtis provolant duo Fabii.*

Lin. 3. *Fretum Chalcedonium.*] Id eſt, Boſphorum Thracium, cui adjacet in Bythiniâ Chalcedon.

Ibidem. *Ad præſens.*] Lactantius Inſt. l. 7. c. 6. *Et quæ alia non niſi* AD PRÆSENS *valent*; cap. 10. *Vitia omnia temporalia ſunt :* AD PRÆSENS *commoventur*; cap. 15. *Quamvis* AD PRÆSENS *virtutem Dei hominibus oſtenderet*; libro de Irâ Dei cap. 22. *Non* AD PRÆSENS *noxium quemque punit.* Columb.

Lin. 4. *Suſtollit.*] Heuman. legit *ſuſtulit.*

Lin. 5. *Diſcordia.*] MS. *Diſcordiam.*

Ibidem. *Penè.*] In MS. *pena*, malè.

Ibidem. *Diverſas ripas.*] Id eſt, littora freti Chalcedonii.

Ibidem. *Armati.*] In MS. *armata.*

Lin. 6. *Freto.*] In MS. *fretu.*

Lin. 7. *Redit ille.*] Scilicet Maximinus.

Lin. 8. *Communi titulo.*] Ità legendum eſſe cenſent Doctiſſimi viri Cotelerius, Cangius, Cuperus & Columbus. Reſpicit enim Lactantius ad Conſtitutionem editam Cap. XXXIV. quæ pro more tum recepto inſcripta erat nominibus Maximiani Galerii & Maximini Dazæ, id eſt, *communi titulo.* In MS. eſt corruptè *tutelo.*

Lin. 10. *Conventicula extruere liceret.*] *Conventicula*, id eſt, Eccleſias.

Ibidem. *Ut ſuaſu coactus & impulſus facere videretur.*] Ità MS. Rectè quidem, ut puto. *Suaſu* à *ſuadeo. Suadere* autem *legem*, eſt communibus ſuffragiis poſtulare legem. Gallicè dicerem, *porter tous ſon ſuffrage pour une loi.* Itaque, *ut ſuaſu coactus*, eſt quaſi diceret, *comme y ayant été porté par les ſuffrages de toutes les villes qui demandoient cette loi.*

Lin. 12. *Maximos.*] In MS. *Maximus.*

Lin. 13. *Deos.*] In MS. *dŏs* : fortè etiam *domos ſuas*, quod bonum ſenſum efficit. Elige.

Ibidem. *Per omnes deos ſuos.*] Id eſt, per omnia deorum ſuorum templa, ſeu in omnibus templis.

Lin. 14. *Subnixi.*] In MS. *ſubnexi.*

Ibidem. *Darent operam, Chriſtiani neque fabricarent.*] Subaudiendum *ut. Vellem faceres*, pro *vellem ut faceres. Quàm vellem domi manſiſſes*, pro *ut domi manſiſſes.*

Digitized by Google

rent, neque publicè aut privatim colerent: sed comprehensos suo jure ad sacrificia cogerent, vel judicibus offerrent. Parùmque hoc fuit, nisi etiam provinciis ex altiore dignitatis gradu singulos quasi Pontifices superponeret; & eos utrosque candidis chlamydibus ornatos jussit incedere. Facere autem parabat, quæ jamdudùm in Orientis partibus fecerat. Nam cùm clementiam specie tenùs profiteretur, occidi servos Dei vetuit, debilitari jussit. Itaque confessoribus effodiebantur oculi, amputabantur manus, pedes detruncabantur, nares vel auriculæ desecabantur.

www.libool.com.cn

Lin. 1. *Comprehensos.*] In MS. *comprehensus.*

Lin. 2. *Cogerent.*] In MS. *cogeret.*

Lin. 4. *Candidis chlamydibus, &c.*] Scilicet candidi coloris vestes induebant Sacerdotes, exceptis iis, qui inferis operabantur, uti notissimum est. Et sic in specie docet Porphyr. 4. 19. de Abst. νεοφῖτας Jovis in Cretâ usos esse ejusmodi vestimentis. Silius lib. 3. Sacerdoti *vestem niveam* tribuit; Plinius Druidibus *candidam*, lib. 16. c. ult. & Apuleius Antistitibus sacrorum *candidum linteamen*, lib. 11. *Super.*

Lin. 5. *Qua jamdudùm.*] Quod adverbium deest in priscis editis; legitur autem in MS.

Lin. 6. *Clementiam specie tenùs.*] Nihil frequentius his vocibus sic junctis apud Lactantium; nec attinet, opinor, exscribere. Inter *tam varia* autem *genera crudelitatis illud pessimum genus est, cui* CLEMENTIÆ SPECIES *falsa blanditur: ille gravior, ille savior est carnifex, qui neminem statuit occidere.* Lactant. lib. 5. Div. Instit. cap. 11.

Lin. 7. *Debilitari jussit.*] Id est, mutilari; quemadmodùm illi, verbi gratiâ, Confessores, quibus candenti ferro *debilitati fuerunt sinistri poplites.* Vide Eusebium lib. 8. cap. 12. & lib. 1. de Vitâ Constantini cap. 58. ubi in Interpretatione Valesii irrepsit per errorem nomen *Licinii*, pro nomine *Maximini.*

XXXVII.

HÆC ille moliens, Constantini litteris deterretur. Dissimulavit ergò. Et tamen si quis inciderat, mari occultè mergebatur. Consuetudinem quoque suam non intermisit, ut in palatio per singulos dies sacrificaretur. Et hoc primus invenerat; ut animalia omnia, quibus vescebatur, non à coquis, sed à sacerdotibus ad aras immolarentur, nihilque prorsùs mensæ apponeretur, nisi aut delibatum, aut sacrificatum, aut perfusum mero; ut quisquis ad cœnam vocatus esset, inquinatus indè atque impurus exiret. In cæteris quoque magistri sui similis. Nam si quid reliqui,

Lin. 1. *Litteris.*] In MS. *litteras.* De his litteris vide Eusebium Histor. Eccles. lib. 9. cap. 9.

Lin. 2. *Mergebatur.*] In MS. *Mergebantur.*

Lin. 3. *Palatio.*] In MS. *Palatium.*

Lin. 6. *Delibatum.*] Erat particula cœnæ paratæ, quam decerptam diis offerebant. Solebant autem cibos etiam libare. Sil. Ital. lib. 7.

— Primum Vesta deterst honorem,
Undique & in mediam jecit libamina flammam.

Quod Dionysius Halicarn. 4. Antiquit. Rom. dicit, *Cœnarum primitias libare.* Grævius.

Ibidem. *Sacrificatum.*] Est, quod ex victimâ diis oblatâ præcisum erat in epulas, ut solebant partem victimarum prosecare & adolere, partem sacerdotum & sacrificantium epulis reservare. *Gravius.*

Ibidem. *Perfusum mero.*] Scilicet quo solebant supplicare, ut hi cibi quasi sacrarentur. Quis enim ignorat thure & vino solitos veteres supplicare, etiam inter epulas? Horat. 1v. Carm. 5. de Augusto:

Te mensis adhibet deum.
Te multâ prece, te prosequitur mero
Defuso pateris, & laribus tuum
Miscet numen. Grævius.

Lin. 8. *Magistri sui similis.*] Scilicet Galerii

Digitized by Google

qui, vel Diocles, vel Maximianus reliquerunt, hic abrasit, sine ullo pudore auferens omnia. Itaque horrea privatorum claudebantur, apothecæ obsignabantur, debita in futuros annos exigebantur. Hinc fames, agris ferentibus; hinc caritas inaudita. Armentorum ac pecorum greges ex agris rapiebantur ad sacrificia quotidiana, quibus eos adeò corruperat, ut aspernarentur annonam, & effundebant passim sine delectu, sine modo; quum satellites universos, quorum numerus ingens erat, pretiosis vestibus & aureis nummis expungeret, gregariis & tyronibus argentum daret, barbaros omni genere largitionis honoraret. Nam quòd viventium bona vel auferebat, vel dono suis dabat, [proüt] quisque petierat aliena, nescio an [non] agendas illi fuisse gratias putem, quòd more clementium latronum incruenta spolia detrahebat.

rii Maximiani. Ita suprà cap. 21. *magnitudinis suæ simillimos.*

Pag. 232. lin. 8. *Reliqui.*] Heumannus delet hoc verbum.

Lin. 2. *Apotheca.*] Id est, cellæ vinariæ, de quâ voce Phædrus lib. 4. fab. 4.

Lin. 3. *Debita.*] Heuman. addit *tributa.*

Ibidem. *Hinc fames, agris ferentibus.*] Ità MS. nihil mutandum. *Agris ferentibus*, id est, *licèt agris ferentibus.* Vide præcedentia *abrasit... horrea privatorum claudebantur, &c.* Editi legunt *non ferentibus*, minus benè.

Lin. 4. *Armentorum, &c.*] Hæc omnia valdè corrupta sunt tum in MS. tum in editis, ita ut vix intelligi queant. Ea verò sic legenda esse credidi. *Armentorum ac pecorum greges ex agris rapiebantur ad sacrificia quotidiana, quibus aulicos adeò corruperat, ut aspernarentur annonam; & effundebant passim sine delectu, sine modo, cùm satellites universos, quorum numerus ingens erat, pretiosis vestibus & aureis nummis excoleret* (id est, *demulceret*,) *gregariis & tyronibus argentum daret, barbaros omni genere largitionis honoraret.*

Lin. 5. *Eos.*] Vel *suos*, id est, *aulicos.*

Ibidem. *Corruperat.*] Quia jam mos invaluerat, ut in conviviis carnes præberentur, quæ Idolis oblatæ fuerant.

Lin. 6.] *Effundebant.*] Alii *effundebat.*

Lin. 7. *Satellites.*] In MS. *lites*, sine ullâ lacunâ: verùm cum doctiss. Toinardo & Tollio reposui *satellites*; nostraque correctio confirmatur tum ex sequentibus *dono suis dabat*, tum ex Ruffino lib. 8. cap. 17. *Undè & montes auri, ut ità dixerim, congregatos familiaribus suis ac satellitibus largiebatur*; & Lactantius infrà cap. 38. sub finem: *His satellitibus & protectoribus cinctus.*

Lin. 8. *Expungeret.*] MS. *Expungerent.*

Lin. 9. *Barbaros omni genere largitionis honoraret.*] MS. *Omni genere largitionibus.*

Lin. 10. *Proüt.*] In MS. desideratur.

Lin. 11. *Nescio an [non] agendas illi fuisse gratias putem.*] Lego cum Cupero *an non*, quod est ironia. *Non* deest in MS.

Ibidem. *More clementium latronum.*] Sic Salvianus: *Latrones hoc proverbio uti solent, ut quibus non auferunt vitam, dedisse se dicant.*

XXXVIII.

ILLUD verò capitale, & supra omnes, qui fuerunt, corrumpendi cupiditas, quid dicam nescio, nisi cœca & effrænata, & tamen his verbis exprimi pro indignatione suâ non potest. Vincit officium linguæ sceleris

Lin. 1. *Capitale.*] In MS. *Capitali.*

Ibidem. *Et.*] Ità MS. Aliis *ei*, pro *&.*

Lin. 2. *Quid dicam nescio.*] Lactantius lib. 2. cap. 21. *Nam de infantibus, qui Saturno immolabantur propter odium Jovis,* QUID DICAM NESCIO.

Ibidem. *Exprimi pro indignatione suâ non potest.*] In MS. *exprimere.* Quod si legas, deesse videtur *Mens*; atque sic esset legendum, *& tamen his verbis* [*mens*] *exprimere pro indignatione suâ non potest.* Sic Lactantius. Lib. 6. Divin. Institut. cap. 23. *Quibus hoc* VERBIS, *aut quâ* INDIGNATIONE *tantum nefas prosequar?* VINCIT OFFICIUM LINGUÆ SCELERIS MAGNITUDO.

Digitized by Google

magnitudo. Eunuchi, lenones scrutabantur omnia. Ubicumque liberalior facies erat, secedendum patribus ac maritis fuit. Detrahebantur nobilibus fœminis vestes, itemque virginibus, & per singulos artus inspiciebantur, ne qua pars corporis regio cubili esset indigna. Si qua detrectaverat, in aquâ necabatur; tanquàm majestatis crimen esset sub illo adultero pudicitia. Aliqui, constupratis uxoribus, quas ob castitatem ac fidem carissimas habebant, quum dolorem ferre non possent, se ipsos etiam necaverunt. Sub hoc monstro, pudicitiæ integritas nulla, nisi ubi barbaram libidinem deformitas insignis arcebat. Postremò hunc jam induxerat morem, ut nemo uxorem sine permissu ejus duceret, ut ipse in omnibus nuptiis prægustator esset. Ingenuas virgines imminutas servis suis donabat uxores. Sed & Comites ejus sub tali Principe imitabantur [hoc exemplum, & civium] suorum cubilia impunè violabant. Quis enim vindicaret? Mediocrium filias, ut cuique libuerat, rapiebat. Primariæ, quæ rapi non poterant, in beneficiis petebantur; nec recusari licebat, subscribente Imperatore, quin aut pereundum esset, aut habendus gener aliquis barbarus. Nam ferè nullus stipator in latere ei, nisi ex gente horum, qui

Lin. 2. *Nobilibus fœminis.*] Augebat indignitatem rei, quòd *nobiles* essent. Nam servile prorsùs, & liberis corporibus detestabile erat, sic considerari. Servitia sic solebant à mangonibus inspicienda fisti licitantibus. *Columb.*

Ruffinus lib. 8. cap. 17. *Cui etiam inter cætera hoc etiam singulare studium erat, ne ullam non dico urbem, sed vel breve oppidum, absque adulterio nobilium matronarum, quæ per loca fuissent reperta, vel corruptione virginum præteriret.* Latinis *fœmina* non solæ sunt, quæ viris junctæ sunt, sed & virgines. Glossaria Labbei, *Fœmina*, θήλεια, quam vocem vulgò per *fœminea*, seu quæ fœminei sexûs est, interpretantur, quod virginibus quoque proprium est. *Bauldri.*

Lin. 3. *Vestes.*] In MS. *Vris*, malè.

Ibidem. *Per singulos artus inspiciebantur.*] Casaubonus notat, ut servos, sic & servas nudas ab emptoribus fuisse inspectas. Non absimilis (inquit Tollius) olim Persarum licentia, & hodiè Turcarum, atque item Persarum.

Lin. 4. *Detrectaverat.*] MS. legit *detractaverat.*

Lin. 5. *Tanquàm majestatis crimen esset sub illo adultero pudicitia.*] Ità MS. Nescio quo pacto dictio *pudicitia*, tam necessaria ad hujus loci intelligentiam, in nullâ editione reperiatur.

Lin. 6. *Castitatem ac fidem.*] In MS. *castitate ac fide.*

Lin. 8. *Monstro, pudicitia.*] *Ministro* constanter legitur in MS. quod ferri non potest: dictio enim *ministri* non convenit *Principi.* Legendum, *Sub hoc monstro, pudicitia integritas nulla;* aut, *Sub hoc monstro impudicitia, integritas nulla.* Almelov. & Bauldri.

Lin. 10. *Ut ipse in omnibus nuptiis prægustator esset.*] Id est, novam nuptam *defloraret;* si hoc verbo uti licet.

Lin. 11. *Ingenuas virgines imminutas.*] *Imminutas*, id est corruptas, vel violatas. Proba MS. codicis lectio; nec mutanda, siquidem ipsemet Lactantius Div. Institut. lib. 1. cap. 10. paulò ante finem, de spurco illo Jove Paganorum ait: *Reliquam suam vitam in stupris adulteriisque consumpsit. Omitto* VIRGINES *quas* IMMINUIT.

Lin. 12. *Comites.*] Id est, aulæ proceres, qui principem sectabantur.

Ibidem. *Imitabantur* [*hoc exemplum, & civium*] *suorum, &c.*] MS. *Imitabatur*, mendosè. Per *hoc exemplum & civium*, quindecim litterarum lacunam Manuscripti codicis supplevi. Aliter tamen legi posset, cùm propiùs inspicienti appareant in MS. duæ litteræ *Tr.* quæ priores sunt litteræ vocis *Tribuni.*

Lin. 15. *In Beneficiis.*] *Beneficium* eo loci significat *remunerationem* concessam ob quædam munia rectè suscepta & perfecta.

Ibidem. *Recusari licebat.*] Ità MS. Mallem, *recusare licebat*, metu submersionis.

Lin. 17. *Stipator in latere ei.*] Sic reposuerunt editores, pro *inlata rei*, quod est in MS. corruptè.

Digitized by Google

à Gothis tempore vicennalium terris ſuis pulſi, Maximiano ſe tradidêrunt, malo generis humani, ut illi barbaram ſervitutem fugientes, in Romanos dominarentur. His ſatellitibus & protectoribus cinctus, Orientem ludibrio habuit.

www.libtool.com.cn

Lin. 1. *A Gothis... pulſi.*] Ad Galerium Maximianum Cæſarem confugerunt, & poſteà ſe Maximino, quem Galerius adoptaverat, adjunxerunt, & in numerum Satellitum ac protectorum ejus adlecti ſunt. *Baluz.*

Lin. 3. *Protectoribus.*] Id eſt, corporis cuſtodibus.

Ibidem. *Orientem ludibrio habuit.*] MS. pro *ludibrio*, habet *indibria*, corruptè. Hæc mirè conveniunt cum extremis verbis capitis 19. *Daïa verò... accepit Orientem calcandum atque conterendum.*

XXXIX.

DENIQUE quum libidinibus ſuis hanc legem dediſſet, ut fas putaret quidquid concupîſſet, ne ab Auguſtâ quidem, quam nuper appellaverat matrem, potuit temperare. Venerat poſt obitum Maximiani ad eum Valeria, quum ſe putaret in partibus ejus tutiùs moraturam, eò maximè quòd habebat uxorem. Sed animal neſarium protinùs inardeſcit. Adhuc in atris veſtibus erat mulier, nondùm luctûs tempore impleto. Legatis præmiſſis in matrimonio poſtulat, ejecturus uxorem, ſi impetrâſſet. Reſpondit illa liberè, quæ ſola poterat: primò non poſſe de nuptiis in illo ferali habitu agere, tepidis adhuc cineribus mariti ſui, patris ejus; dejndè illum impiè facere, quòd ſibi fidam conjugem repudiet, idem utique facturus & ſibi; poſtremò, nefas eſſe illius nominis ac loci fœminam ſine more, ſine exemplo, maritum alterum experiri. Nuntiatur homini quid eſſet auſa. Libido in iram furoremque convertitur. Statim mulierem proſcribit, bona ejus rapit, aufert comites, ſpadones in tormentis necat, ipſam cum matre in exilium relegat; nec in locum certum: ſed huc atque illuc præcipitem cum ludibrio exturbat, & amicas ejus affiſto adulterio damnat.

Lin. 2. *Concupiſſet.*] Sic & Lactantius, *audiſſet, quæſiſſet.*

Lin. 3. *Matrem.*] Propter Maximini adoptionem à Maximiano Galerio factam, cujus uxor & vidua erat Valeria.

Ibidem. *Ad eum.*] Scilicet Maximinum Daiam, in cujus aulam illa poſt mariti mortem conceſſerat, ibi ſe tutiùs moraturam eſſe putans, ſpreto Licinio, cui eam Galerius commendaverat. *Baluz.*

Lin. 7. *Præmiſſis.*] MS. *primis.*

Lin. 8. *Quæ ſola poterat.*] Subaudi, *liberè reſpondere.* Non verebatur enim, ne ipſam vi ſtupraret, vel necaret Maximinus. Tantùm ſcilicet in Imperatoris uxorem viduam non audebat Tyrannus. *Heumannus.*

Lin. 9. *Ferali.*] MS. *fedali*, corruptè.

Ibidem. *Patris ejus.*] Scilicet Galerii Maximiani, qui erat per adoptionem pater Maximini.

Lin. 10. *Fidam.*] In MS. *fidem.* Fortè, *fidelem*, breviatis litteris.

Lin. 11. *Fœminam.*] In MS. *fœmina.*

Lin. 12. *Sine exemplo.*] Vix exemplum ſecundarum nuptiarum in Auguſteis *fœminis* habemus, præter Lucillæ Lucii Veri uxoris, quam poſt viri mortem pater Marcus Antoninus Claudio Pompeiano ſeni, equitis Romani filio, invitam tamen tradidit. Vide *Capitolin. in Marco*, cap. 20.

Ibidem. *Homini.*] Pro *illi*, ſcilicet Maximino.

Lin. 14. *Comites.*] Hîc fœminini generis.

Lin. 15. *Ipſam cum matre in exilium relegat.*] Valeriam nempè cum Priſcâ Diocletiani uxore, de quâ pluribus actum eſt ad cap. 15. *Ipſam*, in MS. *ipſa.*

Lin. 16. *Amicas ejus.*] Scilicet Valeriæ.

Lin. 17. *Affiſto.*] MS. *afflicto*, corruptè.

Digitized by Google

XL.

ERAT clarissima fœmina, cui ex filiis juvenibus jam nepotes erant. Hanc Valeria tanquàm matrem alteram diligebat, cujus consilio negatam sibi suspicatur. Dat negotium Præsidi Eratineo, ut eam cum dedecore interficiat. Huic aliæ duæ adjunguntur, æquè nobiles, quarum altera Vestalem famulam virginem Romæ reliquerat, fugitivæ tunc Valeriæ familiaris. Altera virum habuit Senatorem, non nimis Augustæ proxima. Sed utraque ob eximiam pulchritudinem corporis ac pudicitiam necabatur. Rapiuntur subitò mulieres, non ad judicium, sed ad latrocinium. Nec enim quisquam accusator extabat. Invenitur quidam Judæus ob alia facinora reus, qui spe impunitatis inductus, adversùs insontes mentiatur. Judex æquus & diligens extra civitatem cum præsidio, ne lapidibus obruatur, protulit. Agebatur hæc tragœdia Nicææ. Inrogantur tormenta Judæo, dum quæ jussus [erat diceret; hæ ne] loquerentur, pugnis à tortoribus coërcentur: innocentes duci jubentur. Fletus & comploratio, non illius tantùm mariti, qui aderat benè meritæ uxori, sed omnium, quos res indigna & inaudita contraxerat. Ac ne impetu populi de carnificum manibus raperentur, promoti militari modo instructi velites & sagittarii prosequuntur. Ita mediæ inter cuneos armatorum ad supplicium deductæ. Jacuissentque insepultæ, domesticis in fugam versis, nisi eas furtiva amicorum misericordia sepeliisset. Nec adultero impunitas promissa persolvitur: sed patibulo adfixus, aperuit omne

Lin. 3. *Suspicatur.*] Sic in MS. Editi verò *suspicabatur*. Maximinus scilicet *suspicatur*.

Ibidem. *Eratineo.*] Locus videtur corruptus: Præsidis nomen est. *Baluz.* Forsàn *Eratino*, ut sit Græcum ἐρατινὸν, quod idem ac ἐρίφιον. Attamen Heumannus loco *Eratineo* suspicatur legendum esse *protinùs*, quod verbum Lactantio est familiare, ut videtur hujusce libri capp. 29. 30. & 39.

Lin. 5. *Famulam.*] Nonnulli legere volunt jure ac meritò *filiam*.

Ibidem. *Fugitivæ.*] In MS. *furtivè*, malè.

Lin. 6 *Non nimis Augustæ proximæ.*] Ità MS. Nonnulli legere volunt *non minùs*; alii *non nihil*.

Lin. 7. *Necabatur.*] MS. *necabantur*.

Lin. 9. *Invenitur quidam Judæus, &c.*] Non hoc primùm à Maximino inventum. Præiverat enim illi vir boni exempli Nero, cùm Octaviam uxorem repudiare vellet in gratiam Poppeæ. Vide Tacit. lib. 14. Annalium.

Lin. 10. *Judex æquus & diligens.*] Ironicè dictum.

Lin. 11. *Obruatur.*] Scilicet à civibus, qui earum innocentiam noverant; vel fortè, ne Judæus ipse ob falsum testimonium lapidibus obruatur.

Lin. 12. *Jussus erat diceret; hæ ne loquerentur.*] Sic restituit criticus Anonymus, qui MS. inspexerat, in quo quatuordecim circiter desunt litteræ. Alii legunt *jussus clàm erat, palàm*, & sic legendum esse conjiciebat Doctissimus Nic. Heinsius. At in MS. legi *loquerentur & coercentur*, quæ nolui mutare.

Lin. 14. *Jubentur.*] Adde, ad supplicium.

Ibidem. *Tantùm.*] MS. *tanti*.

Lin. 15. *Contraxerat.*] Id est, advocaverat ad spectaculum.

Lin. 16. *Manibus.*] In MS. *manus*.

Ibidem. *Promoti.*] Vel *progressi*, vel ut volunt quidam, duces militares, qui ad ordines priores promoti sunt.

Lin. 17. *Instructi velites & sagittarii prosequuntur.*] Sic lego cum Baluzio inter suæ editionis Errata, cùm sit in MS. *instructibile mens essagittari*, nullo sensu, & sit idem litterarum numerus. Rectè enim hîc (inquit) conjunguntur *velites & sagittarii*, cùm utrique sint levis armaturæ milites.

Lin. 18. *Jacuissentque.*] Ità MS. & rectè. Deest *que* in priscis editionibus.

Lin. 19. *Adultero.*] Scilicet Judæo. *Adultero*, in MS. *adulterio*.

Lin. 20. *Aperuit.*] Heumannus legit *aperit*.

Digitized by Google

mysterium, & sub extremo spiritu inquit omnibus, qui videbant, [ac] innocentes occisas esse testatur.

Lin. 1. *Inquit.*] MS. *in quod.* Redundat hoc verbum, vel mutandum ut fecimus, cum additione conjunctionis *ac*, quæ deest in MS. quasi diceret, *sub extremo spiritu locutus est, vel ait omnibus qui videbant, ac innocentes occisas esse testatur.*

XLI.

AUGUSTA verò in desertas quasdam solitudines Syriæ relegata, patrem suum Diocletianum per occultos gnarum calamitatis suæ fecit. Mittit ille legatos, & rogat ut ad se filiam remittat. Nihil proficit. Iterùm ac sæpiùs obsecrat. Non remittitur. Postremò cognatum suum quemdam militarem ac potentem virum legat, qui eum beneficiorum suorum admonitum deprecetur. Is quoque, imperfectâ legatione, irritas preces renuntiat.

Lin. 1. *Augusta.*] Valeria nempè, Galerii Maximiani vidua.

Lin. 2. *Gnarum.*] MS. *magnarum*, malè.

Ibidem. *Calamitatis.*] In MS. *calamitates.*

Lin. 6. *Deprecetur.*] MS. *depreeatur.*

Ibidem. *Imperfectâ legatione.*] Ità MS. Nonnulli eruditi legi volebant, *perfectâ legatione.*

XLII.

EODEMQUE tempore senis Maximiani statuæ Constantini jussu revellebantur, & imagines cum quo pictus esset, detrahebantur. Et quia senes ambo simul plerùmque picti erant, & imagines simul deponebantur amborum. Itaque quum videret vivus, quod nulli unquàm Imperatorum acciderat, duplici ægritudine adfectus, moriendum sibi esse decrevit. Jactabat se huc atque illuc, æstuante animâ per dolorem, nec somnum, nec cibum capiens. Suspiria & gemitus, crebræ lacrymæ, jugis volutatio corporis, nunc in lecto, nunc humi. Ita viginti annorum felicissimus Imperator, ad humilem vitam dejectus adeò, & proculcatus injuriis, atque in odium vitæ dejectus, postremò fame atque angore confectus est.

Lin. 1. *Eodemque tempore.*] Ità MS. Duo eruditi viri vellent, *eodem quoque tempore.*

Ibidem. *Senis*] In MS. *senex.*

Ibidem. *Maximiani.*] Herculii nempè.

Lin. 2. *Imagines cum quo pictus esset.*] Ità MS. absque ullâ lacunâ. Post *imagines*, videtur deesse *illius.*

Ibidem. *Senes ambo.*] Diocletianus scilicet, & Maximianus Herculius.

Lin. 4. *Cùm videret vivus.*] Diocletianus, cujus viventis imagines deponebantur; quia conjunctæ erant cum imaginibus Herculii.

Ibidem. *Nulli.*] In MS. *nulla.*

Lin. 5. *Duplici ægritudine.*] Scilicet ob consumeliam tum filiæ, tum sibi illatam. *Heum.*

Lin. 6. *Animâ.*] In MS. *animam.*

Ibidem. *Per dolorem.*] Id est, *præ dolore*, vel *propter dolorem.*

Lin. 7. *Suspiria.*] Cuspinianus in Diocletiano: *Quidam dicunt stupore mentis, & longâ ægritudine confectum, animam inter suspiria efflasse.* Ex Cedreno.

Lin. 9. *Adeò.*] Viri docti legebant *à Deo.*

Lin. 10. *In odium vitæ dejectus.*] Ità MS. licèt mox præcesserit *dejectus.* Quarè plures legere mallent *devectus*; alii *adductus*, ut Cicero *in odium, in invidiam adducere.*

Ibidem. *Fame atque angore confectus est.*] Alii eum morbo aquæ intercutis extinctum ferunt, alii veneno, Suidas suspendio. Ut ut se res habeat, periisse eum constat anno 312. ante nuptias Licinii & Constantiæ. *Pagius.*

Digitized by Google

XLIII.

An. 312.

UNUS jam supererat de adversariis Dei, cujus nunc exitum ruinamque subnectam. Cùm haberet æmulationem adversùs Licinium, quia prælatus ei à Maximiano fuerat, licèt nuper cum eo amicitiam confirmâsset, tamen ut audivit Constantini sororem Licinio esse desponsam, existimavit affinitatem illam duorum Imperatorum contra se copulari. Et ipse legatos ad Urbem misit occultè, societatem Maxentii atque amicitiam postulatum. Scribit etiam familiariter. Recipiuntur legati benignè, fit amicitia, utriusque imagines simul locantur. Maxentius tanquàm divinum auxilium libenter amplectitur. Jam enim bellum Constantino indixerat, quasi necem patris sui vindicaturus. Undè suspicio inciderat, senem illum tam exitiabilem finxisse discordiam cum filio, ut ad alios succidendos viam sibi faceret, quibus omnibus sublatis, sibi ac filio totius orbis imperium vindicaret. Sed id falsum fuit. Nam id propositi habebat, ut & filio, & cæteris extinctis, se ac Diocletianum restitueret in regnum.

Lin. 1. *Unus supererat.*] Nimirùm Maximinus cognomine Daza vel Daïa, adhuc qui Orienti præerat.

Lin. 2. *Quia.*] In MS. *qui ad.*

Lin. 4. *Ut.*] In MS. bis repetitur *ut, ut.*

Ibidem. *Constantini sororem.*] Constantiam, quæ posteà sic Ario favit, ut etiam fratrem suum ad eum protegendum impelleret. *Baluz.*

Ibidem. *Desponsam.*] Id est, *desponsatam.*

Lin. 7. *Postulatum.*] In MS. legitur *postulatam*; editi habent *postulans.* Scripsimus *postulatum*, quod rectius videtur.

Ibidem. *Familiariter.*] Id est, amicè.

Lin. 10. *Necem patris sui.*] Maximiani Herculii, quem Constantinus strangulari jusserat apud Massiliam. Zosimus lib. 2. *Maxentius occasiones gerendi adversùs Constantinum belli quærebat, seque dolere propter obitum patris sui simulans, cui mortis causam Constantinus præbuisset.* Baluz.

Lin. 11. *Senem illum.*] Maximianum Herculium.

Ibidem. *Tam exitiabilem.*] Sic reposui, cùm in MS. sit *xtabilē*, cum defectu trium aut quatuor initialium litterarum. Potest etiam legi, si mavis, *detestabilem*, supprimendo *tam*

Ibidem. *Finxisse discordiam.*] Eutropius lib. x. *Indè ad Gallias profectus est, dolo composito, tanquàm à filio esset expulsus.* Baluz.

Lin. 12. *Succidendos.*] In MS. *succedendos.*

XLIV.

JAM mota inter eos fuerant arma civilia. Et quamvis se Maxentius Romæ contineret, quòd responsum acceperat, periturum esse, si extra portas urbis exisset; tamen bellum per idoneos duces gerebatur. Plus virium Maxentio erat, quòd & patris sui exercitum receperat à Severo, & suum proprium de Mauris atque Italis nuper extraxerat. Dimicatum,

Lin. 1. *Jam mota inter eos fuerant arma civilia.*] Inter Constantinum & Maxentium, ab anno nempè 311.

Lin. 2. *Responsum.*] Ab Oraculo scilicet.

Lin. 3. *Duces.*] MS. *ducere.*

Lin. 5. *Et suum proprium.*] Locutio Lactantiana: lib. 4. cap. 14. SUUM PROPRIUM; lib. 3. cap. 10. & lib. 4. cap. 40. *suo proprio*; lib. 5. cap. 11. *Alii* SUO PROPRIO *adversùs justos odio*; & de Opif. cap. 2. *Singulis autem generibus ad propulsandos impetus externos* SUA PROPRIA *munimenta constituit.*

Ibidem. *Italis.*] Heum. putat, & quidem rectè, legend. esse *Getulis*, qui Mauris erant proximi.

Ibidem. *Dimicatum, &.*] Heumannus legit *Dimicatum est.*

www.libool.com.cn

Digitized by Google

& Maxentiani milites prævalebant; donec posteà confirmato animo Constantinus, & ad utrumque paratus, copias omnes ad Urbem propiùs admovit, & è regione Pontis Mulii consedit. Imminebat dies, quo Maxentius Imperium ceperat, qui est ad sextum Kalendas Novembris; & quinquennalia terminabantur. Commonitus est in quiete Constantinus, ut cœleste signum Dei notaret in scutis, atque ita prælium committeret. Fecit ut jussus est, & tranversâ X litterâ, summo capite circumflexo, Christum in scutis notat. Quo signo armatus exercitus capit ferrum. Procedit hostis obviàm sine Imperatore, pontemque transgreditur. Acies pari fronte concurrit. Summâ vi utrinque pugnatur. Neque his fuga nota, neque illis. Fit in urbe seditio, & dux increpitatur, velut desertor salutis publicæ. Tumque repentè populus, (Circenses enim natali suo edebat) voce subclamat, Constantinum vinci non posse.

Quâ voce consternatus proripit se, ac vocatis quibusdam Senatoribus, libros Sibyllinos inspici jubet, in quibus repertum est, illo die hostem Romanorum esse periturum. Quo responso in spem victoriæ inductus procedit, in aciem venit. Pons à tergo ejus scinditur. Eo viso, pugna crudescit, & manus Dei superarat aciei. Maxentianus proterretur; ipse

Lin. 2. *Ad utrumque paratus.*] Eventum putà peremptorium, citam mortem, aut victoriam lætam. Apud Virgilium Æneidos l. 2. v. 61. *fidens animi, atque ad utrumque paratus.*

Lin. 3. *Pontis Mulii.*] Sequor MS. qui haud secùs habet. In editis est *Mulvii*, quod verum est nomen, hodiè *Ponte Mole.*

Ibidem. *Dies, quo Maxentius Imperium ceperat... 6. Kalend. Novemb. &c.*] Maxentius, ut ex Lactantio liquet, 6. Kalend. Novemb. id est, 27. Octob. Imperator Romæ appellatus est. Maxentium vicit Constantinus 6. Kalend. Novemb. autore eodem Lactantio.

Lin. 5. *Commonitus in quiete.*] Proprium hoc verbum. *Moneri* enim dicuntur, quibus Deus aliquid per somnium imperat. Vide Inscript. Antiq. *Tollius.*

Lin. 6. *Cœleste signum.*] *Immortale signum* alibi vocat Lactantius lib. 4. cap. 27. id est, signum crucis. Iste porrò locus est magni momenti. Signat enim, & locum, & diem quo crux, in quâ vinceret, ostensa est Constantino. Nam cùm ex testimonio Eusebii, qui se id accepisse ait ab ore Constantini, constet visum ab eo crucis trophæum in cœlo horis meridianis, sole in occasum vergente; & addubitanti quidnam hoc spectrum sibi vellet, nocte sequenti Christum Dei dormienti apparuisse cum signo illo, quod in cœlo ostensum fuerat, præcepisseque, ut militari signo ad similitudinem ejus, quod in cœlo vidisset, fabricato, eo tanquàm salutari præsidio in præliis uteretur: certum est utramque visionem uno in loco, & intra spatium aliquot horarum contigisse.

Lin. 7. *Et transversâ X. litterâ, summo capite circumflexo, Christum in scutis notat.*] MS. *Christo.* Hæc ita intelligenda sunt, ut Christi Monogramma circumflexum fuerit in capite Labari, ut videmus in nummis veteribus.

Lin. 9. *Sine Imperatore.*] Sine Maxentio.

Lin. 10. *Concurrit.*] *Concurrere*, passim est ad pugnam, ad prælium procedere. Accipio autem hîc *pari fronte concurrere*, pro eâdem fiduciâ & alacritate, quâ contra te veniant hostes, obviam illis ire. Vel si mavis, *omnes æquali fronte concurrunt. Concurrit*, alii *concurrunt.*

Lin. 11. *Dux increpitatur.*] Maxentius.

Lin. 12. *Natali suo.*] Id est, die illo quo Imperator factus est.

Lin. 13. *Edebat.*] MS. *Cumque... & debita*, nullo sensu. Pro *& debita*, cum nonnullis viris doctis lego *edebat*, scilicet Maxentius. MS. *Cumque*, lego *tumque*; aliis *cunctus.*

Lin. 17. *Scinditur.*] De exciso ponte vide Euseb. lib. 9. Hist. Eccles. cap. 9. & Zozimum lib 11. cap. 15.

Lin. 18. *Superarat aciei.*] Biblica hæc phrasis esse videtur: Exod. cap. 17. v. 11.

Fortè legendum *subverrat aciei* (inquit Bauldri) id est, sese huc & illuc per pugnantium ordines extendit, vim suam latenter contra Maxentii milites exercens. *Acies* enim sæpè

in fugam versus properat ad pontem, qui interruptus erat, ac multitudine fugientium pressus, in Tiberim deturbatur. Confecto tandem acerbissimo bello, cum magnâ Senatûs populique Romani lætitiâ susceptus Imperator Constantinus, Maximini perfidiam cognoscit, litteras deprehendit, statuas & imagines invenit. Senatus Constantino, virtutis gratiâ, primi nominis titulum decrevit, quem sibi Maximinus vindicabat: ad quem victoria liberatæ Urbis quum fuisset adlata, non aliter accepit, quàm si ipse victus esset. Cognito deindè Senatûs decreto, sic exarsit dolore, ut inimicitias apertè profiteretur, convicia jocis mixta adversùs Imperatorem maximum diceret.

pugna, seu prælium est. *Suberrare* autem *aciei*, ut apud Claudianum, *suberrare montibus*. Sed Heumann. ita legendum esse putat: *At manu Dei superante, acies Maxentiana proterretur.*

Pag. 239. lin. 18. *Maxentianus proterretur.*] Ità MS. Maxentianus scilicet miles. Alii volunt, *Maxentiana*, nempè *acies*. Nonnulli malunt, *Maxentiani proterrentur*. Si quid immutandum esset, mallem, *Maxentius proteritur*. *Proterrere* est terrendo fugare.

Lin. 1. *Ac.*] In MS. *hac.*

Lin. 2. *Tandem.*] MS. *tamen.*

Lin. 6. *Titulum.*] Scilicet *maximi*. Post mortem Galerii Maximinus, quia prior Cæsar, quanquàm postremò Augustus fuerat, primas sibi in titulis atque honoribus inter ejus temporis Augustos vindicabat, ait *Eusebius*, Hist. Eccles. lib. 9. cap. 10. Jam verò Senatus decrevit, ut primus Augustorum Constantinus esset.

Ibidem. *Vindicabat.*] Fortè, *vindicarat.*

XLV.

CONSTANTINUS, rebus in Urbe compositis, hyeme proximâ Mediolanum contendit. Eòdem Licinius advenit, ut acciperet uxorem. Maximinus ubi eos intellexit nuptiarum solennibus occupatos, exercitum movit è Syriâ, hyeme quàm cùm maximè sæviente, & mansionibus geminatis, in Bithyniam concurrit, debilitato agmine. Nam maximis imbribus, & nivibus, & luto, & frigore, & labore jumenta omnis generis amissa sunt, quorum miserabilis per viam strages speciem jam futuri belli, & similem cladem militibus nuntiabat. Nec ipse intra fines suos moratus est: sed transjecto protinùs freto, ad Byzantii portas accessit armatus. Erant ibi milites præsidiarii, ad hujusmodi casus à Licinio conlocati. Hos primùm muneribus & promissis illicere tentavit: posteà vi

&

Lin. 2. *Contendit.*] Verbum istud in MS. mancum est & propè detritum, ac vix legi potest.

Ibidem. *Uxorem.*] Scilicet Constantiam, Constantini sororem.

Lin. 4. *Quàm.*] Voculam hanc delendam putat Heumannus.

Ibidem. *Mansionibus geminatis.*] Id est, unâ die tantùm fecit itineri, quantùm duæ mansiones in viâ Regiâ distabant invicem. Nec in primâ, sed in secundâ quiescebat. *Cellar.*

Lin. 5. *In Bythiniam concurrit.*] Ità MS. Nonnulli volunt, *accurrit*; Almelov. *cucurrit*. Nam facilè *cu*, in *cū*, & posteà in *con*, mutatum est.

Lin. 9. *Transjecto protinùs freto.*] Thraciæ nimirùm. Vulgò Bosphorus Thracius nuncupatur.

Lin. 10. *Ad hujusmodi casus.*] In veteri codice legitur, *ad hujusmodi causa Licinio conlocati*. Nostra emendatio bona est. Et sæpè in antiquis codicibus reperitur scriptum *causa*, pro *casus*; ut apud S. Ambrosium epist. 43. *In naturâ casus est, in electione judicium*; pro quo in vetustissimo codice MS. Ecclesiæ Bellovacensis scriptum est *causa*, quamvis non benè. *Baluz.*

Lin. 11. *Illicere.*] In MS. *illicire.*

Digitized by Google

& oppugnatione terrere; nec tamen quidquam vis aut promissa valuerunt.

Jam consumpti erant dies undecim, per quos fuit spatium nuntios litterasque mittendi ad Imperatorem, cùm milites non fide, sed paucitate diffisi, seipsos dederunt. Hinc promovit Heracleam; & illic eâdem ratione detentus, aliquot dierum tempus amisit. Et jam Licinius, festinato itinere, cum paucis Adrianopolim venerat, cùm ille, acceptâ in deditione Perintho, aliquantò moratus, processit ad mansionem millia decem & octo. Nec enim poterat ulteriùs, Licinio jam secundam mansionem tenente distantem millibus totidem; qui, collectis ex proximo quantis potuit militibus, pergebat obviam Maximino, magis ut eum moraretur, quàm proposito dimicandi, aut spe victoriæ. Quippè cùm ille septuaginta millium armatorum exercitum duceret, ipse vix triginta millium numerum collegisset. Sparsi enim milites per diversas regiones fuerant, & adunari omnes angustiæ temporis non sinebant.

Lin. 1. *Nec tamen quidquam vis aut promissa valuerunt.*] Ità MS.

Lin. 4. *Imperatorem.*] Scilicet *Licinium.*

Lin. 5. *Heracleam.*] MS. *Heracliam*, scilicet Thraciæ, quæ est & Perinthus infrà. Zozimus lib. 1. cap. 62.

Lin. 7. *Acceptâ in deditione.*] Ità MS. Legendum esset *in deditionem.* Sed ut jam suprà adnotavi, sic loquitur Lactantius.

Lin. 8. *Perintho.*] MS. *Perentho.*

Lin. 9. *Licinio jam secundam mansionem tenente distantem millibus totidem.*] Sic lego cum Vossio & Baluzio. In Manuscripto est, *secundâ mansione tenente destantum*, mendosè omninò.

Lin. 10. *Qui, collectis.*] Cum Vossio lego, *Qui*; scilicet Licinius. In MS. est *atque.*

Lin. 11. *Quantis.*] Pro *quot.*

Lin. 12. *Quippe cùm ille.*] Maximinus.

Lin. 13. *Ipse vix.*] Licinius.

XLVI.

PROPINQUANTIBUS ergò exercitibus, jam futurum propediem prælium videbatur. Tum Maximinus ejusmodi votum Jovi vovit, ut si victoriam cepisset, Christianorum nomen extingueret, funditùsque deleret. Tunc proximâ nocte Licinio quiescenti adsistit Angelus Dei, monens ut ocyùs surgeret, atque oraret Deum summum cum omni exer-

Lin. 1. *Propinquantibus.*] Verbum ex poëtis, ut jam suprà observavi ad initium capitis 24. estque apud Lactantium.

Lin. 2. *Si victoriam cepisset.*] Id est, reportasset. Quid aliud enim victoriam *capere* esse possit, quàm, ut vulgò Latini locuti sunt, reportare, adipisci, consequi? Sed quis interim, præter nostrum, *victoriam capere* usurpavit? Nam nullum mihi uspiàm exemplum observatum. Nihil usitatius eo loquendi modo apud Lactantium, in cujus scriptis, & præcipuè lib. 7. frequenter legimus *capere virtutem, capere sapientiam, capere originem, capere fructus, capere notitiam*; lib. de Irâ Dei cap. 7. *capere morbos*; lib. de Opific. cap. 4. *capere mortem* ibid.

Lin. 3. *Christianorum nomen extingueret.*] Lactantius Div. Institut. lib. 1. cap. 18. *magnam partem generis humani* EXTINXIT.

Lin. 4. *Quiescenti.*] Id est, dormienti. Confer elegantissimum Lactantii locum libri de Opificio Dei cap. 18. *Corpus enim vigilante sensu licèt jaceat immobile, tamen non est quietum; ... ne saluberrimam quietem corporis interrumpat.*

Lin. 5. *Deum summum.*] Hoc epitheto, cùm de vero Deo agitur, vix quidquam frequentius in indubitatis Lactantii lucubrationibus; & in hoc opere cap. 1. cap. 47. & alibi. Quin hæc etiam inter alia Lactantium istius quoque libelli parentem esse suadeant, dubitari non potest, *Bauldri.*

citu ſuo ; illius fore victoriam, ſi feciſſet. Poſt has voces, cùm ſurgeret ſibi viſus eſſet, & cum ipſo qui monebat, adſtaret, tunc docebat eum quomodò & quibus verbis eſſet orandum. Diſcuſſo deindè ſomno, notarium juſſit acciri, & ſicut audierat, hæc verba dictavit : *Summe Deus, te rogamus. Sancte Deus, te rogamus. Omnem juſtitiam tibi commendamus, ſalutem noſtram tibi commendamus, imperium noſtrum tibi commendamus. Per te vivimus, per te victores & felices exiſtimus. Summe ſancte Deus, preces noſtras exaudi. Brachia noſtra ad te tendimus. Exaudi, ſancte ſumme Deus.* Scribuntur hæc in libellis pluribus, & per Præpoſitos Tribunoſque mittuntur, ut ſuos quiſque milites doceat. Crevit animus univerſis, victoriam ſibi credentibus de cœlo nuntiatam. Statuit Imperator prælium diei Kalendarum Maiarum, quæ octavum annum nuncupationis ejus implebant ; ut ſuo potiſſimùm natali vinceretur, ſicut ille victus eſt Romæ. Maximinus voluit præire maturiùs : pridiè manè aciem compoſuit, ut natalem ſuum poſtridiè victor celebraret. Nuntiatur in caſtra moviſſe Maximinum. Capiunt milites arma, obviamque procedunt. Campus intererat ſterilis ac nudus, quem vocant Serenum. Erat jam utraque acies in conſpectu. Liciniani ſcuta deponunt, galeas reſolvunt, ad cœlum manus tendunt, præeuntibus Præpoſitis, & poſt Imperatorem precem dicunt. Audit acies peritura precantium murmur. Illi, oratione ter dictâ, virtute jam pleni,

Lin. 1. *Si feciſſet.*] Lege potiùs, *id ſi feciſſet*, ait Heumannus.

Lin. 3. *Notarium.*] Id eſt, unum à ſecretis.

Lin. 4. *Acciri.*] MS. *aſciri.*

Lin. 5. *Omnem.*] Heumann. putat ſcribendum eſſe *noſtram.*

Lin. 9. *Libellis.*] Id eſt, chartis brevioribus ; ita poſt Giſbertum Cuperum Doctiſſ. Heumannus.

Ibidem. *Præpoſitos.*] Præpoſiti erant primarii, qui præerant legionibus, ut patet ex quibuſdam Gruteri inſcriptionibus.

Lin. 10. *Univerſis.*] Scilicet Licinii militibus.

Lin. 11. *Statuit Imperator prælium diei Kal. Maiarum.*] *Imperator*, ut videtur, Licinius. Kalendis Maii factus fuerat Cæſar Maximinus.

Ibidem. *Diei.*] Docti putant ſcribendum eſſe *in diem* ; non malè.

Lin. 12. *Ejus.*] Scilicet Maximini.

Ibidem. *Implebant.*] MS. *Implebunt.*

Ibidem. *Ut ſuo potiſſimùm natali vinceretur.*] Videlicet Maximinus.

Lin. 13. *Sicut ille victus eſt Romæ.*] *Ille*, ſcilicet Maxentius.

Lin. 15. *Nuntiatur in caſtra moviſſe.*] Scilicet Licinii. Sic apud Ciceronem Orat. pro Milone *nunciatum eſſe in hortos*, & lib. de Claris orat. *in Tuſculanum mihi nunciabantur gladiatorii ſibili.*

Lin. 16. *Sterilis.*] MS. *ſterelis*, mendosè.

Lin. 17. *Serenum.*] Circa Reſiſton, Thraciæ locum inter Hadrianopolim & Heracleam, contra Zoſimum, qui pugnam hanc in Illyriis pugnatam refert. *Ex Baluzio.*

Ibidem. *Utraque acies.*] MS. *utroque.*

Lin. 18. *Galeas reſolvunt.*] Id eſt, reſolvunt nexus ligaminum, quibus galeæ capiti aptabantur, & conſtringebantur ne exciderent. Itaque milites nonniſi depoſitis galeis, nudoque proindè capite, quam edocti fuerant dixerunt precem, vel juxta præceptum Angeli qui dictaverat precem, vel juxta illud Apoſtoli 1. ad Corinthios cap. 11. cap. 4. & 7. *Omnis vir orans velato capite dedecorat caput ſuum.... vir enim non debet velare caput.*

Lin. 19. *Et poſt Imperatorem precem dicunt.*] Sic lego. In MS. eſt *p Imperatorẽ pre dicunt.* Prima littera *p* ſcripta eſt cum lineolâ ſubter tranſversâ, quam exiſtimo ſignificare *poſt* ; deinde *Imperatorẽ* cum lineolâ tranſversâ ſuper *ẽ* finalem ; & tandem duæ lineolæ ſuper *p* & *e*, ita u ſit *precem.* Sic & lib. 1. Divin. Inſtitut. *Cùm* PRECEM ... *expromeret.* Attamen Celarius ſcribendum putat *pro Imperatore*, ſed minùs rectè.

Lin. 20. *Virtute.*] Id eſt, fortitudine bellicâ ; ſicut & infrà.

Digitized by Google

reponunt capitibus galeas, ſcuta tollunt. Procedunt Imperatores ad colloquium. Ferri non potuit Maximinus ad pacem. Contemnebat enim Licinium, ac deſertum iri à militibus exiſtimabat, quòd ille eſſet in largiendo tenax, ipſe autem profuſus; eoque propoſito moverat bellum, ut, exercitu Licinii ſine certamine accepto, ad Conſtantinum duplicatis viribus ſtatim pergeret.

Lin. 1. *Scuta tollunt.*] Id eſt, *attollunt.*

Lin. 2. *Ferri.*] In MS. *ferre*, parùm Latina locutio.

Lin. 4. *Tenax.*] Avarum fuiſſe Licinium multis exemplis probat Euſebius lib. 1. de Vitâ Conſtantini cap. 55. Fragmentum de Conſtantio Chloro pag. 474. *Licinius ſcelere, avaritiâ, crudelitate, libidine ſæviebat.* Baluz.

Lin. 5. *Exercitu.*] In MS. *exercitum.*

XLVII.

ERGÒ propiùs acceditur, tubæ canunt, ſigna procedunt. Liciniani, impetu facto, adverſarios invadunt. Illi verò perterriti, nec gladios expedire, nec tela jacere quiverunt. Maximinus aciem circumire, ac milites Licinianos nunc precibus ſollicitare, nunc donis. Nullo loco auditur. Fit impetus in eum, & ad ſuos refugit. Cædebatur acies ejus impunè, & tantus numerus legionum, tanta vis militum à paucis metebatur. Nemo nominis, nemo virtutis, nemo veterum præmiorum memor; quaſi ad devotam mortem, non ad prælium veniſſent, ſic eos Deus ſummus jugulandos ſubjecit inimicis. Jam ſtrata erat ingens multitudo. Videt Maximinus aliter rem geri, quàm putabat. Projecit purpuram, & ſumptâ veſte ſervili, fugit, ac fretum trajecit: at in exercitu pars dimidia proſtrata eſt, pars autem vel dedita, vel in fugam verſa eſt. Ademerat enim pudorem deſerendi deſertor Imperator. At ille Kalendis Maiis, id eſt, unâ nocte atque unâ die, Nicomediam aliâ nocte pervenit, cùm An. 313.

Lin. 3. *Quiverunt.*] Iſtud verbum amat Lactantius, & in multis ejus operum locis memini me legere, ut ſuprà cap. 18. poſt initium *quiret*; lib. 2. Div. Inſtitut. cap. 5. *intelligere* QUIVERUNT; lib. 5. cap. 10. poſt medium, *iram frenare* NEQUIVERIT; c. 22. *ſi id efficere non* QUIVERINT; lib. 6. cap. 2. *non* QUEAT *contueri.* Sic lib. 7. cap. 7. & de Opific. cap. 4. At in MS. *quieverunt*, vitiosè.

Lin. 6. *Metebatur.*] MS. *metuebatur.* Sed legendum eſt *metebatur.* Sic Silius Italicus lib. 4. v. 464.

— *Metit agmina tectus*
Cæleſti clypeo & ſternit, &c.

Sic Lactantius ipſe lib. 7. cap. 15. *Tunc peragrabit cædes orbem, metens omnia.* Cellarius.

Lin. 8. *Ad devotam mortem.*] *Devota mors* hîc loci eſt *mors deſtinata*, quomodò apud Virgilium Æneid. 1. v. 716... Gallicè, *à une mort volontaire*, Maucroix. Hoc eſt ad mortem voluntariam, ſenſu feliciter declarato. *Bauldri.*

Ibidem. *Deus ſummus ſubjecit.*] Martyrium S. Baſilei Epiſcopi Amaſeæ: *Licinius igitur omnipotente Domini noſtri Jeſu-Chriſti manu adjutus victoriam de Maximino reportavit.* Baluz.

Lin. 10. *Putabat.*] Lege *putarat*, ex Heumanno.

Lin. 11. *Sumptâ veſte ſervili.*] Confirmat hanc narrationem Euſebius lib. 9. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 10. & lib. 1. de Vitâ Conſtantini cap. 58. *Baluz.*

Ibidem. *Fretum trajecit.*] Id eſt, Boſphorum Thracium, atque ex Europâ in Aſiam navigavit.

Ibidem. *At in exercitu.*] Cum Tollio lego *at*, pro *ac*, quod eſt in MS. & mox præceſſit. Almelov. legebat, *ac ita exercitûs pars dimidia proſtrata eſt.*

Lin. 12. *Pars autem.*] Adde altera.

Lin. 14. *Unâ die.*] Poſt hæc verba deeſſe

Digitized by Google

locus prælii abesset millia centum sexaginta; raptisque filiis, & uxore; & paucis ex palatio comitibus, petivit Orientem. Sed in Cappadociâ, collectis ex fugâ & ab Oriente militibus, substitit. Ita vestem resumpsit.

www.libtool.com.cn

videtur juxta doctos nomen mansionis, quam petierat hâc die, cùm alterâ nocte Nicomediam petierit. Fortè deest *Melantiada*.

Lin. 1. *Locus prælii.*] Fortè propè Heracleam ad XIV. millia passuum versùs Occidentem.

Lin. 2. *Petivit Orientem.*] Zosimus: *Per Orientem in Ægyptum discedens, spe cogendarum copiarum, quanta gerendo bello sufficerent.* Baluz.

Ibidem. *In Cappadociâ.*] MS. *ex Cappadociâ.*

Lin. 5. *Vestem resumpsit.*] Nimirùm purpuram, signum Imperatoriæ Majestatis.

XLVIII.

LICINIUS verò, acceptâ exercitûs parte ac distributâ, trajecit exercitum in Bithyniam paucis post pugnam diebus, & Nicomediam ingressus, gratiam Deo, cujus auxilio vicerat, retulit; ac die Iduum Juniarum, Constantino atque ipso ter Consulibus, de restituendâ Ecclesiâ hujusmodi litteras ad Præsidem dari proponi jussit.

An. 313.

LITTERÆ LICINII.

CUM feliciter, tam ego Constantinus Augustus, quàm etiam ego Licinius Augustus, apud Mediolanum convenissemus, atque universa, quæ ad commoda & securitatem publicam pertinerent, in tractatu haberemus, hæc inter cætera, quæ videbamus pluribus hominibus profutura, vel in primis ordinanda esse credidimus, quibus divinitatis reverentia continebatur, ut daremus & Christianis, & omnibus liberam potestatem sequendi religionem, quam quisque voluisset, quò quidem divinitas in

Lin. 1. *Distributâ.*] In suas legiones, ut indè supplementum esset legionibus.

Ibidem. *Trajecit.*] Per Bosphorum Thracium.

Lin. 2. *Pugnam.*] In MS. *pugna*; malè.

Lin. 3. *Die Iduum Juniarum.*] Ista non sunt intelligenda de die quo datum est Edictum, sed de die quo Licinii jussu propositum est Nicomediæ. *Baluz.*

Lin. 4. *Constantino atque ipso ter Consulibus.*] Id est, anno Christi 313.

Ibidem. *De restituendâ Ecclesiâ.*] Nicomedienses scilicet, cæterisque, quæ ante decennium per totam Bithyniam, cujus Nicomedia princeps erat civitas, fuerant eversæ. Nam Nicomedienses quidem prima omnium eversa fuerat, & solo adæquata, ut ex capite 12. certum est.

Lin. 5. *Litteras.*] Eas descripsit Eusebius lib. 10. cap 5. sed è Romanâ linguâ in Græcum sermonem translatas ut ipse ait. Quòd ergò eas nunc habemus Latinè, uti editæ primò sunt, unius Lactantii diligentiæ debemus. Sed iste omisit præfationem, quam Eusebius habet. *Baluz.*

Litteras. Id est, ex utriusque Interpretis Versione, *edictum.* Et Pagius quidem exertè in hoc ipso argumento, *Epistolam*, inquit, *& Edictum hic non distinguo.* Sed esse, accuratè loquendo, nonnihil discriminis inter edicta & litteras Imperatorum ad Præsides datas, jam antè, ni fallor, ostendit Paulus Bauldri notâ ultimâ ad has litteras infrà.

Lin. 7. *Tam ego Constantinus.*] MS. *tam ego quàm Constantinus*; malè. Vid. seq.

Lin. 10. *Credidimus.*] MS. *credimus.*

Ibidem. *Divinitatis.*] MS. *divinitas.*

Lin. 11. *Continebatur.*] Heuman. *continetur.*

Lin. 12. *Sequendi.*] In MS. *sequenti.*

Ibidem. *Quò quidem divinitas, &c.*] Quidam legunt *ut quidem divinitas*; nonnulli *quò*, pro *ut*, sicut infrà *quò scires.* Pronum fuit cum erudito Toinardo exscribere ex Eusebio lib. 10. cap. 5. & Nicephoro lib. 7. cap. 41.

Digitized by Google

ſede cœleſti, nobis atque omnibus, qui ſub poteſtate noſtrâ ſunt conſtituti, placata ac propitia poſſit exiſtere. Itaque hoc conſilio ſalubri ac rectiſſimâ ratione ineundum eſſe credidimus, ut nulli omninò facultatem abnegandam putaremus, qui vel obſervationi Chriſtianorum, vel ei religioni mentem ſuam dederat, quam ipſe ſibi aptiſſimam eſſe ſentiret; ut poſſit nobis ſumma divinitas, cujus religioni liberis mentibus obſequimur, in omnibus ſolitum favorem ſuum benivolentiamque præſtare. Quarè ſcire Dicationem tuam convenit, placuiſſe nobis, ut amotis omnibus omninò conditionibus, quæ priùs ſcriptis ad officium tuum datis ſuper Chriſtianorum nomine videbantur, nunc verè ac ſimpliciter unuſquiſque eorum, qui eamdem obſervandæ religioni Chriſtianorum gerunt voluntatem, citra ullam inquietudinem ac moleſtiam ſui idipſum obſervare contendant. Quæ ſollicitudini tuæ pleniſſimè ſignificanda eſſe credidimus, quò ſcires, nos liberam atque abſolutam colendæ religionis ſuæ facultatem hiſdem Chriſtianis dediſſe. Quod cùm hiſdem à nobis indultum eſſe pervideas, intelligit Dicatio tua, etiam aliis religionis ſuæ vel obſervantiæ poteſtatem ſimiliter apertam, & liberam pro quiete temporis noſtri eſſe conceſſam; ut in colendo quod quiſque delegerit, habeat liberam facultatem, quia (nolumus detrahi) *honori, neque cuiquam religioni aliquid à nobis. Atque hoc inſuper in perſonâ Chriſtianorum ſtatuendum eſſe conſuimus, quòd ſi eadem loca, ad quæ anteà convenire conſueverant, de*

quò quidquid eſt divinitatis & rei cœleſtis, nobis & univerſis qui ſub imperio noſtro degunt conſtituti, propitium eſſe poſſit. Ego ut à Manuſcripto minùs recedam, leviori mutatione lego cum Doctiſſimo Grævio, *quò quidem divinitas in ſede cœleſti nobis, atque omnibus qui ſub poteſtate noſtrâ ſunt conſtituti, placata & propitia poſſit exiſtere.* Almelov. & Sparkius legunt, *Quod quidem divinitas... placatum & propitium poſſit efficere.*

Lin. 2. *Conſilio.*] Lege *conſilium*, deletâ virgulâ poſt *ſalubri*, ex Græco Euſebii.

Lin. 4. *Dederat.*] Ità MS. Priſcæ editiones, *dederet*: lege potiùs *dederit.*

Lin. 5. *Summa divinitas.*] Nec aliter Lactantius Divin. Inſtitut. lib. 7. cap. 26. in Epilogo ad Conſtantinum Imp. ante finem: *Te providentia* SUMMÆ DIVINITATIS *ad faſtigium principale provexerit.* Et lib. 5. cap. 10. *Offenſa* DIVINITAS *ſcelere hominum pravè religioſorum, gravi eos infortunio mactat.* Et ſuprà, *divinitatis reverentia.* Nota *divinitatem*, pro *Deo* à Lactantio uſurpari.

Lin. 6. *Solitum favorem.*] MS. *ſolita fervorem.*

Lin. 7. *Dicationem.*] Id eſt, *Dignationem.* Vide, ſi lubet, Cangii Gloſſarium Lat. Apud Euſebium eſt, *Devotionem.*

Lin. 8. *Scriptis ad officium tuum datis.*] Pro *ad officium tuum*, apud eumdem Euſebium legitur, *ad Devotionem tuam.*

Ibidem. *Super Chriſtianorum nomine videbantur, nunc verè ac ſimpliciter unuſquiſque.*] Supplenda & corrigenda ex Euſebii Græcis lib. 10. cap. 5. *Super Chriſtianorum nomine continebantur, & quæ prorsùs lævæ, & à noſtrâ clementiâ alienæ eſſe videbantur, ea tollantur; & nunc liberè ac ſimpliciter unuſquiſque.* Vide ad hæc obſervationem erud. Pauli Bauldri ex edit. Ultrajectinâ, infrà.

Lin. 9. Pro *nunc verè.*] Apud Euſebium eſt *liberè*; in MS. *nunc cavere.*

Lin. 10. *Ullam inquietudinem.*] MS. *illam.*

Lin. 11. *Pleniſſimè.*] In MS. *pleniſſima.*

Lin. 13. *Hiſdem.*] In MS. *iſdem.*

Lin. 14. *Dicatio tua.*] Apud Euſebium, *Devotio tua.*

Lin. 15. *Ut in colendo quod quiſque delegerit.*] Sic lego cum doctiſſimo Grævio, levi factâ mutatione. MS. habet, *ut in colendâ quod quiſque diligeret, habeat liberam facultatem, qui.*

Lin. 16. *Quia nolumus detrahi.*] In MS. eſt *qui*, cujus vice poſui *quia*, & duo verba quæ deſunt, ex Euſebio ſupplevi per *nolumus detrahi.*

Lin. 17. *In perſonâ.*] Heumann. ex Euſebio legit *in perſonam.*

Lin. 18. *Eadem.*] *Eorum*, juxta Heumannum.

Ibidem. *Ad quæ anteà.*] In MS. *ad quæ q. anteà.*

Ibidem. *Conſueverant.*] Tollius legit *conſueverunt.*

Digitized by Google

quibus etiam datis ad officium tuum litteris certa antehàc forma fuerat comprehensa, priore tempore aliqui vel à fisco nostro, vel ab alio quocumque videntur esse mercati, eadem Christianis sine pecuniâ, & sine ullâ pretii petitione, postpositâ omni frustratione atque ambiguitate, restituantur. Qui etiam dono fuerunt consecuti, eadem similiter hisdem Christianis quantocyùs reddant: etiam vel hi qui emerunt, vel qui dono fuerunt consecuti, si petiverint de nostrâ benivolentiâ aliquid, Vicarium postulent, quò & ipsis per nostram clementiam consulatur. Quæ omnia corpori Christianorum protinùs per intercessionem tuam, ac sine morâ tradi oportebit. Et quoniam iidem Christiani non ea loca tantùm, ad quæ convenire consueverunt, sed alia etiam habuisse noscuntur, ad jus corporis eorum, id est, Ecclesiarum, non hominum singulorum, pertinentia, ea omnia lege, quâ superiùs, comprehendimus, citra ullam prorsùs ambiguitatem vel controversiam hisdem Christianis, id est, corpori & conventiculis eorum reddi jubebis, supradictâ scilicet ratione servatâ, ut ii qui eadem sine pretio, sicut diximus, restituerint, indemnitatem de nostrâ benivolentiâ sperent. In quibus omnibus supradicto corpori Christianorum intercessionem tuam efficacissimam exhibere debebis, ut præceptum nostrum quantocyùs compleatur, quò etiam in hoc per clementiam nostram quieti publicæ consulatur. Hactenùs fiet, ut sicut superiùs comprehensum est, divinus juxta nos favor, quem in tantis sumus rebus experti, per omne tempus prosperè successibus nostris cum beatitudine nostrâ publicâ perseveret. Ut autem hujus sanctionis benivolentia nostra forma ad omnium possit pervenire notitiam, perlata programmate tuo hæc scripta & ubique proponere, & ad omnium scientiam te perferre conveniet, ut hujus benivolentia nostra sanctio latere non possit.

His litteris propositis, etiam verbo hortatus est, ut conventicula in statum pristinum redderentur. Sic ab eversâ Ecclesiâ usque ad restitutam fuerunt anni decem, menses plus minùs quatuor.

Lin. 2. *Aliqui.*] Ità restitui ex MS. Apud Eusebium est, *si qui aut à fisco nostro.* Omnes editi ferunt, *aliquid.*

Lin. 4. *Restituantur.*] Sic MS. Prisci editi habent, *restituant.*

Ibidem. *Fuerunt.*] Lege *fuerint*, ex Græco Eusebii.

Lin. 6. *Dono fuerunt.*] In MS. *donaverunt.*

Ibidem. *Si petiverint.*] Ità scripsisse Lactantium ex Eusebio pro certo habeo, non *putiverint*, quod est in Manuscripto corruptè, ac nullum sensum præstat. Et mox idem Eusebius, προσέλθωσι τῷ ἐπὶ τῶνδε ἐπιτροπεύοντι, *adeant locorum Præfectum qui jus dicit.* Itaque hîc legendum profectò *Vicarium* per *V.* majusculum. In editis est *putaverint*, corruptè.

Ibidem. *Vicarium postulent.*] Id est, *ad Vicarium nostrum eant*, ex Græco Eusebii. Alii putant legendum esse, *si petiverint de nostrâ benevolentiâ aliquid vicarium, postulent, quò & ipsis, &c. Vicarium*, id est, rem ejusdem pretii.

Lin. 7. *Quò.*] In MS. *co.*

Ibidem. *Corpori.*] Id est, *Societati.*

Lin. 9. *Iidem.*] MS. *idem.*

Ibidem. *Non ea loca.*] MS. *Non in ea loca.*

Ibidem. *Consueverunt.*] MS. *consuerunt*; sicut nº. 7. *consuerant.* Heumann.

Lin. 11. *Quâ superiùs, comprehendimus.*] Vel juxta Græcum Eusebii, *sicut superiùs comprehensum est.* Heumann.

Lin. 12. *Hisdem.*] MS. *idem.*

Lin. 14. *Restituerint.*] MS. *restituant.*

Lin. 21. *Perlata.*] In MS. *P̃lata*, quod est *perlata*, non *prolata*, ut in editis; *pro* enim in hoc MS. exprimitur per *p*, cum lineolâ transversâ ad partem inferiorem litteræ.

Lin. 24. *Hortatus est.*] Licinius. *Est*, deest in MS.

Ibidem. *In.*] Deest in MS.

Lin. 26. *Anni decem, &c.*] Id est, à Kalendis, seu die 1. Martii anni 303. ad diem 13. mensis Junii 313. Sunt proindè anni decem, menses tres & dies tredecim.

www.libbol.com.cn

Digitized by Google

XLIX.

SEQUENTI autem Licinio cum exercitu tyrannum, profugus conceſſit, & rursùs Tauri montis anguſtias petiit: munimentis ibidem ac turribus fabricatis, iter obſtruere conatus eſt; & indè dextrorsùm perrumpentibus omnia victoribus, Tarſum poſtremò confugit. Ibi cùm jam terrâ marique peteretur, nec ullum ſperaret refugium, angore animi ac metu confugit ad mortem, quaſi ad remedium malorum, quæ Deus in caput ejus ingeſſit. Sed priùs cibo ſe inſerſit, ac vino ingurgitavit, ut ſolent hi, qui hoc ultimò ſe facere arbitrantur. Et ſic hauſit venenum. Cujus vis, referto ſtomacho repercuſſa, valere non potuit in præſens, ſed in languorem malum verſa peſtilentiæ ſimilem, ut diutiùs protracto ſpiritu cruciamenta ſentiret. Jam ſævire in eum cœperat virus; cujus vi cùm præcordia ejus furerent, inſuſtentabili dolore uſque ad rabiem mentis elatus eſt, adeò ut per dies quatuor inſaniâ percitus, hauſ-

Lin. 1. *Sequenti, &c.... perrumpentibus.*] Quatuor has lineas ſic legit Heumannus: *Sequente autem Licinio cum exercitu, Tyrannus* (Maximinus) *profugus receſſit, & rursùs Tauri montis anguſtias petiit, munimentis ibidem ac turribus fabricatis iter obſtruere conatus eſt. Sed undiquè versùm perrumpentibus omnia victoribus, &c* Igitur ex vocabulis *indè dextrorsùm*, facit Heumannus *undiquè versùm*, quâ locutione uſus eſt Lactantius ſuprà num. 34. ad finem.

Ibidem. *Tyrannum.*] Maximinum.

Ibidem. *Conceſſit.*] Id eſt, loco ceſſit, vel abeundo locum illi dedit.

Lin. 2. *Petiit.*] Ità rectè. MS. *petit*, malè.

Ibidem. *Munimentis.*] In MS. *monumentis.*

Lin. 3. *Iter obſtruere.*] Licinio nimirùm.

Ibidem. *Dextrorsùm.*] MS. *detrorsùm.*

Lin. 4. *Ibi.*] In MS. *Hibi*, mendosè.

Lin. 5. *Peteretur.*] Haud ſecùs Lactantium ſcripſiſſe credo cum doctiſſimo Grævio; neque prolixius verbum patitur vacuum MS. codicis ſpatium, quod vix eſt 5. aut 6. litterarum poſt primam litteram *p*, nec ſine compendio, ita ut ſcriptum fuerit, *petitur*, loco *peteretur.*

Lin. 7. *Priùs cibo ſe inſerſit, ac vino ingurgitavit, ut ſolent hi, &c.*] Exempla ſunt apud Florum l. 2. c. 18. & 4. 2. & 12. Ad hunc locum mirum in modum facit alter Lactantii de Vitâ Beatâ lib. 7. ult. *Quantò quiſque annis in ſenectutem vergentibus appropinquare cernit illum diem, quo ſit ei ex hâc vitâ demigrandum, cogitet quàm purus abſcedat, quàm innocens ad judicem veniat; non ut faciunt quidam cæcis mentibus nixi, qui jam deficientibus corporis viribus, in hoc admonentur ultimæ neceſſitatis, ut cupidiùs, ut ardentiùs hauriendis libidinibus intendant.*

Lin. 8. *Et ſic.*] Id eſt, *& deindè.*

Ibidem. *Hauſit venenum.*] Non itaque periit morte ſimplici, ut tradit Epitome Victoris.

Lin. 9. *Repercuſſa.*] In MS. *repercuſſus*, mendosè.

Ibidem. *In præſens.*] Id eſt, tempore tunc præſenti.

Lin. 10. *Verſa.*] In MS. *verſo.*

Lin. 12. *Cujus vi, cùm præcordia ejus furerent.*] *Furerent*, in MS. *furens:* ſed error, ut puto, Amanuenſis, pro *furerent.* Editi verò habent, *cujus vis cùm præcordia ejus ureret:* fortè etiam ſatis benè. Nihil quantùm poſſumus mutamus, & quod fieri poteſt per parvam mutationem, id potiſſimùm eligimus, dummodò ſenſum optimum eliciamus. *Furerent vi morbi*, rectè dici poteſt, id eſt, *vi morbi adurerentur.*

Ibidem. *Inſuſtentabili.*] Viri docti ignorare ſe fatentur, quis ità olim ante hunc Autorem noſtrum fuerit locutus. Lactantius ipſe eſt, qui Divin. Inſtitut. lib. 7. cap. 16. ait: INSUSTENTABILI *dominatione vexabit orbem.* Porrò *inſuſtentabilis*, eſt *intolerabilis.* Quis non ſibi perſuadeat, Lactantium iſtius quoque libelli eſſe parentem?

Lin. 13. *Inſaniâ percitus.*] Ità nos emendavimus, cùm in codice veteri ſcriptum ſit, *inſaniâ percutis.* Lactantius lib. 1. Inſtit. cap. 9. *Idem furore atque* INSANIA PERCITUS, *uxorem ſuam cum liberis interemit.* Baluz.

Digitized by Google

tam manibus terram velut esuriens devoraret. Deindè post multos gravesque cruciatus, cùm caput suum parietibus infligeret, exilierunt oculi ejus de caveis. Tunc demùm, amisso visu, Deum videre cœpit candidatis ministris de se judicantem. Exclamabat ergò sicut ii, qui torqueri solent; & non se, sed alios fecisse dicebat. Deindè, quasi tormentis adactus, fatebatur, Christum subindè deprecans, & plorans ut suimet misereretur. Sic inter gemitus, quos tanquàm cremaretur, edebat, nocentem spiritum detestabili genere mortis efflavit.

www.uptoot.com.cn

Lin. 2. *Caput parietibus infligeret.*] Hoc est unum ex detestabilibus, ut in tertiâ Tusculanâ Cicero vocat, generibus lugendi. Vide Casauboni Notas in Julium Capitolinum.

Ibidem. *Exilierunt oculi.*] Idem scribit Eusebius lib. 9. Hist. Eccles. cap. 10. & lib. 1. de Vitâ Constantini cap. 59. item Eutychius, Theophanes, & Anastasius. Meminit etiam D. Chrysostomus Oratione in S. Babylam, & S. Hieronymus in Zachariam; ut videbimus Not. 1. ad cap. 50. *Baluz.*

Lin. 4. *Candidatis ministris.*] Id est, *Deum circumdatum candidatis ministris*, sive, *angelis suis.* Vide Paulum Bauldri ad hunc locum.

Lin. 6. *Fatebatur.*] Adde, *se fecisse.*

Ibidem. *Plorans.*] Heuman. *Imploraus.*

Lin. 7. *Nocentem spiritum detestabili genere mortis efflavit.*] Maximinus periit eo anno, quo pax data est Ecclesiæ, quo etiam Lactantius finem imposuit huic operi, atque persecutio cœpit anno 303. exeunte Februario. Luce igitur clarius est, Maximinum extinctum fuisse anno 313. qui decimus annus erat à cœptâ persecutione. *Baluz.*

L.

HOC modo Deus universos persecutores nominis sui debellavit, ut eorum nec stirps, nec radix ulla remaneret. Nam Licinius summâ rerum potitus, in primis Valerium, quem Maximinus iratus nec post fugam quidem, cùm sibi videret esse pereundum, fuerat ausus occidere; item Candidianum, quem Valeria ex concubinâ genitum ob sterilitatem adoptaverat,

Lin. 1. *Persecutores . . . debellavit.*] Lactantius lib. 7. Institut. cap. 26. *Illi enim, qui ut impias Religiones defenderent, cœlestis ac singularis Dei cultum tollere voluerunt, prostigati jacent.* Eadem observant Eusebius in libro 1. de Vitâ Constantini cap. 3. Autor Fragmenti de Constantio Chloro p. 475. & Hieronymus in caput 14. Zachariæ. Adeatur, si lubet, Baluzius.

Lin. 2. *Stirps.*] MS. *stirpis.*

Ibidem. *Radix.*] In MS. *radis.*

Lin. 3. *Valerium, quem.*] Ità MS. Valerium scilicet Valentem, de quo anno 306. num. 15. sic loquitur Pagius. Eodem tempore quo Alexander, qui Præfecti Prætorii Africæ munere fungebatur, apud Carthaginem Imperator fit, *Valens Imperator creatur*, inquit Victor in Epitome, qui postquàm Maximini mortem narravit, subjungit: *Valens à Licinio morte multatur.* De hoc Valente loquitur Lactantius libro de Mortibus Persecutorum cap. 50. ut primus omnium observavit eruditiss. Abbas Ludovic. *du Four de Longuerue*, in litteris ad Pagium scriptis; ibi Lactantius de Maximini morte ait: *Licinius summâ rerum potitus, in primis Valerium, quem Maximinus iratus nec post fugam quidem, cùm sibi videret esse pereundum, fuerat ausus occidere, necari jussit.* Nec dubitari potest, quin Valerius ille idem sit cum Valente à Victore memorato, cùm Goltzius inter Nummos triginta Tyrannorum, qui Imperante Gallieno Rempublicam Romanam afflixere, hunc referat: ΑΥΤ. Κ. ΠΟΥ. ΟΥΑΛΕΡ. ΟΥΑΛΕΝΣ. CEB. L. A. id est, *Imperator Cæsar Publius Valerius Valens Augustus Anno primo.* Pagius. Attamen cum Doct. Cupero aliisque Criticis Baluzius secundis curis legit *Valeriam quam.*

Ibidem. *Iratus.*] Scilicet ob negatum sibi matrimonium, legendo suprà *Valeriam.*

Lin. 5. *Item Candidianum.*] MS. *idem Candidianum.*

Digitized by Google

adoptaverat, necari jussit. Mulier tamen, ut eum vixisse cognovit, mutato habitu, comitatui ejus se miscuit, ut fortunam Candidiani specularetur; qui quia Nicomediæ se obtulerat, & in honore haberi videbatur, nihil tale metuens, occisus est. Et illa, exitu ejus audito, protinùs fugit. Idem Severi filium Severianum, jam ætate robustum, qui fugientem Maximinum fuerat ex acie sequutus, tanquàm post obitum ejus de sumendâ purpurâ cogitâsset, capitali sententiæ subjectum interemit. Qui omnes Licinium jam pridem, quasi malum metuentes, cum Maximino esse maluerant, præter Valeriam, quæ volens Licinio in omnes Maximiani hæreditates jure suo cedere, idem Maximino negaverat. Ipsius quoque Maximini filium, tùm maximum, agentem in annis octo, & filiam septennem, quæ desponsa fuerat Candidiano, extinxit. Sed priùs mater eorum in Orientem præcipitata est. Ibi sæpè illa castas fœminas mergi jusserat. Sic omnes impii vero & justo judicio Dei eadem, quæ fecerant, receperunt.

Lin. 1. *Mulier tamen, ut eum vixisse cognovit.*] Ità MS. Vide Columbum & Paulum Bauldri. *Mulier*, id est, *Valeria*.

Lin. 3. *Qui quia.*] In MS. deest, *qui*.

Lin. 4. *Exitu.*] Id est, morte.

Lin. 9. *Præter Valeriam.*] MS. *pra Valeriâ*.

Ibidem. *Volens.*] Doctiss. Cuperus legendum esse censet *nolens*. MS. *volenti*.

Ibidem. *In omnes.*] MS. *in omnia*.

Lin. 11. *Maximini filium, tùm maximum.*] Pro *tùm*, est *suum* in MS.

Ibidem. *Maximum.*] Adde natu.

Lin. 13. *Mater eorum.*] Uxor Maximini, cujus nomen ignotum est.

Ibidem. *In Orientem præcipitata est.*] Ità MS. Plerique conjecerunt rescribendum esse *in Orontem*, quia constat fluvium in hoc loco designari: quod pluribus argumentis eruditè profectò ostendit clarissimus Cuperus. Quia tamen & ipse tradit, nonnullos veteres *Orientem* vocasse eum fluvium, quem reliqui vulgò dicunt *Orontem*, nolui textum immutare.

Ibidem. *Est.*] Deest in MS.

Ibidem. *Ibi sæpè illa.*] Ità MS. non, *ille*.

LI.

VALERIA quoque per varias provincias quindecim mensibus plebeio cultu pervagata, postremò apud Thessalonicam cognita, comprehensa cum matre pœnas dedit. Ductæ igitur mulieres cum ingenti spectaculo & miseratione tanti casûs ad supplicium; & amputatis capitibus, corpora earum in mare abjecta sunt. Ita illis pudicitia & conditio exitio fuit.

Lin. 1. *Plebeio cultu.*] Id est, *plebeio habitu*.

Lin. 3. *Cum matre.*] Priscâ scilicet, uxore Diocletiani.

Lin. 5. *Illis.*] In MS. *Illic*.

Ibidem. *Ita illis pudicitia & conditio exitio fuit.*] MS. *conditioni*, mendosè. *Exitio fuit*, quia & Licinio & Maximino Valeria nubere recusavit. *Tollius*.

Pars igitur pudicitiæ eo quoque seculo habebatur, verbi gratiâ, in mulieribus, unius tantùm viri fuisse uxores. Suo enim ævo Tertullianum cum Montanistis monogamiam in utroque sexu requisivisse, omnibus notum est ex ejus libro de Monogamiâ. Observandum interim, *conditionem* quam hic noster memorat, æqualiter quidem matri & filiæ, seu quod idem est, Priscæ & Valeriæ convenire: verùm addita *pudicitiæ* mentio specialiter pertinet ad Valeriam. *Bauldri*.

Miror Lactantium non dixisse, *fuisse Valeriæ exitio sacrificia, quibus cogente Diocletiano patre suo pollùta fuerat*, Christiana cùm esset, cap. 15. *Toinard*.

Digitized by Google

LII.

QUÆ omnia secundùm fidem (scienti enim loquor) ita ut gesta sunt, mandanda litteris credidi; ne aut memoria tantarum rerum interiret, aut si quis historiam scribere voluisset, corrumperet veritatem, vel peccata illorum adversùs Deum, vel judicium Dei adversùs illos reticendo. Cujus æternæ pietati gratias agere debemus, qui tandem respexit in terram, quòd gregem suum partim vastatum à lupis rapacibus, partim verò dispersum, reficere ac recolligere dignatus est, & bestias malas extirpare, quæ divini gregis pascua protriverant, cubilia dissipaverant. Ubi sunt modò magnifica illa & clara per gentes Joviorum & Herculiorum cognomina, quæ primùm à Diocletе ac Maximiano insolenter assumpta, ac postmodùm ad successores eorum translata, vilnerunt? Nempè delevit ea Dominus, & erasit de terrâ.

Celebremus igitur triumphum Dei cum exultatione, victoriam Domini cum laudibus frequentemus, diurnis nocturnisque precibus celebremus; celebremus, ut pacem, post annos decem plebi suæ datam, confirmet in seculum. Tu præcipuè, Donate carissime, qui à Deo mereris audiri, Dominum deprecare, ut misericordiam suam servet æternam famulis suis propitius ac mitis; ut omnes insidias atque impetus diaboli à populo suo arceat; ut florescentes Ecclesias perpetuâ quiete custodiat.

Lin. 1. *Fidem (scienti enim loquor) ita, &c.*] MS. habet *secundùm finem scienti enim loquor ita, &c.* Editi verò habent, *secundùm fidem scientium loquor, ita, &c.* sed malè. Nil mutandum puto, nisi *finem*, cujus loco scribimus *fidem. Scienti enim loquor*, duas inter parentheses. Hìc autem Donatum alloquitur Autor noster sub finem libri, sicut initio fecit; & ita rectè procedit oratio. Donatus enim pars ipse persecutionis fuerat, cùm in eum per plures annos sævierint persecutores. Mirror ergò hanc lectionem tam facilem, tam promptam, non fuisse subodoratam à prioribus hujusce libri editoribus.

Lin. 2. *Interiret.*] In MS. *interire.*

Lin. 3. *Corrumperet veritatem.*] In MS. præmittitur *non*; sed malè.

Ibidem. *Peccata.*] In MS. *spectа.*

Lin. 4. *Adversùs.*] In MS. *adversos.*

Lin. 5. *Æterna.*] Heuman. legit, *paterna.*

Ibidem. *Pietati.*] In MS. *pietatis. Pietati* verò, id est, benignitati, clementiæ.

Lin. 7. *Bestias malas.*] Tyrannos, Christianorum persecutores, de quibus suprà in Not. ad hujus libri caput 2. *Et bestias malas. Et* deest in MS.

Lin. 9. *Magnifica.*] MS. *magnificentia*, vitiosè.

Lin. 11. *Vilnerunt.*] A *vilesco.* In MS. *viguerunt*: sed minùs benè.

Lin. 12. *Ea.*] In MS. *eam.*

Lin. 15. *Celebremus.*] Bis in MS. repetitur verbum istud: ideò bis illud scribimus; & eo loci non parùm ad elegantiam confert.

Lin. 17. *Æternam.*] Ità lego cum erud. Boherello aliisque viris doctis, pro *&tam*, quod est in MS. Fortè primò scriptum erat *&nam*, quod breviatis litteris est *æternam.*

Lin. 19. *Ut florescentes Ecclesias perpetuâ quiete custodiat.*] Sic lego hunc locum à Baluzio ipso emendatum in Indice Erratorum suæ editionis, aliisque post illum. In MS. est, *ut florescentes Ecclesia perpetua quiete custodiat*, mendosè; vel rectè juxta Heinsium & Grævium legeres, *ut florescentis Ecclesiæ perpetuam quietem custodiat.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

CÆLII FIRMIANI SYMPOSIUM*,

www.libtool.com.cn

OLIM INSCRIPTUM

SYMPOSII POETÆ

ÆNIGMATA.

HOc quoque *Symposium* lusi de carmine inepto.
Sic tu, Sexte, doces: sic te deliro magistro.
Annua Saturni dum tempora festa redirent
Perpetuo semper nobis solennia ludo,
Post epulas lætas, post pocula dulcia mensæ *,
Deliras inter vetulas, pueroſque loquaces,
Cùm streperet latè madidæ facundia linguæ;
Tum verbosa cohors studio sermonis inepti
Magno nescio quas passim de carmine nugas
Est meditata: diù sic frivola multa locuta est.
Nec mediocre fuit magni certaminis instar,
Ponere de versu, vel solvere quæque vicissim.
Ast ego ne solus fœdè tacuisse viderer,
Quò nihil attulerim mecum, quod dicere possem,
Hos versus feci subito de carmine. Voces
Insanas inter sanum non esse necesse est.
Da veniam, lector, quòd non sapit ebria Musa.

* Hinc patet hos versus nil aliud esse, quàm sermones convivales; proindèque Symposium nomen esse operis, non Poetæ.

ÆNIGMA I.

GRAPHIUM, sive STYLUS.

De summo planus, sed non ego planus ab imo,
Verſor utrinque manu, diversa & munera fungor:
Altera pars revocat quidquid pars altera fecit.

* Primus, quod sciam, Christophorus Heumannus hos versus Lactantio tribuit, quorum quidem meminit S. Hieronymus. Hi priùs editi fuerant sub nomine *Cælii Firmiani Symposii Poetæ* à Nicolao Caussino è Societ. Jesu, atque adjecti *Hieroglyphicis Hori Apollinis*. Jam ab anno 1533. publici juris fecerat hæc ænigmata sub nomine *Symphosii poetæ* Joachimus Perionius. Alii verò non *Symphosium*, sed *Symposium* vocarunt. Ansam verò arripuit haud dubiè Heumannus Lactantio tribuendi hæc ænigmata, quòd in quibusdam editionibus *Cælii Firmiani* titulum præferant; & nomen Poetæ, qui *Symposius* dicebatur, putavit *Symposium*, id est, *convivium* inscribendum esse. Sic etiam recentiores quidam ediderunt *Sermones convivales*. Attamen eruditi omnes, ac præsertim Joan. Albert. Fabricius, non descenderunt in Heumanni sententiam.

Digitized by Google

II.

ARUNDO.

Dulcis amica Dei, ripæ vicina profundæ;
Suavè canens Muſis, nigro perfuſa colore,
Nuntia ſum linguæ, digitis ſtipata miniſtris.

III.

ANNULUS CUM GEMMA.

Corporis extremi non magnum corpus adhæſi;
Ingenitum dicas, ita pondere nemo gravatur:
Una tamen facies plures habitura figuras.

IV.

CLAVIS.

Virtutes magnas de viribus affero parvis.
Pando domos clauſas; iterùm præcludo patentes:
Servo domum Domino: ſed rursùs ſervor ab ipſo.

V.

CATENA.

Nexa ligor ferro multos habitura ligatos;
Vincior ipſa priùs: ſed vincio vincta viciſſim.
Exſolvi multos, nec ſum tamen ipſa ſoluta.

VI.

TEGULA.

Terra mihi corpus, vires mihi præſtitit ignis;
Eſtque domûs tecto ſedes mihi ſemper in alto;
Et me perfundit, qui me citò deſerit, humor.

VII.

FUMUS.

Funduntur lacrymæ: ſed non eſt cauſa doloris.
Eſt iter ad cœlum: ſed me gravis impedit aër;
Et qui me genuit, ſine me non naſcitur ipſe.

VIII.

NEBULA.

Nox ego ſum facie: ſed non ſum nigra colore;
Inque diem mediam tenebras tamen affero mecum;
Nec mihi dant ſtellæ lucem, nec Cynthia lumen.

IX.

PLUVIA.

Ex alto venio, longâ delapſa ruinâ.
De cœlo cecidi medias tranſmiſſa per auras;
Et ſinus, effudit qui me priùs, ipſe recepit.

X.

GLACIES.

Unda fui quondàm, quod me citò credo futuram:
Nunc rigidi cœli duris connexa catenis,
Nec caltata pati poſſum, nec nuda teneri.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

XI.

FLUMEN, & PISCIS.

Eſt domus in terris, clarâ quæ voce reſultat.
Ipſa domus reſonat: tacitus ſed non ſonat hoſpes;
Ambo tamen currunt hoſpes ſimul & domus unà.

XII.

NIX.

Pulvis aquæ tenuis modico cum pondere lapſus;
Sole madens, æſtate fluens, in frigore ſiccus,
Flumina facturus, totas priùs occupo terras.

XIII.

NAVIS.

Longa feror velox formoſæ filia Sylvæ;
Innumerâ pariter comitum ſtipante catervâ;
Curro vias multas, veſtigia nulla relinquens.

XIV.

PULLUS IN OVO.

Mira tibi referam noſtræ primordia vitæ.
Nondùm natus eram, nec eram tum matris in alvo:
Jam poſito partu, natum me nemo videbat.

XV.

VIPERA.

Non poſſum naſci, ſi non occidero matrem.
Occidi matrem: ſed me manet exitus idem.
Id mea mors faciet, quod jam mea fecit origo.

XVI.

TINEA.

Litera me pavit, nec quid ſit litera novi.
In libris vixi, nec ſum ſtudioſior inde.
Exedi Muſas, nec adhuc tamen ipſa profeci.

XVII.

ARANEA.

Pallas me docuit texendi noſſe laborem.
Nec pepli radios poſcunt, nec licia telæ.
Nulla mihi manus eſt: pedibus tamen omnia fiunt.

XVIII.

COCHLEA.

Porto domum mecum, ſemper migrare parata,
Mutatoque ſolo non ſum miſerabilis exul:
Sed mihi conchylium de cœlo naſcitur ipſo.

XIX.

RANA.

Rauca ſonans ego ſum mediâ vocalis in undâ;
Cùmque canam ſemper, nullus mea carmina laudat.
Sic vox laude caret, quæ ſe laudaverit ipſa.

Digitized by Google

XX.

TESTUDO.

Tarda gradu lento, ſpatioſo prædita dorſo;
Viva nihil dixi: ſed ſævo perdita fato,
Docta ſui ſtudio, quæ ſic modò mortua canto.

XXI.

TALPA.

Cæca mihi facies, atris obſcura tenebris:
Nox eſt ipſa dies, nec ſol mihi cernitur ullus.
Malo tegi terrâ: ſic me quoque nemo videbit.

XXII.

FORMICA.

Provida ſum vitæ, duro non pigra labori.
Ipſa ferens humeris ſecuræ præmia brumæ:
Nec gero magna ſimul, ſed congero multa viciſſim.

XXIII.

MUSCA.

Improba ſum, fateor; quid enim gula turpe veretur?
Frigora vitabam, quæ nunc æſtate revertor:
Sed citò ſubmoveor falſo conterrita vento.

XXIV.

CURCULIO.

Non bonus agricolis, non frugibus utilis hoſpes:
Non magnus formâ, non recto nomine dictus:
Non gratus Cereri, non parvam inſumo ſaginam.

XXV.

MUS.

Parva mihi domus eſt: ſed janua ſemper aperta.
Exiguo ſumtu furtivâ vivo ſaginâ.
Quod mihi nomen ineſt, Romæ quoque Conſul * habebat.

* Decius Mus.

XXVI.

GRUS.

Littera ſum cœli pennâ perſcripta volanti,
Bella cruenta gerens volucri diſcrimine Martis;
Nec vereor pugnas, dum non ſit longior hoſtis.

XXVII.

CORNICULA.

Vivo novem vitas, ſi non me Græcia fallit;
Atraque ſum ſemper nullo compulſa dolore:
Et non iraſcens vitro convicia dico.

XXVIII.

VESPERTILIO.

Nox mihi dat nomen primo de tempore noctis.
Pluma mihi non eſt, cùm ſit mihi penna volantis;
Deſideo in tenebris, nec me committo diebus.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

XXIX.

ERICIUS.

Plena domus spinis: parvi sed corporis hospes:
Incolumi dorso telis confixus acutis,
Sustinet armatas segetes habitator inermis.

XXX.

PEDICULI.

Est nova notarum cunctis captura ferarum:
Ut, si quid capias, id tu tibi ferre recuses;
Et, quod non capias, tecum tamen ipse reportes.

XXXI.

PHŒNIX.

Vita mihi mors est; morior, si cœpero nasci:
Sed prius est fatum, lætæ quàm lucis origo.
Sic solus Manes ipsos mihi dico parentes.

XXXII.

TAURUS.

Mœchus eram Regis*: sed lignea membra sequebar;
Et Cilicum mons sum: sed non hoc nomine solo
Et vehor in cœlis, & in ipsis ambulo terris.

* Minois Regis Cretensium.

XXXIII.

LUPUS.

Dentibus insanis ego sum qui vinco bidentes;
Sanguineas prædas quærens victusque cruentos
Multâ cum rabie: vocem quoque tollere possum.

XXXIV.

VULPES.

Exiguum corpus: sed cor mihi corpore majus.
Sum versuta dolis, arguto callida sensu;
Et fera sum sapiens, sapiens fera si qua vocatur.

XXXV.

CAPRA.

Alma Jovis nutrix, longo vestita capillo,
Culmina difficili peragrans super ardua gressu;
Custodi pecoris tremulâ respondeo linguâ.

XXXVI.

PORCUS.

Setigeræ matris fœcundâ natus ab alvo;
Desuper ex alto virides exspecto saginas,
Nomine Numen habens, si littera prima periret.

XXXVII.

MULA.

Dissimilis patri, matri diversa figurâ,
Confusi generis generi non apta propago,
Ex aliis nascor; nec quisquam nascitur ex me.

Digitized by Google

XXXVIII.

TIGRIS.

A fluvio dicor, fluvius vel dicitur ex me;
Junctaque sum vento, vento velocior ipso.
Et mihi dat ventus natos, nec quæro maritum.

XXXIX.

CENTAURUS.

Quatuor insignis pedibus, manibusque duabus;
Dissimilis mihi sum, quia sum non unus, & unus.
Et vehor, & gradior, quia me duo corpora portant.

XL.

PAPAVER.

Grande mihi caput est: intùs sunt membra minuta.
Pes unus solus, sed pes longissimus unus:
Et me somnus amat; proprio nec dormio somno.

XLI.

MALVA.

Anseris esse pedes similes mihi nolo negare;
Nec duo sunt tantùm: sed plures ordine cernis;
Et tamen hos ipsos omnes ego porto supinos.

XLII.

BETA.

Tota vocor Græcè: sed non sum tota Latinè;
Ante tamen mediam cauponis scripta tabernam.
In terris nascor, lymphâ lavor, ungor olivo.

XLIII.

CUCURBITA.

Pendeo, dum nascor: rursùs, dum pendeo, cresco.
Pendens commoveor ventis, & nutrior undis.
Pendula si non sim, non sum jam jamque futura.

XLIV.

CEPA.

Mordeo mordentes: ultrò non mordeo quenquam;
Sed sunt mordentem multi mordere parati.
Nemo timet morsum, dentes quia non habeo ullos.

XLV.

ROSA.

Purpura sum terræ pulchro perfusa colore;
Septaque, ne violer, telis deffendor acutis.
O felix, longo si possem vivere fato!

XLVI.

VIOLA.

Magna quidem non sum: sed inest mihi maxima virtus!
Spiritus est magnus, quamvis in corpore parvo.
Nec mihi germen habet noxam, nec culpa ruborem.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

XLVII.

THUS.

Dulcis odor nemoris flammâ fumoque fatigor;
Et placet hoc Superis, medios quòd mittor in ignes,
Cùm mihi peccandi meritum natura negarit.

XLVIII.

MYRRHA.

De lacrymis & per lacrymas mea cœpit origo.
Ex oculis fluxi: sed nunc ex arbore nascor,
Lætus honor frondis, tristis sed imago doloris.

XLIX.

EBUR.

Dens ego sum magnus, populis cognatus Eois.
Nunc ego per partes in corpora multa recessi;
Nec remanent vires: sed formæ gratia mansit.

L.

FŒNUM.

Herba fui quondam viridi de gramine terræ:
Sed chalybis duro mollis præcisa metallo,
Mole premor propriâ, tecto concluſa sub alto.

LI.

MOLA.

Ambo sumus lapides; unà sumus ambo jacentes:
Quàm piger est unus, tantùm non est piger alter.
Hic manet immotus: non desinit ille moveri.

LII.

FARINA.

Inter saxa fui, quæ me contrita premebant:
Vix tamen effugi totis colliſa medullis;
Et nunc forma mihi minor est, sed copia major.

LIII.

VITIS.

Nolo thoro jungi, quamvis placet esse maritam.
Nolo virum thalamo: per me mea nata propago est.
Nolo sepulchra pati: scio me submergere terræ.

LIV.

HAMUS.

Exiguum corpus, flexu mucronis aduncum,
Fallaces escas medio circumfero fluctu.
Blandior, ut noceam: morti præmitto saginam.

LV.

ACUS.

Longa, sed exilis, tenui producta metallo,
Mollia duco levi comitantia vincula ferro:
Et faciem læsis, & nexum reddo solutis,

LVI.

LINUM.

Major eram longè quondam, dum vita manebat:
Sed nunc exanimis lacerata, ligata, revulsa,
Dedita sum terræ: tumulo sed condita non sum.

www.libtool.com.cn

LVII.

CLAVUS CALIGARIS.

In capite ingredior, quia de pede pendeo solo:
Vertice tango solum; capitis vestigia signo:
Sed multi comites casum patiuntur eumdem.

LVIII.

CAPILLUS.

Findere me nulli possunt, præcidere multi.
Sed sum versicolor, albus quandòque futurus.
Malo manere niger: minùs ultima fata verebor.

LIX.

PILA.

Non sum cincta comis, & non sum comta capillis;
Intùs enim crines mihi sunt, quos non videt ullus.
Meque manus mittunt, manibusque remittor in auras.

LX.

SERRA.

Dentibus innumeris sum toto corpore plena.
Frondicomam sobolem morsu depascor acuto:
Mando tamen frustrà, quia respuo præmia dentis.

LXI.

PONS.

Stat nemus in lymphis, stat in alto gurgite sylva,
Et manet in mediis undis immobile robur.
Terra tamen mittit, quod terræ munera præstat.

LXII.

SPONGIA.

Ipsa gravis non sum, sed aquæ mihi pondus inhæret:
Viscera tota tument patulis diffusa cavernis.
Intùs lympha latet: sed non se sponte profundit.

LXIII.

TRIDENS.

Tres mihi sunt dentes, unus quos continet ordo:
Unus prætereà dens est & solus in imo;
Meque tenet Numen, ventus timet, æquor adorat.

LXIV.

SAGITTA.

Septa gravi ferro, levibus circumdata pennis,
Aëra per medium volucri contendo meatu;
Missaque descendens nullo mittente revertor,

Digitized by Google

LXV.

FLAGELLUM.

De pecudis dorso pecudes ego terreo cunctas,
Obsequio cogens moderati lege doloris.
Nec volo contemni: sed contrà nolo nocere.

LXVI.

LATERNA.

Cornibus apta cavis, tereti perlucida gyro,
Lumen habens intùs divini sideris instar,
Noctibus en mediis faciem propè reddo dierum.

LXVII.

SPECULAR.

Perspicior penitùs, nec luminis arceo visus,
Transmittens oculos intra mea membra meantes.
Nec me transit hyems, sed sol tamen emicat in me.

LXVIII.

SPECULUM.

Nulla mihi certa est, nulla est peregrina figura.
Fulgor inest intùs radianti luce coruscans,
Qui nihil ostendit, nisi si quid viderit antè.

LXIX.

CLEPSYDRA.

Lex bona dicendi, lex sum quoque dura tacendi,
Do linguæ frenos avidæ sine fine loquendi;
Ipsa fluens, dum verba fluunt, ut lingua quiescat.

LXX.

PUTEUS.

Mersa procul terris in cespite lympha profundo
Nonnisi perfossis possum procedere terris,
Et trahor ad superos alieno ducta labore.

LXXI.

TUBUS.

Truncum terra tegit, latitant in cespite lymphæ:
Alveus est modicus, qui ripas non habet ullas.
In ligno vehitur medio, quod ligna vehebat.

LXXII.

FOLLIS.

Non ego continuò morior, dum spiritus exit:
Nam redit assiduè, quamvis mihi sæpè recedit.
Et mihi nunc magna est animæ, nunc nulla facultas.

LXXIII.

LAPIS.

Deucalionis ego crudeli sospes in undâ,
Affinis terræ, sed longè durior illâ.
Littera decedat: volucris quoque nomen habebo.

Digitized by Google

LXXIV.

CALX.

Evasi flammas, ignis tormenta profugi.
Ipsa medela meo pugnat contraria fato.
Ardeo de lymphis: mediis incendor in undis.

www.libtool.com.cn

LXXV.

SILEX.

Semper inest intùs, sed rarò cernitur ignis;
Intùs enim latitat, sed solos prodit ad ictus:
Nec lignis, ut vivat, eget, nec, ut occidat, undis.

LXXVI.

ROTÆ.

Quatuor æquales currunt ex arte sorores.
Sic, quasi certantes, cùm sit labor omnibus unus,
Et propè sunt pariter, nec se contingere possunt.

LXXVII.

SCALÆ.

Nos sumus, ad cœlum quæ tendimus alta petentes,
Concordi fabricâ, quas unus continet ordo,
Ut simul hærentes per nos scandatur ad auras.

LXXVIII.

SCOPA.

Mundi magna parens, laqueo connexa tenaci,
Juncta solo plano, manibus comprensa duabus,
Ducor ubique sequens, & me quoque cuncta sequuntur.

LXXIX.

TINTINNABULUM.

Ære rigens curvo patulum componor in orbem:
Mobilis est intùs linguæ crepitantis imago.
Non resonat positus, motus quoque sæpè resultat.

LXXX.

CONDITUM.

Tres olim fuimus, qui nomine jungimur uno.
Ex tribus est unus, tres & miscentur in uno.
Quisque bonus per se: melior, qui continet omnes.

LXXXI.

ACETUM EX VINO.

Sublatum nihil est, nihil est extrinsecùs auctum:
Nec tamen invenio, quod in isto vase reliqui.
Quod fuerat, non est: cœpit, quod non erat, esse.

LXXXII.

MALUM.

Nomen habens Græcum, contentio magna dearum,
Fraus juvenis pulchri, multarum cura sororum,
Excidium Trojæ, cui bella cruenta paravi.

Digitized by Google

LXXXIII.

PERNA.

Nobile duco genus magni de gente Catonis.
Una mihi soror est, plures licèt esse putentur.
De fumo facies, sapientia de mare nata est.

LXXXIV.

MALLEUS.

Non ego de toto mihi vindico corpore vires,
Sed capitis pugnâ nulli certare recuso.
Grande mihi caput est: totum quoque corpus in illo.

LXXXV.

PISTILLUS.

Contero cuncta simul virtutis robore magno.
Una mihi cervix, capitum sed forma duorum.
Pro pedibus caput est: nam cætera corporis absunt.

LXXXVI.

STRIGILIS.

Rubida, curva, capax, alienis humida guttis,
Luminibus falsis auri mentita colorem,
Dedita sudori, modico succumbo labori.

LXXXVII.

BALNEUM.

Per totas ædes innoxius introit ignis:
Est calor in medio magnus, cui nemo ferendo.
Non est nuda domus: sed nudus convenit hospes.

LXXXVIII.

TESSERA.

Dedita sum semper voto, non certa futuri:
Jactor in ancipites variâ vertigine casus,
Nunc ego mœsta malis, nunc rebus læta secundis.

LXXXIX.

PECUNIA.

Terra fui primò latebris abscondita terræ:
Nunc aliud pretium flammæ nomenque dederunt.
Nec jam terra vocor, licèt ex me terra paretur.

XC.

MULIER GEMINOS PARIENS.

Plus ego sustinui, quàm corpus debuit unum:
Tres animas habui, quas omnes intùs habebam:
Discessere duæ, sed tertia penè secuta est.

XCI.

MILES PODAGRICUS.

Bellipotens olim sævis metuendus in armis
Quinque pedes habui: quod quanquàm nemo negavit,
Nunc mihi vix duo sunt: inopem me copia fecit.

www.libpool.com.cn
Digitized by Google

XCII.

LUSCUS ALLIUM VENDENS.

Cernere jam fas eſt, quod vix tibi credere fas eſt.
Unus ineſt oculus: capitum ſed millia multa.
Qui, quod habet, vendit, quod non habet, undè parabit?

www.libtool.com.cn

XCIII.

FUNAMBULUS.

Inter luciferum cœlum terraſque jacentes
Aëra per medium doctâ meat arte viator:
Semita ſed brevis eſt, pedibus nec ſufficit ipſis.

XCIV.

Nunc mihi jam credas, fieri quod poſſe negatur.
Octo tenes manibus: ſed me monſtrante magiſtro,
Sublatis ſeptem, reliqui tibi ſex remanebunt.

RESOLUTIO.

Octo tenes globulos manu, vel etiam manibus, id eſt, ſingulis manibus octo. En tollo ſeptem, vel ſeptenos ex octo illis globulis. Nonne remanent ſex, unus nempè globulus, & connumerandi ei quinque digiti manûs globum tenentis?

XCV.

UMBRA.

Inſidias nullas vereor de fraude latenti.
Nam Deus attribuit talis mihi munera formæ,
Quòd me nemo movet, niſi qui priùs ipſe movetur.

XCVI.

ECHO.

Virgo modeſta nimis legem benè ſervo pudoris.
Ore procax non ſum, nec ſum temeraria linguâ.
Ultrò nolo loqui: ſed do reſponſa loquenti.

XCVII.

SOMNUS.

Sponte meâ veniens varias oſtendo figuras.
Fingo metus vanos nullo diſcrimine vero.
Sed me nemo videt, niſi qui ſua lumina claudit.

XCVIII.

MONUMENTUM.

Nomen habens hominis, poſt ultima fata remanſi.
Nomen inane manet: ſed dulcis vita profugit.
Vita tamen ſupereſt multis poſt tempora vitæ.

XCIX.

ANCORA.

Mucro mihi geminus ferro conjungitur unco.
Cum vento luctor; cum gurgite pugno profundo:
Scrutor aquas medias; ipſas quoque mordeo terras.

Digitized by Google

C.

OLLA.

Mater erat tellus, genitor fuit ipse Prometheus:
Auriculæque regunt redimitæ ventre cavato.
Dum cecidi infelix, mater mea me divisit.

INCERTI AUCTORIS PHŒNIX*

LACTANTIO TRIBUTUS.

EST locus in primo felix Oriente remotus,
Quà patet æterni maxima porta poli;
Nec tamen æstivos, hyemisque propinquus ad ortus;
Sed quà Sol verno fundit ab axe diem.
Illic planicies tractus diffundit apertos:
Nec tumulus crescit; nec cava vallis hiat.
Sed nostros montes, quorum juga celsa putantur,
Per bis sex ulnas eminet ille locus.
Hic Solis nemus est: stat consitus arbore multâ
Lucus perpetuæ frondis honore virens.

* CARMINA hæc, quæ in libris impressis Lactantio tribuuntur, in nullis antiquis codicibus inveni. [Ea tamen legimus in MS. Sangermanensi, etsi non antiquo] Phœnicis carmina Lactantii non creduntur, [saltem Christiani] quamvis sint ab elegantissimo aliquo poëtâ scripta, quem tamen certò credo non fuisse Christianum. Nam Phœnicem nominat Solis sacerdotem; & sic de nemore illo loquitur, & de Phœbo, tanquàm ille re verâ sit Deus, & habeat nemus illud charissimum, ac sibi dicatum. Carmina autem illa de resurrectione, sive de Paschâ, quòd ad elegantiam spectat, cum illis de Phœnice comparari non possunt; & ex ipsis apparet manifestè, non eumdem fuisse eorum auctorem. Hæc verò inter opuscula Venantii Fortunati, poëtæ Christiani, quæ sunt in bibliothecâ Vaticanâ, ab optimo & litterato viro Antonio Gironâ admonitus, inveni; de quibus postmodùm aliqua annotabo. Illius tertii poëmatis, de Passione Domini, nullum vestigium usquàm invenire potui: in quo tamen non multi errores reperiuntur, ut diligentia emendationis in eo non valdè fuerit necessaria. *Thomas.* Erasmus non inconcinna esse carmina Phœnicis judicat: sed nemo potest affirmare esse Lactantii; de iis enim non loquitur Hieronymus, ubi agit de Autoris nostri operibus. Nicolaus Heinsius Lactantii genuinum in eo fœtum agnoscit & prædicat.

Phœnix.] Tota hæc Phœnicis historia inter fabulas annumeranda est. Noluimus tamen omittere; ne aliquid desit huic nostræ Editioni; atque hæc Carmina contulimus cum MS. Sangermanensi.

Vers. 1. *Primo Oriente.*] Id est, in Arabiâ, ubi fabulantur Phœnicem habitare. Multi tamen apud Indos sedem statuisse Phœnicem dicunt: quâ de re Ausonius & Claudianus.

Vers. 2. *Quà patet.*] Lege apud Ovidium initio 2. libri Metamorphos. Regiæ Solis descriptionem elegantissimam.

Ibidem. *Maxima porta poli.*] Ità MS. Sangermanensis. Editi habent *Janua celsa poli*: sed minùs benè, ut videtur, propter *Juga celsa*, quæ legumtur vers. 7.

Vers. 4. *Sed quà.*] In MS. Sangerm. *In quo.*

Vers. 6. *Nec tumulus crescit, &c.*] Ergò plana sunt omnia, nec fraudi datur locus. Nam juxta Virgilium Æneid. 11. *est curvo anfractu valles accommoda fraudi.*

Vers. 9. *Stat.*] Sic legunt Nicol. Heinsius & Heumannus. Alii editi legunt, *&c.*

Vers. 10. *Honore virens.*] Quia frondes sunt honor & pulcritudo arboris. MS. San-

Digitized by Google

Cùm Phaëthontæis flagraſſet ab ignibus axis,
Ille locus flammis inviolatus erat.
Et cùm diluvium merſiſſet fluctibus orbem,
Deucalioneas exuperavit aquas.
Non huc exangues morbi, non ægra ſenectus,
Nec mors crudelis, nec metus aſper adit;
Nec ſcelus infandum, nec opum veſana cupido,
Aut Mars, aut ardens cædis amore furor.
Luctus acerbus abeſt, & egeſtas obſita pannis,
Et curæ inſomnes, & violenta fames.
Non ibi tempeſtas, nec vis furit horrida venti;
Nec gelido terram rore pruina tegit.
Nulla ſuper campos tendit ſua vellera nubes;
Nec cadit ex alto turbidus humor aquæ.
Sed fons in medio eſt, quem vivum nomine dicunt,
Perſpicuus, lenis, dulcibus uber aquis.
Qui ſemel erumpens per ſingula tempora menſûm,
Duodeciès undis irrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero ſtipite ſurgens,
Non lapſura ſolo mitia poma gerit.
Hoc nemus, hos lucos avis incolit unica Phœnix:
Unica, ſed vivit morte refecta ſuâ.
Paret, & obſequitur Phœbo memoranda ſatelles:
Hoc natura parens munus habere dedit.
Lutea cùm primùm ſurgens aurora rubeſcit,
Cùm primum roſeâ ſidera luce fugat:
Ter quater illa pias immergit corpus in undas;
Ter, quater è vivo gurgite libat aquam.
Tollitur, ac ſummo conſedit in arboris altæ
Vertice,

www.libtool.com.cn

germ. & editi 1472. 1478. 1497. & alii legunt *virens*; editi vero vulgares legunt *viret*.

Verſ. 11. *Phaëthontais.*] De hâc fabulâ vide Ovidium lib. 2. Metamorph.

Verſ. 14. *Exuperavit aquas.*] Quod falſum eſt, ſi intelligatur de Diluvio univerſali, quod exuperavit etiam altiſſimos montes. Attamen de ſolo Deucalionis Diluvio hîc agitur, quod univerſale non fuit.

Verſ. 15. *Huc.*] Ità editio Aldina: verùm editi 1472. 1478. 1497. & 1513. legunt *hunc*.

Ibidem. *Exangues morbi.*] Morborum vulgare epitheton. Sic Ovid. lib. 15. Metamorp. *Pallidaque exangui ſqualllebant corpora morbo.*

Verſ. 18. *Aut Mars, &c.*] MS. Sangerman. legit, *aut metus, aut ardens cedit amore furor*, idque minùs benè; nam de metu jamjam loquutus eſt.

Verſ. 22. *Rore pruina tegit.*] De roris & pruinæ differentiâ vide Ariſtotel. in Meteorologicis lib. 1. cap. 10.

Verſ. 25. *Sed fons, &c.*] Hic fons multis nominibus illuſtratur; *vivus* enim eſt, *perſpicuus, lenis, dulcis.*

Verſ. 27. *Menſum.*] Pro *menſium.*

Verſ. 31. *Unica.*] Sic de Phœnice; undè proverbium, *Phœnice rarior.*

Verſ. 32. *Sed vivit.*] De hoc vide ſuprà Ænigma 31. ubi de Phœnice ait, *vita mihi mors eſt, &c.* De Phœnicis reſurrectione vide Ovidium in Metamorph. & Tzetzem in variâ hiſtoriâ.

Verſ. 33. *Obſequitur Phœbo.*] Credidit antiquitas Aves, ſicut & arbores, diis eſſe ſacratas: ſic Aquila Jovi; Columba Veneri; ita & Phœbo Phœnix.

Digitized by Google

Vertice; quæ totum despicit una nemus:
Et conversa novos Phœbi nascentis ad ortus,
Expectat radios, & jubar exoriens.
Atque ubi sol pepulit fulgentis limina portæ;
Et primi emicuit luminis aura levis;
Incipit illa sacri modulamina fundere cantûs,
Et mirâ lucem voce movere novam:
Quam nec Ædoniæ voces, nec tibia possit
Musica Cyrrhæis assimilare modis.
Sed neque olor moriens imitari posse putatur,
Nec Cyllenææ fila canora lyræ.
Postquàm Phœbus equos in aperta refudit Olympi;
Atque orbem totum protulit usque means;
Illa ter alarum repetito verbere plaudit
Non errabilibus nocte dieque sonis.
Atque eadem celeres etiam discriminat horas;
Igniferumque caput ter venerata, silet:
Antistes nemorum, & luci veneranda sacerdos;
Et sola arcanis conscia, Phœbe, tuis;
Quæ postquàm vitæ jam mille peregerit annos,
Ac se reddiderint tempora longa gravem;
Ut reparet lapsum fatis urgentibus ævum,
Assueti nemoris dulce cubile fugit.
Cumque renascendi studio loca sancta reliquit;
Tunc petit hunc orbem, mors ubi regna tenet.
Dirigit in Syriam celeres longæva volatus;
Phœnicis nomen cui dedit ipsa venus;

Vers. 40. *Despicit.*] Quia quodammodò aliæ arbores huic sunt inferiores.

Vers. 44. *Aura levis.*] Sic Ovidius: *& levis impulsos retrò dabat aura capillos.*

Vers. 46. *Movere.*] Sic MS. Sangerman. Editi habent *ciere.* Variant tamen libri. Heinsius opinatur legendum esse *fovere.*

Vers. 47. *Quam nec Ædonia.*] Locus corruptus. MS. Sangerman. habet *Idonea*: editi legunt *Iulea.* At juxta Gallæum, Frideric. Gronovius & Heinsius emendaverunt *Ædonia.*

Vers. 48. *Cyrrhæis.*] Id est, Castaliis modis Musicis, vel Musarum & Apollinis; *Cyrrha* siquidem oppidum est ad radicem Montis Parnassi.

Vers. 50. *Cyllenæa.*] Quasi dicat Mercurialis, quia Mercurius Cyllenæ natus est. Hinc Mercurius ipse *Cyllenius* vocatur à Claudiano 1. libro de Raptu Proserp.

Vers. 51. *Postquàm Phœbus equos, &c.*] Hoc est, postquàm sol supra horizontem ascendit. De fabulâ Phaetontis vide Ovidium in Metamorph.

Vers. 53. *Illa ter alarum, &c.* usque ad *Antistes nemorum.*] MS. Sangerman. sic legit quatuor ista carmina:

Illa ter alarum repetito verbere plaudit,
Igniferumque caput ter venerata, silet.
Atque eadem celeres etiam discriminat horas
Non errabilibus nocte dieque sonis.

Sed minùs benè, ut puto. *Celeres horas*; horas enim solis comites facit Ovidius.

Vers. 59. *Jam mille peregerit annos.*] Sic etiam Claudianus ad mille annos vitam Phœnicis producit; Plinius verò tantùm ad 660. quamvis id fabulosum putet: alii etiam breviorem statuunt terminum.

Vers. 61. *Lapsum fatis.*] Sic emendavimus cum Gallæo & ex MS. Sangermanensi: editi habebant *lassum spatiis*: sed sine sensu.

Vers. 66. *Venus.*] Sic Heumann. legit. Ea culta erat in Syrophœnice. In editis est *vetus.*

Secretosque petit deserta per avia locos;
Hîc ubi per saltus silva remota latet.
Tum legit aërio sublimem vertice palmam;
Quæ gratum Phœnix ex, ave nomen habet;
Et quâ nulla nocens animans perrumpere possit;
Lubricus aut serpens, aut avis ulla rapax.
Tum ventos claudit pendentibus Æolus antris,
Ne violent flabris aëra purpureum;
Neu concreta Noto nubes per inania cœli
Summoveat radios solis, & obsit avi.
Construit inde sibi seu nidum, sive sepulchrum;
Nam perit, ut vivat: se tamen ipsa creat.
Colligit hinc succos & odores, divite silvâ
Quos legit Assyrius, quos opulentus Arabs;
Quos aut Pygmeæ gentes, aut India carpit,
Aut molli generat terra Sabæa sinu.
Cinnama dehinc, auramque procul spirantis amomi
Congerit, & misto balsama cum folio.
Non casiæ mitis, nec olentis vimen acanthi,
Nec thuris lachrymæ, guttaque pinguis abest.
His addit teneras nardi pubentis aristas,
Et sociat myrrhæ pascua grata nitris.
Protinùs in strato corpus mutabile nido,
In talique thoro membra quieta locat.
Ore dehinc succos membris circumque superque
Injicit, exequiis immoritura suis.

Vers. 69. *Sublimem Palmam.*] Quam arborem inter eas quas fert Syria, Plinius numerat, scilicet lib. 13. cap. 4.

Vers. 71. *Et quâ nulla nocens animans, &c.*] Sic habet MS. Sangerman. Editi vulgares legunt, *Quam nec dente nocens animal perrumpere possit.* Heuman. verò, *In quam nulla nocens animans perrumpere possit*, cum editis 1472. 1478. 1513. & 1515. quod concordat cum nostrâ lectione.

Vers. 74. *Flabris.*] Id est, flatibus.

Ibidem. *Purpureum aëra.*] Fortè intelligit matutinas horas, quas auroram vocamus.

Vers. 75. *Noto.*] Ventus iste nubes colligit. Verùm à Plinio æstuosus appellatur.

Ibidem. *Per inania cœli.*] Id est, mediam aëris regionem.

Vers. 77. *Sepulcrum.*] De sepulcro quod sibi Phœnix condit, vide Claudianum in Epigram. his verbis:

Ærentes tepidis de collibus eligit herbas;
Et cumulum texens preciosâ fronde Sabæum,
Componit, bustumque sibi partumque futurum.

Vers. 80. *Opulentus Arabs.*] Sic de Arabibus Horatius, *otia divitiis Arabum liberrima cantat.* Id tamen intelligè de Arabiâ felici.

Vers. 81. *Pygmæ gentes.*] Quas veteres quidam ponunt in Indiâ, alii ultrà Arabiam: sed quæ de hâc gente narrantur, fabulæ sunt.

Vers. 82. *Terrâ Sabæa sinu.*] Sic Virgil. lib. 1. Georg.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

Vers. 83. *Cinnama.*] Versum istum sic legit MS. Sangerm. *Cinnamum hic avisque procul spirantis amomi.*

Vers. 85. *Casiæ mitis.*] Casia veterum non eadem est ac recentiorum.

Vers. 88. *Et sociat myrrhæ.*] MS. Sangerm. *Et sociam myrrhæ vim Bannchea tuam*; alii *Panathea thure.*

Vers. 89. *Mutabile.*] MS. Sangerm. *motabile.*

Vers. 90. *In talique thoro.*] Sic MS. Sangerman. Editi habent; *Vitalique thoro membra quieta locat.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Tunc inter varios animam commendat odores;
Depositi tanti nec timet illa fidem.
Intereà corpus genitali morte peremptum
Æstuat, & flammam parturit ipse calor;
Æthereoque procul de lumine concipit ignem:
Flagrat, & ambustum solvitur in cinerem.
Quos velut in massam cineres in morte coactos
Conflat; & effectum seminis instar habet.
Hinc animal primùm sine membris fertur oriri:
Sed fertur vermi lacteus esse color.
Crevit in immensum subitò cùm tempore certo,
Seque ovi teretis colligit in speciem:
Indè reformatur, qualis fuit ante figura;
Et Phœnix ruptis pullulat exuviis.
Ac velut agrestes, cùm filo ad * saxa tenentur, * Al. taxa
Mutari tineæ papilione solent.
Non illi cibus est nostro concessus in orbe;
Nec cuiquam implumem pascere cura subest.
Ambrosios libat cœlesti nectare rores,
Stellifero tenues qui cecidere polo.
Hos legit; his alitur mediis in odoribus ales,
Donec maturam perferat effigiem.

Vers. 95. *Genitali morte.*] Antitheſis.

Vers. 96. *Æstuat.*] Verum non est, corpus mortuum ita æstuare, ut flammam generet; meliùs itaque Claudianus, qui flammam ad solis radios refert.

Fervet odoratus telis (id est radiis) *exsolvibus aggor,*
Consumitque senem.

Vers. 97. *Æthereoque.*] Sic MS. Sangerm. editi verò habent *Aërioque.*

Vers. 99. *Quos.*] Ità MS. Sangerman. editi *Hos.*

Vers. 100. *Conflat.*] In MS. Sangerman. *conflat.*

Vers. 102. *Vermi.*] Sic MS. Sangerm. editi *Vermis.* De Vermi loquitur Plinius, non verò Claudianus.

Vers. 103. *Crevit.*] Fortè *crescit.*

Vers. 104. *Ovi.*] Nil de ovo Claudianus.

Vers. 107. *Ac velut agrestes, cùm filo ad saxa tenentur, Mutari tineæ papilione solent.*] Admonuit Thomasium vir doctiss. Didacus Covarruvias, Episcopus Segobiensis, ut in secundo versu loco *pennæ*, scriberetur *tineæ*, quod valdè probandum est. Nam tineæ sunt vermes illi, ex quibus serici papiliones nascuntur Hoc verò in loco videtur poëta imitari voluisse Ovidium, libro ultimo Metamorph. qui de hâc eâdem mutatione sic ait:

Quæque solent canis frondes intexere filis
Agrestes tineæ, res observata colonis,
Ferali mutent cum papilione figuram.

Ac sanè non dubito, quin pro illo nomine, *pennæ*, legendum sit, *tineæ*, sed in priori versu, illa *filo ad saxa tenentur*, videntur mihi non satis cum re ipsâ convenire, cùm fila illa potiùs ad frondes, vel ad ramos ducantur, quàm ad *saxa*: propterea puto potiùs legendum *taxa*, quàm *saxa*. Hæc ait *Thomasius.*

Vers. 109. *Non illi cibus.*] De cibo Phœnicis vide Claudianum in Epigram. de Phœnice, versu 13. &c.

Vers. 111. *Ambrosios.*] Apud poëtas Ambrosia cibus, nectar potus deorum est: sic Martialis, *Jupiter Ambrosiâ satur est, & nectare vivit.*

Vers. 112. *Tenues.*] Id est, *rores tenues.* Ità MS. à Gallæo laudatus. Editi habent *teneri*, quod refertur ad *rores*, & sensum elegantem facit. *Polo*, id est, *cælo.*

Vers. 113. *Alitur mediis.*] Sic MS. Sangerman. & editi 1472. & 1478. Vulgati legunt *mediis alitur*: sed malè.

Vers. 114. *Perferat.*] Ità codex Sangermanensis & alii. In editis verò *proferat*, sed minùs benè.

Aſt ubi primævâ cœpit florere juventâ,
Evolat ad patrias jam reditura domos.
Antè tamen, proprio quicquid de corpore reſtat,
Oſſaque, vel cineres, exuviaſque ſuas;
Unguine balſameo, myrrhâque, & thure ſoluto
Condit, & in formam conglobat ore pio.
Quam pedibus geſtans contendit ſolis ad ortus,
Inque arâ reſidens, ponit in æde ſacrâ.
Mirandum ſeſe præſtat præbetque videnti;
Tantus ibi decor eſt, tantus abundat honor.
Principio color eſt, qualis ſub cortice lævi,
Mitia quem croceum punica grana legunt.
Qualis ineſt foliis, quæ fert agreſte papaver,
Cùm pandit veſtes Flora rubente polo.
Hoc humeri pectuſque decens velamine fulgent;
Hoc caput, hoc cervix, ſummaque terga nitent.
Caudaque porrigitur fulvo diſtincta metallo,
In cujus maculis purpura miſta rubet.
Clarum inter pennas inſigne eſt deſuper, Iris
Pingere ceu nubem deſuper alta ſolet.
Albicat inſignis miſto viridante ſmaragdo;
Et puro cornu gemmea cuſpis hiat.
Ingentes oculos credas geminos hyacintos;
Quorum de medio lucida flamma micat.
Æquatur toto capiti radiata corona,
Phœbei referens verticis alta decus.
Crura tegunt ſquamæ flavo diſtincta metallo:
Aſt ungues roſeus pingit honore color.
Effigies inter Pavonis miſta figuram
Cernitur, & pictam Phaſidis inter avem.
Magniciem, terris Arabum quæ gignitur ales;
Vix æquare poteſt, ſeu fera, ſeu ſit avis.
Non tamen eſt tarda, ut volucres, quæ corpore magno

Verſ. 116. *Patrias domos.*] Sic MS. Sangerman. alii *primas domos.*

Verſ. 117. *Antè tamen, &c.*] Hâc de re vide Claudianum in Ep gram. de Phœnice verſ. 72, qui concordat cum iis quæ hic dicuntur.

Verſ. 125. *Sub cortice lævi, Mitia quem croceum.*] Ità Heumannus ex emendatione Nicol. Heinſ. Editi verò habent *qualis ſub ſydere cœli.*

Verſ. 128. *Cùm pandit veſtes Flora rubente polo.*] Sic emendavimus partim ex MS. Sangerman. partim ex editis. MS. habet *Cùm pandit veſtes flore rubente polo*: at editi legunt, *cùm pendens veſtit ſole rubente polus.*

Verſ. 129. *Fulgent.*] MS. *Fulgat.*

Verſ. 136. *Et puro cornu, &c.*] Roſtrum cornu quidem eſſe dicit, ſed ita lucidum, ut gemma eſſe videatur.

Verſ. 137. *Ingentes oculos credas, &c.*] Sic lege ex MS. Voſſiano.

Verſ. 139. *Coronæ Phœbei verticis.*] Id eſt, radii Solares.

Verſ. 142. *Roſeus.*] MS. Sangerm. *Roſeo.*

Verſ. 144. *Phaſidis avem.*] Id eſt, Phaſianam à Phaſide fluvio Colchidis nominatam, ad nos per Argonautas advectam. Martialis Epigram. lib. 13. 72.

Verſ. 145. *Magniciem.*] Quæ ſit hæc avis ignoratur, vel fortè pro *magnitudinem.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Incessus pigros, pergrave pondus habent:
Sed levis & velox, regali plena decore.
Talis in aspectu se exhibet usque hominum.
Hùc venit Ægyptus tanti ad miracula visûs;
Et raram volucrem turba salutat ovans.
Protinùs exsculpunt sacrato in marmore formam;
Et signant titulo remque, diemque novo.
Contrahit in cœtum sese genus omne volantum;
Nec prædæ memor est ulla, nec ulla metûs.
Alituum stipata choro volat illa per altum;
Turbaque prosequitur munere læta pio.
Sed postquàm puri pervenit ad ætheris auras;
Mox redit ista: suis conditur ille locis.
At fortunatæ sortis filique volucrem,
Cui de se nasci præstitit ipse Deus!
Fœmina sit, vel mas, seu neutrum, seu sit utrumque;
Felix, quæ Veneris fœdera nulla colit.
Mors illi Venus est; sola est in morte voluptas:
Ut possit nasci, hæc appetit antè mori.
Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus hæres,
Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.
Ipsa quidem, sed non eadem, quæ est ipsa, nec ipsa est;
Æternam vitam mortis adepta bono.

Vers. 151. *Hùc venit.*] Ità Sangerm. MS. editi verò *convenit.*

Vers. 153. *Exsculpunt.*] Sic MS. Sangerm. & alii: editi verò legunt *Insculpunt.*

Vers. 155. *Genus omne volantum.*] Quâ de re vide Claudianum vers. 76. &c.

Vers. 157. *Alituum.*] Pro *alitum*; sic Virgil. Æneid. 8. *Alituum pecudumque genus sopor altus habebat.*

Vers. 158. *Munere læta pio.*] Id est, pietatis & reverentiæ officio erga tantæ dignitatis avem. *Munere*, Heinsius emendat malè, *murmure.*

Vers. 160. *Mox redit ista suis: conditur ille locis.*] Sic legimus in MS. Sangerman. aliique veteri à Gallæo memorato: in editis legitur *mox redit illa; suis conditur inde locis*, nec malè.

Vers. 161. *At fortunatæ sortis filique volucrem.*] Hæc est emendatio Heinsii, referentis *filum* ad Parcas,

Quæ dispensant mortalia fila sorores:

verùm MS. Sangerman. legit, *At fortunatæ sortis, felixque volucrum.* Gallæus putat legendum esse, *O fortunatæ sortis, fatique volucrem*; editi habent *hæc fortunatæ sortis, fatique volucris.*

Vers. 163. *Fœmina sit, vel mas, seu neutrum, seu sit utrumque.*] Ità emendavimus ex MS. Sangerman. & editione Heumanni. Vulgati habent *fœmina vel mas hæc, vel neutrum sit magè felix.*

Vers. 169. *Quæ est ipsa.*] Ità MS. Sangerm. Editi habent *quia & ipsa.*

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTUNATI*,

PRESBYTERI ITALICI, AD FELICEM EPISCOPUM, DE PASCHA.

TEMPORA florigero rutilant distincta sereno;
Et majore poli lumine porta patet.
Altiùs ignivomum solem cœli orbita ducit,
Qui vagus Oceanas exit, & intrat aquas.
Armatus radiis elementa liquentia lustrans,
Hâc in nocte brevi tendit in orbe diem.
Splendida syncero producunt æthera vultu;
Lætitiamque suam sydera clara probant.
Terra ferax vario fundit munuscula cultu,
Cùm benè vernarit; reddit & annus opes.
Mollia purpureum pingunt violaria campum:
Prata virent herbis, & micat herba comis.
Paulatim subeunt stellantia lumina florum:
Floribus arrident gramina cuncta suis.
Semine depositio, latè seges exilit arvis,
Spondens agricolæ vincere posse famem.
Caudice deserto, lachrymat sua gaudia palmes:
Undè merum tribuat, dat modò vitis aquam.
Cortice de matris tenerâ lanugine surgens
Præparat ad partum turgida gemma sinum;
Subque hyemis tempus foliorum crine refuso,
Jam reparat viridans frondea tecta nemus.
Mista salix, abies, corylus, siler, ulmus, * acer, nux,
Plaudit quæque suis arbor amœna comis.
Constructura favos apis hinc alvearia linquens,
Floribus instrepitans poplite mella rapit.
Ad cantus revocatur avis, quæ carmine clauso,
Pigrior hyberno frigore muta fuit.
Hinc Philomela suis attemperat organa cannis;
Fitque repercusso dulcior aura melo.
Ecce renascentis testatur gratia mundi,
Omnia cum domino dona rediisse suo.

* Æternus.

* In carminibus Resurrectionis, quia apertè invenitur, cujus illa essent, mutata est tota inscriptio, & ea ascripta est, quæ est in illis opusculis, Venantii Honorii, &c. quæ sunt in bibliothecâ Vaticanâ, ex quibus multa in libris impressis emendantur; multa tamen relicta sunt, quia melior visa est lectio vulgaris, quàm illa codicis Vaticani. Est enim ille codex valdè corruptus; tamen is est, qui eum juvare possit, qui eo cum judicio utatur. Et sanè sic faciendum est eis, qui hanc curam emendandi veterum auctorum libros suscipiunt, ut sæpè ex pluribus malis codicibus unicum optimum efficiant. *Thomasius.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Namque triumphanti post tristia tartara Christo
Undique fronde nemus, gramina flore favent.
Legibus inferni oppressis, super astra meantem
Laudant ritè Deum lux, polus, arva, fretum.
Qui crucifixus erat, Deus ecce per omnia regnat;
Dantque creatori cuncta creata precem.
Salve, festa dies, toto venerabilis ævo,
Quâ Deus infernum vicit, & astra tenet.
*Mobilitas anni, mensum, lux alma dierum;
Horarum splendor, stridula * cuncta favent.
Hinc tibi sylva comis, hinc plaudit campus aristis;
Hinc grates tacito palmite vitis agit.
Hinc tibi nunc avium resonant virgulta susurro;
Has inter * nimio passer amore * canit.
Christe salus rerum, bone conditor, atque redemptor,
Unica progenies ex deitate patris,
Irrecitabiliter manans de corde parentis,
Verbum subsistens, & * patris ore potens,
Æqualis, concors, socius, cum patre coævus,
Quo sumpsit mundus principe principium;
Æthera suspendis, sola congeris, æquora fundis;
Quæque locis habitant, quæ moderata vigent.
Qui genus humanum cernens mersum esse profundo;
Ut hominem eriperes, es quoque factus homo.
Nec nostro tantùm voluisti è corpore nasci,
Sed caro, quæ nasci pertulit, atque mori.
Funeris exequias * patris novus * author, & orbis;
* Intra mortis iter dando salutis opem.
Tristia * cessarunt infernæ vincula legis;
Expavitque chaos luminis ore premi.
Depereunt tenebræ Christi fulgore fugatæ:
* Æternæ noctis pallia crassa cadunt.
* Sollicitam sed redde fidem, precor, alma potestas.
Tertia lux rediit: surge, sepulte meus.
Non decet, ut vili tumulo tua membra teganter;

* Nobilitas
* Puncta.
* Minimus.
* Cano.
* Al. penetrare.
* Pateris.
* Auctor.
* Intras.
* Cesserunt
* Et terræ.
* Pollicitum.

Vers. 39. *Salve festa dies, toto venerabilis ævo, Quâ Deus infernum vicit, & astra tenet.*] Auctoritate codicis Vaticani mutatus est versus, ut esset post vigilii distichа, quo sanè in loco esse debet. Nam antè nihil de Passione, vel Resurrectione Christi dicitur: sed ver ipsum ut multis propriis naturæ suæ bonis commendatur. Postquam verò facta est mentio Resurrectionis, rectè illud additur: *Salve festa dies*, &c. cui distichо rectè etiam illud continenter adjungitur:

Nobilitas anni, mensum, lux alma dierum,
Horarum splendor, stridula cuncta favent.

Nobilitas enim legendum est ex codice Vaticano, ut laus aliqua illi dici, quem laudare vult, attribuatur; cum ex mobilitate, ut erat antè, nulla laus ad diem aliquem accedere possit, quia hoc est omnibus commune. Legendum quoque est, *stridula puncta* in secundo versu, ut omnia ad diem referantur. Aliqua alia in his carminibus mutantur, quæ tamen meliora facta sunt: quod quivis hunc librum cum aliis conferens, intelligere poterit. *Thomasius.*

Digitized by Google

* Nec. * Non pretium mundi vilia saxa premant.
Indignum est, cujus clauduntur cuncta pugillo;
Ut tegat inclusum rupe vetante lapis.
www.libtool.com.cn
Linteа tolle, precor; sudaria linque sepulcro:
Tu satis es nobis; & sine te nihil est.
Solve catenatas inferni carceris umbras,
Et revoca sursùm quicquid ad ima ruit.
Redde tuam faciem, videant ut secula lumen;
Redde diem, qui nos, te moriente, fugit.
Sed planè implesti remeans, pie victor, olympum:
Tartara pressa jacent, nec sua jura tenent.
Inferus insaturabiliter cava guttura pandens,
* Rapuit. Qui * raperet semper, sit tua præda, Deus.
Eripis innumerum populum de carcere mortis;
* Auctor. Et sequitur liber, quò suus * author abis.
Evomit absorptam pavidè fera bellua plebem;
Et de fauce lupi subtrahit agnus oves.
Hinc tumulum repetens post tartara, carne resumptâ,
Belliger ad cœlos ampla trophæa refers.
* In te. Quos habuit pœnale chaos, jam reddidit * iste;
Et quos mors peteret, hos nova vita tenet.
* Triumphi Rex sacer, ecce tui radiat pars magna * trophæi,
Cùm puras animas sacra lavacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus undis;
Atque vetus vitium purgat in amne novo.
Fulgentes animas vestis quoque candida signat;
Et grege de niveo gaudia pastor habet.
* Consors. Additur hâc Felix * concors mercede sacerdos,
Qui dare vult domino dupla talenta suo.
Ad meliora trahens gentili errore vagantes,
Bestia ne raperet, munit ovile Dei.
Quos priùs Eva nocens infecerat, hos modò reddit
Ecclesiæ pastor ubere lacte sinu.
Mitibus alloquiis agrestia corda colendo,
Munere Felicis de vepre nata seges.
Aspera gens Saxo, vivens quasi more ferino;
Te medicante sacer, bellua reddit ovem.

Centeno

Vers. 101. *Mitibus.*] Hi sequentes versus additi sunt ex codice Vaticano à Thomasio, cujus hæc verba sunt. In hoc poëmate ex illo codice addidi decem versus, qui optimè cum reipsâ conveniunt, & declarant cur illa carmina ad Felicem Episcopum Venantius scripserit, qui sanè Felix nullus est Romanorum Pontificum, sed fuit aliquis ex primis illis Saxonum Episcopis. Nam Saxones, cùm à Carolo Magno post bellum triginta annorum & ampliùs, victi essent, religionem Christianam susceperunt: ex Romanis verò Pontificibus ultimus, qui nomen hoc Felicis habuit, fuit Felix IV. qui multò antè Carolum Magnum vixit. Illos verò decem versus propterea judicavi addendos, quia optimè cum re, de quâ agitur, conveniunt, & quia in fine poëmatis additus erat numerus versuum ex ita ut omninò decem ad explendum numerum deessent.

Digitized by Google

Centeno reditu tecum manſura per ævum;
Meſſis abundantis horrea fruge reples.
Immaculata tuis plebs hæc agitetur in ulnis;
Atque Deo purum pignus ad aſtra feras.
Una corona tibi detur, & tribuatur ab alto;
Altera de populo vernet adepta tuo.

INCERTI AUCTORIS CARMEN.

DE PASSIONE DOMINI.

Quisquis ades, mediique ſubis in limina templi;
Siſte parùm, inſontemque tuo pro crimine paſſum
Reſpice me; me conde animo, me in pectore ſerva.
Ille ego, qui caſus hominum miſeratus acerbos,
Hùc veni pacis promiſſæ interpres, & ampla
Communis culpæ venia, hic clariſſima ab alto
Reddita lux terris, hic alma ſalutis imago,
Hic tibi ſum requies, via recta, redemptio vera;
Vexillumque Dei, ſignum & memorabile fari.
Te propter vitamque tuam ſum Virginis alvum
Ingreſſus, ſum factus homo, atque horrentia paſſus
Funera; nec requiem terrarum in finibus uſquàm
Inveni, ſed ubique minas, ſed ubique labores.
Horrida prima mihi in terris mapalia Judæ
Hoſpitia in partu, ſociæque fuere parenti.
Hîc mihi faſa dedit bruta inter inertia primùm
Arida in anguſtis præſepibus herba cubile.
In Phariis primos vixi regionibus annos,
Herodis regno profugus; reliquoſque reverſus
Judæam, ſemper jejunia, ſemper & ipſam
Pauperiem extremam, & rerum inferiora ſecutus;
Semper egens, monitis humana ſalubribus almæ
Ingenia ad ſtudium probitatis, aperta ſalubri
Plurima doctrinæ injungens miracula: quare
Impia Hieruſalem rabidis exercita curis
Invidiæ, ſæviſque odiis, & cæca furore,
Inſonti eſt pœnis letalibus auſa cruentam
In cruce terribili mortem mihi quærere. Quæ ſi
Latiùs ipſe velim diſtinguere, ſique per omnes
Ire juvet gemitus, mecum & ſentire dolores;
Collige conſilia, inſidiaſve, meique nefandum
Sanguinis innocui pretium, & ſimulata clientis
Oſcula, & inſultus, & ſævæ jurgia turbæ.
Verbera prætereà, & promptas ad crimina linguas;

Digitized by Google

Fige animo, & teſtes, & cæci inſanda Pilati
Judicia, ingentemque humeros & feſſa prementem
Terga crucem, atque graves horrenda ad funera greſſus
Nunc me, nunc verò deſertum, extrema ſecutum
Supplicia, & dulci procul à genitrice levatum,
Vertice ad uſque pedes me luſtra: en aſpice crines
Sanguine concretos, & ſanguinolenta ſub ipſis
Colla comis, ſpiniſque caput crudelibus hauſtum
Undique diva pluens vivum ſuper ora cruorem.
Compreſſos ſpeculare oculos, & luce carentes,
Afflictaſque genas: arentem ſuſpice linguam
Felle venenatam, & pallentes funere vultus.
Cerne manus clavis fixas, tractoſque lacertos;
Atque ingens lateri vulnus: cerne indè fluorem
Sanguineum, foſſoſque pedes, artuſque cruentos.
Flecte genu, lignumque crucis venerabile adora
Flebilis; innocuo terramque cruore madentem
Ore petens humili, lachrymis ſuffunde ſubortis,
Et me nonnunquàm devoto in corde, meoſque
Fer monitus. Sectare meæ veſtigia vitæ;
Ipſaque ſupplicia inſpiciens, mortemque ſeveram
Corporis, innumeros memorans animique dolores;
Diſce adverſa pati, & propriæ invigilare ſaluti.
Hæc monimenta tibi ſi quandò in mente juvabit
Volvere, ſi qua fides animo tibi ferre meorum,
Debita ſi pietas, & gratia digna laborum,
Surget: erunt veræ ſtimuli virtutis, eruntque
Hoſtis in inſidias clypei, quibus acer in omni
Tutus eris, victorque feres certamine palmam.
Hæc monimenta tuos ſi labilis orbis amicos
Avertent ſenſus, fugiente decoris ab umbrâ
Mundani, efficient, ne ſpe captatus inani,
Mobilis occiduis fortunæ fidere rebus
Auſeris, aut vitæ ſperare fugacibus annis.
Sed te nimirùm ſic iſta caduca videntem
Secula, & exutum patriæ melioris amore,
Orbis opes, rerumque uſus, & vota piorum
Moribus extollent ſacris, vitæque beatæ
Spe, duras inter pœnas, te rore fovebunt
Cœleſti, pactique boni dulcedine paſcent.
Purpuream donec, poſt ultima fata relicto
Corpore, ſublimes animam revocabit ad auras
Gratia magna tibi. Tunc omnem exuta laborem,
Angelicos tunc læta choros, acieſque beatas
Sanctorum inſpiciens, æternæ pacis amœnâ
Perpetuò felix mecum regnabit in aulâ.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

STEPHANI BALUZII
TUTELENSIS
NOTÆ
AD
LACTANTII LIBRUM
DE
MORTIBUS PERSECUTORUM.

EX SECUNDA EDITIONE.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

STEPHANI BALUZII TUTELENSIS NOTÆ AD LIBRUM DE MORTIBUS PERSECUTORUM.

INTER multos ac varios codices manuscriptos, quos vir litterarum ac litteratorum amantissimus, & in omni genere laudis excellentissimus JOANNES-BAPTISTA COLBERTUS in publicam studiorum utilitatem ex omni Europâ, Asiâ, Africâ comparavit, repertus est unus auro contra æstimandus, in quo continetur Lucii Cæcilii Firmiani Lactantii liber de persecutione, sive de mortibus persecutorum, quo hactenus caruerat Ecclesia. Non facit ille quod plerique solent; qui si veteris cujuspiam Scriptoris opus ineditum, quantumvis leve sit ac tenue, nacti fuerint, diligenter occultant, tanquàm in tenebris magis eluceat, ut gloriari possint se solos possidere, quod omnes habere vellent; caventque summoperè, ne in manus aliorum venire possit. Liberalior excelsiorque est animus illustrissimi viri, quàm ut falsâ illâ gloriâ teneri possit. Itaque cùm intellexisset hunc Lactantii librum extare inter antiquos codices manuscriptos bibliothecæ suæ, satisque compertum haberet, quantùm hinc utilitatis accederet Ecclesiæ, si vulgaretur, quanquàm anteà frequenter mandaverat, ut si quid ineditum videretur in eisdem antiquis codicibus, id totum prælo committeretur, tamen eâ occasione mandatum dedit speciale, & solitâ magnitudine animi statim jussit, ut hic Lactantii liber in clarissimam lucem ederetur.

Damus igitur illum ex codice 1297. Bibliothecæ Colbertinæ, (*nunc in Biblioth. regiâ, in-4°. num.* 2627,) qui octingentorum, aut circiter, annorum esse videtur, integrum quidem, sed ab imperitâ manu scriptum, adeòque pluribus mendis infectum. Atque ea quidem, quorum emendatio facilis & obvia erat, liberè nos emendavimus: sed ea intacta reliquimus, in quibus audacia corrigendi non vacabat periculo. Fortassis alii feliciores erunt. Compositus & absolutus est liber eo anno, quo post extinctos persecutores, dulcissimum & pulcherrimum pacis nomen auditum est in Ecclesiâ Christi, nostrisque hominibus tranquillitas, ac lo-

Digitized by Google

quendi ſcribendique libertas reſtituta. Quis enim hiſtoriam iſtiuſmodi ſcriberet in medio atrociſſimæ perſecutionis? Sanè Lactantius libros divinarum Inſtitutionum ſcripſit furente perſecutione, in ipſis ejus initiis, ut ex capite ſecundo & quarto libri quinti colligitur: ſed non emiſit, impedius videlicet rei & temporis neceſſitate, ut ipſe loquitur in principio libri de Opificio Dei. At cum data eſſet pax, omniſque metus à pectoribus Chriſtianorum depulſus beneficio Conſtantini M. Imperatoris, tum verò Eccleſiaſtici Scriptores indulgentiâ benigniſſimi principis uſi, animum converterunt ad ſcribendum: quod anteà non erant auſi. Itaque tum Lactantius divinarum Inſtitutionum libros, in quibus loca quædam ſparſim reperiuntur, quæ manifeſtò conſtat ſcripta eſſe poſt bellum ſedatum atque extinctum, recenſuit, pleraque addidit, imprimis verò ea, quæ in initiis librorum, & in epilogo dicuntur ad Conſtantinum; quæ perperàm nonnulli judicant notha eſſe, ac ſuppoſititia, adeò ut eorum præjudicio fretus Joſephus Iſæus, qui poſtremam Lactantii editionem Romanam emiſit, univerſa deleverit, quæ in aliis editionibus ad Conſtantinum ſcripta leguntur. Et tamen puto non poſſe verè dubitari, quin ea ſint Lactantii, cùm & ejuſdem ſint ſtyli cum cæteris ejuſdem operibus, & phraſes quædam, quæ illic habentur, eædem ſint in variis locis iſtius hiſtoriæ, & reliquarum Lactantii lucubrationum. Sed haud dubiè duæ antiquitùs fuere divinarum Inſtitutionum editiones, una fermè ſtatim poſt datam Eccleſiæ pacem emiſſa, cùm adhuc Lactantius eſſet in Bithyniâ, altera poſt bellum Cibalenſe & Mardienſe, cùm veniſſet in Gallias propter Criſpum Conſtantini filium. Qui ergò priore editione uſi ſunt, ea profectò non habuerunt, quæ poſteà de Conſtantino addita ſunt; atque adeò mirum non eſt, ea deſiderari in quibuſdam exemplaribus. Sed ut redeamus ad librum de mortibus perſecutorum, à quo nos abduxit occaſio differendi de tempore, quo ſcripti ſunt libri divinarum Inſtitutionum, certum eſt eum ab Auctore ſcriptum Nicomediæ in Bithyniâ, ubi is habitavit per totum illud tempus, quo perſecutio in Oriente graſſata eſt, & abſolutum fuiſſe poſt confectum bellum apud Campum Serenum in Thraciâ, poſt quod integra fuit Eccleſiæ pax, profligato, ac paulò poſt extincto Maximino, homine noſtræ religionis inimiciſſimo. Colligitur illud ex pluribus ejuſdem hiſtoriæ locis, ſed præcipuè ex epilogo, in quo Auctor verbis apertiſſimis innuit, hæc ſcripta à ſe eſſe poſt datam pacem plebi Dei, quæ per annos decem partim vaſtata, partim diſperſa fuerat. Adde quòd librum ſuum nuncupavit illuſtri regionum illarum Confeſſori Donato, quem etiam compellat in medio operis, & in fine. Hæc enim indicant, eos tum ſimul fuiſſe, aut certè non magno locorum intervallo disjunctos. Illud etiam diligenter obſervandum eſt, eum illa tantùm edicta, quæ pro Chriſtianis data fuere, in hoc opere deſcripſiſſe, quæ propoſita Nicomediæ fuere, aliorum mentionem non facere: quia nimirùm ea tantùm refert, quæ ipſe proponi vidit, & quorum propterea copiam facilè habere potuit.

De patriâ Lactantii video varias eſſe ſententias; quarum ea infirmior videtur, quæ Firmo Piceni oppido eum ortum contendit, quia Firmianus vocatur. Eam ego præfero, quæ Afrum fuiſſe cenſet. Nam & in Africâ præceptore uſus eſt Arnobio; & Nicomediam accitus à Diocletiano, ut illic litteras oratorias doceret, ut ipſe ſcribit, non aliundè veniſſe videtur, quàm ex Africâ, cùm apud Hieronymum, in libro de viris illuſtribus legatur, ἀδημονεῖν ſuum ab Africâ Nicomediam uſque verſibus hexametris deſcripſiſſe. Erat autem Nicomediæ tempore perſecutionis, quæ ſub Diocletiano univerſam commovit Eccleſiam; etiam cùm data pax eſt. Nam quæ in libro de mortibus perſecutorum dicuntur, de propoſitâ Nicomediæ Conſtitutione Conſtantini & Licinii, deque adventu Licinii in eam urbem, ea profectò ab alio ſcribi non potuerunt, quàm ab eo, qui quæ ſcriberet oculis uſurparet. Cùm verò poſteà Conſtantinus, poſt bellum Cibalenſe, quod confecit anno Chriſti CCCXIV. VIII. Idus Octobris, in Thraciam ac Macedoniam profectus eſſet, tum haud dubiè Lactantius, ei fortè an olim cognitus, è Nicomediâ ad eum venit, & poſteà juſſu ejus Gallias petiit, ubi Criſpum Conſtantini filium Latinis litteris erudivit. Putavit vir doctiſſimus Franciſcus Chifletius, Criſpum à Lactantio inſtitutum fuiſſe anno Chriſti CCCXII. eodem nimirùm tempore, quo primùm Conſtantinus, ut illexit, mox mater ejus Helena Chriſtum agnovere, fidei noſtræ ſacramenta edocti ab Euſebio Epiſcopo Veſuntionenſi, & Criſpum cum Helenâ & Lactantio relictum Veſuntione à Conſtantino, cùm is in Italiam profectus eſt adversùs Maxentium. Verùm narratio, ex quâ Chiffletius hanc hiſtoriam con-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

deruit ; posterioris ac sequioris sæculi scriptum est, & nullam fidem meretur. Præterea certum est, Lactantium adhuc in Bithyniâ fuisse, cùm bellum parabatur adversùs Maxentium, & aliquantò post. Venit ergò Lactantius in Galliam (quod etiam placuisse video clarissimo viro Jacobo Gothofredo) anno tantùm CCCXV. cùm pace post pugnam Cibalensem atque Mardiensem constitutâ inter Constantinum & Licinium, Magnus Gallias repetiit. Rediisse enim illum ad uxorem suam facilè colligitur ex Zozimo, & Epitome Victoris, ubi scriptum est, Constantinum Magni filium, *in Arelatensi oppido ante non multos dies editum*, factum fuisse Cæsarem cum Crispo, & Liciniano Licinii filio, quod contigisse anno Christi CCCXVII. Kalendis Martiis docent Fasti Idatiani. Nam cùm pugnatum in Pannoniâ sit anno CCCXIV. exeunte, & ineunte anno CCCXVII. natus in Galliâ sit Constantinus Constantini filius, necesse est patrem medio temporis in Galliâ fuisse, adeòque illuc rediisse post pacem factam cum Licinio. Quâ occasione verisimile est, Lactantium, virum omnium suo tempore eruditissimum, ut Eusebius ait, à Constantino adductum fuisse in Gallias, ut Crispum imbueret cognitione historiæ, & cæterarum bonarum litterarum. Et quidem facilè assentior doctissimis viris Christophoro Browero & Ægidio Bucherio, qui tanquàm rem certam tradunt, Lactantium Treviris senectutem extremam egisse, cùm erudiendo Crispo daret operam, & hîc verisimiliter libros divinarum Institutionum ad Constantinum Imperatorem contexuisse. At Chifletius, honesto & decoro patriæ amore ductus, hunc honorem æquâ lance partitur inter Treviros & Vesuntionenses, sic Bucherio concedens Crispum Treviris eruditum à Lactantio fuisse, ut id tamen factum velit etiam Vesuntione. Sed conjectura illa nullum omninò fundamentum habet, præter bonam clarissimi & optimi viri voluntatem, & inclinationem in suos Vesuntionenses. Cæterùm Lactantium alibi, quàm in imperio Licinii fuisse, cùm is religioni Christi manifestò contrarius apparuit, adeòque tum in Galliâ fuisse, docet ipse ad Constantinum scribens in initio libri primi divinarum Institutionum. *Nam malis*, inquit, *qui adhuc adversùs justos in aliis terrarum partibus sæviunt, quantò serius, tantò vehementiùs idem omnipotens mercedem sceleris exsolvet.* Cœpit autem Licinius apertè sævire in Christianos anno CCCXX. ut certis argumentis ostendere runt viri doctissimi. Undè colligi potest, Lactantium adhuc eo tempore in humanis fuisse. Imò ultra hunc annum eum produxisse ætatem docere ipse videtur in fine libri quarti divinarum Institutionum, ubi inter varias hæreticorum sectas numerat etiam Arianos. Nam cùm illi plenè orbi universo non innotuerint, nisi post habitam Synodum Nicænam, apparet Lactantium superstitem huic Synodo fuisse, si vera est lectio. Scio virum clarissimum & eruditissimum Michaëlem Thomasium sustulisse ab eo loco nomen Arianorum, in eâ quam curavit Lactantianorum operum editione, & habuisse sententiæ suæ suffragatorem Josephum Isæum. Sed cùm illi paucos veteres libros habeant istius suæ sententiæ assertores & vindices, & de novem Vaticanis, duobusque Vallicellanæ bibliothecæ, quòd hanc clausulam habeant, fidem faceret illustrissimus Cardinalis Baronius; cùm scirem præterea unum Bononiensem, quem & Thomasius, & Latinus Latinius viderunt, tum etiam quatuor bibliothecæ regiæ, sive Colbertinos, & veteres editiones, eas nimirùm, quæ Thomasianam antecesserunt, cùm scirem, inquam, tot veteres codices & editiones mentionem hîc facere Arianorum, & pauca admodùm exemplaria vetera proferri, in quibus hoc nomen non extet, præ multitudine eorum, quæ illud habent, non invitus assentiebar eidem Baronio Thomasium reprehendenti, quòd contra omnium ferè veterum exemplarium & editionum fidem, textum Lactantii corruperit, nullâ, vel levi additâ ratione cur id feciſſet. Sed nunc, dum mecum repeto, codices qui Arianos commiscent hæreticis à Lactantio commemoratis, non esse admodùm veteres, duos verò bibliothecæ regiæ signatos 3735. & 3736. sanè vetustissimos, & optimos, tum etiam vetustissimum illum Bononiensem, quo Thomasius utebatur, nullam eorumdem Arianorum mentionem facere, dubitare cogor, num retinenda sit emendatio ejusdem Thomasii contrà tot exemplarium manuscriptorum fidem, cùm certum sit in istiusmodi rebus multitudinem testium, qui per imperitiam temeritatemque Scriptorum falsi fictique esse possunt, cedere interdùm debere dignitati & auctoritati paucorum antiquiorum. Utcumque se res habeat, cùm constet Lactantium in extremâ senectute præceptorem Crispi fuisse, necesse est illum circa ea tempora mortuum, quibus Constantinus vicennalia sui imperii celebravit. Acciderit ne

Digitized by Google

illius mors Augustæ Trevirorum, an alibi, exploratum non est. Ego hùc valdè inclino, ut cum Bucherio sentiam, eum in civitate illâ & extinctum, & sepultum esse, cùm id extrema illius senectus, quam illum egisse in Galliâ docet Hieronymus, facilè persuadeat.

www.libtool.com.cn

Ad pag. 180. LUCII CÆCILII] In veteri codice ita simpliciter conceptus est titulus istius operis: * *Lucii Cæcilii. Incipit liber ad Donatum confessorem, de mortibus persecutorum.* Quòd autem is sit Lactantius, cujus extant libri septem divinarum Institutionum, & alia quædam opuscula, tanta ac tam manifesta sunt argumenta, ut res extra omnem controversiam posita esse videatur. Nam & stylus omninò Lactantianus est, ut facilè periti rerum istarum æstimatores agnoscent; & versus interdùm Virgilianos huic operi interserit Auctor, ut solet Lactantius; denique pleraque, quæ illic leguntur, eadem ferè ad verbum in aliis ejusdem libris leguntur, ut suis infrà locis adnotabimus. Adde auctoritatem sancti Hieronymi, qui in catalogo virorum illustrium recensens opera Lactantii, inter ea commemorat librum de persecutione, nimirùm hunc nostrum. Neque movere quemquam debet, quòd in Lactantii editionibus, quæ manibus eruditorum feruntur, non Cæcilius, sed Cæcilius appellatur, tanquàm hinc colligi posse videatur, Lucium Cæcilium libri istius auctorem diversum esse à Lactantio. Nam licèt verum sit, eum semper vocari Cælium in editionibus, quæ prænomen ejus habent, ut sunt omnes posteriores, in Romanâ tamen anni MCCCCLXX, quam curavit Joannes Andreas Episcopus Alerienſis, vocatur simpliciter Lactantius Firmianus absque ullo prænomine; & in codice 1975. bibliothecæ Colbertinæ, in quo continentur vulgatæ Lactantii lucubrationes, disertè in titulo vocatur Lucius Cæcilius Firmianus Lactantius; in codice verò 3736. Bibliothecæ regiæ, Cæcilius Firmianus. Imò cùm videam eum appellari tantùm Firmianum in codicibus 3737. 3738. 3740. Bibliothecæ regiæ, & in codicibus 3573. 4095. & 4495. Colbertinæ, tum etiam in optimo & vetustissimo exemplari manuscripto Academiæ Oxonienſis, facilè adducor ut credam, pleraque vetera lucubrationum ejus exemplaria neque Cælii prænomen habere, neque Cæcilii, ac nihilominùs verum ejus nomen esse Cæcilium, cùm ita constanter vocetur in titulo istius historiæ in codice 3736. Bibliothecæ regiæ, & in codice 1975. Colbertinæ, ut monuimus. Quanquàm, fatendum enim est, L. Cælius Firmianus semper scribitur in codice regio 3735. quem diximus esse vetustissimum & optimum. Cur autem in titulo libri de mortibus persecutorum, & in codice illo regio prætermissum sit verum nomen Lactantii, quod est ultimum ex quatuor quæ illi tribuuntur, id (ut in simili causâ Sirmundus adnotavit ad Sidonium) librarii oscitantiâ eveniſſe credendum est: qui cùm omnia Scriptoris istius nomina brevitatis studio adscribere nollet, pro ultimo, quod proprium erat, id potiùs imperitè delegit, quod primo loco occurrebat.

* Vel potiùs *Lycii.*

Eâdem paginâ. AD DONATUM] Illustrem horum temporum Confessorem, qui novies tormenta pertulit pro nomine Christi, sex annorum spatio tentus in carcere, undè emissus est extremis Galerii Maximiani temporibus, ut legitur infrà, cap. XVI. & XXXV. istius operis. Eidem librum de Irâ Dei nuncupavit Lactantius, scriptum post datam divinitùs pacem.

Eâdem pag. DE MORTIB. PERSEC.] Apud Hieronymum legitur simpliciter, Lactantium scripsisse *de persecutione librum unum.* Sed nos retinuimus lectionem veteris exemplaris, quoniam manifestum est, consilium institutumque Auctoris fuisse, ut miserabiles exitus eorum describeret, qui persecutionem adversùs Christianos excitaverant. Mortes autem dixit, quomodò Cicero libro secundo de Finibus: *Præclara mortes sunt imperatoria.* Item in fine libri primi Tusculanarum Quæstionum: *Clara verò mors pro patriâ oppetita, non solùm gloriosa rhetoribus, sed etiam beata videri solent.* Tacitus, lib. XI. annalium: *Multasque mortes jussu Messalinæ patratas.* Et lib. XIV. *Sequuntur virorum illustrium mortes.* Idem, lib. III. histor. *Variâ pereuntium formâ, & omni imagine mortium.* Item lib. I. *Laudatis antiquorum mortibus pares exitus.* Et Statius in libro nono Thebaïdos: *Desertasque tulit sine funere mortes.* Et paulò post: *Nil opus arma ultrà tentare, & perdere mortes.* Sanctus Augustinus, epist. LXVIII. *Insuper etiam, si quas mortes sibi ultrò ingerunt, nobis volunt esse invidiosas,* Idem, lib. I. contra Gaudentium, cap. VI. *Hæc est innocentia partis Donati, ut hoc faciatis, adjunctis mortibus vestris, quod etiam apud Carthaginem in invidiam nostram de basilicis, quæ vestra fuerunt, sicut potuistis, & cum quibus potuistis, feciſſe asseveramini sine mortibus vestris.*

CAPUT PRIMUM.

Pag. 181. *lin.* 2. EXCITAVIT DEUS PRINCIPES]

Digitized by Google

CIPES] Ut Conſtantinum & Licinium, qui tum cùm hæc ſcribebat Lactantius, pacem Eccleſiæ dederant, nondùm commotâ à Licinio perſecutione adverſùm noſtros.

Lin. 8. QUI ILLUCTATI, vel QUI ADVERSATI] In veteri libro legitur *illuſtrati*, quod nos mutavimus, quia emendatio certa erat.

Lin. 9. TEMPL. SANC. EVERT.] In primâ editione ſcripſi ex capite XIII. iſtius libri, & ex libro V. Divinarum Inſtitutionum, cap. XI. patere heic agi de templo Nicomediæ everſo à Diocletiano & Maximiano. Poſteà cùm viderem virum clariſſimum & eruditiſſimum Gisbertum Cuperum aliam loci iſtius interpretationem adduxiſſe, quæ veritati videatur eſſe conſentanea, illam lubenter amplexus ſum. Putat ergò intelligi iſtic debere in genere Chriſtianam religionem, cùm veteres, poſt Apoſtolum, corpus Chriſtianorum vocare ſoleant templum Dei, ut obſervamus ad caput ſecundum.

Lin. 10. NOCENTES ANIMAS PROFUDERUNT] Diocletianus nimirùm, Maximianus Herculius, Galerius Maximianus, & Maximinus Daza, quorum horrendæ mortes deſcribuntur in hoc libro.

Pag. 182. *lin.* 5. VIRTUTEM AC MAJEST.] Lactantius, lib. IV. Inſtitut. cap. XVI. *virtutem majeſtatemque Dei ſingularis interpretari.* Et lib. VI. cap. 9. *virtutem ac majeſtatem Dei ſingularis enarrat.*

CAPUT II.

Pag. 183. *lin.* 2. POST DIEM DECIMUM.] Hic in primis locus confirmat, librum iſtum verè eſſe Lactantii. Nam idem ipſe libro quarto Divinarum Inſtitut. cap. X. loquens de Judæis, ait: *Exindè Tetrarchas habuerunt ad Herodem, qui fuit ſub imperio Tiberii Cæſaris, cujus anno quinto decimo, id eſt, duobus Geminis Conſulibus, ante diem decimum Kalendarum Aprilium Judæi Chriſtum cruci affixerunt.* Sic enim legitur in omnibus antiquis Lactantii exemplaribus manuſcriptis, in editione Romanâ anni MCCCCLXX. in Venetâ anni MDXXI. & apud Paulum de Middelburgo in Paulinâ. Xyſtus tamen Betulejus contendit, in melioribus Lactantii editionibus legi, *ante diem ſeptimum Kalendarum*, Romanamque illam fugillat, quæ *ante decimum* habet. Sed tandem anno MDCL. Joſephus Iſæus veterem lectionem huic loco reſtituit, auctoritate plurimorum veterum exemplarium, quæ nunc confirmatur ex iſtâ quoque Lactantii lucubratione. Vide porrò doctiſſimi viri Michaëlis Thomaſii Notas ad locum illum ex Divinarum Inſtitutionum libro quarto.

POST DIEM DECIMUM] In libro quarto Inſtitutionum legitur *ante diem decimum.* Verùm hæc diſcrepantia nullam importat repugnantiam. Idem enim valet *poſt diem*, ac *ante diem*, ut monet Paulus in l. *Anniculus.* 132. Dig. de verbor. ſignificat. *Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur. Et conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat, Ante diem decimum Kalendarum, Poſt diem decimum Kalendarum.* Sed hic locus Pauli non caret difficultate. Nam Marcellus Francolinus in tractatu de tempore horarum canonicarum, cap. LXXIII. contendit heic per verba *poſt diem* non poſſe intelligi aliquem dierum, qui ſunt ante Kalendas, ſed decimum poſt Kalendas, id eſt, nonum menſis diem; idque confirmare nititur pluribus exemplis. Fruſtrà. Nam cùm Lactantius eandem rem duobus in locis referens, in uno quidem dixerit, *ante diem decimum*, in alio verò *poſt diem decimum;* manifeſtum eſt, horum verborum eundem debere ſenſum eſſe. Præterea Romani nunquàm à Kalendis denominaverunt dies, qui ſequuntur poſt Kalendas, ſed eos tantùm qui antecedunt, ut nemini paulò erudito eſt obſcurum.

Lin. 4. CONGREGAVIT DISCIPULOS] Lactantius lib. IV. Inſtitut. cap. XX. *Diſcipulis iterùm congregatis, ſcriptura ſancta litteras, id eſt, prophetarum arcana patefecit, quæ antequàm paterentur, perſpici nullo modo poterant.* Et cap. XV. *Sicut etiam voces Prophetarum, quæ cùm per annos mille quingentos, & eò amplius, lecta fuiſſent à populo Judæorum, nec tamen intellecta ſunt, niſi poſtquàm illas Chriſtus & verbo, & operibus interpretatus eſt.*

Lin. 7. ORDINAVIT.] Lactantius ibid. cap. XXI. *Ordinatâ verò diſcipulis ſuis evangelicâ ac nominis ſui prædicatione, circumfudit ſe repentè nubes, eumque in cœlum ſuſtulit.*

Pag. 184. *Lin.* 5. PER ANNOS XXV] Ait Lactantius Apoſtolos, & in his Matthiam & Paulum, qui poſt mortem Chriſti Domini reliquis adjuncti fuerant, evangelium per omnem terram prædicaviſſe per annos XXV. uſquè ad principium Neroniani imperii, & Petrum Romam profectum, cùm Nero illic imperaret. Et hanc quidem fuiſſe tum communem de Petri ad urbem Romam profectione opinionem, tamen etſi aliter poſt nonnullos veteres ſenſerit Euſebius, valdè probabile eſt, cùm Lactantius nullam de eâ re controverſiam moveat. Fortaſſis ergò ex his

viginti quinque annis, qui ad prædicationem omnium Apostolorum ex æquo pertinent, orta est opinio de viginti quinque annis, quos quidam veteres, & innumerabile recentiorum agmen sancto Petro Apostolo tribuunt in sede Romanâ. Sanè licèt fruſtrà ac ſupervacaneè à nonnullis negari putem adventum ejus ad urbem Romam, qui clariſſimis veterum teſtimoniis comprobatus eſt, de tempore tamen multùm ambigo, cùm videam tot tantaſque difficultates habere eorum ſententiam, qui illum Romam veniſſe volunt Claudio imperante, ut coacti ſint duplicaret profectionem ejus in urbem, & duplex item ejus cum Simone mago certamen comminiſci, primò quidem temporibus Claudii, dein principatu Neronis. Quæ res quàm abſurda ſit, cùm id à nullo veterum proditum ſit memoriæ litterarum, pervident iſtarum rerum periti. Nam quod à recentiore auctore ſine alicujus vetuſtioris auctoritate profertur, contemnitur, ut monuit illuſtriſſimus Cardinalis Baronius. Itaque ſi fas eſſet recedere à vulgari & in animis hominum inſitâ opinione, ei Lactantianam lubenter præferrem; id eſt, Petrum quidem Romæ prædicâſſe Evangelium facilè concederem, non ſub Tiberio Claudio, ut vulgò putant, ſed ſub Nerone Claudio. Quippè ſtabilitâ ſemel hâc veriſſimâ, ut puto, ſententiâ, conquieſcit ſtatim omnis diſputatio, abſque ullo incommodo auctoritatis Romani Pontificis. Neque enim longa annorum ſeries, quibus Petrus fuerit Epiſcopus Romæ, primatum illius Eccleſiæ ſtabilivit, ſed perſona Petri, qui Cathedram ſuam ibi collocavit, & eam ſuo ſanguine ſolidavit ac confirmavit.

Lin. 7. FUNDAMENTA MISERUNT] Id eſt, poſuerunt, ut ipſe Lactantius ſcripſit in loco paulò antè laudato: *Diſcipuli verò per provincias diſperſi, fundamenta Eccleſiæ ubique poſuerunt, facientes & ipſi in nomine magiſtri Dei magna & penè incredibilia miracula.* Agrariæ rei Scriptores *mittere* dicunt pro *ponere*, ut pluribus oſtendit vir clariſſimus Nicolaus Rigaltius in Gloſſis.

Lin. 9. CONVERTIT MUL. AD JUSTITIAM] Id eſt, ad cultum veri Dei, ut loquitur Lactantius, lib. VII. Inſtitut. cap. XVII. Idem, lib. V. cap. VII. *Reddita quidem terræ, ſed paucis aſſignata juſtitia eſt, quæ nihil aliud eſt, quàm Dei unici pia & religioſa cultura.* Quâ voce paſſim ad ſignificandam religionem Chriſti utitur Lactantius in hoc libro, & in reliquis lucubrationibus ſuis. Sulpitius Severus, lib. II. ſacræ hiſt. loquens de Romanis ad audiendum Paulum convenientibus: *Qui veritate intellectâ, virtutibuſque Apoſtolorum, quas tum crebrò ediderant, permoti, ad cultum Dei ſeſe conferebant.*

Pag. 185. *lin.* 1. TEMPLUM FIDEI AC STABILE] Eccleſiam nimirùm, *quæ eſt verum templum Dei, quod non in parietibus eſt, ſed in corde ac fide hominum qui credunt in eum, ac vocantur fideles*, ut ait Lactantius in libro quarto Inſtitutionum cap. XIV. Et in capite ſequenti Eccleſiam vocat æternum & immortale Dei templum: quod etiam repetit in capite ſecundo libri de Irâ Dei. Hinc infrà de Nerone in hoc ipſo libro: *Proſilivit ad excidendum cœleſte templum.* Et cap. XV. *Nam Conſtantinus, ne diſſentire à majorum præceptis videretur, conventicula, id eſt, parietes, qui reſtituti poterant, dirui paſſus eſt, verum autem Dei templum, quod eſt in hominibus, incolume ſervavit.* Hinc libro quarto Inſtitut. cap. X. ait, neceſſe fuiſſe *Dei filium deſcendere in terram, ut conſtitueret Dei templum doceretque juſtitiam*

Eâd. pag. & *lin.* STABILE COLLOCAVIT] Lactantius lib. VII. Inſtitut. cap. X. *Sibi domicilium ſtabile collocavit.*

Lin. 5. PRIMUS OMNIUM PERSECUTUS] Tertullianus in Apologetico cap. V. *Conſulite commentarios veſtros. Illic reperietis, primum Neronem in hanc ſectam tum maximè Romæ orientem Cæſariano gladio ferociſſe. Sed tali dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriamur.* Petilianus Epiſcopus Conſtantinienſis, ſive Cirtenſis, partis Donatiſtarum, apud Auguſtinum lib. II. contra litteras Petiliani cap. XCII. *Relinquam Neronem, qui primus perſecutus eſt Chriſtianos.* Sulpitius Severus lib. II. de Nerone loquens: *qui, non dicam Regum, ſed omnium hominum, & vel immanium beſtiarum ſordidiſſimus, dignus extitit qui perſecutionem in Chriſtianos primus inciperet.*

Lin. 9. NE SEPULT. Q. LOCUS] Contrà Suetonius docet, eum funeratum eſſe impenſâ ducentorum millium, & reliquias ejus Domitiorum monumento conditas, quod proſpiciebatur è campo Martio poſitum colle hortorum, & fuiſſe qui per longum tempus vernis æſtiviſque floribus tumulum ejus ornarent.

Pag. 186. *Lin.* 2. VIVUM RESERVATUM] Ea fuit quorundam veterum perſuaſio, Neronem non eſſe mortuum, ſed adhuc vivere, & venturum ante ſeculi finem, & vel ipſum fore Antichriſtum, vel temporibus iiſdem per Occidentem ſæviturum, quibus ille per Orientem, ut obſervavit Caſaubonus ad Sueto-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

alium. Quâ de re vide etiam Annales ecclesiasticos illustrissimi Cardinalis Baronii. Sed alia mens Lactantio fuit, qui eos qui ita sentiunt, delirare pronuntiat. Quare falsa prorsus est conjectura Josephi Isaï, qui in Notis ad librum septimum Divinarum Institutionum cap. XVI. suspicatur Lactantio eam sedisse sententiam, ut crediderit Regem illum potentissimum, qui in fine mundi princeps omnium constituetur, futurum Neronem; eoque nomine Lactantium arguit erroris.

Ibid. SIBYLLA DICENTE] Sic libros Sibyllinos laudare solet Lactantius, tametsi illos sciret non unius esse Sibyllæ, sed plurium. Ita ipse libro primo Divinar. Institut. cap. VI. *Et sunt singularum singuli libri: qui quia Sibyllæ nomine inscribuntur, unius esse creduntur. Sed & nos confusè Sibyllam dicemus, sicubi testimoniis earum fuerit abutendum.* Duo autem sunt loca in vulgatis Sibyllarum oraculis, ad quæ respexisse hoc loco reor Lactantium. Primus habetur in libro quinto:

Ἥξει Ἀ'ὸκ περάτων γαίης μιλιοχλόνος ἀνὴρ
Φυγὰς υἱὸς νέος, ἐξὺ σῆμα μιμνείζων,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν καθελὼν, καὶ πάντα κρατήσας.

Quæ sic Latinè versa sunt à Sebastiano Castalione:

Matris & occisor quidam de finibus orbis
Vir fugiens veniet, spirans immane, fremensque,
Omnes qui terras vastabit, & omnia vincet.

Secundus locus ita habet in libro octavo Sibyllinorum oraculorum:

——— Ἦ ῥα τοι γ' ἐπανίλθῃ
Ἐκ περάτων γαίης ὁ φυγὰς μιλιοχτόνος Ἀβδών,
Ταῦτ' ἄρα δὴ, πλοῦτον μέγαν Ἀσίδι δώσῃ.
——— *ut quandò redibit*
Extremo casor matris fugitivus ab orbe,
Omnibus has donans, Asiam locupletet abundè.

CAPUT III.

Pag. 186. *lin.* 1. ALTER NON MINOR] Id est, Domitianus, calvus Nero dictus à Juvenale, quem Tertullianus in Apologetico cap. V. vocat portionem Neronis de crudelitate; & Eusebius lib. III. hist. eccles. cap. XVII. Neronianæ impietatis & odii adversus Deum successorem. Tertullianus: *Tentaverat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate: sed quia & homo, facilè cœptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat.* Ita veteres editiones, & duo vetusti codices Bibliothecæ Colbertinæ. Posteriores editores maluerunt *qua*: quàm benè, viderint alii. Cæterùm quod hoc à Tertulliano dicitur de restitutis Christianis, quos Domitianus relegaverat, ita interpretatur Franciscus Zephyrus, ut intelligi velit Domitianum, quia non omnem exuerat humanitatem, neque dignos exilio aut aliâ mulctâ Christianos videret, repressisse impetum, & quos jam in insulam aliaque passim loca relegaverat, eundem ipsum restituisse. Istud verò ego olim falsum putavi, quia ex Dione & Clemente Alexandrino, tum etiam ex Lactantio constat, Christianos revocatos ex insulis non fuisse ante imperium Nervæ. Nunc verò existimo hanc repugnantiam sic posse conciliari, ut dicamus Domitianum quidem revocasse Christianos in insulas aliave exilia deportatos, sed illos indulgentiâ ejus potiri non potuisse ante imperium Nervæ, quia statim post illam datam Domitianus excessisse videtur è vivis. Hæc porrò conciliatio mea non est, sed Henrici Dodvvelli viri doctissimi.

Pag. 187. *lin.* 6. ERASA EST] Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XII. *Octobrem verò suo nomine Domitianus invaserat: sed uti infame sum vocabulum ex omni ære vel saxo placuit eradi.*

Ibid. MUL. MIR. OP. FABRICASSET] Suetonius in Domitiano: *Plurima & amplissima opera incendio absumta restituit, in queis & Capitolium, quod rursus arserat, sed omnia sub titulo tantùm suo, ac sine ullâ pristini auctoris memoriâ.*

Lin. 8. NEQ; IMAG. N. TITULOR.] Idipsum scribit Eusebius lib. III. cap. XX. Historiæ ecclesiasticæ. Suetonius: *Contrà Senatus adeò lætatus est, ut repleta certatim curia non temperaret, quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere lacceraret; scalas etiam inferri, clypeosque & imagines ejus coràm detrahi, & ibidem solo affigi juberet; novissimè eradendos ubique titulos abolendamque omnem memoriam decerneret.* Vide etiam Xiphilinum in Nervâ, & Procopii Cæsariensis Historiam arcanam pag. 37. editionis Lugdunensis.

Lin. 11. ECCLESIA RESTITUTA] Narrat Dio apud Xiphilinum, Nervam omnes qui impietatis in deos rei fuerant, absolvisse, exules in patriam reduxisse, edicto insuper vetuisse, ne cui liceret aut impietatis, sive Judaïcæ sectæ (sic tum vocabant religionem Christi) quempiam dehinc insimulari. Eâ porrò occasione Joannes Apostolus, qui in Patmon insulam à Domitiano fuerat relegatus, exilio solutus, Ephesum reversus est, ut ex Clemente Alexandrino recitat Eusebius lib. III. cap. XXIII.

Digitized by Google

Lin. 13. BONI PRINCIPES] Quamvis pagani. Lactantius in fine libri ſeptimi Divinarum Inſtitutionum ad Conſtantinum : *Quoniam unus ex omnibus extitiſti, qui præcipua virtutis & ſanctitatis exempla præberes, quibus antiquorum principum gloriam, quos tamen fama inter bonos numerat, non modò æquares, ſed etiam, quod eſt maximum, præterires. Illi quidem naturâ fortaſſe tantùm ſimiles juſtis fuerunt. Qui enim moderatorem univerſitatis Deum ignorat, ſimilitudinem juſtitiæ aſſequi poteſt, ipſam verò non poteſt.* De bonis principibus qui & libertatem credendi noſtris hominibus permiſerunt, & eorum miniſterio in palatio & in provinciis uſi ſunt, eoſque ad maximas dignitates evexerunt, videndus Euſebius in initio libri octavi Hiſt. eccleſ.

Pag. 188. *lin.* 2. NULLUS TERR. ANGULUS] Lactantius lib. IV. Inſtitut. cap. XXVI. *Nam quoniam is qui patibulo ſuſpenditur, & conſpicuus eſt omnibus, & cæteris altior, crux potiùs electa eſt, quæ ſignificaret illum tam conſpicuum tamque ſublimem futurum, ut ad eum cognoſcendum pariter & colendum cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent. Denique nulla gens tam inhumana eſt, nulla regio tam remota, cui aut paſſio ejus, aut ſublimitas majeſtatis ignota ſit.*

Lin. 3. NULLA DENIQUE NATIO] In veteri codice legitur, *nulla denique Dei natio.* Sed nos vocem *Dei*, quæ heic omninò ſuperflua erat, abjecimus. Et noſtram emendationem confirmat Lactantii locus mox relatus.

CAPUT IV.

Pag. 188. *lin.* 3. PRINCIPALE FASTIGIUM] Lactantius in epilogo libri ſeptimi ad Conſtantinum : *Te providentia ſummæ divinitatis ad faſtigium principale provexit.*

Lin. 4. ADVERSUM CARPOS] Conſtantinus in oratione ad ſanctorum cœtum cap. XXIV. Getas ſive Gothos vocat ; auctor Chronici Alexandrini Francos; Zoſimus libro primo hiſtoriarum Scythas, de quibus etiam interpretatur Cuſpinianus. Ac ſanè Conſtantinus in eâdem oratione ſcribit, Decium periiſſe in campis Scythicis. Res iſta ſic conciliari poteſt, ut quia Carporum Gothorumque eadem origo erat, & quia utrique propter Iſtrum fluvium ſedes habebant, ut Zoſimus docet, facilè eorum nomina permutarentur, & alius ad Gothos referret, quæ alibi de Carpis & Scythis leguntur. Quod de Francis quoque hominibus, qui ejuſdem cum Carpis Gothiſque origin's erant, intelligi velim.

Pag. 189. *lin.* 1. NEC SEPULTURA] Epitome Victoris : *In ſolo barbarico inter confuſas turbas gurgite paludis ſubmerſus eſt, ita ut nec cadaver ejus potuerit inveniri.* Rem multò aliter narrat auctor Chronici Alexandrini, qui ſcribit Decium ab uno aliquo principum mactatum unà cum filio fuiſſe in Abyrto. Euſebius in Chronico : *Decius cum filio in Abrito occiditur;* ubi vide Notas Joſephi Scaligeri.

CAPUT V.

Pag. 189. *lin.* 1. VALERIANUS] Mira ſunt, quæ de modeſtiâ ac manſuetudine reliquiſque ſummis Valeriani virtutibus tradit Trebellius Pollio : quæ confirmantur etiam ab Euſebio, qui lib. VII. Hiſt. eccleſ. cap. X. illum vel ex eo maximè commendat, quòd manſuetiſſimus ac benigniſſimus fuerit erga Chriſtianos ; additque nullum ſuperiorum principum, ne illos quidem ipſos qui palàm Chriſtiani fuiſſe dicuntur, tantâ humanitate ac benevolentiâ noſtros complexum eſſe, quantam Valerianus præ ſe ferebat initio principatûs ſui, totamque ejus familiam Chriſtianis hominibus abundaſſe, ita ut Dei Eccleſia eſſe videretur. Sed poſteà immensùm mutatus ab illo, crudeliſſimè ſæviit in Chriſtianos; ac mox ſecuta Dei manus, quæ illum graviter afflixit.

Lin. 9. INCLINARE SIBI ROMANUM] Acta ſancti Pontii martyris cap. XXIV. *Valerianus ſcilicet Imperator in captivitatem ductus à Sapore Rege Perſarum, non gladio, ſed ludibrio omnibus diebus vitæ ſuæ merita pro factis percepit, ita ut quotieſcunque Rex Sapor equum conſcendere vellet, non manibus ejus, ſed incurvato dorſo, & in cervice ejus pede poſito, equo membra locaret.* Non ſtratoris igitur officium exhibebat Sapori Valerianus : ſed planè vicem ſtapedis aut ſcalæ illi in equum aſcenſuro præſtabat, ut rectè ex hoc Actorum ſancti Pontii loco, quorum auctorem facit Eutropium, obſervavit Salmaſius ad Trebellium Pollionem pag. 176.

Pag. 190. *lin.* 5. FILIUM IMPERATOREM] Nimirùm Gallienum ; de quo narrat idem Pollio, quòd *compertâ patris captivitate gauderet*, tantùm abfuit ab eâ vindicandâ. Addit paulò poſt Trebellius : *Et cùm plerique patris ejus captivitatem mœrerent, ille ſpecie decoris, quòd pater ejus virtutis ſtudio deceptus videretur, ſupra modum lætatus eſt.*

Lin. 7. DIREPTA EST EI CUTIS] Id eſt, Valeriano. Confirmat hanc hiſtoriam Conſtantinus Imperator in oratione ad ſanctorum cœtum cap. XXIV. *Tu quoque, Valeriane, cùm eandem crudelitatem in famulos Dei declaraſſes, juſtum Dei judicium omnium oculis ſubje-*

www.libook.com.cn

Digitized by Google

ciſti, captus ab hoſtibus, & in vinculis circumductus cum chlamyde purpureâ & reliquo imperiali cultu, tandem verò à Sapore Perſarum Rege, detractâ tibi cute, condiri juſſus, ſempiternum calamitatis tuæ tropæum ſpectandum præbuiſti. Qui locus lucem accipit ex Lactantio. Vide porrò quæ illic adnotat vir clariſſimus Henricus Valeſius.

Lin. 9. AD MEMOR. TRIUMPHI] Hoc eſt illud tropæum, quod à Perſis tantopere jactatum ſcribit ad Saporem eorum Regem Conſtantinus apud Euſebium lib. IV. de vitâ ejus cap. XI.

CAPUT VI.

Pag. 190. *lin.* 1. VÆSANUS ET PRÆCEPS] Flavius Vopiſcus: *Aurelianus, quod negari non poteſt, ſeverus, truculentus, ſanguinarius fuit princeps.* Eutropius lib. IX. de eodem: *Vir in bello potens, animi tamen immodici, & ad crudelitatem propenſioris.*

Pag. 191. *lin.* 3. EXTINCTUS EST] Eleganter idem Conſtantinus in eodem capite XXIV. *Tu item, Aureliane, fax omnium vitiorum, quàm præſenti & perſpicuâ divini numinis vindictâ, dum furore percitus Thraciam percurreres, in medio via publica caſus, ſulcos aggeris publici impio ſanguine compleviſti.*

Lin. 4. COENOFRURIO] Inter Heracleam & Byzantium. Flavius Vopiſcus in D. Aureliano: *Sed quum iter faceret, apud Cœnophrurium manſionem, quæ eſt inter Heracliam & Byzantium, malitiâ Notarii ſui & manu Mucaporis interemptus eſt.* Vide Eutropium lib. IX.

Lin. 5. FALSA SUSPICIONE] Eam hiſtoriam multis enarrat idem Vopiſcus, quem conſule.

CAPUT VII.

Pag. 191. *lin.* 3. AVARITIA] Idem Vopiſcus in Numeriano: *Quum Diocletianus apud Tungros in Galliâ quâdam in cauponâ moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druyde quâdam muliere rationem convictûs ſui quotidiani faceret, ac illa diceret, Diocletiane, nimium avarus, nimium parcus es, joco non ſeriò Diocletianus reſpondiſſe fertur: Tunc ero largus, quum Imperator fuero.*

Ibid. TRES PARTICIPES REGNI] Maximianum, cognomento Herculium anno Chriſti CCLXXXV. Conſtantium cognomento Chlorum & Galerium Maximianum cognomento Armentarium anno CCXCIII. *Quatuor ſanè principes mundi*, inquit Vopiſcus in Carino, *fortes, ſapientes, benigni, & admodùm liberales, unum in republicâ ſentientes.* Sed hæc ſcribebantur de vivis principibus; & adulatio ſuberat, ut patet ex libro Juliani Imperatoris de Cæſaribus. In Chronico Alexandrino ſcriptum eſt, Diocletianum communicaſſe imperium cum Maximiano Herculio anno tertio imperii ſui, & Maximianum Jovium & Conſtantium in conſortium imperii adſcitos Nicomediæ XII. Kal. Jun. anno nono imperii Diocletiani, id eſt, anno Chriſti CCXCII. ut interpretatur Baronius, ſeu verius anno CCXCIII. Sed poſteà dicturi ſumus de initiis Maximiani Herculii & aliorum. Nunc ſatis erit admonere, graviter errare auctorem Chronici Alexandrini, quum tradit Maximianum Jovium & Conſtantium factos fuiſſe Cæſares XII. Kalendas Junias, quos ad principale faſtigium evectos eſſe Kalendis Martiis extra omnem eſt controverſiam.

Lin. 8. ENORMITATE INDICTIONUM] Id eſt, tributorum. Salvianus libro quinto pag. 105. ſecundæ & tertiæ editionis noſtræ: *Quibus enim aliis rebus Bacauda facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris, niſi improbitatibus judicum, niſi eorum proſcriptionibus & rapinis, qui exactionis publicæ nomen in quæſtûs proprii emolumenta verterunt, & indictiones tributarias prædas ſuas eſſe fecerunt?* Et pag. 107. *Decernuntur his novæ munera, decernuntur novæ indictiones.* Item pag. 108. extremâ: *Nam ſicut in onere novarum indictionum pauperes gravant, ita in novorum remediorum opitulatione ſuſtentant: ſicut tributis novis mineres maximè deprimuntur, ſic remediis novis maximè ſublevantur.*

Lin. 9. DESERERENTUR AGRI] Idem Salvianus pag. 103. *Jam verò illud quale, quàm familiare Romanis, quòd ſe invicem exactione proſcribunt.* Item pag. 104. *Inter hæc vaſtantur pauperes, vidua gemunt, orphani proculcantur, in tantùm ut multi eorum, & non obſcuris natalibus editi, & liberaliter inſtituti, ad hoſtes fugiant, ne perſecutionis publicæ adflictione moriantur,* & reliqua.

Pag. 192. *lin.* 1. RATIONALES] Id eſt, procuratores Principum, quorum cura erat, ut in provinciis bona caduca & vacantia fiſco vindicarent, quemadmodùm ad Ammianum Marcellinum & ad Euſebium obſervavit vir doctiſſimus Henricus Valeſius. Rectè autem hoc tempore mittebantur Rationales, quia multa bona vacabant ob deſertionem agrorum.

Lin. 5. AD EXHIBENDOS MILITES] Id eſt, ad præſtanda ſtipendia militibus. Nam in jure civili, exhibere ſignificat ſuppeditare alimenta & cætera ad vitam neceſſaria, ut in l. 1. Dig. *De off. Præf. urbi*, & l. 34. Dig. *De negotiis*

Digitized by Google

gestis. Sic etiam in jure canonico. Extat enim in libro tertio Extravagantium communium, in titulo *De censibus*, constitutio Benedicti XII. in quâ verbum *exhibere* sumitur pro *procurare*, ut hoc notat glossa, id est, alimenta ministrare. Immò in capite octavo Actorum legitur eodem sensu: *In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publii; qui nos suscipiens, triduò benignè exhibuit.*

Lin. 9. LEGEM PRET. RER. VENAL.] Appositè prorsùs ad hunc locum Ammianus Marcellinus lib. XXII. pag. 226. editionis Henrici Valesii, de Juliano Imperatore agens: *Inter præcipua tamen & seria illud agere superfluum videbatur, quòd nullâ probabili ratione susceptæ popularitatis amore vilitati studebat venalium rerum, quæ nonnunquàm secùs quàm convenit ordinata, inopiam gignere solet & famem.* Vilitatem vocabant antiqui, cùm res parvo pretio constabant, ut pluribus ostendit idem Valesius ad hunc Ammiani locum. Arnobius in libro primo adversùs Gentes: *Sæpenumerò maximos annona fuisse proventus, vilitates, atque abundantias rerum tantas, ut commercia stuperent universa, pretiorum auctaritate prostratâ.*

Lin. 11. LEX NECESSITATE IPSA] *Quoniam leges eâ intentione latæ sunt, ut proficiant, non ut noceant*, ut ad Avitum Viennensem Episcopum scribit Papa Symmachus. L. Valerius apud T. Livium lib. XXXIV. loquens de abrogatione legis Oppiæ: *Cui non apparet ob inopiam & miseriam civitatis, quia omnium privatorum pecunia in usum publicum vertenda erant, istam legem scriptam tamdiù mansuram, quamdiù causa scribendæ legis mansisset?*

Lin. 16. MAGNA PARS CIVITATIS] Nicomediæ, ubi habitabat Diocletianus, quam verò studebat urbi Romæ coæquare, ut statim dicet Lactantius. Sic Constantinus M. Constantinopolim Romæ desideravit æquare. Fragmentum de Constantio Chloro & Constantino M. editum ab Henrico Valesio post Ammianum Marcellinum pag. 475. *Constantinus autem ex Byzantio Constantinopolim nuncupavit ob insigne victoria; quam velut patriam cultu decoravit ingenti, & Romæ desideravit æquari.* Eutropius lib. X. loquens de Constantino: *Primus urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romæ æmulam faceret.*

Pag. 193. *lin.* 1. LICITUM CONSUETUDINE] Comœdia Queroli. *Non facilè intelligo perjurium joculare quid putas. Tamen transeamus quod, ut video, consuetudo jam fecit leve.* S. Ambrosius epist. LXVI. *Numquid ideò licet, quia non est prohibitum?*

CAPUT VIII.

Pag. 193. *lin.* 1. FRATER EJUS] Ista non sic accipienda sunt, quasi Maximianus Herculius fuerit naturâ frater Diocletiani, sed *frater imperii*, ut eleganter loquitur Severus Imperator ad Albinum scribens apud Julium Capitolinum, ex more videlicet Regum, qui se fratres solent vocare, uti pluribus ad Annam Comnenam pag. 274. ostendit vir eruditissimus Carolus Dufresnius. Nam planum est ex panegyrico quem Mamertinus Herculio dixit, non naturâ illum Diocletiani fratrem fuisse, sed electione, ut verbis utamur sancti Ambrosii ex epistolâ LXIII. *Diversum sanguinem*, inquit Mamertinus, *affectibus miscuistis. Non fortuita in vobis est germanitas, sed electa.* Illud ipsum confirmat etiam Eumenius in panegyrico primo ad Constantinum M. ubi post laudatam Diocletiani constantiam in retinendo vitæ privatæ usu, addit: *Hunc ergò illum, qui ab illo fuerat frater adscitus, puduit imitari.* Denique Diocletianus erat Dalmata, iste Pannonius. Adde quòd nullus historicus tradit, eos naturâ fratres fuisse. Eodem porrò more Galerius Maximianus, quia Cæsar cum Constantio factus fuerat, ejus frater vocatur à Trebellio Pollione in D. Claudio: *Quæ idcircò posui, ut sit omnibus clarum Constantium, divini generis virum, sanctissimum Cæsarem, & Augustæ ipsum familiæ esse, & Augustos multos de se daturum, salvis Diocletiano & Maximiano Augustis, & ejus fratre Galerio.* Immò qui eodem aut pari magistratu fungebantur in republicâ, fratres vocabantur, ut patet ex epistolâ CLX. sancti Augustini. Cæterùm in constituendis Maximiani Herculii initiis, variæ ac multùm inter se discrepantes sunt eruditorum virorum sententiæ, quas in libro XI. de doctrinâ temporum cap. XXXI. enumerat Dionysius Petavius. Ipse ea ponit in anno Christi CCLXXXV. quo Tribuniciæ potestatis perindè ut Imperii secundum annum Diocletianus iniit. Id autem colligit vir doctissimus ex eo, quòd incertus auctor panegyrici Maximiano & Constantino dicti affirmet, Maximianum vigilias & curas imperatorias viginti annis expertum esse, & vicesimo anno Imperatorem, octavò Consulem fuisse; tum etiam quia Aurelius Victor tradit, ei anno minùs potentiam fuisse quàm Diocletiano. Sanè anni imperii Maximiani hanc certam, ut mihi videtur, regulam habent, quòd vigesimus annus imperii debet concurrere eum octavo ejusdem Consulatu. Cùm ergo certum sit octavum Consulatum ejus incidisse in annum Christi CCCIV, & ex Fastis Idatianis sciamus, ini-

www.libnod.com.cn

Digitized by Google

cum imperii ejus fuisse Kalendas Apriles, consequens est illum à Diocletiano factum fuisse Imperatorem Kalendis Aprilibus anni CCLXXXV. cùm Diocletianus jam imperaret à mense Novembri proximè præterito. Nam & Eusebius in Chronico Maximianum dicit in consortium imperii adscitum anno secundo Diocletiani, non quidem in editione Scaligeri, sed in tribus antiquis exemplaribus manuscriptis bibliothecæ Colbertinæ, quorum unum est antiquissimum & optimum, tum etiam in veteri illâ editione Venetâ, & in eâ quam Arnaldus Pontacus Episcopus Vasatensis emisit ad veterum exemplarium fidem castigatam. Quod tamen non ita intelligendum est, ut Maximianus dicatur adscitus in consortium imperii, cùm jam Diocletianus imperasset per annum integrum: sed anno secundo ex quo Diocletianus levatus fuerat, incipiendo à Kalendis Januariis, ut tum auspicari solebant annum. Ad quam etiam regulam revocanda sunt verba Aurelii Victoris dicentis, Maximiano anno minùs potentiam fuisse quàm Diocletiano, inchoato videlicet, non completo. Nam, ut dixi, certa illa est regula, vigesimum annum imperii Maximiani non posse disjungi ab octavo ejus Consulatu. Referenda sunt autem verba panegyrici. *Te rursùs vicesimo anno Imperatorem, octavò Consulem, ita amplexu quodam suo Roma voluit detinere, ut videretur augurari jam & timere quod factum est.* Quæ verba sic interpretari oportet, ut dicamus Maximianum Romæ remansisse post discessum Diocletiani, & illic Consulem processisse Kalendis Januariis anni CCCIV. imperii sui XIX. exeunte; vigesimum inchoasse Kalendis Aprilibus, quæ in Consulatum ejus octavum inciderunt; deindè Roma digressum eo anno quo Consul octavùm erat, excitasse querelas & suspiciones civium Romanorum, quasi jam augurarentur & timerent quod factum est, id est, depositionem imperii, quæ anno sequenti post Consulatum ejus octavum evenit, cùm ipse misset vigesimum primum imperii sui annum. Itaque Diocletianus imperium habuit mensibus tantùm quatuor & duodecim diebus plus quàm Maximianus. Imperavit autem per annos viginti, menses quinque, dies duodecim, Maximianus verò per annos viginti & mensem unum integrum. Heic rursùm sese offert alia difficultas, utrùm scilicet Maximianus à Diocletiano factus sit primùm Cæsar, & anno sequenti Augustus, an verò statim Augustus dictus & frater, omisso nomine Cæsaris. Controversiam hanc quidam moverunt argumento sumpto ex libro XXVII. Ammiani Marcellini cap. VI. ubi cùm dixisset, Gratianum puerum à patre Valentiniano factum esse consortem imperii, quod anno Christi CCCLXVII. contigit, addit id factum esse contra morem institutum antiquitùs, quia Gratianum non priùs Cæsarem fecerat Valentinianus, sed statim Augustum nuncupaverat. Ex quo collegerunt viri eruditissimi Maximianum, qui multò ante Valentiniani tempora evectus est ad dignitatem imperatoriam, primò Cæsarem factum à Diocletiano, præsertim quia sic eum videbant vocari ab Eutropio lib. IX. ubi agit de Bagaudis in Galliâ domitis. Addit deindè Eutropius, Diocletianum uno eodemque tempore Maximianum Herculium ex Cæsare fecisse Augustum, Constantium & Galerium Maximianum Cæsares. Sed vir doctissimus Henricus de Noris in dissertatione de numismate Diocletiani & Maximiani cap. II. vel ex eo capite contendit errasse Eutropium, quòd inauguratio Maximiani Augusti pleno quinquennio antecesserit designationem Cæsarum. Intellexit vir itidem istarum rerum peritissimus Antonius Pagius vim pondusque istius argumenti; & ut illud infringat, ait Eutropium gesta diversis annis brevi, ut assolet, summâ describere. Sanè responsio illa esset optima, si Eutropius isthic non observasset ordinem temporum. Sed cùm dicat Maximianum factum Augustum, postquàm Carausius Britannias occupaverat, Quinquegentiani Africam infestaverant, Narseus Orienti bellum intulerat, & Achilleus in Ægypto rebellârat, quæ contigisse per annos tertium, quartum, & quintum imperii Diocletiani docet Chronicon Eusebii, planum est designati tempus, quo Constantius & Galerius Maximianus facti sunt Cæsares. Et sic rectè à viro clarissimo observatum est, Eutropium errasse in hoc loco. Undè nos certò colligimus, locum illum nullius momenti esse ad adstruendam eorum opinionem, qui putant Herculium primò Cæsarem, deindè Augustum fuisse factum à Diocletiano. Augustum enim statim dictum esse probant plures leges latæ sub Consulatu Diocletiani & Aristobuli, quæ in titulo præferunt nomen Diocletiani & Aristobuli Augustorum; inter quas una est data Nonis Augusti. Cùm autem anno illo Maximianus in consortium imperii adscitus sit à Diocletiano, quo leges publicæ nomen ejus præferunt ut Augusti, non ut Cæsaris, videtur ambigi non posse de hâc illius dignitate. Neque verò accusandi negligentiæ aut erroris in hoc loco sunt, qui Codicem Justiniani, in

www.libool.com.cn

Digitized by Google

quo leges illæ referuntur, collegere : sed potiùs laudanda eorum diligentia, qui rectè ista distinxerunt. Nam, exempli causâ, legem à Diocletiano latam Carino II. & Numeriano Consulibus, qui fuere Consules anno quo Diocletianus levatus est Imperator, unius Diocletiani nomine inscripserunt : eam verò quæ Diocletiano V. & Maximiano IV. Coss. lata est, cùm Constantius & Maximianus Cæsares essent, ita : *Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & Constantius & Maximianus nobilissimi Cæsares.* Eodem modo legem aliam à Constantio & Galerio Maximiano latam post abdicationem superiorum Augustorum, non illorum solùm nominibus inscribunt qui tulerant, sed Severi etiam & Maximiani sive Maximini nobilissimorum Cæsarum, qui eodem tempore ad fastigium illud evecti sunt, quo Constantius & Galerius Maximianus supremum gradum consecuti. Itaque leges illæ, quæ à Diocletiano & Maximiano Augustis datæ reperiuntur sub Consulatu Diocletiani & Aristobuli, cùm multæ sint, ostendunt Maximianum Herculium fuisse factum Augustum anno illo, quo eum Diocletianus fecit participem suæ dignitatis ac potestatis.

Lin. 3. IN UTROQUE MENS UNA] Id est, Diocletiano & Maximiano, quos notant antiqui pari in societate potentiæ fuisse concordes, & Maximianum Diocletiano in omnibus semper obsecundasse. Mamertinus in panegyrico quem dixit Maximiano : *Vestra hæc concordia facit, invictissimi principes, ut vobis in tantâ æqualitate successuum etiam fortuna respondeat. Rempublicam enim unâ mente regitis ; neque vobis tanta locorum diversitas est, quò minùs etiam veluti junctis dexteris gubernetis.* Idem in Genethliaco : *Intelligimus enim, sacratissimi principes, geminum vobis, quamvis disparis sitis ætatibus, inesse consensum ; neque tibi ille cunctatior, sed invicem vosmet imitamini, invicem vestros affectatis annos. Sic vos estis juniores, ambo seniores. Neuter plus suis moribus favet. Uterque se vult esse quod frater est.* Flavius Vopiscus in Carino, loquens de Diocletiano & Maximiano, Galerio Maximiano & Constantio : *Quatuor sanè principes mundi, fortes, sapientes, benigni, & admodùm liberales, unum in republicâ sentientes.* Aliter tamen sensisse video Julianum Imperatorem, qui in libro de Cæsaribus ait, Deos quidem admiratos esse illorum concordiam : sed unum eorum acerbè & intemperanter se gerentem, rerum novarum cupidum, & perfidiæ plenum, neque in omnibus tetrachordo concordem, à Sileno admissum non fuisse in convivium Imperatorum. Quo loco designari Maximianum Herculium satis apparet.

Lin. 4. AVARITIA MINORI ALTERO] Hæc sanè corrupta ac depravata sunt. Quippe heic dicere videtur Lactantius, Herculium avariorem Diocletiano fuisse, quem tamen paulò post scribit, non admodùm diligentem fuisse in conservandis opibus, quas ei Africa & Hispania, opulentissimæ provinciæ, subministrabant. Et infrà cap. XXIX. de eodem loquens, ait : *Thesauros invadit, donat ut solet largè.* Undè colligi potest, quanta fides habenda sit Actis sancti Mauritii & sociorum ejus ab Eucherio conscriptis, ubi Herculius describitur *ferus animo, avaritiâ crudelis.* Tentaverunt viri clarissimi emendationem hujus loci, Sparkius nimirùm & Columbus. Et Columbus quidem ita legendum censet : *Hoc solùm differebant, quòd avaritia majori altero fuit plus, sed & plus timiditatis, minori verò minùs, plus verò animi, non ad benè faciendum, sed ad malè.* Sparkius autem : *Hoc solùm differebant, quòd avaritia minori altero fuit plus, (Majori verò minùs, sed plus timiditatis) plus verò animi, non ad benè faciendum, sed ad malè.* Idem refert virum eruditissimum Episcopum Asaphensem existimare ita legendum esse : *quòd avaritia minori altero fuit plus, sed plus timiditatis, majori verò minùs, sed plus animi.* Harum emendationum neutra mihi satis probatur. Si tamen ulla earum admittenda esset, præferenda mihi videretur ea quam Sparkii esse diximus ; sic tamen, ut ita simpliciter legamus uti nos edidimus, nisi quòd reponendum *avaritia* pro *avaritiâ*. Quo casu ita intelligendus esset hic locus. Diocletianus quidem fuit avarus adeò, ut insatiabili avaritiâ thesauros nunquàm minui vellet : sed semper extraordinarias opes ac largitiones congereret, ut ea quæ recondebat, integra atque inviolata servaret. Maximianus avarus quoque erat, sed non tam diligens in custodiendis opibus ; ideòque avarior Diocletiano dici potest, quia cùm opes profunderet, novos quotidiè modos novasque artes exigendarum coacervandarumque pecuniarum invenire cogebatur, ob quam fortassis causam eum avaritiâ crudelem vocant Acta illa sancti Mauritii ab Eucherio conscripta. Timiditatem quoque isthic uni Imperatorum attributam in Diocletianum cadere debere perspicuum est. Huc usque omnia rectè convenire posse puto. Posteà desunt, ut existimo, nonnulla ad perficiendam comparationem.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

parationem. Quæ enim deinceps sequuntur, ea profectò non pertinent ad Diocletianum, sed ad Maximianum.

Lin. 9. LOCUPLETES SENATORES] Exemplo videlicet D. Aureliani, de quo hæc scribit Vopiscus in vitâ ejus. *Dicitur præterea hujus fuisse crudelitatis, ut plerisque Senatoribus simulatam ingereret factionem conjurationis ac tyrannidis, quò facilius eos posset occidere.*

Lin. 10. EFFODERENTUR LUMINA] Lactantius lib. VII. Institut. cap. XXVI. de Româ: *Precandusque nobis & adorandus est Deus cœli, si tamen statuta ejus & placita differri possunt, ne citius quàm putemus tyrannus ille abominandus veniat, qui tantum facinus moliatur, ac lumen illud effodiat, cujus interitu mundus ipse lapsurus est.* De eodem Senatu Romano agens Mamertinus in genethliaco Maximiani, sic scribit: *Ipsa etiam gentium domina Roma, immodico propinquitatis vestræ elata gaudio, lumina senatûs sui misit.*

Pag. 194. *lin.* 5. CONSTANTIUM] Cognomento Chlorum, Constantini M. patrem, principem optimum & benignissimum, uti jure meritòque vocatur in veteri inscriptione Nicomediensi nondùm editâ, quam in eâ urbe ante hos annos ex veteri lapide in areâ Moscheæ novæ reperto descripsit vir clarissimus Joannes Vaillant Antiquarius regius, & mecum humanissimè communicavit. Sic autem habet:

OPTIMO. BENIGNISSIMOQ.
PRINCIPI. FLAVIO. VALERIO.
CONSTANTIO. NOB. CAESARI.
GERMANICO. MAX. CONS. COLONIA.
NICOMEDIENSIUM. D. N. M. Q. EJUS.

Posita est hæc inscriptio post victoriam, quam Constantius reportavit de Germanis sive Alamannis, post quam vocatus est Germanicus, anno Christi CCXCIV. cùm ipse & Galerius Maximianus essent Consules. De hâc victoriâ sic loquitur Eutropius lib. IX. *Per idem tempus à Constantio Cæsare in Galliâ pugnatum est circa Lingones. Die unâ adversam & secundam fortunam expertus est. Nam cùm repentè barbaris ingruentibus intra civitatem esset coactus tam præcipiti necessitate, ut clausis portis, in murum funibus tolleretur, vix quinque horis mediis adventante exercitu, sexaginta fere millia Alamannorum cecidit.* Quòd si quis titulum Germanici additum Constantio velit post devictos Francos, potest & ea quoque sententia bona esse.

CAPUT IX.

Pag. 194. *lin.* 1. MAXIMIANUS] Cui prænomen Galerio fuit, cognomen Armentario. Gener fuit Diocletiani, quia Valeriam filiam ejus habuit uxorem, mulierem castissimam & infelicissimam. Sed de eâ posteà pluribus agemus.

Lin. 3. HUIC BESTIÆ] Sic persecutores Christianorum nominare solet Lactantius. Cujus appellationis hanc reddit rationem in libro quinto Divinarum Institutionum cap. XI. *Nam quis Caucasus, qua India, qua Hircania tam immanes, tam sanguinarias unquàm bestias aluit? Quoniam ferarum omnium rabies usque ad ventris satietatem furit, fameque sedatâ, protinùs conquiescit. Illa est verè bestia, cujus unâ jussione funditur ater ubique cruor, crudelis ubique luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago. Nemo hujus tantæ belluæ immanitatem potest pro merito describere, quæ uno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis sævit, & non tantùm artus hominum dissipat, sed & ossa ipsa comminuit, & in cineres furit, ne quis extet sepultura locus.* Hunc locum beneficio indicinæ nostræ repertum intellexit vir illustris Ezechiel Spanheimius in annotationibus ad Cæsares Juliani Imper. pag. 52. ubi describens Lactantii verba quæ isthic illustrantur, addit eum alicubi rationem reddere, cur Imperatores illos bestias appellet. Non absurda autem conjectura fuerit, si quis hæc quoque dicta suspicetur adversùs Galerium Maximianum, hominem crudelissimum, quem & Lactantius & cæteri vocant auctorem persecutionis adversùm Christianos excitatæ, ut observabimus infrà. Eâdem ratione Sulpitius Severus in libro secundo sacræ Historiæ Neronem vocat immanium bestiarum sordidissimum; & Victor lib. V. de persecutione Vandalicâ Hunericum Regem bestiam quoque vocat.

Lin. 4. MATER EJUS] Romula, de quâ paulò post.

Lin. 5. DACIAM NOVAM] Id est, Daciam Aureliani, nimirùm eam Mœsiæ partem, in quam Aurelianus populos transtulerat, quos ex Daciâ Trajani abduxerat. Ea amissa fuerat sub Gallieno: sed ab Aureliano revocata ad Romanam ditionem, ac posteà rursùm ab eo intermissa, quia desperabat posse retineri, abductique ex eâ Romani in mediâ Mœsiâ collocati sunt, ut in libro nono tradit Eutropius. Flavius Vopiscus in D. Aureliano: *Cùm vastatum Illyricum ac Mœsiam deperditam videret, provinciam trans Danubium Daciam à Trajano constitutam sublato exercitu*

& provincialibus reliquit, desperans eam posse retineri; abductosque ex eâ populos in Mœsiam collocavit, appellavitque suam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit. Tum ergò haud dubiè Romula mater Galerii, quæ erat Transdanubiana, confugerat in Daciam novam.

www.libtool.com.cn

Ibid. TRAJECTO AMNE] Id est, Danubio, ubi constitutus erat limes duarum Daciarum illius temporis.

Lin. 6. CARO INGENS] Consentanea Lactantio narrat Eusebius lib. VIII. Hist. eccles. cap. XVI. & libro primo de vitâ Constantini cap. LVII. nimirùm Galerio Maximiano totam corporis molem ob nimiam alimenti copiam in immensam quandam pinguedinem excrevisse, etiam ante morbum quo periit.

Pag. 195. lin. 8. PER ARMENIAM] Majorem, ut docet Sextus Rufus. Duæ itaque fuere Armeniæ, Euphrate fluvio invicem disterminatæ. Minor Cappadociæ juncta erat, major Persarum regno contigua. Itaque cùm bellum in Armeniâ majore parabatur, procul erant exercitus à Nicomediâ, adeòque Diocletianus tutus erat adversùs timorem de Persis. Narrat ergò Sextus Rufus Maximianum Cæsarem, cùm primâ congressione pulsus fuisset à Persis, à Diocletiano vix *impetrasse, ut reparato de limitaneis Daciæ exercitu eventum Martis repeteret. In Armeniâ majore ipse Imperator cum duobus equitibus exploravit hostes, & cum viginti quinque millibus superveniens castris hostilibus, subitò innumeram Persarum agmina adgressus ad internecionem cecidit. Rex Persarum Narseus effugit. Uxor ejus & filiæ captæ sunt, & cum maximâ pudicitiâ custodiâ reservatæ. Pro quâ admiratione Persæ non modò armis, sed etiam moribus, Romanos superiores esse confessi sunt: Mesopotamiam cum Transtigritanis quinque regionibus reddiderunt.* Insignis est hic locus, & qui merebatur à nobis describi.

Lin. 11. FUGATO NARSEO] Ista contigisse anno Christi CCXCVII. pluribus probat Henricus Valesius in Notis ad Eusebium pag. 270. quem consule. Quanquàm, fatendum enim est, victoriam Galerii de Persis contigisse anno XVII. Imperii Diocletiani diserte scriptum est in optimo illo & antiquissimo Chronico Eusebiano Bibliothecæ Colbertinæ: in veteri verò editione Venetâ revocatur ad annum XIV. Triumphus autem de Narseo victo actus est Romæ tempore vicennalium anno CCCIII. ut ostendemus infrà ad caput XVII.

Lin. 14. DETRECTARET CÆSARIS NOMEN] Non fuit ille solus, qui imperium habere quàm expectare mallet. Julianus Cæsar eum secutus est; qui Cæsaris nomine non contentus, Augustum se appellari & voluit, & passus est. Quod ubi ad Constantium Imperatorem perlatum est, ille Leonam Quæstorem suum, ut in libro XX. tradit Ammianus Marcellinus, in Gallias cum litteris datis ad Julianum pergere celeri statuit gradu, eum, si saluti suæ proximorumque consuleret, tumenti flatu depositò, intra Cæsaris se potestatem continere præcipiens. Sed Julianus restitit, sub nomine cessi se imperii multò officiosiùs pariturum asseverans, ut legitur in Epitome Victoris.

Lin. 21. DIOCLES ANTE IMPERIUM] Infrà cap. XIX. *Hunc purpuram Diocletianus injecit suam, quâ se exuit, & Diocles iterùm factus est.* Epitome Victoris: *Diocletianus Dalmata, Anulini senatoris libertinus, matre pariter atque oppido nomine Doclea, quorum vocabulis, donec imperium sumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani potentiam cepit, Græcum nomen in Romanum morem convertit.* Vide Valesium in Notis ad Eusebium pag. 165. Emendandus ergò Flavius Vopiscus in loco à nobis suprà relato ex vitâ Numeriani: ubi legendum, *Diocles nimium avarus*, pro eo quod ibi legitur, *Diocletiane.*

Lin. 23. SUMMA FELICITATE REGNAVIT] Vide quæ adnotamus infrà ad caput XVII.

CAPUT X.

Pag. 196. lin. 1. SCRUTATOR RER. FUTUR.] Aurelius Victor: *Namque imminentium scrutator, ubi fato intestinas clades &c.*

Lin. 3. QUIDAM MINISTRORUM] Et hic quoque locus apertè ostendit, librum istum esse Lactantii. Similia enim omninò ipse habet in libro quarto Institutionum cap. XXVII. *Nam cùm diis suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant, nec responsa potest consultus reddere vates. Et hæc sæpè causa præcipua justitiam persequendi malis Regibus fuit. Cùm enim quidam ministrorum nostrorum sacrificantibus Dominis assisterent, impositio frontibus signo deos illorum fugaverunt, ne possent in visceribus hostiarum futura depingere. Quod cùm intelligerent aruspices, instigantibus iisdem dæmonibus quibus profecrant, conquerentes prophanos homines sacris interesse, egerunt principes suos in furorem ut expugnarent Dei templum.* Quo loco, ut illud obiter admoneam, lapsus graviter est Josephus Isæus, putans hæc agi de templo Jovis, Apollinis, vel cujusvis alterius dæmonis expurgato, cùm tamen hic

Digitized by Google

locus intelligendus sit de Ecclesiâ, sive de corpore Christianorum, ut rectè ista explicat laudatus suprà Cuperus. Nam eo tempore quo principes acti sunt in furorem ut expugnarent Dei templum, Diocletianus non erat apud Nicomediam, sed in Oriente, ut docet Lactantius : qui quod in libro quarto dixit de expugnato Dei templo, explicat de perniciosis & injustis Diocletiani jussis, qui non eos tantùm qui sacris ministrabant, sed universos qui erant in palatio sacrificare jussit, & milites etiam cogi præcepit ad nefanda sacrificia. Itaque prima illa militum persecutio incidit in annum CCCII. Neque certè furore, sed pietate potiùs opus est ad expurgandum templum : ad expugnandum verò templum sive corpus Christianorum, quòd Deus, qui in templo Christianorum colebatur, sacra turbâssent quibus Imperatores operam dabant, furor animum addidit. Melius Thomasius, qui vocem *expugnarent* heic retinuit, aliam rejecit : quoniam si legeremus *expurgarent*, per Dei templum esset intelligendus Apollinis vel alterius hujusmodi, quod Lactantius non templum Dei, sed dæmonis profanum domicilium nominâsset. Sed idem tamen hujus loci sensum affecutus non est. Existimat enim heic per templum intelligi viros illos Christianos, qui sacrificiis intererant, qui martyrio affecti sint ob querelas dæmonum & eorum sacerdotum, cùm certum sit heic agi de Ecclesiâ in universum. Errandi itaque occasio fuit vox *expurgarent*, quam quædam editiones habent, pro *expugnarent*. Porrò legendum esse *expugnarent*, docent sex vetusti codices Bibliothecæ regiæ, totidem Colbertinæ, item alii duo vetusti codices Bononienses, quos & Thomasius & Isæus viderunt, ut testatum fecit Latinus Latinius in orâ sui Lactantii, quem mecum pro amicitiâ nostrâ communicavit clarissimus & eruditissimus conterraneus meus Antonius Faure, Doctor Theologus Parisiensis, & Præpositus Ecclesiæ Remensis. Quo etiam modo Petrus Ciaconius legendum esse monuit in margine Lactantii sui, quem mihi utendum dedit idem vir clarissimus. Atque ita sanè habent vetus illa editio Romana, Veneta anni MDXXI. & Basileensis Xysti Betuleji.

Lin. 4. IMMORTALE SIGNUM] Lactantius lib. IV. Institut. cap. XXVII. *quos signum immortale munierit tanquàm inexpugnabilis murus.* Alibi dixit *cœleste signum.*

Lin. 8. TAGIS] Puto hæc oratorio more dicta esse, quia Tages Thuscus fuit olim magnus aruspex & magister aruspicum. Arnobius libro secundo adversùs Gentes : *Antequàm Thages Thuscus oras contingeret luminis, quisquam hominum sciebat, aut esse noscendum condiscendumque curabat, an fulminum casus aut extorum aliquid significaretur in venis?* ubi vide observationes Gebharti Elmenhorstii. Hinc illud Ammiani Marcellini ex libro XVII. pag. 101. *In Tageticis libris legitur, Vejovis fulmine mox tangendos adeò hebetari, ut nec tonitrum, nec majores aliquos possint audire fragores.* Sic hunc locum emendavit Henricus Valesius, cùm anteà legeretur *Tagetis Thusci.* In veteri codice MS Bibliothecæ Colbertinæ scriptum est *Tagetinicis.*

Pag. 197. *lin.* 3. PRÆPOSITI] Nomen id dignitatis militaris, & quidem post Tribunos, qui tamen præerant cohorti perindè ac Tribuni, ut observat Henricus Valesius ad Ammianum Marcellinum. Lactantius cap. XLVI. istius historiæ : *Scribuntur hæc in libellis pluribus, & per Præpositos Tribunosque mittuntur.* Ex eorum numero fuit Dorotheus ille, cujus encomium enarrat Eusebius lib. VIII. Hist. eccles. cap. I. ut ex Actis martyrum Indis & Domnæ collegit idem Valesius.

Ibid. MILITES COGI] Rectè itaque adnotat Eusebius in eodem capite primo libri octavi, orsam primùm persecutionem fuisse ab iis qui militabant. Neque tum illa processit ulteriùs.

Lin. 6. BITHYNIAM] In veteri codice legitur *Bethaniam*, manifesto errore. Certum quippe est ea quæ deinceps narrantur, peracta esse apud Nicomediam Bithyniæ metropolim.

CAPUT XI.

Pag. 197. *lin.* 1. MATER EJUS] Galerii Maximiani, quam Romulam suprà vocavit.

Ibid. DEOR. MONTIUM CULTRIX] Commodianus lib. I. cap. XXI. *Montesos deos dicitis.* Sic enim legitur in vetustissimo codice MS. sancti Albini Andegavensis, ex quo instructiones Commodiani descripsit Jacobus Sirmondus, cùm in utrâque editione Rigaltii scriptum sit : *Montes & deos dicitis.* Malè. Nam vel ipse titulus, qui *Montesianis* inscriptus est, admonebat retinendam esse lectionem veteris exemplaris. Difficile est autem interpretari, qui fuerint dii montenses. Nam vetus Inscriptio Romana, in quâ istorum deorum mentio extat, eorum explicationem reddit difficiliorem. Habetur apud Gruterum pag. XXI.

Digitized by Google

ARAM. JOVI. FULGERATORIS. EX. PRECEPTO. DEORUM. MONTENSIUM. VAL. CRESCENTIO. PATER. DEOR. OMNIUM. ET. AUR. EXUPERANTIUS. SACERDOS. SILVANI. CUN. FRATRIBUS. ET SORORIBU. DEDICAVERUNT.

www.libtool.com.cn

Porrò alii fuere Montenſes, qui commemorantur à Prædeſtinato lib. I. cap. LXIX. & in Conſtitutione Honorii Aug. editâ in Appendice Codicis Theodoſiani titulo XII. quos ſanctus Auguſtinus in Epiſtolâ ad Quodvultdeum vocat Montenſes, ut & multi alii, quos recenſet vir clariſſimus Carolus Dufreſnius in verbo *Montenſes*. Hi fuere Donatiſtæ, ut ſatis notum eſt vel ex libro ſecundo Optati Milevitani.

Lin. 4. JEJUNIIS INSISTEBANT] Sic Maria ancilla Tertulli principalis, ut in Actis ejus legitur. *Natale itaque filii celebrante Tertullo, cùm impuris idolis vaniſque ſimulacris hoſtias immolaret, Maria incumbebat jejuniis.*

Lin. 6. INTER SE] Id eſt, inter Diocletianum Aug. & Maximianum Cæſarem: quod ſequentia docent.

Pag. 198. *lin.* 3. ILLOS LIBENTER MORI Sulpitius Severus in libro ſecundo Hiſt. eccleſ. de hâc ipſâ perſecutione loquens: *Quippe certatim tum gloriosa in certamina ruebatur.* Nihil vulgatius in actis martyrum, quàm voces illæ ultroneæ: *Chriſtianus ſum, Mori volo*, & cætera hujuſmodi. Hinc ſancta illa Chriſtianorum invidia ergà defunctos, quòd digni non fuiſſent eorum mortis eſſe participes, ut Valerii in Actis ſancti Pontii martyris. Hinc etiam quorumdam calidus zelus, ac pius, ut ita dixerim, furor ſeſe ultrò morti ac tormentis offerentium; adverſùs quos exarſit Menſurius Epiſcopus Carthaginenſis, ut teſtatur ſanctus Auguſtinus in Breviculo Collationum cum Donatiſtis lib. III. cap. XIII. ubi docet ſcriptam à Menſurio fuiſſe epiſtolam ad Secundum Epiſcopum Tigiſitanum, in quâ legebatur, *eos qui ſe offerrent perſecutionibus non comprehenſi, & ultrò dicerent ſe habere ſcripturas quas non traderent, à quibus hoc nemo quæſierat, diſpliciuiſſe Menſurio, & ab eis honorandis eum prohibuiſſe Chriſtianos.* Quò etiam ſpectat Canon LX. Eliberitanus. Elegans autem eſt & cumprimis memorabilis locus Pontii Diaconi in vitâ ſancti Cypriani, ubi loquens de fugâ ejus cùm ad martyrium quæreretur, ait: *Fuit verò formido illa, ſed juſta, formido qua Dominum timeret offendere, formido qua præceptis Dei mallet obſequi, quàm ſic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & fides divinis admonitionibus mancipata, credidit ſe, niſi Domino Lætebram tunc jubenti paruiſſet, etiam ipsâ paſſione peccare.* Hinc denique quorumdam preces ad martyres, orantium ut martyrii conſortes eſſe mererentur; ut Eulampiæ in Menologio Græcorum ad diem decimam Octobris in tomo ſecundo antiquæ lectionis Henrici Caniſii. Sufficiunt enim hæc exempla ex multis ac propè innumeris, quæ recitari facilè poſſent.

Lin. 8. ALIOR. CULPÆ ADSCRIBERET] Eutropius lib. IX. *Diocletianus moratus callidè fuit, ſagax prætereà, & admodùm ſubtilis ingenio, & qui ſeveritatem ſuam alienâ invidiâ vellet explere.* Eadem de illo narrat Suidas, ingenio fuiſſe dicens vario & callido, ſed ſingulari prudentiâ & acumine vitia naturæ ſæpè celaviſſe, res omnes aſperiores in alios conferendo.

Lin. 10. PROPRIO ADV. CHRISTIANOS ODIO] Lactantius lib. V. Inſtitut. cap. XI. de hâc ipſâ perſecutione loquens: *Alii ſuo proprio adversùs juſtos odio.*

Lin. 11. TOLLENDOS ESSE] Acta paſſionis ſancti Savini Epiſcopi & Martyris: *Pars major populi clamabant, dicentes: Chriſtiani tollantur, & voluptas conſtat.*

Lin. 13. TIMENTES.] Lactantius ibidem: *Alii præ nimiâ timiditate plus auſi ſunt, quàm jubebatur.*

Ibid. GRATIFICARI VOLENTES] Idem ibidem: *Nonnulli ut placerent, & hoc officio viam ſibi ad altiora munirent.*

Lin. 15. APOLLINEM MILESIUM] Hanc hiſtoriam narrat Euſebius in libro ſecundo de vitâ Conſtantini cap. I. ſed non explicat ad cujus Apollinis templum pertineat. Tradit Pauſanias in Arcadicis, Xerxem Darii filium Mileſiis ademiſſe æneum Apollinem qui in Branchidis fuerat, quem multis poſt annis Seleucus iiſdem remiſit. Branchidæ porrò locus erat in agro Mileſio ſupra Panormum portum, celebris Apollinis oraculo, quem Iones & Æoles olim conſulere ſolebant, ut ex libro primo Herodoti obſervat Henricus Valeſius ad Ammianum Marcellinum pag. 382. Lactantius lib. VII. Inſtitut. cap. XIII. *Polytes quidam conſuluit Apollinem Mileſium.* Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XVII. *Meandrius ſcribit, Mileſios Ἀπόλλωνα πρὸ ἀλέης pro ſalute ſuâ immolare.*

Lin. 16. UT. DIV. RELIG. INIMICUS] Nimirùm juſtos viros in terris degentes, id eſt, Chriſtianos, obſtare ſibi quò minùs vera prædiceret, atque idcircò falſa ex tripode

Digitized by Google

oracula reddi, ut docet Eusebius in libro secundo de vitâ Constantini. Quæ verba transscripsit & sua fecit auctor Actorum sancti Georgii martyris apud Surium.

www.libtool.com.cn

CAPUT XII.

Pag. 198. *lin.* 2. AD SEPT. KAL. MART.] Rectè. Hoc enim die signantur Terminalia in veteri Kalendario Romano, quod editum est tempore Constantini, & ab Herwarto & Bucherio factum publici juris. Sanctus Augustinus lib. VII. de Civitate Dei cap. VII. *Terminalia mense Februario celebrari dicunt, cùm fit sacrum purgatorium quod vocant februum.* Dies igitur primus istius persecutionis, quod notandum est, fuit VII. Kalendas Martias, ipso Terminalium die; quod probatur etiam ex capite XLVIII. ut illic observabitur.

Pag. 199. *lin.* 3. AGENTIB. CONS. SENIB. AMB.] Id est, Diocletiano & Maximiano Herculio, quos anno Christi CCCIII. Consules VIII. & VII. fuisse constat. Hæc porrò verba certò indicant tempus istius persecutionis, de quo tantâ contentione inter se digladiantur viri docti. Nam Onuphrius, Baronius, Petavius, ne singulos commemorem, contendunt eam cœpisse anno Christi trecentesimo secundo, Scaliger, Valesius, & alii multi, anno sequenti; quorum opinionem esse veram probat hic locus Lactantii. Nam præterea apparet ex capite XVII. ista contigisse paulò antè quàm Diocletianus Romam pergeret. Atqui certum est eum Romam profectum esse anno decimo nono Imperii sui exeunte, ibique triumphasse de Narseo Rege Persarum, ut rectè notat Josephus Scaliger ad Chronicon Eusebii. Præterea Lactantius infrà cap. XLVIII. historiam istius persecutionis colligens, cùm dixisset edictum Constantini & Licinii pro Christianis, quo pax data est Ecclesiæ, propositum fuisse Nicomediæ die Iduum Juniarum, Constantino & Licinio ter Consulibus, ait ab eversâ Ecclesiâ Nicomediensi usque ad restitutam fuisse annos decem, menses plus minùs quatuor. Atqui si à die septimo Kalendas Martias anni CCCIII. (quo diruta est Ecclesia Nicomediensis) usque ad diem Iduum Juniarum anni CCCXIII. colligas, invenies ab eversâ Ecclesiâ illâ usque ad restitutam fluxisse annos decem, menses tres, dies novemdecim. Denique persecutionem cœpisse anno CCCIII. hinc etiam probari potest, quòd Eusebius lib. VIII. cap. XVI. ait eam post octavum annum aliquantisper remittere cœpisse. Nam si tempora numeres à festis paschalibus anni CCCIII. usque ad mensem Aprilem anni CCCXI. quo Galerius Maximianus in extremis agens persecutionem quiescere jussit, facilè reperies annos octo integros effluxisse ab initio persecutionis, & initium noni fuisse. Itaque remittere cœpit post annum octavum, ut observavit Eusebius. Quare argumenta quæ Petavius in libro XI. de Doctrinâ temporum cap. XXXII. adducit ex Sulpitio Severo, ut probet persecutionem cœpisse anno CCCII. infirma esse constat, cùm eo fundamento nitantur, quòd ea desierit anno CCCXII. quam certum est nonnisi anno demum sequenti conquievisse.

Lin. 6. SIMULACRUM DEI QUÆRITUR] Nimirùm ut inter paganos, qui non putabant templa esse posse sine simulacris. Et tamen Plinius lib. II. cap. VII. dixerat: *Effigiem Dei formamque quærere, imbecillitatis humanæ reor.* Simulacris itaque carebant Ecclesiæ Christianorum, ut pluribus observat Desiderius Heraldus ad librum sextum Arnobii. Vide etiam Casaubonum in Notis ad Alexandrum Severum Ælii Lampridii.

Ibid. SCRIPTURÆ INCENDUNTUR] Narrat ista Eusebius lib. VIII. Hist. eccles. cap. II. ac plures alii quos supervacaneum esset commemorare. Res enim est notissima. Hinc natum contumeliosum traditoris vocabulum adversùs eos, qui metu pœnarum libros divinos tradiderant judicibus imperialibus. Quâ de re consulendi in primis Africani scriptores, præcipuè verò Donatista ille, qui descripsit Acta sanctorum martyrum Saturnini, Dativi, & sociorum. Neque interim omittenda gesta purgationis Cæciliani Episcopi Carthaginensis & Felicis Episcopi Aptungitani.

CAPUT XIII.

Pag. 199. *lin.* 1. POSTRIDIE] Id est, sexto Kalendas Martias. Hoc igitur die propositum est Nicomediæ edictum Diocletiani & Maximiani adversùm nostros, cœptâ jam persecutione. Verùm Eusebius lib. VIII. cap. II. scribit propositum fuisse mense Martio, appetente die festo dominicæ passionis; & auctor Chronici Alexandrini propositum ait die XXV. Martii, ipso die Paschæ. Ista verò sic conciliari posse mihi videntur, ut primò quidem edictum illud propositum fuerit Nicomediæ, velut in civitate regiâ, VI. Kalendas Martias, deindè missum ad cæteras imperii civitates, mense quidem Martio propositum in eo loco ubi tum Eusebius habitabat, in Palæstinâ mense Aprili, Alexandriæ vel alibi ipso die Paschæ.

Digitized by Google

Lin. 2. CARERENT OMNI HONORE] Ista sic expressit Ruffinus apud Eusebium lib. VIII. cap. 11. *Si quis inter nostros alicujus honoris prærogativâ muniretur, subductâ hâc maneret infamis.*

www.libtool.com.cn

Lin. 5. LIBERTATEM NON HABERENT] Hæc apertiùs explicantur ab Eusebio lib. VIII. cap. 11. secundùm interpretationem Ruffini. Reliqui enim interpretes sensum legis non satis feliciter assecuti sunt. Sic ergò habet Ruffinus. *Si quis servorum permansisset Christianus, libertatem consequi non posset.* Primùm enim pœnæ constitutæ sunt adversùs honoratos, tum adversùs plebem, postremò adversùs servos; quibus adempta omnis spes libertatis, si permansissent in professione religionis Christianæ. Ut constet falli virum alioqui eruditissimum Henricum Valesium, qui in Notis ad Eusebium pag. 164. ait hanc Ruffini interpretationem ferri non posse. Longiùs etiam aberravit Nicephorus Callistus, qui lib. VII. cap. III. ita intellexit hunc locum edicti, ut putaverit servis libertatem datam esse, qui Christianismum abjurarent. Attamen vir clarissimus Gisbertus Cuperus putat, Lactantium heic non respicere ad servorum libertatem, & Valesii sententiam ita probat, ut de eâ ne dubitandum quidem existimet. Verùm cùm Ruffinus fuerit utriusque linguæ peritus, tum proximus temporum quibus ista fuerant constituta, valdè probabile est illum scisse & vim verborum Eusebii, & quonam modo res gesta fuisset in eâ persecutione Diocletiani. Præterea melior fuisset conditio servorum quàm honoratorum, si nullæ adversùs eos pœnæ fuissent constitutæ. Verisimilior videretur opinio clarissimi Dodwelli locum istum interpretantis de libertis. Sed ne ego eam amplectar obstat semper auctoritas ejusdem Ruffini.

Ibid. QUOD EDICTUM QUIDAM] Ex silentio Lactantii, qui tum Nicomediæ erat, satis datur intelligi, ignotum fuisse nomen istius hominis, quia haud dubiè de plebe erat. Nam si fuisset vir illustris & secularium honorum prærogativâ conspicuus, ut eum describit Eusebius, qui ita vel fando audiverat, vel ex traditione majorum acceperat, ejus nomen neque ignorasset Lactantius, neque tacuisset, & ad Eusebium quoque perveniisset. Intererat quippe rei publicæ Christianæ, ut nomen illius viri cunctis Ecclesiis innotesceret, qui magnum illud facinus fuerat ausus. Quare suspecta mihi valdè sunt, quæ in vetustis quibusdam martyrologiis leguntur ad diem septimam mensis Septembris; ubi descriptis Ruffini verbis Eusebium interpretantis, hæc facta dicuntur à quodam beato Joanne. Nam cùm ex Lactantio & Eusebio certò colligatur, virum hunc statim productum, statim morti traditum fuisse, adeòque expirasse exeunte Februario, quomodò fieri potest, ut natalis ejus dies incidat in mensem Septembrem, tam procul ab initio persecutionis? Ac sanè licet illorum martyrologiorum auctoritas apud me vacillet, assentiri tamen non possum clarissimo viro Godefrido Henschenio, qui tomo tertio Februarii pag. 107. contendit hanc historiam intelligi debere de sancto Georgio martyre, quem passum ait Nicomediæ anno Christi CCCIII. die XXIII. mensis Aprilis, instante dominicæ & salutiferæ passionis solennitate. Præterquàm quòd enim certum est, persecutionem cœpisse exeunte Februario, & eum qui edictum diripuit ac conscidit, eodem mense extinctum fuisse, duobus videlicet mensibus ante diem vigesimam tertiam mensis Aprilis, Acta illa sancti Georgii, quæ Henschenius edidit, non id dicunt, & tot fabulis ac portentosis narrationibus plena sunt, ut planè constet nihil boni sanique ex illis posse colligi. Una Alexandræ Imperatricis historia, quæ cùm Christiana esset, capite damnata dicitur à Diocletiano ipso proferente sententiam, historia est quæ omnia poëtarum figmenta superat, cùm certum sit, ut dicemus paulò post, nullam aliam Diocletianum toto principatûs sui tempore conjugem habuisse, quàm Priscam. Præterea cùm ipse Henschenius scribat Pascha incidisse anno CCCIII. in diem XVIII. Aprilis, & dominicam passionem in diem decimam sextam, planum est hanc historiam non posse intelligi de sancto Georgio: qui si passus fuit anno quo Pascha incidit in diem XVIII. Aprilis, ut vult Henschenius, certè passus non est imminente solennitate Paschali, sed post transactos dies festos. Atqui hoc erat validius Henschenii argumentum sumptum ex præfatione libri Eusebiani de martyribus Palæstinæ, ubi scriptum est, edicta de destruendis Ecclesiis & comburendis sacris codicibus proposita fuisse in Palæstinâ mense Aprili, cùm salutaris passionis dies immineret. Quod ut verum esse potest ratione Palæstinæ, falsum est ratione Nicomediæ, ubi certum est edictum fuisse propositum XI. Kalendas Martias, prostridiè Terminalium.

Lin. 6. ETSI NON RECTE] Ruffinus apud Eusebium lib. VIII. cap. V. *calore nimio fidei ignitus*, tanquàm reprehenderet imprudentem & intempestivum illius ardorem pro fide Christi.

Digitized by Google

Lin. 7. VICTORIAS GOTHOR. ET SARMAT.] Quia Imperatores se in titulo edicti vocabant Gothicos & Sarmaticos, ut in veteri Inscriptione, quam refert Cuspinianus in libro de Cæsaribus pag. 135. In titulo autem edicti posita fuerunt non solùm nomina Diocletiani & Maximiani Imperatorum, sed etiam Constantii & Galerii Maximiani Cæsarum, ut facilè colligi potest ex historiâ passionis sanctorum martyrum Saturnini, Dativi, Felicis, & sociorum, & ex martyrio sanctarum Agapes, Chioniæ, & Irenes.

Pag. 200. *lin.* 2. LEGITIME COCTUS] Modus coquendi Christianos vivos explicatur infrà cap. XXI. Legitimè autem coctum dixit, quia coctus erat secundùm leges, quas Augusti tulerant; sicut lib. V. Institut. cap. XI. legitima sacra vocat ea, quæ secundùm veterem morem fiebant, quia mos vim legis obtinet. Eâdem ratione dixit lib. VI. cap. IX. injurias hostibus legitimè inferri, scilicet postquàm, servato belli jure, bellum per legatos denuntiatum & indictum est. Fallitur enim heic vehementer Josephus Isæus, qui vocem *legitimè* ironicè positam putat hoc loco esse, quia videlicet non intellexit veram ejus significationem.

Ibid. CUM ADMIRABILI PATIENTIA] Verba sunt Ruffini interpretantis & explicantis Eusebium. *Continuò omni in eum crudelitatis genere desævientes, ne hoc quidem solùm efficere quiverunt, ut eum mœstum aliquis videret in pœnis: sed læto atque hilari vultu, cùm jam viscera in suppliciis defecissent, spiritus tamen lætabatur in vultu. Ex quo tortores sui gravius cruciabantur, quòd omnia supplicio-rum genera consumebant in eum, quem ne tristem quidem ex his reddere potuerunt.*

CAPUT XIV.

Pag. 200. *lin.* 3. SUBJECIT INCENDIUM] Eusebius lib. VIII. cap. VI. ágens de hoc incendio, nescire se fatetur quo casu excitatum fuerit. Alii palatium fulmine ictum conflagrâsse scribunt, ut Constantinus in oratione ad sanctorum cœtum, cap. XXV.

Lin. 9. OMNES SUOS PROT. PRÆC.] In veteri codice legitur, *omnes suos protinùs cepit.* Nos emendavimus.

Lin. 11. DATA POTESTATE] Lactantius lib. V. Institut. cap. XI. de hâc ipsâ persecutione agens: *Acceptâ enim potestate, pro suis moribus quisque sæviit. Alii pra nimiâ timiditate plus ausi sunt, quàm jubebatur. Alii propria adversùs justos odio, quidam naturali mentis feritate, nonnulli ut placerent, & hoc officio viam sibi ad altiora munirent. Aliqui ad occidendum præcipites extiterunt, sicut unus in Phrygiâ, qui universum populum cum ipso pariter conventiculo concremavit.*

Pag. 201. *lin.* 1. TORQUEBANT] Sic scriptum est in veteri libro: sed supra ultimam lineam, ut ferè fit, appositum est signum, quod ostenderet legendum esse *torquebantur*, manifesto sanè errore. Atque hunc esse fontem plurimorum erratorum, quæ in vetustis auctoribus occurrunt, nos sæpè deprehendimus in codicibus manuscriptis. Librarii enim primò describebant libros, qui deindè tradebantur emendatoribus. Isti verò frequenter bonam lectionem vertebant in malam per speciem emendationis.

Ibid. ERANT CERTANTES] Lactantius in loco paulò antè laudato: *Itaque in excogitandis pœnarum generibus nihil aliud, quàm victoriam excogitant.*

Lin. 2. FAMILIAM CÆSARIS] Id est, Galerii. Hanc itaque placuit excipere, tanquàm abominabile esset ullum scelus adversùs Diocletianum suspicari de familiâ Cæsaris, & ne auctores incendii, qui ex domo ejus prodierant, detegerentur, si locus inquisitioni datus fuisset.

Lin. 13. PROFECTIONE PARATA] Bellum ea tempestate nullum, quod sciam. Sed ità contumaciter & superbè egit homo væsani ac ferocis animi, ut hoc agendi modo Diocletianum vehementiùs impelleret ad excidium Christianæ Religionis, quem videbat molliter hactenùs tanto operi incumbere.

CAPUT XV.

Pag. 201. *lin.* 2. FILIAM VALERIAM] Nuptam Galerio Maximiano Cæsari, quæ miseram vitam traduxit post mortem mariti, & miserabili morte cum matre periit, sub imperio Licinii, ut docet Lactantius in fine hujus operis. Ex quâ narratione pessumdatur omninò conjectura illustrissimi Cardinalis Baronii, qui ad annum CCXCIV. scribit filiam Diocletiani, quæ conjugio juncta fuit Galerio Maximiano, haud diù post nuptias fuisse superstitem, cùm nulla ejus memoria extet in antiquioribus monumentis, sed nec ex eâ proles aliqua legatur esse suscepta. Addit deindè patrem, ut filiæ defunctæ memoriam consecraret æternitati, Pannoniæ partem ejus nomine institui atque cognominari voluisse; citatque in eam rem librum XIX. Ammiani Marcellini. Verùm id non dicit Marcellinus: sed tantùm eam Pannoniæ partem ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ & institutam, & ita cognominatam. Referam autem ipsa ejus

Digitized by Google

verba: *Valeriam venit, partem quondàm Pannoniæ, ſed ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ & inſtitutam, & ita cognominatam.* Porrò nec inſtitutam à Diocletiano, nec cognominatam, ſed à Galerio Maximiano, docet Aurelius Victor in libro de Cæſaribus: *Provinciam uxoris nomine Valeriam appellavit.* His ita conſtitutis, tanquàm certa eſſent, addit Baronius Diocletianum, cùm Valeriæ morte reſoluta eſſet affinitas quæ inter eum & Galerium contracta erat, quam in ſuâ cognatione haberet gradu propinquiorem virginem, eam illi fœdere nuptiarum conjungere feſtinâſſe: Suſannam nimirùm filiam Gabinii germani Caii Papæ; qui ambo Diocletiano ſanguine conjuncti erant, utpotè nati ex fratre ejuſdem Diocletiani, ut patet ex Actis ejuſdem ſanctæ Suſannæ. Verùm tota hæc Hiſtoria ruit, ruente fundamento ſuper quo poſita fuerat, id eſt, morte Valeriæ, quam diù ſupervixiſſe Galerio conſtat. Adeò autem periculoſi ſunt magnorum virorum errores, ut hic Baronii lapſus pleroſque viros doctos ſecum traxerit, Odoricum Reynaldum, Joannem Bollandum, & alios.

Ibid. CONJUGEM PRISCAM] Quæ poſteà, vivo adhuc marito, in exilium cum filiâ Valeriâ projecta eſt à Maximino, & demùm juſſu Licinii capite plexa, ut docebit Lactantius in fine hujus operis. Sed hîc ſe offert ingens difficultas. Nam in vetuſtis Actis ſanctæ Suſannæ virginis, quæ martyrium Romæ conſummâſſe ſcribitur ſub imperio Diocletiani, mentio eſt Serenæ Auguſtæ uxoris ejuſdem Principis, quæ occultè Chriſtiana erat, ubi dies natalis ejus conſignatus eſt ad diem XVII. Kalendas Septembres. Gravis ſanè difficultas, ſi de Actorum illorum veritate & auctoritate conſtaret. Sed cùm illa multa eaque magna ſuppoſitionis indicia habeant, tum ex hoc ſanè capite falſa eſſe probantur, quòd Serenam uxorem Diocletiani fuiſſe volunt. Quippè oſtenſurus ſum, Diocletiano nullam aliam toto principatûs ſui tempore uxorem fuiſſe, quàm Priſcam. Etenim ſi ea mater Valeriæ fuit, ut ſanè fuit, neceſſe eſt eam Diocletiano nupſiſſe antequàm is fieret Imperator, id eſt, ante annum Chriſti CCLXXXIV. cùm Valeria Galerio Maximiano juncta matrimonio ſit anno CCXCIII. ætatis ſuæ ut minimùm duodecimo. Vixiſſe autem tum Priſcam matrem ejus hinc certò colligitur, quòd diù poſteà ſuperſtes fuit, & anno tantùm CCCXIII. extincta eſt poſt victoriam, quam Licinius reportavit de Maximino. Hæc monumenta non ſenſerat illuſtriſſimus Annalium Eccleſiaſticorum conditor Cardinalis Baronius; & tamen ſuſpicabatur futuros, qui eam de Serenâ Auguſtâ Hiſtoriam in dubium revocarent, quòd nulla penitùs de eâ mentio alibi habeatur, neque apud Scriptores ethnicos, neque in antiquis inſcriptionibus; ac tanquàm ei difficillimæ quæſtioni finem impoſuiſſet, interrogat litteratulos, ſi his diſpliceat nomen Serenæ Auguſtæ, ut dicant quonam alio nomine Diocletiani conjux Auguſta ab antiquioribus dicta inveniatur, & cùm non invenerint, non faciant de nomine controverſiam. Satisfactum eſt igitur cumulatiſſimè interrogationi ejus. Rejectâ itaque ſuppoſititiâ illâ Diocletiani uxore, videamus an Eleutheria, quam vir clariſſimus Hadrianus Valeſius in defenſione diſceptationis ſuæ de Baſilicis uxorem Diocletiani fuiſſe collegit ex vitâ Vigilii Papæ, quæ extat in Geſtis Pontificalibus, quæ vulgò tribuuntur Anaſtaſio Bibliothecario, verè Diocletiani uxor fuerit. Venerat Vigilius Conſtantinopolim ex præcepto Juſtiniani & Theodoræ; & cùm ad ea cogeretur, quæ facere nolebat, ait: *Ut video, non me fecerunt venire ad ſe Juſtinianus & Theodora piiſſimi Principes; ſed hodiè ſcio, quòd Diocletianum & Eleutheriam inveni.* Ex hoc itaque loco collegit vir ille clariſſimus, Eleutheriam Diocletiani uxorem fuiſſe, quòd certum ſit illic comparationem inſtitui inter Juſtinianum & Diocletianum, & inter Theodoram Juſtiniani conjugem & Eleutheriam, propterea Diocletiani uxorem. Verùm ex argumentis quæ adversùs Serenam allata ſunt, efficitur etiam Eleutheriam, ſive Lutheriam, ut eſt in vetuſtiſſimo codice manuſcripto 417. Bibliothecæ Colbertinæ, aut Leutherem, quomodò ſcriptum legitur in codice 733. Bibliothecæ regiæ, non fuiſſe uxorem Diocletiani, cùm certum ſit, ut anteà dixi, nullam aliam eum uxorem habuiſſe, quàm Priſcam, toto principatûs ſui tempore. Erravit ergò Vigilius in Hiſtoriâ, aut corruptus in hoc loco eſt Geſtorum pontificalium liber. Sanè in codice 736. ejuſdem Bibliothecæ Colbertinæ ità habetur: *Sed hodiè ſcio, quòd Diocletianum & Decium, vel Leutherium inveni.* Jam ergò fœmina illa in virum mutata eſt. Porrò ex his quæ hactenùs dicta ſunt de Serenâ & Eleutheriâ, facilè colligere quivis poteſt, quæ fides adhibenda ſit Hiſtoriæ ſancti Georgii Martyris, in quâ ſcriptum eſt, Alexandram Imperatricem Diocletiani conjugem, viſo quodam inſigni miraculo in perſonâ Martyris perpetrato, veritatem agnoviſſe, id eſt, Chriſti fidem

www.liproof.com.cn

Digitized by Google

www.libnet.com.pl

idem esse amplexam. Hæc nimirùm est Alexandra, Diocletiani conjux, mater conjugis Maximiani; ut refertur in vitâ ejusdem Georgii, cujus fragmentum in tomo tertio Aprilis pag. 103. edidit Godefridus Enschenius. Eandem defunctam ab inferis oratione solâ ejusdem Georgii revocatam, tradit Nicephorus Callistus lib. VII. cap. XV.

Lin. 3. POLLUI COEGIT] Ex hoc loco vir doctissimus Henricus Dodwellus collegit in dissertationibus Cyprianicis, Diocletiani uxorem Priscam & filiam ejus Valeriam fuisse Christianas; eamque sententiam confirmat auctoritate Eusebii, qui lib. VIII. cap. I. Hist. Eccles. commemorans ea, quæ persecutionem Diocletiani antecesserunt, ait uxores Imperatorum palàm ac publicè fuisse Christianas, & ea quæ religionis suæ erant, tam verbis, quàm factis liberè exequendi coram Imperatoribus potestatem ab ipsis habuisse. Nam quamvis Imperatores non nominet, qui hanc facultatem dederunt uxoribus suis, hæc tamen Lactantii verba innuere videntur, intelligi debere de Diocletiano & Galerio. Atenim si illæ verè Christianæ fuerunt, quomodò existimari potest sacrificio fuisse pollutas, etiam coactas? Quis enim credat, fœminas principes in edito loco constitutas non fuisse ausas refragari, cùm pueri & mulierculæ, ut in libro quinto Divinarum Institutionum cap. XIII. ait Lactantius, tormentis non cederent; Eunuchi verò necari maluerint, quàm negare fidem Christi, quàm impio sacrificio pollui? Præterea ubicunque de Priscâ & Valeriâ agitur in hoc libro, nullum illic vestigium religionis earum; cujus tamen mentionem fecisset Lactantius saltem cap. LI. ubi describens earum exitum, ait, illis pudicitiam & conditionem exitio fuisse.

Ibid. EUNUCHI NECATI] Et inter hos Petrus, cujus martyrium describit Eusebius lib. VIII. cap. VI. Item Indes, ut produnt Acta martyrii ejus.

Lin. 6. AD EXUSTIONEM RAPTI] Confirmat ista Eusebius ibidem, scribens imperiali jussu, quotquot Nicomediæ erant Dei cultores, acervatim cum suis familiis, alios gladio, alios flammis consumptos periisse.

Lin. 8. MARI MERGEBANTUR] Eusebius ibidem: *Alios quoque innumerabiles vinctos, & scaphis impositos, carnifices in profundum maris projecere.* Idem in libro de Martyribus Palæstinæ cap. VI. narrans martyrium Agapii, ait illum appensis ad pedes ejus lapidibus medio mari submersum esse,

Pag. 202. *lin.* 6. HOMO NON ADEÒ CLEMENS] Herculium Maximianum fuisse hominem asperum, crudelem ac inhumanum, tradunt vetusti Scriptores. Eutropius lib. 9. *Herculius autem propalàm ferus & incivilis ingenii, asperitatem suam etiam vultûs horrore significans.* Item lib. X. *Vir ad omnem asperitatem sævitiamque proclivus, infidus, incommodus, civilitatis penitùs expers.* Etiam Diocletianus, qui summum imperium cum eo communicaverat, ejus asperitatem reprehendere solitus erat, ut docet Flavius Vopiscus in D. Aureliano. Vide etiam Julianum Imperatorem in libro de Cæsaribus.

Lin. 7. PARIETES DIRUI PASSUS EST] Contrà Eusebius lib. VIII. cap. XIII. apertè scribit, Constantium neque Ecclesiarum ædes, sive conventicula, ut hîc dicit Lactantius, itemque Ruffinus in versione hujus loci Eusebiani, subvertisse, nec quicquam adversùs nostros esse molitum.

Lin. 8. VERUM DEI TEMPLUM] Id est, hominem Christianum. Lactantius lib. V. Institut. cap. VIII. *Cujus templum est, non lapides, aut lutum, sed homo ipse, qui figuram Dei gestat; quod templum non auro & gemmarum donis corruptibilibus, sed æternis virtutum muneribus ornatur.* Idem lib. VI. cap. XXV. *Non templa illi congestis in altitudinem saxis extruenda sunt: in suo cuique consecrandus est pectore.* Et infrà: *Secum denique habeat Deum semper in corde suo consecratum, quoniam ipse est Dei templum.* Idem lib. II. cap. II. & lib. VI. cap. X. ait hominem esse Dei simulacrum.

CAPUT XVI.

Pag. 202. *lin.* 1. PRÆTER GALLIAS] Libellus precum Constantino M. oblatus à Donatistis apud Optatum Milevitanum lib. 1. *Rogamus te, ô Constantine optime Imperator, quoniam de genere justo es, cujus pater inter cæteros Imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis est Galliæ, petimus ut è Galliâ nobis judices dari præcipiat pietas tua.* Galliæ ergò fuerunt immunes ab hâc persecutione, quòd illic imperaret Constantius benignissimus Imperator, & qui, ut Eusebius tradit, persecutionis adversùm nos concitatæ expers omninò fuit, & cultores Dei sub ipsius imperio degentes ab omni noxâ & injuriâ immunes servavit, ac neque Ecclesiarum ædificia subvertit, nec novi quicquam adversùs nos statuit. Quin & Eutropius in initio libri decimi dicere videtur, Gallicum sanguinem non fuisse fusum in hâc persecutione. Loquens enim de Constantio, ita ait:

Digitized by Google

Hic non modò amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit, præcipuè quòd Diocletiani suspectam prudentiam, & Maximiani sanguinariam temeritatem imperio ejus evaserant. Sed adversùs hæc reclamant historiæ nonnullarum Galliæ civitatum ac provinciarum, quæ suos martyres hâc persecutione ad Deum translatos prædicant, ita ut vix ulla civitas fuerit intra Gallias, quæ tum non dicatur maduisse sanguine Christianorum. Ista sic conciliari possunt, initio quidem Gallias à persecutione non fuisse prorsùs immunes, occupato videlicet Constantio contra barbaros, (ut illustrissimus Episcopus Monspelienſis Franciscus Bosquetus ait in libro quarto Historiarum Ecclesiæ Gallicanæ cap. 11.) ac pro consuetudine, & solito Gentilium furore, multos Christianos in Gallis cæsos fuisse. Confirmat hæc Eusebius in fine libri de martyribus Palæstinæ. *Nam quæ ulteriùs sita sunt regiones*, inquit, *Italia videlicet tota, & Sicilia, Gallia quoque, & quacunque ad occasum solis porriguntur, Hispania, Mauritania, & Africa, cùm vix duobus primis persecutionis annis integris furorem belli expertæ essent, divini numinis præsentissimum auxilium & pacem brevi sunt consecutæ.* Hunc tamen locum ita intelligi vult doctissimus Dodwellus in Dissertationibus Cyprianicis, ut annum illum Occidentalis imperii tractum Eusebius præcipuis Provinciis nominatis designaret, nec ultra secundum persecutionis annum ipsum in toto illo tractu durasse indicaret, ac tamen interim Gallias ab eâ immunes fuisse. Ac sanè ejus argumentatio multam veri speciem habet, & in hanc ego sententiam facilè transirem, nisi constaret Eusebium nominatim Gallias exprimere voluisse.

Lin. 2. TRES BESTIÆ] Id est, Diocletianus, Maximianus Herculius, & Galerius Maximianus. Perstat itaque Lactantius in sententiâ, & Constantium Galliis imperantem non ponit in numero persecutorum.

Pag. 203. *lin.* 2. FLACCINUM PRÆFECTUM] Bithyniæ, in quâ præsidatum gessit Hierocles, antequàm præfecturam Ægypti, quâ eum ornatum fuisse in annotationibus ad Eusebium pag. 177. docet Henricus Valesius, administraret. Crudelem autem fuisse Flaccinum hinc colligitur, quòd eum Lactantius vocat non pusillum homicidam. Eâdem tempestate vixit Flavianus Præfectus Ægypti, cujus mentio extat in Menologio Græcorum ad diem octavam Julii, quod editum est ab Henrico Canisio in tomo secundo lectionis antiquæ.

Lin. 3. HIEROCLEM] Hic locus confirmat conjecturam illustrissimi Cardinalis Baronii, qui sequentia Lactantii verba, quæ nos descripturi sumus ex libro quinto Divinarum Institutionum, existimaverat esse intelligenda de Hierocle. Fuit autem Hierocles Præses Bithyniæ, uti jam dictum est, & multam carnificinam de Christianis exercuit.

Ibid. AUCTOR ET CONSILIARIUS] Lactantius lib. v. Institut. cap. 11. *Alius eandem materiam mordaciùs scripsit, qui erat tum è numero judicum, & qui auctor in primis faciendæ persecutionis fuit.*

Lin. 4. PRISCILLIANUM] Bithyniæ Præsidem, ut legitur in Menologio Græcorum ad diem XII. mensis Junii. *Eodem die sanctæ martyris Antoninæ. Apud Nicæam Bithyniæ, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Priscilliano Præside, Antonina in Christiana fidei confessione constanter perseverans, demùm gladio percussa, martyrio coronata est.* Eadem habentur in Martyrologio Romano.

Lin. 6. ADVERSARIUM VICISTI] Cyprianus epist. VII. ad Rogatianum & cæteros Confessores: *Quantùm dolemus ex illis quos tempestas inimica prostravit, tantùm lætamur ex vobis, quos diabolus superare non potuit. Hortamur tamen per communem fidem, per pectoris nostri veram circa vos & simplicem caritatem, ut qui adversarium primâ hâc congressione vicistis, gloriam vestram forti & perseveranti virtute teneatis.*

Lin. 7. ZABULUM] Id est, diabolum. Sic apud Commodianum lib. II. cap. XVII. *Cuncta de Zabuli pompâ;* & cap. XVIII. *aut tota Zabuli pompa;* Et lib. I. cap. XXV. *Zabolicam legem omnes omninò vitate.* Rursùm lib. II. cap. XXI. *Germine Zabolico ut faciatis turbè pronate.* Referimus autem hæc loca juxta fidem veteris codicis. Nam editio diversa est. Nihil vulgatius, quàm Zabuli vox in antiquis libris. Eâdem ratione scribebant *Zaritorum* pro *Diaritorum*, ut in collatione primâ Carthaginensi cap. 139. Quod cùm non animadverteret Papirius Massonus, hèic pro *Hipponensium Zaritorum*, quæ est vera lectio, scripsit *Hyppensis Zaritorensis*: quam lectionem retinuit etiam Petrus Pithœus in suâ editione collationis Carthaginensis. Quare in veteri Notitiâ Africæ, quam Sirmondus edidit, & post eum Chiffletius, pro eo quod illic legitur, *Marianus Hipparitensis*, scribendum est *Marianus Hipponensium Zaritorum*, id est, Diaritorum, sive Diarrhytorum, ut apud Plinium lib. v. Hist. naturalis cap. IV. Sic etiam apud Commodianum Zacones, pro

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Diaconibus. Numiziam quoque pro Numidiâ legi in veteri codice MS. Bibliothecæ Colbertinæ.

Lin. 8. TRIUMPHASTI] Lactantius lib. IV. Institut. cap. XXVI. *Postremò etiam mortem suscipere non recusavit, ut homo illo duce subactam & catenatam mortem cum suis terroribus triumpharet.*

Lin. 9, JOCUNDUM SPECTACULUM] Cyprianus epist. IX. *O quale illud fuit spectaculum Domino, quàm sublime, quàm magnum, quàm Dei oculis sacramento ac devotione militis ejus acceptum!*

Lin. 10. ELEPHANTOS] Nam & elephantos ad currum junxerunt Antiqui, ut patet ex Lampridio in vitâ Antonini Heliogabali, & ex aliis locis. Auctor est Flavius Vopiscus, in triumpho quem D. Aurelianus egit de Zenobiâ & Tetrico, elephantos viginti præcessisse. Joannes Abbas Biclarensis ad annum IX. Justini Imperatoris adnotat, Justinianum Ducem Romanæ militiæ XXIV. elephantos Constantinopolim direxisse pro triumpho, qui de Persis devictis agendus erat. Vide Sirmondum in Notis ad panegyricum Anthemii apud Sidonium, & Bulengerum in libro de Triumphis cap. XXI.

Lin. 12. DOMINATORES DOMINANTUR] Passivâ significatione, ut apud Ciceronem in libro primo Officiorum: *O domus antiqua, heu quàm dispare dominare domino!* Virgilius in secundo Æneidos: *multos dominata per annos.*

Pag. 204. *lin.* 6. DESIIT PROVOCARE] Emissus est Donatus è carcere extremis Galerii Maximiani temporibus, ut legitur infrà cap. XXXV.

CAPUT XVII.

Pag. 204. *lin.* 1. FELICITAS AB EO RECESS.] Nimirùm à Diocletiano, quem per totos viginti annos imperii fuisse felicem, produnt antiqui historiarum scriptores. Neque opus est referre testimonia singulorum. Sufficiet unicus auctor panegyrici Maximiano & Constantino dicti in nuptiis Faustæ. Sic ergò ille. *Sed profectò exegit hoc ipsa varietas & naturæ fortuna, cui nihil mutare licuerat dum vos imperium teneretis, ut illa viginti annorum continua felicitas intervallo aliquo distingueretur.*

Lin. 2. PERREXIT ROMAM] Diocletianus, duabus de causis, ut vicennalia celebraret, & triumphum ageret de Narseo Rege Persarum ante aliquot annos victo. Hoc enim anno actus est triumphus, non autem anno decimo octavo imperii, ut putavit Henricus Valesius, qui propterea cum triumpho conjunxit vilitatem annonæ, quam Imperatores jussisse docent Fasti Idatiani, tanquàm id ab eis post triumphum constitutum esset in gratiam populi Romani. Rectè igitur Scaliger in animadversionibus ad Chronicon Eusebii adnotat, triumphum à Diocletiano & Maximiano actum anno vicesimo imperii, aliquot mensibus antequàm purpuram deponerent. Sed postremum illud falsum. Nam retinuerunt adhuc imperium ferè per sesquiannum, ut posteà videbimus. Porrò triumphum actum esse tempore vicennalium, quod nobis incumbit probandum, patet ex capite decimo Lactantii: ubi, post narratam victoriam de Persis, ait Diocletianum in Orientem profectum, & annum illic egisse qui persecutionem antecessit, deinde hyematum venisse in Bithyniam, ac tum quidem captum consilium destruendarum Ecclesiarum, & mense Februario sequenti cœptam persecutionem. Igitur certum est Diocletianum non fuisse Romæ anno XVIII. imperii sui, quo eum triumphasse contendit Valesius secutus Eusebium, quem propterea reprehendit Josephus Scaliger. Sanè, quod negari non potest, in vulgatis Chronici Eusebiani editionibus, & in plerisque antiquis exemplaribus, triumphus ille notatur in anno XVIII. Diocletiani. Verùm in vetustissimo & optimo codice Colbertino, & in aliis antiquis quos Pontacus vidit, ponitur in anno XIX. sed præpostero ordine, cùm antecedat historiam persecutionis. Quæ fuit occasio errandi clarissimo Valesio. Probabile autem est dilatum tamdiù à Diocletiano triumphum de Persis, ut eum conjungeret cum festis vicennalium, & ea sic faceret clariora atque celebriora. Nunc referenda sunt Eusebii verba. *Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompâ Roma triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narsei conjuge, sororibus, liberis, & omni prædâ quâ Parthos spoliaverant.* Eadem habet Eutropius in fine libri noni, ubi ait, Diocletianum & Herculium deposuisse purpuram *post triumphum inclytum, quem Roma ex numerosis gentibus egerant, pompâ ferculorum illustri, quâ Narsei conjuges, sororesque & liberi ante currum ducti sunt.* Sed emendandus heic est Eutropius, ubi de conjugibus Narsei ante currum ductis loquitur. Quippe Sextus Rufus in duobus locis, & Eusebius in Chronico, qui accepisse videtur ex Eutropio, de unâ tantùm Narsei uxore loquuntur. Igitur Diocletianus in Oriente fuit anno CCCII. eoque exeunte veni-

Digitized by Google

Nicomediam; ineunte anno CCCIII. cœptâ perſecutione, Romam poſteà profectus eſt, ut triumphum ageret, & vicennalia celebraret.

Ibid. VICENNALIUM DIEM] Hæc agenda erant ineunte anno vigeſimo imperii; & non uno ſolùm die agebantur, ſed continuatis diebus, ut patet etiam ex his, quæ de Romano martyre narrat Euſebius in libro de martyribus Palæſtinæ. Ad iſta Diocletiani quod attinet, certum eſt ea Romæ celebrata fuiſſe per menſem integrum, cùm Lactantius dicat, illum iis ſolennibus celebratis, impatientem & ægrum animi prorupiſſe ex urbe, & tredecim dies tolerare non potuiſſe, ut Romæ potiùs quàm Ravennæ procederet Conſul. Porrò Diocletianum eo ipſo anno vicennalia celebraſſe, quo cœpta eſt perſecutio adversùs Chriſtianos, vel hic locus evincit. Celebrata autem fuerunt eo anno, quo ipſe Conſulatum octavum agebat. Nam prorupit ex urbe paucis diebus ante Kalendas Januarias, quibus nonus Conſulatus illi deferebatur.

Lin. 3. XII. KAL. DECEMB.] Quoniam imperium Diocletiani fundus eſt iſtius hiſtoriæ, res poſtulare videtur, ut ejus initia brevi ſermone conſtituamus, ut finis tandem imponatur diſſidiis, quæ ex eâ occaſione emerſerunt inter viros doctos. Ac de anno ſanè quo is ad remp. adminiſtrandam acceſſit, non arbitror ambigi nunc poſſe, cùm eum fuiſſe annum Chriſti CCLXXXIV. luculenter probaverit in libro XI. de Doctrinâ temporum cap. XXX. vir iſtarum & multarum aliarum rerum peritiſſimus Dionyſius Petavius. Denique ſi perſecutio adverſùs Eccleſiam commota eſt anno Chriſti CCCIII. ut certum faciunt plurima loca iſtius Lactantianæ lucubrationis, quæ nos ſuprà retulimus, commota autem ſit anno imperii Diocletiani XIX. ut omnes conſentiunt, negari non poteſt principatum ejus incipere ab anno CCLXXXIV. exeunte. Major itaque difficultas eſt in conſtituendo die, quo factus eſt Imperator. Ante Petavium perſuaſum erat hominibus eruditis, illum Palilibus ipſis, id eſt XI. Kalendas Majas, à militibus Imperatorem eſſe ſalutatum: quam ſententiam, ut falſam, meritò refellit idem vir eruditiſſimus, & addit: *Reſipiſcant itaque deinceps Chronologi omnes, & hanc de primo Diocletianei imperii die παραλογίαν tam levi, imò nullo argumento ſubnixam, dediſcant, ac meliore commutent. Gratia verò Alexandrino illi Chronico debentur, cujus auctor ex actis publicis diem nobis deſignat, quo primùm Chalcedone Diocletianus Imperator eſt appellatus, nimirùm* XV. *Kal. Octobres.* Si Petavius nunc viveret, certus ſum eum, ut erat veri amantiſſimus, gloriam conſtitutæ illius diei, quam falſò tribuit auctori Chronici Alexandrini, reddituro Lactantio, & XV. Kal. Octobres mutaturum in XII. Kal. Decembres: quem diem Lactantius docet fuiſſe natalem imperii Diocletiani, quo vicennalia Romæ celebraturus erat. Atque eo modo ſolvitur difficultas, quam Valeſius in annotationibus ad Euſebium pag. 175. indicavit, nimirùm ex eo quòd Euſebius dicit, Romanum die XVII. Novembris martyrium conſummaſſe, cùm Diocletiani vicennalia agerentur, cùm, ſi illud verum eſt, ſequi videatur primum diem imperii Diocletiani incidere in menſem Novembrem, non autem in Septembrem, ut tradit auctor Chronici Alexandrini. Incidit itaque in menſem Novembrem, ſed poſteriùs die decimâ ſeptimâ ejuſdem menſis. Sed adverſùs hæc vir clariſſimus Antonius Pagius opponit, XII. Kal. Decembrium diem à Lactantio tributum vicennalibus Diocletiani non eſſe natalem ejus, ſed Maximiani Herculii: quod ex eo quoque probat, quòd in libro tertio Codicis Juſtinianei deſcripta ſit lex Diocletiani data Idibus Octobris, Carino II. & Numeriano Conſulibus, id eſt, eo anno quo nos quoque ſcripſimus illum fuiſſe factum Imperatorem, adeòque certum ſit, eum ad principale faſtigium fuiſſe evectum diù ante XII. Kal. Decembris. Sanè fateor iſtud eſſe magni momenti, ſi conſtaret certam eſſe lectionem. Verùm cùm in Codice Juſtinianeo unica tantùm iſtiuſmodi lex reperiatur, quæ propterea auctoritatem ab aliis ejuſdem temporis mutuari non poteſt, & in quatuor vetuſtis codicibus bibliothecæ regiæ, ſeptem Colbertinæ, tum etiam in tribus qui fuere Petri Pithœi viri clariſſimi, adſcriptum non ſit tempus quo data eſt, in uno autem regio, in uno Colbertino, & in tribus Pithœanis dicatur eſſe Diocletiani & Maximiani Auguſtorum & Cæſarum, patet nihil hinc boni firmique accipi poſſe ad conſtituenda initia imperii Diocletianei; adeòque etiam poſt illam Pagii obſervationem nobis liberum eſt exiſtimare, veram eſſe quam ex Lactantio concepimus opinionem de die, quo idem Auguſtus ad imperium primò pervenit: præſertim cùm Faſti Idatiani doceant, Maximianum Imperatorem fuiſſe levatum Kalendis Aprilis, non verò XII. Kal. Decembris.

Lin. 4. LIBERT. P. R. FERRE N. POTERAT] Immoderatam videlicet, eò acriorem, quòd intermiſſa erat. Magnam enimverò oportuit fuiſſe populi Romani petulantiam &

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

loquendi libertatem, quæ Diocletianum, satis bonum alioqui Principem, si persecutionem adversùs nostros motam excipias, coëgerunt urbem relinquere sic præcipitanter. Eadem licentia Constantinum etiam movit, ut Romam relinqueret, & sedem Imperii aliò transferret, ut in libro secundo historiarum suarum narrat Zosimus. Quanquàm alia causa transferendi Imperii habetur in Donatione Constantini.

Lin. 5. PRORUPIT EX URBE] XIII. Kalendas Januarii, post terminata vicennalia. Nam vicennalium festa duraverunt per mensem integrum, ut jam diximus.

Lin. 6. NONUS CONSULATUS] Hæc etiam evincunt, persecutionem excitatam esse anno Christi CCCIII. cùm nonum Consulatum Diocletiano destinatum fuisse dicat ad Kalendas Januarias, quæ proximæ post commotam persecutionem fuerunt. Nonus enim Consulatus Diocletiani incidit in annum Christi CCCIV.

Ibid. DEFEREBATUR] A senatu nimirùm. Sed ista explicanda sunt. Nam certum est nominationem Consulum fuisse tum prorsùs in potestate Imperatorum. Itaque senatus non designabat quidem Consules, ut olim, sed eos declarabat, eis insignia Consulatûs tradebat, & sic quodammodò Consulatum deferre ac tribuere videbatur. Ita nos docet Valerianus Imper. in oratione ad Aurelianum, qui postea fuit Imperator, apud Flavium Vopiscum: *Nam te Consulem hodiè designo, scripturus ad senatum, ut tibi deputet scipionem, deputet etiam fasces. Hac enim Imperator non solet dare, sed à senatu, quandò sit Consul, accipere.* Itaque Diocletianus sibi Consulatum destinaverat in annum sequentem; & si mansisset Romæ, ejus insignia pro more Consulum accepisset à senatu. Sed tredecim dies tolerare non potuit ut sumeret, propter nimiam populi Romani licentiam.

Lin. 7. RAVENNÆ] Discedens igitur Româ Diocletianus profectus est Ravennam, quâ rectum iter est in Illyricum & Bithyniam.

Ibid. PROCEDERET CONSUL] Ælius Lampridius in Heliogabalo: *Denique Kal. Januariis, cùm simul tum designati essent Consules, noluit cum consobrino procedere.* Fasti Idatiani Diocletiano II. & Aristobulo: *His Coss. occisus est Carinus Margo, qui ipso anno cum Aristobulo Consul processerat.* Chronicon Alexandrinum pag. 641. *Diocletianus Imperator XV. Kalendas Octobr. Chalcedone renuntiatus, V. Kalendas Octobres Nicomediam purpuratus intravit, & Kalendis Januariis Consul processit.* Antiquorum Consulum processio, ut ego quidem arbitror, & ut sunt omnia fermè initia, modesta erat & simplex. Posteà vanitas & ambitio multa addidit, quæ dein omnem modum excessere. Hinc illa querela Flavii Vopisci in D. Aureliano: *Vidimus proximè consulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non pramia dari aurigis, sed patrimonia viderentur, cùm darentur tunicæ subsericæ, lineæ paragaudæ, darentur etiam equi, ingemiscentibus frugi hominibus. Factum est enim, ut jam divitiarum sit non hominum Consulatus: quia utique si virtutibus defertur, editorem spoliare non debet. Perierunt casta illa tempora, & magis ambitione populari peritura sunt.* Profusa autem plurimorum liberalitas in editione Consulatûs varias extorsit Principum leges, quibus modum ponerent immensitati donorum, ut colligitur ex Novellâ CV. Justiniani, qui processiones Consulum enumerat per annum septem, & statuit quomodò illæ celebrandæ sint. De munificentiâ ejusdem Justiniani in editione primi Consulatûs sui vide Marcellinum Comitem.

Ibid. PROFECTUS HYEME] Henricus Valesius in Notis ad Eusebium pag. 168. disputans adversùs Josephum Scaligerum, qui contendit Diocletiani triumphum actum esse Romæ anno imperii ejus vigesimo, aliquot mensibus antequàm purpuram deponeret, adversùs eum, inquam, disputans Valesius, ait istam opinionem ferri non posse, quòd ex eâ sequatur, Diocletianum hyberno tempore triumphasse, & mediâ adhuc hyeme ab urbe Româ profectum Nicomediam venisse. *Quorum neutrum probabile est*, inquit, *cùm nec triumphi per hyemem agi solerent ab Imperatoribus Romanis, nec Diocletiani ætas ac valetudo tam longi itineris laborem hybernis mensibus sustinere valuerit.* Hæc tamen, quæ absurda visa sunt viro clarissimo, vera sunt, & ea pro veris agnovisset ipse, si hanc Lactantii lucubrationem vidisset. Nam & certum est triumphum actum eodem tempore quo vicennalia, & Diocletianum Româ profectum hyeme, sæviente frigore, & dein Nicomediam venisse, non quidem ipsâ hyeme, sed post æstatem sequentem. Neque verum est, quod paulò post subdit idem Valesius, morbum illum quo Diocletianus de statu mentis paululùm deturbatus est, primùm Nicomediæ eum corripuisse, paulò post excitatam ab eo persecutionem. Neque id dicit Constantinus. Is morbus eum corripuit post trium-

Digitized by Google

phum & vicennalia, cùm in itinere esset, ut heic scribit Lactantius.

Lin. 10. RIPÆ STRIGÆ] Quo tempore hunc Lactantii librum emisimus, monuimus aut locum hunc cubare in mendo, aut ripæ Strigæ nomine intelligi debere oram Propontidis circa Nicomediam. Conjecturam nostram non putavit vir clarissimus Thomas Sparkius esse veram; ideòque eruditam sanè & elegantem dissertationem edidit, ut ostenderet, ripæ Strigæ nomine quidvis potiùs intelligi, quàm oram Propontidis; & post longos circuitus de significatione vocis Strigæ & de ripâ Danubii, pronuntiavit isthic intelligi ripam Danubii, sive Istri, quo vectum ait Diocletianum ægrum usque ad Pontum Euxinum. Verùm Lactantius non ait, illum navigio peregisse iter suum, sed per circuitum ripæ: quod manifestè evincit, illud terrâ fuisse confectum, cùm secundùm Ulpianum lib. LXVIII. ad Edictum quod in ripâ fit, non videatur in flumine factum. Confecit ergò Diocletianus iter suum terrâ, nimirùm per ea loca, quæ in Itinerario Antonini describuntur *per ripam à Viminacio Nicomediam*, quæ est ipsa ripa Istri, cujus meminit etiam Ovidius lib. 1. de Ponto eleg. IX. *Stat vetus urbs ripæ vicini nominis Istri*: quò loci poëta intelligit Istrum Antonini, seu Istropolim Plinii, Ptolemæi, tabulæ Peutingerianæ, & aliorum. Quin & legiones riparienses vocabantur, quæ locatæ erant in ripâ Istri, uti patet ex Notitiâ Imperii. Ister autem est idem fluvius, qui à jugo Abnobæ montis ortus Danubius dicitur, donec perventum est Axiopolim, ubi Danubium accipere nomen Istri tradit Ptolemæus. Axiopolim porrò sitam fuisse inter Sucidavam & Capidavam videre est apud eundem Ptolemæum, in Itinerario Antonini, & in tabulâ Peutingerianâ. Itaque Diocletianus, relictâ Ravennâ, post hyemem iter ingressus, per viam publicam, quæ in eodem Itinerario descripta est & in tabulâ Peutingerianâ, pervenit Nicomediam sub exitum mensis Novembris, id est, per Veronam, Altinum, Concordiam, Aquilejam, Sirmium, Taurunum, Viminacium, & hinc per ripam Strigam, sive Istricam, per Cuppas & cætera loca, usque ad Doroftolum, Sucidavam, Axiopolim, Capidavam, Istrum, Develtum, Burtudizum, Drisiparam, Heracleam, Byzantium, Pantichium, Libyssam, & hinc statim Nicomediam. Hæc loca nominavi, quia inter illa quæ ad ripam Istricam sunt majorem habent celebritatem, & quia eorum magna pars notata est in Constitutionibus quibusdam Diocletiani Codice Justinianeo comprehensis, quæ progressum itineris ejus demonstrare videntur. Nam ex eâ quæ data est Ravennæ XV. Kal. Aprilis anno CCCIV. colligitur, eum Ravennâ digressum non esse ante mensem Martium, eumque Veronæ fuisse XIV. Kal. Junias docet lex alia illic eo die lata. Hinc profectus est Aquileiam, Sirmium, Taurunum, Viminacium; ubi eum aliquandiù substitisse colligi posse videtur ex legibus ibidem datis, sive subscriptis, ab excessu mensis Augusti usque ad Kalendas Octobris. Doroftoli deindè eum fuisse liquet XII. & XI. Kal. Novembris. Tertio dein Kal. erat Develti, III. Non. Burtudizi, VI. Idus Heracleæ, V. Kal. Decembris Nicomediæ. Ista colligi possunt, ut dixi, ex legibus Diocletiani quæ extant in Codice Justinianeo. Nolim tamen contendere ista esse omni ex parte vera, cùm sciam illum iisdem diebus aliorum annorum potuisse esse in iisdem locis. Affero tantùm conjecturam meam, quæ satis mihi videtur esse probabilis. Si quis tamen eam non probaverit, potest eam rejicere ut falsam, & judicio suo frui, præsertim si non obscuras dissentiendi causas habeat.

Lin. 12. CIRCUM DEDICARET] Apud Nicomediam, quam vir ædificandi cupidissimus urbi Romæ coæquare studebat.

Ibid. ANNO P. V. REPLETO] Id est, ut ego arbitror, XII. Kalendas Decembres. Sic enim postulat sensus. Sanè posteà Lactantius cum aliquo intervallo memorat Idus ejusdem mensis. Non deposuit ergò purpuram Diocletianus anno Christi CCCIV. ut placuit viris eruditissimis, sed altero post actum triumphum & celebrata vicennalia, id est, anno Christi trecentesimo quinto. Meliùs igitur Scaliger, qui in animadversionibus ad Chronicon Eusebii ait, Diocletianum deposuisse purpuram aliquantò tardiùs, quàm vulgò censent viri docti, eo inter cætera argumento, quòd certum sit Diocletianum gessisse decimum Consulatum, & dici non possit eum fuisse Consulem post depositam purpuram. Nam Cassiodorus ait, Diocletianum & Maximianum deposuisse purpuram eo anno, quo Diocletianus decimum & Maximianus septimum Consulatum agebant. Quod etiam legitur in vetustissimo codice MS. bibliothecæ regiæ litteris uncialibus scripto, qui inscriptus est *Chronica Georgii Ambianensis Episcopi*. Quanquàm, ut verum fatear, decimus ille Diocletiani Consulatus mihi multùm suspectus est, & valdè huc inclino, ut existimem conflatum esse per errorem ex illis verbis Fa-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

rorum, *Item decies & Maximiano septimùm*, quæ referenda sunt ad Maximianum Herculium & Galerium Maximianum. Ista tamen non impediunt, quin abdicatio facta dicatur anno trecentesimo quinto, præsertim cùm res eadem aliis adhuc testimoniis probetur. Nam cùm Zosimus scribat, à Consulatu Chilonis & Libonis, quo Severus ludos seculares exhibuit, centum & unum annos effluxisse usque ad eum quo Diocletianus & Maximianus abdicaverunt, quem falsò notat incidere in Diocletiani IX. & Maximiani VIII. Consulatum, & Scriptorum omnium consensu ludi illi seculares anno Christi CCIV. celebrati fuerint, luce clarius est, rem quæ centesimo primo post anno gesta est, anno Christi CCCV. evenisse. Quod adeò verum est, ut cùm Joannes Fridericus Herwardus in capite CCXXX. suæ chronologiæ retulisset hunc Zosimi locum, in eâque sententiâ esset, ut Diocletianum abdicâsse anno CCCIV. censeret, centum & unum annos, qui à ludis Severi usque ad annum abdicationis fluxerant, sic interpretari coactus est, ut utrumque extremum eo numero includi assereret, CCIV. nimirùm, & CCCIV. Videbat enim quòd si inciperet ab anno CCV. ut par erat, numerus annorum centum & unius non congrueret cum anno abdicationis imperii, quam, ut dixi, putavit anno CCCIV. evenisse. At si sciviſſet eam sequenti tantùm anno peractam, non redactus fuisset in has angustias. Porrò abdicationem contigisse anno quo diximus, probatur etiam ex capite XLVI. Lactantii, in quo ille scribit, annum octavum nuncupationis Maximini cognomento Dazæ completum fuisse Kalendis Majis anni, quo ille pugnam commisit cum Licinio: quæ cùm pugnata fuerit anno CCCXIII. consequens est Diocletianum abdicâsse, & Maximianum fuisse nuncupatum Cæsarem anno CCCV. Kalendis Majis.

Pag. 205. *lin.* 5. CÆSARI MORTEM] Ut fieri olim solebat post mortem Principum. Nam id de Augusto narrat Tacitus in libro primo Annalium, de Constantino Ruffinus lib. I. cap. XI. Historiæ ecclesiasticæ. Possunt inveniri etiam alia exempla. Sed ista tanti non sunt.

Lin. 7. KAL. MARTIIS] Anni sequentis, id est, anni trecentesimi quinti. Nam cùm certum sit Diocletianum vicennalia celebravisse Romæ anno CCCIII. & hinc digressum medio Decembri, Nicomediam pervenisse post æstatem anni CCCIV. & Circum dedicavisse anno post vicennalia repleto, id est, mense Novembri, deinde ita ægrotâsse, ut mortuus crederetur Idibus Decembribus, manifestum est Kalendas Martias, quæ post Idus illas subsecutæ sunt, incidisse in annum CCCV. adeòque adhuc eo tempore Diocletianum fuisse Imperatorem. Sed paulò post eum visuri sumus cum Galerio deliberantem de abdicando imperio.

Lin. 10. DEMENS FACTUS EST] Eusebius lib. VIII. cap. XIII. rectè hunc Diocletiani morbum, cujus vi demotus est de mentis suæ statu, accidisse ait post acta vicennalia, & post motam adversùs nostros persecutionem. Rectè quidem. Sed idem tamen in eo castigandus est, quòd vicennalia ab eo expleta ait, antequàm bellum inferret Christianis, cùm ex Lactantio teste oculato constet motam primò persecutionem, vicennalia deindè acta exeunte anno. Meminit autem amentiæ Diocletiani & Chrysostomus Oratione in sanctum Babylam martyrem.

CAPUT XVIII.

Pag. 205. *lin.* 6. EXEMPLUM NERVÆ] Qui senio gravis, ac ideò se contemni videns, Trajanum adoptavit, eodemque die in senatu Cæsarem designavit, ut Xiphilinus tradit ex Dione. Eandem causam adoptionis affert Plinius in panegyrico. *O novum atque inauditum ad principatum iter! Non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor Principem fecit.* Et infrà: *Ut dare posset imperium Imperator qui reverentiam amiserat, auctoritate ejus effectum est cui dabatur. Simul filius, simul Cæsar, mox Imperator & consors Tribunitiæ potestatis.*

Pag. 206. *lin.* 1. INDECENS ESSE] Heic incipit dialogus inter Diocletianum & Galerium, isto socerum urgente ad deponendum imperium, altero repugnante. Quod valdè animadvertendum est. Hactenùs enim existimavimus spontaneam fuisse Diocletiani abdicationem, & longo tempore meditatam: quod certè evidentissimè colligebatur ex vetustis auctoribus, qui vulgatas tantùm historias scribebant, arcana rerum non noverant. At Lactantius, qui Nicomediam à Diocletiano fuerat accitus, qui frequens erat in palatio, meliùs totam hanc historiam scire potuit, quàm illi qui posteà animum ad scribendas historias appulerunt.

Lin. 9. INVASERAT vel INHIAVERAT] In veteri codice legitur *invenerat*.

Lin. 10. DISPOSITIONEM] Formam constituendæ, seu regendæ reipublicæ. Receptum erat ea vox. Epistolâ D. Aureliani ad Flavium Arabianum, apud Flavium Vopiscum:

Digitized by Google

Nunc tuum est officium, Arabiane jucundissime, elaborare ne mea dispositiones in irritum veniant. Valeriani epistolâ ad Ragonium Clarum, apud Trebellium Pollionem in triginta Tyrannis cap. XVII. *Dispositionem Balistæ prosequere. Hâc in formâ remp. vides.* Vide Lactantium lib. II. Institut. cap. XVI. & lib. III. cap. VII. & X. & Jacobum Gothofredum ad titulum Codicis Theodos. *De proximis.*

Lin. 10. DISPOSIT. CONSERVARI] Ut quia ipse primus orbem Romanum in quatuor partes divisisset, quarum duas à duobus Augustis, reliquas duas à duobus Cæsaribus in spem imperii allectis teneri instituerat, jam & ipse hanc dispositionem non immutans, sed custodiens, cederet imperio cum sene Maximiano, & se Constantiumque, qui tum Cæsares erant, Augustos diceret, in istorum verò loco duos novos Cæsares faceret. Daret exemplum posteris, quomodò conservari oporteret immensum reipublicæ corpus.

Lin. 12. INTER DUOS CONCORDIAM] Proponebat tacitè Galerius exemplum Diocletiani & Maximiani Herculii, qui per tot annos mirâ concordiâ imperium tenuerant, ut ostenderet rem non esse difficilem. Re autem verâ res est difficillima concordia, præsertim ubi summa potentia est; rectèque Tacitus in libro quarto Annalium scribit, potentiam & concordiam eòdem loci esse vix posse. Idem lib. XIII. loquens de Senecâ & Burrho rectoribus juventæ Neronis Imperatoris adnotat, tanquàm rem difficilem & extraordinariam, eos pari in societate potentiæ fuisse concordes. Denique discordia quæ posteà fuit inter Constantinum & Licinium, qui Romanum Imperium æquâ potestate tenebant, probavit, concordiam difficilè servari inter duos Imperatores.

Pag. 207. *lin.* 1. MINOR ET EXTREMUS] Infrà cap. XX. *Nam Constantium, quamvis priorem nominari esset necesse, contemnebat.* Hæc loca ostendunt, priorem in adoptione locum datum esse Constantio, haud dubiè propter nobilitatem generis, quod referebat ad Claudium Imperatorem. Sed de hoc posteà.

Lin. 2. ILLYRICO VEL.] Codex vetus *Illyricum.* Idem autem valet in hoc loco vox *vel*, ac *id est.* Neque enim vera est observatio Cuperi, censentis Illyricum non fuisse ad ripam Danubii, sed ad mare Adriaticum. Nam Mœsia utraque, quæ est ad ripam Danubii, pertinebat ad Illyricum, ut satis notum est. Carpi verò & Bastarni, quos à Galerio victos posteà ait idem vir clarissimus, erant Transdanubiani.

Lin. 12. ITA PLANE] Familiaris Lactantio phrasis. Lib. I. divinar. Institut. cap. XI. *Ita planè. Nam cùm idem neque virginibus neque maritatis unquàm peperciſſet.* Et lib. II. cap. 11. *Ita planè: quemadmodùm vulgus existimat mortuorum animas circa tumulos & corporum suorum reliquias oberrare.*

Ibid. ILLOR. FILIOS NUNCUPARI] Æquum sanè ac rationi consentaneum erat, quod proponebat Diocletianus, ut filius Herculii Maxentius & Constantii filius Constantinus fierent Cæsares, ne Principum filii privati viverent. Sed contrà obtinuit pervicax Galerius, & alios Cæsares fecit, præsente etiam Constantino.

Lin. 14. NEQUE PATREM] Eadem de Maxentio referuntur in Epitome Victoris. *Is Maximianus* (Leg. *Maxentius*, ut patet etiam ex libro XI. Historiæ miscellaneæ) *carus nulli unquàm fuit, ne patri aut socero quidem Galerio.* Erat ille, ut vulgò scribitur, Herculii Maximiani filius. Sed tamen paulò antè in eâdem Epitome ista leguntur. *Genuit ex Eutropiâ Syrâ muliere Maxentium & Faustam conjugem Constantini, cujus patri Constantio tradiderat Theodoram privignam. Sed Maxentium suppositum ferunt arte muliebri tenere mariti animum laborantis auspicio gratissimi partûs cœpti à puero.* Hanc enim ego lectionem meritò, ut opinor, reliquis præfero. Historiam hanc confirmat incerti panegyricus Constantino dictus post victum Maxentium, cujus auctorem esse Nazarium putabat vir doctissimus Petrus Pithœus: *Ut enim omittam illa quæ non decet comparari, quòd erat ille Maximiani suppositus; tu Constantii pii filius: ille despectissima pravitatis,* (Leg. *parvitatis*) *detortis solutisque membris, nomine ipso abusivâ appellatione mutilato; tu, quod sufficit dicere, tantus ac talis.* Auctor fragmenti de Constantio Chloro & Constantino: *De cujus origine mater ejus, cùm quæsitum esset, Syro quodam genitum esse confessa respondit.*

Pag. 208. *lin.* 15. TEMULENTUM, EBRIOSUM] Idem auctor: *Severus Cæsar ignobilis, & moribus, & natalibus, ebriosus, & hoc Galerio amicus.* Censuit enim auctor hujus fragmenti Galerium fuisse ebriosum, quem tamen alibi non facilè reperias temulentiæ accusatum. Sic ergò ille: *Galerius sic ebriosus fuit, ut cùm juberet temulentus ea quæ facienda non essent, à Præfecto admonitus constituerit, ne jussu ejus aliquis post prandium faceret.* Confudit haud dubiè auctor fragmenti Galerium Maximianum cum Galerio Maximino,

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

nimino, quem narrat Eusebius lib. VIII. cap. XIV. temulentiæ & crapulæ eò usque obnoxium fuisse, ut in compotationibus insaniret & furereț, & ea imperaret ebrius, quorum postridiè sobrium pœnitebat. Et ita quidem verba Græca Eusebii verterunt Christophorsonus & Valesius. At Ruffinus alium sensum his dedit, dicens Maximinum adeò temulentum fuisse, ut insanus & mente captus vini furore putaretur, & ea ebrius fieri juberet, quæ die posterâ se jussisse nesciret. De eodem hæc habentur in Epitome Victoris, quæ magis congruunt cum interpretatione virorum clarissimorum. *Vini*, inquit, *avidior: quo ebrius, quadam corruptâ mente aspera jubebat, qui cùm pigeret factum, differri qua præcepisset in tempus sobrium ac matutinum statuit.* Denique victus à Licinio, cùm Tarsum profectus esset, neque ullum speraret refugium, angore & metu confugit ad mortem, quasi ad remedium malorum, & priùs se cibo inferfit ac vino ingurgitavit, ut dicet infrà Lactantius cap. XLIX.

Lin. 17. EUM MISI AD MAXIMIANUM] Audax sanè nimiùm fuit Galerius, qui nondùm consulto Diocletiano, Severum miserat ad Maximianum, ut ab illo fieret Cæsar. Qui locus etiam ostendit, quàm præceps & væsanus fuerit Galerius, & quàm parùm libera ac spontanea Diocletiani abdicatio.

Lin. 18. UT AB EO INDUATUR] Purpurâ videlicet: quod erat insigne principalis fastigii. Itaque idem Severus ab Herculio posteà victus ad Ravennam, *vestem & purpuram eidem è quo acceperat reddidit*, ut ait infrà Lactantius cap. XXVI.

Lin. 20. OSTENDENS DAIAM] Sive Dazam, filium sororis Galerii, ob hoc ipsum Galerium Maximinum dictum in adoptione. Epitome Victoris: *Galerius Maximinus sorore Armentarii progenitus, veroque nomine ante imperium Daza dictus.*

Lin. 21. JUSSERAT MAXIMINUM] In veteri codice, & hic, & ferè semper legitur *Maximianum*, sueto Græcis Latinisque librariis errore, ut Maximiani & Maximini nomina persæpè confundant. Quoniam verò certum est istum, non Maximianum, sed Maximinum fuisse vocatum, nos ubique emendavimus, ne qua lectorem difficultas remorari posset.

Pag. 209. *lin.* 1. HOMINIS] Cuperus & Sparkius monent legendum esse *ominis*: quod ego valdè probo.

CAPUT XIX.

Pag. 209. *lin.* 1. PROCEDITUR KAL. MAJIS] Anno Christi CCCV. ut diximus. Mendum itaque est apud Zosimum & in Fastis Idatianis, ubi ista contigisse dicuntur Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Conss. die Kal. Aprilis. Alii abdicationem Imperatorum ponunt in die XI. Kal. Maji, ipsis Palilibus; Labbeus Kalendis Augusti, nescio quo auctore. Sed nunc neque de anno, neque de die disputare fas est, post tam luculentam & accuratam abdicationis istius historiam, quam nobis exhibet Lactantius.

Ibid. CONSTANTINUM O. INTUEB.] Ex hoc loco, & ex pluribus aliis veterum Scriptorum testimoniis probari potest, Constantinum apud Diocletianum fuisse eo tempore, quo ista agebantur. Quare necesse est mendum esse in fragmento de Constantio Chloro & Constantino pag. 472. ubi scriptum est, Severum & Maximinum Cæsares factos, *Constantino nihil tale nescente.* Ubi legendum est, *Constantio*, absque quo & abdicatio facta, & Cæsares suffecti, ut docet Lactantius.

Lin. 5. MAXIMIANUS IPSE] Galerius cognomento Armentarius.

Ibid. PURPURAM SUMPSERAT] Magni momenti sunt hæc verba, neque leviter prætereunda. Signant enim locum, ubi Galerius Maximianus adoptatus est à Diocletiano, nimirùm prope Nicomediam. Quippe altum de eâ re silentium est apud antiquos historiarum scriptores, nisi quòd in Chronico Alexandrino scriptum est, Maximianum Jovium & Constantium in consortium imperii adscitos esse Nicomediæ. Sigonius in libro primo de Occidentali imperio putat, id factum esse in Illyrico. Sed errare illum evincit hic locus Lactantii. Rursùm heic adnotandum est, Diocletianus & Maximianus sicut uno eodemque die imperium deposuerunt, prior ad Nicomediam, alter apud Mediolanum, ita uno eodemque die Cæsares adoptatos ab illis fuisse, Galerium quidem à Diocletiano ad Nicomediam, Constantium verò ab Herculio in Italiâ, ac fortè an Mediolani.

Pag. 210. *lin.* 1. REQUIEM PETERE] Hinc haud dubiè orta communis opinio, Diocletianum semet volentem ac spontaneum imperio exuisse propter senium & infirmam valetudinem, & id ab eo factum post diutinam deliberationem; ut colligunt, & rectè, viri docti ex veteri panegyrico, qui Maximiano Herculio & Constantino dictus est post nuptias Constantini & Faustæ. Verùm Lactantius arcanum istius historiæ aperuit, quod se ignorare fassus est Eusebius in libro primo de vitâ Constantini cap. XVIII, ubi ait, seniores

Augustos *nescio quo pacto* imperio se abdicâsse. Ruffinus lib. VIII. cap. XV. ait, Diocletianum Augustum in id vanitatis atque amentiæ perveniſſe, quò depositis cum collegâ pariter Augusto regni insignibus, privati & plebeii post imperium viverent. At Constantinus in oratione ad sanctorum cœtum cap. XXV. (cui adstipulari videtur Eusebius lib. VIII. cap. XIII.) disertè affirmat, Diocletianum ob mentis alienationem sponte se imperio abdicâsse: quem Valesius in annotationibus suis refellit, & meritò. Sed errat idem Valesius in eo, quòd ait consilium de abdicando imperio diu ante persecutionem cepisse Diocletianum, tunc scilicet, cùm de Persis aliisque barbaris nationibus Romæ triumphavit. Nam ex serie istius lucubrationis Lactantianæ constat, consilium de abdicando imperio captum fuisse post commotam persecutionem, post reditum Diocletiani ab urbe, post vicennalia repleta, adeòque post difficilem illum morbum, cujus vi demotum de mentis suæ statu visum fuisse Diocletianum tradit Eusebius. Præterea triumphus actus non est ante persecutionem, ut suprà ostensum est.

Lin. 3. SEVERUM ET MAXIMINUM] Fasti Idatiani Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Consulibus: *His Conss. deposuerunt purpuram privati effecti Diocletianus & Maximianus, & vestierunt Severum & Maximinum*; Severum quidem Herculius apud Mediolanum, Maximinum Diocletianus ad Nicomediam. Sed malè apud Eusebium in Chronico, ubi scriptum est, Galerium solum biennio Augustum imperium tenuisse, & anno post seniorum Augustorum abdicationem Maximinum & Severum à Galerio Maximiano Cæsares factos. Ita quidem in plerisque editionibus. Sed in Venetâ anni MCCCCLXXXIII. & in antiquis codicibus manuscriptis à Pontaco laudatis, tum etiam in vetustissimo & optimo codice Colbertino, ea desunt, quæ de Galerio solo imperium per biennium obtinente illic dicuntur, & substitutio Severi & Maximini Cæsarum ponitur in eodem anno, quo facta est abdicatio. Petavius tamen vulgatam Eusebiani Chronici lectionem propugnat in libro XI. de Doctrinâ temporum cap. XXXIV. & verba illa de Galerii biennio sic interpretatur, ut is biennio solus, id est, nondùm creatis Cæsaribus, imperasse dicatur, Cæsares autem electos anno illo, quo Constantius excessit è vivis. Itaque in libro XIII. (qui est chronologicus) colligere se ait ex fragmento anonymi Scriptoris, qui post Ammianum Marcellinum Valesii editus est, Severum aliquantò anteà copiis in Italiâ præfuisse, quàm Cæsar fieret, neque tam citò eam dignitatem adeptum, sed eodem ferè tempore quo Constantinus Constantii filius. Quæ omnia falsa esse agnoscerat sanè Petavius, si librum istum Lactantii videret.

SEVERUM ET MAXIMINUM] Certum est hæc acta Nicomediæ fuisse, ubi tunc erant Diocletianus & Galerius Maximianus. Et tamen Socrates in initio suæ historiæ, ut quidem verterunt Musculus, Christophorsonus, & Valesius, ait Galerium post abdicationem Diocletiani & Maximiani Herculii profectum in Italiam, duos Cæsares, Maximinum in Oriente, Severum in Italiâ constituisse. Aliter vertit Epiphanius scholasticus, & quidem congruentius ad veritatem historiæ: *Cùm Diocletianus & Maximianus Herculius privatam elegissent vitam, & Maximianus Galerius, qui cum eis imperaverat, tenens Italiam, duos Cæsares fecisset, Maximinum in Oriente, & Severum in Italiâ, tunc Constantinus in Britanniâ patre mortuo ordinatur Imperator.* Utcunque se res habeat, manifestum est Socratem existimasse, Maximinum & Severum factos fuisse Cæsares, postquàm Italia cessit in ditionem Galerii, quæ tempore abdicationis venerat Constantio. Atque in eâdem sententiâ fuisse videtur etiam Eutropius in initio libri decimi; ubi scribit Galerium, cùm Italiam quoque finente Constantio administrationi suæ accessisse sentiret, Cæsares duos creavisse. Errat ergò uterque, cùm ex Lactantio appareat, Cæsares factos esse apud Nicomediam eodem tempore, quo seniores Augusti deposuerunt imperium. Occasio illis errandi, ut arbitror, illa fuit, quòd cùm Maximianus Herculius abdicasset apud Mediolanum, præsente Severo, qui ab eo factus est Cæsar, & ab eo purpuram accepit, credidêrunt haud dubiè utrumque Cæsarem in Italiâ factum esse à Maximiano, non distinguentes inter Maximianum Herculium & Galerium Maximianum, id verò fieri non potuisse, nisi post abdicationem. Vide Sigonium in libro secundo de Occidentali imperio.

SUSUM] *In superiori parte; in loco elevato*, ut ait Papias. Veteres dicebant *susum*, pro *sursùm*, ut pluribus ostendit in suo Glossario vir clarissimus Carolus Dufresnius. Et Rigaltius ad librum secundum Testimoniorum sancti Cypriani ad Quirinum cap. XXVIII. ubi legitur, *Vocavit cœlum sursùm*, adnotat, in Beneventano & Veronensi codicibus legi *susùm*.

Lin. 4. SCISCITARI vel HÆSITARE] in

veteri libro ſcriptum eſt *ſtare*, & in margine *haſitare*, per ſpeciem emendationis. Ego utramque lectionem puto falſam eſſe, & vocem *ſciſcitari* melius convenire huic loco.

Lin. 6. CONSTANTINO REPULSO] Vel unicus hic locus, quamvis alia argumenta non deſint, oſtendit Conſtantinum non fuiſſe factum Cæſarem cum Severo & Maximino. Illud ipſum probatur etiam ex ſilentio Scriptorum illius ævi, & ex quibuſdam antiquis Inſcriptionibus exaratis poſt abdicationem Diocletiani, & ante obitum Conſtantii; in quibus poſt Conſtantium & Galerium Auguſtos, Severi & Maximini Cæſarum nomina inſcripta ſunt, omiſſo nomine Conſtantini. Harum unam exhibet Onuphrius Panvinius in libro ſecundo Faſtorum, alteram Gruterus pag. CLXVIII. Præterea hæc erat diſpoſitio à Diocletiano introducta in adminiſtratione reipublicæ, quam in perpetuum conſervari debere contendebat Galerius, ut quatuor tantùm eſſent Principes, *duo majores, qui ſummam rerum tenaant, item duo minores, qui ſint adjumento*, ut docet Lactantius cap. XVIII. hujus operis. Itaque cùm poſteà Galerius accepiſſet mortem Conſtantii, & Conſtantinum in loco ejus poſitum, cùm valdè cuperet imperium tenere ſolus, nec tamen vellet ordinem mutare in republicâ conſtitutum, maluit collegam Auguſtum aſſumere, quàm tertium Cæſarem *extra numerum nuncupare*, ut ait Lactantius in capite XXV. ejuſdem hiſtoriæ. Ex his quæ hactenùs dicta ſunt manifeſtè colligitur, Conſtantinum non fuiſſe factum Cæſarem cum Severo & Maximino. Et tamen in Epitome Victoris iſta leguntur: *Conſtantius Conſtantini pater atque Armentarius Cæſares, Auguſti appellantur, creatis Cæſaribus, Severo per Italiam, Maximino Galerii ſororis filio per Orientem; eodemque tempore Conſtantinus Cæſar efficitur.* Negari ſanè non poteſt, quin Conſtantinus fuerit Cæſar, cùm id nummi plures proferant, in quibus viſitur imago ejus laureata, cum hâc Inſcriptione: CONSTANTINUS NOB. CÆS. In uno verò & prænomina etiam Conſtantini leguntur hoc modo: FL. VAL. CONSTANTINUS NOB. C. Credidit vir eruditiſſimus, innixus auctoritati Aurelii Victoris, Conſtantinum à Maximiano Auguſto & ſocero conſecutum eſſe dignitatem Cæſaris eodem menſe, quo Conſtantius pater ejus Auguſtus eſt renuntiatus. Contrà Joſephus Scaliger in animadverſionibus ad Euſebium pag. 247. contendit, eum non fuiſſe Cæſarem ſub patre, ſed ſub Galerio, tametſi poſteà adnotat, nullam hiſtoriam referre eum Cæſarem à Galerio dictum. Si iſthæc Lactantii Hiſtoria viris doctiſſimis nota fuiſſet, haud dubiè ab his ſcribendis abſtinuiſſent, quæ veritati conſentanea non ſunt. Nam primò certum eſt, uti diximus, Conſtantinum non fuiſſe factum Cæſarem cum Severo & Maximino. Deindè non potuit eodem tempore fieri Cæſar à Maximiano Herculio, cùm apud eum non eſſet, ſed apud Diocletianum. Neque tum Herculius ſocer ejus erat, quandòquidem Conſtantinus Fauſtam Herculii filiam duxit tantùm poſt obitum Conſtantii, ut dicemus ſuo loco. Denique videbimus infrà Lactantium docere, Conſtantinum Cæſarem à Galerio dictum fuiſſe: quod apud nullum Hiſtoricum reperiebatur ætate Scaligeri.

Lin. 9. PURPURAM INJECIT] Ut eum veſte imperatoriâ indueret ac veſtiret, quem Galerius veſte privatâ exuerat. Veſtire enim eſt vocabulum, quo tum ſignificabantur inſignia ſummæ poteſtatis. Faſti Idatiani: *Veſtierunt Severum & Maximinum.* Et Lactantius in hoc capite loquens de Severo: *Miſſo ad Maximianum, ut ab eo induatur.*

Lin. 11. VETERANUS REX] Eleganter Diocletianum vocat veteranum Regem, quia regnaverat per annos viginti integros, tanquàm ſi propterea meruiſſet privilegia ſimilia iis, quæ conceſſa erant militibus, qui per viginti annos in legione vel vexillatione militaverant.

Ibid. IN PATRIAM DIMITTITUR] Id eſt, Diocleam prope Salonas Dalmatiæ oppidum, ubi præclaro otio conſenuit.

Lin. 12. SCUTARIUS] Varia Scutariorum genera fuerunt in palatio Imperatorum Romanorum, de quibus agit Henricus Valeſius in annotationibus ad Ammianum Marcellinum pag. 33.

Lin. 13. PROTECTOR, MOX TRIBUNUS] Per eoſdem gradus, ſed non ita citò, ad imperium pervenerat Conſtantius. Fragmentum editum ab Henrico Valeſio pag. 471. *Conſtantius D. Claudii optimi Principis nepos ex fratre, Protector primùm, exin Tribunus, poſteà Præſes Dalmatiarum fuit.* Protectores autem dicti ſunt ex eo, quòd Principis latus protegerent, & ad cuſtodiam corporis ejus electi erant. Horum alii in comitatu manebant, alii in provinciis cum Comitibus & Magiſtris militum mittebantur, quidam etiam ad cuſtodiam limitis ex eâ ſcholâ erant deputati. De his pluribus agit Henricus Valeſius in annotationibus ad Ammianum Marcellinum pag. 33. 46. 152.

Digitized by Google

CAPUT XX.

Pag. 210. *lin.* 1. SENIBUS EXPULSIS] Id eſt, Diocletiano & Herculio, quorum primus ſeceſſit in Dalmatiam, alter in Lucaniam, ut plerique tradunt.

www.libtool.com.cn

Lin. 2. SOLUM ORBIS DOMINUM] Non quòd reverà eſſet ſolus Imperator, cùm collegam haberet Conſtantium, ſed quia cùm iſtum contemneret, illum pro nullo habebat. Apud Socratem quoque lib. 1. Hiſt. eccleſ. cap. 11. ſcriptum eſt, Galerium Maximianum totius imperii clavum tenuiſſe. Quæ benignè intelligenda eſſe ait Henricus Valeſius. *Neque enim*, inquit, *Galerius totius imperii reverà clavum tenuit, cùm duo alii eodem tempore eſſent Auguſti, Conſtantinus in Galliis, & Maxentius Romæ. Verùm ſummam imperii nihilominùs adminiſtraſſe dicitur, eò quòd ipſe ſenior erat Auguſtus, & à junioribus Auguſtis inſtar patris colebatur.* Iſta viri doctiſſimi obſervatio habet aliquid veri, ſed non omnia. Nam quamvis concederem Galerium à Conſtantino, ut erat ille vir multæ civilitatis, cultum fuiſſe inſtar patris, certum eſt non ita cultum fuiſſe à Maxentio, quamvis ſocer ejus eſſet, immò nunquàm benè inter eos conveniſſe, etiam vivente Diocletiano, & bellum inter eos fuiſſe graviſſimum ex eo tempore quo Maxentius ſumpſit purpuram, uſque ad imperium Licinii.

Pag. 211. *lin.* 1. PRIOREM NOMINARI] Suprà cap. XVIII. Galerius Maximianus alloquens Diocletianum ait, *ſi ipſe cedere noluiſſet, ſe ſibi conſulturum, ne ampliùs minor & extremus eſſet.* Euſebius in libro primo de vitâ Conſtantini cap. XVIII. ait Conſtantium, cùm ſeniores Auguſti imperio ſe abdicâſſent, primum Auguſtum renuntiatum eſſe, & primum Auguſtum appellatum inter quatuor, qui poſtmodùm deſignati ſunt. Idem ſemper priore loco nominatur in Faſtis Idatianis, à Zoſimo, Eutropio, in Codice Juſtiniani, in veteri Inſcriptione de Conſecratione Thermarum Diocletianarum, & in aliquot aliis Inſcriptionibus, quæ apud Gruterum leguntur pag. LVIII. CLIX. CLXI. CLXVI. CCLXXIX. MLXIII. Et tamen Ælius Spartianus in Ælio Vero, & Flavius Vopiſcus in Carino, Galerium Maximianum nominant ante Conſtantium, & id quidem tempore Diocletiani. Sanè æquum videbatur, ut is qui adoptabatur à Diocletiano, & qui filiam ejus Valeriam habebat uxorem, priorem locum haberet ſupra eum, qui adoptabatur à Maximiano ſecundi loci principe. Contrà, rationi conſentaneum erat, ut vir magnæ nobilitatis, cujuſmodi erat Conſtantius, non poſtponeretur homini agreſti, paſtori pecorum, atque illum poſt ſe haberet in adminiſtratione reipublicæ. Ego crediderim, Spartiani & Vopiſci teſtimonia poſtponenda eſſe auctoritati veterum Inſcriptionum, & eorum auctorum, qui diſertè aïunt primum locum datum eſſe Conſtantio: præſertim cùm ii qui illum Galerio tribuunt, non tractaverint hanc hiſtoriam ex profeſſo, ſed per tranſennam, & aliud agentes. Quod etiam dicendum eſt de auctore vitæ ſancti Procopii martyris, quæ habetur in tomo quarto Surii, ubi Galerius primo loco nominatur ante Conſtantium.

Lin. 4. A TRIBUS] Id eſt, à Galerio, Severo, & Maximino.

Ibid. LICINIUM V. C. AMICUM] Idem tradit Socrates lib. 1. cap. 11. ubi ait, Galerium Maximianum abiiſſe è vitâ, cùm Licinium priùs Imperatorem creaviſſet, veterem amicum, & contubernalem ſuum, qui ex Daciâ erat oriundus.

Lin. 6. NE FILIUM NOMINARET] Ego arbitror hunc iſtorum & ſequentium verborum ſenſum eſſe. Cùm Galerius Licinium haberet veterem amicum & contubernalem, *bonum militiâ*, ut Taciti verbo utar, *& victoria ſocium*, cujus conſiliis ad omnia regenda utebatur, noluit tamen illum facere Cæſarem, ne filium eum nominaret, cum quo per omnem vitam vixerat velut frater: ſed deſtinata in longum jaciens, eum in locum Conſtantii, aut brevi morituri, aut certè per vim deturbandi, ſubſtituere cogitabat, ut ſic Auguſtum & fratrem nuncuparet. Nam qui fiebant Cæſares, in filiorum numerum veniebant, & filii Auguſtorum dicebantur. Qui verò nuncupabantur Auguſti, fratres Imperatorum appellabantur, ut ſuprà vidimus de Maximiano Herculio.

Lin. 9. VICENNALIA CELEBRARET] Ad exemplum Diocletiani, qui poſt emenſos novendecim annos Imperii Romam veniens, initia vigeſimi tanto apparatu celebravit, ut propterea dixerit Sextus Rufus, notam eſſe pompam victoriæ, quæ ſub Diocletiano Principe reportata de Perſis eſt. Sed multùm eo tempore diſtabat Galerius à vicennalibus ſuis. Nam ex capite XXIV. hujus libri colligitur, ea celebrari debuiſſe Kalendis Martiis, quæ mortem ejus ſubſecuta ſunt. Igitur mortuus eſt anno ex quo Cæſar factus eſt decimo nono ineunte, cùm obierit menſe Majo, qui fuit proximus ante diem vicennalium. Mortuus eſt autem cùm ageret octavum Conſulatum, ut ſcriptum eſt in hâc Hiſtoriâ & in

Digitized by Google

Fastis Idatianis. At si ista vera sunt, quomodò fieri potest ut Galerius imperaverit annis uno & viginti? Tot enim numerantur à Consulatu Tiberiani & Dionis, quo Galerius dicitur factus Cæsar, usque ad Consulatum ejus octavum. Deindè ipse in hoc libro Lactantii cap. XVIII. docet, se eo tempore quo Diocletianum impellebat ad abdicationem, jam per annos quindecim in Illyrico ad ripam Danubii luctasse cum gentibus barbaris, interim dum alii intra laxiores & quietiores terras delicatè imperarent. Profectò si annos sex, quibus ille rempublicam administravit post secessum Diocletiani, addas ad quindecim qui effluxerant cùm hæc dicebantur à Maximiano, manifestum erit, illum mortuum esse *vicesimo primo imperii sui anno*, ut legitur in vulgatis editionibus Eusebiani Chronici. Quanquàm in vetustissimo & optimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ, & in variis antiquis exemplaribus quæ Pontacus testatur se vidisse, hæc tantùm leguntur: *Galerius Maximianus moritur.* Verùm cùm ea sit auctoritas Lactantii, ut ei contradici non possit, & Aurelius Victor scribat, Galerium potentiam Cæsaris annos tredecim gessisse, imperium quinquennio, tum Eutropius in initio libri noni & auctor Chronici Alexandrini pag. 651. doceant Constantium, qui Cæsar cum Galerio factus est, obiisse Eboraci in Britanniâ anno decimo tertio principatûs sui, in fragmento præterea de Constantio Chloro pag. 472. legatur Galerium imperasse annis novendecim, necesse est ut in eam sententiam concedamus, quæ potentiam ejus intra novendecim annos coërcet, & quindecim illos annos per quos cum gentibus barbaris luctavit, interpretemur partim de bellis quæ illic gessit cùm adhuc privatus esset, partim postquàm Cæsar factus est, & initia principatûs ejus revocemus ad Kalendas Martias anni CCCIII. ut sic per annos XIII. Cæsar fuisse dici possit anno CCCV. quo Diocletianus deposuit imperium.

Lin. 10. CÆSARE NILO SUO] Galerii, ut opinor. Infrà cap. XXXV. *commendatis Licinio conjuge suâ & filio.* Nusquam alibi legimus, Galerio filium fuisse. Sanè si habuisset, ex priore uxore habuisset. Quo casu, Cæsares duos extra suam familiam non quæsiisset: sed filium suum primo saltem loco nominasset. Ex Valeriâ non habuit. Sterilis enim fuit, ut docet infrà Lactantius in capite quinquagesimo. Hæc itaque intelligenda sunt de Candidiano, qui paulò post nominatur, & quem Lactantius infrà in eodem capite quinquagesimo adnotat ex concubinâ natum, à Valeriâ Galerii uxore adoptatum ob sterilitatem, ac desponsum filiæ septenni Maximini Augusti. Hunc ergò Cæsarem facere destinabat pater post celebrata vicennalia. Occisus est autem à Licinio Candidianus anno Christi CCCXII. ætatis suæ XVI.

Ibid. IPSE DEPONERET] Imperium. Meditabatur ergò Galerius secessionem à republicâ post celebrationem vicennalium, ut fortunam Diocletiani imitaretur. Sed Deus cuncta illius cogitata dissolvit. Nam neque vicennalia celebravit, neque Candidianum fecit Cæsarem, nec consequi potuit otii dulcedinem.

CAPUT XXI.

Pag. 211. 212. *lin.* 7. TORQUEBANTUR DECURIONES] Rem istam adnotavit Lactantius tanquàm actam contra jus & morem. Nam jure civili Romanorum non licebat torquere Decuriones, ut patet ex Epistolâ Constantini ad Probianum Proconsulem Africæ. Quare Baronius ad annum CCCXIV. admonet, Acta purgationis Felicis Episcopi Aptungitani corrupta esse eo loco, ubi Ælianus Proconsul ait ad Ingentium: *Noli itaque tibi blandiri, quòd cùm mihi dicas Dei cultorem te esse, ac propterea non possis torqueri;* & *Decurionem* legendum heic esse pro *Dei cultorem.* Posteà tamen, ut illic observat Baronius, Constantinus legem tulit, ut Decuriones torqueri liceret in crimine falsi.

Pag. 212. *lin.* 2. PERFECTISSIMI VIRI] Lactantius lib. v. Institut. cap. XV. *Nemo Perfectissimus nisi qui omnes gradus impleverit.* Perfectissimatûs dignitas, ut ait Valesius ad librum XXI. Ammiani Marcellini, minor erat clarissimatu; & ut Clarissimi apud Præfectum urbi conveniebantur, sic perfectissimi apud Vicariam præfecturam. Vide etiam Notas Balduini in Eumenii Orationem de scholis instaurandis, Juretum in Notis ad epistolam XL. libri decimi Symmachi, & Jacobum Gothofredum ad Codicem Theodosianum tom. III. pag. 418.

Lin. 4. GYNÆCEUM] Gynæcea, ut vox ipsa loquitur, erant loca destinata operibus muliebribus, in quæ interdùm pœnæ loco dejiciebantur & viri & fœminæ. Plura de istiusmodi gynæceis observavit vir clarissimus Carolus Dufresnius in suo Glossario, & nos etiam in notis ad Reginonem pag. 568. & ad Capitularia pag. 1009. Vide quoque Valesii annotationes ad Eusebium pag. 211.

Lin. 6. LUSORIUM] Theatrum, sive amphitheatrum, ubi ludi publici edebantur, ut

pluribus ostendit idem Dufresnius. Salvianus lib. 6. pag. 122. secundæ editionis nostræ: *Equidem quia longum est nunc dicere de omnibus, amphitheatris scilicet, odeis, lusoriis, pompis, athletis &c.* Acta sanctæ Seraphiæ virginis & martyris cap. III. *Præses verò post tertium diem paravit lusorium trans pontem super arcum Albini, ubi solebat fieri themela.* Aliud sunt lusoriæ apud Vopiscum, naves nimirùm, quas Romani habebant in fluminibus, quæ Romanum imperium disterminabant à barbaris, semper instructas & paratas ad arcendos eorum transitus & incursus, ut explicat Salmasius in Notis ad eundem Vopiscum pag. 475. De quibus etiam fusè agit Jacobus Gothofredus ad tit. Codicis Theodos. *De lusoriis Danubii.* Alibi lusorius idem valet ac derisorius, ut in libro XLIII. Digestor. l. ult. *Ne quid in loco publico fiat,* ubi ita legitur: *Qui adversùs edictum Prætoris ædificaverit, tollere ædificium debet. Alioquin inane & lusorium Prætoris imperium erit.* Item Seneca lib. v. de benefic. cap. VIII. *velut lusorium nomen statim transit.* Apud eundem epist. LXXX. *spectaculum non fidele & lusorium.* Et in epistolâ Gelasii Papæ ad Euphemium Episcopum Constantinopolitanum, ubi sic vulgò legitur: *aut ad veniam luxuria de me cognoscens ista jactare.* Pro quo in vetustissimis & optimis codicibus MSS. Ecclesiæ Bellovacensis & monasterii Corbejensis scriptum vidi: *aut, da veniam, lusoriè de me cognoscens ista jactare.* Neque insolens est hic error. Observat enim Salmasius in loco paulò antè laudato, pro eo quod ipse apud Vopiscum edidit, *Romanas lusorias barbari incendissent*, vulgò excudi solitum, *Romanas luxurias.* Et Jacobus Gothofredus in loco paulò antè laudato commemorat tria loca Codicis Theodosiani, ubi scriptum est *luxuriis*, pro *lusoriis.*

Pag. 213. *lin.* 5. SPIRITUS REDDERETUR] Lactantius lib. v. Institut. cap. XI. *Contendunt igitur ut vincant, & exquisitos dolores corporibus immittunt, & nihil aliud devitant, quàm ut ne torti moriantur.* Et paulò post: *Illi autem pertinaci stultitiâ jubent curam tortis diligenter adhiberi, ut ad alios cruciatus membra renoventur, & reparetur novus sanguis ad pœnam.*

CAPUT XXII.

Pag. 213. *lin.* 2. NULLA POENA PENES] In veteri exemplari legitur, *Nulla pœnis eum levis.* Pessima lectio bonam nobis indicavit.

Lin. 4. IN CAUSA CAPITIS] Emendatio quoque ista nostra est. Nam vetus codex habet: *In causâ pœna capitis & animadversio gladii admodùm paucis &c.* Scilicet vox *pœna* in hunc locum irrepsit ex superiore.

Lin. 6. BONAM MORTEM] Id est, non coactam vi tormentorum, sed facilem & absque cruciatibus: cujusmodi sunt profectio venarum, strangulatio, & venenum. Infrà cap. XXVI. de Severo: *Quo facto nihil aliud impetravit, nisi bonam mortem. Nam venis ei incisis, leniter mori coactus est.* Et cap. XXX. de Maximiano Herculio: *Postremò datur ei potestas liberæ mortis, ac nodum informis leti trabe nectit ab altâ.* Sed in hoc Lactantius adversantem sibi Tacitum habet, quòd ait Severum leniter mori coactum incisis venis. Nam Tacitus lib. XVI. Annalium extremo agens de Petronio, qui eo genere mortis extinctus est, ait: *Mox lentitudine exitûs graves cruciatus afferente.*

CAPUT XXIII.

Pag. 214. *lin.* 2. CENSUS IN PROVINCIAS] Censualis professio duo continebat, modum agrorum, & numerum capitum, tam liberorum quàm servilium; ut pluribus eruditè suo more explicat Henricus Valesius ad Ammianum Marcellinum pag. 167. Cæterùm hic Lactantii locus confirmat conjecturam doctissimi viri Jacobi Gothofredi, qui ex l. 2. Cod. Theodos. *De censu*, collegit mutationem aliquam à Galerio Maximiano factam esse per Lyciam & Pamphyliam post abdicationem Diocletiani, nimirùm urbanam plebem capitationi sujectam. Quæ lex magnam profectò lucem accipit ex isto capite Lactantii.

Lin. 9. SERVI CONTRA DOMINOS] Regula juris est, ut Casaubonus ait ad Flavium Vopiscum, servum in caput domini non posse interrogari. Sed excepta sunt Constitutione Severi aliquot crimina, adulterii, fraudati censûs, & majestatis. Hanc igitur Constitutionem lege suâ antiquavit Tacitus Imperator. Galerius revocavit, nescio an lege latâ, certè in executione. Paulus lib. I. sentent. tit. XIII. *In caput domini patronive, nec servus, nec libertus interrogari potest.*

Pag. 215. *lin.* 1. QUÆ VICTORES] Primò, secuti vetus exemplar, edideramus: *Qua veteres* Posteà emendatio se obtulit ingenio. Deindè reposuimus etiam *ea*, pro *&*

Lin. 3. TRAJANUS DACIS] Galerius enim Maximianus ortus erat è Daciâ ripensi, è loco quem ipse Romulianum ex nomine Romulæ matris appellavit, haud longè à Sardicâ, ut docent Eutropius & Eusebius in chronico. Duæ porrò Trajani expe-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

litiones in Dacos fuere, prima quarto ejus Conſulatu, altera quinto, cùm ſextum jam annum imperaret, ut ad Spartianum obſervavit Caſaubonus. Et Xiphilinus quidem ex Dione commemorat utramque Trajani expeditionem in Dacos: ſed nullibi meminit tributi eis imperati. Illud tantùm ait, Daciam factam fuiſſe provinciam; quod etiam tradit Flavius Vopiſcus in D. Aureliano. Sed cùm ea fuerit certa ac conſtans regula apud Romanos, ut quæcunque gens quæ in provinciæ formam redacta fuerat, vectigalis eſſet, ac populi Romani magiſtratui obediret, quemadmodùm obſervat Sigonius in libro primo de jure Provinciarum, ambigi non poteſt quin Dacia tributaria fuerit, præſertim cùm Lactantius id expreſſis verbis affirmet.

Lin. 11. INJURIÆ TUTOS] In veteri libro mendoſè ſcriptum eſt *injurietatis*; atque ita nos primò edidimus. At in extremâ paginâ monuimus legendum eſſe *injuria tutos*; quam emendationem, quia certa eſt, nunc tranſtulimus in textum.

CAPUT XXIV.

Pag. 216. *lin.* 6. CONSTANTINUM REPETITERET] Zoſimus, qui inimicus erat Conſtantino, hiſtoriam hanc aliter tractat quàm Lactantius, diſceſſum ejus à latere Galerii non referens ad mandata Conſtantii, ſed ad ambitionem & cupiditatem Conſtantini jam dudùm eum animo ſuo de imperio cogitantis, qui ex quo Severum & Maximinum Cæſares factos vidit, ea loca relinquenda ſtatuit in quibus agebat, & ad patrem Conſtantium proficiſci, qui apud nationes tranſalpinas erat, & in Britanniâ plerùmque vivebat. Eadem habet Aurelius Victor in libro de Cæſaribus, ſcribens Conſtantinum, cujus jamtum à puero ingens potenſque animus ardore imperitandi agitabatur, cùm tolerare nequiret Severum & Maximinum factos fuiſſe Cæſares, ſe videlicet prætermiſſo, fugæ commento (quod apud Euſebium quoque legitur in libro primo de vitâ Conſtantini cap. xx.) in Britanniam ad patrem Conſtantium vitæ ultima agentem perveniſſe, eoque mortuo, cunctis qui aderant annitentibus, imperium cepiſſe. Sed in Epitome Victoris, ubi eadem repetuntur, malè ſcriptum eſt, Conſtantinum juvenculum à Galerio in urbe Româ religionis ſpecie obſidem tentum fuiſſe; quod poſt Epitomen illam ſcripſere etiam Baronius, Camdenus, & Morinus. Verùm Galerius Romam tum temporis non viderat, ut certò colligitur ex capite XXVII. iſtius operis, & nunquàm pedem in urbem intulit. Prætereà conſtans eſt omnium Scriptorum opinio, eum obſidem apud Diocletianum & Maximianum fuiſſe, nimirùm in Bithyniâ, ubi Diocletianus habitabat. Atque id certè docet Praxagoras apud Photium cod. LXII. & colligitur etiam ex Politiâ ſanctorum Metrophanis & Alexandri apud eumdem Photium cod. CCLXVI. & ex Euſebio in libro primo de vitâ Conſtantini, cap. XIX. Si vera eſſent quæ Nicephorus Calliſtus lib. VII. cap. XVIII. refert de Conſtantino, hæc diſcrepantia facilè conciliari poſſet. Ait enim Conſtantium, quem ille Conſtantem nominat, puerum Conſtantinum unà cum matre Romam adduci curaviſſe, veritum autem, ne illi abſurdi quicquam à Theodorâ legitimâ uxore ſuâ, quæ Conſtantini noverca erat, per zelotypiam & conjugalem æmulationem accideret, eum Nicomediam ad Diocletianum, qui ibi cum Galerio Maximiano genero erat, miſiſſe, ibique illum in palatio apud Imperatorem vixiſſe. Antequàm verò hinc recedam, admonendus eſt lector, hunc locum ex Epitome Victoris in alienum ſenſum à Baronio eſſe tranſlatum, dum quæ illic dicuntur de Conſtantino *religionis ſpecie* obſide tento à Galerio, Baronius interpretatur de religione Chriſtianâ: ſive quòd juvenis Helenâ Chriſtianâ matre natus, & patre Conſtantio erga Chriſtianos propenſiore, ſpecimen aliquod edidiſſet, quo patrocinari videretur ei religioni; ſeu quòd cùm Conſtantius admodùm favorabilis eſſet noſtris hominibus, apud Galerium de proditâ avitâ ſuperſtitione in ſuſpicionem venerit. Quam ob cauſam cenſet Conſtantinum in cuſtodiâ tentum Romæ à Galerio loco obſidis, ut obtentu religionis arrepto impediret, ne optimæ indolis juvenis patri ſuccederet. Verùm hâc circuitione opus non erat ad explicandum hunc locum Epitomes, cujus ſimplex & aperta narratio eſt. Illud tantùm voluit auctor, Conſtantinum obſidem apud Galerium fuiſſe *religionis ſpecie*, id eſt, ſpecie amoris præcipui & officii, tanquàm ſi eum à patre petiiſſet erudiendum in re militari & in arte adminiſtrandæ Reipublicæ. Nam neque tum Helena Chriſtiana erat, nec Chriſtianiſmum Conſtantino objecit Galerius, homo ſuperſtitioſus, cùm Diocletianus cenſeret filios Herculii & Conſtantii creandos eſſe Cæſares. Aliis artibus juvenem à ſummo faſtigio removere conatus eſt Galerius, inſidiis nimirùm, exponendo eum variis periculis.

Ibid. JAM DUDUM FRUSTRA REPETIERAT]

Digitized by Google

Hæc verba non habentur in veteri codice. Quoniam verò sensus erat mutilus, & constabat heic aliquid deesse, nos hæc duo vocabula addidimus propter auctoritatem Fragmenti de Constantio Chloro, in quo ità legitur: *Constantinus obses apud Diocletianum & Galerium sub iisdem fortiter in Asiâ militavit; quem post depositum imperium Diocletiani & Herculii Constantius à Galerio repetiit: sed hunc Galerius objecit antè pluribus periculis.* Attamen si quis hiatum illum his verbis non posse suppleri existimat, pro his substituere potest *non viderat*, aut aliquid simile.

Lin. 7. INSIDIIS ADPETIVERAT] Idem Fragmentum: *Sed hunc Galerius objecit antè pluribus periculis. Nam & in Sarmatas juvenis equestris militans ferocem barbarum capillis tentis raptum ante pedes supplicem Galerii Imperatoris adduxerat. Deindè Galerio mittente per paludem, equo ingressus suo viam cæteris fecit ad Sarmatas, ex quibus plurimis stratis, Galerio victoriam reportavit. Tunc eum Galerius patri remisit.* Vide etiam Eusebium lib. 1. de vitâ Constantini, cap. XX, & Annales Zonaræ.

Lin. 10. FERIS OBJECERAT] Praxagoras in libro de gestis Constantini ait, Galerium Maximianum insidias adolescenti tetendisse, & ad pugnam cum fero leone ineundam composuisse, illum verò feram superasse & occidisse. Eadem habet etiam Zonaras in imperio Diocletiani.

Lin. 12. SIGILLUM] Id est, epistolam missoriam sigillo munitam. Vide Glossarium Dufresnii.

Lin. 15. A SEVERO TENERETUR] Quippè à Nicomediâ eunti in Galliam pergendum erat per Italiam, ubi Severus imperitabat. Fragmentum de Constantio Chloro, pag. 471. *Qui ut Severum per Italiam transiens vitaret, summâ festinatione, veredis post se truncatis, Alpes transgressus, ad patrem Constantium venit apud Bononiam.*

Lin. 16. SUBLATIS EQUIS PUBLICIS] Zosimus in libro secundo narrat Constantinum veritum, ne fortè fugiens apprehenderetur, equos stabularios, quos Respublica alebat, cùm primùm aliquod stabulum attigisset, mutilasse & inutiles reliquisse; cùmque id de loco in locum pergens faceret, excludisse ab ulteriore progressione persequentes. Eadem fermè leguntur in Epitome Victoris.

Pag. 217. *lin.* 4. CURSUS PUBLICUS] Vide Casaubonum in Notis ad Spartianum, ubi multa doctè & eruditè disserit de cursu publico & fiscali.

Lin. 5. PERVENIT AD PATREM] XII. Kalendas Augusti, ut ego quidem arbitror. Nam in veteri Kalendario edito ab Herwarto hæc ad eam diem scripta sunt: *Adventus Divi*; id est, Constantini, ut manifestum est. Quippè Kalendarium illud scriptum est eo imperante. Qui verò putant eum perveniisse ad patrem VIII. Kalendas Augusti, hinc decepti sunt, quòd Aurelius Victor in libro de Cæsaribus, & alii veteres scribunt, illum in Britanniam ad patrem Constantium vitæ ultima agentem perveniisse; quæ verba sic interpretantur, quasi necesse sit illum qui in extremis erat, mortuum fuisse statim post adventum Constantini. De ejus porrò adventu ad Constantium patrem, & de his quæ tum circa Constantinum gesta sunt, vide Eusebium in libro primo de vitâ ejus, cap. XXI. & Politiam sanctorum Metrophanis & Alexandri apud Photium. Pervenit autem ad patrem è Nicomediâ, non verò è Româ, ut falsò scripsit Camdenus in Britanniâ suâ, pag. 52. deceptus ab auctore Epitomes Victoris.

Lin. 6. IMP. PER MANUS TRADIDIT] Lactantius lib. II. Institut. cap. IV. *Vixit enim usque ad senectutem, regnumque per manus filio tradidit.*

Ibid. IMPERIUM TRADIDIT.] Idem scribit Eusebius in libro primo de vitâ Constantini, cap. XXV. Quare frustrà Josephus Scaliger in animadversionibus ad Chronicon Eusebii redarguit auctorem Politiæ sanctorum Metrophanis & Alexandri, quòd scripserit, Constantinum à Constantio moriente successorem in imperio designatum. Neque ille consensus militum, cui initia imperii Constantiniani assignat Scaliger, quicquam præjudicat adversùs ea quæ scribit auctor Politiæ. Probat hoc Eumenius in panegyrico Constantini; ubi cùm dixisset, Constantinum manifestâ sententiâ patris electum fuisse Imperatorem, mox subdit: *Dii boni, quantâ Constantium pium etiam in excessu suo felicitate donastis! Imperator transitum facturus in cœlum vidit quem relinquebat hæredem. Illicò enim atque ille terris fuerat exemptus, universus in te consensit exercitus, te omnium mentes oculique signarunt.* Item Julianus Imperator in oratione primâ ad Constantium: *Igitur quemadmodùm pater tuus post parentis sui obitum, non modò ipsius judicio, verùm etiam exercituum omnium suffragio imperium sit adeptus, quid est quod diligentiùs prosequamur?* Orosius lib. VII. cap. XXVI. *Constantius verò Augustus summa mansuetudinis & civi-*

litatis

latis in Britanniâ mortem obiit, qui Constantinum filium ex concubinâ Helenâ creatum Imperatorem Galliarum reliquit.

Lin. 7. REQUIEM VITÆ ACCEPIT] Fasti Idatiani Constantio VII. & Maximiano VI. Consulibus: *His Coss. diem functus Constantius, & posteà levatus est Constantinus* VIII. *Kal. Augusti.* Chronicon Eusebii: *Constantius sextodecimo imperii anno diem obiit in Britanniâ Eboraci;* ibidemque sepultus est, si vera sunt quæ de ejus tumulo narrantur à doctissimo viro Guillelmo Camdeno in pagina 572. Britanniæ. Contigit istud anno Christi CCCVI. ut rectè adversùs Petavium contendit Valesius in Annotationibus ad Eusebium. Tum verò, ut Socrates ait, Constantinus creatus est Imperator in locum patris sui Constantii, qui ante diem octavum Kalendarum Augusti excesserat è vivis. Hic est itaque primus annus imperii Constantini. Undè in vetustissimo Kalendario ità legitur apud Herwartum & Bucherium: VIII. *Kal. Augusti. Nat. Divi Constantini.* Malè ergò in libro primo Historiæ tripartitæ, & in libro undecimo Historiæ miscellaneæ scriptum est, Constantinum factum esse Imperatorem VI. Kal. Augusti. Eumenius in panegyrico suprà laudato: *O fortunata & nunc omnibus beatior terris Britannia, qua Constantinum Cæsarem prima vidisti.* !

Lin. 9. CHRISTIANOS CULTUI REDDERE] Lactantius in præfatione libri primi divinarum Institutionum ad Constantinum: *Nam cùm ille dies felicissimus orbi terrarum illuxisset, quo te Deus summus ad beatum imperii culmen evexit, salutarem universis & optabilem principatum præclaro initio auspicatus es, cùm eversam sublatamque justitiam reducens, teterrimum aliorum facinus expiasti.*

Lin. 10. RESTITUTA] Puto reponendum *restitutio*, ità ut legatur: *Hæc fuit prima ejus sanctio, sanctæ Religionis restitutio.* Columbus reponit *restituta.*

CAPUT XXV.

Pag. 217. *lin.* 1. IMAGO EJUS ADLATA] Eumenius in panegyrico Constantini: *Et quanquàm tu ad seniores Principes de summâ republicâ quid fieri placeret retulisses, prævenerunt tamen studio, quod illi mox judicio probaverunt.* Vir clarissimus Hadrianus Valesius in libro primo rerum Francicarum, pag. 20. hæc per seniores Principes intelligit Diocletianum, Maximianum Herculium, & Galerium Maximianum, quos ait comprobasse factum militum, qui Constantino purpuram injecerant. Patietur vir doctissimus me ab eâ sententiâ recedere, cùm certum sit nullas tum Diocletiani & Herculii partes in republicâ fuisse, adeòque nullum operæ pretium fuisse, ut ad eos Constantinus referret de imperio sibi delato. Seniores ergò Principes interpretor Galerium Maximianum Augustum, Severum & Maximinum Cæsares. Quanquàm hùc valdè inclino, ut existimem relatum ad solum Galerium fuisse, qui tum solus erat rerum dominus: sed Eumenium pro more Oratorum ex formulâ locutum esse, & ad cunctos Principes retulisse, quæ de uno tantùm dici debuerant. Laureatam autem imaginem dixit Lactantius, quoniam qui res lætas & benè gestas nuntiabant, laureatas tabellas adferebant, ut pluribus explicat Salmasius in Notis ad Lampridium, pag. 235.

Pag. 218. *lin.* 3. PURPURAM MISIT] Insigne regiæ dignitatis, ut ait Lactantius lib. IV. Institut cap. VII. *Nunc Romanis indumentum purpura insigne est regiæ dignitatis assumpta.* Non indigebat Constantinus purpurâ, quam ad eum Galerius mitteret, cùm illam in initio imperii accepisset à militibus. Eumenius in loco paulò antè laudato: *Purpuram statim tibi, cùm primùm tui fecit egressus, milites utilitati publicæ magis, quàm tuis affectibus servientes, injecere lacrymanti.* Sic Probus accepit purpuram. Auctor Flavius Vopiscus in libro de vitâ ejus: *Ornatus etiam pallio purpureo, quod de statuâ templi oblatum est.* Item idem in Saturnino: *Ibi tamen cùm cogitare cæpisset tutum sibi non esse, si privatus viveret, depositâ purpurâ ex simulacro Veneris, cyclade uxoriâ militibus circumstantibus amictus & adoratus est.* Quâ de re vide Casauboni Notas in Capitolinum. Verùm id decentiùs fiebat, cùm purpura tribuebatur à Principe. Ità Severus accepit ab Herculio, Maximinus à Diocletiano, rursùm Herculius à filio Maxentio Romæ imperante. Nam hinc ostendebatur consensus in novum Principem.

Lin. 5. EXTRA NUMERUM] Id est, præter quatuor, ne mutaret dispositionem Diocletiani, quam ipse tantoperè dixerat debere custodiri.

Lin. 6. SEVERUM AUG. NUNCUPARET.] Certum est Severum hunc nuncupatum fuisse Augustum, cùm id nummi doceant, qui apud Adolphum Occonem reperiuntur. De tempore quo titulum Augusti sumpsit, non adeò constat. *Sunt qui scribant*, inquit Panvinius in libro secundo Fastorum, *eum, cùm adversùs Maxentium cum exercitu veniret, se*

ipsum Augustum appellasse. Quam sententiam amplectitur Tristanus Santamantius. Dubitari non potest, quin id evenerit paulò antè quàm Romam proficisceretur adversùs Maxentium. Verùm id factum non est occasione sumpti à Maxentio imperii: sed eo tempore, quo Constantinus Cæsar à Galerio renuntiatus est post mortem Constantii, id est, anno Christi CCCVI. exeunte, ut arbitror. Quâ de re posteà. Porrò hinc etiam colligi potest, Severum dignitate Augusti ornatum fuisse, quòd cùm Galerius imperium Licinio dedit, id est, Augustum creavit, eum Lactantius cap. XXIV. scribit substitutum fuisse in locum Severi. Quod planè verum non esset, si Severus non fuisset Augustus. Occo Cæsarem & Augustum à Galerio dictum tradit: sed tempus non adnotat.

Lin. 7. SED CÆSAREM] Jam anteà ostendimus, Constantinum non fuisse factum Cæsarem cum Severo & Maximino. Quia tamen ex nummis constat eum fuisse Cæsarem, & hactenùs viri docti frustrà quæsierunt tempus quo ad eam dignitatem evectus est, operæ pretium videtur heic aliquantisper immorari, ut istius nuncupationis initia constituamus. Nam cùm auctor panegyrici Maximiano & Constantino dicti post nuptias Faustæ doceat Constantinum, cùm ei pater imperium reliquisset, Cæsaris tamen appellatione contentum, expectare maluisse, ut idem illum declararet Augustum, qui patrem ejus Constantium eo titulo decoraverat, neque dicat quo tempore istud factum sit, res nobis integra est, tanquàm si vetusti illius Scriptoris auctoritate careremus. Itaque sic constituere debemus. Constantius obiit anno Christi CCCVI. VIII. Kalendas Augusti. Huic statim successit Constantinus; & cùm laureata imago ejus ad Galerium delata esset, is Constantinum Cæsarem nuncupavit, *ut eum de secundo loco*, quem obtinebat in locum patris suffectus, *rejiceret in quartum*, & sic postremum faceret. Constantinum porrò tum Cæsarem à Galerio nuncupatum fuisse, patet etiam ex capite sequenti; ubi scriptum est Galerium, cùm ad eum nuntius perlatus esset de Maxentio Romæ facto Imperatore, Severum arcessivisse, & quia *tres Cæsares facere non poterat*, eum hortatum esse ad rejiciendum imperium. Ex quo certissima conjectura colligitur, jam tum duos in imperio Cæsares fuisse, nimirùm Maximinum & Constantinum. Nam Severus nuncupatus erat Augustus post mortem Constantii, adeòque istic non computatur in numero Cæsarum. Confirmant hanc interpretationem verba quæ statim sequuntur. *Satis visum est*, inquit, *semel feciſſe quod noluit*, id est, Constantinum nominasse Cæsarem. Alioqui enim nihil usque ad hunc diem fecerat, quod noluisset, imò cuncta fecerat quæ voluerat. Constantinum ergò puto declaratum à Galerio Cæsarem fuisse anno eodem CCCVI. exeunte. Nam in veteri Kalendario, quod eo imperante scriptum, ab Herwarto primùm, dein ab aliis quoque editum est, hæc leguntur: VIII. *Kal. Januarii. Natalis Invicti.* Qui locus non videtur ad alium diem referri posse, quàm ad eum quo Constantinus pronuntiatus est Cæsar. Nam quòd vir clarissimus Petrus Lambecius in libro quarto Commentariorum de Bibliothecâ Vindobonensi, pag. 298. hunc natalem refert ad Constantium auctoritate Fastorum Idatianorum, revincitur ex ipsismet eorumdem Fastorum verbis; ubi Vetranio quidem depositus dicitur VIII. Kalendas Januarii: sed Constantius levatus est Cæsar tantùm Idibus Martiis sequentibus; qui est dies natalis Constantii. Præterea quoties in hoc Kalendario legitur simpliciter nomen *Divi* aut *Invicti*, absque alio nomine addito, certum est toties debere intelligi Constantinum Magnum. Cæterùm nova prorsùs est opinio viri clarissimi Petri Francisci Chiffletii, qui in Notis ad Vigilium Tapsensem, pag. 134. opinatur Constantinum à Galerio Maximiano creatum Cæsarem VIII. Kal. Augusti anno Christi CCCV. cùm in ejus aulâ tanquàm à patre datus obses versaretur, & deindè rursùs Cæsarem declaratum Eboraci in Britanniâ anno sequenti secundùm obitum Constantii patris. Sed hæc opinio veritate non constat. Posteà Constantinus nuncupatus est Imperator à Maximiano Herculio bis Augusto anno CCCVII. cùm ducturus esset uxorem Faustam Herculii filiam. Ità nos docet auctor panegyrici paulò antè laudati: *Dixerint*, inquit, *licèt plurimi, multique dicturi sint, ea quibus omnia facta vestra, summarumque virtutum merita laudantur, sacratissimi Principes Maximiane, velis nolis, semper Auguste, & Constantine oriens Imperator; mihi tamen certum est ea præcipuè isto sermone complecti, quæ sunt hujus propriæ lætitiæ, quâ tibi Cæsari additum nomen imperii, & istarum cœlestium nuptiarum festa celebrantur.* Et paulò post: *Quid enim aut tu carius dare, aut tu carius accipere potuisti, cùm hâc affinitate vestrâ & tibi, Maximiane, per generum juventa renovata sit, & tibi, Constantine, per socerum nomen Imperatoris accreverit?* Ista quidem certa & manifesta sunt. Cæ-

Digitized by Google

terùm Labbeus in parte primâ Chronologiæ historicæ, pag. 223. laudat ejusdem rei testes Eusebium atque Zosimum, apud quos ego nihil istiusmodi reperire potui. Quatuor ergò, ut notatur in veteri Kalendario, fuere natales Constantini, III. Kalendas Martii, VIII. Kalendas Augusti, VIII. Kalendas Januarii, & pridiè Kalendas Aprilis. Primus, ut rectè observavit vir eruditissimus Carolus Dufresnius, pertinet ad genuinum Constantini natalem, quo nempè est in lucem editus; secundus ad eum diem, quo patri Constantio successit; tertius ad eum, quo Cæsar nuncupatus est à Galerio; quartus denique ad eum, quo Imperatoris & Augusti nuncupationem sortitus est. Quintum, quem in die III. Kalendas Aprilis locat Kalendarium Philocali, non puto diversum esse ab eo, quem aliæ editiones ponunt III. Kalendas Martias; & hinc arbitror emendandam esse Philocali editionem.

CAPUT XXVI.

Pag. 218. *lin.* 2. MAXENTIUM F. IMP.] Fragmentum de Constantio Chloro, pag. 472. *Subitò in urbe Româ Prætoriani milites Maxentium filium Herculii Imperatorem creârunt.* Eutropius lib. X. *Romæ interea Prætoriani, excitato tumultu, Maxentium Herculii filium, qui haud procul ab urbe in villâ publicâ morabatur, Augustum nuncupaverunt.* Idem scribit Eusebius in Chronico. Fuit ille filius Maximiani Herculii, gener verò Galerii Maximiani, ut hoc & suprà cap. XVIII. & paulò infrà cap. XXVII. docet Lactantius. Quod etiam in Epitome Victoris ità traditur: *Is Maximianus* (Leg. *Maxentius*) *carus nulli unquàm fuit, ne patri aut socero quidem Galerio.* Et Fragmentum de Constantio Chloro pag. 472. *Gener apud socerum, id est, Maxentius apud Galerium.* Quare miror doctissimum virum Josephum Scaligerum in Animadversionibus ad Chronicon Eusebii mirari, quòd cùm Maxentius fuerit Herculii Maximiani filius, in nummis tamen ejus ità legatur: IMP. MAXENTIUS DIVO MAXIMIANO PATRI SOCERO ÆTERNA MEMORIA. Nummus hic cusus non est in memoriam Maximiani patris, sed Galerii Maximiani soceri.

Lin. 7. CASTRA PRÆTORIA SUSTULERAT] Non omninò: sed diminuerat. Alioqui enim quomodò Prætoriani, si nulli fuissent, Maxentium Imperatorem nuncupare potuissent? Rectè Aurelius Victor in libro de Cæsaribus: *Hinc etiam quasi truncata vires urbis, immissumque prætoriarum cohortium atque in armis vulgi numero.* Ubi fortè legendum: *atque inermis vulgi.*

Lin. 8. OCCISIS JUDICIBUS] *Abellio prius interfecto*, inquit Zosimus, *quòd is Præfecti urbis locum obtinens, horum molitionibus adversari visus esset.*

Pag. 219. *lin.* 1. TURBATUS EST] Galerius Maximianus.

Lin. 2. TRES CÆSARES F. N. POTERAT] Obstante dispositione Diocletiani, qui duos Augustos esse debere instituerat, duos Cæsares; eamque dispositionem servaverat Galerius, cùm Augusti nuncupationem accepit. Posteà tamen tres Cæsares facti sunt à Constantio & Licinio anno Christi CCCXVII. Crispus nimirùm, Constantius Constantini filius, & Licinianus filius Licinii. Deindè victo occisoque Licinio, extinctis quoque Crispo & Liciniano, Constantius & Constans minores filii Constantini facti sunt Cæsares variis temporibus. Ad quæ tempora referenda est illa Eutropii observatio ex libro decimo: *Eo tempore res Romana sub uno Augusto & tribus Cæsaribus (quod nunquàm alias) fuit, cùm liberi Constantini Gallia, Orienti Italiaque præessent.*

Lin. 5. MAXENTIUM] In veteri libro legitur *Maximianum*, sanè mendosè, sicut paulò antè vidimus eundem errorem commissum fuisse in Epitome Victoris.

Lin. 8. PATERNOS MILITES] Qui erant in exercitu Severi, ut dicitur paulò suprà.

Lin. 12. IN CAMPANIA] Alii omnes Maximianum Herculium tunc temporis in Lucaniâ, quò se contulerat post abdicationem, fuisse consentiunt, ut Eutropius, Zosimus, Suidas. Itaque sic constituenda res est, secessisse quidem Herculium in Lucaniam, cùm deposuisset imperium: sed tum cùm ista agebantur, in Campaniam venisse, ut indè, tanquàm è propinquo, militum Prætorianorum, qui Romæ tendebant, animos tentare ac sollicitare posset, &, si daretur, aut imperium resumeret, quod invitus deposuerat, aut Maxentio filio procuraret. Nam ista per longum temporis spatium tractata ab Herculio fuisse docet Aurelius Victor in libro de Cæsaribus: *Interim Roma vulgus turmæque prætoria Maxentium, retractante diù patre Herculio, Imperatorem confirmant.* Miror autem celeberrimum in rei nummariæ cognitione virum Santamantium in contrarium omninò sensum traduxisse hunc locum, tanquàm si Maxentius *retractante*, id est, repugnante patre, fuisset factus Imperator; quod etiam placuisse video doctissimo viro Hadriano Va-

Digitized by Google

lesio. Sed eos decepit haud dubiè falsa Andreæ Schotti admonitio, scribentis heic vocem *retractante* idem significare, quod *detrectante*. Retractare idem significat, ac tractare. Lactantius lib. IV. Institut. cap. XXVIII. *Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinent, retractarent, & tanquàm relegerent, ii dicti sunt religiosi.* Et paulò post: *Religiosos à relegendo appellatos, qui retractent ea diligenter, quæ ad cultum deorum pertineant.* Hinc libri Retractationum sancti Augustini. Sufficiunt enim hæc exempla. Postquàm ergò Maxentius factus est Imperator, statim Maximianus ab eo evocatus Romam profectus, paulò post Severum morti tradidit; ac mox in Galliam, illic filiæ Faustæ nuptias cum Constantino celebravit eâ æstate, quâ Galerius exercitum duxit in Italiam adversùs Maxentium, ut visum posteà sumus. Quare mirum in modum deceptus est Petavius auctoritate anonymi Scriptoris, de Constantio Chloro res eo quo gestæ sunt ordine non referentis. Scribit ergò Petavius in libro XIII. de Doctrinâ temporum, pag. 713. Galerium Maximianum cum ingentibus copiis Romam advolasse anno Christi CCCVII. & contemptum, & à plerisque suorum destitutum abiisse in Illyricum, Licinium fecisse Cæsarem, & Sardicam regressum esse: tum Maximianum Herculium ad spem erectum resumendi fastigii, Romam advolasse è Lucaniâ, Dioclerianumque ut idem faceret adhortatum esse; posteà Severum perjurio deceptum custodiæ tradidisse ac jugulasse: deindè, cùm insidias Maxentio struxisset, pulsum Româ in Galliam ad Constantinum venisse, eique filiam Faustam collocasse, & eum Augusti appellatione donasse. Quæ omnia, non sanè contra fidem Historiæ, sed perturbato prorsùs temporum ac rerum ordine scripta esse, nullus est dubitandi locus. Fœdiùs aberravit Sethus Calvisius, Maxentium tum demùm imperium invasisse scribens, postquàm Constantinus à Maximiano Herculio creatus fuisset Augustus, & Maximianum à Romanis persuasum anno sequenti resumpsisse imperium. At quomodò Constantinum declarare potuit Augustum is, qui neque Imperator esset, neque Augustus?

Lin. 13. RERUM NOVAR. CUPIDUS.] Eadem de Herculio trâdit Julianus Imperator de Cæsaribus.

Ibid. DEPOSUERAT INVITUS.] Constans est omnium Scriptorum sententia, si incertum Panegyristam excipias, qui Herculii Maximiani & Constantini laudes prosecutus est in nuptiis Constantini & Faustæ, omnium, inquam, Scriptorum sententia est, hunc Maximianum invitum deposuisse imperium. Verùm illi aliter hanc Historiam narrant quàm Lactantius. Hic enim cap. XVIII. docet Herculium abdicare coactum à Galerio, ab eoque territum injecto armorum civilium metu. Alii contrà scribunt Diocletianum, cùm ingravescente ævo, parùm se idoneum moderando imperio esse sentiret, auctorem Herculio fuisse, ut in privatam concederent, eique ægrè collegam obtemperavisse, sed tamen obtemperavisse.

Lin. 14. LIBENTER ARRIPUIT.] Purpuram quam deposuerat. Incerti panegyricus paulò antè laudatus: *Fecit enim Roma ipsa pro majestate nominis sui, ut ostenderet posse se etiam Imperatoribus imperare. Abduxit exercitus suos, ac tibi, reddidit; & cùm ad sedandos animos auctoritatem privati Principis attulisses, supplices tibi manus tendens, vel potiùs queribunda, clamavit: Quousque hoc, Maximiane, pateris, &c.* Et paulò pòst: *Imperasti pridem rogatus à fratre, rursùs impera jussus à matre.* Purpuram facilè resumebat Herculius, quippè qui ter sumpsisse invenitur. Atque hoc pessimum exemplum causa fuit mortis Licinii; quem cùm Constantinus vicisset, ac ei vitam concessisset, posteà *Herculii Maximiani soceri sui motus exemplo, ne iterùm depositam purpuram in perniciem Reipublicæ sumeret, tumultu militari exigentibus in Thessalonicâ jussit occidi;* ut legitur in Fragmento de Constantio Chloro, pag. 475. Bonifacius VIII. timens, ne si Cælestinus V. liberam vitam ageret, Pontificatum, quo se abdicaverat, resumeret, eum in custodiâ detineri jussit. Cui præiverat Callisti II. exemplum erga Burdinum.

Lin. 17. RAVENNAM CONFUGIT.] Zosimus in libro secundo scribit, Herculium circumvento sacramentis Severo persuasisse, ut Ravennâ excedens, quò se contulerat, Romam veniret, eòque pergentem, ubi quemdam ad locum venisset, quem Tres tabernas vocant, ab insidiis quas eo loco Maxentius collocaverat, adprehensum, insertâ laqueo cervice necatum. Incerti panegyricus Constantino dictus post victoriam de Maxentio partam: *Duxerat magnum Severus exercitum, & hostem suum perfidiâ destitutus armaverat.* Auctor Fragmenti de Constantio Chloro, pag. 472. *Destitutus Severus à suis fugit Ravennam. Per Maxentium filium* (sic enim legendum) *evocatus illuc venit Herculius, qui per perjurium Severum deceptum custodiæ tradidit, & captivi habitu in urbem perduxit, & in villâ*

www.histoire.com.fr

Digitized by Google

publicâ Appiâ viâ triceſimo milliario cuſtodiri fecit. Poſteà cùm Galerius Italiam peteret, ille jugulatus eſt, & deindè relatus ad octavum milliarium, conditus in Galieni monumento. Ex quo loco collegit Henricus Valeſius, falli Eutropium & Aurelium Victorem, qui Severum Ravennæ occiſum eſſe ſcribunt. De loco igitur ubi Severus vitam finivit, controvertitur inter eruditos. Nam Scaliger in Animadverſionibus ad Euſebium ait, non dubitare ſe, quin illæ Tres tabernæ in agro Ravennate fuerint, neque aliter colligi poſſe ex verbis Zoſimi. Contrà Valeſius contendit, Tres illas tabernas fuiſſe in viâ Appiâ propè Romam. Parùm autem probabile eſt, id quod Sigonius in libro ſecundo de Occidentali Imperio collegit ex Zoſimo, Severum Maximiani fidem ſecutum Ravennâ exceſſiſſe, atque ad Tres tabernas ſeſe contuliſſe, haud dubiâ ſpe ductum urbem ſe Maximiani operâ recepturum. Quam Sigonii opinionem ſecutus eſt Hieronymus Rubeus in libro ſecundo Hiſtor. Ravennatum.

Pag. 220. *lin.* 2. VENIS INCISIS] Contrà Zoſimus lib. II. & auctor Fragmenti de Conſtantio Chloro ſcribunt, ut paulò antè vidimus, Severum fractis laqueo cervicibus expiraſſe.

CAPUT XXVII.

Pag. 220. *lin.* 3. ADJUNCTO MAXIMINO] Cognomento Daiâ vel Dazâ, qui Orientem adminiſtrabat.

Lin. 5. PROFICISCITUR IN GALLIAM] Huic narrationi fidem adſtruit etiam Zoſimus, tametſi in rerum erret ordine narrandarum, Herculium inquiens eo conatu fruſtratum, quo Diocletianum pertrahere niſus erat ad reſumendum imperium, rursùm verſùs Alpes contendiſſe, ut commorantem ibi Conſtantinum conveniret, & filiam ei Fauſtam promiſiſſe, eoque promiſſo impleto, fallere conatum hominem. Errat, inquam, Zoſimus. Nam ex capite XXVII. & XXIX. Lactantii patet, illum bis in Galliam profectum antequàm Carnuntum peteret, & Diocletianum non vidiſſe, niſi poſt nuptias Conſtantini & Fauſtæ. Atenim quod Lactantius & Zoſimus aiunt, Herculium Conſtantino filiam promiſiſſe, aliter legitur in panegyrico incerti auctoris dicto in nuptiis Conſtantini & Fauſtæ, ubi ſcriptum eſt Conſtantinum eam poſtulaſſe à Maximiano. *Sed profectò ſicut tuo, Conſtantine, ſocero antè eſt conciliata divinitas, quàm ab eo pignus ipſi cariſſimum poſtularet: ſic & nunc quoque in hâc gratulatione priùs illa dicenda ſunt, quæ in te conſiderans tantus iſte, & paterni, & tui auctor imperii, lætatus eſt quòd petiſti.* Ubi interim obſervandum eſt illud, quod ait Scriptor iſtius panegyrici, Herculium eſſe auctorem imperii Conſtantini. Quâ de re vide quæ ſuprà dicta ſunt ad caput XXV.

Lin. 6. SUÆ MINORIS FILIÆ.] Heic admoneri convenit, mendosè in veteri codice ſcriptum eſſe, *ſic minoris familiæ.* Intelligit autem Fauſtam. Sed inquirendum eſt in tempus, quo nuptiæ Conſtantini & Fauſtæ celebratæ ſunt. Certum eſt Severum Auguſtum extinctum fuiſſe anno Chriſti CCCVII. ineunte, quanquàm de menſe non conſtat. Poſteà Maximianus Herculius Fauſtæ pater in Galliam profectus eſt, ut Conſtantinum parùbus ſuis conciliaret, promiſſis illi Fauſtæ minoris filiæ nuptiis; eoque promiſſo impleto, ut Zoſimus ait, perſuadere conabatur Conſtantino ut diſcedentem ex Italiâ Galerium Maximianum proſequeretur. Ex quibus verbis colligitur, nuptias fuiſſe celebratas eo tempore, quo Galerius erat in Italiâ, vel certè cùm in procinctu eſſet Italicæ expeditionis. Cùm autem ille in Illyricum ex Italiâ redux fuerit anno eodem CCCVII. ante menſem Septembrem, ut opinor, & ex capite XXVIII. iſtius libri Lactantiani conſtet, Herculium Romam iterùm profectum poſt fugam Galerii, ac cùm rursùm eodem anno rediiſſet in Gallias, ibi aliquantulùm moratum eſſe, & poſteà in Illyricum ad urbem Pannoniæ Carnuntum veniſſe, ibique fuiſſe III. Idus Novembris, quo die Licinius à Galerio factus eſt Imperator, manifeſtum Conſtantini & Fauſtæ nuptias aliquanto tempore ante menſem Septembrem anni CCCVII. coïiſſe. Si certa eſſent quæ de Conſtantini initiis dicuntur à R. P. Petro Fr. Chifletio in Notis ad Vigilium Tapſenſem, non opus eſſet eâ inquiſitione in quâ nos hactenùs exercuimus. Is enim contendit nuptias Conſtantini cum Fauſtâ, & initium auguſtæ dignitatis in eum collatæ à Maximiano ſocero, eveniſſe VIII. Kalend. Auguſti anni CCCVII. eâdem nimirùm auctoritate, quâ Conſtantinum ſcribit primò Cæſarem factum à Galerio anno CCCV. VIII. Kalend Auguſti, & rursùm Cæſarem declaratum VIII. Kalendas Auguſti anni CCCVI. ſecundùm obitum patris. Sed quia hæc à viro clariſſimo non probantur, neceſſaria fuit ea cura, quam nos adhibuimus in inveſtigando tempore iſtarum nuptiarum.

Ibid. ILLE INTEREA] Galerius Maximianus. Cæterùm totum hunc apparatum Galerii ſic paucis perſtringit Zoſimus: *Cùm au-*

Digitized by Google

tem Maximianus Galerius haud æquo tulisset animo quæ in Severum Cæsarem designata fuerant, ab Oriente Romam eundum statuit, & admissorum nomine meritas Maxentio pœnas irrogandas. Ut in Italiam adpulerat, parùm fidos erga se militum animos sentiens, ad Orientem nullo commisso prælio rediit.

Lin. 7. POPULUM TRUCIDATURUS] Fragmentum de Constantio Chloro, pag. 472. *Dehinc Galerius cum ingentibus copiis Romam venit, minatus civitatis interitum, & castra Interamna ad Tiberim posuit. Tunc legatos ad urbem misit Licinium & Probum, per colloquium petens, ut gener apud socerum, id est, Maxentius apud Galerium precibus magis quàm armis optata mercaretur. Qui contemptus agnovit, promissis virorum Maxentii partes suas deseruisse. Quibus perturbatus, retrò versus est; & ut militi suo prædam quamcumque conferret, flamminia jussit auferri.* Quid sibi velit hoc loco vox *flamminia*, nescire se fatetur Henricus Valesius, & deesse heic nonnulla putat, quæ ad Maximianum Herculium pertinebant. Ego potiùs existimaverim, postrema hæc verba pertinere ad ea cum quibus conjunguntur, ut sensus sit, Galerium, *ut militi suo prædam quamcumque conferret*, id est, ut summam & nullis legibus coërcitam prædandi licentiam daret, etiam ea flammis tradi jussisse, quæ auferri non possent; *ut si quis insequi voluisset, utensilia*, id est, res ad victum necessarias, *non haberet*, ut mox dicet Lactantius. Itaque scribendum censeo *flammis omnia*, pro *flamminia*, ob vulgatum errorem Librariorum, qui frequenter primas vocabulorum syllabas omittunt. Et admissus fortassis error ab eo, qui cùm heic *flammonia* vel *flammomnia* vidisset scriptum, neque satis intelligeret quid hoc vocabuli esset, sciret porrò veteres flamonium dixisse pro flaminio, emendandam putavit hanc vocem, reducendamque ad suam originem. Nam & veteres glossæ Isidori & aliorum, tum etiam Sidonius, & duæ veteres Inscriptiones, quas ex Grutheri thesauro describit Jacobus Gothofredus ad l. XXI. Cod. Theod. De Decurionibus, & harum unam Savaro, & Sirmundus ad Sidonium, flamonium dicunt pro flaminio. Scio inelegantem prorsùs locutionem esse, neque dici solere flammis rem quampiam auferri. Sed in auctore excerptorum non requirimus elegantiam sermonis. Sed hanc conjecturam meam non esse veram facilè colligo ex eâ, quam mecum pro amicitiâ nostrâ communicavit vir istarum aliarumque plurimarum litterarum peritissimus Carolus Dufresnius Cangius, qui hîc, pro *flamminia*, legi debere putat *flammula*, id est, signa militaria; quibus erectis, necesse est milites stare in acie: cadentibus verò, facilè dissipantur. Vide Glossarum latinum ejusdem Dufresnii.

Pag. 221. *lin.* 3. FLEXIT ANIMOS QUOR.] Ità olim monuimus esse emendandum, cùm primò edidissemus *felix animus quorum*.

Lin. 4. FUGAM CAPESSIVIT] Hadrianus Valesius in libro primo rerum Francicarum scribit, Licinium creatum Cæsarem à Galerio fuisse anno CCCVIII. eique tutelâ Illyrici delegatâ, Galerium cum maximis copiis ingressum Italiam, Maxentium generum suum Romæ obsessisse, & arte Maximiani Herculii ab urbe repulsum esse. Ostensuri posteà sumus, Licinium factum Imperatorem post reditum Galerii ex Italiâ. Nunc verò id tantùm observandum, parùm probabile videri quod ait vir clarissimus, Galerium arte Maximiani Herculii ab urbe repulsum esse, cùm ex capite XXVII. & XXVIII. Lactantii certò constet, illum in Galliâ apud Constantinum fuisse per totum illud tempus, quo Galerius fuit in Italiâ: quod etiam colligi facilè potest ex verbis Zosimi.

Ibid. OPPRIMI POTUIT] Apud Zosimum Herculius dicitur persuadere voluisse Constantino, ut discedentem ex Italiâ Galerium prosequeretur. Sed cùm ille naturâ inquietus & infidus esset, non mirum si Constantinus ejus consilia sprevit.

Lin. 13. VEXASSET] Puto legendum esse *vastasset*.

Lin. 14. TITULUM IMMUTARI] Hæc alibi non leguntur. Et mirum est ab aliis Historicis prætermissa fuisse.

Lin. 15. DACISCUM] Quòd ipse natus esset ex Daciâ.

CAPUT XXVIII.

Pag. 221. *lin.* 1. MAXIMIANUS ALTER] Cognomento Herculius, qui resumpserat imperium, illudque habebat commune cum filio Maxentio.

Lin. 3. PRIOR FILII POTESTAS] Ratione nimirùm habitâ novi imperii. Nam pater deposuerat anteà imperium, & in privatam vitam conceſſerat. Posteà in consortium imperii adscitus fuerat à Maxentio, qui ad eum purpuram misit, & bis Augustum nominavit.

Lin. 7. MILITES E. Q. SEVER. RELIQ.] Id est, milites ex veteri Maximiani Herculii exercitu, à Galerio missi cum Severo ad expugnandum Maxentium, qui translatis signis,

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Severum deferentes, se Maximiano tradiderant. Hos, quia sui olim fuerant, existimabat Maximianus sibi adhæsuros.

Pag. 222. *lin.* 3, DIRIPUIT PURPURAM] Eutropius lib. X. *Herculius tamen Maximianus post hæc in concione exercitûs filium Maxentium denudare conatus, seditionem & convitia militum tulit.* Incerti panegyricus Constantino dictus post devictum Maxentium: *Ipse denique, qui pater illius credebatur, discissam ab humeris purpuram detrahere conatus, &c.* Apud Socratem lib. I. cap. II. legitur, Herculium recuperandi imperii cupiditate raptum, conatum esse interficere, sive de medio tollere filium suum Maxentium. Ita quidem versiones Christophorsoni & Valesii, propter vocem ἀναλύσας, quæ varias significationes habet. Melius, ut arbitror, Epiphanius scolasticus: *Hinc ejus pater imperandi cupidine voluit filium regno privare.* Nam ista interpretatio melius congruit cum narratione Lactantii & aliorum.

Lin. 6. SUPERBUS ALTER] Id est, Tarquinius superbus, Rex Romanorum ultimus. Lactantius lib IV. Institut. cap. XIV. *Tarquinius superbus exactus est.*

CAPUT XXIX.

Pag. 222. *lin.* 2. MAXIMIANUM] Galerium.

Lin. 5. ADERAT IBI DIOCLES] Aurelius Victor loquens de fugâ & exitu Severi: *Hoc acrior Galerius, adscito in consilium Jovio, Licinium vetere cognitum amicitiâ Cæsarem creat Augustum; eoque ad munimentum Illyrici ac Thraciæ relicto, Romam contendit.* Sed in hoc erraſſe convincitur Victor, quòd ait, Licinium creatum esse Augustum post mortem Severi, & antequàm Galerius exercitum in Italiam duceret adversùs Maxentium; cùm econtrà testimonio Lactantii & aliorum certum sit, Licinium factum esse Imperatorem in locum Severi post reditum Galerii ex Italiâ, & eam tum Galerio mentem fuisse, cùm imperium Licinio tribueret, ut eo uteretur in bello quod susceperat adversùs Maxentium. Zosimus: *Maximianus Galerius ex societate superiorum temporum familiarem sibi Licinium Imperatorem creat, quòd ejus operâ bello Maxentium persequi cogitaret.* Auctor Fragmenti de Constantio Chloro pag. 473. *Licinius itaque ex novâ Daciâ vilioris originis à Galerio factus Imperator, velut adversùm Maxentium pugnaturus.* Et tamen Victor eum ait in Illyrico relictum eo tempore, quo Galerius maximè cogitabat de bello Italico. Sed id quoque falsum esse necesse est, cùm auctor ejusdem Fragmenti pag. 472. scribat, Licinium fuisse in exercitu Galerii Romam obsidentis, & ab eo missum in urbem cum Probo, ut viam aliquam invenirent concordiæ inter socerum & generum. Quæ etiam evincunt privatum adhuc fuisse, adeòque nondùm Imperatorem. Ut mirum valdè sit, virum doctissimum Hadrianum Valesium sequutum in hâc Historiâ scribendâ fuisse Victorem potiùs, quàm cæteros auctori istius Fragmenti consentaneos.

Ibid. QUOD ANTE NON FECERAT] Nimirùm ut Licinium faceret Imperatorem. Quod facere jam tum poterat, cùm Severum & Maximianum fecit Cæsares: sed noluerat, propter rationes suprà allatas in capite vigesimo.

Lin. 6. IMPERIUM LICINIO DARET] Digladiantur inter se viri docti in constituendo anno quo Licinius factus est Imperator, quibusdam id evenisse censentibus anno Christi CCCVII. aliis sequenti. Ego utrorumque rationes adferam. Qui priorem sententiam tuentur, his argumentis aut utuntur, aut uti possunt. Anno Christi CCCVII. mota sunt arma adversùs Maxentium, qui fine anni superioris imperium invaserat; & Severus Cæsar Augustus, qui ad expugnandum eum Romam accesserat missus à Galerio Maximiano, repulsus, ac postremò miserabili mortis genere extinctus est anno secundo imperii sui, ut legitur in Chronico Eusebii, id est, anno Christi CCCVII. ante Kalendas Maias, quibus biennio anteà factus fuerat Cæsar ab Herculio Maximiano. Ita Onuphrius Panvinius in Commentario ad librum secundum Fastorum, ad annum V. C. MLIX. qui congruit cum anno Christi CCCVII. *Hoc anno circa Kal. Maii Severus, qui à Galerio Cæsar per Italiam & Africam creatus fuerat, cùm adversùm metum prætorianorum atque Maxentii Romam cum exercitu venisset, militum suorum scelere desertus, ipseque fugiens, altero imperii anno Ravennæ interfectus est.* Accensus eâ ignominiâ Galerius, in quem hoc dedecus recidebat ut in auctorem belli, incredibili celeritate ex Illyrico Romam cum immenso exercitu advolat, & ex Italiâ in Illyricum revolat inglorius, totum illud terrarum spatium bis emensus intra quinque, aut sex ut plurimùm menses, de castigando pellendoque Maxentio eò acriùs cogitans, quòd vincere suetus, nunc cum ingenti dedecore coactus erat terga vertere. Eâ de causâ Licinium post reditum ex Italiâ creat Imperatorem, destinans eum Italiæ adversùs Maxentium.

Digitized by Google

Acta hæc III. Idus Novembris, ut legitur in Fastis Idatianis & in Chronico Alexandrino. Sed quamvis hi duo libri consentiant de die, de anno tamen non conveniunt. Nam Chronicon Alexandrinum initia imperii Liciniani refert ad annum, quo Fl. Constantinus Augustus solus Consul fuit; Fasti ad annum sequentem, qui sic notatur: *Item decies & Maximiano* VII. Quo etiam modo, ut hoc obiter moneam, Græca illa, παλινδεκάτῳ, quæ leguntur in Chronico Alexandrino, vertenda sunt, pro eo quod Raderus vertit *Palindecato*, coactus admonere in margine, hæc intelligenda esse de decimo Diocletiani Consulatu. In quo sanè lapsus est vir eruditissimus. Nam si Diocletianus decies Consul fuit, decimus ejus Consulatus incidit in annum Christi CCCV. ut suprà vidimus. Itaque hic locus intelligendus est de decimo Maximiani Herculii Consulatu, qui tum imperium resumpserat. Sed his omissis, ad quæ per transennam tantùm, & quasi aliud agendo animum advertimus, persequamur argumenta quibus probari potest, Licinium factum esse Imperatorem anno Christi trecentesimo septimo. Certum est Constantinum fuisse factum Imperatorem post mortem patris anno Christi CCCVI. mense Julio exeunte. Itaque primus imperii ejus annus finitus est eodem mense Julio anni sequentis. Cùm autem Eusebius in Chronico imperatoriam Licinii dignitatem ponat in anno secundo imperii Constantini, dubium non est, quin secundùm Eusebii testimonium ejus initia referenda sint ad annum CCCVII. exeuntem. Denique si Tribunitia potestas Imperatorum illius ævi numerabatur à die quo imperium adepti erant, ut placet viris eruditissimis, hinc etiam confirmatur, Licinium factum esse Imperatorem anno Christi CCCVII. cùm in edicto quod Galerius moriturus edidit anno CCCXI. in gratiam Christianorum, quod verò Nicomediæ propositum est pridiè Calendas Maias, adnotatus sit annus quartus Tribunitiæ potestatis Licinii apud Eusebium in editione Valesii, & apud Nicephorum. Atqui si annos Licinii colligas, & illos à mense Novembri anni CCCVII. incipias, nullo negotio reperies annum CCCXI. fuisse quartum Tribunitiæ ejus potestatis, adeòque etiam imperii. Et hæc sunt quæ dici possunt pro confirmandâ eorum opinione, qui arbitrantur, Licinium anno CCCVII. evectum ad dignitatem imperatoriam. Sed adversùs hæc reponi potest, magnam esse auctoritatem Fastorum Idatianorum, in quibus Historia illa refertur ad annum sequentem, & meritò. Primùm enim non potuisse Galerium Maximianum sic raptim & præcipitanter proficisci in Italiam cum ingentibus copiis, Romam obsidere, ac reducere exercitum in Illyricum, ut omnia facta dici possint intra quinque aut sex mensium spatium; adeòque probabilius videri, excessum Galerii ex Italiâ contigisse anno trecentesimo octavo. Præterea credibile non esse Maximianum Herculium, hominem senem, qui apud Carnuntum cum Diocletiano erat eo tempore quo Licinius factus est Imperator, intra sex mensium spatium Italiam Galliasque emensum esse, nuptias Constantini & Faustæ celebravisse, rursùm in Italiam rediisse post fugam Galerii, tum etiam iterùm in Galliam, & hinc in Pannoniam profectum ad Diocletianum. Denique in Epitome Victoris legi, Maximinum Dazam Cæsarem quadriennio fuisse, Augustum triennio. Cùm autem ille factus fuerit Cæsar anno CCCV. Kalendis Maiis, consequens esse, ut Cæsaris nomine contentus fuerit usque ad annum CCCVIII. exeuntem. Alioqui quadriennio Cæsar non fuisset, sed triennio, si Licinius factus fuisset Imperator anno superiore. Ista quidem magnum momentum habere statim videntur. Sed profectò si consideremus statum Reipublicæ illius temporis, ingenium Galerii ferox, iracundum, præceps & superbum, instabilitatem & perfidiam ac mobilitatem Herculii, quæ sanè vitia semper eos præcipitant, quibus inhærent, quia in animis hominum potentiora virtutibus sunt, ut ait Lactantius in libro primo divinarum Institutionum, facilè intelligemus, ea quæ primo intuitu ferè impossibilia videntur, fieri tamen potuisse ab hominibus inquietis & summum imperium retinere cupientibus. Nam, exempli gratiâ, Illyricum, ubi Galerius habitabat, Italiæ adjacet; adeòque facile illi fuit in Italiam venire, & dein recedere, etiam cum exercitu, intra illud sex mensium spatium quod diximus: præsertim cùm ex Zosimo & auctore Fragmenti de Constantio Chloro intelligamus, illum ex Italiâ discessisse nullo commisso prælio, hoc est, parvam ejus in Italiâ moram fuisse. Herculium verò, cupidum imperii, quod invitus deposuerat, quis miretur tantâ celeritate tot itinera fecisse, quem dubium non est illa fecisse abjectâ omni cunctatione & tarditate? Solvebat à Româ, & mare trajiciens, cùm Massiliam perveniisset, citò ad Augustam Trevirorum, ubi sedes erat Constantini. Quæ omnia itinera confici profectò possunt intra mensem ab homine diligenti.

Postea

Posteà aliquanto tempore apud Constantinum fuit occasione nuptiarum. Mense dein altero ei opus fuit ad redeundum in Italiam, undè brevi pulsus est. Adde alium mensem pro secundâ profectione in Gallias, ubi non multùm moratus est, & mensem pro itinere ab Augustâ Trevirorum usque ad Carnuntum in Pannoniâ. Patet jam, totum hunc numerum mensium satis congruere spatio temporis, quod fluxit à morte Severi (nam tum primò Herculius in Galliam profectus est) usque ad diem tertium Idus Novembris, quo die Licinius factus est Imperator. Imò suspicor, Severum diù ante Kalendas Maias occisum esse, nimirùm mense Februario. Nam in veteri Kalendario quod Herwartus edidit, natalis Constantini notatur pridiè Kalendas Apriles. Quod cùm de die quo factus est Cæsar interpretari debere putaverit vir eruditissimus, ego crediderim intelligendum esse de eo die, quo Maximianus Herculius eum nuncupavit Augustum; quod quidem evenisse anno CCCVII. nullus, ut opinor, dubitandi locus esse potest. Itaque si Maximianus exeunte Martio Constantinum dixit Augustum, jam pro sex mensibus, quos ab exitu Severi usque ad imperium Licinii numerabamus, habemus ferè novem, intrà quos utrique Maximiano facile fuit, hos cursus & has peregrinationes conficere, de quibus anteà diximus. Porrò natalem Constantini pridiè Kalendas Apriles non posse referri ad diem quo factus fuit Cæsar, hinc puto colligi, quòd aut factus est Cæsar cum Severo & Maximino, aut cùm perveniſſet ad patrem, aut certè cùm Cæsar nuncupatus est à Galerio. Atqui jam ostendimus, factum non fuisse Cæsarem cum Severo & Maximino. Quod tamenetsi factum fuisset, tamen natalis ille non posset congruere, cùm constet, Severum & Maximinum fuisse factos Cæsares, non pridiè Kalendas Apriles, sed Kalendis Maiis. Non potest etiam congruere tempori quo patri successit, cùm id evenerit exeunte mense Julio. Congrueret ergò tantùm huic tempori, quo Constantinus à Galerio factus est Cæsar. Verùm ne illud quoque incidet in pridiè Kalendas Apriles. Quippè ambigi non potest, quin laureata Constantini imago ad Maximianum perlata sit statim atque ille in locum Constantii patris successit, id est, exeunte Julio, non secùs ac ejus imago Romam statim adlata est; quod quidem occasio fuit Maxentio invadendi imperii, ut Zosimus docet in libro secundo. At si exeunte Julio nuntius accepti à Constantino imperii perlatus est ad Galerium, cùm Lactantius non doceat, moram fuisse in mittendâ purpurâ ad Constantinum, par est credere, & Cæsarem factum, & purpuram missam intra eundem annum quo imago adlata est, atque adeò diù ante mensem Martium. Et certè rationi consentaneum est, ut dies accepti summi fastigii adnotatus sit in Kalendario: quem si non referas ad pridiè Kalendas Apriles, nullibi notatus reperietur dies, quo Constantinus Imperator & Augustus dictus est. Quod attinet ad auctoritatem ex Epitome Victoris allatam, ea non officit his quæ hactenùs dicta sunt. Nam multa sunt in hâc Epitome quæ non cohærent, nominatim verò in hoc loco, ubi septem tantùm imperii annos tribuit Maximino, quem certum est imperasse per annos octo integros & aliquot menses. Postremò redeundum nobis ad Tribunitiam potestatem, quæ magnum momentum habet in hoc negotio. Quod cùm intelligeret vir clarissimus Henricus Valesius, qui contendit Licinium anno tantùm CCCVIII. factum esse Imperatorem, hùc descendit in Annotationibus ad Eusebium pag. 171. ut fateatur, observationem de Tribunitiâ potestate incommodare sententiæ suæ de initiis Licinii, coactus etiam edictum illud, in quo quartus annus Tribunitiæ potestatis Licinii annotatus est, rejicere ad exitum anni CCCXI. ut sic inveniret annum illum quartum Tribunitiæ potestatis Licinii. Sed ruit conjectura illa, cùm ex Lactantio constet, edictum illud propositum fuisse Nicomediæ pridiè Kalendas Maias, & Galerium obiisse paulò post. Itaque etiam ex illâ eruditissimi viri observatione colligimus, verissimam esse illorum sententiam, qui Licinium anno Christi CCCVII. putant creatum fuisse Imperatorem. Hinc etiam puto confirmari posse, Licinium fuisse factum Imperatorem anno CCCVII. quòd Maximianus Herculius & Galerius Maximianus Consulatum simul gessisse reperiuntur anno sequenti, & quòd deinceps bellatum non fuit adversùs Maxentium Herculii filium. Concordiam enim, quæ posteà inter eos fuit, illo tempore constitutam fuisse oportet, quo Herculius & Galerius simul fuerunt apud Carnuntum, cùm videamus, Galerium tum maximè de bello adversùs Maxentium gerendo consilia agitasse, cùm Licinium provehere destinabat ad principale fastigium, & hunc ardorem statim deferbuisse post promotionem ejus. Quòd si Consulatus ab Herculio & Galerio, quod negari non potest, communi consensu susceptus est post amicitiam inter eos conglutinatam apud

Carnuntum, cùm is in annum Christi CCCVIII. inciderit, manifestum est, Licinium exeunte anno CCCVII. factum fuisse Imperatorem. His ità constitutis, reliquum est ut de aliâ difficultate quæ heic occurrit, an nimirùm Licinius primùm factus fuerit Cæsar, ac postmodùm Augustus, ut placuit quibusdam, an verò uno eodemque tempore Cæsar & Augustus, ut alii volunt, nonnulla dicamus. Res est, quæ facilè decidi potest vel unico Lactantii testimonio, qui imperium Licinio ac primum locum post Galerium datum fuisse scribit, etiam supra Maximinum; quod etiam confirmatur auctoritate Eusebii, ut ostendemus paulò post. Itaque difficultas illa non indiget ampliori examine. Orta autem est ex malè intellecto Aurelii Victoris loco, ubi agit de Licinio facto Cæsare & Augusto. Vide Scaligerum in Animadversionibus ad Chronicon Eusebii.

Ibid. lin. 7. UTROQUE PRÆSENTE] Nimirùm Diocletiano & Maximiano Herculio, ut mox dicemus. Venerat Herculius ad Diocletianum, ut Zosimus ait, id temporis Carnunti degentem, ut eum impelleret ad resumendum imperium: sed venerat è Galliâ, ut docet Lactantius, non verò ex Italiâ, ut putavit Cluverius, qui in libro de Vindelicià & Norico cap. v. scribit, auctore, ut ipse ait, Zosimo, Herculium è Lucaniâ Italiæ regione Carnuntum ad Diocletianum profectum fuisse, ac per Ravennam transiisse in eundo & redeundo. Quod utrumque procul dubio falsum est. Nam, ut dixi, Herculius è Galliâ profectus est Carnuntum, ubi reperit Diocletianum; & ab eo discedens, in Galliam reversus est, ut etiam colligi potest ex panegyrico quem Eumenius Constantino dixit, ubi varios Herculii errores recto ordine recenset, hoc modo: *Fati necessitas tulit, ut ille pietati tuæ hanc referret vicem, quem tu ab urbe pulsum, ab Italiâ fugatum, ab Illyrico repudiatum, tuis provinciis, tuis copiis, tuo palatio recepisti.* Rectè, inquam. Nam cùm filium Maxentium denudare ac regno privare vellet, exactus ab urbe, pulsus Italiâ, ad Constantinum confugit. Dein in Pannoniam Illyrici provinciam profectus est, ut Galerio structas insidias; ibique Diocletianum, quem anteà per litteras frustrà tentasse colligi potest ex Eutropio, hortatus ad resumendum imperium, cùm nihil suis suasionibus effeciisset, impeditis consiliis, ut Lactantius ait, tertiam fugam molitus, rediit in Galliam. Quæ ita ut in panegyrico leguntur gesta esse, probat Lactantius. Memorabilis autem in primis est vox Diocletiani imperium respuentis, cùm ad illud resumendum eum hortarentur Herculius & Galerius. Epitome Victoris: *Dum ab Herculio atque Galerio ad recipiendum imperium roguretur, tanquàm pestem aliquam detestans, in hunc modum respondit: Utinam Salonæ possetis visere olera nostris manibus insitum. Profectò nunquàm istud tentandum judicaretis.* Itaque ex hoc Lactantii loco habemus, quem anteà nesciebamus, annum quo Herculius ad Diocletianum profectus est, eum nempe, quo Licinius factus est Imperator. Cæterùm heic observandum est, erraſſe Arnaldum Pontacum Episcopum Vasatensem in Notis ad Chronicon Eusebii pag. 678. & Josephum Scaligerum in libro quinto de Emendatione temporum pag. 497. postremæ editionis, ubi redarguentes Zosimum, qui dixerat Diocletianum conventum ab Herculio fuisse Carnunti Cetarum oppido, aiunt id falsum esse, cùm Diocletianus post abdicatum imperium nunquàm pedem posuerit in Galliâ, imò non exulerit Salonis Dalmatiæ. Prima pars observationis vera est, nempe Diocletianum nunquàm pedem posuisse in Galliâ post abdicatum imperium. Sed tamen fuit Carnunti in Pannoniâ, ubi eum Herculius convenit. Et pedem eum extulisse Salonis patet ex responso ejus, quod paulò antè retulimus: *Utinam Salonæ possetis visere olera.* Nam si tum cùm hæc dicebat, fuisset Salonæ, locus non erat huic exclamationi. Itaque longè aberat à Salonis. Gravius etiam errat vir doctissimus Joannes Morinus in parte secundâ libri de Ecclesiâ per Constantinum liberatâ cap. I. pag. 126. 129. & cap. 114. pag. 153. ubi scribit, Maximianum Herculium exscripsisse ad Diocletianum, quæ dicta, non scripta, esse jam vidimus, & longam confingit epistolam ad eum scriptam, cujus nullum vestigium extat apud veteres, & Diocletianum, post acceptam epistolam illam, brevi eam responso dignatum esse, quod nos retulimus ex Epitome Victoris. His ita constitutis, videndum est an vera esse possint, quæ à viro clarissimo Hadriano Valesio in libro primo rerum Francicarum pag. 22. dicta sunt de profectione Maximiani Herculii in Illyricum, & de discessu ejus. Ait ergò Herculium, cùm videret omnes Romani imperii provincias teneri à Galerio, Maximino, Maxentio, & Constantino, adeòque nusquàm sibi locum consistendi esse, nec se sine provinciis & sine exercitu imperatoriam dignitatem uteri diutiùs posse, iterùm cessisse imperio, postquàm annos circiter duos insignia principatûs retin-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.jabbol.com.cn

inuerat, cùmque se odio esse Maxentio & ejus militibus sciret, à Galerio petiisse sibi, ut per filium ex Urbe & Italiâ expulso in Illyrico reliquum vitæ agere privato liceret, repudiatumque ab Galerio anno secundo post Consulatum suum decimum & Galerii septimum, sub specie officii, velut visendi Constantini generi sui gratiâ, in Galliam profectum, à Maxentio se pulsum simulantem. Hæc sunt enim omninò verba viri clarissimi. Primùm illud stare non potest quod ait, Herculium cessisse imperio antequàm proficisceretur in Illyricum, quandoquidem Lactantius docet id ab illo factum esse, postquàm ex Illyrico rediisset ad Constantinum. Deindè certum est, eum ad Galerium profectum intra primum annum resumpti imperii, non verò postquàm annos circiter duos insignia principatûs retinuerat. Nam purpuram resumpsit anno Christi CCCVI. exeunte, & sequenti profectus est in Illyricum mense, ut tardiùs, Octobri. Quod autem ait, eum petiisse à Galerio, ut sibi in Illyrico reliquum vitæ agere privato liceret, cùm id apud neminem alium reperiam, puto Valesium paraphrasticè traxisse ex illis Eumenii verbis, ubi legitur, Herculium ab Illyrico repudiatum, tanquàm si aliter repudiari non potuisset, quàm negatâ ei habitatione Illyrici. Verus autem verborum Eumenii, ut ego quidem arbitror, sensus hic esse debet, ut ab Illyrico repudiatus dicatur, quia illic, ut diximus, suasionibus suis efficere non potuit, ut Diocletianus resumeret imperium. Neque verò repudium illud contigit anno secundo post Consulatum decimum Herculii, id est, anno Christi CCCX. ut putat Valesius, sed statim post collatam in Licinium dignitatem imperatoriam. Siquidem Lactantius de discessu ejus ab Illyrico sic scribit, tanquàm de fugâ desperatâ, adeòque de discessu subito & præcipiti profectione. Denique reditum Herculii ad Constantinum sic narrat Valesius, tanquàm si nondùm ille Constantinum vidisset post exactionem suam ab urbe Româ, adeòque apud eum conquestus non fuisset de filii sui crudelitate adversùm se; cùm tamen certò sciamus ex Lactantio, Herculium Româ profugum venisse primò in Galliam ad Constantinum, & hinc in Illyricum ad Galerium & Diocletianum, & ab isto repudiatum rediisse in Galliam ad Constantinum.

Ibid. UTROQUE PRÆSENTE] Diocletiano nimirùm & Maximiano Herculio. Unum heic occurrit examinandum, an istorum præsentia trahenda sit ad consensum, præsertim cùm ista agerentur à Galerio, homine admodùm pervicaci ac superbo, & qui stricto velut ense supplicare suetus erat; & an consensus ille trahendus rursùm sit ad cæteros, penès quos reipublicæ potestas erat. Nam id dicere videtur Eusebius lib. VIII. cap. XIII. Λικίνιος δὲ ἐπὶ τύχαις ἀπὸ κοινῆς ψήφου τῶ κρατίστου αὐτοκράτορος καὶ σεβασοῦ ἀναφέρεται. Hunc locum Interpretes in varios sensus traduxerunt. Et Rufinus quidem ita vertit: *Sed & Licinius communi omnium sententiâ adscitus in imperium, Augustus pronuntiatur.* Musculus: *Licinius verò communi sententiâ potentatuum & ipsa Imperator & Augustus creatur.* Christophorsonus: *Licinius deinceps communi earum suffragio & consensu penès quas summa potestas erat, Imperator & Augustus declaratur.* Denique Valesius: *Licinius communi Imperatorum suffragio Imperator & Augustus declaratus est.* Rufinus igitur in ambiguo relinquit, quos intelligi velit. Neque clariùs se Musculus explicat, quid potentatuum vocabulo significare velit, incertum relinquens. At Christophorsonus & Valesius aperte pronuntiant, id factum esse communi Imperatorum, sive eorum penès quos summa potestas erat, suffragio. Verùm ista interpretatio plurimùm habet difficultatis. Nam cùm istud consilium præcipitanter, ut palàm est, captum à Galerio sit, temporis angustiæ non permiserunt, ut Cæsarum, qui in provinciis erant, consensus expeteretur; & non erat hic mos Galerii. Præterea certò colligi potest ex Eusebio & Lactantio, uti postea dicemus, neque Maximinum, neque Constantinum interrogatos fuisse. Neque probabile item est, Maxentii consensum fuisse requisitum, adversùs quem bellum parabatur. Reliquum igitur est, ut hic Eusebii locus intelligatur de Imperatoribus, nimirùm de Diocletiano veterano Rege, de Maximiano Herculio, qui tum imperium resumpserat, & de Galerio Maximiano. Nam hi tres tum erant Carnunti, cùm Licinius factus est Augustus. Itaque verum non est omni ex parte, quod heic ait Eusebius, Licinium factum esse Imperatorem & Augustum communi eorum consensu, qui tum rempublicam possidebant.

Ibid. SEX FUERUNT] Nimirùm Maximianus Herculius, Galerius Maximianus, Maximinus cognomento Daia vel Daza, Constantinus, Maxentius & Licinius.

Lin. 10. GENERUM SUUM] Constantinum, qui Faustam, senioris Maximiani minorem filiam, paulò antè duxerat, eodem anno nimirùm, quo & Severus occisus,

& Licinius factus est Imperator. Incerti panegyricus Maximiano & Constantino dictus in nuptiis Faustæ : *O divinum tuum, Maximiane, judicium, qui hunc tibi jure adoptionis nepotem, majestatis ordine filium, etiam generum esse voluisti!*

Ibid. GENERI FILIUM] Nam Constantius Constantini pater, repudiatâ, ut jussus erat, Helenâ, Theodoram duxit, quam nonnulli tràdunt Herculii filiam fuisse, alii privignam.

Pag. 223. *lin.* 1. DEPONIT REGIAM VESTEM] Id est, purpuram ; & sic iterùm ad vitam privatam rediit. Factum istud ab Herculio scribit Hadrianus Valesius in libro primo rerum Francicarum, pag. 21. antequàm proficisceretur in Illyricum, id est, anno CCCVII. exeunte. Verùm repugnat Lactantius huic sententiæ, qui secundam Herculii abdicationem diserte revocat ad posteriora tempora : sed annum non indicat. Probabile tamen est, id factum non ità multò postquàm ad Constantinum rediisset ex Illyrico, id est, anno CCCVIII. ineunte, ipso decies & Maximiano septies Consulibus. Nam nulla deinceps facinorum ejus mentio habetur usque ad annum CCCX. quo interiit ; & vir cupidissimus signando annos per Consulatus suos, Consul deinceps non reperitur fuisse.

Lin. 6. RELICTA MILITUM PARTE] In potestate soceri sui Maximiani. Sed homo perfidus eos sollicitavit ad defectionem. Testis, præter Lactantium, Eumenius in panegyrico quem posteà dixit Constantino, ubi cùm dixisset Maximianum genero suo pejerasse, statim addit : *Hæc est fides, hæc religio palatini sacrarii devota penetralibus, ut lentè & cunctanter, jam scilicet cum illis belli consiliis, itinere confecto, consumptis copiis mansionum, ne quis consequi posset exercitus, repentè intra parietes consideret purpuratus, & bis depositum tertiò usurpuret imperium, litteras ad sollicitandos exercitus mitteret, fidem militum præmiorum ostentatione turbare tentaret, securè scilicet usurus exercitu, quem venales manus habere docuisset.* Istius loci sensum Livineius ait hunc esse, ut Maximianus Herculius intelligatur resumpsisse purpuram Arelati, cùm urbe pulsus, Italiâ fugatus, ab Illyrico repudiatus, à Constantino est exceptus. Rectè sanè, quantùm ad Historiam. Sed nescio ubi invenerit, acta hæc esse apud Arelatem. Neque enim id dicit Eumenius : sed tantùm se concludisse in civitate Arelatensi, quò eum persecutus est exercitus Constantini, & indè Massiliam posteà fugisse. Mihi certum videtur, Herculium purpuram, quam bis depoſuerat, resumpsisse in ipsâ civitate Trevirorum, aut non multò procul. Id mihi colligere videor ex his verbis Lactantii, ubi ait, eum paucis post diebus, quàm Constantinus profectus erat adversùm Francos, cùm thesauros publicos invasisset, purpuram repentè sumpsisse, cùm æstimaret, Constantinum intrâsse fines barbarorum. Nam Francorum limes erat circa Danubium. Et thesauri publici, quos tum invasit Herculius, non alibi potuerunt esse, quàm in palatio Imperatoris, id est, in civitate Trevirensi. Itaque Herculius non potuit intra paucos dies purpuram resumere Arelati, quæ longo intervallo distat à Treveris.

Lin. 15. QUOD IPSUM NON DECERET] Eumenius in panegyrico Constantini : *Talibus te pro utilitate ac dignitate publicâ rebus intentum averterunt in se novi motus ejus hominis, quem successibus tuis maximè favere decuisset.*

CAPUT XXX.

Pag. 224. *lin.* 1. REFERT AD MARITUM] Eutropius lib. X. *Detectis igitur insidiis per Faustam filiam, quæ dolum viro enuntiaverat, profugit Herculius Massiliam ; ibique oppressus, pœnas dedit justissimo exitu.* Fallitur Eutropius. Nam Herculius antè Massiliam profugerat, quàm hunc dolum componeret, ut patet ex Lactantio. Gravius etiam erravit Zosimus aiens, Herculium, quòd Fausta conatum illius antevertisset, ac rem totam Constantino indicâsset, in desperationem rerum omnium adductum, apud Tarsum morbo extinctum esse. Confudit heic videlicet Maximianum cum Maximino, qui Orientem tenebat, & qui pulsus à Licinio, apud Tarsum postremò in Ciliciâ obiit, ut adnotabitur infrà. Sed neuter dolum explicavit, quem retulisse videntur ad invasionem imperii. Unus Eucherius, Episcopus Lugdunensis, in historiâ Martyrum Agaunensium adnotavit, Maximianum Herculium struxisse insidias Constantino, ut ei vitam auferret. *Cùm dispositis insidiis*, inquit, *genero suo Constantino tunc regnum tenenti mortem moliretur, deprehenso dolo ejus, apud Massiliam captus, nec multò post strangulatus, teterrimoque hoc supplicio affectus, impiam vitam dignâ morte finivit.* Rectè sanè, & consentaneè Lactantio. Meminit autem hujus Herculii perfidiæ, ac deinde mortis, Eusebius in libro primo de vitâ Constantini, cap. XLVII. scribens, alterum eorum qui se imperio abdicaverant, cùm insi-

Digitized by Google

Dias in necem Constantini pararet, deprehensum, turpissimo mortis genere interiisse. Hæc Eusebius, apertè designans Maximianum Herculium. Sed quoniam statim Eusebius tradit, ejus quem ità interiisse scribit, imagines & statuas omnes ubique terrarum dejectas esse, & hanc mortem describit longo intervallo post caput, in quo egit de profligato Maxentio, hùc descendit Valesius, in Annotationibus suis, ut putaverit, corruptum esse locum Eusebii, atque ità emendari debere, ut Maximinus hèic intelligatur, qui unà cum Severo factus est Cæsar. Maximinus enim interiit post victoriam, quam Constantinus reportavit de Maxentio, & quidem mortis genere turpissimo, ut ex Eusebio libro octavo & nono colligi posse ait. Et hæc quidem vir doctissimus adnotavit ad hunc locum, quæ ego puto contra veritatem Historiæ pugnare. Nam primò certum est, Eusebium loqui de altero eorum, qui sè imperio abdicaverant. Quod de alio, quàm de Maximiano Herculio intelligi non potest, qui secundum in imperio locum obtinebat, & cum Diocletiano se abdicavit. Id verò nullo pacto dici potest de Maximino, qui nullibi legitur abdicâsse. Deindè ille, de quo loquitur Eusebius, extinctus est, cùm deprehensus fuisset insidias parare in necem Constantini. Quam Historiam ad Herculium referendam esse nihilominùs certum est, quàm certum est, Constantinum insidiis appetitum ab Herculio fuisse; id quod & Lactantius in hoc libro, & reliqui Historici produnt uno consensu. Sanè utriusque imagines dejectæ post mortem eorum sunt, ut patet ex Eusebio. Narratio porrò de cæde Maxentii, quæ præcedit Historiam mortis Herculii, nihil huic sententiæ officit. Eusebius enim (ut observat Socrates in initio suæ Historiæ) in libris, quos de vitâ Imperatoris Constantini conscripsit, plæraque obiter tantùm perstrinxit: quippè cui, ut in encomiis fieri solet, Imperatoris laudes & panegyricam orationem contexere magis curæ esset, quàm res gestas accuratè commemorare. At in libro octavo Historiæ ecclesiasticæ, cap. XIII. ubi ordinem temporum sequitur, & ubi hæc eadem de Maximiano narrat, quæ leguntur etiam in vitâ Constantini, docet ea non posse, neque debere accipi de alio, quàm de Herculio, cùm statim initio sequentis capitis dicat, Maxentium ejus filium fuisse, de quo anteà loquutus est.

Ibid. COMPONITUR SCENA] In Manuscripto legitur *sebena*. Facilis fuit emendatio. Apud Tacitum lib. XIII. Annal. Agrippina Neronis mater sic loquitur: *Nunc per concubinum Atimetum & histrionem Paridem quasi scena fabulas componit.* Acta purgationis Felicis Episcopi Aptungitani: *Semper sic falsum per terrorem, per scenam, per inreligiosam mentem actum est ab his, qui catholica religioni consentire noluerunt.*

Lin. 14. VIGINTI ANNOR. VOTA] Id est, vicennalia, quæ cum Diocletiano Romæ celebravit.

Lin. 15. ELISO GUTTURE] Epitome Victoris: *Maximianus Herculius à Constantino apud Massiliam obsessus, deindè captus, pœnas mortis genere postremo, fractis laqueo cervicibus, luit.* Orosius lib. VII. cap. XXVIII. *Herculius Maximianus in Galliam profectus est, ut Constantino genero aquè dolis junctus auferret imperium: sed per filiam deprehensus & proditus, deindè in fugam versus, Massilia oppressus & interfectus est.* Aberrant autem in hoc loco omnes Historici, qui in viam reducuntur à Lactantio. Pessimè Suidas, qui Diocletianum à Senatu jugulatum esse, Maximianum verò se suspendisse scribit. Ista porrò Maximiani Herculii mors dicitur in Fastis Idatianis evenisse *anno secundo post Consulatum decimum & septimum*, qui congruit cum anno Christi CCCX. Non est autem occisus à Constantino Maximianus *ob purpuram tertiùm sumtam*, ut putavit vir doctissimus Hadrianus Valesius: sed quia post violatum jusjurandum, post bellum civile commotum, post sollicitatos milites, postremò Constantinum occidere voluerat, & occidisset, si Faustam sibi consentientem habuisset.

CAPUT XXXI.

Pag. 224. *lin.* 1. MAXIMIANUM ALTERUM] Galerium, cognomento Armentarium.

Lin. 2. PERSECUTIONIS AUCTOREM] Ità etiam Eusebius in libro primo de vitâ Constantini, cap. LVIII. Ruffinus lib. VIII. cap. XV. *Ille verò, qui ei secundus in honore, postmodùm etiam in primis successor fuit, qui & incentor ac signifer nostræ persecutionis extiterat.* Et cap. XXVIII. *Ipsum namque auctorem sceleris ultio divina corripuit.* Fragmentum de Constantio Chloro, pag. 472. *Tunc Galerius in Illyrico Licinium Cæsarem fecit. Deindè illo in Pannoniâ relicto, ipse ad Serdicam regressus, morbo ingenti occupatus sic distabuit, ut aperto & putrescente viscere moreretur, in supplicium persecutionis iniquissimæ ad auctorem scelerati præcepti justissimâ pœnâ redeunte.* Vide Lactantium suprà cap. X. & sequentibus.

Digitized by Google

Fruſtrà ergò Scaliger in Animadverſionibus ad Chronicon Euſebii ait, Galerium Maximianum nunquàm perſecutum eſſe Chriſtianos, cùm bonus & laudabilis Princeps fuerit, eximius & fortis bellator. Atque heic eum meritò reprehendit Petavius in libro XI. de Doctrinâ temporum, cap. XXXIV. & lib. XIII. pag. 714.

Lin. 3. ETIAM VIM MAJESTATIS] In hoc loco deſiderantur aliquot litteræ in veteri exemplari, in quo ità legitur: *ut in eo et .... im majeſtatis oſtenderet.* Nos ex veſtigiis litterarum, quæ perierunt, conjecimus ità legendum eſſe, ſicuti ſe habet hæc editio. Et conjecturam noſtram confirmat ipſe Lactantius, cujus hæc ſunt verba in libro primo divinarum Inſtitutionum, cap. III. *Quid quòd ſumma illa rerum poteſtas ac divina vis ne ſemel quidem dividi poteſt.* Et lib. III. cap. XVII. *Vim majeſtatemque veri Dei non intellexerunt.* Alibi virtutem dixit pro vi; ut lib. IV. cap. XXVI. *Virtutem ac majeſtatem Dei ſingularis interpretari.* Et lib. VI. cap. IX. *Virtutem ac majeſtatem Dei ſingularis enarrat.*

Ibid. DE AGENDIS VICENNALIB.] Ad exemplum Diocletiani, cujus imitationem affectabat ità, ut etiam de deponendo imperio aliquandò cogitaverit. Sed tamen vicennalia non celebravit, extinctus antequàm eorum agendorum tempus adeſſet.

Pag. 225. *lin.* 5. VENIA NON HAB.] Primò edideramus: *Veniam non habentibus nullas abſtinendi multiplicis cruciatûs.* Quanquàm autem ità omninò ſcriptum ſit in archetypo, non dubito tamen, quin ea lectio vera ſit, quam nunc conſtituimus.

Lin. 10. QUÆ QUAM VOL.] Hic locus ità habet in vetere codice: *Qua quàm tolerabilia ſint, eripi à labore hominum cibos labore queſtos.* Partem ultimam rectè, ut opinor, reſtituimus. Priorem convellere non ſumus auſi, licèt olim exiſtimaverimus reponi poſſe: *Quanquàm intolerabile ſit.* Sparkius ità ſcribendum eſſe ait: *Qua cùm intolerabilia ſint.* Conjecturam noſtram prætulit Columbus.

Lin. 17. VOTUM] Sic vocabant feſta, in quibus vota concipiebantur pro incolumitate & diuturnâ Principum vitâ, ut ſicut vicennalia, exempli causâ, celebrabant, ſic dii tribuerent, ut tricennalia celebrarent. Sed opus non eſt, me plura dicere de hoc argumento, cùm nuper duo eruditiſſimi viri Carolus Dufreſnius & Henricus Noris hanc materiam abundè tractaverint; ille in Diſſertatione de numiſmatibus inferioris ævi, quæ poſt tomum tertium Gloſſarii edita eſt; alter in Diſſertatione chronologicâ de votis decennalibus, quæ edita eſt cum Diſſertatione de nummis Diocletiani & Licinii. Vide etiam Caſauboni Notas in Spartianum.

Ibid. QUOD NON ERAT CELEBRATURUS] Hic locus eſt magni momenti, cùm ex eo certò colligatur, Galerium Maximianum non perveniſſe ad vigeſimum annum imperii ſui.

CAPUT XXXIII.

Pag. 226. *lin.* 1. MAXIMINUS IRATUS] Euſebius lib. VIII. cap. XIII. cùm dixiſſet, Licinium & Imperatorem & Auguſtum factum fuiſſe, addit: *Quod quidem Maximinus ægrè admodùm tulit, qui hactenùs Cæſar duntaxat ab omnibus appellabatur. Hic ergò pra cæteris tyrannico ingenio præditus, Auguſtus à ſemetipſo renuntiatus eſt.*

Lin. 2. MITTIT ERGÒ] Galerius ad Maximinum, ut eum placaret.

Lin. 3. DISPOSIT. SUAM SERVET] Quia Licinium veterem contubernalem & victoriæ ſocium fecerat Imperatorem ſecundi loci.

Lin. 4. DEFERAT CANIS] Dictum id propter Galerium, qui ſenex erat. Nam de Licinio non poſſe intelligi, hinc patet, quòd cùm interiit, nondùm erat ſexagenarius. Epitome Victoris: *Hic Licinius anno dominationis ferè poſt quintumdecimum, vitæ proximè ſexageſimum, occiditur.* In Faſtis Idatianis occiſus dicitur ſub Conſulatu Paulini & Juliani, qui in annum CCCXXV. incidit. Obiit autem ſub finem anni. In Fragmento de Conſtantio Chloro dicitur regnâſſe annos XIX. filio & uxore ſuperſtitibus. Quod verum ex omni parte non eſt. Nam ab anno CCCVII. exeunte uſque ad annum CCCXXIV. quo ad vitam privatam menſe Octobri rediit victus à Conſtantino, numerantur anni tantùm XVII. Quòd ſi anno CCCXXIV. cùm ageret decimumſeptimum imperii ſui annum, nondùm nactus erat annum ætatis ſuæ ſexageſimum, jam conſtat, eum factum fuiſſe Imperatorem anno circiter ætatis ſuæ quadrageſimo. Itaque quæ de canis heic dicuntur, ad eum referri non poſſunt.

Lin. 9. TOLLIT CÆSARUM NOMEN] Non quidem ut nomen Cæſarum aboleret, quod Imperatores ſemper retinuerunt: ſed ut ab eo deinceps abſtinerent illi, qui in ſpem imperii adoptarentur, & ſic excluderetur Maximinus. Hunc puto hujus loci ſenſum eſſe. Contrà vir religionis & doctrinæ laude inſignis Antonius Pagius in Diſſertatione hypaticâ, pag. 138. putat, alium eſſe verborum Lactantii ſenſum, eaque ad Galerium Maximi-

www.historicum.net

Digitized by Google

tum cognomento Daiam referenda esse, non verò ad Galerium Maximianum At Joannes Columbus in Annotationibus ad hunc locum mirari se ait, Antonium Pagium hæc de Maximiano Daiâ accipere, cùm series verborum & res ipsa doceat, intelligenda esse de Galerio Maximiano: istum enim, qui jam veteranus erat, contumacem dici non posse in novitium Imperatorem Maximinum, cùm contumacia sit inferioris in superiorem. Ego verò arbitror, rectè in hoc loco reprehensum esse Pagium à Columbo.

Lin. 10. MAXENTIUM] Aut valdè fallor, aut Maxentii nomen istic, ut in Chronico Alexandrino, perperàm positum est pro Maximino. Nulla enim inter hæc mentio Maxentii, quem Galerius Maximianus socer ejus oderat, & ut hostem publicum paulò antè bello appetierat. At vir clarissimus Joannes Columbus retinet in hoc loco nomen Maxentii, addit verò Maximini Daiæ nomen, quod à dormitante Librario omissum esse putat, & quatuor Imperatores paulò post nominatos ait esse, Licinium, Maximinum, Maxentium & Constantinum. Mihi multò similius vero videtur, ità intelligendum esse hunc locum, ut quatuor illos, quos Imperatores nominari jussit Galerius, dicamus hos esse, ipsum videlicet primò Galerium, ut par erat, tum Licinium, deindè Maximinum, postremò Constantinum. Nam, ut antea dixi, nulla usquam mentio Maxentii; & certum est, Maximinum non potuisse præterire. Habebat enim exercitum socium.

Ibid. CONSTANTINUM FIL. SUO.] Ex hoc præcipuè loco colligo, consensum Constantini requisitum non fuisse, cùm Licinius factus est Imperator. Quippè probabile non est, eum, qui Imperator & Augustus dictus ab Herculio fuerat, qui filius & gener Augustorum erat, virum præterea spectatum militiâ, rerum bellicarum exercitatum ducem, & victoriis multis insignem, passurum fuisse sibi præferri hominem novum. Et sanè nescio, an ista sic ex omni parte successerint. Nam in edicto anni CCCXI. ubi tres Imperatores nominantur, Galerii quidem nomen, ut senioris Principis, primo loco ponitur, tum Constantini, deindè postremò Licinii. Quod indicat, dignitatem istius passum esse aliquam contradictionem apud Constantinum, eamque non aliter sopitam, quàm rejiciendo Licinium in tertium locum.

Lin. 11. AUGUSTUM SE NUNCUPATUM] Singularis est, huicque Lactantii scriptioni planè conveniens locus Ruffini ex lib. II. cap. V. ubi loquens de eodem Maximino, ait: *Et quamvis ei agere cuncta ex sententiâ liceret, quippè qui jam sibi etiam Augusti concessum præsumpserat dignitatem, videri tamen voluit, quòd aliquibus justis hæc rationibus ageret.* Confirmat Eusebius lib. VIII. cap. XIII. ubi cùm dixisset, Licinium Imperatorem & Augustum declaratum esse, addit: *Quod quidem Maximinus ægrè admodùm tulit, qui hactenùs Cæsar duntaxat ab omnibus appellabatur. Hic ergò pro suorum tyrannico ingenio prudens, Augustus à semetipso renuncupatus est.*

CAPUT XXXIII.

Pag. 326. *lin.* 1. DEC. ET OCT. ANNOS] Is est annus Christi CCCX. ut ostendit tempus mortis Galerii. Nam cùm ille incœperit ægrotare anno XVIII. imperii sui, ægrotaverit autem per annum perpetem, & obierit anno CCCXI. mense Maio, planum est, annum octavum & decimum imperii ejus congruere cum anno Christi CCCX.

Lin. 2. INSANABILEI PLAGA] Lactantius lib. VII. Institut. cap. XV. *Percussit Ægyptum Deus insanabili plagâ.*

Ibid. IN INF. PA. GENITALIUM] Vide Eusebium lib. VIII. Hist. eccles. cap. XVI. & lib. I. de vitâ Constantini, cap. LVII. Ruffinum lib. VIII. cap. XVIII. Fragmentum de Constantino Chloro, pag. 472. & Orosium lib. VII. cap. XXVIII.

Pag. 327. *lin.* 1. INDUCTAM JAM CIC.] In codice manuscripto legitur: *Sed inductâ jam cicatrice, scindit vulnus.* Ex quo nos primò confeceramus: *Sed inductam jam cicatricem scindit vulnus.* Nunc verò videmus, retinendam esse lectionem veteris libri, pro *scindit* tamen reponendum esse *scindatur.* Noster lib. VI. Institut. cap. XXIV. *Perniciem vesciffi vulneribus effundere.* Paulò post lacuna, ut olim monuimus, sic fortè supplenda est: *Rursùm levi corporis motu vulneratus.* Ubi Columbus legi debere ait *vulnerato.*

Lin. 12. ASCLEPIUS] Sic etiam lib. III. Institut. cap. XIX. *Timuit videlicet, ne apud Rhadamantum reciperatorem voti reus fieret ab Asclepio.* Hæc est enim scriptura vetustissimorum Lactantii exemplarium, cùm in vulgatis legatur *ab Æsculapio.* Paulò suprà ibidem editum est *pro se sacraret.* Melius, ut arbitror, codex regius 3735. *profecraret.* Ità etiam primò habuit codex 3736. ejusdem Bibliothecæ. Sed posteà syllaba *si* addita est supra lineam. Et sic constituta est editio vulgata. Infrà lib. IV. cap. XXVII. *Instigantibus istiusmodi dæmonibus, quibus profecrant.*

Digitized by Google

Pag. 228. *lin.* 1. VERMES INTUS CREANTUR] Vide Eusebium lib. VIII. cap. XVI. & Orosium lib. VII. cap. XXVIII. Similem omninò historiam de Juliano, qui avunculus Apostatæ fuit, narrant D. Joannes Chrysostomus Oratione in sanctum Babylam, Sozomenus lib. V. cap. VIII. & Theodoretus lib. III. cap. XIII.

Lin. 2. ODORITATEM] Certum est, hunc locum esse mendosum. Itaque conjeceram sic restitui posse : *Odor teter non modò per palatium.* Sparkius deindè faciliori, ut ipse ait, emendatione legendum censet : *Odor autem.* Cuperus : *Odoritas tetra.* Columbus : *Odor ita teter.* Quid, si reponatur *Odoris diritas?*

Pag. 229. *lin.* 1. DEUM COACTUS EST CONFITERI] Memorabile est, quod hoc loco narrat Ruffinus lib. VIII. cap. XVIII. Referam autem ejus verba : *Denique plerosque medicorum*, inquit, *quòd nec morbo aliquid mederi, nec vim fœtoris tolerare possent, interfici jubet. In quibus cùm quidam jugulandus potiùs, quàm medicaturus assisteret, inspiratus à Deo : Cur, inquit, Imperator, erras, & quod Deus infert, ab hominibus putas posse revocari? Nec humanus est iste morbus, nec à medicis curatur. Sed recordare, quanta in servos Dei egeris, quamque in religionem divinam impius & prophanus extiteris, & intelliges undè tibi sint poscenda remedia. Nam & ego quidem mori cum cateris potero; tu tamen à medicis non curaberis. Tunc primùm se Maximianus hominem esse intellexit, &c.* Eandem historiam compendio perstrinxit Orosius lib. VII. cap. XXVIII. & ex eo auctor Historiæ miscellaneæ lib. XI. At Eutychius in Annalibus tradit, Maximianum sponte sensisse ac dixisse, se ea pati, quia Christianos interfecerit, & litteras in omnes provincias suas dedisse, ut Christiani, qui in carceribus erant, dimitterentur. Sed idem tamen in hoc graviter errat, quòd eum ex hoc morbo convaluisse scribit precibus Christianorum, ac posteà ad majorem impietatis gradum, quàm anteà prolapsum, Christianos ubique jussisse occidi & penitùs extirpari. Qui error ei evenit ex confusione nominum Maximiani & Maximini, dum uni tribuit, quod à duobus factum esse constat. Fallitur etiam Sethus Calvisius, qui tum putat, persecutionem decennalem quievisse post edictum illud mortemque Galerii, cùm octavus tantùm persecutionis annus esset, ut suprà diximus.

Lin. 3. EDICTUM MISIT] Extat apud Eusebium lib. VIII. cap. XVII. ex Latinâ linguâ translatum ab eo in Græcum sermonem, & dein ex Græco versum in Latinum à Russino, ut ipse docet : *Hæc de Latino in Græcum versa nos rursùm transfudimus in Latinum.* Quòd igitur hodiè legimus primâ Latinâ, beneficium est Lactantii.

CAPUT XXXIV.

Pag. 229. *lin.* 4. AD BONAS MENTES RED.] Lactantius lib. V. cap. XIX. ad hoc fortassis edictum respiciens : *Sed hæc ipsa ignorantia efficit, ut in persequendis sapientibus tam mali sint, fingantque illis consulere, illos ad bonam mentem velle revocare.* Acta sanctorum Saturnini, Dativi & Felicis, cap. VII. *Debuerat alios ad bonam mentem revocare, & non contra præcepta Imperatorum & Cæsarum facere.*

Lin. 5. UT NON VET. INST. SEQ.] Taxat Christianos, quòd à priscâ illâ parentum suorum simplicitate defecissent. Eusebius sanè lib. VIII. cap. I. calamitosum Ecclesiæ illius ævi statum describens, invidias, obtrectationes, quasi bella intestina inter Christianos, Antistitum adversùs Antistites certamina, & cætera, quæ iram Dei adversùs ipsos excitârunt, hinc ortam esse ait persecutionem Diocletiani & Maximiani adversùs Ecclesiam. Vide etiam Ruffinum lib. eod. cap. I. & Lactantium initio libri de Opificio Dei.

Pag. 230. *lin.* 2. SIGNIFICATURI SUMUS] Malè Ruffinus, *indicavimus*, rem quasi jam peractam narrans, cùm ad futurum referatur. Neque istud tribuendum errori typographorum, cùm hanc lectionem exhibeant tres vetusti codices manuscripti Bibliothecæ Colbertinæ. Christophorsonus & Valesius rectè verterunt *significabimus.*

Lin. 4. AC SUA] Hæc verba omisit Ruffinus, quæ rectè alii reposuerunt.

Ibid. IN SEDIBUS] Ruffinus vertit *in laribus*, quemadmodùm legitur in uno codice Colbertino. Sed alii & editiones habent *in laboribus.* Christophorsonus vertit, *in suis familiis*; Valesius, *in suis domiciliis.*

CAPUT XXXV.

Pag. 230. *lin.* 1. PROPONITUR NICOMEDIÆ] Absente nimirùm Galerio Augusto, qui apud Sardicam ægrotabat. Itaque verum esse non potest, quod ait vir eruditissimus Henricus Valesius in Annotationibus ad Eusebium pag. 171. hoc edictum emissum fuisse post initium anni CCCXL. ante mensem Martium. Nam anni Galerii Imp. consurgebant ex Kalendis Martiis.

Lin. 2.

Digitized by Google

Lin. 2. IPSO OCTIES ET MAXIMINO ITER. CONS. In Faſtis Maximianus dicitur Conſul VIII. ſolus. Quod etiam tradunt auctor ignotus de Conſulibus, & auctor quoque de Pontificibus Romanis, à Cuſpiniano citati. At heic additur Maximinus iterùm. Quod valdè mirum eſt, præſertim cùm de primo illius Conſulatu nulla uſpiàm mentio habeatur. Verùm dubitare non licet, quin is iterùm Conſul fuerit, cùm luculentiſſimum de eo extet Lactantii teſtimonium.

Ibid. APERTIS CARCERIBUS] Ruffinus lib. IX. cap. I. *Judices verò per ſingulas civitates edicta mittentes, legemque præferentes relaxari iunctos, qui tenebantur in carcere, quique in metallis, aut quibuſlibet vinculis aſſervabantur, omnes abſcedere liberos jubent.*

Lin. 6. CONJUGE SUA] Valeriâ, Diocletiani filiâ. Hæc tamen non manſit in aulâ Licinii, ob ferociam ejus : ſed ad Maximinum confugit, ubi peſſimè habita eſt, ut videbimus infrà cap. XXXIX.

Ibid. FILIO] Candidiano, de quo dictum eſt ſuprà cap. XX.

Lin. 7. HORRENDA TABE CONSUMPTUS] Ruffinus lib. VIII. cap. XV. ait, Galerium tam multis variiſque morbis, & corporis tabe atque inſaniâ mentis affectum eſſe, ut *poſt longos atque inextricabiles languores, ſcelerum ſuorum furiis agitatus, ſponte vitam nefariam proderet*, id eſt, ut Oroſius explicat in capite XXVIII. libri ſeptimi, *vim vitæ ſuæ attulit.* Sed hæc vera non ſunt. Mortuus autem eſt anno Chriſti CCCXI. quo inierat nonum & decimum imperii ſui annum. Ita enim colligitur in primis ex Lactantio teſte luculentiſſimo. Nam cùm ex capite XXXIII. conſtet, Galerium ægrotare cœpiſſe anno decimo & octavo imperii ſui, & morbum ejus duraviſſe per annum perpetem, ac poſteà illum deficientem anno ſequenti edictum miſiſſe, ut Chriſtianis liceret Deum publicè colere, mortuumque eſſe *cùm jam futura eſſent vicennalia, Kalendis Martiis impendentibus*, clarum eſt, eum non perveniſſe ad annum vigeſimum imperii ſui : ſed mortuum eſſe anno decimo nono. Conſentit Lactantio Aurelius Victor in libro de Cæſaribus, ubi ait, Galerium potentiam Cæſaris geſſiſſe annos tredecim, quinquennio imperium tenuiſſe. *Huic quinquennii imperium*, inquit, *Conſtantio annuum fuit, cùm ſanè uterque potentiam Cæſarum annos tredecim geſſiſſent.* Quod confirmatur auctoritate Eutropii in initio libri noni, & ex Chronico Alexandrino pag. 651. ubi ſcriptum eſt, Conſtantium, qui Cæſar cum Galerio factus eſt, & eodem die Auguſtus nuncupatus eſt, quo Galerius, obiiſſe Eboraci in Britanniâ anno decimo tertio principatûs ſui, exacto videlicet, cùm ab aliquot menſibus iniiſſet decimum quartum. Atqui ſuprà cap. XVII. probavimus, Diocletianum & Maximianum depoſuiſſe imperium anno Chriſti CCCV. Kalendis Maii. Itaque qui tum Cæſar erat ab annis tredecim, adoptatus fuerat anno Chriſti CCXCIII. Kalendis Martiis. Quod ſi addas quinquennium, ſeu potiùs ſexennium imperii, facilè reperies, conſurgere numerum annorum novendecim, quibus eum imperaſſe colligitur ex Lactantio. Nam & auctor quoque Fragmenti de Conſtantio Chloro, pag. 492. eundem Galerium tradit imperaſſe annos novendecim. Quod cùm videret vir clariſſimus Henricus Valeſius, perſuaſumque haberet, illum regnaſſe per annos viginti & unum, ſic locum Fragmenti interpretatus eſt, ut diceret, annos quidem XIX. integros ac plenos imperaſſe Galerium, ſed præterea duos ſemiplenos, ſeu cavos. In Conſtitutione ſanè, quam Lactantius ſuprà deſcripſit, quæ data eſt paulò ante mortem ejus, ipſe ſe vocat Imperatorem XIX. apud Euſebium & Ruffinum. Scio, eundem virum eruditiſſimum, quem paulò antè nominavi, iſta ita interpretari, ut hoc loco vox *Imperator* non ſignificet dignitatem Auguſtam; aliud enim illam in titulis Imperatorum ſignificare, cùm primo loco ponitur, aliud cùm ſubjungitur cæteris titulis. Nam vox *Imperator*, quæ ſecundo loco ponitur, deſignat victoriam Imperatorum; & quoties poſt partam victoriam Imperatores ab exercitu appellati ſint, oſtendit, ut docet Dio. Neque ego ſanè diſputare heic velim adverſùs hanc interpretationem viri clariſſimi. Illud tantùm volui monere, Galerium Imperatorem XIX. nominari in titulo illius edicti. Obiit autem Galerius, ut colligi poteſt ex Lactantio, menſe Maio apud Sardicam. At Onuphrius Panvinius in Commentario ad librum ſecundum Faſtorum tradit, eum obiiſſe circa menſem Septembrem. Meliùs Sigonius in libro ſecundo de Occidentali imperio, ubi ſcribit, Galerium vitâ exceſſiſſe non multò poſt XI. Kalendas Maias. In hoc tamen errat, quòd tum Licinium imperii conſortem & Auguſtum nuncupatum apud Carnuntum putat à Galerio, *cùm ſe imperio gerendo ineptum conſpiceret.* Quippè neque ea cauſa fuit aſſumendi Licinii in conſortium imperii : ſed quò pluribus munimentis inſiſteret, & ut eo uteretur in bello adverſùs

Digitized by Google

Maxentium. Deindè illud factum non est extremis Galerii temporibus: sed quadriennio antè, ut suprà ostensum est. Committendi verò hujus erroris hæc occasio fuit, quòd plerique veteres Galerii mortem consecutam scribunt post conlatam Licinio dignitatem imperialem. Eutropius lib. x. *Per hoc tempus à Galerio Licinius Imperator est factus, Daciâ oriundus, notus ei antiquâ consuetudine, & in bello, quod adversùs Narseum gesserat, strenuus laboribus & officiis acceptus. Mors Galerii confestim secuta.* Zosimus lib. II. *Maximianus Galerius ex societate superiorum temporum familiarem sibi Licinium Imperatorem creat, quòd hujus operâ bello Maxentium persequi cogitaret. Posteaquàm Galerius hæc agitans consilia ex incurabili vulnere vitam cum morte commutasset, imperium Licinius quoque sibi vindicabat.* Orosius quoque lib. VII. cap. XXVIII. & auctor Fragmenti de Constantio Chloro, pag. 472. sic describunt hanc historiam, ut statim post levatum Licinium subsequatur mors Galerii. Et Aurelius Victor, qui Licinium Imperatorem factum ait antequàm Galerius iret in Italiam, scribit, eum paulò postquàm Italiâ decesserat, vulnere pestilenti consumptum esse. Et in Epitome Victoris: *Hic Licinius annum dominationis ferè post quintum decimum occiditur;* numerando videlicet ab excessu Galerii. Et Socrates lib. I. cap. II. ait, Maximianum abiisse è vitâ, cùm Licinium priùs Imperatorem creavisset. His igitur ducibus erravit Sigonius, quem secutus est Morinus.

Pag. 231. *lin.* 1. MENSIS EJUSDEM.] Id est, Maii.

Lin. 2. KAL. MARTIIS] Eo enim die Galerius Maximianus factus fuerat Cæsar cum Constantio, adeòque Kalendis semper Martiis inchoabantur anni ejus imperii, & vicennalia celebrari debebant Kalendis Martiis impendentis anni, qui futurus erat vigesimus imperii ejus. Fasti Idatiani Tiberiano & Dione Consulibus: *Eo anno levati sunt Constantius & Maximianus Cæsares die Kal. Mart.* Eumenii panegyricus Constantio dictus: *O Kalenda Martiæ, sicuti olim annorum ventium, ità nunc æternorum auspices Imperatorum!* Sed heic rursùm occurrit difficultas de annis imperii. Nam si verum est, Galerium factum fuisse Cæsarem sub Consulatu Tiberiani & Dionis, & illorum Consulatum congruere cum anno Christi CCCXI. ut vulgò putant, constabit eum mortuum fuisse anno imperii XXI. ineunte. Cùm autem contradici non possit argumentis ex Lactantio petitis, quærenda aliqua via est, quâ nos expedire mus ex his difficultatibus. Et sanè optimos illos Fastos Idatianos certum est non carere nævis & erroribus, ut facilè probari posset.

CAPUT XXXVI.

Pag. 231. *lin.* 2. LICINIO MORANTE] Quæ tum erat in Daciâ Mediterraneâ apud Sardicam, aut non multò procul. Nam illic mortuus erat Galerius.

Lin. 3. FRETUM CHALCEDONIUM] Hunc itaque limitem Orientalis Imperii constituere volebat Maximinus, ut intra illum esset etiam Bithynia usque ad Chalcedonem, provinciæ verò ultra fretum Chalcedonium pertinerent ad imperium Occidentale, ità ut sedes imperii, quæ tum erat apud Nicomediam, ad se, qui prior factus fuerat Cæsar, pertineret, non autem ad Licinium.

Ibid. BITHYNIAM] In veteri codice legitur *Bhyantiam*. Certam esse emendationem, probat primò iter Maximini, qui ex Oriente ad Chalcedonem properabat; deindè ipse Maximinus, qui in epistolâ sequenti anno scriptâ ad Sabinum, quam recitat Eusebius, docet, se anno præterito Nicomediæ fuisse. *Cùm anno præterito*, inquit, *Nicomediam feliciter essem ingressus, cives ejus urbis me illis degentem adierunt.* Quare rectè observatum est ab Henrico Valesio in Annotationibus ad Eusebium, pag. 185. & seq. Maximinum, mortuo Galerio, Asiam ac Bithyniam occupasse, quas Galerius unà cum Illyrico & Thraciâ sibi retinuerat.

Lin. 5. DIVERSAS RIPAS] Nimirùm Maximinus, ut palàm est, ripam Bithyniæ, Licinius adversam, in quâ Byzantium.

Lin. 6. IN IPSO FRETO FOEDUS] Haud dubiè in faucibus Bosphori Thracii, inter Byzantium & Chalcedonem. Et Bithyniam quidem cessisse in jus & ditionem Maximini, colligitur ex martyrio sancti Luciani Antiocheni, quod enarrat Eusebius lib. IX. cap. VI.

Lin. 8. INDULGENTIAM] Id est, pacem; cessationem à persecutione. Suprà cap. XXXIV. in edicto: *Indulgentiam nostram credidimus porrigendam*: quam vocem in suis versionibus rectè Ruffinus & Valesius retinuerunt, Christophorsonus malè omisit. Lactantius in libro de Irâ Dei, cap. XX. *Si nobis indulgentia cœlitùs venerit.* Acta sanctorum Saturnini, Dativi & Felicis, cap. XIII. *Qui vult ex vobis ad indulgentiam pervenire, ut salvus esse possit, profiteatur.* Optatus Milevitanus in libro primo: *Tempestas persecutionis peracta & destructa est. Jubente Deo, indulgentiam mittente*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Maxentio, *Christianis libertas est restituta*. D. Augustinus frequenter hanc vocem usurpat adversùs Donatistas, cùm loquitur de Rescriptis Principum, quibus libertatem sui dogmatis dederant iidem Donatistis.

Ibid. COMMUNI TUTELO] Certum est, heic agi de edicto, quod extremis Galerii temporibus editum est in favorem Christianorum. *Communi* autem *tutelo* dixit, pro communi consensu. Hanc vocem non reperi alibi. Fortassis est corrupta. Vir doctissimus & summus amicus meus Joannes-Baptista Cotelerius, quem magno rei litterariæ & ecclesiasticæ damno nuper amisimus, tom. III. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ, pag. 662. censet, reponendum esse *titulo*. Eadem est sententia Cuperi & Columbi. Sparkius verò *tutelâ* rescribit, admonens interim, virum quendam doctum è suis existimare legendum esse *titulo*. Vir doctissimus Carolus Dufresnius Cangius putat, legendum omninò esse *titulo*: rectè. Respicit enim Lactantius ad Constitutionem editam in capite XXXIV. quæ pro more tum recepto inscripta erat nominibus Galerii Maximiani & Maximini Dazæ, id est, *communi titulo*.

Lin. 9. SUBORNATIS LEGATIONIBUS] Hæc pluribus explicat Eusebius lib. IX. cap. II. initium factum dicens ab Antiochensibus. *Sed & alios*, inquit Ruffinus, *per singulas civitates similiter deterrimos cives ad simile facinus impellit, & ex omnibus provinciis hujuscemodi legationem dirigi componit*. Quæ verba ideò retuli, quòd apertiora sint, quàm Græca Eusebii.

Lin. 12. SACERDOTES MAXIMOS] Hæc confirmantur ab Eusebio lib. VIII. cap. XIV. & lib. IX. cap. IV. Vide Valesii Annotationes ad eundem Eusebium, pag. 169.

Pag. 232. *lin.* 4. CANDIDIS CHLAMYDIB. ORNATOS] Eusebius in locis mox commemoratis annotat quidem, addita ornamenta sacerdotibus per provincias constituris à Maximino, quæ coercet ad militare satellitium, id est, ad lictores & apparitores: quâ de re vide Annotationes Valesii. At Lactantius addit, illum jussisse, ut Pontifices illi, qui super provincias erant, incederent ornati candidis chlamydibus. Chlamydem autem heic accipio pro paludamento, ut apud Nonium, seu illâ albæ tunicæ specie, auro interdùm limbatæ, quâ utebantur soli ministri Imperatorum; de quibus plura Salmasius in Notis ad Lampridium, pag. 241. Itaque Maximinus vestes ministrorum palatinorum communicavit cum summis Pontificibus, quos per provincias ordinavit. Et hinc fortassis explicabitur locus ille Trebellii Pollionis in D. Claudio, *Chlamydes veri luminis limbatas duas*, ubi Salmasius verum lumen interpretatur de colore purpureo.

Lin. 7. DEBILITARI JUSSIT] Vide Eusebium lib. VIII. cap. XII. & in libro primo de vitâ Constantini, cap. LVIII. ubi in interpretatione Valesii irrepsit nomen Licinii, pro nomine Maximini.

Ibid. EFFODIEBANTUR OCULI] Non adnotassem ista, quæ ab Eusebio quoque commemorantur, nisi admonere voluissem, hanc crudelitatem à Suidâ referri ad Diocletianum & Maximianum, eumque hoc loco, ut sæpè solet in rebus historicis, lapsum esse.

CAPUT XXXVII.

Pag. 232. *lin.* 1. CONSTANTINI LITTERIS] Constantinus post partam de Maxentio victoriam, cùm apud Mediolanum convenisset cum Licinio, Constitutionem emiserat admodùm favorabilem Christianis, eamque miserat in Orientem ad Maximinum, ut is eam in provinciis suis proponi curaret. Auctor est Eusebius lib. IX. cap. IX. illum primùm quidem ad hæc graviter ingemuisse; posteà tamen, cùm nec videri vellet Constantino ac Licinio cessisse, nec rursùm id, quod jussum erat, supprimere, metu eorum qui jusserant, epistolam ad Sabinum Præfectum scripsisse, veluti suopte motu & ex propriâ auctoritate, in quâ eadem fermè de Christianis sancivit, quæ in illâ Constantini ac Licinii Constitutione continentur. Addiderat autem Constantinus litteras ad Maximinum, quarum mentionem facit Eusebius in postremâ parte ejusdem capitis.

Lin. 5. A SACERDOTIB. IMMOLAR.] Quod heic ait Lactantius de Maximino cibis immolatitiis quotidiè vescente, id ab eo publico edicto constitutum ait Eusebius in libro de Martyribus Palæstinæ, cap. IX. ità, ut cuncti tam viri, quàm mulieres, unà cum servulis & infantibus, sacrificare & libare diis immortalibus cogerentur, & immolatis hostiarum carnibus vesci, & ut cuncta in foro venalia sacrificiorum libationibus inquinarentur. Istud ipsum docent etiam Acta passionis sancti Luciani Martyris Antiocheni, quem idem Maximinus morte affecit. *Quin etiam ad tantam processit savitiam, ut ne infantibus quidem parceret, sed ipsos quoque interimeret, quoniam nec poterat quidem eis persuadere, ut gustarent ea, quæ sacrificabantur dæmonibus.* Secutum in hoc fuisse Maximinum vestigia magi-

Digitized by Google

ſtri ſui Galerii, docent Acta ſanctorum Martyrum Agapes, Chioniæ & Irenes, quæ Theſſalonicæ martyrium conſummaverunt anno ſecundo perſecutionis, Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Conſulibus. In illis enim Actis legitur, Caſſandrum beneficiarium ità ſcripſiſſe ad Dulcetium Præſidem: *Scito, mi Domine, Agathonem, Agapen, Chioniam, Irenem, Caſiam, Philippam & Eutychiam nolle his veſci, quæ diis ſunt immolata.* Eadem habentur in Actis ſanctorum Sergii & Bacchi, qui ſub eodem Maximino paſſi ſunt: item in Actis ſancti Martyris Vari & ſociorum ejus, & in Actis Theodori Amaſeni cognomento Tyronis. Imò diù antè hanc ſuperſtitionem uſurpatam eſſe, reperio in Actis ſanctorum Terentii, Aphricani & ſociorum; ubi ſcriptum eſt, Decium Imperatorem in univerſas Romani imperii provincias edictum miſiſſe, ut omnes Chriſtiani ad immolandum & comedendum ea, quæ Idolis eſſent immolata, pertraherentur. Quare quod ait Lactantius, Maximinum hoc primum inveniſſe, ut animalia omnia, quibus veſcebatur, non à coquis, ſed à ſacerdotibus ad aras immolarentur, intelligendum non eſt de edicto ſeu generali lege, cùm multis antè annis id conſtitutum fuiſſet à Decio & Galerio Maximiano: ſed de privato palatinorum ciborum uſu. Porrò hunc uſum in regiones quoque extra limitem Romanum poſitas penetrâſſe, docent Acta ſancti Sabæ Gothi, qui martyrium conſummavit in Cappadociâ pridiè Idus Aprilis, Modeſto & Arintheo Conſulibus id eſt, anno Chriſti CCCLXXII. Cæterùm ab iſtiuſmodi cibis immolatitiis, quos idolothyta vocabant, ſemper abhorruiſſe Eccleſiam, notius eſt, quàm ut neceſſe ſit veterum teſtimoniis comprobari.

Lin. 6. PERFUSUM MERO] Lactantius lib. VI. Inſtitut. cap. I. *Homines autem, neglectâ juſtitiâ, cùm ſint omnibus flagitiis ac ſceleribus inquinati, religioſos ſe putant, ſi templa ac aras hoſtiarum ſanguine cruentaverint, ſi focos odorati ac veteris vini profuſione madefecerint. Quin etiam ſacras dapes apparant, & exquiſitas epulas, quaſi aliquid indè libaturis offerant.* Et cap. ſeq. *Mactant igitur optimas ac pingues hoſtias Deo quaſi eſurienti, profundunt vina tanquàm ſitienti.*

Pag. 233. *lin.* 3. HINC FAMES] Crudelitatem iſtius famis deſcribit Euſebius lib. IX. cap. VIII. Videndus etiam Ruffinus, qui nonnulla habet, quæ apud Euſebium non leguntur. Meminit & hujus famis Eutychius Alexandrinus in ſuis Annalibus.

Lin. 10. DONO SUIS DABAT] Ruffinus lib. VIII. cap. XVI. *Undè & montes auri, ut ità dixerim, congregatos familiaribus ſuis ac ſatellitibus largiebatur.*

Lin. 11. MORE CLEM. LATRONUM] Salvianus in fine libri octavi de Gubernatione Dei, pag. 191. *Latrones quidem hoc proverbio uti ſolent, ut quibus non auferunt vitam, dediſſe ſe dicant.*

CAPUT XXXVIII.

Pag. 233. *lin.* 3. VINCIT OFFICIUM] Eadem omninò verba habentur in libro ſexto divinarum Inſtitutionum, cap. XXIII.

Pag. 234. *lin.* 2. NOBILIBUS FOEMINIS] Ruffinus libro VIII. cap. XVII. *Cui etiam inter cætera hoc ſingulare ſtudium erat, ne ullam non dico urbem, ſed vel breve oppidum, abſque adulterio nobilium matronarum, quæ per loca fuiſſent reperta, vel corruptione virginum, præteriret.*

Lin. 11. PRÆGUSTATOR] Metaphora ducta à cibo & potu, quâ etiam uſus eſt Cicero in Oratione pro domo ſuâ: *Scilicet tu helluoni ſpurciſſimo, præguſtatori libidinum tuarum, homini egentiſſimo & facinoroſiſſimo Sexto Roſcio, &c.* Præguſtator itaque eſt, qui cibos potuſque guſtu explorat, apud viros principes præcipuè, ne fortè venenum cum cibo potuque hauriant. Eâ de causâ Antonius timens ſceleratam Cleopatræ ſolertiam, nonniſi præguſtatos cibos ſumebat, ut docet Plinius lib. XXI. cap. III. Hiſtoriæ naturalis. Suetonius in Claudio cap. XLIV. *Et veneno quidem occiſum convenit: ubi autem, & per quem dato diſcrepat. Quidam tradunt epulanti in arce cum ſacerdotibus per Halotum ſpadonem præguſtatorem.* Tacitus lib. XIII. Annalium: *Illic epulante Britannico, quia cibos potuſque ejus dilectus ex miniſtris guſtu explorabat.* Gregorius Papa XI. in epiſtolâ ſcriptâ ad Carolum V. Regem Francorum, & Johannam ejus uxorem, editâ in tomo quarto Spicilegii Dacheriani, pag. 300. *Et inſuper, ut hi, qui hujuſmodi ova, lac, butyrum & caſeum, ſeu ferculæ ex eis parabunt, & etiam illi, qui de eis vobis ſervient, duntaxat pro probâ faciendâ, guſtare de ipſis valeant, concedimus per præſentes.* Quod hèic Gregorius dicit *pro probâ faciendâ*, nos dicimus hodiè, *pour faire l'eſſai*. Evodius Upſalenſis in libro ſecundo de Miraculis ſancti Stephani, cap. III. *Jubet illi præguſtatori vini ſui.*

Ibid. IMMINUTAS] Putabam olim, hunc locum eſſe corruptum, & conjeceram reſcribendum eſſe *invitas*. Poſteà viri clariſſimi

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Sparkius & Columbus admonuerunt, retinendam esse lectionem, quæ habetur in codice veteri, quia vox *imminutas* nihil aliud sonat, quàm prægustatas, seu præfloratas; quod exemplis aliquot ostendit idem Columbus, & isto præsertim Lactantii libro primo Instit. cap. x. *Omitto virgines, quas imminuit.*

Lin. 13. CUBILIA IMPUNE VIOLABANT] Ruffinus lib. VIII. cap. XVII. *Deliciis, luxu atque omni dissolutionum genere fluitans, turpissima suis militibus prabebat exempla. Denique quicquid lascivè, quicquid petulanter, quicquid luxuriosè gestum à rectoribus vel militum, vel provinciarum fuisset, inultum cedebat ob Imperatoris exemplum.*

Pag. 235. *lin.* 1. A GOTHIS PULSI] Cùm Diocletianus Italiam petiisset vicennalia celebraturus, Gothi, sive populi ripam Istri fluminis incolentes, eâ occasione usi, aliquam partem vicinæ provinciæ invaserunt, & indigenas expulerunt. Hi verò pulsi sedibus suis ad Galerium Maximianum Cæsarem confugerunt, & posteà se Maximino, quem Galerius adoptaverat, adjunxerunt, & in numerum satellitum ac protectorum ejus adlecti sunt.

CAPUT XXXIX.

Pag. 235. *lin.* 2. NE AB AUGUSTA QUIDEM] Valeriâ, Galerii viduâ, quæ post mortem mariti in aulam Maximini concesserat, spreto Licinio, cui eam Galerius commendaverat.

Lin. 9. PATRIS EJUS] Galerii, qui Maximinum adoptaverat, & Cæsarem fecerat.

Lin. 15. IPSAM CUM MATRE] Diocletiani uxore, de quâ pluribus actum est ad caput XV. Eam Octavius Strada mortuam esse ait aliquot annis ante maritum. Sed errare Stradam, probat auctoritas Lactantii, qui dicet infrà, eam anno CCCXIII. capite plexam fuisse, cùm Diocletianus vitâ jam excessisset anno superiore.

CAPUT XL.

Pag. 238. *lin.* 3. ERATINEO] Locus corruptus. Præsidis nomen est. Quid, si Flaccini nomen heic reponatur, quem noster cap. XVI. non pusillum homicidam vocat?

Lin. 6. NON MINUS] Ea emendatio non est mea, sed Columbi. Nam vetus codex habet *nimis*. Certum est autem, sæpè voces illas consuesse permutari in antiquis libris.

Lin. 9. QUIDAM JUDÆUS] Non hoc primùm à Maximino inventum. Præiverat enim illi vir boni exempli D. Nero, cùm Octaviam uxorem repudiare vellet in gratiam Poppææ. Quâ de re videndus Tacitus in libro XIV. Annalium.

Lin. 17. INSTRUCTI VELITES] In veteri codice scriptum est *instructibile mens essagitari*. Certum mendum: sed non statim obvia certa emendatio, quæ tandem reperta est post absolutam editionem. Columbus tamen mavult *vigiles*, quàm *velites*.

CAPUT XLI.

Pag. 237. *lin.* 1. AUGUSTA VERO] Valeria. Ubi notandum est, nihil nunc de matre ejus dici, neque repetitam à Diocletiano, cùm Valeria repeteretur. Et tamen illa vivebat adhuc, ut patet ex capite LI.

CAPUT XLII.

Pag. 237. *lin.* 1. SENIS MAXIMIANI STATUÆ] Ruffinus lib. VIII. cap. XVI. ait, Maximianum Herculium turpiter deprehensum in insidiis, quas Constantino struebat, turpiùs periisse, *ità ut post interitum statuæ ejus, atque imagines auferrentur, & in edibus publicis vocabula ejus nominis mutarentur.* Apud Eusebium lib. VIII. cap. XIII. hæc historia sic describitur, tanquàm si Herculius primus fuisset, cujus statuæ & imagines disjectæ fuissent. Quod cùm falsum esse videret Christophorsonus, ità Eusebium vertit, ut velit, illum dixisse eam contumeliam irrogatam viventi. Quod non esse verum, patet ex sequentibus Lactantii verbis, ubi ait, nulli Imperatorum ante Diocletianum contigisse, ut imagines viventis dejicerentur. Itaque Henricus Valesius aliò se convertit, non quidem Herculium fuisse primum omnium Imperatorum, qui à primordio imperii fuerunt, cui inustum sit hoc dedecus: sed primum eorum, qui ætate illâ Rempublicam administravérant. Sic Trebellius Pollio in triginta tyrannis cap. XXVIII. ait, imaginem Celsi *novo injuriæ genere* sublatam esse in crucem: olim tamen, ut hoc annotat Casaubonus, soliti fuerint Græci Latinique damnatorum imagines dejicere, lutare, frangere, scalis Gemoniis inferre, omni denique contumeliæ genere afficere; quod probat etiam auctoritate Plutarchi.

Lin. 4. CUM VIDERET VIVUS] Diocletianus, cujus viventis imagines deponebantur, quia conjunctæ erant cum imaginibus Herculii.

Lin. 7. SUSPIRIA] Cuspinianus in Diocletiano: *Quidam dicunt, stupore mentis & longâ ægritudine confectum, animam inter suspiria efflâsse*; quod puto illum accepisse à Cedreno.

Digitized by Google

Lin. 10. FAME ATQUE ANGORE CONFECTUS] Alii Diocletianum alio mortis genere extinctum tradunt: quidam morbo aquæ intercutis, alii veneno, Suidas suspendio. Vide etiam quæ infrà dicuntur ad caput quinquagesimum. Obiit autem haud procul Salonis in Dalmatiâ, in villâ suâ Aspalato, ubi & sepultus est. Vide Henrici Valesii Notas ad Ammianum Marcellinum, pag. 112. Variæ porrò sunt doctorum virorum opiniones de anno, quo Diocletianus interiit, aliis censentibus id evenisse anno CCCXIII. aliis triennio seriùs. Istos in hanc sententiam impulit auctoritas Fastorum Idatianorum, in quibus scriptum est, Diocletianum diem functum esse in Salonâ III. Nonas Decembris, Sabino & Rufino Consulibus. Sed horum Fastorum auctorem falsò ea scripsisse jam constat, cùm Lactantius doceat, Diocletianum esse mortuum ante nuptias Licinii & Constantiæ, & ante Maximinum Dazam. Cùm ergò mortuus sit post Galerium & ante Maximinum, exeunte anno, manifestum est, decessisse anno CCCXII. exeunte. Nam Maximinus periit anno sequenti, ut ostendam. Itaque verum non est quod legitur in Epitome Victoris, Diocletianum annos propè novem egisse in communi vitâ. A Kalendis enim Maiis anni CCCV. usque ad III. Nonas Decembris anni CCCXII. sunt tantùm anni septem & menses septem cum aliquot diebus. Sed adversùs hæc dici potest, id quod quibusdam placuisse video, Diocletianum non potuisse dici mortuum anno CCCXII. cùm in l. 2. Cod. Theodos. *De censu*; quæ data est anno CCCXIII. Kalendis Junii, Constantinus eum vocet dominum & parentem, divum vocaturus, si mortuus fuisset. Verùm eam argumentationem falsam esse, probat epistola Maximini Aug. ad Sabinum apud Eusebium, lib. IX. cap. IX. ubi is Galerium Maximianum, quem ab anno superiore mortuum fuisse constat, vocat tamen dominum ac parentem suum; qui tamen in edicto, quod ibidem apud Eusebium extat, eundem Maximianum & Diocletianum vocat divos parentes suos. Cæterùm cùm ex hoc Lactantii loco constet, Diocletianum mortuum esse ante nuptias Licinii & Constantiæ, consequens est, falsum esse quod legitur in Epitome Victoris, nimirùm eum morte consumptum esse, ut satis patuit, per formidinem voluntariam: *Quippè cùm à Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quominùs interesse valeret, excusaviſſet, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio faviſſe ac Maximino favere, ſuſpectans vetem dedecoroſam, venenum dicitur hauſiſſe.* Parùm autem probabile est, qui noluerat iterùm accedere ad regimen Reipublicæ, & qui vitam privatam imperio antepositi memorabili & sapientissimo apophtegmate, quod suprà pag. 73. ex eâdem Epitome retulimus, suspectum fuisse habitum, quòd Maxentio & Maximino faveret, præcipuè verò Maximino, à quo sciret, gravissimas contumelias irrogatas filiæ Valeriæ conjugique Priscæ, & à quo contemptum illum fuisse, dum Valeriam repeteret, recentius erat, quàm ut oblivisci tam citò potuerit.

CAPUT XLIII.

Pag. 238. *lin.* 1. UNUS SUPERERAT] Nimirùm Maximinus cognomento Daza. Adversarios Dei Lactantius appellat Diocletianum, Herculium, Galerium & Maximinum. In eodem numero non ponit Maxentium, quia, licèt crudelis ac sævus fuerit, visus tamen est favere Christianis. Inter eos item non numerat Licinium, quia tum cùm hæc scribebat Lactantius, ille videbatur esse amicus Christianorum. Posteà se prodidit.

Lin. 3. NUPER AMICITIAM] Id est, eo tempore, quo pax inter Licinium & Maximinum constituta est in Bosphoro Thracio, paulò post mortem Galerii.

Lin. 4. CONSTANTINI SOROREM] Constantiam, quæ posteà sic Arrio favit, ut etiam fratrem suum ad eum defendendum impelleret.

Lin. 6. MISIT OCCULTE] Eusebius lib. VIII. cap. XIV. istud ipsum commemorat, nimirùm Maximinum iniisse clam fœdus cum Maxentio.

Lin. 9. BELLUM CONSTANTINO INDIXERAT] Ex hoc loco & ex libro secundo Zosimi apparet, consilia agitandi belli à Constantino profecta non esse, sed à Maxentio; atque adeò Constantinum velut invitum ad arma prosiliisse, tum etiam invitatum posteà à Romanis tyrannidem Maxentii ægrè ferentibus. Et tamen vir clarissimus Hadrianus Valesius in libro primo rerum Francicarum pag. 23. bellum istud imputat arrogantiæ Constantini, qui statuas suas Romæ jussu Maxentii eversas adeò iniquo tulerit animo, ut eam injuriam armis vindicandam putârit; ejusque memoriam acriter ac contumeliosè sugillat, quòd cùm Maximiani soceri sui statuas subverti jussisset in Galliis, parem sibi à Maxentio ejus filio factam injuriam ferre non potuerit. Veri amor & magni principis memoria poste-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

sunt, ut hæc observemus, immensum esse discrimen inter hæc duo facinora. Constantinus everterat statuas inimici sui, sed mortui, & qui propterea contumeliam sibi irrogatam ulcisci non potuit. At Maxentius dejecerat venerandas, ut ait Nazarius, imagines principis viventis ac fortissimorum exercituum ductoris, qui propterea & potuit, & debuit eum castigare, à quo cum tantâ ignominiâ læsus esset. Sanè Diocletianus, ut infrà scribit Lactantius, adeò commotus est cùm videret statuas suas everti, quæ cum statuis Herculii conjunctæ erant, tamenetsi ista adversùs eum non fierent consilio, sed necessitate, ut hinc acceperit magnum atque incredibilem dolorem, ac propterea moriendum sibi esse decreverit. At Constantinus injuriam illam, quâ erat magnitudine animi, remittere Maxentio paratus erat, si is ad æquas pacis conditiones descendere voluisset. Sed ille Constantinum aspernatus est: appetitum ejus (verba sunt Nazarii) refugit, aversatus est, horruit; & cùm voluntas pacificandi alienata esset, eò dementiæ proceſſit, inquit idem Nazarius, *ut ultrò etiam lacesseret, quem ambire deberet.* Undè constat, arrogantiæ immeritò argui Constantinum in hoc loco: qui si injuriam suam ultus non fuisset adversùs hostem ferotem ac bonitati ejus illudentem, profectò majorem ignominiam ex eâ injuriæ oblivione reportasset, quàm ut verbis ullis explicari possit.

Lin. 10. NECEM PATRIS SUI] Maximiani Herculii, quem Constantinus strangulari jusserat apud Massiliam. Zosimus lib. II. *Maxentius occasiones gerendi adversùs Constantinum belli quærebat, seque dolere propter obitum patris sui simulans, cui mortis causam Constantinus præbuisset.*

Lin. 11. INTESTABILEM vel EXITIABILEM] Hoc in loco desunt aliquot litteræ in veteri exemplari, ubi hæc tantùm leguntur, *xtabilem.* Ex quo nos collegimus reponendum esse *intestabilem.* Intestabilis autem idem valet, ac detestabilis & invisus.

Ibid. FINXISSE DISCORDIAM] Eutropius lib. X. *Indè ad Gallias profectus est, dolo compositò, tanquàm à filio esset expulsus.*

CAPUT XLIV.

Pag. 238. *lin.* 1. INTER EOS] Maxentium & Constantinum.

Lin. 2. RESPONSUM ACCEPERAT] Incerti panegyricus Constantino dictus post devictum Maxentium: *Stultum & nequam animal nusquàm extra pomœria egredi audebat: Ita enim aut prodigiis, aut motûs sui præsagiis movebatur.*

Pag. 239. *lin.* 4. SEXTUM KAL. NOV.] Hic ergò dies primus Maxentium vidit Imperatorem; contrà quàm alii scribunt, qui ad diem VII. Kal. Octobris eum imperium invasisse scribunt, pridiè extinctum: quorum neutrum verum est. Cæsus enim est die natali suo, ut docent Lactantius & auctor panegyrici paulò antè laudati. Sed iste tamen in hoc fallitur, quòd ait, Maxentium diem natalis sui cæde suâ signasse, ne septenarium illum numerum sacrum & religiosum vel inchoando violaret. Nam si cæsus est ipso die natalis sui, manifestum est, cæsum eo die, quo imperium inierat. Hunc quippe diem antiqui vocabant natalem Imperatorum. Occisus est igitur Maxentius anno Christi CCCXII. VI. Kal. Novembris, sexto imperii sui anno exacto, in ipsis initiis septimi. Atque ita intelligendi sunt Aurelius Victor & auctor Chronici Alexandrini, cùm ajunt, eum periisse anno tyrannidis suæ sexto. At Eutropius ait, Constantinum quinto imperii sui anno bellum commovisse adversùs Maxentium. Commovit sanè, sed non perfecit. Itaque verba illa veteris Kalendarii à Bucherio editi: *V. Kal. Novembr. Evictio tyranni*, IV. *Kal. Ingressus Divi*, capienda quidem sunt de Maxentio & Constantino, ut rectè censuerunt eruditissimi viri Petrus Franciscus Chiffletius & Henricus Noris; sic tamen, ut dies V. Kal. non referatur ad diem, quo Maxentius periit, ut illi arbitrati sunt: sed ad posterum, quo corpus ejus inventum est, ut docet auctor fragmenti de Constantio Chloro, quo certa fuit victoria, IV. verò Kal. ad diem, quo Constantinus victor urbem Romam ingressus est. Et hæc quidem certa atque extra omnem omninò controversiam posita esse videntur. Et tamen vir clarissimus Petrus Lambecius in libro quarto Commentariorum de Bibliothecâ Vindobonensi, pag. 298. evictionem illam tyranni refert ad tempus illud, quo Licinius à Constantino pulsus Byzantio & Chalcedone, Nicomediam se recepit, ibique etiam obsessus, rebus desperatis, ut Zosimus ait, quòd sciret, nullas sibi restare justas & satis amplas ad dimicandum copias, egressus urbe, supplex Constantino factus est, & adlatâ purpurâ, Imperatorem & Dominum clamavit, veniamque præteritorum poposcit. Quæ omnia contigere anno Christi CCCXXIV. Crispo III. & Constantino III. Consulibus, ut est in Fastis Idatianis. Verùm hæc Lambecii sententia vera esse non potest, cùm constet, verba illa veteris Kalendarii accipienda esse de Maxentio profligato. Præterea nullibi adnotatum est,

Digitized by Google

deditionem Licinii incidisse in diem quintam Kalendarum Novembrium. Quod in primis necessarium esset demonstrare. Immò eam factam aliquantò antè, colligi posse videtur ex eo, quod Zosimus ait, Licinium, fuso deditoque exercitu, cum equitibus reliquis & paucis peditum millibus Nicomediam se recepisse post captam Chalcedonem, id est, XIV. Kal. Octobris, ut legitur in Fastis. Quàm exiguo autem temporis intervallo victor exercitus pervenire potuerit Nicomediam, nemo est rei geographicæ vel tenuiter peritus, qui non satis intelligat. Quare profectionem Divi, quæ in veteri Kalendario notatur ad diem V. Kalendas Octobris, valdè suspicor accipi debere de Constantini digressu ab urbe Chalcedone, ut Nicomediam proficisceretur. Itaque cùm hinc via sit certa neque longa, non absurda conjectura erit, si dicamus, deditionem Licinii factam esse paucis post diebus, id est, sub initium mensis Octobris; cùm ex Zosimo liqueat, eum non toleraſse diù obsidionem Nicomediæ, & ex fragmento de Constantio Chloro, quod Henricus Valesius edidit, colligi possit, Constantiam uxorem Licinii in castra Constantini fratris venisse sequenti die post adventum ejus. Neque magnum momentum habet, quod idem vir clarissimus adnotat heic, ut in Codice Theodosiano, Licinium ὁσιώτατον, sive per excellentiam appellari tyrannum. Nam & Maxentium quoque tyrannum dictum legimus in panegyrico, quem Nazarius dixit Constantino; ubi agens de his, quæ post devictum Maxentium acta Romæ sunt à Constantino, addit: *Quarum rerum miraculo sic omnes devinciebantur, ut non tam omnes dolerent quòd illum tyrannum ita diù tulerant, quàm quòd tali principe tam serò fruerentur.* Et suprà de eodem Maxentio: *Illum ipsum tyrannum non mors virilis, sed fuga turpis prodidit.* Item: *Sequebatur hunc comitatum suum tyranni ipsius teterrimum caput.* Fragmentum de Constantio Chloro pag. 475. *Interea Constantinus apud Veronam, victis ducibus tyranni, Romam petiit.* Vetus Inscriptio posita Constantini memoriæ post victoriam de Maxentio: *Quòd instinctu divinitatis, mentis magnitudine, cum exercitu suo tam de tyranno, quàm de omni ejus factione uno tempore justis rempublicam ultus est armis.* Prudentius libro primo adversùs Symmachum: *Mulvius exceptum Tyberina in stagna tyrannum præcipitans.* Immò in Codice quoque Theodosiano per tyrannum intelligitur Maxentius in l. un. *De ingenuis, qui tempore tyranni servierunt*, & in l. 2. *De cohortalibus.*

Lin. 5. QUINQUENNALIA TERMINABANTUR] Certum est, Maxentium quinquennalia celebravisse. Manifesta est enim auctoritas Lactantii. Sed præterea extat apud Occonem pag. 541. nummus Maxentii, in cujus aversâ parte hæc scripta sunt; VICTORIA DD. NN. AUG. ET CÆS. VOT. V. MULT. X. Quin ergò celebrata à Maxentio sint quinquennalia, & quidem post exactum annum quintum, ambigi non potest. Illud tantùm quæro, quomodò fieri possit, ut quæ secundùm morem acta sunt die primâ anni sexti, terminata fuerint in fine ejusdem anni. Scio, vota illa magno apparatu celebrata fuisse: festa hæc per multos dies duraſse; & non solùm in urbe regiâ usurpata, sed etiam in provinciis. Verùm illa non solvunt difficultatem. Nisi si dicamus, hominem voluptarium & desidiæ amatorem, cujusmodi fuisse describitur Maxentius, voluisse novo more quinquennalia sua commendata facere, ac propterea per annum integrum ea continuasse: quod parùm probabile videtur. Vel fortassis, sicut primus anni dies, quo quinquennalia celebrabantur, ludis ac sacrificiis transigebatur, sic eadem solennia repetebantur in ultimo die ejusdem anni, ut sic quinquennalia eo modo terminarentur, quo cœperant, pari ferè modo, quo processiones Consulum septem erant per annum, ut patet ex Novellâ CV. Imperatoris Justiniani. Quid si natales Imperatorum festi erant, cùm per unumquemque mensem recurrebant? Nam in Actis sancti Marcelli Centurionis, qui passus est in civitate Tingitanâ sub imperio Diocletiani, reperio diem XII. Kalendarum Augusti fuisse festam in imperio Romano. *Jam die duodecimo Kalendarum Augustarum*, inquit, *apud signa legionis istius, quandò diem festum Imperatoris vestri celebrastis, publicâ voce respondi, me Christianum esse.* Diocletianus quippe factus est Imperator XII. Kal. Decembris. Sic quidam olim natali Epicuri vicesimâ lunâ sacrificabant, feriasque omni mense custodiebant, quas Icadas vocabant, ut Plinius ait libro XXXV. Historiæ natur. cap. 11.

Lin. 6. COELESTE SIGNUM] Immortale signum, ut alibi dicit Lactantius, id est, signum crucis. Iste porrò locus est magni momenti. Signat enim & locum, & diem, quo crux, in quâ vinceret, ostensa est Constantino. Nam cùm ex testimonio Eusebii, qui se accepisse ait ab ore Constantini, constet visum ab eo crucis tropæum in cœlo horis meridianis, sole in occasum vergente; & addubitanti quidnam hoc spectrum sibi vellet, nocte

nocte sequenti Christum Dei dormienti apparuisse cum signo illo, quod in cœlo ostensum fuerat, præcepisseque ut militari signo ad similitudinem ejus quod in cœlo vidisset, fabricato, eo tanquam salutari præsidio in prœliis uteretur, certum est, utramque visionem uno in loco & intra spatium aliquot horarum contigisse. Quod si ita est, ut certè est, habent viri docti undè finem tandem imponant nobili controversiæ de loco, ubi signum crucis ostensum est Constantino, & undè fides adstruatur auctori vitæ sancti Artemii ex Duce Ægypti, cujus auctoritatem vir eruditissimus Petrus Franciscus Chiffletius circuitione & anfractu infringere & elevare conatus est. Hæc sunt verba Artemii memoriam Constantini defendentis coram Juliano Imperatore: *Ad Christum autem declinavit ab illo vocatus, quandò difficillimum commisit prælium adversùs Maxentium. Tunc enim ei in meridie apparuit signum crucis radiis solis splendidius, & litteris aureis belli significans victoriam. Nam nos quoque ipsi signum adspeximus, cùm bello interessemus, & litteras legimus. Cùm etiam totus quoque id est contemplatus exercitus, & multi hujus rei testes sunt in tuo exercitu.* Apud Surium die XX. mensis Octobris. Mirum verò fortassis cuidam videbitur quod heic ait Artemius, multos hujus rei testes tum fuisse in exercitu Juliani Imperatoris. Nam si ista dicebantur anno Christi CCCXLII. exeunte, effluxerant anni quinquaginta à morte Maxentii, & difficile est multos milites superfuisse ex eo exercitu, qui tum adversùs eum pugnarunt. Verùm id mirum nequaquàm videri debet. Nam in Dialogo de claris Oratoribus, cujus auctorem esse Quintilianum plerique censent, alii Tacitum, quidam Suetonium, in dialogo, inquam, illo, qui scriptus est anno sexto principatûs Vespasiani, testatur auctor vidisse se in Britanniâ senem, qui se fateretur ei pugnæ interfuisse, quâ Cæsarem inferentem arma Britanniæ arcere littoribus & pellere aggressi sunt: quod contigerat ante annos ferè centum viginti. Et sanctus Hieronymus in Dialogo adversùs Luciferianos (quem Baronius putat scriptum circa annum Christi CCCLXXXII.) ait tum superfuisse homines, qui synodo Nicænæ interfuerant, raros tamen propter antiquitatem. Itaque, ut ad rem nostram redeamus, ità constituendum est, visionem illam crucis Constantino ostensæ contigisse in castris, dum Romam obsideret, VII. Kal. Novembris anno Christi CCCXII. Audax enim verò nimium fuit Jacobus Oiselius, qui in Thesauro numismatum antiquorum pag. 463. ait, eum qui totum hoc negotium de cruce ostensâ Constantino ad pias veterum fraudes retulerit, parùm à rei veritate aberraturum. Quid enim deinceps verum censebitur, si historiam hanc, quæ Lactantii, Publii Optatiani Porphyrii, Eusebii, ac veterum etiam numismatum testimonio nititur, inter fabulas & pias, ut ille ait, veterum fraudes connumerare fas fuerit? Religiosiùs ista tractanda sunt, & irreligiosa illa temeritas procul abesse debet à pectoribus Christianorum.

Lin. 7. CIRCUMFL. CHRISTUM] Hæc ita intelligenda sunt, ut Christi monogramma circumflexum fuerit in capite Labari, ut videmus in nummis veteribus.

Lin. 15. LIBROS SIBYLLINOS INSPICI] Zosimus lib. II. *Maxentius inclusus diis bestias immolat, & extispices de belli eventu consulit, ipsis quoque Sibyllinis oraculis pervestigatis. Cùmque reperisset oraculum, quo significaretur in fatis esse, ut qui ad detrimentum populi Romani spectantia designaret, miserabili morte periret, de semetipso id oraculum accipiebat, quasi qui Romam adortos eamque capere cogitantes propulsaret. Eventus autem comprobavit id, quod verum erat.* Hæc verò profsùs congruunt cum narratione Lactantii.

CAPUT XLV.

Pag. 240. *lin.* 1. HYEMI PROXIMA] Id est, hyeme quæ mortem Maxentii statim subsecuta est. Atqui Maxentius periit anno CCCXII. VI. Kalendas Novembris. Igitur Constantinus Mediolanum profectus est eo anno exeunte, aut sub initium sequentis: quod magis credo. Quippè Nazarius in panegyrico quem Constantino dixit, sic de morâ, quam ille Romæ traxit, loquitur, ut planè constet, enm illic fuisse per duos menses. *Quicquid mali,* inquit, *sexennio toto dominatio feralis inflixerat, bimestris ferè cura sanavit.* Probabile autem non est, eum qui sic proximus erat Kalendis Januariis, Romam reliquisse illis impendentibus, ut alibi potiùs, quàm Romæ, procederet Consul. Præterea extat in Codice Justiniani Imp. lib. XI. tit. 57. lex à Constantino data Romæ XV. Kalend. Febr. ipso & Licinio tertiùm Consulibus, id est, mense Januario, qui proximus fuit post extinctum Maxentium, ex quâ colligi posse videtur, Constantinum Româ digressum non esse ante diem, quâ lex illa data dicitur. Quod si ità est, sic accipienda videntur verba Nazarii, ut illa bimestris *ferè* cura, quam componendis rebus urbanis Constantinum impendisse tradit, eo modo intelligatur, quo sanctus Augustinus

in libro ad Donatistas post collationem cap. XXXIII. ait, Ælianum Proconsulem causam Felicis Episcopi Aptungitani audivisse XV. Kalendas Martias, *post menses fermè quatuor*, quàm Cæcilianus à Melchiade fuerat judicatus; cùm tamen à die VI. Nonas Octobris, quo ille judicatus est, usque ad XV. Kalendas Martias, quo causa Felicis audita est, intercesserint menses quatuor cum dimidio. Eâdem ratione sanctus Leo Papa in epistolâ quinquagesimâ secundâ ad Ravennium Arelatensem & cæteros Galliarum Episcopos scribens ait, synodum Chalcedonensem constitisse ex sexcentis *fermè* Episcopis, cui interfuisse DCXXX. Episcopos constans est omnium fermè Scriptorum sententia. Accessit ergò Mediolanum Constantinus sub finem mensis Januarii. Eò verò venit etiam Licinius, uxorem ducturus Constantiam Constantini sororem. Eadem commemorat & Zosimus, rectè adnotans, hæc acta post devictum Maxentium, & antequàm bellum esset inter Maximinum & Licinium. Quare lapsum esse patet virum doctissimum Joannem Morinum, qui in libro de Ecclesiâ per Constantinum liberatâ, pag. 328. scribit, Licinium venisse Mediolanum ad Constantinum post devictum extinctumque Maximinum, ibique Constantiam in matrimonium duxisse. *Eo peracto*, inquit Zosimus, *Constantinus ad Celtas revertitur*, Licinius in Illyricum, ut tradit auctor Fragmenti de Constantio Chloro, pag. 273. Sed antè quàm Mediolano discederent, legem pro Christianis ediderunt, quæ paulò post recitabitur.

Existimant viri quidam doctissimi, nuptias Licinii & Constantiæ celebratas fuisse Mediolani mense Martio, argumento petito ex lege primâ Codicis Theodosiani *De bonis vacantibus*, quæ scribitur data à Constantino VI. Idus Martias Mediolani, Constantino Aug. III. & Licinio Consulibus. Quasquàm mensem Martium in Majum esse mutandum in hâc Constitutione censet Morinus in libro de Ecclesiâ per Constantinum liberatâ, pag. 329. quia, ut inquit ille, Constantinus mense Martio illius anni adversùs barbaros pugnavit in Germaniâ. Sanè, quod semel hoc observasse sufficiat, nihil certi colligi potest ex subscriptionibus legum Codice Theodosiano comprehensarum; adeòque ex eis concludi non potest, Constantinum eo tempore in iis locis fuisse, in quibus datæ dicuntur. Nam si id certum esset, certum quoque esset, eum intra sex dierum spatium fuisse Heracleæ in Macedoniâ, aut in Thraciâ, & Mediolani in Italiâ, cùm lex, de quâ diximus, data legatur Mediolani VI. Idus Martias, & lex prima *De accusationibus* Heracleæ III. Non. Mart. sub iisdem Consulibus. Fortiùs urget exemplum, quod sumi potest ex l. 2. *De pœnis*, & ex l. 1. *Si petitionis socius sine hærede defecerit*: quarum prima data dicitur Cabilluno, altera Antiochiæ, utraque XII. Kal. April. Constantino Aug. IV. & Licinio IV. Consulibus. Vir doctissimus Jacobus Gothofredus vidit, difficultatem esse in subscriptione posterioris istius legis, & aut eam pronuntiavit tribuendam esse Licinio, qui Orientem, cujus vertex Antiochia, tenebat, aut reponendum esse nomen Antigoniæ propè Stopis in Macedoniâ, quæ Constantino cessit, cùm pax inter eum & Licinium constituta est post pugnam Cibalensem. Sed hæc non solvunt difficultatem. Nam semper difficile erit istam discrepantiam componere, cùm certum sit, Constantinum non potuisse uno eodemque die esse in Galliâ & in Macedoniâ. Rursùm quomodò fieri potest, ut idem, qui Cabilluno & Antiochiæ fuerit XII. Kal. Aprilis, eodem anno VIII. Idus Martias fuerit Thessalonicæ, & biduò post, id est, VI. Idus Martias, Romæ? Nam id colligitur ex subscriptionibus l. 1. *De diversis officiis*, & ex l. 2. *Ad l. Juliam de vi pub. & privatâ*. Idem deindè Idibus Septembris ejusdem anni censendus esset fuisse Romæ, & sexto post die apud Naissum in Daciâ. Quippè lex prima *De jure fisci* data dicitur Idibus Septembris Romæ, & lex prima *De Centonariis* XIV. Kal. Octobris Naisso. Denique idem Constantinus, si hæc regula certa esset, fuisset anno sequenti XII. Kal. Maias Sardicæ, Romæ verò ipsis Kalendis Maiis, intra spatium dierum duodecim, cùm id colligi possit ex subscriptionibus l. 2. & 3. *De donationibus*. Possent & alia exempla adferri. Sed ista sufficiunt. Undè colligi debet, id quod anteà dicebamus, ex subscriptionibus legum Codicis Theodosiani nihil colligi posse certi ad signanda loca, in quibus Constantinus habitavit per varia tempora imperii sui; adeòque infirma esse argumenta, quæ viri doctissimi hinc sumpserunt, ad confirmandas & constabiliendas conjecturas suas historicas.

Lin. 10. AD HUJUSMODI CASUS] In veteri codice legitur, *ad hujusmodi causa Licinio conlocati*. Nostra emendatio bona est. Et sæpè in antiquis codicibus reperitur scriptum *causa* pro *casus*, ut apud S. Ambrosium epist. XLIII. *In naturâ casus est, in electione judicium*: pro quo in vetustissimo codice MS. Ecclesiæ Bellovacensis scriptum est *causa*, quamvis non benè.

Pag. 241. *lin.* 8. PERINTHO] Id est, He-

Digitized by Google

eaclea. Sic enim vocatur Heraclea Thraciæ, ad differentiam aliarum ejusdem nominis urbium, ut rectè notavit Henricus Valesius ad librum XXII. Ammiani Marcellini. Menologium Græcorum ad diem decimam Maii: *Perinthum urbem Thraciæ, quæ nunc Heraclea dicitur.* Apud Ganisium to. II. antiquæ lectionis pag. 768.

Ibid. MILLIA DECEM ET OCTO] Circa Resiston, qui locus primus occurrit in Itinerario Antonini euntibus ab Heracleâ Hadrianopolim, quanquàm ibi dicitur abesse M. P. XXII. ab Heracleâ.

Lin. 9. SECUNDÒ MANS.] Repræsentanda est rursùm scriptura veteris exemplaris, quæ sic habet: *Secundò mansione tenente destinatos militibus totidemque collectis.* Nos olim conjeceramus legendum esse: *Secundam mansionem tenente distinctos militibus totidem atque collectis.* Posteà animadverti conjecturam Britannicam non solùm distinctiorem esse, sed veram; ideòque illam transtuli in textum. Quanquàm Columbus non probat ex eâ emendatione quod à nobis prolatum fuerat.

CAPUT XLVI.

Pag. 242. *lin.* 4. SUMME DEUS] Vir clarissimus Joannes Columbus putat, ad hanc orationem respicere Eusebium lib. IV. de vitâ Constantini cap. XIX. dum scribit, illum militibus, qui divinæ fidei doctrinam nondùm susceperant, lege latâ præcepisse, ut dominicis diebus in campum purum procederent, & precationem, *quam anteà didicissent*, simul omnes signo dato ad Deum funderent. Et mox in capite sequenti formulam ejus describit. Verùm illa multùm diversa est ab eâ, quam Angelus edocuit Licinium; & valdè probabile est, illam à Constantini militibus sæpè anteà fuisse recitatam, cùm ex libro secundo de vitâ ejus cap. IV. & XII. constet, eum preces semper ad Deum fudisse, antequàm ad manus atque ad pugnam veniret.

Lin. 11. KAL. MAIAR.] Hoc enim die factus fuerat Cæsar anno Christi CCCV. ut suprà vidimus. Ex quo etiam confirmantur quæ à nobis dicta sunt de anno, quo Diocletianus deposuit imperium. Nam si Kalendis Maiis anni CCCXIII. complebatur annus octavus nuncupationis Maximini, ut ait Lactantius, necessarium est, illum nuncupatum fuisse Cæsarem anno CCCV. Kalendis Maiis. Errant ergò qui putant, eum per annos tantùm septem imperium tenuisse, & quadriennio quidem Cæsarem, triennio Augustum per Orientem fuisse. Imperavit enim per annos octo integros & aliquam partem noni.

Lin. 13. SICUT ILLE] Id est, Maxentius, qui victus est ipso die natali suo.

Lin. 17. VOCANT SERENUM] Circa Resiston, ut diximus, locum Thraciæ inter Hadrianopolim & Heracleam. Campus sanè hâc pugnâ illustris, quæ pacem afflictæ Ecclesiæ peperit. Fallitur ergò Zosimus, qui pugnam illam in Illyriis pugnatam putat. Hæc sunt ejus verba: *Bellis civilibus inter Licinium & Maximianum accensis, atque facto prælio in Illyriis, ab initio quidem superari visus est Licinius: sed confestim redintegratâ pugnâ, Maximianum in fugam vertit.*

Pag. 243. *lin.* 4. TENAX] Avarum fuisse Licinium multis exemplis probat Eusebius lib. I. de vitâ Constantini cap. LV. Fragmentum de Constantio Chloro pag. 474. *Licinius scelere, avaritiâ, crudelitate, libidine sæviebat.*

CAPUT XLVII.

Pag. 243. *lin.* 8. DEUS SUMMUS] Martyrium sancti Basilei Episcopi Amaseæ: *Licinius igitur omnipotente Domini nostri Jesu Christi manu adjutus victoriam de Maximino reportavit.*

Lin. 11. SUMPTA VESTE SERVILI] Confirmat hanc narrationem Eusebius lib. IX. Hist. eccles. cap. X. & lib. I. de vitâ Constantini cap. LVIII.

Ibid. FRETUM TRAJECIT] Pugnatum est igitur in eâ parte imperii, quam Licinius tenebat, id est, inter Heracleam & Hadrianopolim in campo quodam vocato Sereno, ut in capite superiori dixit Lactantius. Aberat autem M. P. CLX. à Nicomediâ.

Pag. 244. *lin.* 2. PETIVIT ORIENTEM] Zosimus: *Per Orientem in Ægyptum discedens, spe cogendarum copiarum quanta gerendo bello sufficerent.*

Lin. 3. VESTEM RESUMPSIT] Nimirùm purpuram, signum imperatoriæ majestatis.

CAPUT XLVII.

Pag. 244. *lin.* 2. NICOMEDIAM INGRESSUS] Meminit adventûs Licinii Nicomediam Joannes Presbyter Nicomediensis in vitâ sancti Basilei Episcopi Amaseæ, ex quo discimus, Constantiam quoque Licinii uxorem venisse cum eo Nicomediam post victum Maximinum. *Itaque post justam Maximini pœnam & divinitùs invectam iram Licinius, cùm totum Orientem sub se haberet, magno cum apparatu ad nostra regionis urbem Nicomediam venit unà cum conjuge suâ, ut in regiâ domo habitaret, & Orientis imperium gubernaret. Jam verò primùm summa quædam pax repentè per totum regionis orbem, post vehementes illas insaniæ-*

Digitized by Google

tis idololatria commotas fluctuationes ac pugnas, Licinii arbitrio atque operâ invecta est. Quanquàm sint, quibus hæc Basilei Acta videntur esse falsa & supposititia, in hoc loco sincera esse, satis manifestum est.

Lin. 3. DIE IDUUM JUNIAR.] Ista non sunt intelligenda de die, quo datum est edictum: sed de die, quo Licinii jussu propositum est Nicomediæ.

Lin. 4. CONSTANTINO ATQ. IPSO TER CONSUL.] Id est, anno Christi CCCXIII.

Lin. 5. LITTERAS] Eas descripsit Eusebius lib. X. cap. V. sed è Romanâ linguâ in Græcum sermonem translatas, ut ipse ait. Quòd ergò eas nunc habemus Latinè, ut editæ primò sunt, unius Lactantii diligentiæ debemus. Sed iste omisit præfationem, quam Eusebius habet.

Pag. 245. *lin.* 5. UT POSSIT NO. S. DIV.] Eusebius vertit ὅπως ὅ τι ποτέ ἐστι θεότης καὶ θεσπέσιον πνεῦμα τοῦτο. Ait autem Valesius, hanc lectionem non esse sanam. Certè non congruit cum verbis Edicti.

Ibid. CUJUS R. L. M. OBSEQUIMUR] Hæc Eusebius non reddidit Græcè.

Lin. 7. DICATIONEM] Id est, dignationem. Hæc enim vocabula promiscuè & indifferenter usurpari video. Paulò post in hâc epistolâ legitur: *Intelligit dicatio tua.* Eadem vox reperitur in Collatione primâ Carthaginensi, cap. X. & XIX. & in Relatione Anulini Proconsulis ad Constantinum Augustum, in Collatione tertiâ, cap. CCXX. & apud sanctum Augustinum, epist. LXVIII. Plura exempla si quis requiret, consulat Glossarium Dufresnii.

Ibid. CONDITIONIBUS] Eusebius vertit τῷ ἀρίστῳ. Quæ vox multùm laboris attulit hominibus eruditis, ut patet ex Valesii Annotationibus ad hunc locum. Nunc itaque facilis erit loci istius intellectus. Nam Juris-periti apud Græcos hæreses vocârunt, quas nos conditiones appellamus, ut videre est in variis locis Basilicorum, præcipuè verò in libro XLIV. tit. XIX. XXX. & sequenti, in Codice Juris Græco-Romani, & alibi. Constantinus Harmenopulus lib. V. tit. VIII. αἱ παρέκβασεις καὶ καταχύλασεις αἱρέσεις εἰσὶ αἱρούσης τῆς ὑποθέσεως καὶ τοῦ λεχθέντος, καὶ χωρὶς αἱρέσεως τοῦτο παρέχεται. Quem locum sic rectè vertit Joannes Mercerus: *Conditiones, quæ contra leges vel derisoria sunt, in institutionibus & legatis pro non adjectis habentur, atque adeò hac absque ejusmodi conditione præstantur.* In Codice Theodosiano l. 9. & 10. *De prædiis naviculariis.* hæresis significat functionem, sive conditionem navalem. *Navalem hæresim in omnibus volumus custodiri, ut usque ante viginti annos quæcunque possessiones subhastaria sorte distractæ sunt, & propter contractum publicum navali fuerant hæresi separatæ, si huic oneri antè eas subjacuisse constiterit, rursùs ad debitam functionem teneantur obnoxiæ.*

Lin. 16. QUIA ..... HONORI] Hæc corrupta sunt apud Eusebium, ubi sic legitur ex interpretatione Valesii: *Atque id à nobis eò factum est, ut ne cui divino cultui atque honori quidquam à nobis detractum esse videretur.* Melius sanè, quàm Musculus & Christophorsonus.

Pag. 246. *lin.* 1. DATIS LITTERIS] Loquitur de priore Constantini & Licinii Constitutione, quæ lata erat paulò post devictum Maximinum. Vide Annotationes Valesii.

Lin. 5. QUI EMERUNT] Hanc Constitutionem renovavit Constantinus post partam de Licinio victoriam, ut patet ex libro secundo Eusebii de vitâ ejus, cap. XLI. in editione Valesii.

Lin. 6. VICARIUM] Cùm Eusebius Græcè loqui vellet, nec verbum haberet, quo Vicarii dignitas significaretur, interpretatione & circuitione usus est. Deindè Eusebii interpretes Præfectum verterunt, qui in illâ provinciâ seu regione jus dicit.

Lin. 24. HORTATUS EST] Nempè Licinius.

Lin. 26. ANNI DECEM] Hic locus ostendit, et suprà diximus, persecutionem cœpisse die VII. Kalendas Martias, quo die eversa est Ecclesia Nicomediensis. Nam si numeres à die vigesimâ tertiâ Februarii anni CCCIII. usque ad diem tertiam decimam mensis Junii anni CCCXIII. quâ propositum est Nicomediæ edictum de restaurandis Ecclesiis, reperies effluxisse annos decem, menses tres, dies verò novendecim, id est, ut hoc ait Lactantius, annos decem, menses plus minùs quatuor.

CAPUT XLIX.

Pag. 247. *lin.* 2. TAURI MONTIS ANGUSTIAS] Sive fauces, ut alii loquuntur. Sunt autem inter Cappadociam & Ciliciam. Nam Maximinum fugientem transisse per Cappadociam, docet Lactantius cap. XLVII. Et certè venienti è Bithyniâ in Ciliciam rectum iter est per Cappadociam. Itaque angustias illas eò loci positas reor, ubi portæ Ciliciæ notantur in tabulis geographicis.

Lin. 4. TARSUM CONFUGIT] Lactantius in capite XLVII. testatur, Campum Serenum, ubi Maximinus victus ac fugatus est ab exer-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

dità Licinii, abfuiſſe à Nicomediâ M. P. CLX. In Itinerario autem Burdegalenſi notatum eſt, à Nicomediâ uſque Ancyram Galatiæ numerari M. P. CCLVIII. ab Ancyrâ Tarſon uſque M. P. CCCXLIII. Fiunt M. P. DCCLXI. Scio, Maximinum fugiſſe cum ſummâ diligentiâ donec Nicomediam perveniſſet. Sed poſteà puto conquieviſſe aliquatenùs animum ejus, & deferbuiſſe aliquantiſper ardorem fugiendi. Itaque cùm ei ſuperfuerint peragranda M. P. DCI. ut Tarſum Ciliciæ urbem perveniret, collectis autem ex fugâ & ab Oriente militibus, in Cappadociâ primùm ſubſtiterit, dein in Tauri montis anguſtiis, ubi munimenta ac turres fabricavit, ad arcendos inſequentium Licinianorum impetus, fieri non potuit, ut is, qui Kalendis Maiis pervenit Nicomediam, Tarſum pervenerit ante menſem Julium ſequentem. Quod ideò heic adnotare viſum eſt, quòd videam, pleriſque placere, Maximinum hunc Junio menſe extinctum fuiſſe, & virum alioqui eruditiſſimum Henricum Noris in Diſſertatione de numiſmate Licinii cap. II. contendere, mortem ei eveniſſe anno CCCXIV. ineunte vere. Sed de anno poſteà videbimus. Interim obſervare oportet, non ſtatim mortuum eſſe Maximinum, ac Tarſum pervenit: ſed aliquanto tempore ſupervixiſſe ignominiæ ſuæ, graviſſimoſque dolores perdiù ſuſtinuiſſe ità, ut affirmare fas ſit, non eſſe mortuum ante menſem Auguſtum.

Lin. 13. INSANIA PERCITUS] Ità nos emendavimus, cùm in codice veteri ſcriptum ſit, *inſaniâ percutis*. Lactantius lib. I. Inſtitut. cap. IX. *Idem furore atque inſaniâ percitus uxorem ſuam cum liberis interemit*. D. Joannes Chryſoſtomus in Oratione de ſancto Babylâ, loquens de mortibus perſecutorum, ait, uni ex illis adhuc viventi pupillas ex oculis exiliiſſe, id eſt, Maximino, alium furore percitum, alium alio oppreſſum incommodo mortem oppetiiſſe. Quod autem heic de furore dicitur, Henricus Valeſius interpretatus eſt de Diocletiano, quem ex Euſebio & Conſtantino colligit dementem periiſſe. Verùm id non dicunt Euſebius & Conſtantinus: ſed tantùm illum de mentis ſtatu vi morbi deturbatum extremo anno imperii ſui. Et ſanè Lactantius, qui morbum ejus deſcribit, nihil adnotat de dementiâ ac furore. Quòd ſi Chryſoſtomus ſe non explicâſſet, facilè crederem, ea, quæ de Imperatore furore percito ab eo dicuntur, ad Maximinum referenda eſſe, propter hunc locum Lactantii.

Pag. 248. *lin.* 2. CAPUT PARIETIB. INFLIGERET] Hoc eſt unum ex deteſtabilibus, ut in tertiâ Tuſculanâ Cicero vocat, generibus lugendi. Vide Caſauboni Notas in Julium Capitolinum.

Ibid. EXILIERUNT OCULI] Idem ſcribit Euſebius lib. IX. Hiſt. eccleſ. cap. 10. lib. I. de vitâ Conſtantini, cap. LIX. item Eutychius, Theophanes, & Anaſtaſius. Meminit etiam D. Chryſoſtomus Oratione in ſanctum Babylam, & ſanctus Hieronymus in Zachariam; ut videbimus paulò poſt.

Lin. 7. TANQUAM CREMARETUR] In Annalibus Eutychii ſcriptum eſt, Maximinum in morbum incidiſſe, quo aduſtum eſt corpus ipſius adeò, ut carbonis inſtar eſſet, & ità toſtum fuiſſe, ut rumperentur viſcera ejus præ calore, quem intùs ſentiebat, & excidentes ipſius oculos in terram decidiſſe, aduſtamque carnem ab oſſibus ſeparatam eſſe. Sed iſta meliùs explicat Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſtoriâ eccleſiaſticâ, his verbis: *Divina præveniens ira comprehendit eum. Flamma enim de medio viſcerum & medullarum ſuccenſa cum dolore intolerabili pronum ſuper terram anhelantem proſtravit ità, ut uterque oculus ejus exiliret, & cæcus, ut reverà ſceleſtus, relinqueretur. Porrò cùm carnes ejus putrefactæ præ innumerabili oſſium incendio caderent, ipſe impugnantem Deum projecit animam.* Sumpſiſſe autem iſta Anaſtaſium ex Theophane, manifeſtum eſt.

Ibid. NOCENTEM SPIRITUM EFFLAVIT] In Epitome Victoris ſcriptum eſt, illum ſimplici morte periiſſe, id eſt naturali, ſeu fato ſuo. Et Eutropius tradit, eum vicinum exitium fortuitâ morte præveniſſe. Quod utrumque verum eſt. Communis doctorum virorum ſententia eſt, eam mortem eveniſſe anno Chriſti CCCXIII. Petavius tamen lib. XI. de Doctrinâ temporum cap. XXXIV. ſcribit, auctore, ut ipſe ait, Euſebio in Chronico, adſtipulantibus Victore & Eutropio, Maximinum extinctum fuiſſe anno altero, quàm Galerius Maximianus periit, id eſt, anno Chriſti CCCXII. Verùm cùm certum ſit, illum obiiſſe anno ſequenti poſt cædem Maxentii, jure hoc loco Petavium reprehendit Henricus Noris. Sed ipſe tamen in hoc errare convincitur, quòd ſecutus Baronium contendit, mortem Maximini contigiſſe anno CCCXIV. ineunte vere. Nam cùm ex poſtremis Lactantii capitibus conſtet, illum periiſſe eo anno, quo pax data eſt Eccleſiæ, quo etiam Lactantius finem impoſuit huic operi, & perſecutionem oſtenderimus cœpiſſe anno CCCIII. exeunte Februario, luce clarius eſt, Maximinum extinctum fuiſſe anno CCCXIII. qui decimus erat à cœptâ per-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

secutione. Nititur sanè vir doctus probabili in speciem argumento, iis nimirùm Maximini verbis ex Edicto, quod paulò ante mortem dedit in gratiam Christianorum apud Eusebium, lib. IX. cap. X. ubi ait, se superiore anno datis ad singulos provinciarum Præsides litteris statuisse eadem, quæ in Constantini & Licinii litteris continebantur. Cùm itaque ea Constantini ac Licinii Constitutio lata fuerit anno CCCXIII. ineunte, evidentissimè lucere istam, quæ sequenti anno data est, in annum CCCXIV. rejiciendam esse, adeòque eo anno tyrannum imperium cum vitâ amisisse. Gravis sanè argumentatio, si constaret, Maximinum numerasse annos suos à Kalendis Januariis. Sed cùm octavus imperii ejus annus impletus fuerit Kalendis Maiis anni CCCXIII. ut docet Lactantius, Edictum ab eo post aliquot menses datum ad sequentem, id est, nonum imperii ejus annum refertur: sed non ad annum Christi CCCXIV. præsertim cùm ex narratione Eusebii constet, datum esse paulò postquàm à Licinio victus erat. Itaque Baronius & victoriam Licinii, & exitum Maximini conjungens, istâ contigisse scribit anno Christi CCCXIV. unius anni errore. Nam quæ de sexto anno Maximini Augusti addit ex nummis vir doctissimus Henricus Noris, ea sanè non officiunt opinioni eorum, qui anno Christi CCCXIII. assignant mortem Maximini, cùm is, qui titulum Augusti sumpserat exeunte anno CCCVII. aut sub initium sequentis, sextum imperii sui annum numerare potuerit anno CCCXIII. Quo anno mortuum esse illum, probari potest etiam auctoritate Aurelii Victoris, qui scribit, eum post biennii augustum imperium, id est, biennio post mortem Galerii, fusum fugatumque à Licinio, apud Tarsum periisse. Nam cùm Galerius extinctus sit anno CCCXI. mense Maio, Maximinus moriens anno CCCXIII. rectè scribitur biennium in Oriente regnasse; qui si anno tantùm CCCXIV. mortuus fuisset, excessisset biennium, quod illi tribuitur ab Aurelio Victore.

Ista ego putaveram vera esse, aut vero similia, quòd nullam aliam emergendi ex eâ difficultate viam invenirem præter rationem numerandi annos Maximini à Kalendis Maiis. Posteà vir plurimæ lectionis limatique judicii Henricus Dodwellus hanc meam explicationem censuit non esse bonam, eò quòd sæculi illius usu receptum non esset, ut anni Imperatorum arcesserentur ab eorum die natali, testatus tamen, se pronum esse in eam sententiam concedere, si idoneo aliquo probatæque fidei exemplo usus ille posset confirmari. Aliam ergò viam sequitur, Edictumque superioris anni commemoratum à Maximino revocat ad annum Christi CCCXII. exeuntem, argumento sumpto ex lege Constantini editâ in Codice Theodosiano, *quam Romæ edidit sub initium Decembris*, inquit, *sed Româ statim discessurus.* Itaque existimat, edictum Constantini & Licinii de pace Ecclesiæ datum Mediolani medium circiter Decembrem perveniisse eodem mense ad Maximinum, eumque prius illud edictum in secundo commemoratum emittere potuisse eodem anno. Addit deindè, non esse quòd quis miretur ista sic constitui, si veredariorum celeritatem, ipsiusque Maximini præceps ingenium exploratum habuerit.

Arbitror eam esse viri modestiam & æquabilitatem, ut non ægrè passurus sit, si hæc adnotavero difficultates, quæ mihi occurrerunt ejus verba seriò examinanti, non quòd ei me præponere, aut æquiparare velim: sed ut per amicas velitationes veritatem quæramus invicem; qui esse debet unicus scopus studiorum nostrorum. Primò fateor, non fuisse tum in usu, ut anni numerarentur à die natali Imperatorum: sed à Kalendis Januariis, à processione Consulum, qui fastos signabant, & annis nomen imponebant, ut verbis Lactantii utar è libro sexto Institutionum, cap. IV. Quòd si quis tamen hæc contendere vellet, afferri adversùm ista posset observatio illustrissimi Cardinalis Baronii, qui in Annalibus ecclesiasticis adnotat, Diocletianum instituisse, ut anni deinceps numerarentur à primâ die sui imperii, eoque exemplo Maximinum, qui ei successerat, annos suos eodem modo numeravisse. Sed missa ista faciamus, quæ testimoniis veterum non fulciuntur. Ait vir clarissimus, Constantinum Romam ingressum esse die XXIX. Octobris, illicque duos menses non expleviisse; quod accepit ex panegyrico, quem Nazarius Constantino dixit. At si sub initium mensis Decembris Romam reliquit, ut ex lege superiùs adductâ colligi posse putavit vir eruditissimus, perit illa bimestris cura, quam laudat Nazarius. Quippè eo modo Constantinus vix mense integro fuerit Romæ. Sed quod jugulum petit, extat, uti diximus, in Codice Justiniani Imp. lib. XI. tit. 57. lex à Constantino data Romæ declinante mense Januario, qui proximus fuit post extinctum Maxentium; quæ manifestè, ut reor, ostendit, Constantinum Româ digressum non esse ante mensem Januarium exeuntem. Præterea immen-

sum est spatium ab urbe Româ Mediolanum, quod exiguo temporis intervallo confici non potest, cùm M. P. DCCVIII. numerentur in Itinerario Antonini, à Mediolano autem Nicomediam quatuordecies centum & septuaginta sex millia passuum. Impossibile est, legem, quæ data est Mediolani circa medium Decembrem, perferri potuisse Nicomediam eodem mense, quantumvis expediti cursores fuerint, aut equi celeres & veloces. Neque hoc quicquam facit Maximini præceps ingenium, cùm ecquâ tarditatem ejus in hoc negotio culpet Eusebius lib. IX. cap. XI. Historiæ ecclesiasticæ. His ità ritè constitutis, puto ambigi deinceps non posse, quin reducendum sit ad explicationem nostram, cùm constet, primum Maximini edictum fuisse datum anno CCCXIII. mense, ut videtur, Aprili; posterius verò, in quo prioris velut anno superiore dati meminit, emissum circa mensem Septembrem. Vel certè, quod probabilius videtur, dicendum est, Maximinum numeravisse annos Græco more, adeòque initium anni ipsi fuisse mensem Septembrem. Quæ explicatio si admittitur, jam difficile non erit intelligere, quomodò Constitutio data mense Aprili anni Romani CCCXIII. dicatur data anno superiore ab eo, qui annum inciperet à Septembri, secundùm morem Græcorum.

CAPUT L.

Pag. 248. *lin.* 1. PERSECUTORES DEBELLAVIT] Lactantius lib. VII. Institut. cap. XXVI. *Illi enim, qui, ut impias religiones defendetent, cœlestis ac singularis Dei cultum tollere voluerunt, prostrati jacent.* Eadem observant Eusebius in libro primo de vitâ Constantini, cap. III. & auctor Fragmenti de Constantio Chloro, pag. 475. Hieronymus in caput XIV. Zachariæ: *Legamus ecclesiasticas historias, quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximianus, quid savissimus omnium Maximinus, & nuper Julianus passi sint; & tunc rebus probabimus, etiam juxta litteram prophetia veritatem esse completam, quòd computruerint carnes eorum, & oculi contabuerint, & lingua in pedorem & saniem dissoluta sit.* Scaliger in Animadversionibus ad Eusebium, pag. 248. sic interpretatur hunc locum, ut Hieronymum putet Maximinum inter eos posuisse, quorum carnes computruerint. Sed ego puto, hunc non esse sensum verborum Hieronymi. Loquitur primò de miserabili morte Valeriani & Decii: sed mortis genus non explicat. Nam verba prophetiæ, quæ susceperat interpretanda, non poterant trahi ad genus mortis, quo duo illi Principes perierunt. Deindè putredinem carnium refert ad Maximianum, tabem oculorum ad Maximinum, linguæ pedorem & saniem ad Diocletianum, si vera sunt, quæ de eo narrant Eutychius Alexandrinus & Georgius Cedrenus, nimirùm cum morbi propinquum ex faucibus multitudinem verminum ipsâ cum linguâ, quæ computruerant, ejecisse.

Lin. 3. VALERIAM] Cùm viderem, disertè in veteri libro scriptum esse, *Valerium quem*, non ausus sum mutare in primâ libri istius editione, veritus scilicet, fortassis aliquis homo istius nominis alicubi lateret. Postea verò animadverti, dubium non esse, quin vetus liber mendosus sit in hoc loco, & Valeriæ nomen hoic reponendum esse. Itaque reposui.

Pag. 249. *lin.* 1. UT EUM NIXISSE] Columbus suspicatur, scribendum esse, *ut eum*, id est, Licinium, *edixisse cognovit*. Mihi autem videtur, nihil omninò esse mutandum. Sensus enim hic est. Licinius Candidianum necari jussit. Quia verò non statim mandato est satisfactum, Valeria, ut eum vixisse tum cognovit, cùm necari jussus erat, comitatui se Licinii misouit, ut fortunam Candidiani specularetur.

Lin. 13. MATER EOR.] Id est, uxor Maximini, cujus nomen se nescire fatentur eruditi.

Ibid. IN ORIENTEM.] Plerique conjecerunt, rescribendum, *in Orontem*, quia constat, fluvium in hoc loco fignari; quod pluribus argumentis eruditè profectò ostendit clarissimus Cuperus. Quia tamen & ipse tradit, nonnullos veteres Orientem vocasse eum fluvium, quem reliqui vulgò dicunt Orontem; nolui textum mutare; licet idem vir clarissimus non dubitet, quin Lactantius scripserit *Orontem*, & *Orientem* in locum veri nominis irrepsisse per librarios eâ ætate, quâ ità loquebantur.

CAPUT LII.

Pag. 250. *lin.* 3. CORRUMPERET VERITATEM] Lactantius lib. III. Institut. cap. I. *Deus hanc voluit esse rei naturam, ut simplex & nuda veritas esset luculentior; quia satis ornata per se est, ideòque ornamentis extrinsecùs additis fucata corrumpitur.*

Lin. 19. JOVIOR. ET HERCULIOR.] Sic vocatæ familiæ Diocletiani, qui se Jovium dicebat, & Maximiani senioris, qui Herculius dictus est, tanquàm si à Jove & Hercule genus ducerent, ut observatum est à viris eruditissimis. Annotat Aurelius Victor, hinc mi-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

litaribus auxiliis in exercitu præstantibus nomen impositum, id est, ut Herculiani vocarentur. Undè apud Ammianum Marcellinum lib. xx. & xxii. mentio Jovianorum & Herculianorum.

www.libtool.com.cn

Atque heic tandem finis esto Notarum nostrarum ad librum Lactantii de mortibus persecutorum. Ejusdem argumenti opus, si vera fides, scripserat Aurelius Victor, historiam comprehendens persecutionum Ecclesiæ usque ad Diocletianum, quod in Bibliothecâ Vaticanâ extitisse suâ ætate, testatur Marianus Victorius ad epistolam xxi. Hieronymi, quæ inscripta est Paulo Monacho Concordiensi, à quo Hieronymus postulabat *Commentaries Fortunatiani, & propter notitiam persecutionum, Aurelii Victoris Historiam.* Multùm tamen ambigo, an verè dici possit, Aurelium Victorem, hominem minimè Christianum, scripsisse historiam ejusmodi, cùm locus ille Hieronymi corruptus sit in vulgatis editionibus, adeòque intricatus, ut virum doctissimum Andream Schottum in horrendas ambages impulerit, dum Aurelium Victorem persecutionum Ecclesiæ Scriptorem quærit, hùc descendere coactus, ut existimaret plures Victores Historiæ augustæ scriptores fuisse, & unum etiam Christo nomen dedisse. Nam si historia illa extitisset in Bibliothecâ Vaticanâ, quâ tempestate Victorius scholia sua scribebat in Hieronymum, certè non evasisset eruditas ac diligentes Baronii manus, neque tot doctissimorum & antiquitatis ecclesiasticæ amantissimorum hominum, qui post Pii V. Pontificatum & Mariani Victorii tempora Romæ vitam egerunt, & in edendis recensendisque ac emendandis Scriptorum, in primis verò ecclesiasticorum, lucubrationibus laudabilem operam posuerunt. Profectò concors illud ac perpetuum tot præstantissimorum virorum silentium de re tanti momenti, qui ne verbo quidem ullam istius Aurelii Victoris Historiæ mentionem uspiam faciunt, me vel invitum ac reluctantem suspicari cogit, aut memoriâ lapsum esse Victorium, aut impositum illi fuisse; præsertim cùm ex verbis Hieronymi colligi non possit, Aurelium Victorem scripsisse Historiam persecutionum: sed tantùm ejus Historiam, in quâ tractatur de Vitâ Imperatorum usque ad Julianum, utilem esse ei, qui velit habere *notitiam persecutorum*, id est, eorum Imperatorum, qui persecuti sunt Ecclesiam Dei. *Persecutorum* enim heic legendum esse, non verò *persecutionum*, docent in primis codices 173. & 2789. Bibliothecæ regiæ, vetus alter codex ejusdem Bibliothecæ, qui fuit olim viri clarissimi Claudii Puteani, tum codex 305. Bibliothecæ Colbertinæ, prima editio Romana anni MCCCCLXVIII. Veneta anni MCCCCLXXXVIII. & Lugdunenses annorum MDVIII. MDXIII. & MDXVIII. Primus omnium Erasmus reposuit *persecutionum*, auctoritate haud dubiè vetusti alicujus exemplaris, cùm in codice quoque 4110 ejusdem Bibliothecæ Colbertinæ ità legatur. Hunc secutus est Victorius. Sed profectò ex his, quæ dicta hactenùs sunt, satis constat, hanc lectionem non esse bonam, & eam retineri debere, quam veteres libri & editiones exhibent, cùm nullam habeat difficultatem. Agamus autem gratias immensæ Dei optimi maximi benignitati, qui istum Lactantii librum nobis post tot sæcula redonavit, eoque utamur ad majorem ipsius gloriam & sanctæ Ecclesiæ utilitatem, in cujus gratiam susceptus est hic labor.

STEPHANI

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

STEPHANI BALUZII

EPISTOLÆ DUÆ,

In quibus explicantur & illustrantur duo loca ex libro Lactantii de Mortibus persecutorum.

Præfixa est initio Observatio viri doctissimi de altero eorumdem locorum.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Illuſtriſſimi viri PETRI VALERI DIAZII, *Conſiliarii Regis Hiſpaniarum in ſupremo Conſilio Aragonum, ſententia de quodam loco Lactantii corrupto.*

IN libro Lactantii de Mortibus Perſecutorum, quem litteratus orbis reſtitutum nuper vidit ſtudio & virtute illuſtriſſimi Dom. Stephani Baluzii, locus eſt præ aliis valdè corruptus pag. 43. ubi ſic editum videmus :

> Pag. 246. lin. 6. *Etiam vel hi, qui emerunt, vel qui dono erunt conſecuti, ſi putaverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid, Vicarium poſtulent, quò & ipſis per noſtram clementiam conſulatur.*

Ego verò tribus emendationibus repurgandum eſſe hunc locum, & in hanc formam ſcribendum, cenſeo.

> *Et jam vel hi, qui emerunt, vel qui dono erunt conſecuti, ſi optaverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid vicarium, poſtulent, quò & ipſis per noſtram clementiam conſulatur.*

Ac primùm quidem τὸ *etiam* non congruere huic parti, manifeſtum ſatis eſt, ac levi diviſione ſubſtituendum *& jam*, quod idem ſignificat, ac *tum*, vel *mox*, aut *poſtquàm*, ut Plautus in Truculenti ſcenâ ultimâ dixit : *Jam abis, poſtquàm aurum habes.* Mens enim Imperatorum in propoſito edicto hæc erat, ut bona Chriſtianis reſtituerentur ſine ullo pretio quantociùs, ac deindè de indemnitate, ut poſteà dicunt, tractaretur, ſi eam cuperent. Secundo loco illud *putaverint* facili errore inductum eſt ex permutatione tranſpoſitioneque litterarum *o* & *u*. Ratio autem ſermonis optimè conſtat, legendo *optaverint*. Nam in eâdem Conſtitutione inferiùs dicitur, *de noſtrâ benevolentiâ ſperent*. Hæc verò duo optandi & ſperandi verba conjuncta ſæpè occurrunt, & Cicero Orat. 27. ad Quirites dixit : *Multa præterea à diis immortalibus optata conſecuti ſumus.*

Præcipua autem animadverſio noſtra eſt circa τὸ *Vicarium*, quod verbum Dominus Baluzius majuſculâ litterâ initiali curavit imprimi, fortaſſis quia in manuſcripto Colbertino exemplari ſic repererat, vel, quod magis puto, de ſuo adſcripſit, Vicarii dignitatem ſignificari hoc loco exiſtimans, ſecutuſque Euſebii antiquam lectionem & ſententiam ; quam & priorem interpretem Chriſtophorſonum, & noviſſimum, eumque longè doctiorem accuratioremque Henricum Valeſium ; ſuis verſionibus expreſſiſſe viderat. Cæterùm erravit Euſebius (quod pace ejus dixerim) alioſque in errorem induxit, quem Lactantii locus hic nobis detexit. Nam in imperiali hoc edicto, quod Latinè, ut fuerat conceptum, tranſcripſit, non de Gubernatore, Vicario, aut Judice alio provinciæ mentio facta eſt : ſed *aliquid vicarium*, valet *rem aliquam vicariam*, ſeu vice & loco illius, quæ reſtituta fuiſſet Chriſtianis, reddendam ab Imperatoribus ; id quod ſequentibus rationibus evincitur. Nam Lactantius diſertè dixerat has litteras imperiales ad Præfidem datas, non ad Vicarium ; & illarum ſermo totus directus eſt ad eundem, cui executio reſtitutionis faciendæ committebatur : ut abſurdum planè eſſet, ad alium quempiam Præfectum, qui in illâ provinciâ jus diceret, verba Imperatorum converti.

Jam verò hæc loquendi ratio, *aliquid vicarium optare & poſtulare*, Latinè ſcribentibus eleganter uſurpatur. Quin & aliquid vicarium reddere dictum legimus in ſanctâ Scripturâ ; Levitici cap. 24. verſu 19. ibi : *Qui percuſſerit animal, reddet vicarium, id eſt, animam pro animâ ;* & inferiùs verſu 21. *Qui percuſſerit jumentum, reddet aliud.* Quo loco Cornelius à lapide, ut alios Criticos ſacros omittam, interpretatur *animal vivum vice animalis à ſe occiſi.* Lorinus verò ait : *Vicarium animal ſignificat aliud, quod ſuppleat vicem percuſſi, ſive occiſi.* Ac deindè ſubjungit : *Hoc tantùm loco uſum reperio interpretem nomine vicarii.*

Illuſtriſſimo doctiſſimoque viro PETRO VALERO DIAZIO, *Conſiliario regio,* STEPHANUS BALUZIUS *Tutelenſis,*

S. P. D.

EX litteris à te ſuperiore anno datis ad illuſtrem notique nominis Abbatem Camerarium intellexi, benè te agere, illuſtriſſime Domine, & meî mentionem facere, nec injucundam, nec inutilem ; quippè qui non ſolùm amicè & honorificè de me ſtudiiſque meis loqueris : ſed etiam admones, quid tibi

Digitized by Google

videatur emendandum in quâdam Conſtitutione Conſtantini M. quæ extat in libro Lactantii de Mortibus perſecutorum. Amplector utrumque cum eâ reverentiâ & cum eâ grati animi teſtificatione, quæ tibi à me debentur, eruditiſſime vir; ideòque officii mei eſſe putavi has ad te litteras dare, tum ut tibi gratias agam pro hâc animi tui in me propenſione, tum ut per eam occaſionem utar familiaritate ejus viri, quem is, cum quo meliorem vitæ meæ partem exegi, vir immortalis memoriæ Petrus de Marca, Archiepiſcopus Pariſienſis, plurimi faciebat, & cum Antonio Auguſtino conferre ſolebat. Revoco te, ut vides, ad ſcopulos Breſconis, illuſtriſſime vir, undè initium commercii tui cum ſummo viro; quo in cœlum poſteà ſublato, & tu magno amico orbatus es, & ego optimo patrono.

Venio nunc ad locum Lactantii, cujus à te tentata emendatio eſt. Obſcurum eſſe illum ac mutilum, ſatis conſtat, propter defectum nimirùm unius vocis; quæ ſi ſemel ſuppleta fuerit, nulla, ut ego quidem arbitror, difficultas remanebit. Quæ autem illa ſit, ipſa quidem Lactantii verba ſatis indicare videntur, clariùs verò verſio Græca Euſebii, ex quâ colligimus, vocem *poſcendum*, aut aliquam ſimilem addendam eſſe in hoc loco, & ſic legendum: *Etiam vel hi, qui emerunt, vel qui dono erunt conſecuti, ſi poſcendum putaverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid, Vicarium poſtulent, quò & ipſis per noſtram clementiam conſulatur.* Hanc reſtitutionem confirmant verba Legis primæ Codicis Theodoſiani de Officio rectoris provinciæ: *Si de civilibus cauſis quicquam putaverint eſſe poſcendum.* Tu verò, vir eruditiſſime, cenſes, ità legendum & interpungendum: *Et jam vel hi, qui emerunt, vel qui dono erunt conſecuti, ſi optaverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid vicarium, poſtulent, quò & ipſis per noſtram clementiam conſulatur.* Et conjectura quidem tua docto & erudito viro digna eſt, & plurimam habet veri ſimilitudinem. Veteres quippè eleganter dicebant vicariam operam, manus vicarias, amorem vicarium, pœnam vicariam, mortem vicariam, & alia hujuſmodi. Opinio tamen illa tua, ſi me permittis liberè loqui, non vacat difficultate. Nam præterquàm quòd tu non ſupples vocem, quæ illic deeſt, vocemque *putaverint* mutas in *optaverint*, quod non licet abſque evidentiſſimâ neceſſitate, ſenſus poſtulare videtur, ut Princeps deſignet perſonam, cui provinciales ſpoliati porrigant preces ſuas. Cùm verò Vicarium totius collationis ac tranſmiſſionis cura conſtringeret, ut legitur in titulo Codicis Theodoſiani de Officio Vicarii, nihil alienum ab ejus officio fecit Conſtantinus, cùm juſſit, ut qui putarent aliquid ab ejus benevolentiâ poſcendum pro bonis, quæ coacti reddidiſſent corpori Chriſtianorum, Vicarium adirent, nimirùm ut is ad Principem referret quicquid illud eſſet.

Sed tu, vir doctiſſime, ais, Lactantium diſertè dixiſſe, has litteras imperiales ad Præſidem datas eſſe, non ad Vicarium, & totum illarum ſermonem directum eſſe ad eundem, cui executio reſtitutionis faciendæ committebatur; abſurdumque planè eſſe, ad alium quempiam Prafectum, qui in illâ provinciâ jus diceret, verba Imperatoris referri. Sed heic, nî fallor, obſervandum eſt, nomen Præſidis non fuiſſe poſitum in fronte Conſtitutionis, cùm Edicta generalia conſueverint inſcribi nominibus Præfectorum Prætorio, quamvis ad eum miſſa fuerit à Licinio. Hic enim, cùm manifeſto divini Numinis auxilio victoriam de Maximino reportâſſet, cùm primùm poſteà Nicomediam ingreſſus eſt, gratiam ſummo Deo relaturus, litteras illas miſit ad Præſidem, ut ejus curâ proponerentur in eâ urbe. Cùm autem Præſidis nomen generale ſit, & ad omnes pertineret, qui provincias imperii Romani regebant, videtur Lactantius iſthic per Præſidem intellexiſſe, aut Vicarium Ponticæ diœceſeos, aut Conſularem Bithyniæ, quam fuiſſe conſtat ſub diſpoſitione ejuſdem Vicarii. Itaque cùm ſummus poſt Præfectum magiſtratus in eâ regione eſſet Vicarius Ponticæ, videretur cenſendum, ſervatam ei fuiſſe ſuam auctoritatem in Edicto, quod juſſum eſt proponi in urbe Nicomedienſi, adeòque retinendam lectionem vulgatam iſtius loci Lactantiani. Ego tibi, vir doctiſſime, mentem meam aperio, & conjecturas meas committo, facilè amplexurus opinionem, quam tu probaveris eſſe veram. Jamdudùm auſculto de epiſtolis Antonii Auguſtini, quas fama erat te vulgaturum. Magna eſt inter nos viri iſtius reverentia & auctoritas, lucubrationeſque ejus avidiſſimè arripimus. Itaque ſi nondùm ea editio facta eſt, oro te, vir illuſtriſſime, nomine eorum omnium, qui bonas litteras amant, ne diutiùs protrahas expectationem noſtram. Non dubito autem, quin inter epiſtolas Latini Latinii plures legeris datas ad eundem Antonium, alias de eo loquentes, unam etiam ipſius ad Latinium. Cæterùm diſquirendum eſt, verane ſit ſuſpicio Latinii ad Metellum

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

scribentis, alienatum nimirùm ab eo fuisse animum Antonii, quòd ad ipsum interdùm scribens, amplissimos illustrium reverendissimorumque titulos, quibus Hispani valdè delectarentur, ei non tribuerit. Ego enim Augustinum animadverti fuisse inanium contemtorem; ac proindè suspicor, alias fuisse causas, ob quas ille interrupit litterarum commercium, quod ipsi erat cum Latinio. Tui judicii facio totum illud negotium, eruditissime vir, tibique longam ac felicem vitam opto.

Lutetiæ-Parisiorum, Kal. Maiis MDCLXXXIII.

Clarissimo viro HENRICO DE NORIS, Augustiniano, STEPHANUS BALUZIUS *Tutelensis*,

S. P. D.

CUM ante hoc biennium vir tui meique ac communium studiorum nostrorum amantissimus, idemque doctissimus Antonius Magliabecus ad me misisset opus tuum, eruditissime vir, quo Cenotaphia Pisana Caii & Lucii Cæsarum illustrâsti, constitueram ad te scribere de controversiâ, quam video inter nos ortam esse propter verba quædam obscura Pauli Jurisconsulti; sic tamen ut totum illud negotium facerem tui judicii. Verùm quoniam eo tempore multùm occupatus eram in edendo primo tomo meorum Conciliorum, adeòque laborabam otii penuriâ, coactus sum deserere consilium illud meum, aut saltem in aliud tempus differre. Interim magnus ille studiorum meorum fautor & altor Joannes-Baptista Colbertus excessit è vivis; eoque cadente, fateor, ità mœrore abjectum ac profligatum esse animum meum, ut cùm in libris meis quærerem perfugium ac solatium, nihil minùs cogitaverim, quàm ut Indicri certaminis speciem præberem; adeòque memoriam quoque ipsam perdidi istius nostræ concertationis, de quâ paulò antè memoravi. Revocata est autem occasione litterarum, quas amicus ille noster ad me dedit XV. Kalendas Februarias hujus anni; quas accepi tardiusculè, nimirùm XVIII. Kal. Aprilis. Mentionem quippè in illis faciens novæ lucubrationis à te emissæ, quam se missurum pollicetur, excitavit memoriam Cenotaphiorum Pisanorum, & tuæ mecum disputationis. Accedo itaque tandem bonæ, ut reor, causæ qualiscunque patronus, eam apud te acturus, vir eruditissime, te, inquam, judicem habiturus, quem antè expertus sum adversarium. Neque enim mihi metuendum est sub tali judice; qui præterquàm quòd amicus meus est, justus & recti tenax, tres personas, ut Cicero de se aiebat, unus sustinebit summâ animi æquitate, suam, adversarii, judicis.

Igitur hæc sunt verba Pauli in editionibus per typographos vulgatis, quæ manibus nunc eruditorum teruntur: *Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur. Et consuetudo loquendi id ità esse declarat. Ante diem decimum Kalendarum, Post diem decimum Kalendarum. Neque utro enim sermone undecim dies significantur.* L. Anniculus, 132. D. de verbor. signific.

Hunc ego locum sic interpretatus sum in Annotationibus ad librum Lactantii de Mortibus persecutorum, ut existimaverim, eundem diem significari duobus loquendi modis adductis à Jurisconsulto. Tu contrà, vir clarissime, putas priore modo intelligi debere dies decem, qui Kalendas antecedunt, posteriore, decem qui subsequuntur easdem Kalendas, id est, decimum diem mensis sequentis. Quamvis autem Rebuffus scripserit, hanc quæstionem plus subtilitatis, quàm utilitatis habere, putaverintque Budæus & Alciatus, Paulum ludere potius & morari lectorem hoc grypho voluisse, quàm docere, adeòque inutile videri possit ultrà perscrutari verum verborum illorum sensum; enitar tamen pro virium mearum modulo ostendere, quid dicere voluerit Jurisconsultus, simulque confirmabo opinionem meam de verbis Lactantii.

Duplex antiquitùs fuit editio verborum Pauli, in quibus tota consistit difficultas, & quæ crucem fixerunt viris eruditissimis. Quidam enim codices habent: *Æquè utroque enim sermone undecimus dies significatur*; alii contrà: *Neutro enim sermone undecimus dies significatur.* Prior editio, quam Paulus de Middelburgo, Valla, Budæus, Alciatus, Rebuffus & Dionysius Gothofredus amplexi sunt, nititur auctoritate veterum exemplarium manuscriptorum, quorum unum est Bibliothecæ regiæ, reliqua Colbertinæ; cum quibus congruit etiam codex Germani Colladonii laudatus ab eodem Gothofredo. Altera, quam Cujacius, Antonius Augustinus, Marcellus Francolinus & Dionysius Petavius sequi maluerunt, suffragatores habet duos veteres libros Bibliothecæ regiæ, quorum unus fuit olim Æmari Ranconeti viri doctissimi; neque eam aliubi reperi. An illam adjuvet auctoritas Pandectarum Florentinarum, videbimus

Digitized by Google

posteà. Interim expendamus utramque editionem, affirmativam videlicet, & negativam, ut eas quidam vocavere.

Affirmativam habent, ut dixi, octo vetera exemplaria Bibliothecæ regiæ & Colbertinæ. Et in regio quidem signato 4673. sic legitur: *Æquè enim utro sermone undecima dies significatur.* Codices verò Colbertini notati 524. 529. 2608. habent: *Æquè utroque enim sermone undecimus dies significatur.* Codex 743. *Æquè utroque sermone undecimus dies significatur.* Codices 397. & 461. *Utroque enim sermone undecimus dies significatur.* Codex denique 583. *Utroque sermone* XI. *dies significatur.* Contrà in codice regio notato 4672. scriptum est: *Neutro enim sermone undecima dies significatur.* In eo verò, qui fuit Æmari Ranconeti, sic: *Neutro enim sermone undecimus dies significatur.* Ubi illud admonendum est, supra lineam istius ultimi codicis scriptum esse antiquiùs alibi legi *utro* pro *neutro*; quæ lectio propiùs accedit ad eam, quam codex Florentinus exhibet, in quo sic legi etiam tu ipse testaris: *Neque utro enim sermone undecim dies significantur.*

Investigandum nunc est, utrùm illa codicis vestri lectio bona sit, & utrùm negativam, ut nonnulli putant, adjuvet, an potiùs revocari debeat ad eam, quam tot vetera exemplaria præferunt. Primâ sanè fronte codex ille vester, omnium, qui hodiè extant, sine controversiâ vetustissimus, videtur ostendere, neutro horum loquendi modorum, ut etiam scriptum est in libris regiis, & ut in vestro legisse se ait Antonius Augustinus, significari diem undecimum Kalendarum, atque ita confirmare censendus est lectionem, quam vocant negativam. At si consideremus, verissimum illud esse, quod vir doctissimus Nicolaus Rigaltius observavit ad Tertullianum, veterum librorum auctoritate falsissimas interdùm lectiones asseri, ac præterea ex adverso statuamus, consensum tot veterum codicum, qui lectionem affirmativam præferunt, dubitare jure meritòque licebit, an huic vestro exemplari insistendum sit, an verò amplectenda lectio, quam reliqui codices exhibent, quam negari non potest sumptam esse ex antiquioribus exemplaribus. Neque fortassis aberraverit, qui putabit, in vestro per errorem scriptum esse *neque*, pro *æquè*; sicut in Fragmento sancti Ambrosii relato in gestis primæ Synodi Ephesinæ, codices 1363. & 1600. Bibliothecæ Colbertinæ, & antiquissima exemplaria veteris versionis Latinæ ejusdem Synodi habent, *Nec ipsa littera*, pro eo, quod in editionibus Operum ejusdem sancti Ambrosii legitur, *Hæc ipsa littera*, & apud Marium Mercatorem, & in editione Contianâ ejusdem Synodi, *Et ipsa littera*; ut monui nuper, dum recensérem eandem antiquam versionem.

Præterea quis in animum inducere queat, virum gravem Paulum Jurisconsultum uti negatione voluisse ad eam rem confirmandam, quæ maximè egebat probatione affirmativâ? Probandum enim erat, eum censeri anniculum, qui extremo anni die moritur, sive incipiente, sive exacto. Similitudine igitur istud ostendere volens Jurisconsultus, ait eo modo, quo idem dies significatur, sive dicas ante decimum Kalendarum, sive post decimum Kalendarum, id est, sive ante absolutum, sive post absolutum diem, eodem modo anniculum esse censendum eum, qui extremo anni die extinguitur, sive dies ille sit absolutus, sive non sit absolutus. Porrò dum viri docti hæc verba, *Ante diem decimum Kalendarum*, sic interpretati sunt, ut significare docerent rem actam ante diem decimum absolutum & finitum, nobis documentum dederunt, ut ista, *Post diem decimum Kalendarum*, interpretemur de ipso die decimo Kalendarum, sed tamen exacto & finito. Quoniam autem hi duo loquendi modi promiscuè & indifferenter à populo usurpabantur, consuetudine factum est, ut utroque sermone idem dies ita intelligeretur, ut quicquid intra viginti quatuor horas diei & noctis actum esset, perindè existimaretur quasi quâvis horâ lucis actum esset, ut docet idem Paulus lib. XIII. ad Sabinum. *More Romano*, inquit, *dies à mediâ nocte incipit, & sequentis noctis mediâ parte finitur. Itaque quicquid in his viginti quatuor horis (id est, duabus dimidiatis noctibus & luce mediâ) actum est, perindè est quasi quâvis horâ lucis actum esset.* Confirmat Censorinus cap. XXIII. cujus verba transcribo. *Romani*, inquit, *à mediâ nocte ad mediam noctem diem esse existimaverunt. Indicio sunt sacra publica, & auspicia etiam magistratuum: quorum si quid ante medium noctis est actum, diei, qui præteriit, adscribitur; si quid autem post mediam noctem & ante lucem factum est, eo die gestum dicitur, qui eam sequitur noctem. Idem significat, quòd qui à mediâ nocte ad proximam mediam noctem in his horis quatuor & viginti nascuntur, eundem diem habent natalem.*

L. More, D de Feriis.

Hinc colligi posse mihi videtur, Romanos, quamvis diem ordirentur à mediâ nocte, in vulgari tamen sermone diem dixisse

Digitized by Google

illud ſpatium, quod eſt inter ortum ſolis & occaſum, id eſt, diem naturalem, & quod agebatur ſummo mane, ſive ante lucem, ut ante me obſervavit Joſephus Scaliger; vocaviſſe initio ante Kalendas, quod poſt receſſum ſolis, poſt Kalendas: ſed deindè paulatim utroque loquendi modo idem tempus ſignificatum, quia tum populus, quem penès arbitrium eſt & jus & norma loquendi, non attendebat ad diſcrimen, quod olim ita loquendo ponebant inter diem incipientem & exactum. Itaque Cicero ad Tironem ſcribens, cujus tu locum, vir eruditiſſime, attuliſti ad confirmandam opinionem tuam, ait, ſe Nonis Novembris fuiſſe apud Alyziam, indèque ante lucem proficiſcentem, ante diem octavum Idus Novembris has litteras dediſſe; quod etſi de quâvis horâ diei capi poſſit, proclivius eſt, ut interpretemur de die incipiente, cùm Cicero ſcribat, ſe litteras illas dediſſe, cùm Alyziâ proficiſceretur, quod fuit ante lucem. Eodem modo Seneca Claudium Imperatorem, quem animam agere cœpiſſe ait, cùm ſol ad occaſum feſtinaret, horâ inter ſextam & ſeptimam, tradit mortuum eſſe ante tertium Idus Octobris, quem Suetonius ſcribit defeciſſe prope lucem, id eſt ſub initium diei naturalis. Quod confirmari quoque poteſt ex verbis Taciti; qui cùm docuiſſet, celatam aliquandiù fuiſſe mortem ejus, addit, Neronem egreſſum eſſe ad cohortem medio diei ejuſdem.

Scalig. lib. 2. de Emend. temp. pag. 174. edit. an. 1629.

Cicero lib. 16. ad Famil. epiſt. 3.

Itaque ut ad id revertamur, undè digreſſi ſumus, cùm veteres dicebant, *Ante decimum Kalendas*, *Poſt decimum Kalendas*, utroque ſermone ſignificare volebant diem decimum Kalendarum, ipſis Kalendis numeratis. Hanc interpretationem ex lectione quoque codicis veſtri hauſit doctiſſimus conterraneus meus Simeo Boſius, qui in Animadverſionibus ad epiſtolam primam Ciceronis earum quæ datæ ſunt ad Atticum, ait, utroque loquendi modo diem ipſum decimum Kalendarum ſignificari. Contrà Cujacius exiſtimat quidem utroque loquendi modo ſignificari diem decimum, ſic tamen, ut decimum diem, qui vocatur poſt Kalendas, interpretetur de decimo die menſis, qui ſequitur poſt Kalend. Quo loco, ne quid diſſimulem, conſentaneam habet Cujacius veterem gloſſam interlinearem codicis 524. Bibliothecæ Colbertinæ; in quo ſupra hæc verba, *Ante diem decimum Kalendarum*, ſcriptum eſt, *ſcilicet Kalendas præcedentem*; ſupra verò iſta, *Poſt diem decimum Kalendarum*, itidem ſcriptum eſt, *Scilicet Kalendas ſequentem*. Verùm & vetuſtum hunc gloſſatorem, & Cujacium ipſum, alioſque, quia deſtituti erant exemplo ſimili, quod habetur apud Lactantium, ad hanc interpretationem adegit obſcuritas hujus loci; qui ſi exemplum illud Lactantii habuiſſent, attentèque conſideraſſent, veteribus Romanis in uſu poſitum non fuiſſe, ut dies, qui ſequuntur poſt Kalendas annecterent Kalendis, ſed Nonis, aut Idibus, nunquàm eo modo detorſiſſent ſenſum verborum Pauli. Nam ſi fas eſſet ita interpretari veteres, ex conjecturâ tantùm, abſque ullo exemplo, abſque auctoritate, mallem dicere, aut Paulum exiſtimaſſe utroque loquendi modo intelligi diem undecimum Kalendarum, ut habent pleraque vetera exemplaria, aut librarium, qui primus hunc locum reſcripſit, à quo cæteri acceperint, errore undecimum poſuiſſe pro decimo, potiùs quàm lectores in eam ſententiam trahere, cui omnis retrò antiquitas adverſatur. In obſcuris enim, ut docet idem Paulus, inſpici ſolet quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fieri ſolet.

Cujac. lib. D. de verb. oblig.

L. 114. D. de reg. jur.

Scio uti vos ſolere quodam loco Ciceronis, ſeu potiùs M. Cœlii ad Ciceronem ſcribentis, ex quo colligitis, eum tempora diviſiſſe in ante & poſt Kalendas, quia is refert, dixiſſe Pompeium, *ſe ante Kalendas Martias non poſſe ſine injuriâ de provinciis Cæſaris ſtatuere, poſt Kalendas Martias ſe non dubitaturum.* Verùm cùm locus ille ſit temporis indeterminati & indefiniti, nullo pacto juvat opinionem veſtram, neque eam labefactat, quam ego tueor. Nemo enim diffitetur, quin dici optimè poſſit, rem quampiam non poſſe agi ante Kalendas, poſſe agi poſt Kalendas. Sed iſtud non probat, dies qui ſequuntur poſt Kalendas, conſueſſe conjungi cum Kalendis, ita ut, exempli cauſâ, quæ acta ſunt IV. Idus Januarias, dici quoque poſſint acta poſt X. Kalendas Januarias.

Cicero lib. 8. ad Famil. epiſt. 8.

At Plutarchus in vitâ Ciceronis ait, eum natum ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, idque Franciſcus Fabricius vertit poſt diem tertium Kalendarum Januarii, quia ex Cicerone ipſo & A. Gellio conſtat, eum natum tertio Nonas ejuſdem menſis. Ergò dies tertius Nonarum eſt etiam tertius Kalendarum. Fateor, diem tertium Nonarum eundem eſſe cum tertio poſt Kalendas. Sed quamvis Fabricius locum Plutarchi ſic interpretatus ſit, ut dixerit, Ciceronem natum eſſe poſt diem tertium Kalendarum Januarii, iſtud cauſæ noſtræ non officit, quia Fabricius non habet auctoritatem antiquitatis, adeòque nullius momenti eſt ad oſtendendum, dies qui ſequuntur poſt

Digitized by Google

Kalendas, adjungi solitos Kalendis in computatione dierum. Plutarchus, homo Græcus, Græco more locutus est, Cicero & Gellius Latino; & Ciceronem Latinè de se scribentem sequi malo, quàm Plutarchum Græcè de Cicerone loquentem. Quanquàm nec ipsa Plutarchi verba admodùm favent vestræ opinioni, cùm ex ipsis nihil aliud colligi possit, quàm Ciceronem natum esse die tertio novarum Kalendarum, quæ cœperant, seu potiùs desierant primâ die mensis Januarii.

L. *Si cal.* 235. D. de verb. sign.

Objicitur etiam nobis auctoritas Caii Jurisconsulti, cujus hæc sunt verba: ***Post Kalendas Januarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur.*** Quo loquendi modo intelligi tertium diem Nonarum Januarii, tu rectè observas. Verùm huic objectioni jam satisfactum à me est in disputatione de die natali Ciceronis, & certum præterea est, hæc Caii verba non pertinere ad hanc nostram controversiam. Non dicit enim, ***Post tertium Kalendas Januarias***, ut necesse esset eum dicere ad fulciendam opinionem vestram: sed ***Post Kalendas Januarias die tertio.*** Quod nos ultrò concedimus verum esse.

Antequàm huic disputationi meæ finem imponam, redeundum esse mihi video ad postremam partem loci Paulini, quam satis scio mihi posse opponi etiam post omnia illa, quæ à me dicta huc usque sunt. Nam tametsi mihi concedatis, his duobus loquendi modis, ***Ante diem decimum Kalendarum***, ***Post diem decimum Kalendarum***, unum eundemque diem demonstrari, semper tamen verum erit, neutro eorum significari diem undecimum Kalendarum; hineque colligetis, veriorem esse lectionem, quam vocant negativam. Fateor, hanc difficultatem esse magnam, eique facilè respondèri non posse. Verùm cùm illa nullum detrimentum afferat causæ nostræ, sed illam potiùs confirmare videatur, in eam ultrà inquirere non est animus; cùm, si negativam lectionem ut veram assumimus, sic capienda putem verba Pauli, ut dicere voluisse videatur, hinc colligi posse, his duobus loquendi modis intelligi diem decimum Kalendarum, prout Romani numerare consueverant, quia neutro undecimus significatur. Et sic propositio negativa convertetur in affirmativam.

Abundè, nî fallor, ostendi, quænam sit verior explicatio verborum Pauli, quæ viros doctissimos exercuerunt. Ut verò probationes meas cumulem, afferam etiam auctoritatem Lactantii; & quemadmodùm testimonio Pauli usus olim sum, ut ostenderem discrepantiam verborum Lactantii nullam importare repugnantiam, ita nunc Lactantii verbis utar, ut evincam, nullam esse contradictionem in verbis Pauli. Nam cùm utriusque par omninò similisque sit sermo, manifestum est, eos lucem à se invicem mutuari, & quæ obscura in uno eorum sunt, alterius ope posse fieri clariora. Ait ergò Lactantius in libro quarto divinarum Institutionum, cap. x. Christum cruci affixum fuisse à Judæis ***ante diem decimum Kalendarum Aprilium;*** in libro verò de Mortibus persecutorum, eum cruciatum fuisse ab iisdem Judæis ***post diem decimum Kalendarum Aprilis.*** Tu verò, vir clarissime, censes horum loquendi modorum sensum esse diversum, & priore quidem intelligi debere diem vigesimam tertiam Martii, posteriore decimam Aprilis. Ego verò à te peto, utrùm probabile sit Lactantium, virum doctum & eruditum, sibimetipsi contraria & contradicentia scripsisse; præsertim cùm ejus ætate persuasum vulgò esset, Christum passum esse die decimo Kalendarum Aprilis, nullus hactenùs scripsisset, passum esse die decimâ Aprilis? Huic argumento non puto quemquam posse obniti, cùm sit robustissimum & validissimum; adeòque affirmari posse credo absque ullo periculo, Lactantium his duobus loquendi modis eamdem omninò rem exprimere voluisse, nimirùm Christum cruci affixum die vigesimâ tertiâ mensis Martii. *Quod si ita* est, ut certè est, jam constat, verborum quoque Pauli unum eundemque debere sensum esse, & priore posterioreque modo intelligi debere diem decimum, qui antecedit Kalendas, nullo modo decimum, qui subsequitur Kalendas.

Hæc apud te, doctissime vir, ad defensionem opinionis meæ peroravi quantâ potui brevitate. Tui deinceps, ut initio dicebam, judicii erit constituere, quid censendum sit de toto isto negotio; meque pro tuâ humanitate in viam revocabis, veriora monstrando, si fortè me limitem veritatis excessisse cognoveris. Interim vale, & me semper ama tui nominis studiosissimum.

Lutetiæ-Parisiorum IV. Idus Apr. MDCLXXXIV.

JOANNIS

www.libtool.com.cn

JOANNIS COLUMBI

NOTÆ

IN

LACTANTIUM.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Perillustri & amplissimo Viro D. GISBERTO CUPERO, ab Ordinibus Transisalaniæ ad illustrissimorum & præpotentium Fœderatorum Belgii Ordinum Generalium Conventum Delegato, inclytæ Reipublicæ Daventriensium Consuli, JOANNES COLUMBUS

S. P. D.

LICET in patriâ quoque meâ gaudeam dari magnas & illustres animas, quæ bonas litteras ament & recipiant perbenignè, modisque multis conatus etiam meos foveant atque ornent; præsens tamen hoc opusculum suâ sponte ab hoc solo, trans mare nimirùm, & in sinus tuos, Vir amplissime, evolare dicam, an redire festinabat. Ego certè nisi hoc, quicquid est, tibi misissem primò, nomenque tuum illustrissimum frons ipsa ut præferret, curassem, gravia quidem crimina aliquot effugere vix posse mihi videbar. Nam aut plagiarius forem, qui debito tibi corpori injeciſſem manus; aut peculatu quodammodò tenerer, vel etiam sceleri quadruplatoris adfinis existerem, si tot præclaras res tuas, publicis destinatas usibus, privatum sub titulum avertissem. Animi quidem ingrati notam, bonis omnibus æquè invisam ac detestabilem, nequaquàm evitassem, tibi, operæque & auxilio tuo profectus hîc meos nisi referrem acceptos. Nondùm mihi satis certum fixumque erat editionis consilium, cùm tu modò scriptum hoc Lactantii laudans, modò emendationes meas, aliàs probans, aliàs regens & reducens in viam, observationes denique tuas communicans, quæ per se etiam ac solæ quantumvis editioni meæ conciliarent pretium, ut insisterem cœptis perfecisti. Atque hæc inter maximas curas & negotia, quibus populorum salus continetur, quibusque te muneris amplissimi partes plerumque distringunt, mei causâ facere non gravatus es. Denique editionis Britannicæ exemplum, diù, sed frustrà nostris à bibliopolis expectatum, à publico tabellario mihi ut afferretur, per consuetam tibi beneficentiam effectum est. Non mirum igitur, si nemini priusquàm tibi qualescunque has curas meas, imò & tuas multò feliciores, totumque adeò opusculum hoc constitui mittere: fas etiam & æquum fuit, primo ex aditu lectores, quid cuique debituri sint, ut cognoscerent. Cæterùm editio ipsa si minùs elegantiæ tuæ satisfacit, oro absentiæ meæ condones; per quam præterea vereor factum esse, ut quædam seriùs missa dilata sint in tempus aliud. Hoc verò fore propediem, quo liceat & illa proferre in lucem, spei nonnihil supereſt. Nihil certè eorum vitio meo periisse, quorum me participem facere dignata est summa bonitas tua, dum vivam, notum testatumque facere, Deo benè juvante, laborabo. Vale, vir insignis, & conatus meos consule boni. Scrib. Upsaliæ, prid. Kal. Jul. ann. clɔ lɔc LXXXIV.

LECTORI BENEVOLO S.

EX quo tempore vir quidam illustris hoc opusculum, cui Lactantium auctorem non dubiè videbatur inscribere, libros inter publicam in lucem tunc prodeuntes non gravabatur mihi indicare, arsisse me fateor studio non levi penitiùs illud cognoscendi. Cùmque tandem, ut unà cum cæteris à Cl. Baluzio editis voluminibus afferretur, perfeciſſem, res expectationi non malè respondere, nec à candido illo & terso orationis Lactantianæ filo scriptio hæc abhorrere visa est; multaque aliæ, præsertim verò raritas rerum, & cum narrationibus aliorum vel fida convenientia, vel discrepantia etiam minùs nonnunquàm suspecta, fidem aliquam faciebant, mercem non vanam tanto sub nomine venditari. Sed & genus hoc apud antiquos usurpatum reperisse me putabam; ut in tribus illis C. Fannii libris, quibus ille narravit exitus occisorum, aut relegatorum à Nerone, quos C. Plinius minor lib. 5. Epist. 5. subtiles, diligentes, & Latinos *vocat*, atque inter sermonem historiamque medios. *Idque genus Trebellius Pollio secutus etiam videtur, qui* scriptos sibi libros plures, non historico, nec diserto, sed pedestri eloquio *ait, satis quidem modestè. Agnovi præterea quadam desuncta ex libris Biblicis, secundo præsertim Macchabæorum (quem librum post Christi tempora confictum arbitror, temporibus persecutionum: fidem ejus certè in historiis laborare diù est, cùm notaverunt eruditi;) item ex B. Cypriano*

Digitized by Google

Patrumque aliis, qua pro facultate meâ passim indicare studui. De eodem hoc opusculo, quod B. Hieronymus simplice titulo DE PERSECUTIONE *designat, quomodò & Tertulliani librum memorat, quem ipse paulò fusiùs* DE FUGA IN PERSECUTIONE *inscribit, agam, si* DEO *visum fuerit, prolixiùs olim; præsertim si meas in manus pervenerint subsidia, hactenùs quidem frustrà quæsita, uti Joannis Sarisberiensis opusculum argumenti ejusdem, de quo ipse Polycratici, seu de Nugis Curialium, lib.* VIII. *c.* XX. *p. m.* DCXLVIII. Libellus, *inquit*, qui de exitu tyrannorum inscriptus est, quid de tyrannis sentiam pleniùs poterit aperire, diligenti tamen compendio, *&c. Sed ille libellus an extet, satis liquidò me non scire fateor; si extat, spero indè lucis nonnihil accessurum huic præsenti. Contendenti mihi præterea hæc cum Lactantianis jam olim vulgatis pluscula fateor occurrisse, quæ convenire viderentur: ex quibus ea, quæ minùs operosè poterant excerpi, locis appositi (si quid video) aptis & parquàm similibus; ut horum sylvula, vel judicium ex collatione facere volentibus præstò esset, vel juventuti prodesset, unà cum rebus memorabilibus sermonis ubique purioris venanti vestigia. Nequeo tamen dissimulare, usquè & usquè oggessisse auribus sese veterem Epimarchi cantilenam,* Νῦφε ἐμὲ μίμνε ἄνισσον. *Imprimisque optabam, uti me de manuscripto tantum servante thesaurum plura docuisset C. Baluzius; præsertim ubi latuerit antehàc, & cujus hominis, aut societatis armario relicto, in illustrissimi Colberti migraverit Bibliothecam. Obversabantur animo etiam cogitationes alia hùc ferè ducentes. Illam orationis Lactantianæ imaginem forsitan labore summo adumbratam; illos rerum insignes apparatus, quasi scenam quandam ad captandos adplausus, videri posse compositos. In ipso codice quædam arte sordidata, arrosa, pertusa, omnia ad ementiendum vetustatis habitum. Jam olim similes fabulas dedisse ambitionem illorum, qui otio abundantes, vel effingere aliena ingenia & facultates, vel sub eorum nominibus illudere aliorum credulitati gestiebant. Hæc & alia hujus generis propè victa tamen fateor ab iis, quæ parti favebant adversa. Videbam Cl. Baluzii fidem & candorem, non minùs quàm eruditionem, à viris emunctæ naris laudari. Viros dein laudis rara hùc magis propendere deprehendi, ut ludos hic tales fieri minùs credam. Plurimùm quoque valuit rerum alibi non temerè inveniendarum (de quibusdam loquor) præstantia, aliaque non levis momenti. Quibus fultus erectusque institi cœptis, & ut aliquid etiam hìc; quod haberent, darem; qui sublatas vetustatis maculas, & alia ejus generis, penè eodem loco ponunt, quo reduviarum & præsegminum curam. Verùm hæc celeriùs deproperata, postquàm illustrissimi D. Cuperi Epistola advenere, tandemque etiam Oxonienses editio, saltem paucos, & horum rerum magis gnaros, criticas velitationes non rejecturos confisus, ea perfeci, qua hic vides. Fruere his, si videtur, mi Lector; majora autem & magis exquisita ab his expecta, quibus senescentia jam litterarum studia majore successu reducere ac reformare datum est. Quos inter celeberrimum Gravium habes, cujus in hoc opusculum emendationes promissas avidè & propè impotenter expecto. In memoratâ editione Britannicâ non tam doleo quædam D. Cuperi meisque conjecturis prærepta, quàm lætor, & his ipsis, concurrentibus magnorum hominum studiis, accedere robur & fidem, scriptoque ipsi auctoritatem. Emendationes illas nunc excerpere non vacat; fiet hoc, uti spero, propediem, alioque in schedio pluribus eas impertiar. Adolescentes verò ne quid erroris ex his imbibant, si quando hic auctor nimium in studium armorum & militiæ, quod in Diocletiano necessarium fuit, invehitur, meminerint, Lactantium alibi gravissimo errore bella inter Christianos in totum damnare. Vide lib. VI. cap. XX. p.* DCXLVIII. *Quis igitur eum in re tam absurdâ sequi velit ducem? Sed de his fortasse alibi agam pluribus. Interim vale, mi Lector, & quam expectas ipse ab aliis, mihi, sicubi lapsus sum, veniam indulge.*

DE LIBRO HOC
TESTIMONIA
ET JUDICIA ALIQUOT.

Hieronymus in Ecclesiasticorum Scriptorum Catalogo.

Inter cætera Lactantii opera, memorat DE PERSECUTIONE LIBRUM UNUM. Sequuntur Hieronymum *Freculphus*, *Honorius Augustodunensis*, *Abbas Trithemius*, & alii.

Ex Litteris Nicolai Heinsii, datis Viana ad Leccam, anno 1680. a. d. 20. Jan. ad J. C. Upsaliam.

E Galliâ libros complures haudquaquàm contemnendos nuper accepi, atque in his elegantissimum Lactantii libellum de ferali ac violento exitu Cæsarum Romanorum, qui

www.libook.com.cn

Digitized by Google

ab imperio Neronis ad ſua tempora Chriſtianos eſſent perſecuti. Hunc Cl. Baluzius Miſcellaneorum ſuorum volumini inſertum primus publicavit.

www.libtool.com.cn

Ex Litteris Gisberti Cuperi ad Conſtantinum Hugenium, Celſiſſimo ac Sereniſſimo Arauſionenſium Principi à Secretis, a. d. III. Cal. Jan. anno 1682.

Lactantii ille liber elegans admodùm eſt; & quia novitate rerumque clariſſimarum diverſitate mihi placebat mirum in modum, cœpi varia loca diligentiori examine excutere, &c.

Idem in Litteris ad J. C. ſcriptis Hagæ Com. V. Non. Oct. anno eodem.

Quòd de Lactantio edendo cogitas, rectè facis; eſt enim libellus ejus dignus qui ab adoleſcentibus legatur etiam, ut jam à teneris videant, CHRISTUM DEUM ter optimum & ter maximum, verum eſſe SOSPITATOREM, DEFENSOREM, PROPUGNATOREM, TUTATOREM & CONSERVATOREM (qui tituli ementitis Gentilium diis dantur immeritò) Eccleſiæ, quam ſanguine ſuo redemit.

Stephanus Baluzius in Præfatione Miſcellaneorum libri ſecundi.

Damus, Lector, ſecundum Miſcellaneorum noſtrorum librum, in quo primum jure meritòque locum obtinet liber Lactantii de Mortibus perſecutorum, nunc primùm editus ex vetuſtiſſimo codice manuſcripto Bibliothecæ Colbertinæ; de cujus libri præſtantiâ non opus eſt plura dicere in præſentiarum, cùm abundè huic argumento ſatisfactum ſit in Notis ad illum noſtris.

Idem initio Notarum.

Inter multos ac varios codices manuſcriptos, quos vir litterarum ac litteratorum amantiſſimus, & in omni genere laudis excellentiſſimus, JOANNES-BAPTISTA COLBERTUS, in publicam ſtudiorum utilitatem ex omni Europâ, Aſiâ, Africâ comparavit, repertus eſt unus auro contrà æſtimandus, in quo continetur Lucii Cæcilii Firmiani Lactantii liber de Perſecutione, &c.

Ludovicus-Moreri in Lexico Hiſtorico, edito Gallicâ linguâ Lugduni, anno 1681.

M. Baluze a publié dans le II. Volume de ſes Mélanges un Traité de Lactance, que nous avions perdu. C'eſt le livre à Donat Confeſſeur, *De Mortibus perſecutorum*. Il y a ajoûté de très-belles Notes de ſa façon.

Antonius Pagi in Diſſertatione Hypaticâ, ſeu de Conſulibus Cæſarels, hujus libri teſtimonia paſſim vocat ad partes, neque uſquàm quin ſit Lactantii dubitat.

Ex Præfatione ad lectorem, in editione Oxonienſi.

Exhibemus ſcilicet Lactantii noſtri librum de Mortibus perſecutorum, auro contrà æſtimandum, quem per plus mille annos deſideratum eruditiſſimi Baluzii ſtudio nuperrimè recepimus. Eumque malè multatum, & lacunis ſæpiùs hiulcum, partim ex noſtris, partim doctiſſimorum virorum, Epiſcopi Aſaphenſis & Iſaaci Voſſii, conjecturis ſubindè reſtituimus, &c.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INCIPIUNT JOANNIS COLUMBI NOTÆ IN L. CÆC. LACTANTII FIRMIANI LIBRUM DE PERSECUTIONE, SEU DE MORTIBUS PERSECUTORUM.

IN TITULUM.

Pag. 180. L. *Cæcilii Lact. Firm.*] Secutus hîc sum, ut in plerisque cæteris, editionem Parisiensem, in quâ auctor non L. Cælius, quemadmodùm in vulgatis antehàc operibus, sed L. Cæcilius Lactantius Firmianus appellatur. Hoc ita mutatum est à Cl. Baluzio, vetusti illius codicis Bibliothecæ Colbertinæ auctoritate, qui scriptum hocce nobis servavit; titulum autem hunc præfert: *Lucii Cæcilii incipit liber ad Donatum Confessorem, de Mortibus persecutorum.* Suffragatur ejusdem Bibliothecæ codex alius, in quo cætera Lactantii, quæ quidem habemus, opera extant, ubi similiter vocatur L. Cæcilius Lact. Firmianus.

Ad Donatum Confessorem] Cui liber etiam de Irâ Dei, à B. Hieronymo impensè laudatus, inscribitur. Cæterùm quis hic fuerit ex tantâ multitudine eorum, qui memorantur hoc nomine apud veteres, difficile dictu est. Cùm tamen infrà cap. 16. & 35. novies tormenta cruciatusque varios ob cœlestem veritatem passus, sex item annorum carcere detentus, nec tamen victus dicatur, illustris temporum illorum Confessoris laude meritò eum à Baluzio celebrari constat. Confessores enim appellabantur eâ tempestate Martyres ut Tertullianus vocat, designati; nempè qui diris vexati modis, in confitendo nomine Christi fortiter persistebant, nondùm tamen ad mortem rapti. Undè B. Cyprianus epist. 52. ad Antonianum, *Presbytero Moyse*, inquit, *tunc adhuc Confessore, nunc etiam Martyre subscribente.* Hodiè Pontifici Romano addicti *Confessores* vocant, nullis quidem persecutionum turbinibus agitatos, præ reliquis tamen mortalibus, ut isti quidem autumant, vitæ sanctitate conspicuos.

De Mortibus persecutorum] *Mortes* in numero multitudinis Tullio cæterisque notæ optimæ Scriptoribus esse frequentatum, Vossius de Analogiâ, lib. 1. c. 40. & Baluzius initio Notarum ad hunc librum, exemplis docuere plurimis. Quibus addi possent haud pauca, si foret opus; ut illud Prudentii *ante cib.* hymno V.

Nil ista vis exercita
Tot noxiorum mortibus
Agone in isto proficit;
Ars & dolorum vincitur.

Imò & illud Lactantii lib. 7. c. 10. *Nam sicuti duæ vitæ propositæ sunt homini, quarum est altera animæ, ac altera corporis, ita mortes duæ propositæ sunt.*

IN CAPUT PRIMUM.

Pag. 180. lin. 1. *Audivit Dominus orationes tuas*] Respexit, ut opinor, illud 2. Macchab. 1. v. 5. *Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis.*

Lin. 4. *Pro fidei suæ meritis*] Joan. Vorstius ad Sulpicii Severi sacram Historiam, quem librum Sulpicii rectè & utiliter lectitant adolescentes, lib. 1. c. 23. & quidem ad verba, *merito fidei noctem avertit*, hæc annotavit: Quod auctor Ep. ad Hebr. toties dicit, ita

Digitized by Google

fide ; itemque διὰ πίστιν *per fidem*, id noſter dicit, *merito fidei*. Et vox *merito* ferè παρέλκει, ut in illo cap. 12. *Benedictionis merito majorem minori præpoſuiſſet*, id eſt, *benedictione*, vel *per benedictionem*. Vide & Notas ejuſdem in c. 47. Illud *fidei merito* uſurpat Sulpicius etiam Dial. 2. c. 11. Nempè *mereri* ſæpè accipitur pro nanciſci, adipiſci, fortiri, ita ut eventum potiùs, quàm jus & dignitatem, vel eventum etiam, non ſolùm jus & dignitatem notet, auctore magno illo Gronovio, Obſ. ad Script eccleſ. c. 7. p. 76. ubi vide quæ ex Plauto, Terentio, Cicerone, aliiſque adfert. Sic in precibus Eccleſiæ veteris, *Ut per ejus adventum purificatis tibi mentibus ſervire mereamur*. Nihil in ſcriptis horum temporum frequentius.

Ibid. *Addetur his omnibus adverſarius*] Paganis, qui videbantur antehàc impunè graſſari in Chriſti gregem, apponitur ultor, qui eos coerceat. Sic Virg. Georg. II.

An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra ;

Et Æn. VI. in verbis Sibyllæ :

—— *Nec Teucris addita Juno*
Uſquàm aberit.

Vide illic Servium, imprimiſque Macrob. Saturn. 6. c. 4.

Lin. 6. *Proſligatæ nuper*] Sic Lactantius Inſtit. 5. c. 2. *Quippè cùm ſapientia profeſſor* (Epicurus) *proſligare ſapientiam niteretur*. Cap. 4. *Ut omnes, qui ubique idem operis efficiunt, uno ſemel impetu proſligarem*. Idem verbum Lactantio reddendum eſt lib. 6. c. 23. *Animas ad ſanctitatem genitas, velut in cœni gurgite demerſit, pudorem extinxit, pudicitiam proſligavit*. Sic aliquot & ſcripti, & editi codices, teſte Servatio Gallæo, cujus tamen editio habet, *flagitavit* : ipſe mallet, *flagitavit* ; quorum neutrum ſat firmis illic adſtrui poteſt tibicinibus. De recto uſu verbi hujus adeant adoleſcentes Gellium, lib. 6. cap. 23.

Pag. 181. lin. 6. *Nunc placatus ſervorum ſuorum Deus*] Excidiſſe videtur vox *precibus*, aut alia ſimilis ; quam ſi reſtituas, plenior ſermo erit, multòque concinnior. Sic lib. de Irâ Dei, c. 21. *Itaque Deus non thure, non hoſtiâ, non pretioſis muneribus, ſed morum emendatione placatur. Moyſi precibus placatum Dominum cladem avertiſſe*, ait Sulp. Severus. Nonnihil dubitationis tamen injicit 2. Macch. 1. 2. Qui liber quo loco habeatur à doctis, haud neſcio : aſſiduè tamen eum legiſſe videntur Chriſtiani temporibus perſecutionum, ob argumenti convenientiam. Hujus certè ſcripti auctorem aliquot locis ex illo quædam verba retuliſſe, ſatis conſtabit infrà. Obſcurior eſt ſeries verborum : ſed ita jungenda tamen ea puto, ut *ſervorum ſuorum fidelium Deus* dicatur, quomodò & alibi in ſacris Litteris frequentiſſimè Deus Abraham, Iſaac & Jacob dicitur. Inſpice ſodes ; & utrum putes eligendum, ipſe, mi lector, ſtatue.

Lin. 11. *Diſtulerat pœnas eorum Deus*] Graviter in argumento ſimili Gregorius Nazianzenus, Invect. III. in Jul. Περίτιεσο μὴ ὅτι ὑπέμεινε ἔτι ἀνῆκε, καὶ ἀνεβάλετο τὴν ὑπὲρ ὑμῶν ὀργὴν ὁ θεὸς, καὶ ὅτω πάντα τὸν ἑαυτῷ ζῆλον ἐξέκαυσαν, ἀλλ' ὑφηλὴν ἔτι κατὰ τῶν δικῶν ἔχει τὴν χεῖρα, καὶ τὸ τόξον ἐντέτευκε μὲν καὶ ἡτοίμακε· Κατέχει δὲ βία, καὶ ἄκαιρόν τι νόσημα ὕπουλον καὶ κακόηθες ἐκκαυγῆναι περίεσον ὅλην αὐτῶ πυρκαϊὰν ἀνάψαντα· Ὅταν δὲ τῆς κρίσεως ἡμῖν νόμος, τὴν ἢ σὺν μετανοίᾳ, ἢ πολάσεσιν δικαιότερα. Verùm hanc doctrinam ex divinis Litteris, & fidelibus earum interpretibus antiquis noviſve tradere, non eſt inſtituti mei. Præter eas tamen, undè præcipuè peti illa debet, non contemnenda ſunt penitùs, quæ ducti lege conſcientiæ datâ, aut ab aliis edocti pronuntiarunt οἱ ἔξω. Qualis illa interrogatio Andromaches ad Menelaum, apud Euripidem :

Τὰ θεῶν δ' ἐν θεοῖς, τίς ἔχει τῆς δίκης ;

Item illa Chori, in aliâ ejuſdem tragœdiâ :

Πέφυκα μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀθέσφατα ναί-
ουσιν ἐρέσσει τὰ βροτῶν ἀγαθίδαι.

Quàm eximia etiam illa, quæ ex Antiopâ ejuſdem conſervavit nobis Stobæus :

Δίκα τοι δίκα χρόνιος.
Ἀλλ' ὅμως ὑποστιβεῖ-
σ' ἔλαθεν ὅταν ἔχῃ,
Τὸν ἀσεβῆ βροτῶν.

Hoc eſt, interprete Grotiò, viro illuſtri,

Jus ſerò veniat licet,
Jus eſt ; attamen impio
Pœnas quas decet, irrogans,
Tanquàm ex inſidiis latet.

Ubi *Dice*, ſeu *Juſtitia*, Paganorum Deam notat ; eſtque eadem quæ Aſtræa, Themis, Erigone, Nemeſis, Adraſtia, aut certè non valdè diverſa. De quâ fuſiùs agit vir eruditionis raræ prorſùſque copioſæ, Samuel Bochartus, Hierozoici part. 2. lib. 5. cap. 2. ubi præceps illud Melitenſium de S. Paulo judicium, ὅτι δίκη ζῆν οὐκ ἔασεν Act. 28. v. 4. doctè peritèque expendit & illuſtrat. Cujus notæ plura cùm & alibi, tam in diverbiis, quàm in choris, ubi partes ſuas agere ſolet poëta, paſſim apud Euripidem exſtent, mirum non ſine causâ videri poſſit, cur Plutarchus, & forſitan Sextus Empiricus, in verſibus

Digitized by Google

quos emendatiores nobis dedit Petrus Petitus, vir doctissimus, impiam & sacrilegam sententiam, quam ex personâ Sisyphi protulit, ipsi Euripidi, tam solerti & perito rerum humanarum rimatori, tribuere non dubitent. Sed in hæc penitiùs nunc inquirere nihil attinet. *Vigilat utique, vigilat sempiternus ille justitiæ vigor, vigilat oculus arbiter & vindex rerum perpetuus; aliquoties serus, sed scrupulosus quæsitor rectè gestorum vel seciùs*, ut ferè ait Am. Marcellinus. *Quàm autem lento gradu ad vindictam sui procedit, tarditatem supplicii gravitate compensat*, ut habet Val. Maximus. Quâ de re clariùs & prolixiùs Theologi. Nec penitùs tamen contemnenda sunt, quæ scripsere de hoc argumento extranei, præsertim Seneca & Plutarchus; nec quæ ex diversis congessere eandem in sententiam varii, ut Erasmus in Adagiis, *Dii laneos habent pedes*: *Reperit Deus nocentem*: Mornæus de verit. Rel. Christ. c. 12. & 24. Lipsius de Constantiâ lib. 2. c. 13. 14. 15. Barthius Adversar. p. 2907. Christoph. Ad. Rupertus ad Val. Max. p. 31. &c.

Pag. 182. lin. 3. *De quo exitu.*] Verba quæ exciderunt, ita fortè supplenda sunt, ait vir amplissimus Cuperus. *De quo exitu imperiorum testificari placuit, ut omnes qui procul moti fuerunt, vel qui post nos futuri sunt, scirent quatenùs virtutem ac majestatem suam in perdendis delendisque nominis sui hostibus Deus summus ostenderet.* Idem paulò post: *Auctores. . . .* Excidit fortè, inquit, *tantorum scelerum*, vel, *persecutionis*. Ego de cæteris assentior viro amplissimo: pro eo autem quod subjicit *imperiorum*, commodiùs substitui arbitror *crudelium principum*, aut *tyrannorum*; quomodò & postea librum edidit Joannes Sarisberiensis, *de Exitu Tyrannorum*; nec multò aliter vir illustris, Nicolaus Heinsius, ut ex verbis allatis colligere est, præsens hoc opusculum appellasse, aliisque forsitan appellandum putasse videtur. Paulò aliter etiam sequentia fateor me antehàc accepisse. Nam per *motos procul*, intellexi *procul à veritate motos*, sive *dimotos*; ut in Psalmis מוט & affinia verba solent reddi: quomodò etiam *lapsos* appellarunt Christiani, qui defecerunt in gravissimis illis persecutionum certaminibus, & vel penitùs rediere ad Paganismum, vel semel deliquerunt, thure in aram idolorum jaciendo. Et huic quidem conjecturæ si quid tribuendum, locus totus sic fuerit constituendus: *De quo exitu sævissimorum principum testificari placuit, ut omnes qui procul moti fuerunt, vel posthàc aberraturi sunt, scirent quatenùs virtutem ac majestatem suam in perdendis delendisque nominis sui hostibus Deus summus ostenderet. Rectè autem & ordine sermo meus processurus est, si à principio qui fuerint auctores persecutionis, & quibus pœnis, &c.*

Pag. 173. lin. 1. *Qui fuerunt auctores.*] Et ratio syntaxeos, & sequens verbum *vindicaverit*, ostendunt scriptum fuisse à Lactantio, *qui fuerint auctores*, non *fuerunt*.

Ibid. *In eos vindicaverit.*] Lactantius lib. 2. c. 4. *Atenim sæpè ipsi quoque in sacrilegos vindicaverunt.* Similiter idem c. 4. ejusdem libri, & lib. 4. c. 17. item Hegesippus (sive ille est Ambrosius, ut verè videtur collegisse vir quidam magnus, sive alius) & Ecclesiastici Patres Latini, nec non Vegetius, Gellius, Julius Capitolinus, aliique passim.

IN CAP. II.

Pag. 183. lin. 2. *Cruciatus est*] Glossæ Labbæi *Cruciat & crucificat*, σταυροῖ. Lactant. Instit. 1. c. 16. *Ab hominibus insigni supplicio affectum & excruciatum.* Et mox, *impium consilium de eo tollendo cruciandoque ceperunt*, c. 18. *Et cruciaverunt eum in humilitate magnâ.* c. 21. *Mirari desinet Deum ab hominibus esse cruciatum.*

Ibid. *Post diem X. Kal. Apr.*] Elliptica locutio, quam supplere possis, post exortum diem decimum Kal. Apr. sive post eum diem incœptum. Ita verba Christi, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι, à plerisque Doctioribus exponuntur, postquàm venerit dies tertius. Sic apud Marcum c. 9. v. 2. *post sextiduum*, valet, sexto die inchoato. Hæc & plura, post Antonium Augustinum & quosdam alios interpretes juris, ad legem CXXII. de verb. signif. Scioppius, Wisembachius, & nuper ad intelligenda veterum scripta utili opere de intercalatione Philippus Munckerus, quem ad lib. 1. c. 2. num. 4.

Lin. 3. *Duobus Geminis Consulibus.*] Problema Chronologorum de anno, mense, & die, quo Christus Dominus salutiferâ passione genus humanum redemit, mei quidem propositi non est explicare; hoc enim agere si quis instituerit, ut veterum pariter diversas excutiat sententias, & recentiorum etiam calculos subducat, opus est. Suffecerit in præsens monuisse, multorum è Patribus opinionem hanc fuisse, quam Lactantius sequitur; Tertulliani nempè, Julii Africani, Hieronymi, Augustini, nec non Sulpicii Severi, & Pauli Orosii, imò & recentiorum, Glareani atque Haloandri, uno tantùm anno Christum prædicasse Evangelium solemniùs, eo-

que

que peracto, proximo indè, C. Rubellio Gemino & Fusio Gemino Consulibus, passione ac morte functum esse. Eorum autem, qui hoc tempore cum curâ quæstionem hanc agitant, illis videtur præ cæteris accedendum, qui consentiunt quidem in hoc cum veteribus, quintodecimo anno Tiberii Imperatoris Christum baptisatum esse, cùm hoc dicat Lucas disertè, c. 3. nimirùm Appio Junio Silano & P. Silio Nervâ Consulibus: ex eo autem quatuor paschata egisse, aut certè ante quartum, ingens illud, & omnibus omnium temporum hominibus piis venerandum sacrum obiisse; atque adeò hoc Sergio Sulpitio Galbâ & L. Cornelio Sullâ Consulibus fuisse peractum. Et hæc sententia est Scaligeri, cui se adjungunt ex nostris, qui feliciùs horum temporum rationes componunt. His proximum affecuti videntur gradum, qui unum addunt annum, ante paschа quintum rati filium Dei mortem illam generi humano salutarem occubuisse: cæteri abeunt longiùs. Ad mensem & diem quod attinet, satis constat ex historiâ sacrâ, Christum passum & mortuum esse die quartâ decimâ mensis Nisan, primo post æquinoxium plenilunio; hoc est, si Scaligerum sequimur, Aprilis die tertiâ. Sin unum adjiciendum Scaligerianæ summæ putaverimus annum, lunarem nempè, (nam intercalatio ter in octaëteride fieri solita in illum annum incidisse non videtur] dies σταυρώσιμος fuerit, X. Kal. Apr. in quo, aut circa quem, plurium è veteribus vel computatio vel secuta priores narratio conquiescit. Sed hæc pleniùs ac limatiùs elaboranda lubens aliis relinquo.

Pag. 184. lin. 1. *Quo officio repleto.*] Eleganter officii voce utitur, pro administratione. Nihil notius aut usitatius de Comitibus palatii, Præsidibusque & judicibus provinciarum, imò & de Apparitoribus: afferam tamen nonnulla forsitan infrà. Græci quoque Patres ministerium Christi διακονίαν vocant.

Ibid. *Procella nubis.*] Monet optimè perillustris Cuperus, à divinarum ductu litteratum non fuisse recedendum. Certè externas istas tenebras cum cœlesti luce temerè interdùm miscuisse, non parùm obfuit quibusdam Ecclesiæ priscæ Patribus. Ita hîc quoque vereor, ne ἐντύφια istud, quasi Christus repentinæ interventu procellæ sit ereptus oculis suorum, obhæserit Lanctantio ex iis, quæ de Romulo apud Livium cæterosque Historicos Romanos leguntur: ut de Homeri aut Virgilii nubibus, quibus illi Deos suos aut heroas abscondunt, nihil dicam. Haud multò meliùs lib. 4. c. 21. nubem illam *repentè* se circumfudisse dicit; cùm tamen ex divinis Scripturis placidè ac leniter, ut pleraque Christi acta in terris, res gesta colligatur. B. Cyprianus prope finem libelli de Vanitate idolorum, paulò simpliciùs & rectiùs: *Tunc in cœlum*, inquit, *circumfusâ nube sublatus est.*

Lin. 7. *Fundamenta miserunt.*] Sidonius Apollinaris lib. 2. Epist. 11. *Neque jam semel missa fundamenta certantis amicitiæ, diversis honorum generibus exstruere cessarem.* Non multò secùs Agrariæ rei Scriptores dixerunt, *lineam* aut *limitem mittere*, *secundum fundi litterariam normam mittere*, & similia. *Radicem mittere* habes apud veterem Bibliorum interpretem 2. Reg. 19. *Murum aut vallum mittere*, apud Lampridium in vitâ Sept. Severi, c. 12. pro quibus vetustiores *agere radicem*, *ducere murum*, dixerunt.

Lin. 8. *Petrus Romam advenit.*] Historiæ illius veritas adhuc in dubio est, quâ Petrum attinet.

Pag. 185. lin. 1. *Ac stabile.*] Solet ita etiam Lactantius ipse; ut lib. 4. c. 24. *Habeatque radicem & fundamentum, stabilisque apud homines & fixa permaneat;* & lib. 7. c. 10. *Cùm verò sibi domicilium stabile collocavit, &c. Fidele* verò quod vocat, idem est; alterum enim interpretatur. Existimo autem Hebraismum esse, & respici verba Dei, quibus per Ahiam Prophetam Jeroboamo, sub conditione si piè ageret, Deique legibus insisteret, firmam ac stabilem domum promittit, 1. Reg. 10. v. 38. *Ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodò ædificavi David domum.* Veram autem Dei Ecclesiam, ut annotavit ad superius Caput illustris Cuperus, sancti Patres passim *domum* aut *templum Dei* vocant, sacrarum nempe litterarum ductu. Et sic Lactantius quoque multis in locis: ut lib. 4. c. 10. ait, *Filium Dei descendisse in terram, ut constitueret Dei templum, doceretque justitiam.* Sic cap. 11. *Volens igitur Deus metatorem Templi sui mittere in terram, noluit eum in potestate & claritate cœlesti mittere;* cap. 13. *Ecclesia est verum templum Dei, quod non in parietibus est, sed in corde ac fide hominum, qui credunt in eum, ac vocantur fideles; illud verò Solomonium templum, quia manu factum est, manu cecidit.* Adde initium capitis 14. ubi multa & præclara. Item lib. de Irâ, c. 2. ubi similiter Christum vocat *divini & immortalis templi conditorem.* Ex aliis plura colligere vitandæ prolixitatis gratiâ supersedeo.

Lin. 3. *Ad religionem novam.*] Dicam hanc ubique Christianis impegisse homines è pago verum est; ac idem facit etiam Galerius in edicto, quod Græcè apud Eusebium & Nicephorum, Latinè infrà hujus libri capite 34. legitur. De sensu verborum Julii Capitolini, si omninò & mihi eundum est in partes, Casaubono me accedere fateor; alter vir summus in nodo, quem ipse fatetur difficilem, sic ad emendationem confugere videtur, ut Poëta non optimus ad machinam, Sed hoc amor veritatis excuset dictum de viro, quem alioquin, uti par est, admiror & suspicio.

Lin. 5. *Ad excidendum cœleste templum.*] Sic Lactantius lib. 5. c. 3. *Cùm veritatem penitùs excidere connixus esset.* Ita *excidere vitia* lib. 3. c. 26. quomodò illic duo vetustiores codices; item lib. 6. c. 15. & De Ira Dei, c. 17.

Lin. 9. *Nusquàm repentè comparuit.*] Hoc ità ab auctore hujus opusculi paulò minùs mirabimur tradi, si meminerimus à Tacito lib. 2. Hist. c. 8. narrari, diù post mortem ejus vagatam de eo quasi vivo famam. *Sub idem tempus*, inquit, tenente scilicet rerum summam Vespasiano, *Achaja atque Asia falso metu exterrita, velut Nero adventaret: vario super exitu ejus rumore, eoque pluribus eum vivere fingentibus credentibusque.* Persequitur dein, quas turbas dederit Neronem se fingens vilis quidam homuncio; de quibus ipsum adi Historicum, aut Casauboni notas ad Suetonium. Firmatum verò falsis hisce rumoribus errorem, qui adhæsisse videtur multis temporum illorum Christianis, Neronem aut superstitem, aut novissimis temporibus revicturum, ut adversùs Christianum nomen omne sæviat, cum Lactantio nostro tangunt & refutant quidam Ecclesiæ veteris Patres; ut Hieronymus in c. 11. Danielis, Augustinus de Civit. Dei lib. 20. c. 19. Ambrosius ad 1. Cor. 4. v. 9. Alii & ipsi Neronem aut Antichristi typum, aut ipsum Antichristum fuisse ac futurum esse, suspicati sunt. Vide Chrysost. in 2. Thess. 2. Homil. 4. p. m. 1504. & serm. de Eleemos. Sever. Sulp. Sacr. Hist. lib. 2. c. 29. & Dial. 2. c. ult. & c.

Pag. 186. lin. 6. *Cùm descendere cœperit . . .*] Formulas veteres elegantiasque sermonis amare Lactantium vident, qui eum legunt; optimèque notat vir insignis, idem in voce *descensoris*, aut *descendere* factum. Adeantur insuper, si placet, Adr. Turnebus Adverss. l. 9. c. 9. Interpretes Virgilii ad Georg. 2. v. 326. & Torrentius ad illud Horatii Epod. 13. — *Et imbres nivesque deducunt Jovem.* In his, quæ ad pertusæ à blattis, aut vetustate læsæ paginæ defectus circa hunc locum supplendos spectant, nihil habeo quod adjiciam, nisi quòd existimem legi posse minori mutatione, *& in ultimâ ætate*; & sic porrò, ut præit Amplissimus Cuperus: aut *& in ultima sæcula, initium Christi sanctum ac sempiternum cùm descendere cœperit, redituros pronuntiant.* Enochum verò cum Eliâ reversurum, quidam veterum putavere, teste Augustino lib. 9. de Genesi ad litteram, cap. 6. Cujus verba attulere jam alii, qui quid Gregorius Magnus eâdem de re existimaverit, etiam ostenderunt. Inclinare hùc videtur etiam Andreas Cæsariensis, commentario in Apocalypsin, p. m. 45. quem edidit unà cum quibusdam Chrysostomi libris Sylburgius; ut jam his multò antiquioris Tertulliani verba omittam aliorum operâ item nota, quæ leguntur apud ipsum lib. de Anima, c. 50. ubi plura ex eodem, propè ejusdem sententiæ, collegit Pamelius. Imò hoc ipsum è Syr. c. 44. v. 11. firmare quidam nostrorum temporum heterodoxi sunt conati, quibus non tam verba Syracidæ Græca, quàm Interpretis Latini versio favet. *Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, ut det gentibus pœnitentiam.* In Græcâ Hœrschelii editione, quam ad vetustissima exemplaria emendavit, legitur: Ἐνὼχ εὐηρέστησε κυρίῳ, καὶ μετετέθη, ὑπόδειγμα μετανοίας τοῖς γενεαῖς. Verùm de his multò satiùs fuerit adire celebratissimi nominis Theologum Helmestadiensem D. Georgium Callixtum, Tractatûs de supr. Jud. parte eâ, quâ de signis agit decretorium illum diem præcessuris. Ab eo refutatum esse hunc errorem egregiè, judicium est Joan. Henr. Bœcleri, viri celeberrimi & doctissimi, Histor. Univ. pag. 210.

IN CAPUT III.

Pag. 186. lin. 1. *Non minor tyrannus*] Is fuit Domitianus, *quem dixit calvum sua Roma Neronem*, ut ait Ausonius. *Portionem Neronis de crudelitate* vocavit Tertullianus in Apologetico; & in lib. de Pallio, *Subneronem.*

Pag. 187. lin. 2. *Incubavit cervicibus*] Lactant. Instit. lib. 5. cap. 9. *Qui autem cultores Dei se non abnegaverint, in eos totis carnificina suæ viribus incumbunt.* L. 7. c. 19. Siquidem *capto modo cum magnis latronum exercitibus incubabit.*

Lin. 6. *Etiam memoria nominis ejus eraſa eſt.*] Meminerunt hujus ritûs Dio Cassius, Herodianus, & Latini Scriptores Historiæ Augustæ, multis in locis. Imò & Lactantius hujus opusculi capite ultimo ad eum alludit.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Lin. 7. *Opera fabricasset*] Symmachus lib. 1. epist. 52. *Urbana opera summis fastigiis excitabam.* Spartianus in vitâ Hadriani, c. 19. *Cùm opera ubique infinita fecisset, nunquàm ipse, nisi in Trajani patris templo, nomen suum scripsit.* Sed hoc vulgatissimum est. Opera autem Domitiani recensentur à Suetonio, Eutropio, pleniſſimèque ab Eusebio in Chronico, num. M M C. Capitolium refectum, Odeum, Forum transitorium, Stadium, Horrea piperatoria, & plura: de quibus adi viros maximos, qui memoratos Scriptores illustrarunt notis.

Lin. 8. *Nomen ejus persecutus*] Tertull. de Patientiâ, c. 2. *Nomen cum familiâ ipsius persequentes.* Aur. Victor de Cæsaribus, c. 3. *Gentem omnemque affinitatem armati persequuntur.*

Pag. 188. lin. 1. *Manus porrexit*] Lact. lib. 7. c. 15. *Sublatâ enim Carthagine, manus suas in totum orbem terrarum terrâ marique porrexit.*

In Caput IV.

Pag. 188. lin. 2. *Quis enim justitiam, nisi malus persequatur?*] Tertullianus Apologet. cap. 5. *Tales semper nobis insecutores, injusti, impii, turpes: quos & ipsi damnare consuestis, & à quibus damnatos restituere soliti estis.* Confer. lib. 1. adversùs Nationes, c. 7. & alia aliorum dicta hujus sensûs plurima. Nam pii quorumlibet temporum homines verè sic gloriantur, solis se malis odio esse: sed verba eorum afferre prolixæ foret operæ.

Lin. 4. *Profectus adversùs Carpos*] Auctor hujus libri Carpos nominat solos, cùm constet adfuisse cum Carpis populos alios multis partibus numerosiores; Boranos puta, Gothos, Vrugundos, ut eos vocare solet Zosimus; imò & Astringos, Taphilos, & plures, quos recenset in hâc Historiâ Jornandes. Solos tamen Carpos Lactantius nominat, quippè qui crebris incursibus in Romana cæteris essent notiores. Idem Jornandes de rebus Geticis c. 16. *Sed & Carporum tria millia accessere, genus hominum ad bella nimis expeditum, qui sæpè Romanis infesti sunt.* Adde quæ notarunt eruditissimi viri, Cellarius ad Zosimum lib. 1. c. 28. & Baluzius ad hæc Lactantii. Factum verò esse non rarò, ut à gente vixdùm victâ, nedùm perdomitâ, cognomen assumserint Imperatores, notum est; item tyrannos ab iis populis titulos habuisse, quos ne lacessivissent quidem bello. Verùm de his pluribus fortasse aliàs.

In Caput V.

Pag. 190. lin. 1. *Illud esse verum dicebat*] Ambigebam nonnihil, excidisseme hic vox aliqua, *jugum* videlicet, aut *tropæum*, aliave similis. Sed consultus eâ de re amplissimus & doctissimus Cuperus, hunc scrupulum mihi exemit. Quòd autem res suas per picturas, aut incisos lapides, memoriæ prodere solerent Romani, vitio vertendum non puto. Quot res pulcherrimas haberemus notiores, si studium hoc fuisset gentibus etiam aliis! Legantur, si lubet, quæ Plinius lib. 35. c. 4. de Messalâ, L. Scipione, Hostilio Mancino, imprimisque de Augusto narrat; item quæ Aur. Victor de L. Æmilio triumphum de Liguribus in tabulâ pictum proponente publicè, & alia apud alios passim. Nec pingebant modò, sed marmoribus item incidebant res gestas frequentissimè; quod ex tropæis marmoreis Marii, quæ supersunt etiam nunc, ex arcubus Constantini aliorumque triumphalibus, monumentisque aliis, docet Cæsar Bulengerus in Commentario de triumphis. Nummi quoque, ut jam monuit illustris Cuperus, ostendunt passim, victorias suas quanto studio posteris notas reddere laboraverint; in quibus non modò plurimi occurrunt, Cæsarum qui referant tropæa, sed nonnulli liberâ quoque civitate facti, in quibus victor premit victi cervicem, aut terga. Exemplo sit ille Pauli Æmilii apud Goltzium, in quo non multò secùs ac Sapores insultat victo victor.

Usque ad vitium tamen laborasse Romanos de suis omnibus picturâ similibusque exprimendis artibus, temporis præsertim eorum, qui hîc memorantur, Imperatorum, non dissimulat Casaubonus ad vitam Pescennii Nigri, cap. 6. quem velim adiri. Sed jam exigit (puto) Lector, ut laudata superiùs ab amplissimo Cupero Nazianzeni verba exhibeam. Νόμος ἐστὶ βασιλικὸς, ὃν οἶδα μὲν ἐγὼ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις παρ' ὅσοις τὸ βασιλεύεσθαι, ῥωμαίοις δὲ καὶ τῶν σφόδρα (1) ἀπεδαζομένων, εἰκόσι δημοσίαις πεμπέσθαι τοὺς βασιλεύοντας. ὃ γὰρ ἐξάρκυσιν οἱ στέφανοι, καὶ τὸ διαδήματα, καὶ τὸ τῆς ἀλυσιδώτου ἄγθος, ὅτι δεδεμένοι νόμοι. καὶ φόβοι, καὶ τὸ τῶν ἀρχομένων πλῆθος, συγκαλοῦν (2) τύποις τὴν βασιλείαν. ἀλλὰ δεῖ καὶ προσωγύσεως αὖ λοῖς, ὑφ' ὃς σεμνότεροι δόξουσιν ὦν ἴν' αὖ πρὸσκόπωνται μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν (3) ὧν πλάσμασί τε καὶ χεύμασιν, ἴν' ᾖ τὸ σέβας αὖ λοῖς ἁπλουστέρου τε καὶ τελειότερον (4) ταύταις ταῖς εἰκόσιν ἄλλοι μὲν ἄλλο τῶν βασιλέων προπαραγεγράφθαι χαιρήσει. οἱ μὲν τῶν πόλεων τὰς λαμπροτέρας δωροφορήσας, οἱ δὲ νίκας ὑπὲρ κεφαλῆς στεφανήσας, οἱ δὲ τὺς ὠν τέλει προσωγύγτας, καὶ τοῖς τῶν ἀρχῶν πομπεύσας (5) συνθήμασιν. οἱ δὲ θεροφορίας καὶ ἐυσυχίας, οἱ δὲ βαρβάρων ἁλισκομένων, καὶ ὑπὸ τοῖς ποσὶν ἐρριμμένων [ἢ κτεινομένων] (6) πολυειδῆ σχήματα. φιλοῦσι γὰρ ὁ τὰς ἀληθείας τῶν πραγμάτων μόνον, * ἀλλὰ καὶ (7) τύπων ἐπαίλματα. Ve-

(1) Ed. Gr. Lat. Par. A. 1630. habet λίαν, pro σφόδρα.

(2) Ead. συγχρατεῖν.

(3) Ead. τὸ pro τῶν.

(4) Ead. τελεώτερον.

(5) Ead. πομπεύσας.

(6) Desunt in eâdem Editione voces uncinulis inclusæ.

* Ead. addit hoc loco, ἐφ' ὃις μέγα φρονεῖσιν.

(7) Ead. καὶ τὰ τύπων.

Digitized by Google

rè hæc ſanctus ille Scriptor ; foretque facillimum hæc omnia ſingulatim illuſtrare. Sed cùm quivis idem poſſit non nimiùm ignarus rerum Romanarum, contentus ero notaſſe in præſens, originem conculcandorum à victoribus collorum, aut tergorum, videri ab Oriente profectam, & perantiquam eſſe. Ità Joſuæ ducis juſſu, primores Iſraëlitarum colla Regum devictorum calcant pedibus, Joſ. 10. 24. Ab hâc tam veteri, tam notâ conſuetudine, phraſis illa videtur orta, *συνλείβειν ὑπὸ τὸς πόδας*, ſive *conculcare* : ſignificare autem *ſubigere*, ſeu *domare*, aut in ordinem redigere hoſtem, modumque illi ponere, ne noceat in poſterum. Habes eam Geneſ. 3. 15. Pſ. 119. 118. Rom. 16. 20. Quibuſcum aliquot alia dicta Biblica conveniunt. Quæ omnia licèt ſanctiſſima ſint, planèque myſtica, conſuetudinem tamen Orientalium oſtendunt. Verùm de his alii pluribus.

IN CAPUT VI.

Pag. 190. lin. 1. *Veſanus & præceps*] Id inter alia ſatis oſtendit uſurpatus *Domini* ac *Dei* titulus, de quo vide illuſtr. Spanhemium in de Præſt. & uſu num. p. m. 729. De perſecutione ab eodem inſtitutâ, vide quæ collegit Ant. Pagius in Diſſertatione eruditâ de Conſulibus Cæſareis, p. 380.

Pag. 191. lin. 4. *Canofrurio*] καινὸν φρύαμον vocat Pæanius ; ideòque per Æ ſcribendum eſſe, ne Scaligerum quidem monere piguit.

Lin. 6. *Ab amicis interemptus*] Amicos dici Regum, quos ad interiorem admiſſionem & conſilia ſecretiora ſibi habent proximos, & hanc eſſe illam Ariſtotelis, καθ' ὑπεροχὴν φιλίαν, docuerunt homines eruditionis laudatiſſimæ. Aureliani verò, ſanguinarii principis, minas ut occuparet Mneſtheus, unus libertorum ejus, (Zoſimo dicitur Eros, & τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀκροάσεων μυνλὴς τελαγμένος, lib. 1. c. 62. id eſt, Officiorum magiſter) plures in necem ejus, partim veris, partim falſis terroribus concitavit : prorsùs ut poſteà Commodus in ſe irritavit ſuos, apud Spartianum in Commodo, c. 9. Vide Vopiſcum in Aurel. c. 36. Aurelium Vict. Cæſ. c. 35. Epit. c. 50. Eutropium lib. 9. c. 9.

Lin. 8. *Contra Deum fecerunt*] Cælius apud Ciceronem ad Att. lib. 10. *Nunc te contra victorem Cæſarem facere, ſumma ſtultitia eſt.* Ita indignus ille loco ſuo Antiſtes, ſeu Epiſcopus, apud Optatum Milevitanum : *Et hunc occidi, & quicunque contra me fecerit, occidam.*

IM CAPUT VII.

Pag. 191. lin. 1. Ut firmet id, quod ſuprà dixit, Chriſtianos non niſi malis odio fuiſſe ; de Diocletiano imperiique ejus participibus dicturus, multa eos perversè docet egiſſe ; inque mores & inſtituta eorum graviter invehitur. Quanquàm verò tyranni iſti ſæviſſimâ & atrociſſimâ Chriſtianorum lanienâ omnis ævi, quod exindè fuit, & poſthàc, ſi ſic Deo viſum, futurum eſt, odia meruerint ; videant tamen gnari illorum temporum, ſerviatne hîc in nonnullis Lactantius propoſito ſuo, idque ſic, ut nonnunquàm ea carpat, quorum ratio diverſa eſt, multòque ſecùs ab aliis narrantur & explicantur.

Ibid. *Scelerum inventor, & malorum machinator*] Lact. Div. Inſtitut. 7. c. 24. *Princeps dæmonum, qui eſt machinator omnium malorum.* Ita *ſcelerum inventor* Uliſſes Maroni, Ruffinus Claudiano appellatur.

Lin. 3. *Tres enim participes regni*] Idem Claudianus 2. in Ruf.

Increpat Auguſtum, ſcandat ſublime tribunal,
Participem ſceptri, ſocium declaret honoris.

Sic apud Am. Marcellinum lib. 26. dicitur Valentinianus fratrem Valentem produxiſſe *participem legitimum poteſtatis, ſed in modum apparitoris morigerum.* Et auctor vitæ Sept. Severi, c. 8. *Cùmque Severum ad participatum vocaret* (Peſcennius Niger,) *contemtus eſt.* Porrò ut de inſtituto hoc Diocletiani in adoleſcentiæ gratiam ſummatim aliquid dicam, nihil notius eſt illo Homerico, ὄχ' ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, οὐκ ἐσθλὸν· εἷς κοίρανος ἔστω. Hoc plurimis comprobatum eſt aſſenſibus aliorum, ut Euripidis Androm. Act. II. choro :

Εἷς δ' ὕναμις ἀνά τε μίλαθρα, κατά τε πόλιας.

Senecæ item, & Philoſophi lib. 1. de Clementiâ, c. 4. & Poëtæ in Medeâ, Lucani lib. 1. & quorum ibi illuſtris Grotius meminit. Quin Hieronymi quoque ad Ruſticum Monachum hæc ſunt verba : *Etiam muta animalia & ferarum greges ductores ſequuntur ſuos. In apibus principes ſunt : grues unam ſequuntur ordine litterato. Imperator unus, judex unus provincia*, & reliqua. Quibus adde Cyprianum, de Idolorum vanitate, p. m. 289. & ejus verba mutuantem Minucium Felicem, ex quo ſimul Fulvii Urſini emendatio firmatur, pro *diſceſſit*, legentis *deſit* ; ubi habes plures in hunc ſenſum laudatos à clariſſimo doctiſſimoque Ouzelio, p. 139. Nec præterire decet Lactantium noſtrum Inſt. l. 1. c. 3. & 5. Horum aliorumque judicia ipſa probat veritas ; feciſſetque haud dubiè prudentiùs Imperator Diocletianus, ſi non tam æquando ſibi paulatim Maximiano, cæteriſque dein adjungendis, aperuiſſet in futura tempora

www.libnet.com.ua
Digitized by Google

latam inteſtinis diſcordiis feneſtram, quàm legendis idoneis ubique miniſtris & vicariis; ſummâque imperii per omnes partes retentâ, quieti ſuorum ratione tutiore conſuluiſſet. Ita certè judicat Firmianus noſter, & rectè. Alios tamen quoſdam haud neſcio abire in alia omnia. Laudat profectò Valentinianum Ammianus, lib. 26. quòd *magnitudine urgentium negotiorum ſe ſuperari conſiderans, nihil morandum putaret, quin fratrem Auguſtum pronuntiaret.* Idem de Diocletiano pronuntiat Zonaras Annal. T. 2. Α'ναδὺς δὲ περὶ τὸ τῆς βασιλείας ὑπέρογκον, κοινωνὸν αὐτῆς προσλαμβάνεται κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς ἡγεμονίας αὐτῦ. ὃ καθ' ἑτέρους, κατὰ τὸ δύοδεκον. At Mamertinus nimiùm πατηγυρικῶς: *Vos, qui imperium non terra, ſed cœli regionibus terminatis, tantam vim, tantam poteſtatem mutuò vobis impartire, divina profectò immortaliſque fiducia eſt, quam cupiditas perturbet:* Paneg. ad Maximianum, c. 10. Quibus paria, aut etiam ampliora habes in Genethliaco, cap. 6. Quid dicemus igitur de tetrachordo hoc à Juliano Parabate aliiſque non parùm laudato? Reſpondet noſter etiam hic Scriptor, non fuiſſe ſinceram illam concordiam, ſed temporum cauſâ ſervatam utcunque ſocietatem: non amicitiam virtute matre natam & cultam, ſed qualis inter latrones & πολιορκοπλόκους in mutuam opem fit, conſpirationem. Nec profectò indignum eſt obſervatu, vultus quoque ſimillimos habuiſſe, (inſpice nummos utriuſque) quos natura ingeniis, fortunâ, ſorte, vitâ, inſtitutis & actionibus tam aptè comparaverat. At ſi cæteros duos ſpectamus, Conſtantius ob ingenii lenitatem ac comitatem, non probavit paris iſtius crudeliſſimi mores: ſed tulit utcunque, cùm emendare non poſſet. In Galerio autem tetrachordum nimis diſcrepabat, qui & aliàs terrori fuit duobus illis ſenioribus, & ad extremum coëgit imperio ſe abdicare ſocerum Diocletianum, quem & Herculius dein eſt imitatus. Sed hæc hactenùs; nam ſi quis ſeriâ paret operâ excutere, non injucundæ, fors nec inutili diſſertationi argumentum hinc naſcetur.

Lin. 8. *Indictionum*] Indictiones initio videntur extra ordinem factæ, ad arbitrium victoris, aut ad neceſſitates Reipublicæ; atque id ſenſiſſe videtur Aſconius, cùm has à *canone* & *oblatione* diverſas faceret. Poſtmodùm tamen & hæ tempori certo ſunt aſſignatæ. Sed vide Juriſconſultos. Etiam interpres Bibliorum, 2. Reg. 15. *Indixitque Manahem argentum ſuper Iſraël cunctis potentibus & divitibus;* & cap. 18. *Indixit Rex Aſſyriorum Ezechiæ Regi Juda trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.* Adde capitis 23. partem extremam.

Lin. 10. *Multi Præſides*] Attingit hanc rem leviter Eutropius, lib. 9. c. 15. ſimulque oſtendit, quâ fuerit occaſione uſus ad hæc perficienda Diocletianus, bellis ſcilicet ac victoriis; his enim potitus, ſuo nutu & arbitrio provincias ſingulas temperavit compoſuitque. Exemplum eſt Ægyptus, proſtrato in eâ Achilleo. *Victoriâ*, inquit, *acerbè uſus eſt; totam Ægyptum gravibus proſcriptionibus cadibuſque fœdavit. Eâ tamen occaſione ordinavit providè multa & diſpoſuit, quæ ad noſtram ætatem manent.* Clariùs & magis appoſitè Pæanius: Καὶ αὐτὸς Διοκλητιανὸς ὡς Αἰγύπτῳ τὸν Α'χιλλέα νικήσας, αὐτόν τε διεχρήσατο, καὶ διὰ πίστιν ὠμότητος ἐπεξῆλθε τῇ νίκῃ, τοὺς μὲν κατασφάξας τῶν Αἰγυπτίων, τοῖς δὲ λοιποῖς φόρους τάξας ὡς μάλιστα βαρυτάτους. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας καὶ πᾶσι τοῖς βασιλευομένοις τὰς εἰσφορὰς ἐπέθηκε διαμυρισμένους τὴν γῆν, καὶ εἰς ἀπογραφὴν ἀναγαγὼν ἅπαντα, ὅπερ καὶ εἰς τόδε ἐκράτησεν. Quare omnia cum his bellè conſentiunt; indèque apparet, non ita ἀνιστόρητα ſemper eſſe, quæ Metaphraſtes ille habet pleniora, ſive ea de ſuo adjecit, ſive Eutropio copioſiore uſus eſt, quàm utimur hodiè nos. Rei verò, quâ de hîc agitur, veſtigia obſervaſſe videor in legibus etiam iſtorum & ſequentium deinceps temporum: ſed ad ea colligenda nunc ſatis otii non eſt. Rectè autem *Præſides* noſter vocat, quia ab Imperatore miſſi conſtitutique erant. Vide Lipſ. Excurſ. ad Tacit. Annal. lib. 1. cap. 75. lib. 12. c. 60. Salmaſ. ad Spart. Hadrianum, c. 13. & 33. Spanhem de Præſt. & uſu numiſ. p. m. 572. Per *officia*, hoc quidem loco intelligit Præſidum Judicumque apparitores, minores nempè magiſtratus cum militibus; quo loco ferè fuerant, quos antiquior ætas *accenſos*, *ſtatores*, (quanquàm habuit & recentior ſuos *ſtatores*) &, ſi ſummis apparerent magiſtratibus, *lictores*, poſterior, communi nomine *officiales* appellabat. Nihil frequentius in Actis Martyrum, in Legibus illius ævi, in Notitiâ utriuſque Imperii, ſcriptiſque aliis. Imò & Suetonium in Veſpaſiano ſic locutum oſtendit ὁ πάνυ Gronovius in Obſ. ad Scriptores Eccleſiaſticos. Sic Orientis quidam Comes 10c homines habebat in officio: præfectus Prætorii Africæ, CCCXCVIII. alii plures, alii pauciores, prout res exigere videbatur. Vide quæ collegit de his Pancirollus ad cap. 9. Notitiæ Imperii Orientis. Sin contendat aliquis, hîc à Lactantio Præſides potiùs ipſos dici, ἓν ſcilicet διὰ δυοῖν, aut ipſis

pauló majores, pares, ſuppareſve, magnoperè quidem non repugnabo. Memini namquè hos etiam venire officiorum nomine; præſertim ipſorum contemplatione Imperatorum. Sic Trajanus Plinio ſcribit: *Diplomatibus quæ officio tuo dedi*, Epiſt. ult. lib. 10. Sic alii rurſùm Bithyniæ Præſidi, hoc libro, cap. 48. Licinius, *datis ad officium tuum litteris*. Verùm hæc jam antè nota eſſe poſſunt.

Pag. 192. lin. 1. *Rationales multi*] Etiam *Rationales* in provinciis conſtituti officium, ſeu apparitionem habebant, ut oſtendit ex Lege 7. de Cohortalibus, & Leg. 2. & 4. de Bonis vacantibus, in Cod. Theod. doctiſſimus Valeſius. Hi autem damnatorum bona, & ſententiâ Judicis proſcriptorum occupabant. Inſpice Valeſium ad Am Marcell. lib. 28. Imò *Rationales* erant procuratores Principum, qui reditus provinciales quoſvis ad Principes ſpectantes exigebant. Adde Dufreſnium in Gloſſario.

Ibid. *Et Magiſtri*] Vocabulum *Magiſtri* latè patet; nam ſic dicti quicunque vel homines moderantur, componuntque vitam eorum & mores, vel rebus præſunt. Ita Tullius ipſe Conſules Romanos vocat *magiſtros populi*. Ita Cenſores *magiſtri morum* audiunt paſſim. Ita *magiſtros operum* (noſtris *Arbetes Feugtar*, Græcis ἐργοδιώκτας,) habes in veteri verſione Bibliorum, *Exod.* 1. Ita *magiſtri* dicebantur, qui ex auctoritate Prætoris præerant dividendis bonis, aliique plurimi. Feſtus, & ex eo Gronovius ad Liv. lib. 34. c. 25. magis propriè dictos recenſent *magiſtros pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum, ludorum*, præterea & *conviviorum*, denique *doctores artium*; quorum omnium dignitas *magiſterium*, non *magiſtratus*. Poſteà cœpit ea vox in aulis Imperatorum frequentari; erantque *magiſtri militum*, de quibus vide eundem Gronovium, Obſ. in Script. Eccleſ. p. 217. Item *magiſtri officiorum*, de quibus adi Corippum Africanum, lib. 3. v. 172. ibique notata à doctis, præſertimque Salmaſium ad Julii Capitolini M. Antoninum Philoſophum, cap. 8. & Valeſium ad Ammianum Marcell. lib. 26. Sed & *magiſtri epiſtolarum, memoriæ, libellorum, diſpoſitionum, cenſûs, veſtis lineæ, veſtis privatæ*, & alii rerum aliarum; de quibus inſpice Notitiam utriuſque Imperii, & Notas virorum raræ eruditionis famâ illuſtrium ad Hiſtoriam Auguſtam.

Lin. 2. *Civiles actus*] *Actus* pro *actionibus* illâ ætate crebrum. Et ſic etiam Lactantius de Irâ Dei, c. 12. *Spectari actus noſtros à Deo*; Cap. 17. *Singulorum actus animadvertit*.

Lin. 3. *Exactiones*] Undè *exactores*, ἐκτάκτους, qui vel tributa, vel opera exigunt. Vide interpretes Moſis, Exod. 5. v. 6. & 14. *Flagellatique ſunt, qui præerant operibus filiorum Iſraël ab exactoribus Pharaonis*. Sed de his paſſim etiam alibi in ſacris extraneiſque litteris. Exactiones verò has in Diocletiano nonnihil excuſant creberrima bella, quæ imperante eo vexabant orbem terratum. Nam ut initia ipſa omittam, Bagaudæ Gallias, Britanniam Carauſius cum incolis ejus inſulæ, Orientem Perſæ, Ægyptum Achilleus, Africam reliquam Julianus & nationes Quinquegentanæ quatiebant. Undè & auctor hujus ſcripti infrà: *Hæc quoque tolerari poſſunt, quæ ad exhibendos milites ſpectant*. Porrò de cenſu, ſive cenſitione hâc, imprimis de capitatione, vide Lipſium ad Taciti Annal. 1. c. 31.

Lin. 9. *Legem pretiis rerum venalium*] Olim quidem ab Ædilibus, quos ἀγορανόμους Græci appellant, vendentium coërcebatur rabies. Vide quæ ad Ariſtot. Polit. lib. 6. cap. 8. collegit Piccartus; niſi mavis & Romanorum, & reliquarum gentium tabularia excutere.

Lin. 11. *Donec lex neceſſitate ipſâ ſolveretur*] Imperatâ vilitate nimiâ, venditores *omnes de compacto rem gerunt, quaſi in velabro olearii*, ut cum Plauto loquar, reſque amotas fruſtrâ deſiderari faciunt. Hâc aliiſque de cauſis *uſus legum corrector multas experiendo arguit*, ut ait ferè Livius lib. 45. cap. 32. quod inter alia de iis vel maximè venit accipiendum, quæ ad pretii pertinent menſuram. Illa enim vernis eſt ventis incertior. Vide Bœcleri diſſertationem de Menſurâ pretii, & quos ibi vir ille ſummus laudat.

Lin. 15. *Hic moneta*] Gloſſæ veteres, *Moneta*, νόμισμα, τὸ χαραγλεῖον. Item, *Moneta*, τίνος ἴδια τὰ νόμισμα χαράσσεται. Sic Monetæ Trevericæ mentio fit in lapidis mutili inſcriptione apud Grut. pag. 93. Num. 3. Sic ab Auſonio celebrantur, quæ Mediolani fuere *Templa, palatinaque arces, opulenſque Moneta*. Cujus carminis verſus aliquot in veteri marmore exſtare docet Ferretius in Muſis Lapidariis, lib. 4. mem. 21. Emendationem verò viri docti, qui in notis ad Auſonium reponit, *& lati mores*, ubi legebatur antehàc, *Antiqui mores*, marmor illud non comprobat. Et ſanè notum illud Ennii, *Moribus antiquis*, à Plauto bis repetitum, laudatum etiam à Veſpaſiano Imperatore apud Tacitum lib. 3. c. 57. & à M. Antonino Philoſ. Imp. apud Volcatium Gallicanum in vitâ Avidii Caſſii, c. 5. locum ſatis aptum in Auſoniano illo carmine habere videtur.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Lin. 26. *Ita semper dementabat*] Id est, insaniebat, furiosus & demens erat. Hincmarus de divortio Lotharii: *Alij autem potu, alij autem cibo à sortiariis dementati sunt.* Glossæ Lat. Gr. *Dementat*, ἐξίστησι. *Dementire*, dixit Tertullianus lib. de Animâ, Lactantius ipse in Instit. aliique. *Cuperus.* Verba Lactantii, lib. 4. c. 27, hæc sunt: *Ecce aliquis instinctu dæmonis percitus, dementit, effertur, insanit.* Quibus gemina sunt ista, lib. 1. c. 21. *Sectis namque humeris, & utràque manu districtos gladios exserentes currunt, efferuntur, insaniunt.* Hæc omninò retinenda est lectio, non illa quam invitis libris obtrudunt nobis Dempsterus & Gallæus, *& efferantur.* Ciceronem imitatur Lactantius, ut plerùmque aliàs. Orat. pro Cœlio, c. 9. *Læsi dolent, irati efferuntur;* Contra Rullum, c. 35. *Sed certò continebuntur, progredientur longiùs, efferentur.* Verùm ut ad præsentia redeamus, *dementare* sic positum est, ut apud Hegesippum *efferare. Ita efferaverat*, inquit, *Herodes in universos.* Vide Gronov. Obs. in Hist. Eccl. p. 71. Sic *ponere, mutare, movere, præcipitare*, aliaque multa, intransitivè interdùm, aut ellipticè potiùs, ita ut *se* subaudiendum sit. Adeant adolescentes ingenui Vossium, lib. 3. de Analogiâ, cap. 3.

IN CAPUT VIII.

Pag. 193. Lin. 1. *Frater ejus Maximianus.*] Max. Herculius frater fuit Diocletiani, non naturæ, sed imperii consortio: qui nominis ejus usus frequentatus est Historicis & Panegyristis illius ævi. Baluzium vide, aut ipsum potiùs, quem allegat, Mamertinum, cæterosque.

Ibid. *Herculius.*] Nempè ut Diocletianus Jovem, ita Maximianus Herculem patri opem contra hostes ferentem simulabat; undè & Joviorum & Herculiorum longiùs producta ad posteros nomina, de quibus hic scriptor infrà extremo hoc libro. Adi Mamertini Panegyricum, præsertim priorem, Maximiano dictum. Mirâ autem insolentiâ Deorum nomina & honores multi Principum invaserunt olim. Sic Antigonus, sic unus Grypi filiorum Antiochus, item Mithridates, & post eos M. Antonius, nec non & C. Caligula, Bacchum referre studebant; Menecrates Mercurium; Themiso, Alexander, Pyrrhus, Commodus, & hic Maximianus Herculem; imò & Maximinus superior eumdem. Augustus Apollinem egit, non refugiens tamen quandòque Jovis nomen; sic certè ab Ovidio aliisque vocatus non semel: quod & de cæteris legas aliquotiès. Fusiùs hoc ostenderunt Andreas Schottus lib. 3. c. 3. obs. Hist. & illustris Spanhemius de Præst & usu num. aliquot locis.

Lin. 4. *Quòd avaritiâ minori altero fuit plus, majori verò minùs, sed plus timiditatis, plus verò animi, non ad benè faciendum, sed ad malè*] Corrupta hæc & depravata esse fatetur clariss. Baluzius; nec dissimulat Amplissimus & Doctissimus Cuperus locum esse difficilem. Tentabo tamen, quà potero: existimo autem sic posse restitui. *Hoc solùm differebant, quòd avaritia majori altero fuit plus, sed & plus timiditatis: minori verò minùs; plus verò animi, non ad benè faciendum, sed ad malè.* Diocletianum timidum callidumque fuisse, eumdemque avarum, (& est sanè timidior qui non viribus, sed artibus dolosis, pugnat; rursùmque avaritiæ cum utroque vitio solet esse convenientia) talem, inquam, Diocletianum fuisse narrant Historici passim. Maximianum luxus, profundendique & temerè donandi libido ad rapinas & injurias alias instigavit; ut mirum non sit, & ipsum dici avarum, licèt altero minùs. Ejus nempè generis homines *rapta spargere, sparsa rapaci avaritiâ recolligere certant*, ut ait Seneca, l. 1. de Benef. sive, ut Ovidius:

Quærere ut absument, absumta requirere certant;
Atque ipsa vitiis sunt alimenta vicem

Item Manilius, lib. 4. v. 25.

Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas;
Et summum censûs pretium est, effundere censum.

Adde, si videtur, Aristotelem, Nicom. l. 4. c. 3. Sed ut redeam ad hæc Lactantiana, simillimus verborum positu & figurâ locus lib. 4. c. 3. invenitur; ex quo constare possit, aut hæc quoque verè Lactantii esse, aut auctorem scripti hujus eum esse studiosiùs imitatum. *In illâ priori parte, ut periculi minùs, sic plus difficultatis est: quòd obscura rerum ratio cogit diversa sentire. Hic ut periculi plus, ita minùs est difficultatis: quòd ipse usus rerum & quotidiana experimenta possunt docere, quid sit verius & melius.*

Pag. 194. lin. 2. *Statim præsto.*] Cic. de Nat. Deorum, l. 1. c. 38. *Quid, quòd simul ac mihi collibitum est, præsto est imago?*

Lin. 5. *Constantium pratereo*] Hæc ita nonæ sectioni, sive capiti, rectiùs videntur accessura.

IN CAPUT IX.

Pag. 194. lin. 3. *Efferitas à Romano sum-*

Digitized by Google

guine aliena] Scribe *& feritas* : sic infrà, c. 40. *essagitarii*, pro *& sagitarii*. Amplecti se hanc, duasque sequentes emendationes meas, scribit perbenignè Amplissimus Cuperus.

www.libtool.com.cn

Lin. 8. *Statu celsus*] Ita editio Parisiensis : sed legendum esse *status celsus*, docent Lactantii similia complura. Div. Instit. l. 2. c. 2. *Nobis autem status rectus, sublimis vultus ab artifice datus est*; Cap. 2. *Subjectam pedibus vestris terram contemneretis, corporis statu salvo*; C. 17. *Statum sublimem accepimus*. L. 3. c. 1. *Quorum status rectus est* ; Lib. 7. c. 9, *Cujus corpus ab humero excitatum, vultus sublimis, status erectus, originem suam quarit*. De Irâ D. c. 7. *Recto statu, ore sublimi*. De Opif. c. 8. *Hominis itaque solius recta ratio est, & sublimis status*. Similiter Min. Felix, p. 138. & ex vetustioribus Plautus, Amphitrione, *Formam cepi hujus in me & statum*.

Pag. 195. lin. 6. *Animique dejectus*] Scribo, *dejectus*, ut apud Claudianum operâ viri magni nunc emendatiorem, l. 3. de Raptu Proserp. v. 297.

—— Supplex dejectaque vestris
Advolvor genibus.

Alibi quoque *dejectum clientem* dixit idem: quomodò & Statius, Silius, Prudentius, aliique. Etiam Glossæ, *Dejicio*, καταφέρω, καταβάλλω τὸ φρόνημα, καταβάλλω.

Lin. 9. *Cum omnibus suis ad bellum pergere*] De gentibus Orientis, quibus prælium ineuntibus,

—— Est acerrima nullo
Ordine mobilitas, insperatique recursus,

ut ait Claudianus, non est cur ea, quæ apud veteres novosque observata sunt scriptores, hùc congeram. Videat qui volet Julium Cæsarem de B. Gall. lib. 3. c. 3. Herodianum lib. 4. c. ult. Senecam de Irâ l. 3. c. 3. Florum lib. 3. c. 3. Num. 5. &c. Servant majorum morem hunc etiam hodierni Turcæ.

Lin. 14. *Ut jam detractaret*] Ita apud Min. Felicem, p. 260. *insparsa mendacia*; apud Symmachum, l. 6. ep. ult. *commandare*; apud alios, *contractabilis, impartire, obaudire, circumsedere*.

IN CAPUT X.

Pag. 196. lin. 1. *Erat pro timore scrutator rerum futurarum*] *Pra timore*, aut *pra metu*, est equidem usitatius. Opinor tamen dici posse *pro timore*, ut apud interpretem Bibliorum, 2. Reg. 6. *Conturbatumque est cor Regis Syriæ pro hâc re*; & quomodò Sulp. Severus Sac. Hist. 1. c. 9. *Fratres, post patris obitum, pro conscientiâ paventes benignè habuit*. Eruditè verò dicit, divinationem superstitiosam profectam esse à timore & sollicitudine, quâ futura antevertimus. Arrianus in Epict. lib. 2. c. 7. τί δὲ ὑμᾶς ἐπὶ τὸ συνεχῶς μαντεύεσθαι ἄγει, ἡ δειλία, τὸ φοβεῖσθαι τὰς ἀκδάσεις. Lucianus in Pseudomanti : Καλινίκου τὸν τῶν ἀθεφάτων βίον ὑπὸ δυοῖν ἵππων μαγίσιν ὑνιαττόμενον, ἐλπίδι καὶ φόβῳ ... ὦ ἀμφολίεφις γὰρ, τῷ τε δεδιότι, καὶ τῷ ἐλπίζοντι, ἑώρων τὴν περιγωσιν ἀναγκαιοτάτην τε καὶ ποθεινοτάτην ὄσαν, καὶ Δελφὺς ὅτω πάλαι πλυτῶσας. ... καὶ Δῦλον, καὶ Κλάρον, καὶ Βραγχίδας, & reliqua, quæ apud ipsum rectiùs legentur. Suaviter etiam Valerius Flaccus, lib. 4.

Fidere sed mens cæca nequit ; quantùmque propinquat
Phasis, & ille operum summus labor, hoc magis angunt
Proxima ; nec vates sat jam mihi Mopsius & Idmon.

Lin. 1. *Magister aruspicum Tagis*] Existimo retineri posse *Tagis*, etiam in recto casu, more Græcorum, apud quos occurrit Tagis Pythagoricus, cujus Stobæus meminit ; item Agis, Bacis, Betis, Datis, Lysis, Eupolis, & alia virorum nomina sic terminata. Sed ne quid dissimulem, suspecta mihi est vox *aruspicum*, ut glossema, cujus loco auguror fuisse *interpretum Tagis*, aut aliquid tale : quomodò in narratione simillimâ, & cum hâc utiliter conferendâ, Prudentius, Apotheos. v. 467.

Postremoque anima pulsus in corde tepenti
Callidus interpres numeris & fine notabat.

Adjice his, quæ de eodem Juliano narrant Gr. Nazianzenus & Theodoretus ; undè constare potest, impia illa Paganorum sacra Christianorum interventu sæpiùs fuisse disturbata.

Lin. 9. *Profani homines*] Quod impostor ille sceleſtissimus, de quo Lucianus, in re simulatâ, idem in seriis fecere alii, ut Christianos, solos verè pios, impietatis & sacrilegii accusarent. Sic Flavio Clementi (Fabium malè vocat editio Leunclavii) Consuli Romano, & uxori ejus Domitillæ, Domitiani conjugis cognatis, ἀμφοῖν ἀθεότητος ἔγκλημα ἐπενέχθη : de quorum suppliciis Dionis librum 67. adire licebit ; nisi quis ipsa consulere malit Christianorum Martyrologia. Adde Baluzium ad verba capitis tertii, *Ecclesia restituta*.

IN CAPUT XI.

Pag. 197. lin. 1. *Deorum montium Cultrix*] Cl. Baluzius, cujus non levi beneficio librum hunc respublica litteraria, ut vindici ac editori primo, debet, *Deos* hosce *montium*, quosque tangit Commodianus, *Deos montenses*, (sic enim legendum censet) nec non *Deos montenses*, quorum ex præscriptis Jovi dedicata

Digitized by Google

dedicata est ara illa apud Gruterum, cujus dabimus mox inscriptionem, non dubitat eosdem habere; qui tamen, aut quorum nominum illi sint, fassus sibi non liquere. Et certè res non caret obscuritate. Videamus tamen, quam hîc nobis viam præeat Cuperus noster, vir eruditionis pariter & dignitatis amplissimæ. Ex Notis suis ad Apotheosin Homeri, quod opus ad umbilicum nunc, ut audio, festinans cupidè à priscarum studiosis elegantiarum expectatur, hæc excerpta, pro reliquâ benignitate suâ, mecum communicavit vir humanitatis celebratissimæ. Postquàm de Homeri in monte summo positi picturâ agere cœpit, Montium, inquit, magna olim veneratio, inque iis extructæ aræ & templa, ut satis superque ex historiâ tam sacrâ, quàm profanâ patet, plerisque numinibus fuerunt. Undè apud Philostratum Indi Caucasum Θεῶν ὄλκον vocant; Persæ apud Herodotum, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες, Jovi hostias immolant. *Montinus*, qui montibus præest Deus, apud Arnobium occurrit: mater Galerii Maximiani *deorum montium cultrix mulier admodùm superstitiosa* Lactantio dicitur. DII MONTENSES in Inscriptione apud Gruterum, p. XXI. celebrantur; quæ quia Romæ inventa, videntur significari dii, qui septem montibus præsidebant, quorumque in honorem constitutum forsàn est sacrum *septimontium*, quod celebratur à *Montanis*, id est, qui montes inhabitabant, non autem à toto populo, uti apud Varronem lib. V. de L. Lat. legere licet: in septem quoque locis, teste Festo, faciebant sacrificium diis, ut opinor, præsidibus; ut apud eundem *palatualis flamen ad sacrificandum ei deæ constitutus erat, in cujus tutelâ palatium esse putabant.* Pergit dein de monte Argæo, de deo Penino, de Jove item in montibus culto differere, quæ rectiùs ex ipso libro petentur, propediem in usus publicos prodituro. At in aliâ Epistolâ, quæ mihi attulit eas viri insignis Notas, quibus hîc fruuntur lectores, isthæc adjecit. Hâc de re anteà scripsi: sed cùm non solos *montes* ut deos venerati sint, vide an potiùs legendum sit *omnium*. Sic c. 36. *Qui & sacrificia per omnes deos suos quotidiè faceret.* Sed fortè præcipuè Elagabalum & alios Deos coluit, qui sub montis effigie colebantur. Nam Elagabalus ita dictus est, quasi *Deus mons*, vel *Deus montis*, uti post Fullerum docet Salmasius ad Hist. Augustam; & ex Herodiano nummisque patet, ejus simulacrum nihil aliud fuisse, quàm saxum ingens. Hùc pertinet Mater Deûm, vel Cybele, quæ *fera montium Dea* vocatur Mæcenati apud Diomedem, l. 3. p. 514. vel quia in montibus culta, vel quia lapis informis ex monte excisus. Atlantem certè montem ut Deum coluisse accolas, & Cappadocibus montem fuisse καὶ θεὸν, καὶ ὄρος, καὶ ἄγαλμα, scribit Max. Tyrius Dissert. XXXVIII. Quam in rem plura notari possent: sed accipe occasione Matris Deûm duas emendationes, quas judicii tui facio. Strabo lib. 10. p. 469. scribit, Phryges eam à loco τυλίνην vocare: at τυλήνη est urbs Ætoliæ, teste Stephano & Statio. Scribo quapropter Σιτυλήνην, quod nomen datum fuit Matri Deûm; & ita in marmore Arundeliano Magnesii & Smyrnæi jurant per ΜΗΤΕΡΑ ΤΗΝ ΣΙΠΥΛΗΝΗΝ. Alter locus est Varronis apud B. Augustinum, lib. 7. c. 24. de Civitate Dei. *Eandem dicunt matrem magnam, quòd tympanum habeat, significari esse orbem terræ; quòd turres in capite, oppida; quòd sedes fingantur circa eam, cùm omnia moveantur, ipsam non moveri.* Ultima sic restitue: *quòd sedens fingatur, circa eam cùm omnia moveantur, ipsam non moveri.* Id est, ideò Dea sedens fingitur, uti ex nummis plurimis patet, quia ipsa, sive terra, non movetur, cùm tamen omnia circa eam moveantur. Non est hujus loci inquirere in placita Philosophorum, qui vel terram moveri, vel stare immobilem docuerunt. Rectè autem apud Lactantium, *Deorum cultrix*; & ita *Marticultores* in Inscriptione veteri apud Gruterum occurrunt. Quæ sequuntur, ita jam olim emendabam, *cùm interesset dapibus, sacrificabat penè quotidiè, ac vicariis suis epulas exhibebat.* Ex ultimâ litterâ vocis *cùm*, & brevi scribendi ratione, *ir* pro *inter*, omissa est hæc propositio; & *epulas* legendum esse ex ipsâ loquendi ratione patet. *Vicariis* igitur suis, sive ministris aulicis, Comitibus, Præfectis, qui circa eam erant, epulas exhibebat; iisque, ut sequitur, abstinebant Christiani. Scilicet cùm illa dapes exhibere volebat, etiam sacrificabat, atque sacrificiorum λείψανα mensis jubebat inferri. Hæc erant *idolothyta*, à quibus quomodò abstinere se Christiani debeant, Lucas & Paulus docent. Nonnulla, eaque non cuivis obvia, hâc de re notare possem: sed tempus non sinit; tantùmque monebo, eâdem adversùs Christianos fraude grassatum esse Maximinum, c. 37. infrà. Hæc amplissimus & doctissimus Cuperus; quæ cùm satis luculentam afferant huic loco explicationem, & elegantiâ suâ placeant plurimùm, meas cogitatiunculas de his in pauca contraham. Emendationes illæ duæ, verborum nem-

pè Varronis apud B. Auguſtinum, & Strabonis de Matre Idæâ, ſeu Sipylenâ, placent vehementer; nec dubito, quin viris multò me doctioribus ſeſe approbatum eant. Sed nec malè, pro *montium*, reponere videtur *omnium deorum* cultricem; & ſanè *dis deabuſque omnibus*, *Jovi ac diis omnibus*, *Silvano & dis omnibus*, ſimiliaque complura, multæ olim dicatæ ſunt aræ. Quia tamen tutius eſt inſiſtere lectioni codicis antiqui, *montium deos* interpretor, deos à profanis cultos Gentibus; has enim Moſes ipſe ait, deos ſuos collocaſſe *ſuper montes excelſos, & colles, & ſubter omne lignum frondoſum*, Deut. c. 12. v. 2. Adde 2. Reg. 17. v. 11. & plura; qualia ſacrarum Litterarum teſtimonia & formulæ Lactantio ob oculos fuiſſe videntur, conſolatorium ſcriptum ad Chriſtianos meditanti, cùm nihil ad conſolationem iis efficacius, nihil ad leniendam acerbitatem rerum potentius exiſtat: quare ad eas conformat ſtylum ſuum ſæpiùs. Tamen aut *Septimontii* deos, quorum meminit etiam Tertullianus ad Nationes, lib. 2 c. 15. *Arquis, & Jani, & Montium ſeptimontium*, (ubi fors legendum *ſeptimontii*) aut *Montium Romanorum*, qui fuere in Piceno in regione Reatinâ, (de quibus Siculus Flaccus, & Rei Agrariæ Scriptores cæteri,) horum, dico, aut aliorum deos montium nulla vetat religio ſub iſtis comprehendere: niſi quòd Sylvanus ille finium tutor Romulæ iſtius ſacrificium non admiſit; hunc enim à fœminâ ſic colli nefas fuit. At à cœtu Montenſium Deorum, de quibus Inſcriptio loquitur, Sylvanum minimè excludendum puto, neque ex eorum caterva, in quos intendit digitum Commodianus; Exuperantius enim iſte Sylvani ſe jactat ſacerdotem, & mihi quidem veriſimile fit, ſacrificulum illum, Sylvanum ejuſque συμβωμους καὶ σωτῆρας, Herculem putà Ruſticum, Liberum patrem, Nymphas & ſimilia monſtra, hîc vel maximè innuere, utpote quorum & ſacris operaretur, & monitis nocturnis, ſibi, aut aliis factis, eſſet deditiſſimus. Sed en rudis illius aræ marmoreæ, in Quirinali colle repertæ, Inſcriptionem.

ARAM. JOVI. FULGERATORIS.
EX PRECEPTO. DEORUM. MONTENSIUM. VAL. CRESCENTIO.
PATER. DEORU. OMNIUM. ET
AUR. EXUPERANTIUS. SACERDOS
SILVANI. CUN. FRATRIBUS. ET
SORORIBU. DEDICAVERUNT.

Ubi PATER, pro PATRI, vitio lapicidæ, aliaque, ſed facilè deprehendenda, occurrunt. Forma autem vocis MONTENSES certos hîc deſignare videtur montes, quomodò Nemorenſem Dianam Aricinam vocarunt, & ad eandem formam Fretentes, Fabricenſes, Comitatenſes, apud Ammianum leguntur. Certius itaque dictu videtur, Deos quidem hos incertos, & in quorum numerum aut nomina inquirere non auderent, ſic fuiſſe cultos, notis tamen in montibus; ut CAMPESTRES in Inſcriptione aliâ apud Grut. pag. 1015. num. 2. aut ut Genium, Tutelam, Præſides locorum Deos paſſim venerabantur. Hùc refer hiſtoriolam de AJO LOCUTIO; item formulas, SIVE DEUS SIVE DEA, DIS OMNIBUS, DIS PRAESENTIBUS, DEO GENIO TUTELAE HUJUS LOCI, DIS PRAESIDIBUS H. L. aliaſque plures, in quibus ſollicitè cavebatur, ne quem malè præterirent. Ut igitur certos intra fines ſermo meus redeat, Lactantium quidem & Commodianum omnes Gentium Deos, Romæ præſertim coli ſolitos, aut illos ſeptimontii, quos diſertè *montium Deos* vocare vidimus Tertullianum, innuere arbitror: Inſcriptionem verò illam aram præſentibus tantùm in illis montibus, ubi ara fuit ſacrata, dicatam fuiſſe. Verba autem, *Quæ cùm eſſet*, cum ſequentibus rectè ſe habere auguror, modò diſtinctione juventur, hoc nempè modo: *Quare cùm eſſet, dapibus ſacrificabat quotidiè. Cùm eſſet*, id eſt, *ederet*, aut *cœnaret*. Sic *iſta non eſſes*, apud Val. Maximum, l. 4. c. 3. in fine; ſic ſecundùm Hyginum, Fab. 139. rogabat Opem Saturnus, *ut eſſet quod illa peperiſſet*. Quæ duo loca indicavit mihi ad Ovid. Art. Am. l. 3. v. 757. illuſtris Heinſius. *Sacrificare* autem *dapibus*, ut apud Lact. 1. c. 21. *In quibus ipſi Sacerdotes non ſito, ſed alieno cruore ſacrificant.* Et lib. 6. c. ult. *Verbo ergò ſacrificari oportet Deo, ſiquidem Deus Verbum eſt. Si ſummo Jovi argento ſacrificaſſem*, habes apud Plautum in Moſtellariâ. *Vicarios* autem intellige in re ſacerdotali. Sic M. Antoninus Imperator apud Capitolinum, c. 2. dicitur nullum ſacrificium per Vicarium feciſſe, niſi cùm æger eſſet.

Pag. 198. lin. 5. *Nam erat hujus malitia*] Eutropius l. 9. c. 16. *Diocletianus moratus callidè fuit; ſagax prateroà, & admodùm ſubtilis ingenio, & qui ſeveritatem ſuam alienâ vellet invidiâ explere.* Similia legas in Excerptis Joannis Antiocheni à Valeſio editis. Simonidæ præceptum reſpexiſſe videtur Diocletianus, quod Hieroni dedit apud Xenophontem: verùm juſto latiùs extendiſſe. Α'ρχοντι μὲν ἀναγκαῖον δέμνιον, ἄλλοις δὲ πᾶσι κλαίειν, τὰ δὲ ἄθλα ἀποδιδόναι, ὃ ἑαυτῷ πονεῖν.

www.libnol.com.cn

Digitized by Google

Lin. 12. *Et qualiter ſentiebant*] Legendum eſſe, *Et qui aliter ſentiebant*, vidit in addendis Cl. Baluzius.

Lin. 15. *Apollinem Miloſium*] De oraculo Mileſii Apollinis, ſeu Branchidarum, vide Strabonem lib. 9. & quæ collegere eruditi ad Marmora Oxonienſia. Cumprimis autem adeundus Valeſius ad Am. Marcell. l. 29. & pauca, ſed præclara afferens Iſaacus Voſſius ad Melam, lib. 1. c. 17.

In Caput XII.

Pag. 198. lin. 2. *Ad ſeptimum Kal. Mart.*] Vide fueritne hîc ellipſis voculæ *diem* ferenda, quæ hodiè etiam vulgò frequens. Porrò non illud modò Kalendarium, cujus meminit Baluzius, Terminalia ponit a. d. VII. Kal. Mart. ſed & alia nihilò minùs vetuſta, inter quæ celebratiſſimum illud à Ciacconio, Paulo & Aldo Manutiis, aliiſque deinceps editum ſæpiùs: quòd autem quædam diſcrepare videntur, ab intercalatione eſt, quam eo factam menſe notum. Rurſùm nec illi magnoperè falluntur, qui dicunt, Eccleſias tempore Paſchatos ſubverſas. Nam perſecutioni cœptæ in Terminalibus acriter vere proximo, imò toto anno, Tyranni inſtiterunt.

Pag. 199. lin. 3. *Agentibus Conſulatum ſenibus*] Hæc verba certò indicant tempus, de quo non levi certamine quidam eruditorum diſquirunt, utì monet etiam benè Baluzius; tempus, inquam, cœptæ perſecutionis, annum nempè Chriſti trecenteſimum tertium, id quod Scaliger & Valeſius verè exiſtimarunt. Vide quomodò hoc colligant Baluzius, Pagius & alii, qui ſibi hæc cum curâ ſumſerunt expendenda. Fuit autem hic annus, ſecundùm Scaligerum, Antiochenus CCCLI. Chriſti; Dionyſianus, CCCIII. Numerus aureus XIX. Cyclus ſolis IV.

Lin. 5. *Ad Eccleſiam profectus*] Omninò ſcribendum eſt *Præfectus*, Prætorii nempè; alioqui ſeries verborum hians & abrupta pendebit. Evincunt id etiam ſequentia, in quibus Prætoriani memorantur Eccleſiam everſiſſe, Imperatores autem ambo fuiſſe in ſpeculis.

Lin. 13. *Tamen illud editiſſimum*] Opinor ſcribendum *tutamen*. Hâc voce uſi Virgilius, Livius, & Arnobius Lactantii præceptor, haud multò ſecùs, quàm ipſe hoc loco. Sermo eſt de animalibus, lib. 2. pag. 55. edit. Lugd. Bat. *Nonne alia cernimus opportuniſſimis ſedibus nidulorum ſibi conſtruere manſiones: alia ſaxis & rupibus tegere & communire ſuſpenſis: excavare alia telluris ſola, & in foſſilibus foveis tutamina ſibimet ac cubilia præparare?* Et pag. 17. *Neque domorum, aut veſtium tutamina ſibi & velamina conquirerent.*

In Caput XIII.

Pag. 199. lin. 5. *Libertatem denique ac vocem non haberent.*] Similis querela B. Gregorii Nazianzeni, Invect. 1. τάυτα δ' ἦν πάσης μὲν παῤῥησίας ἀποτρέψασθαι χειρίαν, πάντων δὲ αὐτὸν ἐργασίας συλλόγων, ἀγορῶν, πανηγυρίων, τῶν δικαστηρίων αὐτῶν. Μὴ γὰρ ἐξεῖναι παχρῆσθαι τούτοις, ὅσα μὰ κατὰ τῶν βωμῶν δυμιάσειν ἔμπροσθεν κειμένων, καὶ μισθὸν δίκη μέγαν ὅτω καὶ πάντα πεῖραται. Quibus adjungi poſſunt ea, quæ infrà c. 15. à noſtro narrantur.

Lin. 6. *Etſi non rectè*] Non eſt quòd exiſtimet aliquis, hâc formulâ aliquid leviter tantùm improbari. Utitur eâ Bibliorum interpres vetus de iis, quæ longiſſimè abeunt à recto & pio, 2. Reg. 7. v. 9. *Non rectè facimus; hæc enim dies boni nuntii eſt.* Cap. 17. v. 8. *Et irritaverunt filii Iſraël verbis non rectis Dominum Deum ſuum.* 2. Paralip. 21. v. ult. *Ambulavitque non rectè.* Sap. 2. 1. *Dixerunt enim impii cogitantes non rectè.* Et cap. 6. *Quoniam cùm eſſetis miniſtri regni ipſius, non rectè judicaſtis.* Ita vetuſtiores quoque paſſim, ut Cic. pro Cn. Planco c. 6. *Iſte potiùs, quàm ego? vel neſcio, vel non dico; vel denique, quod mihi graviſſimum eſſet dicere, ſed impunè tamen deberem dicere, non rectè.* Quin etiam Lactantius ipſe ſuprà, c. 7. ſic locutus; alibî verò, *non piè, non perfectè, non integrâ conſcientiâ*, dixit.

Ibid. *Magno tamen animo*] Sapientibus nihil magnum, niſi quod & bonum: ſed hi ſequuntur nonnunquàm vulgarem conſuetudinem, duntaxat in ſermone. Sic Tullius in Milone prædicat animi magnitudinem. Sic Livius reprehenditur à Senecâ, quòd virum animi boni à viro magni animi diſtinguat, lib. 3. de Irâ, c. ult. Et tamen ipſe L. Seneca ad Marciam c. 16. *Gracchos*, inquit, *etiam qui bonos negaverit, magnos fatebitur.* Similia videor legiſſe apud Hegeſippum de Excidio Jeroſolymitano. Notum utique eſt illud Naſonis, *Magnis tamen excidit auſis.* Quod expreſſum videtur ex iſto veteri ſenario, qui legitur apud Dionyſ. Longinum:

Μεγάλως ἀπολιοθαίτεν, ἁμαρτὼν ἐυγενῶς:

ubi viderint eruditi rectiùsne legant,

Μεγάλων ἀπολιοθαίτεν.

Pag. 200. lin. 1. *Legitimè coctus*] Ego arbitror his verbis ineſſe quid, quale illis B. Laurentii apud Prudentium:

Converte partem corporis.

Digitized by Google

Satis crematam jugiter ;
Et fac periclum, quid tuus
Vulcanus ardens egerit.
Præfectus inverti jubet.
Tunc ille : Coctum est, devora ;
Et experimentum cape,
Sit crudum, an assum suavius.

Legitimè, ait, *coctus*, id est, ut interpretandum puto, legitimo, sive consueto sacra paganica, aut etiam culinaria tractantibus more. Nostri dicerent, *Van bleff steeckt van* ordinariè *vviis*, *eller som en annan Steek.* Sic *Legitimum sacrum*, in divinis humanisque libris sæpè. *Legitima verba* apud Nasonem :

Curio legitimis tunc Fornacalia verbis
Maximus indicit.

Legitima fossa, apud Vegetium lib. 1. c. 24. Hinc ipse Lactantius *legitima sacra* dixit lib. 5. c. 2.

IN CAPUT XIV.

Pag. 200. lin. 9. *Excarnificari omnes suos protinùs præcepit.*] Non *præcepit*, sed *cœpit*, in codice illo vetusto extare fatetur Baluzius. Existimo hoc relictum ab auctore in tyranni invidiam, *Excarnificare suos omnes protinùs cœpit.* Addit enim, *Sedebat ipse*, & reliqua. *Omnes suos* interpretare aulicos, qui ipsi serviebant ; c. 15. *domesticos* vocat, uti benè monet amplissimus & doctissimus Cuperus. Nam proxima tempora *domesticos* peculiariter vocabant corporis imperatorii custodes equites peditesque, qui quidem domi excubabant ; qui verò militiæ, *protectores.*

Pag. 201. lin. 1. *Erant certantes*] Figura est μακρολογίας, seu productionis, de quâ vide Buchnerum de commutatâ Ratione dicendi, l. 1. c. 21. In Græcis Latinisque Bibliis hoc genus est frequentissimum. Sed & Lactantius ita, lib. 2. c. 13. *Aberrantes à Dei notitiâ gentes esse cœperunt.* Cic. de Nat. deor. l. 2. c. 8. *Omnia enim hæc meliora sunt, quàm ea, quæ sunt his carentia.*

Lin. 5. *Sed celeriùs animadversum*] Loco τῷ *sed*, quod præcedebat, *id* non dubiâ conjecturâ videbatur reponendum.

IN CAPUT XV.

Pag. 201. lin. 8. *Alligatis ad collum molaribus*] Quid, igne ambusti iidemne, qui dein alligatis molaribus immergebantur mari ? Imò verò alii. Sed & superiora minùs aptè cohærent. Corrigendum censeo, *Ne singuli, quoniam tanta erat multitudo : sed gregatim circumdato igni amburebantur : domestici, alligatis ad collum molaribus, mari mergebantur.* Sic lib. 7. c. 21. *Tunc quorum peccata ponderе, vel numero prævaluerint, perstringentur igni, atque amburentur.* Cypr. de Opere, &c. *Et ibunt in ambustionem æternam.* Am. Marcell. l. 30. *Internis nimietate calorum ambustis.* Sic Inscriptio vetus apud Antonium Augustinum, Dialogo X. AMBUSTO CORPORE, id est, exusto. Et sic alii passim. Si quis tamen ideò quòd ignem multi præferrent suffocationi per aquas faciendæ, rati flammam animas sibi cognatas lustrare purgareque, aquam verò easdem elidere atque extinguere, ab ethnicis Imperatoribus hoc velut indultum dicat domesticis, ut igne consumerentur, cæteros aquis, ut nefarios & sacrilegos fuisse abolitos, non obnitar vehementer, quin legi posse concedam : *Gregatim circumdato igni amburebantur domestici ; alii, ligatis ad collum molaribus*, &c. Sed eligo nunc priora, cùm ea non displiceant illustrissimo Cupero.

Pag. 202. lin. 1. *Ara in secretariis*] Secretarium, seu secretum, locus est, in quo sedent Judices pro tribunali. Vide Hesych in Σίκρετον, & Suidam in Στύλη. Vales. ad Am. Marcell. lib. 15. *Ab hoc judicum secularium more manasse videtur, ut secretaria in Ecclesiis haberent Episcopi & Presbyteri, ubi audiendis fratrum negotiis vacarent.* Hæc Valesius. Meminit & Sulpicius Severus, Dial. 2. c. 1. Item Epist. 1. & 3. de vitâ Martini : ubi consule etiam Notas Vorstii. Aræ autem à Paganis insidiosè positæ memorantur non uno in loco in priscis Annalibus. Sic de arâ Victoriæ in Senatu ponendâ Symmachus vehementer laborabat. Sic donativum divisurus militibus Julianus præcepit, ut singuli aurum accepturi grana aliquot thuris in aras jacerent, adeò minuta, ut multos Christianorum falleret, ignaros quid agerent.

Lin. 3. *Commeant litteræ*] Symmachus L. 1. Epist. 91. *Meæ litteræ quoniam acceptæ sunt tibi, crebriùs commeabunt.*

Lin. 8. *Verum autem Dei Templum*] Lact. Epitome, cap. 8. *Evacuetur omni labe pectus, ut Templum Dei esse possit, quod non auri, non eboris nitor, sed fidei & castitatis fulgor illustrat.* Hieronymus ad Nepotianum : *Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ substruunt : marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur ; & ministrorum Christi nulla electio est.*

IN CAPUT XVI.

Pag. 202. lin. 2. *Tres acerbissimæ bestiæ*] Ita *veritas acerba*, Lact. 4. c. 26. *Dominationes acerbæ*, l. 6. c. 6. *Acerbi census*, l. 7. c. 3.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Pag. 203. lin. 2. *Deindè in Hieroclem*] Hic ille est Hierocles, qui posteà præfuit Ægypto; cùmque indignis modis in Christianos fæviret, ab Ædesio inter cæteros Martyres nomen professo verbis asperis exceptus & pugno cæsus est. Vide Euseb. Hist. Eccl. lib. 6. c. 5. Diversus autem ab hoc fuit, vetustiorque paulò Hierocles ille, de quo Dio Cassius in Excerptis Valesianis, fœdissimum Elagabali mancipium; & ab utroque rursùm diversus Hierocles philosophus, in Christianam veritatem nihilo æquior, sub Juliano Parabate virulentissima sparsit scripta. Consule Jonsium de Scriptoribus Hist. Phil. lib. 3. c. 18.

Lin. 4. *Priscillianum*] Præfectum Bithyniæ post superiores istos. Vide Notas Baluzii.

Lin. 6. *Novièr adversarium vicisti*] Tertull. Apolog. c. 27. *Et illos* (Dæmones) *nunquàm magis triumphamus, quàm cùm pro fidei obstinatione damnamur.* Similia occurrunt apud Cyprianum, Ambrosium, Prudentium; item in Martyrologiis.

Lin. 7. *Zabolum cum satellitibus*] Æoles Δ mutant in Ζ, ut ζανυκὸς, pro δανυκὸς; ζαβάλλει, pro διαβάλλει: undè ζάβολος, pro Διάβολος, quo & usi Cyprianus, Hilarius, alii. Imò Paulinus vix aliter unquàm, quàm *Zabolus* dicit. Simulque *zeta*, pro *dista*. Hæc Vossius de Arte Gram. l. 1. c. 21. Gronov. Obs. lib. 4. c. 13. p. 208.

Lin. 9. *Quàm jucundum illud spectaculum Deo ...*] Cyprianus Epist. 9. ad Martyres: *O quale fuit illud spectaculum Domino! quàm sublime! quàm magnum! quàm Dei oculis Sacramento ac devotione militis ejus acceptum!* Adde quæ ex Minutio Felice, item quæ ex Epicteto affert Lipsius ad nota illa verba Senecæ, lib. 1. de Provid. c. 2. *Ecce spectaculum dignum, ad quod respiciat intentus operi suo Deus: ecce par Deo dignum, vir fortis cum malâ fortunâ compositus.*

Lin. 12. *Cùm Dominatores dominantur*] Cypr. Ep. 6. *Nunc est ut magis insidiantem adversarium metuant, qui fortiorem quemque magis aggreditur, & acrior factus hoc ipso; quòd victus est, superantem superare conatur.* Et Ep. 34. de Celerino Mart. *Jacuit inter pœnas pœnis suis fortior, inclusus includentibus major, jacens stantibus celsior, vincientibus firmior vinctus, sublimior judicantibus judicatus.*

Lin. 13. *Nefandâ jussione*] Sic lib. 4. Instit. c. 15. *Verbo ac jussione faciebat;* l. 5. c. 13. *Non tyrannicas jussiones, non præsidum gladios tremunt.* Plura Elmenhorstius ad Arnob. lib. 2. p. 67.

Ibid. *Ac terriculas*] De hâc voce adi Nonium. Prætereà è Nævio *cassam terriculam* afferunt, & è Senecæ perditis, *Omnes ejus terriculas delude.* Imò habet & Livius lib. 34. c. 11. *Nullis minis, nullis terriculis se motos.*

Lin. 14. *Fide stabili*] Suspicor leviter excidisse vocem unam; ut fuerit, *fide stabili, & invicto robore animi.*

Lin. 15. *Nihil ungulæ*] Ungulæ, genus quoddam ferreæ forcipis, inter tormenta adhibitæ olim. Formam vide apud Gallonium, aut inter ea, quæ subjiciuntur libro Magii de Equuleo, pag. 176. & 81.

In Caput XVII.

Pag. 204. lin. 2. *Vicennalium diem*] Solennium votorum, quinquennalium nempè, decennalium, & deinceps, quæ origo, quæque ratio fuerit, licèt traditum sit à doctis, repetam breviter tamen, in gratiam eorum, quibus hoc genus librorum non ita facilè esse potest ad manus. Cæsar Augustus, cùm Romanis rebus post motus & turbas maximas à se compositis & constitutis decennio præfuisset, sive tædio valetudinis diuturnæ, curisque ac laboribus imperii fractus, de reddendâ Republicâ seriò cogitaret, (quod affirmare videtur Suetonius in Aug. c. 28.) sive hoc tantùm præ se ferret ob causas à Dione prolixiùs expositas, convocato Senatu, rationem administrati imperii sic reddidit, ut tamen, quasi decernente eodem, in proximum quinquennium potestatem constituendæ Reipublicæ retineret. Verùm hoc elapso, rursùs aliud quinquennium, pòst decennium, ac eo finito, aliud iterùm decretum est; ita ut continuatis decenniis, per totam vitam imperii summam obtinuerit. Cujus exemplum quodammodò secuti successores, etsi non ad certum tempus, sed per omne vitæ spatium imperium delatum sibi haberent, singulis tamen decenniis festum pro renovatione ejus agebant. Hæc ferè Dio ita refert lib. 53. & ex eo recentiores. Id primò gestum Augusto septimùm, Agrippâ tertiùm Consulibus. Sequentes igitur Augusti singulis decenniis celebrarunt has πανηγύρεις, ob id δεκατηρικὰς dictas Xiphilino, quibus vota diis solvebantur, initio cujusque decennii solenniter postmodùm suscipi consueta; militibus donativum, & annonæ populo Circenses exhibebantur. Imò singulis etiam lustris, sive quinquenniis, res hæc dein repeti cœpta. Fiebant ergò vota quinquennalia primo anno initæ dignitatis: sed solvebantur exacto lustro; tum decennalia nuncupabantur, lustro altero de-

Digitized by Google

mùm completo solvenda. Vota vicennalia susciebantur anno quintodecimo imperii: festum verò ipsum agebatur vicesimo, quo munera etiam Imperatori mitti solebant; de quibus vide Symmachum, lib. 10. Epist. 26. Rei præterea carceribus eximebantur, Deo gratiæ agebantur, pecuniæ distribuebantur per civitates, & lætitia publica multis modis fiebat testatior. Hæc ex nummis plenius docent Adolphus Occo, Eriz,us & Chalucius, firmantque, aut repetunt alii; ut Carolus Dufresnius Dissertatione de Numismatibus ævi inferioris, pag. 29. Magnâ itidem cum curâ argumentum idem tractarunt Henricus Norisius Dissertatione de Votis decennalibus, & Antonius Pagius Dissertatione Hypaticâ, seu de Consulatibus Cæsareis.

Lin. 3. *Ad XII. Kalendas Decembres*] Videndus est de hoc loco Antonius Pagius, jam dicti operis paginâ 90. 92. & 93. ubi tradit, non ideò celebrata à Diocletiano hoc die vicennalia, quòd is esset imperii ejus natalis: sed quia tunc Maximianus Herculius Cæsar esset nuncupatus. Idque factum aliquotiès, utique post Constantini Magni tempora, ut causâ quâpiam interveniente, non ipsius Imperatoris primi, sed participis ejus die natali, hoc est, quo particeps imperium auspicatus fuerat, festum hujus generis celebraretur.

Lin. 11. *Quodcunque se premi*] Lego, *Quo utcunque se premi.*

Pag. 205. lin. 9. *Animam . . . nec tamen totam*] Id est, vitam, aut vitales spiritus. Sic vetus Bibliorum Interpres 2. Sam. 1. v. 9. *Quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est.* Martyrologium Usuardi, prid. Kal. Febr. *Ibique spiritum, qui in eo supererat, injecerunt.* Vide Barthii Adversaria, pag. 1682.

IN CAPUT XVIII.

Pag. 206. lin. 1. *Aiebat ei indecens esse*] Scribe, *Aiebat & indecens esse*, ut hoc membrum sequenti, *& minùs tutum*, lepidiùs respondeat.

Lin. 3. *Multorum sibi odia quæsisset*] Lactant. l. 2. c. 12. *Per ejus divinum atque unicum nomen hominum sibi misericordiam quærit.* Et l. 4. c. 1. *Mortem sibi perpetuam cum diis & cum bonis corporalibus quæsierunt.* Adde Gronov. ad Sen. Herc. Fur. v. 285.

Lin. 4. *Nervâ verò uno anno imperante*] *Nervam verò uno anno imperantem* scribendum esse, ratio syntaxeos evincit.

Lin. 8. *Jam ipse inhiaverat . .*] Lego, *Jam spe inhiaverat, cùm indè sibi aut nihil præter nomen, aut non multùm videbat accedere.* Nihil, aut exiguum nimis, videbatur Galerio, si duo majores retinerent summam imperii, ipse contentus nomine Cæsaris, tertium, aut quartum teneret locum.

Pag. 207. lin. 1. *Jam fluxisse annos quindecim*] Lactant. l. 3. c. 17. ex mente adversariorum: *Nullum diem, nullum denique temporis punctum effluere nobis sine voluptate patiamur.*

Ibid. *Annos quindecim, in Illyricum*] Videtur respexisse verba Livii, lib. 7. c. 38. *An æquum esse dedititios suos illâ felicitate perfrui*; se militando fessos, in pestilenti atque arido circa urbem solo luctari?*

* Editio Lugd. Bat. 1634. deditios suos illa felicitate atque amœnitate perfrui;

Lin. 12. *Filios nuncupari*] Instit. l. 1. c. 8. *Quos imperiti & insipientes tanquàm deos & nuncupant, & adorant.* Sic lib. 4. c. 4. *Nuncupare patrem, nuncupare dominum*, sensu nonnihil diverso. Nam hîc nuncupare, est Cæsarem pronuntiare, atque adeò in hæreditatem & jus obtinendi olim imperii vocare.

Lin 16. *Sanctissimus adolescens*] Id est, vitæ integerrimæ & innocentissimæ. Sic de Paganis Lactant. l. 5. c. 10. *Qui licèt sanctis moribus vivant, in summâ fide atque innocentiâ, tamen quia deos colunt, à justitiâ & nomine verâ pietatis sunt alieni.* Symmacho hæc vox valdè frequens est, Christianos, ut opinor, æmulanti. Vel uno in quinto libro en quotiès eam repetat. Epist. 15. *Sancto Lampadio, germano tuo;* Ep. 20. *Sanctus Aurelius;* Ep. 29. *Sancti Asclepiadis philosophi;* Ep. 39. *Sanctus Sabius;* Ep. 49. *Ex tuo sanctissimo & luculentissimo ore.* Plura non congero.

Pag. 208. lin. 17. *Fideliter præbuit*] Omninò vera est prior hujus loci apud Cuperum interpretatio. Sic in Bibliis Latinis, 2. Paralip. 31. v. 18. *Sacerdotibus per familias & Levitis fideliter cibi de his, quæ sanctificata fuerant, præbebantur.* Ammianus Marc. lib. 28. *Quòd ipsi ad expeditionales usus præbere necessaria detrectarunt.* Sic dicebant, *præbere congrua, præbere justa, annua, diurna*, & similia. Lactantius Instit. l. 4. c. 8. *Ut generanti nos Deo justa & debita opera præbeamus.*

Lin. 18. *Ut ab eo induatur*] *Vestire* dixerunt alii, ut Ammianus Marcell. lib. 26. *Si tuos amas, Imperator optime, habes fratrem; si rempublicam, quare quem vestias.*

Lin. 20. *Dajam adolescentem*] Opinor sic dictum, quòd originem duceret è Daharum populo, non tam illo, proximè qui situs ad mare Caspium fuit, noto per Scriptores rerum Alexandri, quàm Europæo, & quidem

www.libraria.com.cn

Digitized by Google

Germanico. Vide quæ de eo collegerunt Cluverius in Germ. Ant. Freinshemius ad Curt. Dausquejus ad Sil. Italicum.

www.libtool.com.cn

IN CAPUT XIX.

Pag. 209. lin. 1. *Kal. Maiis*] Annotavit Baluzius, Zosimum & Fastos Idatianos dicere hoc factum Kalendis Aprilibus, alios etiam longiùs recedere; cum Lactantio tamen Kal. Maias tenendas esse, Antonius Pagius etiam non ambigendum putat. Vide eundem pag. 239. Dissertationis memoratæ, & locis aliquot aliis.

Lin. 2. *Et priores militum*] Existimo legendum, *primores militum*, quomodò Livius, Tacitus, aliique frequentissimè. *Primores Judæorum* dixit etiam Lactantius, lib. 4. c. 16. Hegesippus de Excid. Jer. l. 2. c. 15. *Etiam quibusdam afflictis militiæ primoribus.*

Lin. 7. *Inquit senex*] Emendavi, *In quâ senex, concione* scilicet: *recipit*, quod suggerit vir quidam doctissimus, cum sequenti *alloquitur*, aptè hîc convenire non potest.

Ibid. *Alloquitur milites*] Propriè, ut ab aliis est annotatum; undè *allocutiones* in nummis sæpè.

Pag. 210. Lin. 4. *Omnes in tribunali*] Distingue, *Obstupesiunt omnes. In tribunali Constantinus adstabat susùm.* Non enim soli obstupuere, qui stabant in tribunali, sed & cæteri. *Susùm* habes apud Plautum, Cistell. Act. 2. sc. 3. v. 78.

Quid nunc supina susùm in cœlum suspicis?

Ita quidem duo vetusti codices, teste Paræo in Analect. quomodò & bis edidit Gruterus. Utitur & Cato de R. R. c. 157. sub finem. Sic in Decreto arbitro finium regundorum inter Genuates & Veiturios, quod legitur in Collectione Gruterianâ, p. CCIV. IBEI. TERMINUS. STAT. INDE. FLOVIO. SUSO. VORSOM. IN. FLOV. LEMURIM. INDE. FLOVIO. LEMURI. SUSUM. USQUE. AD. RIVUM. COMBERANE. INDE. RIVO. COMBERANEA. SUSUM. USQUE. AD. CONVALLEM. CÆPTIEMAM. Manet eadem vox in compositis, *sustollo*, *suspendo*, *suscipio*, *sustineo*, & si qua sunt similia. Plura Ducange in Glossario.

Lin. 12. *Statim Scutarius, continuò Protector*] Gradus hi sunt militiæ honoratæ, de quibus docti abundè egerunt. Gumprimis vide Valesium ad Am. Marcell. lib. 14. qui docet, Scutariorum Scholas, inter Palatinas, alias fuisse Sagittariorum, alias Clibanariorum: *Protectores* autem latus Principis protexisse, & alios in comitatu mansisse, alios cum Comitibus & Magistris militum missos in provincias. *Constantius Chlorus, divi Claudii, optimi Principis, nepos ex fratre, Protector primùm, exin Tribunus, posteà Præses Dalmatiarum fuit*, uti docent publicata à Valesio Excerpta.

IN CAPUT XX.

Lin 210. *Quod voluit & fecit*] *Effecit* ab auctore scriptum puto. Sic Instit. div. l. 6. c. 14. *Mox videbimus, an efficiant quod velint.* Inscriptio temporum eorumdem apud Ad. Occonem pag. 11. num. 3. in editione Commelini:

IMP. MAXIMIAN. HERCUL. CÆS. AUG.
CONSTANTIO IN OCCID. CÆS. EFFECTO.
ET. IMP. REIP. LONGE. LATEQUE. AUCTO.
ET. CUM. DIOCLETIANO. PRINCIPE. INVICT.
ETIAM. UNO. TEMPORE. COLLEGA. EFFECTO.

Lin. 2. *Dominum esse ferebat*] Illud *esse* suspicor à librario adjectum. Vellejus Paterculus l. 1. c. 11. *Qui se Philippum regiaque stirpis ferebat.* Tacitus Annal. 1. c. 2. *Consulem se ferens.*

Pag. 211. lin. 10. *Cæsare filio suo*] Candidiano, ex concubinâ nato, sed quem adoptaverat etiam Valeria conjux, uti narrabit noster infrà, c. 50. Hæc ita verè interpretatum arbitror Baluzium.

IN CAPUT XXI.

Pag. 211. lin. 3. *Se addicant*] Div Instit. l. 2. c. 1. *Totos se libidinibus addicunt.* Lib. 6. c. 20. & 23. *Quia se corpori addixerant, in quo habet mors potestatem.* De instituto, seu consuetudine hâc Persarum legatur Brissonius.

Lin. 6 *Sic agebat*] *Clam sic agebat*, aut *artibus sibi consuetis*, aut aliquid simile nisi adjeceris, nihil erit, quod præcedenti *apertè* respondeat.

Pag. 212. lin. 2. *Egregii ac perfectissimi viri*] Non Decuriones modò, qui quidem *egregii* ac *perfectissimi* viri non erant dicti, sed & his potiores, quales fuere Duumviri, & defensores civitatum, item Sacerdotes, Curiales, & si quis ex his, aut præter hos, codicillis ab Imperatoribus datis, honores & ornamenta *egregiorum* & *perfectissimorum* erant consecuti, eorumdem dignitatum nullâ ratione habitâ, atque sic iis amissis, subjiciebantur ab eo tormentis. Plura de his cæterisque titulis Pancirollus ad Notit. Imperii.

Lin. 5. *Defixi in stabulo*] Stabulum hîc non equorum, sed equuleorum, ejusque generis catastarum, accipe, & ubi homines ad palos fixi & propè suspensi stabant. Sic *stabulum ferriterium* habes apud Plautum, Pers.

Digitized by Google

Act. 3. sc. 3. v. 13. ex emendatione Gronovii.

Lin. 6. *Quid Lusorium*] Lusorium, id est, Amplitheatrum, si Salmasium ad Spartianum sequimur. Ex hoc loco tamen colligere possis, destinatum peculiariter oblectationi Imperatoris in spectandâ confectione ferarum, aut lanienis quæ per eas fiebant, ædificium intelligi hoc vocabulo. Scholiastes Juvenalis ad Sat. 4. v. 100. *In Lusorio Cæsaris juvenis iste ursos sæpè ut venator occidit.* Salvianus quoque Lusorium, ut ab amphitheatro diversum, recensetverbis à Dufresnio adductis, apud quem vide plura. Imò & Seneca, Epist. 80. *Cogito mecum quàm multi corpora exerceant, quàm ingenia pauci; quantus ad spectaculum non fidele & Lusorium fiat concursus; quanta sit circa artes bonas solitudo.*

Lin. 7. *Habebat ursos*] Non dissimilia de Valentiniano Marcellinus lib. 29. *Cùm duas haberet ursas, sævas, hominum ambestrices, Micam auream, & Innocentiam, curâ agebat enixâ, ut earum caveas propè cubiculum suum locaret, custodesque adderet fidos, visuros sollicitè, ne quo casu ferarum rumperetur luctificus calor. Innocentiam denique, post multas quas ejus viderat laniatu cadaverum sepulturas, ut benè meritam in sylvas abire dimisit innoxiam.*

Lin. 12. *Et exilii*] Locus est difficilis, & quem ab aliis restitutum videre malim, ac lubens: tentabo tamen & ipse. Puto compendium scriptionis *cros*, quod *cæteros* debuit notare, mutatum fuisse in *Christianos; exilii* verò ἀντὶ τοῦ *exilium*, fuisse scriptum, ut proximo capite *beneficii*, pro *beneficium*, & *imperii*, pro *imperium*, apud Aur. Victorem de Cæsaribus c. 35. ut benè conjectavit Schottus, subsidente videlicet nonnunquàm librarii manu. His observatis, scribo: *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit*; aut, si omninò videtur necessaria mentio Christianorum, quia de his maximè agitur: *Christianis dignitatem non habentibus pœna ignis fuit; exilium primoribus* (Romanis putà; nam de municipiorum decurionibus priùs est actum) *permiserat, adversùs cæteros datis legibus, ut post tormenta lentis ignibus urerentur.* Cyprianus Epist. 82. non planè dissimilem suppliciorum recensetseriem, quam illic rectiùs leges.

Pag. 213. lin. 5. *Cùm per muleum diem*] Ita jam typis Aboæ fuerat descriptum, Doctissimi Viri, ut opinor, conjecturâ, qui illic non gravatus est præesse huic labori, ut opusculum istud rectè ederetur. Firmarunt posteà litteræ Amplissimi Cuperi. In Parisiensi fuit, *Quod postremò accedebat. Tunc per*.... Pro *in flumine ac mare*, item rectè forsàn est repositum, *in flumina ac mare*; sic enim scripsisse Lactantium facilè credam. Nec tamen planè novum est *jactabantur in flumine.* Nam & in Passione Savini Episcopi & Martyris habes, cap. x. *omnia jussit comminui & projici in flumine*: quomodò & Lactantius non rarò, ut ostendam infrà. *Mare* pro *mari* Naso quoque locis aliquot, & ante eum Varro uterque dixerunt, ut ab aliis est observatum. Non repugnabo igitur, si quis retinendam contendat editionis primæ Lectionem.

IN CAP. XXII.

Pag. 213. lin. 2. *Nulla pœna penès eum levis*] Adsentior Cl. Baluzio, ex eo quod in manuscripto fuit, *pœnis*, facienti *penès*. Sed cùm vox *pœna*, teste ipso, legatur inferiùs, existimo hæc ita esse concinnanda, *Nulla penès eum levis pœna.*

Lin. 4. *Emendabantur lanceâ*] Arbitror speciem fustigationis hoc genus supplicii fuisse, quod & Cupero nostro est visum: lanceam verò loco fustis, ut minùs ignominiosam, adhibitam esse. Apulejus lib. x. c. 1. *Lanceam longissimo hastili conspicuam, quam scilicet non* DISCIPLINÆ *tunc quidem causâ, sed propter terrendos miseros viatores---- composuerat. Emendare legibus res Romanas, emendare urbes judiciis*, habes apud Horatium, & Quinctilianum.

Lin. 5. *Beneficii loco*] Voce *loco* insertâ opus non esse, scribendumque *beneficium*, dixi ad caput præcedens. Dio lib. 58. p. m. 634. Καὶ τὴν ζωὴν τιμωρίαν τοῦ, καὶ τὸν θάνατον εὐεργεσίαν ἐποίει. Et sic alii.

Lin. 6. *Bonam mortem*] Id est, facilem, & cruciatûs carentem. Plin. lib. 2. Ep. ult. *Quousquè miserum cruciatis? quid invidetis bonam mortem, cui vitam dare non potestis?* Ubi adde quæ habent Gruterus & Buchnerus. P. Syrus:

Bona mors est homini, vita qua tollit mala.

IN CAP. XXIII.

Pag. 214. lin. 2. *Censitoribus ubique diffusis*] Quæ de ratione censûs provincialis, sive censitionis, deque ejus ab urbano censu discrimine, commentatus sum, adferre non finit festinatio. Augustum etiam sic descripsisse provincias nemini ignotum. Fecerunt & posteà Vespasianus, Constantinus Magnus, Arcadius, Justinianus, & alii, ut Leges disertè docent.

Lin. 6. *Fora omnia*] Sic emendavi, doctissimo

www.libnol.com.cn

Digitized by Google

simo Cupero approbante. In Parisiensi fuit, *foras omnia.*

Lin. 10. *Ipsi contra se torquebantur*] Id est, tormentis hùc adigebantur, ut se ipsos accusarent quasi, & convincerent. Amat Lactantius tales argutias. Sic Instit. Div. l. 1. c. 18. *Se ipso minor aut deformior ;* cap. 22. *Sed cùm alios falleret, seipsum tamen non fefellit ;* l. 2. c. 1. *In gratiam secum ipsos reducere, ne se tantoperè despiciant ;* ibid. *ipsi ergò sibi renunciant.* Magis etiam hùc faciunt ista, Lib. 3. c. 27. *Tam incerti fuerunt, sibique sapè contraria disserentes ;* Lib. 5. c. 2. *Ipse adversùs se gravis censor, & accusator acerrimus ;* L. 6. c. 6. *Et gradus per quos ascenderunt amputant, ne quis illos contra seipsos possit imitari ;* L. 7. c. 2. *Sibi contraria sententia.* Similia etiam alii ; quos inter Ovidius argutè :

Contra te surgis, hominum natura, fuisti ;
Et nimiùm damnis ingeniosa tuis.

Nec non & Cicero planè similiter, & æquè in re judiciariâ. Orat. pro Roscio Comœdo, c. 6. *Quid tu, Saturni, qui contra hunc venis, existimas aliter ?* cap. 13. *Te te, inquam, Fanni, ab tuis subselliis contra te testem suscitabo.* Cap. 14. *Contra se nunquàm testimonium dicet.* Et alibi similia. Estque vocula *contra* in judiciis usitatissima, & formulam sapit. Jul. Capitolinus in Ant. Pio, c. 6. *Contra Procuratores suos conquerentes libenter audivit.* Ita vetustiores etiam sæpè ; ut cùm Cicero ait, *contra alium patronum causam defendere, contra disputare,* & similia.

Pag. 215. lin. 1. *Qua veteres adversùs victos*] Lege cum Baluzio in addendis, *Qua victores adversùs victos.*

Lin. 4. *Pro capitibus pendebantur*] Capitationem non rejeciſſe veteres Romanos, apud quos capite censi pauperiores fuere, notum est. Constantinus solam Romanam plebem huic tributo exemit. Vide Franciscum Balduinum de Legibus Constantini M. p. m. 154.

Lin. 10. *Nec mori saltem gratis*] Alludit ad proverbium κἂν δεῦρο τυφῶ φέρε, quod habes apud Aristotelem Rhetor. lib. 2. cap. 6. al. 14.

Lin. 12. *Atquin homo impius*] Alii mallent ubiquè separatim scribere, *at quin.* Vide Brissonium in Parergis, aut Isæum ad Lactantium, lib. 1. c. 4. Idem Lactantius l. 4. c. 12. *Atquin Propheta utrosque adventus ejus paucis verbis comprehendit.* Sic codex Franc. Peniæ, teste Servatio Gallæo. Magis necessaria est correctio, lib. 5. c. 9. ubi nunc legitur : *Æquè fieri non potest, ut ipsi qui errant in omni vitâ, & in religione fallantur.* Ubi legendum fortassè, *non & in religione fallantur.* Nisi ex vestigiis libri Bononiensis, qui pro *æquè* habet *atquin*, scribendum, *At fieri non potest, quin ipsi, qui errant in omni vitâ, & in religione fallantur.* Sensus utiquè est, nec religionis iter rectum tenere posse, quos per omnem vitam error agit. Porrò cùm διωγμὸς hic traducatur tyrannus, verosimile est, non *hominem impium*, sed *pium* illum dictum, per ironiam. Notum enim est, pro misericordibus aut propensis illâ ætate *pios* dictos Principes, ut in illo Claudiani :

Sis pius in primis ; nam cùm vincamur in omni
Munere, sola deos æquat clementia nobis.

Quo de modo loquendi videndus Augustinus de Civ. D. lib. 10. c. 1. & ex recentioribus Scaliger ad Ausonium. Similis ironia apud Terent. Andr. 5. 2. *ô Chreme, pietatem gnati !*

Lin. 13. *Adeò hominem misericordem*] Lactant. Div. Inst. l. 1. c. 21. *Tam barbaros, tam immanes fuisse homines, ut parricidium suum sacrificium vocarent.* Cic. lib. 5. Epist. 11. *Hominem gravem & civem egregium.* Plura vide apud Gronov. ad Sen. Cons. Marc. cap. 9.

Lin. 14. *Ita, dùm cavit*] Rectiùs *cavet ;* sequitur enim *subterfugiat.*

Lin. 16. *Contra omne jus humanitatis*] Lact. Div. Instit. l. 5. c. 19. *In iisne mala mens est, qui contra jus humanitatis, contra fas omne lacerantur !* cap. 22. *Nec alienum quicquam concupiscit, ne quem contra jus humanitatis ladat oratio.* De jure eodèm agit pluribus lib. 6. c. 10. & 20.

In Caput XXIV.

Pag. 216. lin. 1. *Judicium Dei*] Videtur in mente habuisse illud 2. Macchab. 9. v. 4. *Cœlesti eum judicio perurgente ;* & v. 18. *Supervenerat enim in eum justum Dei judicium.*

Lin. 2. *Res ejus dilabi ac fluere*] Respicit notum illud Virgilii, Æn. 2.

Ex illo fluere & retrò sublapsa referri
Spes Danaûm.

Lin. 7. *Sapè in insidiis*] Deleretur forsitàn rectiùs τὸ *in.*

Lin. 10. *Dei manus hominem protegebat*] Lact. lib. 2. c. 15. *Quos Dei manus potens & excelsa protegit.*

Lin. 11. *In ipso cardine*] Sic Inst. Div. l. 2. c. 8. *Hic est ergò cardo rerum ; hic vertuntur omnia.* Similiter lib. 3. c. 7. & de Irâ Dei, cap. 6.

Lin. 12. *Cùm jam diù necare*] *Negare* Baluzius curis secundis rectè emendavit. Ac forsân præterea pro *diù*, scribendum *diutiùs.*

Ibid. *Dedit illi sigillum*] *Sigillum*, præ-

ceptum, epistola, diploma, literæ ipsæ sigillo munitæ, ut *Bullæ*, diploma bullâ suâ instructum. Gloss. Gr. Lat. συνθημα, *sigillum, evectio*. Hæc & plura Carolus du Fresne, vir harum litterarum eximiè gnarus. Nec diffitendum est, diplomata, quibus cursus dabatur publicus, Augusti tempore & proximorum Principum, ab Imperatore ipso, aut Proconsulum Præsidumve aliquo subnotata fuisse. Aliquo tamen ævo tesseras tantùm fuisse certas, cum sigillo Principis, non malè videtur statuisse Budæus; in cujus sententiam inclinare se fassus est Schefferus noster, vir in juvandis litteris, dum vita & vires erant, indefessi laboris, libro priore de Vehiculari re, c. 18. p. 264. *Synthema* vocat Hieronymus, epistolâ ad Julianum. *Jam demisso*, inquit, *synthemate, equus publicus sternebatur, & nobilem juvenem puniceâ indutum tunicâ baltheus ambiebat.* Συνθήματα etiam à Polybio memorata (quanquàm hæc ab istis haud dubiè diversa) *secretas notas, per quas mandata mittentis vera esse cognoscerentur*, vocat Livius. Adde Lipsi. ad Tac. Annal. 13. c. 2. Casaub. ad Æneam Tacticum, Salmas. ad Jul. Capitol. Pertinac. cap. 1. Nec absurdè quis dixerit, in his comparuisse notarum genus, quæ *siglæ* dicuntur à Justiniano Imperatore, quibus utebantur σημειογράφοι, sive ταχυγράφοι. Nam hos, qui per *siglas* illa intellexere singulares litteras, de quibus Val. Probus, refellit Nicolaus Heinsius, Vir illustris, in Epistolâ ad Socerum meum, τὴν μαχαίραν, jam olim ab hoc mecum benignè communicatâ, quæ, si res fuisset meæ spontis, jamdudùm donata foret publicæ luci. Quod & de aliis non paucis dictum velim, quæ nunc in scriniis B. Soceri delitescunt, me quidem prorsùs nolente & invito.

Pag. 217. Lin. 7. *Requiem vitæ, sicut optabat*] Elegantissima ejus verba refert auctor Politiæ Metrophanis & Alexandri apud Photium. Νῦν δ' ἀναλύσει μοι τῆς ζωῆς ἡδυτέρᾳ, μᾶλλον ἀδελφιον λαβόντι τὴν σὴν ἡγεμονίαν, ὅτι μὲν τὸ γὰρ καλλιπεῖν ἐπὶ γῆς βασιλεία, τὰ χειμαιῶν δάκρυα πεισμάξαι δωδεκατον, καὶ σῶσαι τὸν ἄδικον φόνον, ὃν Μαξιμιανὸς ὁ λάγη κατὰ τῶν χριστιανῶν παλαιμναν, ἥδη μοι τὴν μαχαίραν δίδωσι λῦσιν.

Lin. 9. *Deo suo reddere*] *Deo suo ut redderet*, forsân concinnius.

Ibid. *Sancta Religionis restituta*] Sic rectè emendari puto, cùm in Parisiensi sit *restituta*. Sic infrà c. 48. *hujus benivolentiâ nostra sanctio*. Utitur ætas ea frequentissimè etiam hoc modo. Posset tamen (si cui brevitas hæc non satis placeat) legi, *Hac fuit prima ejus sanctio, sanctitas religioni restituta*. Cic. 1. de Naturâ Deor. cap. 4. *Sanctitas est scientia colendorum Deorum*; lib. 2. c. 2. *Deorum cultus & Religionum sanctitates*, itidem conjunxit. Imò Lactantius ipse similiter initio divinarum Instit. *Per quem rebus humanis justitia & sanctitas restituta est.* Eidem *Sancta religio, Homo sanctum animal, Sancta littera*, & similia, satis crebra.

IN CAPUT XXV.

Pag. 217. lin. 1. *Laureata imago ejus*] Multiplex fuit *laureatarum*, seu, ut postea dicebantur, *lauratarum* usus: sed præcipuus in Imperatorum inaugurationibus. Statim enim atque augustam erant adepti dignitatem, mittebantur in provincias eorum statuæ, in signum adeptæ dignitatis, & ut à populis exciperentur. Philostorgius lib. 12. c. 10. Αἱ δὲ τῶ Κωνσταντίνου εἰκόνες, ὡς ἔθος ἦν τοῖς ἄρτι παρελθοῦσιν εἰς βασιλείαν περιπέμπειν, ἀναιμωτὶ πρὸς τὸν ἑῶον. Hæc ferè & plura in eumdem sensum Du-Cange in doctissimo Glossario, quibus pluscula addi possent ex aliis, si foret opus. Vide infrà ad cap. 42.

Pag. 218. lin. 4. *Turbata rationes ejus*] Rationibus turbatis, seu conturbatis, opponuntur liquidæ & expeditæ. Sic *turbare censum, turbare peregrinas delicias*, apud Petronium; de quibus vide Gronov. Observ. 3. 11. Nisi mavis hæc ad turbatas *agrorum rationes* referre, de quibus Agrariæ rei Scriptores, & ad eos Rigaltius & Cœsius, viri doctissimi.

Lin. 5. *Sed illud excogitavit*] Lactantius de Opif. Dei, c. 3. *Quid enim excogitabit? quid faciet? quid molietur?*

IN CAPUT XXVI.

Pag. 218. lin. 4. *Orbem terræ devorare*] Interpres Esaiæ vetus, c. 24. v. 6. *Propter hoc maledictio vorabit terram.* Lactant. 7. c. 16. *Disperdent omnia, & comminuent, & devorabunt.* Atque sic etiam Epitomes cap. 11. bis loquitur, ut nunc vetustiores omittam.

Lin. 6. *Describerent plebem*] Lactant. Institut. l. 1. c. 22. *Deos per familias descripsit.* Usitatissimum verbum de censu, aut censitione; quomodò & apud Græcos, ἀπογραφὴ & ἀπογράφειν.

Lin. 8. *Opportunitatem nacti*] *Nancti*, quod est in editione Parisiensi, nollem mutatum. Atque sic in Livio Doctiores scribi curavere, *Sine arbitris Muricum nanctus*, lib. 25. c. 30. Glossæ, *Nanctus*, δεξάμενος. In veteribus libris comparet etiam apud alios.

Pag. 219. lin. 2. *Nimiùm territus*] *Nimiùm*,

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

id est, *valdè*, ἄγαν. Instit. Div. l. 5. c. 10. *Si nimiùm pii fuerint*; de Opif. Dei, c. 9. *Si aliquid nimis propiùs admoveas*; ubi legendum, *nimiò propiùs*. Sic Liv. 1. *Nimiò plus, quàm satis tutum esset accolis*. Horat.

Et tollens vacuum nimiò plus gloria verticem.

Nimiò satiùs, dixit Plautus, aliique non dissimilia.

Lin. 11. *Quarebat quatenùs*] *Quatenùs*, illo ævo, sæpiùs notat *quomodò*. Lact. Div. Instit. l. 1. c. 21. *Isidis Ægyptia sacra sunt, quatenùs filium parvulum vel perdiderit, vel invenerit*; l. 4. c. 27. *Sciet qui viderit, quatenùs adjurati per Christum de corporibus fugiant*; lib. 7. c. 6. *Quatenùs, aut quamobrem homines procreati.*

Ibid. *Se à periculo impendente muniret*] Lact. Epitom. c. 6. *Severissimis legibus vita nostra munitur*; de Opif. Dei, c. 4. *Ut adversùs nocentia fragilitatem suam muniret*; c. 10. *Ut oculi munitiores essent ab injuriâ.*

Lin. 14. *Severus interim vadit*] Oratio hæc elegantiæ Firmiani nostri minùs respondere videtur, *Severus vadit, & ad muros accedit*. Arbitror scribendum: *Severus interim Italiam invadit*. Nec officit, paulò post has voces repeti, nimirùm capite proximo. Videmus enim, Lactantium frequentare consuetas verborum formulas, duntaxat ubi hoc sine legentium tædio fieri posse videbatur.

Lin. 19. *Vestemque, & purpuram*] An est ἓν διὰ δυοῖν? Crediderim potiùs, & interiorem vestem, & exteriorem intelligi, cùm in utrâque Majestatis Imperatoriæ aliqua extiterint insignia.

Pag. 220. lin. 2. *Ab hoc capite suos persequi*] Verba hæc mutila quorsùm spectent, difficile pronuntiatu fatentur etiam viri doctissimi. Suspicor leviter, dicere auctorem hujus scripti, Max. Galerium à Severo suos persequendi fecisse initium, sive caput pro homine, sive pro initio accipias. Ita Ovid.

Hanc ego suspiciens, & ab hâc Capitolia cernens.

Curt. lib. 5. c. 2. *Post hos Antigonus, & ab eo Lynceστæ Amyntas fuit*. Florus l. 3. c. 18. *Ut victrix Asia Europaque à Corsinio Roma peteretur*. Et sic alii non rarò.

In Caput XXVII.

Pag. 220. lin. 4. *Urbe munitâ, & rebus cœptis inimicis*] Mihi videtur fuisse, *urbe munitâ, & rebus cœptis inimicâ redditâ, bellum diligenter instruens, in Galliam proficiscitur. Rebus cœptis*, à Severo putà, ac occiso illo à Galerio: his rebus, id est, molitionibus inimicam urbem reddidit. *Instruere certamen* habes etiam apud Lactantium, lib. 6. c. 22.

Pag. 221. lin. 1. *Dimissisque animis*] Aptiùs, ut puto, *demissis*.

Lin. 3. *Promissis ingentibus felix animus*] Scribendum est cum Baluzio: *Donec promissis ingentibus flexit animos eorum*; aut, quod ego malim, *donec promissis ingentibus flexis animis quorumdam, retrò signa convertit.*

Lin. 15. *Sed Dacium*] In Parisiensi editione fuit *Daciscum*, quod non temerè velim mutatum. Nam *Daciscos*, pro Dacis, habes etiam apud Vopiscum in Aureliano, cap. 38. extremo; quomodò eos & *Hunniscos*, *Teutiscos*, *Mauriscos*, dixisse docet Salmasius.

In Caput XXVIII.

Pag. 221. lin. 1. *Maximianus alter*] Herculius, qui ut suprà cap. 26. dictum, resumtum imperium commune habebat cum Maxentio filio.

Pag. 222. lin. 2. *Principem calamitatum*] Sic *princeps religionum Jupiter*, Div. Instit. l. 1. c. 21. & ibidem, *Principes intelligendi divina Curetes; Pythagorici, Stoici, Peripatetici, principes omnis disciplinæ*, lib. 2. c. 8.

Lin. 3. *Quas respublica sustineret*] Div. Inst. l. 6. c. 8. *Propter quæ tanti sit, & voluptates omittere, & mala omnia sustinere*; c. 18. *Sustineamus invicem, & mala hujus vitæ mutuis adjumentis perferamus.*

In Caput XXIX.

Pag. 222. lin. 1. *Ubi aliquantulùm moratus est, profectus*] Distingue, *ubi aliquantulùm moratus, est profectus*... aut *profectus est ad hostem filii sui*... Infrà, *substituto in Severi locum* puto scriptum fuisse, non *loco*; quanquàm non immemor, exempla reperiri etiam alterius.

Lin. 5. *Quod antè non fecerat*] Tò *antè* accipit Antonius Pagius Dissertatione Hypat. p. 245. de tempore, quo Severum Augustum, vel Licinium Cæsarem renunciavit. Ego motus auctoritate eorum, quæ allegavit pro se amplissimus Cuperus, Licinium non puto sic declaratum Cæsarem, ut plenè adoptatus esset in proximam spem imperii. Quod tamen ab Aurelio Victore Schotti, c. 40. & auctore ignoto de Vitâ Constantii Chlori, ejusque filii Constantini Magni, dicatur à Galerio Cæsar factus, id tale esse auguror, quale quod de Maximino suprà dicitur, cap. 18. *Jam & ipsi Diocletianus nomen ex parte mutaverat*, aliquem scilicet illi gradum factum per favorem adeò Galerium, non in totum Cæsarem declaratum.

Digitized by Google

Lin. 7. *Sic uno tempore sex fuerunt*] Undè colligere licet, Diocletianum, seu Dioclem, iis non accensendum esse; quem tamen Antonius Pagius autumat, ideò ab Aurelio Victore dici renuisse imperium viginti quinque annis, quia hoc quoque anno publicis interfuerit consiliis, id quod ex hoc satis liqueat loco. Sine eo certè sex fuerunt, nempè ut eos recensèt etiam Cl. Baluzius, Maximianus Herculius, Galerius Maximianus, Maximinus, Constantinus, Licinius. Herculius tunc equidem bonâ fide non imperabat: hunc tamen potiùs, quàm Dioclem numerum istum implere crediderim.

Lin. 9. *Plenus malæ contagionis ac sceleris*] Hoc genus loquendi in sacris extraneisque Scriptis frequens est. Sic Jos. 7. dicitur Israël *anathemate pollutus*, & Achan *scelere contaminatus. Inexpiabili scelere contaminari atque distringi* dixit Lactantius lib. 5. c. 1. & Epit. c. 6. Paulò aliter Salomo. Prov. 5. 22. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* Quod Græci pereleganter Παγιδεύεται ἄνδρα ἀγριότης, σειραῖς δὲ τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν σφίγγεται. Adde Salmasium ad Solin. p. 1091.

Pag. 223. lin. 10. *Cum exercitu revolat*] Lact. Div. Instit. l. 2. c. 12. *Donec emissa corporis claustro, ad sedem suam revolet.*

Lin. 18. *Audit scelera quæ fecit*] Eleganter de obnoxio. Sic lib. 5. Div. Inst. c. 19. *Audit quæ illi Deus comminetur.*

IN CAPUT XXX.

Pag. 223. lin. 2. *Vocat filiam Faustam*] Cujus imaginem in numismate habes apud illustrissimum Spanhemium de usu & Præst. Num. p. 639. Obiit hæc posteà balneo supra modum calefacto; quod mariti jussu factum criminati sunt Pagani. Sed hoc non immeritò suspectum habet clarissimus Cellarius in Notis ad Eutrop. lib. 10. c. 4. Num. 13. Amata verò plurimùm fausta illa, ut Tacitus vocat, nomina, non in viris modò, sed & fœminis. Hinc Felicitas, Fausta, Faustina, Faustilla, Fortuna, Felicissima, Tyche, Callityche, Profutura, & alia jam antè ab insignibus viris recensita.

Lin. 4. *Dignorem virum pollicetur*] Non malè prorsùs hoc de honorum dignitate acceperis. Sic Lactant. 3. 11. *At nihil virtute pulchrius, nihil sapientiâ dignius inveniri potest.* Usuardus in Martyrologio: *Sepultusque est ad Ecclesiam, ubi fuerat dignus minister constitutus.* Et sic cùm alii, tum Ecclesiastici frequentissimè. In nostro quoque sermone veteres similiter, ut & Rex Birgerus, qui in Præfatione Legum Uplandicarum, Archiepiscopum eleganter vocat *Baerdogan Verra.* In hoc tamen Lactantii loco rectiùs fortassè dignum interpretabimur hâc conditione conjugii: ut apud Tibullum lib. 4. Eleg. 7.

— *Cum digno digna fuisse ferar.*

Pag. 224. lin. 1. *Quâ manifestò facinus teneretur*] Quid sit *manifestò teneri*, Jurisconsulti docent. Vide Brissonium & alios.

Lin. 8. *Hæret manifestarius homicida*] Lactant. lib. 1. c. 7. *Quasi subductis & consumtis omnibus viis, subsistit, hæret, deficit.* Glossæ veteres, *Hæreo*, ἄπορέω, ἀπέχομαι. *Manifestarius fur* occurrit apud Plautum in Aulularia & Trinummo. Posteriores *manifestum* dicere malebant; Græci, ἐπαυτοφώρῳ.

Lin. 14. *Viginti annorum vota*] Contra Norisium docet Antonius Pagius Dissertatione Hypat. p. 157. non anticipasse Maximianum vicennalia sua, sed legitimo tempore celebrasse; quippè qui biennio Cæsar antequàm Augustus fuerit nuncupatus. Ipse videatur.

Lin. 16. *Morte finivit*] Admodùm consentanea his habent cùm alii, tum Zonaras præcipuè; adeò ut ea quoque, quibus factum putat ille, ut dissenserint inter se antiquiores, vera esse pateat, & ex hâc tam luculentâ narratione multò evadant clariora. Sed ea hùc afferre nimis foret prolixum negotium.

IN CAPUT XXXI.

Pag. 224. lin. 3. *De agendis & ipse vicennalibus*] Non quòd Galerio tum adesset eorum tempus: sed quòd apparatu sibi ad ea plurium annorum opus esse Imperatores putarent. Adi laudatum modò Ant. Pagium, diligenter hoc argumentum exequentem, Diss. Hyp. p. 188. Egregium hunc locum esse ad ostendendam impensarum magnitudinem, quas occasione istiusmodi faciebant, docet idem p. 247.

Lin. 4. *Qui jamdudùm*] In lacunulâ hâc arbitror deesse, *ut Diis suis*, nempè redderet quæ promiserat; quæ verba mox sequuntur.

Pag. 225. lin. 2. *Securim alteram affixit*] *Securum alterum* legendum putat vir doctissimus, Imperatorem nempè; quod assequi me non fateor, cùm hîc non de Imperatore Diocletiano, sed de provinciis agatur. Nec mihi dubium est, quin Ciceronis illud pro Cn. Plancio respexerit, cap. 29. *Quam enim illi Judices graviorem potuerunt reipublicæ infligere securim, quàm cùm illum è civitate ejecerunt, qui Prætor finitimo, Consul domestico bello rempublicam liberârat?* Præterea licèt usitatius multò sit quod nunc editum est,

Digitized by Google

mallem tamen ex istius ævi consuetudine retentum fuisset, quod est in editione Gallicâ, *securem*. Sic enim etiam Prudentius in Passione Martyris Prudentii, v. 328.

Adeon' securem publicam
Mollis retundit lenitas?

Etiam Ammianus lib. 30. p. m. 430. *Papirius Cursor eâ tempestate Dictator securem per lictorem expediri—— jussit.* Sed talia nostris adolescentibus non sunt imitanda; licèt etiam *sitem* legatur apud Prudentium & Boëthium, *cutem* apud Corn. Celsum, imò apud Maronem etiam *turrem*, si Charisium sequimur, & alia apud alios.

Ibid. *Exactio celebrata sit*] Optatus Milevitanus lib. 3. *Si quandò —— in judiciis publicis aliqua celebrata sit actio*; lib. 5. *Cùm videret à Filio Dei tantas celebrari virtutes*, id est, tanta divinæ potentiæ opera edi; lib. 7. *Nullum judicium celebratum est: sed sententia est operatus effectus.*

Lin. 5. *Veniam non habentibus, nullas*] Lege cum Baluzio ad umbilicum voluminis secundi: *Venia non habentibus nulla abstinendi multiplices cruciatus*; aut *Venia à non habentibus*, quod ego malim; ut sit sensus, non licuisse missis ad hoc magistratibus abstinere cruciatus à provincialibus, licèt non haberent quod præstarent.

Lin. 9. *Nulla area sine exactore*] Veteres aliquandiù frumenta habebant in areis, donec extrita & purgata reconderent in horreis & apothecis. Vide Scriptores Rei Rusticæ. Etiam Liv. l. 34. c. 9. *Id erat fortè tempus, ut frumentum in areis haberent.*

Lin. 10. *Qua quàm tolerabilia sint*] Emenda cum Baluzio: *Quanquàm intolerabile sit, eripi ab ore hominum cibos labore quæsitos*; nisi quòd *quæsitos* κατ' ἀρχαϊσμὸν videatur ferri posse. Simile, quòd ad figuram orationis, est illud Lactantii, lib. 5. c. 9. *Hoc verò inenarrabile est, quod sit adversus eos, qui malefacere nesciunt*; quòd ad sententiam verò, illud Livii, lib. 21. c. 13. *Hæc quanquàm sint gravia atque acerba, fortuna vestra vobis suadet.*

Lin. 14. *O dementissime*] Hic locus alterum revocat mihi in memoriam, qui nunc apud Lactantium haud dubiè corruptus exstat. Videlicet Div. Instit. lib. 5. c. 10. *Quid esse potest hâc pietate dementius? quàm mortuis humanas victimas immolare, & ignem cruore hominum tanquàm oleo pascere?* Hîc *pietati* primùm *dementia* malè opponitur; dein efficiunt hæ duæ voces, *hâc pietate*, ut sequens membrum, *quàm mortuis humanas, &c.* non habeat cui aptè possit respondere. Sed vatius Gallæus testatur, ἀντὶ τοῦ *dementius* in uno codice vetusto legi *inclementius*; undè veram lectionem hanc esse colligo: *Quid esse potest hâc pietate inclementius? quid dementius, quàm mortuis humanas victimas immolare, & ignem cruore hominum tanquàm oleo pascere?* ut hoc velit, Nihil inclementius, adeòque nihil Æneâ, qui pium se jactavit, indiguius, (nam & clementia pietas dicta, uti priùs est ostensum) quàm cædere & exurere crudeliter innoxios homines; nihil inconvenientius duci perito & prudenti, quàm credere mortuos pasci cruore humano. Judicent alii, siccine scripsisse videri possit Lactantius.

Lin. 16. *Bonis suis eversus*] Ciceronem imitatur, qui & ipse similiter dicit, *evertere quempiam bonis, aut fortunis suis*, ut ab aliis est adnotatum.

IN CAPUT XXXII.

Pag. 226. lin. 2. *Mittit ergò ad eum sæpè legatos*] Galerius nempè ad Maximinum. Vide Eusebium lib. 8. c. 13. cujus verba attulere jam alii complures.

Lin. 4. *Præscriptione temporis*] Quòd purpuram diù ante Licinium sumsisset Maximinus.

Lin. 8. *Victus contumaciâ*] Miror, Antonium Pagium hæc de Maximino Dajâ, sive Dazâ, accipere, cùm series verborum & res ipsa doceat, intelligendum esse Galerium. Quomodò enim Galerius, Imperator jam veteranus, contumax diceretur in novitium Dajam? Contumacia inferioris utiquè est in superiorem. Dein sanæ mentis nihil fuisset in Maximino Dajâ, si vivo Galerio Cæsarum nomen tollere, & unus omnia suo arbitratu turbare veriùs, quàm administrare tentasset. At Pagius instat: Quid ergò fiebat de Maximino? hunccine Galerius dejecit gradu omni? Primùm respondere possem, non eum nominatum in præsentiâ, quippè Galerio inimicum jam, penitùsque invisum; postmodùm ejus fieri mentionem, cùm ratio jam non posset non haberi. Dein si miraris, præteritum à Galerio Dajam, quantò magis mirabor ego, à Dajâ præteritum Galerium? an ideò tamen potuit eum è fastigio suo dejicere? Sed ut serió magis agam, opinor, hîc omissum esse à dormitante librario Maximini Dajæ nomen, scribendumque, *Maximinum, Maxentium, & Constantinum, filios Augustorum.* Sic utiquè omnia erunt planissima, liquebitque verè hæc Baluzium interpretatum esse de Galerio. Firmant sequentia: *Omnes*, inquit Lactantius, *quatuor Imperatores jubet numerari*: Licinium scilicet, Maximinum, Maxen-

Digitized by Google

tium, & Constantinum: omnes hos quatuor pronuntiavit Imperatores; nam de ipso Galerio qui tot annos jam imperaverat, nemo ambigebat. Spero accessuros mihi in hoc diligentius hæc expendentes, teque cumprimis, Amplissime & Doctissime Cupere; quod si fiat, aliquos dissentire molestè non feram.

Lin. 10. *Filios Augustorum*] Sic apud Julium Capitolinum in Vero, cap. 3. *Nec aliud ei honorificentia ádnomen adjunctum est, quàm quòd Augusti filius est appellatus.*

IM CAPUT XXXIII.

Pag. 226. lin. 1. *Jam decimus octavus annus*] *Annus decimus octavus Galerii Maximiáni cœpit Kalendis Martiis anni* 309. *quo exeunte, vel circiter, eo morbo is afflictus est, usque ad anni sequentis finem, ac initium anni* 311. *quo post Kalendas Martias, ac Tribunitiam potestatem vicesimam susceptam*, (vide edicti, quod infrà habes capite proximo, Inscriptionem, apud Euseb. lib. 8. c. 17. Eccl. Hist.) *edictum in Christianorum gratiam emisit, & post Kal. Maias ejusdem anni, cùm futura essent Vicennalia Kal. Martiis anni* 312. *miseram efflavit animam.* Hæc & plura Ant. Pagius Diss. Hypat. p. 159. quem in hoc puto sequendum.

Ibid. *Percussit eum Deus insanabili plagâ*] In animo habuit illud 2. Macchab. c. 9. v. 5. *Sed qui universa respicit, Dominus Deus Israël, percussit eum insanabili & invisibili plagâ.* Sic de Herode Eusebius & Nicephorus: Θεὸς ἀτοπον αὐτὸν καταλαβὼν μάστιξι, εἰς διάλυσιν συνήλασεν. Atque hoc pronuntiarunt Herodi, qui ab eo de morbo consulebantur: Ποινὴν τῆ πολλῆ καὶ δυσεβεῖ (dele particulam καὶ cum Nicephoro & aliquot libris, τὴ πολυ δυσεβεῖς, *multa impietas*) ταύτην ἐπιτεθεῖσθαι ὁ θεὸς (vide an fuerit, τὸν θεὸν) παρὰ τῆ βασιλέως; *Hanc multiplicis impietatis pœnam Deum à Rege exposcere.* Docent hoc exempla plurima, solennem hanc esse, aut immanis sacrilegii & impietatis, aut aliorum atrocium scelerum pœnam. Aliquot ego nunc festinans recitabo. Pheretima, plus quàm fœmina in exigendis ab hostibus supplíciis, viva in vermes efferbuit, teste Herodoto, libro quarto in fine. Pherecydes Syrus, linguæ adversùm Deos incontinentissimæ impurissimæque, quàm fœdè perierit, seu pediculis, seu serpentibus è corpore ipso enatis, narrabit Ælianus Var. Hist. l. 4. c. 28. & Plin. 7. 51. Sulla, homo crudelitatis notissimæ, phthiriasi periit, utì tradit Plutarchus; eodemque morbo Eunus, servus præstigiator, dira fax atrocis servorum in Siciliâ belli adversùm dominos Romanos. Herodem magnum, de quo cœpi dicere, τῆδε ἴτρυ φλεσμονὴ, καὶ αἰδοίοις σκωλήκας γεννῆσαι, planè gemina his Galerii malis, è medio abstulere; de quibus Eusebius, & vetustior eo Josephus, adeundi. Occubuit & nepos ejus Agrippa σκωληκόβρωτος, qui & ipse Herodes dictus, Act. 12. 23. *Claudius Herminianus in Cappadociâ, cùm Christianos crudeliter tractasset, solusque, in prætorio suo vastatus peste, vivus vermibus ebulliisset: Nemo sciat, inquit, ne spe gaudeant Christiani. Posteà, cognito errore suo, quòd tormentis quosdam à proposito suo excidere fecisset, pœnè Christianus decessit;* narratio est Tertulliani, lib. ad Scapulam, c. 3. ubi plura videas licet. Caput Hæreticorum Arrius tetro correptus morbi genere, cùm ejus fœtorem ne ipsæ quidem cloacæ ferrent, disruptis effusisque intestinis, impuram animam eructatus est. Socr. Schol. Hist. Eccl. l. 1. His accensendus etiam Julianus, Parabatæ avunculus, de quo vide laudatos Baluzio. Plures dabunt, Plutarchus in vitâ Sullæ; Helladius apud Photium, p. 870. edit. Schotti; & Schottus ipse in Notis ad Aur. Victoris Sullam. Plures iterùm Sam. Bochartus ἐ θαυμάσιος, part. 2. lib. 4. c. 18. Hieroz. Has similesque historias gravi judicio prosequitur B. Hieronymus ad illud Zachariæ, cap. 14. v. 12. *Tabescent carnes eorum*, &c. *Nos autem dicemus*, inquit, *omnes persecutores, qui afflixerunt Ecclesiam Dei, ut taceamus de futuris cruciatibus, etiam in præsenti sæculo recepisse quæ fecerint. Legamus Ecclesiasticas Historias; quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximianus, quid saevissimus omnium Maximinus, & nuper Julianus, passi sint; & tunc rebus probabimus etiam juxta litteram, etiam prophetia veritatem esse completam, quòd contabuerint carnes eorum, & oculi computruerint.* Unum his nunc addam illud B. Greg. Nazianzeni, Invect. 11. Νόσοις μὲν δὴ τῶν ἀνοσίων (miro errore editio Hervagii habet ἀνοσίων) ὠδίκυς, καὶ ῥήξεις ἥκ ἀφανεῖς, καὶ πολυτρόπους ἄλλας πληγὰς καὶ μάστιγας, οἷς τὸν πολεμίκασι παραπλησίας, καὶ διατάτους ἢ κατὰ τὸ ἐικὸς χαρίσαντας, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς ἐξαγορεύσεις καὶ ἀγωνίτους μεταμελείας, τοὺς τε δὶ ὀνειράτων παιδεύσεις, καὶ τὰ καθ' ὕπαρ φαντάσματα, ἵνα ἐν ἀξίοις ἀλλαγωδήσωσιν.

Lin. 2. *Ulcus malum*] Eusebius l. 8. c. 16. ait, primùm fuisse apostema, dein ulcus in imo fistulosum. Plura ipse.

Pag. 227. lin. 1. *Medici secant, curant*] Languidiora hæc sunt, nisi scripseris, *Medici secant, urunt, curant.* Corn. Celsus l. 6. c. 18.

www.libroid.com.cn

Digitized by Google

num. 3. ubi de partium istarum malis hujus generis: *Si medicamenta viac ntur, hic quoque scalpello, quidquid corruptum est, sic, ut aliquid integri secum trahat, pracidi debet. Illud quoque æque perpetuum est, excisò cancro vulnus esse adurend m.* Adjice sequentia, ubi de motu, mananteque ex eo sanguine. S. Pacianus in Paræneſi: *Prudentes ægri medicos non verentur, ne in occultis quidem corporum partibus, etiam secaturos, etiam perustures. Meminimus quosdam remota etiam & verecunda corporum non erubescentes, in ferro, & cauterio, & gravissimâ illâ pulveris mordacitate, duraſſe. Et quantum est illud, quod homines præstiterunt? Peccator timebit? peccator erubescet perpetuam vitam præsenti pudore mercari? & offerenti manus Domino vulnera malè tecta subducet?* Inferiùs etiam eodem ſimili ſæpiùs utitur.

Ibid. *Cicatricem ſcindit vulnus*] Baluzius teſtatur in veteri libro fuiſſe, *ſed inductâ jam cicatrice, ſcindit vulnus*, ubi ille ſcribendum cenſet, *ſcinditur*. Ego malim, *ſcindit ſe*, quòmodò Virg. *ſcindit ſe nubes*.

Lin. 4. *Levi corporis m***] *Motu* benè reponere videtur Baluzius: ampliùs vero requirit ſyntaxis, ut ſcribas, *vulnerato*; Galerio nempè *vulnerato plus decurrit ſanguinis*.

Lin. 5. *Albeſcit ipſe*] Id eſt, *palleſcit*, quomodò *pallor albeſcens* dicitur lib. de Irâ Dei, cap. 5.

Ibid. *Tenuatur*] Ut Virg.

Ipſi autem macie tenuant armenta volentes.

Lin. 9. *Ceſſere magiſtri*] Ita ſe emendaſſe, commentario ad Apotheoſin Homeri, ſcribit Ampliſſ. Cuperus, & hanc eſſe ſententiam: Optimos magiſtros, qui aderant, non potuiſſe curare Galerium, & propterea ex aliis regionibus alios attractos fuiſſe. Sicque eumdem alibi ſui temporis aruſpicum magiſtrum, inventoris nomine, vel certè veteris aruſpicis, *Tagem* appellaſſe. Fateor, & me primo intuitu Virgilianos iſtos verſus agnoviſſe, qui leguntur prope finem libri tertii Georgicorum.

Lin. 11. *Undiquè medici nobiles trahuntur*] Lact. Inſt. 6. c. 4. *Quos cupiditas, aut voluptas præcipites trahit.* Ammianus l. 28. *Ex præjudiciis variis plures à disjunctiſſimis regionibus trahuntur.*

Lin. 12. *Apollo & Aſclepius*] Lactantium etiam in editis maluiſſe uti Græco nomine, quàm Latino, monuit ὁ κὰν Gronovius, Obſerv. ad Script. Eccleſiaſt. p. 182. Quod & ipſum facere nonnihil videtur ad aſſerendum hoc ſcriptum auctori ſuo; quippè in quo videamus eodem modo vocem illam recurrere, *Aſclepius, non Aeſculapius*.

Pag. 228. lin. 1. *Malum recidit introrsùs*] Lact. 6. 17. *Neque enim capere videtur natura, ut aliquid in contrarium recidat.*

Lin. 2. *Odoritatem*] Mihi videtur fuiſſe apud Lactantium, *odor ita teter*, aut, *odoris fœtor*. Hegeſippus lib. 5. c. 2. *Omnes artus caſorum civium diro odore fœtebant.*

Lin. 4. *Comeſtus à vermibus*] Baluzius legit —— *& urina comeſti à vermibus*, exitus nempè. At Ampliſſimus Cuperus, *comeſtus à vermibus eſt: & in*—— Mihi videntur aptiùs hæc jungi ſequentibus, ſi ſcribamus *comeſtur*; hoc enim meliùs reſpondet verbis, *ſolvitur, & tollit. Comeſt* activum uſurpavit etiam Cicero, teſte Nonio, apud quem plura vide. Diomedes Grammaticus etiam paſſivum, quod nunc adhibui, docet fuiſſe in frequenti uſu. *In paſſivo autem*, inquit, *declinatur edor, ederis, eſtur; item ambedor, & comedor.* Simplex *eſtur* occurrit apud Plautum, Ovidium, & Columellam.

Lin. 8. *Cocta & calida animalia*] Forſàn legendum, *incocta & calida animalia*——adhuc nempè viva, ſed ſecando aperta, qualia memini à Medicis interdùm applicari. Sed pro hoc vehementer non pugno.

Lin. 9. *Inæſtimabile*] Sic Lact. lib. 1. c. 16. *Cùm hominum vis incredibilis, numerus ſit inæſtimabilis.* Sic *inæſtimabiles acervi, vulgus inæſtimabile barbarorum*, & alia illius ævi Scriptoribus frequentiſſima, quibus interdùm *æſtimare*, propè idem atque numerare, aut potiùs de numero conjecturam facere; ut Amm. Marcellino lib. 31. *Ita ſunt caſi, ut ex prædicto numero non plus, quàm quinque millia, ut æſtimabatur, evaderent.*

Lin. 10. *Tabeſcendorum viſcerum*] *Tabeſcendus* quâ ratione, aut quâ analogiâ dici poſſit, non video. Pro eo mallet aliquis forſàn *tabidoſorum*, quæ vox occurrit in Apologetico Tertulliani, cap. 14. Sed Lactantius dicendi artem diù profeſſus in pleriſque multò ſcripſit caſtigatiùs. Veriùs igitur *tabeſcentium* reſtitui poſſe auguror; quomodò & Cyprianus de Bono patientiæ: *Accedit vulnerum vaſtitas, & tabeſcentes ac fluentes artus edax quoque vermium pœna conſumit.* Aut, ſi neque hoc ſatis placet, *tabe exeſorum.*

Ibid. *Pernicies fœcunda*] Eleganter & propriè; nam *pernicies* à *pernecandis* aut partibus, aut corpore toto dicitur: undè conjungitur ſæpè cum peſte, ſaluti autem opponitur. Sic Div. Inſtit. lib. 6. c. 24. *Ergò ſatius eſt, aut effundere conſcientiam, aut nos ipſos ultrò apo-*

Digitized by Google

rire animum, & perniciem reſciſſis vulneribus effundere.

Lin. 14. *Inflata diſcreverat*] Id eſt, decreverat, contractior, ſive brevior facta. Gloſſæ veteres, *Diſcreſcere*, ἀπομειοῦσθαι.

Ibid. *Annum perpetem*] Lactantius lib. 7. c. 26. *Tunc per ſeptem annos perpetes intacta erunt ſilvæ.* Habes etiam apud Sulp. Severum, Dialogo I. item Mamertinum in Panegyricis aliquotiès, & alios.

Pag. 229. Lin. 1. *Novi doloris urgentis*] Scribendum puto: *Novâ vi doloris urgentis*, aut, *urgente per intervalla.* Cyprianus ad Demetrianum: *Tunc torquendus fuiſſem, tunc ad confeſſionem criminis vi doloris adigendus.* Am. Marcell. l. 39. *Senſit immenſâ vi quâdam urgente morborum, ultima neceſſitatis adeſſe præſcriptum.*

Lin. 2. *Satisque pro ſcelere facere*] Lactant. l. 5. c. 13. *Ut pro facinore ſuo ſatis faceret*; lib. 7. c. 1. *Satis & huic parti faciamus.*

IN CAPUT XXXIV.

Pag. 229. lin. 6. *Primi.... conſtituerant*] Non quòd auctores exſtitiſſent, aut conditores primi: ſed quòd ea priùs firmaverant & ſanciverant cum cæteris; id enim ſæpè eſt conſtituere, ſi qua diſjecta ſunt, reponere, & firmiore ſtatu roborare. Undè & Euſebius vertit, ὥσπερ ἴσως τεθτιεσθαι καὶ οἱ γονεῖς αὐτῶν ἔσαν καθασκάσαντες.

Lin. 7. *Sibimet leges facerent*] Duo capita ſunt criminis, quæ objicit. Primum, quòd in re divinâ ſuas quaſdam leges ſequerentur, rejectis & damnatis publicis. Alterum, quòd hetærias, ſive cœtus facerent, in ſe quidem innoxios planè ſanctoſque, ſed Imperatoribus tamen prorsùs inviſos, quibus nihil magis ſuſpectum, quàm injuſſu ipſorum facta collectio hominum, quocumque demùm ea titulo fieret. Aſſentior autem ampliſſimo Cupero, in præcedentibus agi de factâ ſeceſſione ab Ethnicis; in ſequentibus verò, *nec Chriſtianorum Deum obſervare*, ad hæreſes reſpici.

Ibib. *Quas obſervarent*] Ad rem divinam ſpectat hæc vox. Cyprianus Epiſt. X. *Contemtâ Domini lege & obſervatione, quam iidem ſancti Martyres & Confeſſores tenendam mandant.* Arnobius lib. 1. *Sine ullâ aliquâ ſollicitâ obſervatione ſacrorum.* Vide illic notata ab Heraldo, p. m. 41. & 42.

Lin. 9. *Multi periculo ſubjugati*] Euſebius: Τοιγαροῦν πολλοὶ ὑφ' ἡμῶν τοσούτῳ παρακολουθήσαντες, ὥστε ἐπὶ τὰ τῶν ἀρχαίων καταστάντα ἑαυτοὺς ταμιεύσασθαι; πλεῖστοι μὲν κινδύνῳ ὑποβληθέντες, πλεῖστοι δὲ παραχθέντες, παντοίους θανάτους ὑπέμειναν. Hîc οἱ ὑποβληθέντες κινδύνῳ non ſunt objecti diſcriminibus, ut vertunt, ſed ut Lactantius, aut potiùs ipſe Galerius habet, *ſubjugati periculo*, id eſt, penitùs victi, deque conſtantiæ gradu dejecti, & turpiter ſubacti. Id enim eſt ὑποβάλλεσθαι interdùm, quod etiam ex Polluce liquet, qui conjungit ὑπωθεῖν, ταπεινῶν, ὑποβάλλειν, lib. 4. c. 6. Exemplaque ſic loquentium exhibita ſunt ab aliis. Eodem modo utuntur verbo *deturbandi* veteres; quos inter Ammianus Marcellinus lib. 29. *Abceſſit innocuus, Paſiphilo eximente philoſopho; qui, ut eum mendacio injuſto perverteret, crudeliter tortus, de ſtatu robuſta mentis non potuit deturbari.* Cæteri vexati, afflicti & ſollicitati, (τὸς παραχθέντας ſic interpretandos puto) in ſtatu ſuo manſerunt: ſive, ut ipſe ait, παντοίους θανάτους ὑπέφερον; quod vertere ſimpliciter, ut opinor, licet, *diverſas mortes*, aut ſi mavis, *ſupplicia varia ſubiere.* Cùm autem veroſimile non ſit, Euſebium, qui cætera hujus edicti tam aptè expreſſerit, in hoc uno procul receſſiſſe, legendum, pro *deturbati*, arbitror, *indeturbati*, aut certè verba aliquot excidiſſe.

Lin. 12. *Contemplationem noſtræ clementiæ*] Cyprianus Epiſt. 54. *Quod credimus vobis quoque paternæ miſericordiæ contemplatione placiturum.* Pacianus Epiſt. 1. *Nemo Epiſcopum hominis contemplatione deſpiciat honeſtatis meritò cenſetur.* Et ſic illo ævo paſſim loquebantur.

IN CAPUT XXXV.

Pag. 230. lin. 2. *Et Maximino iterùm*] Ad hunc locum conciliandum cum Scriptoribus cæteris, quorum alii dicunt, Maximianum Galerium hoc anno ſolum fuiſſe Conſulem, alii Licinium habuiſſe Collegam, nondùm quidem aliud quidpiam inveni aptius, quàm ea, quæ in hæc diligenter inquirens Antonius Pagius tradit. Illum igitur in hiſce ſi placet ſequi, initio quidem anni Galerius ſolus Conſul proceſſiſſe dicendus eſt; paulò poſt autem Licinium ſibi adjunxiſſe Collegam; Kalendis Maiis Maximinum adſciviſſe; nempè quia Conſulatus Imperatoriæ Majeſtatis eſſe quædam acceſſio deberet; & hunc adeò Conſulatum non ordinarium, ſed ſuffectum fuiſſe, quemadmodùm & antè Licinii. Imò & priorem Conſulatum Maximini fuiſſe ſuffectum, geſtumque poſt Conſtantium Chlorum & Maximianum Galerium novos Auguſtos, & anno 306. ordinarios Conſules. Hæc, inquam, ſive omnia, ſive ex parte recipimus, manet tamen illud novum & propè ſingulare in hoc loco, rationem

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

rationem ſuffecti Conſulatûs ita haberi, ut ejus causâ Maximinus *iterùm Conſul* dicatur. Verùm de his aliàs fortaſsè operoſiùs.

Lin. 4. *Carcer . . . pro domicilio*] Lactant. lib. 6. c 10. *Sed frondes & herbam pro cubilibus, ſpeluncas & antra pro domibus habeerent.*

Lin. 6. *In manu traditis*] In veteri Bibliorum verſione Latinâ hoc genus eſt frequentiſſimum. Gen. 30. 35. *Cunctum autem gregem unicolorem tradidit in manu filiorum ſuorum*; cap. 39. *Qui tradidit in manu ejus univerſos vinctos, qui in cuſtodiâ tenebantur*; 1. Sam. 24. v. 11. *Quòd tradiderit te Dominus in manu meâ*; 2. Paral. 34. 10. *Tradiderunt in manibus eorum, qui præerant operariis.* Notum verò eſt etiam Ciceronem dixiſſe, *veni in ſenatu*, & Varronem, *quâ in Cœlio monte itur*; qualia tamen adoleſcentibus non temerè ſunt imitanda. Multò frequentiora hæc fuere poſterioribus ſæculis; obſervatque pluſcula Vorſtius in pereleganti Scriptore Sulpitio Severo. Undè nec Lactantius refugit, lib. 3. c. 3. *Quæ in rerum naturâ cadunt*; l. 4. c. 17. *In terrâ toto & corpore & ore projectum*; de Opif. Dei, cap. 2. *In eâ ſunt relegata regione.*

Lin. 7. *Membra defluerent*] Inſtit. lib. 3. c. 1. *Mendacium verò ſpecie placet alienâ; quia per ſe corruptum vaneſcit ac defluit, niſi aliundè ornetur*; cap. 20. *Corpus relictum ab animâ defluit.*

Pag. 231. lin. 1. *Nicomedia menſis ejuſdem*] Legendum, *Idque cognitum Nicomedia medio menſis ejuſdem.* Idem firmavit poſteà per litteras ſuas illuſt. Cuperus.

Ibid. *Kalendis Martiis impendentibus*] Rectè Baluzius intelligi docet Kal. Martias anni ſequentis, ſi modò hanc narrationem præſtamus eſſe integram, quæ hoc capite exhibetur. Nam ſi menſe Maio cognita fuit Nicomediæ mors horrenda Galerii, utique Kalendæ Martiæ non potuerunt eo anno ampliùs impendere. Quod ut adnotarem, factum eſt per dubitationem viri cujuſdam politiſſimi, ſed in hoc, ut ipſe fatetur, feſtinantis. Ac fieri poteſt, ut necdùm mentem ejus ſatis perceperim.

IN CAPUT XXXVI.

Pag. 231. lin. 3. *Ad præſens*] Lactant. lib. 7. c. 6. *Et quæ alia nonniſi ad præſens valent*; cap. 10. *Vitia omnia temporalia ſunt; ad præſens commoventur*; cap. 15. *Quamvis ad præſens virtutem Dei hominibus oſtenderet*; de Irâ Dei, c. 21. *Non ad præſens noxium quemque punit.*

Lin. 4. *Suſtollit cenſum*] Reponendum putavi, *ſuſtulit*, cùm præcedat, *ut conciliaret.* Parùm tamen intereſſe nunc arbitror, cùm idem ſit verbum Lactantio peruſitatum; ut lib. 2. c. 3. *Itaque multi philoſophorum religiones ſuſtulerunt*; l. 3. c. 5. *Rectè ergò aliorum ſuſtulit diſciplinas.*

Lin. 5. *Diverſas ripas armati tenebant*] Obſerva ripas dici Propontidis littora, præſertim ad anguſtias Boſphori. Sic Plin. 9. c. 15. *Thunni dextrâ ripâ intrant, exeunt lævâ.* Plura vide apud illuſt. Heinſium, add. Not. in Ovid. Epiſt. 6. v. 54.

Lin. 8. *Communi tutelo*] Baluzius ad hæc: *Hanc vocem non reperi alibi; fortaſſis eſt corrupta.* Omninò corruptam eſſe & ego cenſeo, ſcribendumque pro eâ *titulo.* Nam communi Imperatorum nomine data Chriſtianis hæc pax fuit, uti liquet ex edicto, apud Euſebium in fine libri octavi. Ovidius;

Te ſatis eſt titulum mortis habere mea.

Et alibi:

Utilitas tua ſit: titulus donetur amica.

Auctor elegiæ ad Liviam:

Et titulum belli dux duce fratre tulit.

Legum latarum titulos habes apud Corn. Tacitum, Annal. 1. c. 8. *Adminiſtrationis titulum* apud Symmachum lib. 10. Epiſt. 4. & ſimilia apud alios.

Lin. 12. *Sacerdotes maximos*] Parabam ego, quinam fuiſſent illorum temporum, aut antecedentium Aſiarchæ, qui στεφανηφόροι ἀρχιερεῖς, ſive Sacerdotes maximi, paulò fuſiùs exponere: ſed non ſinunt labores Academici alii, qui me nunc tenent diſtrictum. Et præſtiterunt in his multa jam antè viri longè doctiſſimi, Seldenus ad Eutychii origines, & ad recenſionem Smyrnenſium donariorum, aliique ad marmora Arundelliana, ſive Oxonienſia; Dionyſius Gothof. ad Leg. 8. D. tit. de Vacatione & Excuſat. munerum; Pancirollus ad Notit. Imp. Orient. c. 105.

Pag. 232. lin. 3. *Provinciis ſuperponeres*] Hoc verbum frequentiſſimum illi ævo; occurrit etiam apud elegantiſſimum Minuc. Felicem, p. 152. *Epicurus ille naturam tamen ſuperponit.*

Lin. 6. *Specie tenùs*] Nihil frequentius his vocibus ſic junctis apud Lactantium; nec attinet, opinor, exſcribere. De genere autem hoc erudelitatis, *cui clementia ſpecies falſa blanditur*, plura idem lib. 5. c. 11.

IN CAPUT XXXVII.

Pag. 232. lin. 4. *Ut animalia omnia*] Signatè dixit *omnia.* Priores quoque technis uſi talibus; ſed admittebant tamen etiam alias carnes; hîc

nonnisi superstitione inquinatas. Hujus rei contemplatione primus hoc inveniſſe dicitur.

Pag. 233. lin. 2. *Apotheca*] Veteribus *Apotheca* fuit cella vinaria major, aut aliud penu capacius. *Apothecas frumenti, vini & olei*, habes 2. Paralip. 32. Utitur & Arnobius l. 8. Ex vetuſtioribus plura collegerunt alii.

Lin. 5. *Quibus eos adeò corruperat*] Lego, *quibus ſuos adeò corruperat*. Ego mox non dubitabam *milites* reponere, honoratiores nempè intelligens, ſive palatinos, quomodò vocem eam tempore iſto ſæpè uſurpatam eſſe, doctiſſimi viri jam oſtendêre. Corruptos autem dicit milites ſacrificiis quotidianis, propter epulas ſacras, quibus ſaginati, viliores verèque militares cibos faſtidiebant. Planè idem refert de Juliano Nazianzenus; nec mihi dubium eſt, quin deſertor ille, ſive transfugam dicere mavis, multa Diocletiani & συγχέων Principum ſit imitatus; idque conſtat ex Invectivis ſancti illius Patris, quem dixi. Porrò ſcribendum eſſe *expungeret*, (quomodò jamdudùm typis, me curante, expreſſum eſt) non *expugnaret*, vidit etiam illuſtriſſimus Cuperus. Expungi autem nomina, ſeu debita, cùm ſolvuntur, & homines ipſos ſic expungi, notum eſt ex Tertulliano, qui ſic loquitur frequentiſſimè, aliiſque etiam vetuſtioribus; docuitque ὁ πάνυ in Obſervatione ad Script. Eccleſ. Quomodò etiam S. Cyprianus, Epiſt. 38. *Cùmque ego vos pro me vicarios miſerim, ut expungeretis neceſſitates fratrum noſtrorum ſumtibus; —— ille interceſſerit, ne quis poſſet expungi, neve ea, qua deſideraveram, poſſent diligenti examinatione diſcerni: comminatus ſit etiam fratribus noſtris, qui primi expungi acceſſerant.*

IN CAPUT XXXVIII.

Pag. 233. lin. 2. *Quid dicam neſcio*] Lactant. l. 1. c. 21. *Nam de infantibus, qui Saturno immolabantur propter odium Jovis, quid dicam neſcio;* lib. 6. c. 23. *Quibus hoc verbis, aut quâ indignatione tantum nefas proſequar? vincit officium lingua ſceleris magnitudo.*

Lin. 3. *Exprimere pro indignatione*] Lego, *Exprimi ea pro indignatione. Cuperus.* Hæc conjectura, quæ vera certaque eſſe videtur, arridere quidem poteſt ſatis: ſed obſtant voces, *pro indignatione ſuâ*; nec enim ſatis commodè diceretur: *Cupiditas pro indignatione ſuâ non poteſt exprimi*, niſi forſàn pro *indignatione*, legamus *indignitate*. Sed mihi videbatur minore mutatione legendum, (dummodò pro *his*, meminerimus ſcriptum *ais*, id eſt, *animus*,) *Et tamen animus verbis exprimere pro indignatione ſuâ rem non poteſt*; aut, *animus his verbis*; & loco lacunulæ, *rem fœdiſſimam*, aut ejus generis quidpiam. Ita ego, antequàm adveniſſent litteræ optimi doctiſſimique hujus ἐυεργέτου noſtri. Nunc arbitrium totum ipſi & Lectoribus defero.

Pag. 234. lin. 2. *Nobilibus fœminis*] Augebat indignitatem rei, quòd nobiles eſſent. Nam ſervile prorsùs, & liberis corporibus deteſtabile erat, ſic conſiderari. Servitia ſic ſolebant à mangonibus inſpicienda ſiſti licitantibus. Vide quæ ex Suetonio & Martiali protulit doctiſſimus & celeber D. Rappoltus ad Horatium, pag. 600. in hanc ſententiam.

Lin. 11. *Virgines imminutas*] Emendat Baluzius lib. extremo, *invitas*, quod mihi non probatur. Nam & de ſpurco illo Jove paganorum Lactantius l. 1. c. 10. *Omitto virgines, quas imminuit*; reperieſque ſimilia apud Plautum, & in jure Romano. Quin etiam ipſe Cicero, *violare & imminuere jus & officium* dixit.

Lin. 12. *Sub tali Principe imitabantur*] Supple, *exemplum, & amicorum* (Cuperus) aut, *Domini mores, & ſuorum cubilia impunè violabant.* Sic de Jove eodem Lactantius, lib. 5. c. 6. deque ejus domeſticis: *Quoniam mores ac vitia Regis imitari, genus obſequii judicatur, abjecerunt omnes pietatem; ne exprobrare Regi ſcelus viderentur, ſi piè viverent.*

IN CAPUT XXXIX.

Pag. 235. lin. 2. *Quam nuper appellaverat matrem*] Adoptaverat enim illum maritus Valeriæ Maximianus Galerius, ut ſuprà cap. 18. vidimus. Itaque ſperavit ea, ſibi apud hunc tutius fore præſidium, quàm apud Licinium, cui commendata fuerat à Galerio. Imaginem hujus Valeriæ, Diocletiani filiæ, conſervant nobis nummi, quorum unum exhibet illuſtriſſimus Spanhemius in Opere de Præſtantiâ & uſu Numiſmatum; alium D. Patinus, inter Imperatorum Rom. num. in ære med. & min. p. 452. &c. In ejuſdem honorem pars Pannoniæ Valeria cognominata eſt, Ammiano Marc. teſte, lib. 19.

Lin. 7. *In matrimonio poſtulat*] Sic Sulp. Severus: *Eamque ſibi in matrimonio à patre poſtulans, ſeptem annorum ſervitio ſe mancipavit.* Ubi vir doctus *in matrimonium* reponit, falſus tamen alibi talia apud Sulpitium crebra eſſe. Vide quæ notavi ſuprà ad c. 35. *in manu traditis.*

Lin. 16. *Amicas ejus*] Ut *amicos* Principum, ita Auguſtarum *amicas* hìc dici licet

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

notare. Redi ad cap. 6. Eòdem ſpectant infrà memoratæ *comites*.

IN CAPUT XL.

Pag. 236. lin. 2. *Cujus conſilio ſibi neg.*] Rectè emendare videtur Amplifſimus Cuperus, *Ejus conſilio negatam.*

Lin. 3. *Præſidi Eratineo*] Forſàn *Eratino*, ut ſit Græcum ἐρατινῷ, quod idem ac ἐρασμίῳ.

Lin. 6. *Non minùs Auguſta proxima*] In exemplari Pariſienſi mendoſè, *non nimis. Proxima* autem, ut apud Lactantium, l. 1. c. ult. *Ulyxes eodem gradu proximus fuit.* Ita etiam Apuleio *oppido proxima humanitas*, & ſimilia. Vide Soceri mei τῶ μακαρίτου Notas ad Phædri verſum, *Negabat illa ſe eſſe culpæ proximam.*

Lin. 12. *Dum quæ juſſus*—] Exciderunt fortè, *juſſus à malâ beſtiâ erat, loqueretur.* Cuperus.

Lin. 16. *Promoti militari modo*] Ita putabam hæc jungenda eſſe, quaſi diceret, eos ritu militari productos fuiſſe, haud ſecùs, ac ſolebant milites ſub Tribuno, aut Centurione ducere damnatos. Nunc non adverſabor, ſi quis malit, *militari modo inſtructi*, propter ea, quæ ſequuntur.

Lin. 17. *Bile * mens eſſagitarii*] Prior conjectura Cl. Baluzii, *milites & ſagittarii*, ſatis ipſa refutat ſe, cùm nihil attinuiſſet dicere, milites militari modo promotos, aut inſtructos fuiſſe in actu tali; hoc enim per ſe facilè intelligi poſſet. Alteram, *velites & ſagittarii*, fateor me aliquandiù tenuiſſe; eò quòd & Pacatus in Panegyrico, cap. 35. & Am. Marcellinus locis pluribus eorum meminerint, ut quorum etiam illo ſæculo in bello non exiguus fuerit uſus. Præ cæteris hùc facere videbatur, quòd Hiſtoricus ille lib. 24. p.m. 264. & 271. ſtipatores Juliani velites fuiſſe dicat. In præſens tamen placet magis, *militari modo inſtructi vigiles & ſagittarii*, aut, *vigiles & Cretenſes* (aliudve hujus loco) *ſagittarii.* Colligebantur vigiles ex variis corporibus artificum, utì conſtat ex Legibus Romanis, quas habes apud Pancirollum ad Notit. Imp. Orient. cap. 27. & Conſultos juris alios: aptè igitur dicuntur promoti, aut inſtructi militari more, cùm ipſi milites non eſſent, adjunctos tamen ſibi haberent ſagittarios. Et videor alibi legiſſe, dimidiam partem eorum, qui vigilias aut prætenturas in provinciis agerent, milites fuiſſe Romanos; reliquos collectos ex oppidanis, aut provincialibus aliis. Sed nunc feſtino ad alia.

IN CAPUT XLII.

Pag. 237. lin. 1. *Senis Maximiani*] Quèmadmodùm imagines eorum, qui jam capeſſiverant imperium, mittebantur in provincias, & à Magiſtratibus populiſque excipiebantur cum veneratione, quod ſuprà dictum ad cap. 25. poſſetque firmari pluribus: ut cùm dicit Zoſimus lib. 2. c. 9. Romæ Conſtantini imaginem κατὰ τὸ σύνηθες δεχθῆναι, *pro more exhibitam*, Maxentio bilem moviſſe; narratque idem cap. 12. eundem, cùm ſibi conſtabilitum putaret imperium, miſiſſe in Africam, qui imaginem ejus circumferrent; quæque alia afferri poſſent ex aliis: ita à non paucioribus traditum, imagines eorum è ſignis militaribus detractas, & dejectas ſtatuas fuiſſe, quorum res vehementer diſplicuere, damnataque poſt mortem fuit memoria. Hoc de Maximino Thrace, ejuſque filio, narrat Herodianus lib. 8. c. 5. & ex eo Jul. Capitolinus in Maximinis, c. 23. & in Gordianis c. 9. De Maximiano Herculio refert id Euſebius lib. 8. c. 13. extremo, quaſi primo huic ea contigiſſet ignominia: ſed hoc accipiendum de Principibus eorum temporum putat Valeſius. Eodem igitur modo licebit, opinor, tueri, quòd noſter dicat, hoc Diocletiano primo eveniſſe, ut vivus imagines ſuas ſtatuaſque aboleri videret. Nam hoc ſimpliciter verum non eſſe, vel ex eo patet, quòd Tacitus lib. 3. Hiſt. c. 13. Vitellii imagines direptas, & c. 85. ipſum Vitellium inter cæteras contumelias cadentes ſtatuas ſuas contueri ſubactum narret. Verùm ut hoc potiùs, quod inſtare videtur, agamus, verba hæc à blattis & carie non arbitror evaſiſſe illæſa. Nam & bis dicitur idem, amborum imagines fuiſſe depoſitas, nec cætera ſatis apta & concinna videntur. Paulò meliùs ſe habebunt, ſi legerimus, *Imagines ejus, cùm quo pictus eſſet*; & pro, *Et quia, Etenim quia ſenes ambo ſimul plerumque picti erant.* Ac fortaſſis in principio etiam, pro *Eodemque tempore, Eodem quoque tempore*, ſcribendum.

Lin. 10. *In odium vitæ dejectus*] Utique Lactantius neutiquàm ſcripſit, *ad humilem vitam dejectus*, & *in odium vitæ dejectus*, uno eodemque in loco. Somnolenti librarii repetunt interdùm voces, cùm ſequi debuit alia ſimilis ſoni. Loco igitur poſteriore *adductus*, aut *deductus*, repone; quomodò & Cicero *deducere aliquem in fletum inque miſericordiam* dixit.

IN CAPUT XLIII.

Pag. 238. lin. 1. *Unus jam ſupererat*] Maximinum intelligi ſatis liquet ex ſequentibus. Verùm an evidens ratio ſit Antonii Pagii, Maximinum interiiſſe anno Chriſti CCCXIII.

Digitized by Google

non, ut alii dicunt, A. CCCXIV. quia Lactantius nonnisi narrato Diocletiani exitu, de morte Maximini agit, quem Diocletiano constat fuisse superstitem, alios velim dispicere. Adi, si vacat, opus laudatum, paginâ 248.

Lin. 2. *Cùm haberet æmulationem*] Lactantius de Irâ Dei, c. 13. *Nisi accedat sapientia, per quam habeant malorum rejectionem.* Hieronymus ad Nepotianum: *Habeto prudentiam, justitiam, temperantiam, fortitudinem.* Spartianus in Hadr. cap. 5. *Tantum clementiæ studium habuit.*

Lin. 5. *Et ipse legatos*] Suspicor fuisse, *Ergò & ipse legatos ad urbem misit occultè. Et ipse*, putà, non secùs, ac amicè conspiraverant inter se Constantinus & Licinius.

IN CAPUT XLIV.

Pag. 238. lin. 5. *De Mauris atque Italis nuper extraxerat.*] Usitatius, *contraxerat.* Arbitror tamen & alterum alicubi locum habere.

Pag. 239. lin. 2. *Ad utrumque paratus*] Virgilii est: *Fidens animi atque ad utrumque paratus*, Æn. 2. v. 61. Alterum: *Neque his fuga nota, neque illis*, quod paulò post sequitur, habes Æn. lib. 10. v. 755.

Lin. 5. *Commonitus in quiete Constantinus*] Multa ad hunc locum Amplissimus Cuperus, quæ cum Lectoribus curiosis placitura esse non dubitem, tantò pauciora erunt, quæ à me nunc adjicientur. Ac de veritate hujus historiæ cum nemine ferram longæ contentionis ducere velim, probè memor eorum, quæ se narrat Eusebius ab ipso Constantino audivisse; item eorum, quæ piè dicuntur ab his, qui monent satis probabile habendum, Deum, ut primam Christianæ religionis originem plurimis, ita ejusdem sub Constantino latissimè propagandæ progressum, saltem hoc uno, si non & pluribus miraculis adjuvisse. Verumtamen in talibus, non quid hominibus, sed quid Deo fuerit visum, unicè spectandum arbitror; adeòque quid verè factum in historiis non dubiæ fidei narretur, non quid humani judicii imbecillitas conveniens futurum fuisse arbitretur. Ergò si, bonâ cum pace secùs sentientium, licebit mihi in hoc aliquid autumare, existimo apparitiones duas, secundùm loca, modum & tempora multùm diversas, misceri in unam. Cùm Julianus cœlestis sacramenti desertor nefarius, gregem Dominicum vastritie pariter & crudelitate summâ vastaret, inque eum rabiem quoque Judæorum concitaret, non in vestimentis modò hominum, uti testantur plurimi, sed & in cœlo signum crucis, & hoc quidem splendidissimam in faciem emicuisse, narrant auctores non levis fidei. Ex quibus audiamus, si placet, unum, Nazianzenum nempè, notæ sanctitatis & constantiæ Patrem. Invectivâ in Julianum secundâ is ita loquitur: Ὁ Ἥλιος τότε (a) παρὰ δόξαν καὶ παραφαίνεται, ἢ τῷ ὄντι τῷ ἑαυτοῦ τὸν σταυρὸν παραγράφων, καὶ τὸ πρόσθεν ἐπὶ γῆς ἀπαιωρούμενον τοῖς ἀθέοις καὶ χθιζὸν, καὶ ὄνομα, νῦν ὡς ἑαυτῷ δείκνυται πᾶσιν ἐτοῖμος, καὶ γίνεται πρόπυλον τοῦ θείου τῆς κατὰ τῶν δαιμόνων νίκης, πρόπυλον (b) παντὸς ὑψηλότερον. πρὸς ταῦτα τὸ φιλόνεικον (c) οἱ τῶν ἀρωγῶν τότε σοφοί. Hoc si reclamante veritate scripsisset Gregorius, eopse propemodùm tempore, quo facta ferebantur, quàm malè consuluisset pietati Christianæ! Mea igitur opinio est, vidisse quidem etiam Constantinum crucis figuram, in somnio nimirùm divinitùs profecto. Sin verò vidisset etiam in cœlo, vix tacuisset hoc loco tam opportuno Nazianzenus; vix omisisset Lactantius; aut certè clariùs & magis dilucidè narrasset. Posset etiam dici, satis visum Deo, pium Imperatorem, & ad fovendam religionem sanctam impigrè omnia facientem, apparitione gratiosâ per quietem monere atque instigare: Paganis verò & Judæis ad disturbandos impios conatus majore opus fuisse terrore. Sed veniam mihi dent altiùs hæc rimari atque excutere soliti, si non satis peritè videor in his versari. Eusebium fusiùs de viso isthoc differentem cùm fortè legerem, videbar mihi tempus, quo contingeret illud Constantino, videre clarioribus ab Eusebio ipso verbis designatum, quàm visum id esse Interpretibus, viris me partibus multis doctioribus. Ait Eusebius lib. 1. de Vitâ Constantini, c. 28. ἀμφὶ μεσημβρίαν ἤλιον ὄψει, αὐτὸν τῆς ἡμέρας ἀναλαμβάνουσι, hoc Imperatori monstratum fuisse. Nec multò aliter vel Nicephorus, vel Socrates, Zonarasve. Pugnare videntur illis hæc duo, *de meridie*, sive *circa meridianas horas*, & *inclinante in vesperam die*, cùm sint eadem. Nam Isidorus lib. 20. c. 3. differè ait, id etiam tempus *meridiem appellari, quod post medium diem est*; & Censorinus de Die nat. cap. ult. *de meridie* id factum dici, quod factum est ante supremam, id est, ut plurimi exposuere, ante occasum Solis. Nam & in XII. Tabulis scriptum erat, SOL OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO. Plætoria tamen Lex (alii legunt *Prætoria*) tempus jussit esse supremum, quo Prætor in Comitio *supremam* pronuntiavit populo, teste Varrone de L. L. Lib. V. Hinc dies *in meridiem vergere* dicitur Ammiano Marcellino, lib. 16. in Allocutione Juliani. Idem lib. 31. p. m. 455. *Exorsumque prælium*,

(a) De vox τότε Ed. Gr. L. P. A. 1630.
(b) Ead. habet hoc co πρώτιον, τρίτιον.
(c) Ead. φίονει.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

vergente in meridiem die, tenebræ occupavere nocturnæ. Ex his patet, Eusebium ibi hæc non scripsisse pugnantia: sed meridiem dici apud veteres etiam horas occasum Solis propiùs antecedentes. Sed hæc eò tantùm spectare velim, ut quodnam tempus ab Eusebio designetur, declarent: de visione ipsâ pluribus in præsens agere nec vacat, nec forsitàn attinet.

Lin. 12. *Cùmque repentè populus*] Quæ notat Amplissimus Cuperus, fateor mihi venisse in mentem, antequàm advenissent litteræ ipsius: nisi quòd pro *Cùmque*, *cùm*, deletâ particulâ encliticâ, & loco *ñ erant*, quod Vir ille doctissimus reponit, *dabat* mihi conjectura mea suggerebat, aut *edebat*. Quod posterius si cui probatum fuerit, pro *debitâ*, forsàn legendum *elatâ*, aut *sublatâ voce*. Circenses autem solenne munus natalibus Principum, sive eos Principes darent populo, sive Senatus populusque honori dicaret Principum. Jul. Capitolinus in Antonino Pio, c. 5, *Circensas natali suo dicatos non respuit, aliis honoribus refutatis.*

Lin. 18. *Manus Dei supererat acies*] Biblica hæc phrasis esse videtur. Vide Ps. 38. (Lat. 37.) v. 2. Ps. 39. v. 11. &c.

Ibid. *Prosterretur*] Opinor ego vocem *miles* hùc reponendam esse.

Pag. 240. lin. 5. *Primi nominis titulum*] Ex Amplissimi Cuperi ad hunc locum conjecturis amplector eam, quæ statuit Constantino nomenque ejus primum inter Augustos illos locum.

IN CAPUT XLV.

Pag. 240. lin. 4. *Hyeme quàm cùm maximè sæviente*] Sæpiùs illo *quàm* remoto, aut subaudito, dicunt *cùm maximè*, quod valet, *in præsenti, hoc tempore*, ut volunt viri doctissimi. Ferri tamen posse etiam hanc lectionem puto, *illâ hyeme* scilicet, pro *hyeme tam sæviente quàm cùm maximè.*

Ibid. *Mansionibus geminatis*] Id est, ita ut quotidiè tantùm itineris conficerent, quantùm aliàs biduò. Nam mansio sumebatur ut plurimùm, pro unius diei itinere, videlicet quia mutationes veredorum, ac diversoria, ubi manerent, ad certam stadiasmi rationem sic erant dispositæ, ut singulis mansionibus responderent singulorum itinera dierum; nisi quòd camelorum aquationes interdùm variarent. Sed vide plenius hæc explicantem Salmasium, Exercit. Plin. ad Solin. pag. 494. 495.

Pag. 241. lin. 1. *Vis aut promissa*] Suspicor scripsisse Lactantium: *Nec tamen quicquam aut vis, aut promissa valuerunt.*

Lin. 9. *Jam secundâ mansione tenente*] Mallet Clariss. Baluzius: *Jam secundam mansionem tenente, distantem.* Nequaquàm assentior; alterum enim, *Licinio secundâ mansione tenente*, sic dictum accipio, ut illud Livii, l. 32. c. 7. *Quà absciſſæ rupes erant, ſtatio paucorum armatorum tenebat.* Quomodò & alibi locutum esse Livium docuit *ſi mihi* Gronovius ad lib. 24. c. 3. In cæteris paulò felicior conjectura videtur Editoris primi; totumque hoc ita refingendum puto: *Nec enim poterat ulteriùs, Licinio jam secundâ mansione tenente, distante millibus totidem; hic itaque collectis ex proximo quantis potuit militibus, pergebat obviam Maximino. Quantis*, pro *quot*; quomodò non illâ tantum ætate dicebant frequentissimè, sed & suâ Propertius, lib. 1. Eleg. 5.

At tibi curarum millia quanta dabit?

IN CAPUT XLVI.

Pag. 242. lin. 3. *Notarium jussit*] Notarios tempestate illâ Augustorum, exceptores, Præsidum acta qui scriberent, fuisse dictos, accuratissimus Valesius docet ad Am. Marcell. lib. 14. apud quem plura vide.

Lin. 4. *Summe Deus*] Fallor, an hùc respicit Constantinus apud Eusebium, libro de Vitâ ipsius quarto, c. 19. cùm militibus, qui nondùm susceperant salutarem Christianæ fidei doctrinam, sanctâ lege præcepit, ut Dominicis diebus in campum purum procederent, & precationem, *quam antèa didicissent*, simul omnes signo dato ad Deum funderent. Sensus quidem formulæ precum non longè abit: Σὲ μόνον οἴδαμεν θεὸν, σὲ βασιλέα γνωρίζομεν, σὲ βοηθὸν ἀναπαλούμεθα, παρὰ σοῦ τὰς νίκας ἐρεσσόμεθα; Et reliqua.

Lin. 9. *In libellis pluribus*] Libelli sunt chartæ breviores; & hoc ævo ponebantur interdùm pro Epistolis, ut ab eodem Valesio observatum est ad Am. Marcell. lib. 16. secùs ac tempore Ciceronis usurpabant, monente ad Epistolas ejus (lib. 11. Epist. 11.) Paulo Manutio.

Ibid. *Per Præpositos*] Hos præfuisse cohortibus putant viri doctissimi, perindè ac Tribunos; Tribunis autem inferiores habitos, quod ex Veget. lib. 2. c. 12. colligunt. Josephus χιλιάρχους vertit; itemque Apuleius, *millenorum armatorum duces.* Plura alii.

Lin. 11. *Statuit Imperator prælium diei Kalendarum Maiarum*] Forsàn voluit *in diem*, aut *ad diem.* Quid si legerimus, *ſtatuit Imperator prælio diem Kalendarum Maiarum?* Puto tamen ferri utcunque etiam posse, *ſta-*

Digitized by Google

tuere illi diei prælium, ἀντὶ τῦ *constituere in illum diem prælium.*

Lin. 17. *Quem vocant Serenum*] Id est, placidum, quietum, ventis carentem. Claudianus de Raptu Pros. lib. 3. v. 232.

——— *Cùm rore serenus*
Albet ager.

Ubi similiter *serenus* à Gulielmo Pyrrhone *placidus* exponitur. Quomodò & Glossæ veteres, *Serenus*, νήνεμος.

Liu. 20. *Ter dictâ*] Ternarium numerum amasse in precibus videntur veteres Christiani, non tam imitatione pravâ Paganorum, quàm ad memoriam sanctissimæ in Deo Trinitatis; quod disertè ait Cyprianus de Oratione Dominicâ, videorque etiam apud alios legisse. Ter etiam cantari audivit puer ille, cujus meminit Nicephorus lib. 14. c. 46. post diros terrores terræ motuum, congregatis ad supplicationes Christianis, sublimis raptus, & paulò post redditus mortalium cœtui, sed eidem rursùs per mortem ereptus; ter, inquam, cantari audiverat hæc verba: Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Quod ferè idem canitur etiam hodiè ab orthodoxâ Ecclesiâ, & in linguâ nostrâ. Habuit & Latina Ecclesia.

IN CAPUT XLVII.

Pag. 243. lin. 6. *A paucis metebatur*] Planè veram hanc lectionem esse censeo. Lactantius lib. 7. c. 15. *Tunc peragrabit clades orbem, metens omnia, & tanquàm messem cuncta prosternens.* Hieronymus ad Heliodorum: *Ecce bis acutus gladius, ex ore procedens Regis, obvia quaque metit.* Virg. Æn. X.

Proxima quaque metit gladio, latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro.

Plura illustris Heinsius ad Ovid. Metamorph. lib. 5. v. 104.

Lib. 7. *Nemo nominis... memor*] Solebant in præliis duces, sicubi segniùs rem geri viderent, nominatim suos compellare, ut ostenderent quemlibet eorum sibi notum esse, nec defore laudes & præmia, prout cujusque virtus meritumque spectaretur. Sed hîc, omnibus immisso divinitùs terrore trepidantibus, ars illa nihil profecit.

Lin. 14. *Unâ nocte atque unâ die*] Subjice *fugiens;* nam sine illo, aut simili verbo, hæc cum sequentibus non cohærebunt, ubi dicitur perveniisse Nicomediam nocte aliâ, id est, alterâ seu proximâ.

IN CAPUT XLVIII.

Pag. 244. lin. 12. *Quod quidem divinitas*] Hæc sana non esse vel ex eo perspici potest, quòd non conveniunt: *Quod quidem divinitas placatum ac propitium possit existere.* Scribendum esse puto: *Quo quicquid demùm esset divinitatis in sede cœlesti.* In Eusebio nunc occurrit: Ὅπως ὅ, τι ποτέ ἐστι Θεότητος καὶ θεσπὶς πεφύκασιν, ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν διάγουσιν εὐμενὲς ἅπαν δυνηθῇ. Ubi videri legendum, ὅ, τι ποτέ ἐστι Θεότητος, cùm indicassem Amplissimo Cupero, fassusque essem ambigere me, possetne ratione quâdam ferri in Lactantio, *quo quicquid esset divinitas in cœlo, hoc nobis esset propitium;* quasi diceret: *Sive cum his, sive cum illis, de naturâ numinis fuerit sentiendum, numen utique nobis propitium esset*, in hunc modum mihi respondit: »Rectè perspexisti, in verbis, *quo quidem di-*»*vinitas*——ulcus latere. Et primò quidem »Eusebium non aliter scripsisse, quàm Θεότη-»τος, Græcæ linguæ persuadet genius; dein-»dè apud Lactantium vestigiis tuis Eusebii-»que verbis insistens repono, *quo quicquid* »*divinitatis in sede cœlesti.* Nam si *ea divini-*»*tas* retineatur, ad nullam vocem potest re-»ferri *placatum ac propitium;* & ita loquun-»tur Imperatores, quia Christianorum Deum »& Ethnicorum deos intelligunt. Sic paulò »post: *Ut possit nobis summa divinitas, cujus* »*religione liberis mentibus obsequimur, in om-*»*nibus solitum favorem benevolentiamque pra-*»*stare.* Id est, tam Christus, quàm Gentium numina. Hæc ille. Sed scrupulum injicit alium Nicephorus, qui ut in cæteris plerisque sequitur Eusebium, ita in hoc quoque edicto, quod lib. 7. c. 41. refert, rariùs ab eo discedit. Is igitur hæc verba sic concipit: ὅ, τι ποτέ ἐστι Θεοτῆτι καὶ θεσπὶς πεφύκασιν. Verùm hùc magis inclino, apud Nicephorum quoque legendum Θεότητος; video enim plurimis in locis corruptum, haud dubiè descriptorum vitio; mirorque eos, qui tam splendidè illum edidere, non contulisse eum diligentiùs cum Eusebio, nec ea saltem in quibus manifesta sunt menda, correxisse. Verùm hoc levius damnum censendum, in Scriptore fidei non ubique optimæ. Redeamus igitur ad Lactantium. In quo notent juniores, vocem *divinitatis*, ex consuetudine istius ævi, pro Deo, sive numine usurpari. Hoc in Tertulliani libris, præsertim illis seriùs repertis, quos ad Nationes inscripsit, est frequentissimum. Sic in arcu triumphali Constantinus scripsit, se DIVINITATIS. INSTINCTU. DE. TYRANNO. OMNIQUE. EJUS. FACTIONE. JUSTIS. REMP. ARMIS. ULTUM. esse. Inter alios plurimos etiam Salvianus lib. 2. de Gubern. Dei, sic loquitur: *Aspe-*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

tus divinitatis propitia munus eſt conſervationis humanæ. Adjiciam & illud modò memorati Tertulliani, Apologet. c. 34. quia ad rem quoque ipſam facit: *Videte, ne & hoc irreligioſitatis elogium concurrat, adimere libertatem religionis, & interdicere optionem divinitatis, ut non liceat mihi colere quem velim, ſed cogar colere quod nolim.* Idem judicium fuit Joviani Imperatoris apud Socratem, lib. 3. Hiſt. Eccl. ὡς τὸ ἐφεῖναι θρησκεύειν, ὡς ἕκαστοι βούλονται. Verùm hanc quæſtionem pleniùs agitare aliorum eſt; itaque plura de eâ afferre ſupersedeo.

Pag. 245. lin. 7. *Amotis omnibus omninò conditionibus*] *Conditiones* hîc vocatæ, Euſebio αἰτήσεις dicuntur, ut egregiè obſervatum Baluzio, quem vide.

Lin. 9. *Nunc cavere ac ſimpliciter*] Hæc quoque corrupta eſſe facilè agnoſcet attentus lector, imò & mutilata. Eſt autem hic eorum ſenſus: (nam de verbis præſtare non auſim, cùm hoc eruditi omnes minimè probaturi ſint, ſi quis paret ſua pro veterum verbis obtrudere,) *Quærè ſcire dicationem tuam convenit, placuiſſe nobis, ut amotis omnibus omninò conditionibus, quæ ſcriptis priùs ad officium tuum datis ſuper Chriſtianorum nomine*, lævæ prorsùs, & à clementiâ noſtrâ alienæ eſſe *videbantur, nunc cavere*, ut liberè *ac ſimpliciter*, & reliqua. Hîc ea tantùm diverſo ſtylo, ſive litteratum formâ aliâ, curavi edenda, quæ adjecta ſunt ex Græcis. Quod ut conſtet meliùs, an opportunè ſit factum, pluſcula Græca exhibebo: Ἄντικα ὅτως αἰτήσεων ὑμῶν ἀνηγορεύθη ἀκίνδυνον ἦν, ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἰτήσεων, ἅπασις τοῖς περιέρχοις ὑμῶν γράμμασι τοῖς πρὸς τὴν σὴν καθοσίωσιν ἀποσταλεῖσι περὶ τῶν χριστιανῶν ἐνέχοιτο, καὶ ἅπαξ πάντα σκιαὶ, καὶ τῆς ἐλευθερίας πρότητος ἀλλότρια ἔναι ἐδόκει, ταῦτα ὑφαιρεθῇ, καὶ τῦν ἐλευθέρως τε καὶ ἁπλαγῶς ἕκαστος τῶν τὴν αὐτὴν προαίρεσιν ἐχόντων τῇ φυλάττειν τὴν τῶν χριστιανῶν θρησκείαν, ἄγειν πρὸς ὀλόκληρον, τῦτο αὐτὸ παραφυλάττοι.

Lin. 16. *Quas —— honori*] Vel *quia*, &c. Fuiſſe auguror: *Quod à nobis factum eſt, ut neque honori cuiquam, neque religioni detractum aliquid, aut imminutum eſſe à nobis videatur*, aut certè ejus ſententiæ quidpiam. Græca Euſebii: τῦτο δὲ ὑφ' ὑμῶν γέγονεν, ὅπως μηδεμίᾳ τιμῇ μηδὲ θρησκείᾳ τινὶ μεμειῶσθαί τι ὑφ' ὑμῶν δοκοίη.

Pag. 246. lin. 2. *Priore tempore aliquid*] *Aliqui* ſcribendum. Euſebius, ἵν' εἴ τινες ἦ παρὰ τῦ ταμείυ

Lin. 5. *Quantocyùs reddant*] Inter voces non Latinas habuere τὸ *quantocyùs* duo viri ſummi, Voſſius & Borrichius. Legitur tamen apud Sulp. Severum, Dialogo 3. c. 4. *Diſcede quantocyùs, ne me ob injuriam tuam cœleſtis ira conſumat.* Habet etiam Bibliorum vetus Interpres, Gen. 45. 9. Gloſſæ Labbei: *Quàm ocyùs*, τὴν ταχίστην ſcribe, *quantocyùs.*

Ibid. *Etiam vel hi, qui emerunt*] Diſtinguo à ſuperioribus, & ſuis quæque locis ita repono --- *quantocyùs reddant. Etiam hi, qui vel emerunt, vel qui dono erant* (non *erunt*) *conſecuti, ſi putaverint, de noſtrâ benevolentiâ aliquid, Vicarium poſtulent; quò & ipſis* --- *Poſtulare* hoc ſenſu, eſt *deſiderium ſuum, vel amici apud eum, qui juriſdictioni præeſt, exponere*, docente Ulpiano, l. 1. de Poſtulando. Vide Briſſon. de Verb. Signif.

IN CAPUT XLIX.

Pag. 247. lin. 1. *Sequenti autem Licinio*] Neceſſarium videtur, ut mox legamus, *anguſtias petiit; munimentiſque* ---

Lin. 12. *Inſuſtentabili dolore*] Sic lib. 7. Div. Inſtit. c. 16. *Hic inſuſtentabili dominatione vexabit orbem.* Luxuriat in talibus Lactantius, in quo ſimiliter *inextricabilis, inexcogitabilis, illibabilis, inviolabilis, ineluibilis, incomprehenſibilis, cruciabilis, diſſipabilis, ineloquibilis*, & alia multa reperies, quorum quædam extant etiam apud alios.

IN CAPUT L.

Pag. 249. lin. 1. *Ut eum vixiſſe cognovit*] Inconcinnus ſermo; *ut eum*, Candidianum, *vixiſſe cognovit, immiſcuit ſe ejus comitatui, ut fortunam Candidiani ſpecularetur.* Nam aliter, τὸ *vixiſſe* accipere non poſſis, quàm per ἐνφημισμὸν, de Candidiano neci jam deſtinato: verùm cætera nimiùm reclamant. Rectiùs igitur, *ut eum*, Licinium, *hoc edixiſſe cognovit, immiſcuit ſe ejus*, nempè Imperatoris, *comitatui.* Mox, *Qui quia ſe Nicomedia obtulerat*, ſi legeris, erunt & illa expeditiora.

Lin. 11. *Agentem in annis octo*] Forſàn legendum: *Agentem in Cilicià annis octo.* Sic certè ſolet Lactantius; ut lib. 5. cap. 22. *Qui in rebus proſperis agit, impatiens eſt*; lib. 6. 2. *Velut in tenebris agenti*; de Opificio Dei, c. 1. *Res tuas, in quibus nunc agis. Egit vitam tot annis*, habes in Inſcriptione veteri:

TIGRINIANO. CONJUGI. BENEMERENTI. PROFUTURA. FECIT. QUI. VIXIT. MECUM. ANN. XXV. EGIT. AUTEM. VITAM. IN ANNIS. LVIII. IN. PACE.

Lin. 13. *In Orientem præcipitata eſt*] Ex Epiſtolâ illuſtriſſimi Cuperi ad Virum item

Digitized by Google

suis suorumque decoribus fulgentissimum, Constant. Hugenium, Celsissimo Arausionensium Principi à Secretis. Cùm paucis abhinc diebus fruerer tuo fratrisque colloquio, & de variis antiquitatibus nos confabularemur, incidit, ut fieri amat, mentio libri Lactantii de Mortibus Persecutorum, quem tomo II. Miscellaneorum inseruit Stephanus Baluzius, vel hoc nomine plurimùm meritus de Historiâ Ecclesiasticâ. Litem viro motam in Galliis affirmabat doctissimus frater tuus ob hæc verba capitis L. *Sed prius mater eorum in Orientem præcipitata est*, cùm ratio & sequentia planè suadeant, fluvium hîc signari, & legendum esse, *in Orontem*. Ego continuò ampliùs deliberandum esse censebam; & me legisse asseverabam, *Orontem* appellatum fuisse *Orientem*. Sed quia numeros tantùm tenebam, accipe quæ mihi ad locum istum domi annotata sunt. Nunquàm certè dubitavi, quin disertissimus Patrum Lactantius scripserit *Orontem*: verùm *Oriens*, in locum *Orontis*, per Librarios irrepsit eâ proculdubiò ætate, quâ ita loquebantur; nec tam malè fecit vir doctissimus, quòd repertam in membranis vetustis scripturam retinuerit. Unus enim idemque fluvius intelligitur; & Hegesippus lib. 3. c. 5. Excidii, ac Isidorus lib. 13. c. 21. Orig. testantur, fluvium hunc *Orientem* appellatum fuisse: undè & Eustathius Thessalonices Episcopus, ad Dionysii Periegesin *Orontem* interpretatur Ἀνταλικόν. Ἄλλοι δέ φασιν ὅτι Κάσιος Τιβέριον ὠνόμασεν Ὀρόντην μεταγόμασιν, ὃ σημαίνει Ῥωμαίοις τὸν Ἀνταλικόν. Verùm utì à veritate alienum, Tiberium Imperatoris Augusti successorem, (nisi tamen posterior aliquis intelligendus sit) hunc fluvium *Orontem*, cujus jam mentio apud Polybium occurrit, ex Draconte appellasse: ità respicit proculdubiò ille ad Orientis vocem; & cum aliis auctoribus excusat aliquo modo lectionem vulgatam, quæ clarè docet, non absque ratione Hegesippum & Isidorum tradere, *Orontem* dictum esse *Orientem*. Hæc ibi. In litteris verò superiore autumno ad me datis hæc adjecit vir doctissimus. Hoc de loco quid sentiam, misi antè. Propertius, ut hoc addam, celebrat Oronteam myrrham; quia illa ex Arabiâ Antiochiam, celeberrimum Syriæ, & ad Orontem fluvium positum emporium, deferebatur. Gaspar Hofmannus (lib. 3. c. 4. Var. lect.) myrrham non à fluvio Oronte, sed à Cypro, in quâ regnavit Cynyras, Myrrhæ pater, dictam esse putat; Cyprum præterea fuisse Syriæ quondam partem, teste Plin. 2. 88. indèque se apud Ovid. Met. 10. rescribere:

——— *Undiquè lecti*
Te cupiunt proceres, totoque Oronte juventus,

pro *Oriente*; nec quemquam moveri debere, quòd prima in *Orontes* syllaba brevis sit: tandemque existimat, aroma hoc ab Arabibus semper fuisse petitum; *Orontes*, teste Plin. 6. 26. populos Arabicos esse, & indè myrrham esse cognominatam. Non perdam tempus his refellendis. Sed Crontes non sunt populi in Arabiâ, verùm Gordiæis proximi in Mesopotamiâ. Et quanquàm eâ in regione Arabes vixerint, & interdùm Arabiæ nomen se eò usque extendat, tamen *myrrha* in eâ non gignitur. Columellæ l. 10. celebratur Achaïca myrrha, quia, teste Dioscoride, in Bœotiâ etiam provenit; quæ, utì nosti, Achaiæ nomine cum adjacentibus regionibus venit. Hæc amplissimus Cuperus. Ne quid autem desideret, quod in præsens queat afferri, studiosus Lector, afferam Hegesippi verba ex l. 3. c. 5. ubi describit Antiochiam: *Fluvius eam medius intersecat, qui à Solis ortu oriens, non longè ab Urbe mari conditur; quem de originis suæ tractu Orientem veteres appellavere, ut vulgò putetur locis nomen dedisse, cùm indè acceperit. Cujus fluentis ipso impetu frigidioribus, & Zephyris assiduè per ea loca spirantibus, tota civitas momentis propè omnibus refrigeratur, ut Orientis in partibus Orientem absondat.* Eadem legas apud Isidorum lib. 13. c. 21. His igitur à Viro dignitatis amplissimæ copiosissimæque eruditionis præclarè explanatis, nihil habeo, quod addam, nisi applausum. Eustathii verba non dubiè corrupta esse censeo. Typhonem dictum Orientem narrat Strabo: Draconis verò nomen ei datum, usquàm, nisi hîc, legisse non recordor. Equidem suppetit conjectura, ἐξ ἑῴης ἀντὶ ἑῳήνην μεταγόμασι. Sed cùm credibile sit, hanc quoque facilè Cuperum vidisse, verùm ut audacem nimis repudiasse; rectiùs forsan ab aliis opem certiorem expectabimus. De nomine tractûs illius, cujus meminit Hegesippus, ex Constantino de Thematibus omnia possunt nota esse.

IN CAPUT ULTIMUM.

Pag. 250. lin. 3. *Non corrumperet veritatem*] Præcessit *ne*; quarè *ne non*, à Librario adjectum, delendum censeo.

Lin. 5. *Respexit in terram*] Non modò in extraneorum litteris, quod ostenderunt satis viri docti, elegans hoc loquendi genus est perusitatum, sed etiam in sacris. Deut. 26. 7. *Qui exaudivit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem, atque angustiam*; & v. 15. *Respice de sanctuario tuo, & excelso Cœlorum*

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

cœlorum habitaculo, & benedic populo tuo sancto. Sic Virgo Θεότοκος in admirando illo hymno, Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ; ubi collegit plura Pricæus. Utitur & Eusebius de hâc ipsâ pace Ecclesiæ redditâ, de quâ Scriptor hîc agit, Hist. Eccl. lib. 8. c. 16. Ὡς γὰρ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐπισκοπὴν ἐμοὶ τῷ ἴλεω ἡ θεία καὶ θεσπέσιος χάρις ἐποιήσατο Nisi mavis illic ab inspectione, seu visitatione, metaphoram duci, quam fecerunt οἱ ἁρμοστῆρες, sive qui ad res sociorum aut provincialium cognoscendas & constituendas missi erant. De quâ doctissimus & celeberrimus Buchnerus ad Hymnum natalitium, quem Christo Servatori cecinit Prudentius.

Lin. 19. *Ut floreſcentes eccleſiæ perpetuæ quieti*] Duo doctissimi viri legendum putarunt: *Ut floreſcentes eccleſias perpetuâ quiete cuſtodiat.* Mihi magis ex consuetudine temporum illorum scribi posse videtur: *Ut floreſcentis eccleſiæ perpetuam quietem cuſtodiat.* Non enim nisi de unâ illâ & verâ agit Ecclesiâ. Cætera quoque sic fuerint convenientiora stylo Lactantii; ut lib. 6. c. 10. *Ut quietem noctis tuam ſibi faceret;* lib. 7. c. 2. *Piorum animis ad beatam vitam revocatis, quietum, tranquillum, pacificum, aureum denique, ut Poëtæ vocant, ſæculum, Deo ipſo regnante, floreſcat.* Amabile verò quietis nomen Romanis Romanorumque Principibus vehementer placuit, ut ex nummis liquet, aliique ostenderunt. Inter alios hoc amavit & Constantinus Magnus, (ne de Paganis dicam) qui in arcu triumphali nummisque, LIBERATOR URBIS, FUNDATOR QUIETIS vocatur, alibique PACIS, aut QUIETIS PUBLICÆ dulcissima exhibet nomina. Faxit DEUS OPT. MAX. ut omne Christianum nomen, pace & quiete solidâ ac diurnâ, nominatimque ut cum REGE pio, forti, felice, Patria nostra jam dictis aliisque bonis propriis & perpetuis æternùm efflorescat.

NIC. TOINARDI MONITUM LECTORI.

EX quo ea, quæ in his Notis ad caput IV. *de* Sabbato magno, *deque BB. Polycarpi ac Pionii Paſſionibus, ferè animi gratiâ ſcripſi, typis mandata ſunt, operæ pretium duxi profiteri, probabiles admodum mihi videri ſententias illas duas, quæ pluribus à me aliàs exponentur: nempè* Sabbato *ipſo* magno Judaïco, *id eſt, quod decimam quartam Lunam Paſchalem proximè præcedit, Polycarpum martyrium feciſſe die* 26. *menſis Martii, (prout in Actis) & quidem anno Chriſti* 147. *Pionium autem comprehenſum fuiſſe* Sabbato *quoque* magno, *die* 22. *Martii anni* 251. *& martyrio fuiſſe affectum die* 12. *ſeptimi Aſianorum menſis, quæ ſupradicto* 251. *anno in Sabbatum, atque in* 5. *diem Aprilis incidit.*

Iis, qui hanc tuebuntur ſententiam, nulla erit habenda Conſulatuum ratio, utpotè Actis proconſularibus perperàm adjectorum.

Digitized by Google

NICOLAI TOINARDI AURELIANENSIS NOTÆ IN LACTANTIUM DE MORTIBUS PERSECUTORUM.

www.libtool.com.cn

IN CAPUT PRIMUM.

PAg. 180. lin. 4. paulò post initium. *Ecce addetur his omnibus adversarius; & restituta per orbem tranquillitate, profligata nuper Ecclesia rursùm exsurgit.*] V. C. Joan. Bapt. Cotelerius *Ecclesiæ Græcæ Monumentorum*, Parisiis anno 1681. editorum, pag. 528. in Notis legendum jubet: *Ecce* adteritur *his omnibus adversarius;* aperto, ut ait, sensu, & scitâ antitheſi ex *adteritur* & *exsurgit*. Eximiam Viri eruditissimi, mihique olim conjunctissimi, emendationem tum bono omine meas inter Notas principem hîc exhibendam duxi, tum ne in peregrino loco latens, Lactantii studiosis maneret ignota.

IN CAPUT II.

Pag. 183. lin. 1. *Extremis temporibus Tiberii Cæsaris, ut scriptum legimus, Dominus noster Jesus-Christus à Judæis cruciatus est*, post *diem decimum Kalendarum Aprilis, duobus Geminis Consulibus.*] His paucis in verbis error non unus. Primus quidem est ex librarii oscitantiâ, ita ut pro *ante*, irrepserit *post*. Hic enim legendum puto, *ante diem decimum*, ut ipse Lactantius habet alio in loco, scilicet *Institutionum Lib. IV. c. X* ubi de Judæis ait: *Exindè Tetrarchas habuerunt usque ad Herodem, qui fuit sub Imperio Tiberii Cæsaris, cujus anno quinto decimo, id est, duobus Geminis Consulibus*, ante *diem decimum Kalendarum Aprilium Judæi Christum cruci affixerunt.*

Clarissimus Stephanus Baluzius, hujus tanti thesauri diligentissimus editor, Parisiis anno 1679. in Notis ad superius cap. 2. negat contrarietatem esse ullam inter duas istas loquendi formulas, POST & ANTE *diem decimum*, fretus auctoritate Pauli J. C. D. de Verb. Signific. L. Anniculus CXXXII. Ejus verba sunt:

» *Lin.* 2. POST DIEM DECIMUM] In libro » quarto Institutionum legitur, *ante diem* » *decimum.* Verùm hæc discrepantia nullam » importat repugnantiam. Idem enim valet » *post diem*, ac *ante diem*, ut monet Paulus » in L. Anniculus 132. Dig. de Verbor. signi- » ficat. *Anniculus amittitur, qui extremo an-* » *ni die moritur. Et consuetudo loquendi id* » *ita esse declarat: Ante diem decimum Kalen-* » *darum, Post diem decimum Kalendarum.* Sed » hic locus Pauli non caret difficultate. Nam » Marcellus Francolinus in Tractatu de Tem- » pore Horarum Canonicarum, cap. LXXIII. » contendit, heic per verba, *post diem*, non » posse intelligi aliquem dierum, qui sunt » ante Kalendas: sed decimum post Kalen- » das, id est, nonum mensis diem; idque » confirmare nititur plurimis exemplis. Fru- » strà. Nam cùm Lactantius eamdem rem » duobus in locis referens, in uno quidem » dixerit, *ante diem decimum*, in alio ve- » rò, *post diem decimum*; manifestumest, ho- » rum verborum eumdem debere sensum esse. » Præterea Romani nunquàm à Kalendis de- » nominaverunt dies, qui sequuntur post Ka- » lendas: sed eos tantùm, qui antecedunt, » ut nemini paulò erudito est obscurum. « Hactenùs V. C. verba.

At clariss. Henr. Norisius ingentis *Cenotaphiorum Pisanorum* Operis Venet. anno 1681. editi, pag. 345. hanc sententiam confutat; atque ex ipso *Pandectarum* autographo, Flo-

Digitized by Google

rentiæ asservato, germanam verborum Pauli lectionem profert his verbis: *Ante diem decimum Kalendarum, post diem decimum Kalendarum; neque utro enim sermone undecim dies significantur.* Deindè ait:

» Ex hàc autem germanà lectione textûs, » Ricciolii opinio refellitur . . . Etenim illa » verborum Pauli recitatio optimùm sensum » habet, & verissima est, quamvis non iis- » dem Jurisconsulti verbis expressa. Idem » enim *Lib.* 134. *D. De Verbor. significat.* » ait: *Anniculus non statim ut natus est, sed* » *trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur,* » *incipiente planè, non exacto die.* Itaque qui » inchoato extremo anni die moritur, ut in- » quit L. 132. *anniculus amittitur;* quod pro- » bat argumento à vulgatà loquendi consue- » tudine ducto, quâ dicentes, *ante diem deci-* » *mum Kalendarum*, ipsum diem termini, nem- » pè primas sequentes Kal. computamus, non » autem * diem undecimum, qui Kalendas » sequitur, nempè diem secundum mensis. » Quarè inquit Jurisconsultus, etiam annicu- » lum amitti, qui ipso die ccc. sexagesimo » quinto *incipiente planè*, non exacto, amit- » titur; neque necesse est amitti die primo » anni insequentis. Itaque constat, auctore » celeberrimo Jurisconsulto, eâ vulgatâ di- » cendi formulâ, *Ante diem decimum Ka-* » *lendarum*, non significari undecim dies, » sed tantùm decem, ipsis Kalendis compu- » tatis.

Tandem, insequenti paginâ, post relatam utriusque loci Lactantii per clarissimum Baluzium conciliationem, idem Norisius subdit: » Verùm doctissimi Interpretes se- » cùs Pauli textum intelligunt. Antonius Au- » gustinus lib. 4. Emendat. ad laudatam Le- » gem Pauli ait: *Ante diem tertium Nonas,* » *& tertio Nonas, & die tertio post Kalendas* » *idem esse deprehenditur.* Hæc Cujacii verba » in adversariis olim notavi: *Post diem X.* » *Kalend. significatur dies decima post Kalen-* » *das, ut ipsa Kalenda computentur. Ergò post* » *diem X. Kalend. Januarii, id est, IIII.* » *Idus Januarii.* Rectè notat P. Manutius in » Epist. 12. lib. 3. Familiarium Tullii, *ante* » *diem tertium Nonas*, veteres Latinos dixisse, » id est, *tertio die ante Nonas;* nam cùm di- » citur *tertio Nonas*, concisa locutio est; sub- » intelligitur enim *die ante*, siquidem præpo- » sitio tacita Kalendas in quarto casu regit.

* Nota. *Diem undecimum, qui Kalendas sequitur, nempè diem secundum mensis.* Pace eruditissimi Norisii dixerim, scribendum videri: *Diem decimum, qui Kalendas præcedit, nempè diem decimum ante finem mensis.*

» Quarè *post decimum diem Kalend. Aprilis*, » idem est, ac *decimo die post Kalendas Apri-* » *lis*. . . Neque Paulus memoratæ doctissimi » Baluzii opinioni suffragatur. Nam scribit, » neutrâ loquendi formulâ *ante diem decimum* » *Kalend.* & *post diem decimum Kalend.* diem » undecimam significari, sed decimam, non » quidem ejusdem mensis, sed tum decimam » diem ante, id est, præcedentem Kalendas, » tum decimam post, nempè posteriorem » Kalendis. Hinc Caius Jurisconsultus eo- » dem D. lib. L. 233. ait: *Post Kalendas Ja-* » *nuarias die tertio pro salute Principis vota* » *suscipiuntur;* nempè III. Nonas Januarias. » Hinc apparet, alium planè mensem signi- » ficari hisce loquendi phrasibus: *Ante deci-* » *mum Kalend. Aprilis*, ac *post decimum Kal.* » *Aprilis*: priori enim modo dicendi desi- » gnatur dies 23. Martii; altero verò * dies » posterior decimo Kal. Aprilis.

» Quarè Lactantii verborum formula ne- » minem veterum Latinorum auctorem ha- » bet, ac doctissimis recentioribus improba- » tur. Scio, Astronomos diem à meridie præ- » cedentis ad meridiem insequentis diei nu- » merare. Hinc dies 23. Martii post meridiem » ipsis dicitur, *post diem decimum Kalendas* » *Aprilis.* Lactantius ut designaret tempus » diei, quâ passus est Dominus, videlicet post » meridiem diei 23. Martii, scripsit juxta mo- » dum loquendi Astronomorum. Hæc tamen » non quidem eruditissimo Baluzio opposita, » sed proposita, ac ejusdem censuræ suppo- » sita velim. »

Hactenùs clarissimus Norisius, cujus locum ferè integrum ideò exhibui, tam ob ipsius præstantiam, quàm quia *Cenotaphia Pisana* omnium non sunt in manibus.

Norisii autem sententiæ omninò accedo, ita ut istis verbis, *post diem decimum Kalendarum Aprilis*, intelligatur *decimus dies mensis Aprilis*, computatis ipsis Kalendis.

Frustrà autem excusando, vel interpretando Lactantio celeberrimus auctor Astronomos in auxilium vocat; quid enim Lactantio cum Astranomis in re minimè Astronomicâ, ut ad istas subtilitates confugiatur, de quibus neutiquàm cogitaverit Lactantius?

Deindè si locum haberet iste loquendi modus Astronomorum, sequeretur ex eo, quòd dies decimus Kalendarum Aprilium juxta Astronomos exactus sit ad meridiem diei 23. Martii, atque adeò nonus incœperit,

* Nota. *Dies posterior decimo Kal. Aprilis.* Scribe: *Dies decimus posterior Kal. Aprilis*, nempè dies decimus mensis Aprilis.

Digitized by Google

Lactantium dixisse, Christum eo die post meridiem cruci fuisse affixum: siquidem, ipso auctore, *Cap. II.* hujus libri, *post decimum diem Kalendarum Aprilis cruciatus est*, quo vocabulo significatur, *cruci affixus*.

www.libtool.com.cn

At verò Lactantius non scribit sigillatim de diei parte, sed solummodò universim de ipso die, in quo Christus crucem subiit: undè nihil quidquam expeditius est, quàm dicere, τὸ POST in isto loco esse librarii errore, ac pro eo reponendum ANTE. Idque eò magis, quòd Instit. *Lib. IV. Cap. X.* ubi *Ante decimum diem* rectè legitur, ibidem in nonnullis editionibus, quales sunt Lugdunensis anni 1548. in-12. & Antuerpiensis anni 1555. in-8. legere sit: *Ante diem septimam*, pro *Ante diem decimum*; uti est universim in compluribus antiquis codicibus & castigatis editionibus.

Quemadmodùm itaque in *Institutionum* loco positum est vocabulum *septimam*, pro *decimum*: ita planè in hoc *de Mortibus Persecutorum*, pro vocabulo *ante*, malè scriptum est, *post*.

Joannes Columbus, qui Notis Aboæ in Finlandiâ anno 1684. editis hunc eumdem librum illustravit, pag. 88. in hunc locum habet insequentia:

» Pag. 183. lin. 2. *Post diem X. Kal. Apr.*] » Elliptica locutio, quam supplere possis post » exortum diem decimum Kal. Apr. sive post » eum diem incœptum. Ita verba Christi: » *μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγέρομαι*, *post tres dies resur-*» *gam* (*Marc.* VIII. 31.) à plerisque doctio-» ribus exponuntur, *postquàm venerit dies ter-*» *tius*. Sic apud Marcum *Cap.* IX. 12. *post sex-*» *tiduum*, valet, *sexto die inchoato*. Hæc & » plura, post Antonium Augustinum & quos-« dam alios Interpretes Juris, ad Legem » CXXIII. (*lege* CXXXII.) De Verb. signif. » Scioppius, Wisembachius, & nuper ad in-» telligenda Veterum scripta utili opere *De* » *Intercalatione* Philippus Munckerus, quem » adi ad *Lib.* 1. *C.* 2. *num.* 4. «

Hactenùs Joannes Columbus, cujus sententia ex iis; quæ suprà à Norisio atque à me allata sunt, satis superque confutatur.

Præterea Vir eruditus non advertit, in altero *Marci* IX. 12. exemplo, quod quidem est *Matth.* XVII. 1. neutiquàm posse *sextum diem inchoatum* intelligi, sed *exactum*. In loco enim parallelo apud *Luc.* IX. 28. numerantur ὡσεὶ ἡμέραι ὄκτω, *ferè dies octo*. In Matthæo itaque & Marco *sex dies* censendi sunt *integri*, ut insequens *septimus* propiùs accedat ad *octo*, quot sunt in Lucâ.

Dixi suprà *Cap. II.* initio, complures esse in verbis Lactantii errores. Confecto itaque eo, qui librarii erat, nunc in ipsum Lactantium vertendus stylus.

Pag. 183. lin. 1. Ait, *Extremis temporibus Tiberii Cæsaris Christum cruciatum fuisse, duobus Geminis Consulibus.*] Extrema illa Tiberii tempora in altero Institutionum loco, sive *Lib. IV. Cap. X.* assignat anno Tiberii quinto decimo. Id quidem convenienter Consulatui duorum Geminorum. At observa, Lector, quàm immaniter indè hallucinetur.

Tiberius annum Imperii quintum decimum iniit anno 28. æræ vulgaris, die 19. mensis Augusti. Hoc ipso Tiberii anno Joannes Baptista, uti apud Lucam, *Cap. III.* 1. 2. 3. legimus, pœnitentiam prædicare incœpit. Erat is, juxta Lactantium, Tiberii annus quintus decimus *iniens*, siquidem, juxta eumdem, passus est Christus quinto decimo Tiberii anno, qui in cursu fuit usque ad 19. diem Augusti anni 29. æræ vulgaris.

Baptizatus itaque Christus die 6. Januarii, Consulibus duobus Geminis, anno æræ vulgaris 29. & passus die 23. mensis Martii insequentis, nonnisi per duos menses ac dimidium ea omnia peregerit, quæ ab ipsius Baptismo ad mortem usque referuntur. Quod quidem portentosum est dictu, quamvis ab aliis multis Veterum inconsultè pronuntiatum fuerit, ac Fastis Idatianis infartum.

Quid enim tandem fiet de quatuor omninò Paschatibus, quibus, ipso fatente viro clarissimo Harduino, in Indice *Antirrhetici sui*, Parisiis anno 1689. editi, Servatoris ministerium apud Evangelistas distinguitur? Quis Philolaus, vel Ptolomæus; quis Copernicus, vel Tycho, in illo 29. æræ vulgaris anno reperiet characteres diei Passionis Christi congruentes, Feriam, inquam, sextam cum die Paschatis concurrentem?

Et tamen ille ipse est Lactantius, qui cum aliis similibus Auctoribus, id est, Chronologiæ atque Evangelicæ Historiæ æquè incuriosis, obtruditur ab iis, qui negant Christum æræ vulgaris anno 33. & quidem mensis Nisan die 14. sive Aprilis die 3. cruci fuisse affixum.

Verùm absit, ut indè quidquam detractum velim Lactantii aliorumque Ecclesiasticorum Scriptorum auctoritati. Id unum contendo, eis, quantò magis ob vetustatem prædicantur, tantò minùs in rebus Chronologicis habendum esse fidei; cùm enim unum Christum scirent & docerent, eumque crucifixum, rerum gestarum ordinem non ita accuratè servabant.

Digitized by Google

Vir clariſſimus Joannes Harduinus in *Antirrhetico ſuo*, pag. 67. quæſtionem hanc definit inſequentibus verbis: *Deniquè paſſum eſſe Dominum Jeſum anno æræ vulgaris* XXIX. *ex eo intelligimus, tertio Paſchate poſt ſuſceptum prædicandi munus, ut vetuſtiſſimi è Patribus unanimi conſenſione prodidere, duobus Geminis Conſulibus.*

Deindè in *Addendis*, quæ ſunt ad calcem libri, ſubdit: *Nam & Judæorum præterea ritus, & Aſtronomica tabula in eum annum, ut aliàs dicemus, conſentiunt.*

Tum adversùs virum clariſſimum Joannem Vaillantium eâdem pag. 67. inſurgens, ait: *Horum an tu quidquam es ſuboloratus? aut tibi aliquis ante nos indicavit?*

Hùc uſque clariſſimus Harduinus, à quo ſtabiliendæ huic ſententiæ neſcio equidem quid proferri poſſit. Neque enim Judaicorum rituum planè ſum rudis, neque porrò Aſtronomicis ex tabulis ullâ unquàm machinâ eruentur *Feria ſexta ac Paſchatis dies*, in quibus conjunctim anno æræ vulgaris 29. paſſus ſit Chriſtus.

Pag. 184. lin. 3. *Aſſumptis in locum Judæ proditoris Matthiâ & Paulo.*] Ne ex his verbis inferas, Paulum unà cum Matthiâ fuiſſe Judæ ab Apoſtolis ſuffectum. Tantùm incurioſiùs paulò ſcribens Lactantius innuere voluit, loco Judæ alios duos Apoſtolatûs munere fuiſſe functos, Matthiam ſcilicet ſorte lectum, (*Act. I. 26.*) & Paulum ab ipſo Chriſto aſſumptum.

Lin. 5. *Et per annos* XXV. *uſque ad principium Neroniani Imperii, per omnes Provincias & civitates Eccleſiæ fundamenta miſerunt.*] A Conſulatu duorum Geminorum, ſive ab anno æræ vulgaris Chriſti 29. quo, ex Lactantii hypotheſi ſuprà confutatâ Apoſtoli poſt Pentecoſten, (*Act. II. 1. cum Marc. XVI. 20.*) prædicaverunt ubique Evangelium, anni quidem ſunt 25. completi uſque ad 13. diem Octobris anni Chriſti 54. quo Nero ſucceſſit Claudio: at ab anno æræ Chriſti 33. quo reverà paſſus eſt Chriſtus, non ſunt, niſi 21.

Lin. 7. *Cùmque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit*] In Indiculo Depoſitionis Martyrum, edito per Ægidium Bucherium Antuerpiæ 1634. in *Comment. De Doctrinâ Temporum*, legitur: *Octavo Kalendas Martii*, (ſive die 22. Februarii,) *Natale Petri de Cathedrâ.* Id contigerit juxta Lactantii rationes, anno Chriſti 55. cùm primus Neronis annus in curſu eſſet à 13. die Octobris antecedentis.

Quòd ſi deindè Eruditiſſ. Virorum Godefredi Henſchenii, initio *primi Tomi Sanctorum menſis Aprilis*, editi Antuerpiæ 1675. & Danielis Papebrochii, in *Propylæo ad Acta Sanctorum Maii*, edito ibidem 1685. ſententia admittatur, quam eandem V. C. Ant. Pagius in *Criticâ Baronianâ*, Pariſiis 1688. editâ, amplectitur, *Petrum tertio Kalendas Julias, Coſſ. Nervo Siliano & Veſtino Attico*, id eſt, anno Ch. 65. Neronis 12. die 29. Junii, *martyrium feciſſe Romæ*, non vixerit Petrus à conſtitutâ Romæ cathedrâ ampliùs quàm annos 10. & menſes 4. cum diebus 8.

Ex Fl. Joſepho, atque etiam ex Numiſmatis, prout in Tractatu *De Numiſmatis Herodiadum* oſtenſurus ſum, conſtare debet, annum Ch. 43. Claudii Imp. 3. ac Senioris Agrippæ 7. poſtremumque extitiſſe, quandò Petrus Hieroſolymis divinâ ope è vinculis ereptus eſt, ac deindè Agrippa ab Angelo percuſſus, [*Act. XII. 3. 23.*] obiit Cæſareæ Palæſtinæ, ubi munus edebat in honorem Claudii Cæſaris, feſto quodam pro ejus ſalute inſtituto. [*Joſeph. Antiq. Lib. XIX. Cap. ult.*]

Si itaque, ut ſuprà, convenit *Natale Petri de Cathedrâ* diei 22. Februarii cujuſcunque anni, ac Petrus anno Ch. 65. in crucem actus fuerit, neceſſe planè eſt, ipſum biennio ad minimum, priuſquàm ab Agrippâ anno Ch. 43. in vincula mitteretur, Romam ſemel veniſſe, idque ineunte primo Claudii Imp. anno, ac labente menſe poſt Caligulam anno Ch. 41. Januarii die 24. necatum, atque indè in Judæam rediiſſe, ut 25. annis ante ſuum obitum ſedem Romæ conſtitueret.

Sin iſta Petri excurſio parùm probetur, quòd videatur non cohærere cum ſerie rerum in *Actis* uſque ad *Cap.* XII. relatarum, tum primus ejus in Urbem adventus non fuerit quàm maximè citò, niſi anno Ch. 44. ſub Claudio Imp. die quidem 22. Februarii, ut ſuprà, ex *Indiculo Depoſitionis Martyrum*, undè ad annum Ch. 65. & diem 29. Junii, quo, ex ſententiâ Henſchenii, Papebrochii, & Pagii ſuprà relatâ, Petrus Romæ ſævientе Nerone peremptus eſt, nequeunt anni numerari ultra 21. cum menſibus 4. & diebus 8.

Et certè quoniam in Chronico Paſchali, Pariſiis denuò per V. C. Carol. Ducangium nuper edito, quod *Alexandrinum* anteà perperàm appellabatur, nihil de Petri & Pauli obitu in anno Ch. 66. neque deinceps ſcribitur, intelligere eſt, ejus Auctorem anno alicui ſuperiori hunc eventum aſſignaſſe. Quis verò ille ſit annus, elici non poteſt, propter lacunam, quæ 20. omninò annos in hoc

Digitized by Google

Chronico intra annos Ch. 45. & 66. occupat.

Non moror in Faſtis Idatianis, ad calcem Chronici ejuſdem Paſchalis tertiùm editis Petrum & Paulum paſſos dici *Nerone III. & Meſſalâ Coſſ.* id eſt, anno Ch. 58. Quis enim ſanus id ferat? etiamſi non eſſet ad manum Taciti locus, quem infrà referam, ex quo evincitur, Neronem non ſæviiſſe, niſi anno Ch. 64.

Pag. 185. lin. 7. *Nec tamen abiit impunè. Reſpexit enim Deus vexationem populi ſui.... ut ne ſepultura quidem locus in terrâ tam mala beſtia appareret*] Nero continuò poſt incenſam Romam in Chriſtianos ſæviit. Id expreſſè Tacitus *Lib. XV. Annal. Cap.* 38. 44.

De hoc incendio Suetonius quoque, in Nerone *Cap.* 38. & Dio, *pag.* 708. quod, teſte *ibidem* Tacito, *Cap.* 33. contigit *C. Lecanio Baſſo, M. Licinio Craſſo Coſſ.* id eſt, anno Ch. 64. Ejus principium XIV. Kalend. Sextiles, *ſive* 19. *die Julii*, finis, ſexto demùm die, *ſive Julii* 24. vel 25. ex Tacito, ibid. *Cap.* 44. ubi addit: *Ergò abolendo rumori Nero ſubdidit reos, & quæſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos vulgus Chriſtianos appellabat.*

Demus itaque Neroni reliquos ſeptem vel octo Julii dies capiendo conſilio, ut incenſæ Urbis invidiam in Chriſtianos derivaret: conſequens erit, Perſecutionem cœpiſſe ineunte circiter menſe Auguſto anni Ch. 64. Annus autem Ch. 68. & dies 9. Junii inſignes ſunt Neronis nece. Intervallum divinæ vindictæ, anni 3. menſes 10. ac dies circiter 9.

Ex his atque ex ſupradictis, Beati Apoſtoli martyrio fuerint affecti exeunte undecimo menſe à concitatâ Perſecutione. Ab initio enim menſis Auguſti anni Ch. 64. ad finem Junii anni 65. undecimus menſis fluxit.

In Caput III.

Pag. 186. lin. 1. *Poſt hunc, interjectis aliquot annis*] Nempè 30. præter 6. menſes, ut dicetur infrà.

Ibid. *Alter non minor tyrannus ortus eſt*] Domitianus, duodecim Cæſarum poſtremus.

Pag. 187. lin. 1. *Subjectorum tamen cervicibus incubavit quàm diutiſſimè, tutuſque regnavit, donec impias manus adverſùs Dominum tenderet.*] Tito, fratri ſuo, ſucceſſit Domitianus anno Ch. 81. die 13. Septembris. Si ſævire cœpit adverſùs Chriſtianos anno Ch. 94. menſe circiter Februario, ut quidem exiſtimo, tum verò imperaverit ante Perſecutionem annos 12. cum menſibus 4. ac pluſquàm dimidio.

Chronicon Paſchale initium Domitianeæ Perſecutionis annectit ann. Ch. 92. non autem 93. ut cenſet V. C. Ant. Pagius in *Diſſertatione Hypaticâ*, Lugduni anno 1680. editâ, *pag.* 110. & in *Criticâ Baronianâ* ad annum Ch. 90. num. V. *pag.* 86. qui præterea in *Criticâ* ibidem ait, hujus Chronici Auctorem *in putandis Olympiadibus Euſebianam rationem ſequi*, ſive uno anno eas antevertere, licet reverà duobus annis ab Auctore Chronici antevertantur. Earum enim initium ducit ab anno Periodi Julianæ 3936. cùm incœperint duntaxat anno 3938.

Horum nihil quidquam, ſicut nec alia complura, vidit ille, cujus Chronologicâ operâ uſus eſt Clariſſ. Ducangius in apponendis Chronico Paſchali temporum characteriſmis.

In ſupradictâ iſtius Chronici editione tanta quidem eſt perturbatio, nata ex ignorantiâ dicam, an incuriâ, ut annus concitatæ per Domitianum Perſecutionis fluctuans *pag.* 250. inter annos Ch. 93. & 94. relinquatur; neque porrò Olympiadis 218. primus annus, qui ibi Domitiani eſt 13. ullo omninò charactere notetur.

Jam verò inquirendum, quo primùm tempore Domitianus Eccleſiam vexaverit.

Ant. Pag. V. C. in *Diſſertatione Hypaticâ*, pag. 110. & in *Criticâ Baronianâ*, *pag.* 85. *num.* IV. id ponit ſub finem anni Ch. 93. ex Taciti loco, qui in fine *Vitæ Agricolæ* felicem prædicat Agricolam, quòd *Conſulâ Priſcoque Coſſ.* anno ſcilicet Ch. 93. *decimo Kal. Septemb.* ſive 23. die Auguſti, *exceſſerit, atque* adeò *evaſerit poſtremum illud tempus, quo Domitianus non jam per intervalla ac ſpiramenta temporum, ſed continuò, & velut uno ictu, Rempublicam exhauſit.* Undè infert Pagius, Perſecutionem ſub finem anni Ch. 93. incœpiſſe.

At, meo quidem judicio, indè tantummodò ſequitur, Domitianum non ſæviiſſe, niſi poſt obitum Agricolæ. Cùm autem incertum ſit, quo poſteà tempore id contigerit, ac præterea videatur Reſpublica primò, ac deindè Eccleſia malè habita, nihil planè Taciti locus iſte confert ad figendam Perſecutionem anno Ch. 93.

Henricus Dodwellus Anglus, V. C. in *Diſſertatione* XI. *Cyprianicâ*, Oxonii anno 1684. editâ, cui *De Paucitate Martyrum* Lemma affixit indigniſſimum homine utcumque Chriſtiano, nedùm Auctore litterato, contendit ex Brutii verbis apud Euſebium, *Hiſt. Lib. III. Cap.* 18. nonniſi Ch. anno 95. Eccleſiam fuiſſe à Domitiano vexatam, quia

www.libnet.com.cn

Digitized by Google

videlicet ejùs principatûs anno XV. Flavia Domitilla, Flavii Clementis tum Conſulis ex ſorore neptis, ob confeſſionem Chriſti in Inſulam Pontiam relegata eſt.

Sed à VV. CC. Anton. Pagio in *Criticâ Baronianâ* paſſim, & Theodorico Ruinartio, Monacho Benedictino, in Præfatione ad *Acta Martyrum ſincera & ſelecta*, Pariſiis anno 1689. edita, non modò tota illa Dodwelli *Diſſertatio* egregiè confutata eſt: ſed etiam huic argumento, pro aſſerendâ Perſecutionis Domitianeæ brevitate adducto, reſponſum eſt, nihil indè confici, niſi Perſecutionem iſtam anno Ch. 95. maximè efferbuiſſe.

Et certè in Chronico Paſchali ad 14. Domitiani annum habentur hæc verba: Ἱστορῶν δὲ Βρούτιος (lege Βρούτιος) πολλοὺς Χριστιανοὺς κατὰ τὸν ιδ'. ἔτος Δομετιανοῦ μαρτυρῆσαι; *Memoria prodit Brutius, multos Chriſtianos 14. anno Domitiani martyrium feciſſe.*

Ut autem ex iſto Brutii loco aliquid eliciatur, cui inniti poſſimus, ſecernenda ſunt certa ab incertis, ac ſtatuendum:

Primò, Domitiani annum 12. iniiſſe anno Ch. 92. die 13. Septembris, cùm decurreret 217. Olympiadis annus 4.

Deindè, Olympiadem 218. incœpiſſe in Solſtitio æſtivo anni Ch. 93.

Tertiò, Domitiani annum 13. ductum fuiſſe à die 13. Septembris anni Ch. 93. cùm decurreret 218. Olympiadis annus primus.

Deniquè, eidem annum 14. fuiſſe incœptum anno Ch. 94. cùm ejuſdem 218. Olympiadis annus alter eſſet in curſu.

Undè conſequens eſt, biennio errare Chronici Paſchalis Auctorem, qui Domitiani 13. annum alligat primo 218. Olympiadis anno, & Indictioni 5. Nam juxta hujus Auctoris methodum & hypotheſes, Olympias 218. & annus 13. Domitiani ortum habuiſſent anno Ch. 91.

Non moror, Conſulatus in poſterioribus Domitiani annis ab Auctore Chronici Paſchalis perperàm fuiſſe affixos. Id enim ad rem præſentem non attinet. Aſſumo duntaxat quod ibi refertur ex Brutii hiſtoriâ, *multos Chriſtianos anno 14. Domitiani martyrium feciſſe.* Cùm enim inter Eruditos conveniat, Domitianum non vexaſſe Eccleſiam, niſi poſtquàm *defuncto Agricolâ die 23. Auguſti anni Ch. 93.* (ex Tacito ſuprà laudato) *continuò & velut uno ictu Rempublicam exhauſit*, mihi videor medio tutiſſimus iturus, ſi dixero, Domitianeam Perſecutionem incœpiſſe menſe Februario ſequentis anni 94. atque adeò eodem anno, die 6. Maii menſis, Joannem Apoſtolum in dolium ferventis olei plenum fuiſſe immiſſum, ac deindè in Pathmon inſulam relegatum: quod cum Hieronymo convenit, qui in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum ait, id contigiſſe *quartodecimo* [Domitiani] *anno, ſecundam poſt Neronem perſecutionem movente Domitiano.*

Sic itaque à Neroniana Perſecutione, quæ, ut ſuprà oſtendi, ſub initium menſis Auguſti anno Ch. 64. cœpit, fuerint ad Domitianeam anni 30. præter 6. menſes, quot ſunt nempè ab initio Auguſti anni Ch. 64. ad finem Januarii anni 94.

Lin. 3. *Poſtquàm verò ad perſequendum juſtum populum inſtinctu dæmonum incitatus eſt, tunc traditus in manus inimicorum ſuæ pœnas.*] Domitianus menſe Februario anni Ch. 94. ut proximè dictum, ſævire cœpit. Peremptus eſt anno Ch. 96. XIV. Calend. Octobris, *ſive die 18. Septembris*, ut in confeſſo apud omnes. Divinæ vindictæ intervallum, anni 2. & menſes 7. cum dimidio circiter.

IN CAPUT IV.

Pag. 188. lin. 1. *Extitit enim poſt annos plurimos execrabile animal Decius, qui vexaret Eccleſiam. Quis enim juſtitiam, niſi malus, perſequatur? Et quaſi hujus rei gratiâ provectus eſſet ad illud principale faſtigium, furere protinùs contra Deum cœpit, ut protinùs caderet.*] Sæviiſſe Decium ſtatim ac imperavit, docet quoque Chronicon Paſchale his verbis: *Initio Imperii Decii, perſecutione contra Chriſtianos concitatâ*, Φλαβιανὸς Flavianus, (lege Φαβιανὸς, Fabianus,) *Romanorum Epiſcopus martyrium fecit.* Jam inquirendum quo id tempore contigerit.

Decius ſucceſſit Philippo, qui anno Ch. 249. *XV. Kal. Julias*, ſive 18. die Junii, *Æmiliano & Aquilino Coſſ.* etiamtum imperabat, ex Cod. Juſtinianeo, *Lib. VIII. Tit.* 56. De Revocandis Donationibus, *L.* 1. Decii autem Auguſti nomen *iiſdem Coſſ. XV. Kal. Novemb.* ſive 19. die Octobris, *ibid.* inſcribitur, *Lib. IV. Tit.* 16. De Hæreditariis Actionibus, L. 2. Decius itaque Imperium adeptus eſt intra dies 17. Junii, & 19. Octob.

Quòd ſi demus, ipſum imperare cœpiſſe ſub finem Junii, vel ſub initium Julii, ut infrà dicetur, tum à Domitianeâ Perſecutione, quam Februario anni Ch. 94. aſſignavi, erunt ad Decianam, præter quinque circiter menſes, anni 156. quos Lactantius *plurimos* jure merito appellat, quòd inſequentes Perſecutiones ſibi invicem ferè contiguæ fuerint.

Digitized by Google

Quod autem Lactantius ait, *Decium protinùs cecidisse, postquàm vexavit Ecclesiam*, non omninò idem tempus æquat, quod fuit à concitatâ per Domitianum Persecutione usque ad ejusdem necem, nempè à mense Februario anni Ch. 94. ad annum Ch. 96. & diem 18. Septembris. Intervallum est enim annorum 2. ac mensium 7. cum dimidio circiter; quod aliquantò minus esse in Decio, ita ostenditur.

Decius ex antedictis imperavit anno Ch. 249. intra diem 17. Junii, & 19. Octobris. Imperare desiit anno Ch. 251. quo Cos. III. processit, Collegâ filio suo Decio Etrusco. Anno enim insequenti, sive 252. Trebonianus Gallus, amborum successor, Fastis *jam tum Augustus* nomen dedit, Collegâ Vibio Volusiano, filio suo, *jam tum Cæsare*.

Quânam verò anni tempestate Decii obierint, colligere est ex Trebellio Pollione in *Valeriano*, ubi hæc leguntur: *Duobus Deciis Coss.* anno Ch. 251. *VI. Kal. Novemb. die*, sive 27. Octob. *cùm ob Imperatorias litteras in ade Castorum (Romæ) Senatus haberetur, iteruque per sententias singulorum, cui deberet censura deferri, (nam id Decii posuerant in Senatûs amplissimi potestate,) — absente Valeriano, (nam ille in procinctu suo cum Decio agebat,) omnes unâ voce dixerunt, interrupto more dicendæ sententiæ: Valeriani vita censura est.... Quæ cùm essent sæpiùs dicta, addiderunt,* OMNES; *atque ita discessum est. Hoc Senatusconsultum ubi Decius accepit, omnes aulicos convocavit, ipsum etiam Valerianum præcepit rogari.* Hùc usque Trebellius Pollio.

Undè liquet, delatâ Senatui per Decios *absentes* eligendi Censoris potestate, Valerianum, *& ipsum absentem*, Censorem fuisse electum *Romæ*, die 27. Octobris.

Degebat Valerianus in limite Mœsiæ cum Deciis, qui ibi ante finem istius anni occisi sunt. Demus mensem circiter unum, tum renunciando in Mœsiam isti Senatusconsulto, tum deindè committendo prælio, in quo uterque Decius cecidit: Decii sub finem Novembris occisi fuerint.

Id contigit Abrutti, sive Abyrti, vel Abritti, ut testantur Victor De Cæsaribus, Dexippus apud Syncellum, *pag.* 376. Regiæ Editionis, anni 1652. & Chronicon Paschale anno Ch. 251. præter Jornandem *Libri De Rebus Geticis Cap. XVIII.* apud quem habetur: *Venienseque Adabritto* (sive abrupto) *Mœsiæ civitatem, circumseptus à Gothis & ipse extinguitur*; ubi legendum esse *Abrutto*, notavit V. C. Ant. Pagius *Critica Baroniana pag.* 51. ad hunc 251. Ch. annum: sed melius legeris *ad Abrittum*. Lege quoque *Abrutti* apud Victorem De Cæsaribus, loco *Bruti*.

Victor De Cæsaribus ait simpliciter, Decium imperasse *exacti regni biennio*; Victor alter, *mensibus triginta*. At nequeunt *triginta* illi *mensibus* in imperio Decii reperiri, nisi admittamus, Philippum statim obiisse postquàm die 17. Junii anni Ch. 249. nomen ejus in Lege, de quâ suprà, inscriptum est; Decium verò sub finem anni 251. in prælio adversùs Carpos interiisse. Ita enim delibatus fuerit tricesimus mensis.

Interea ex his constat, Decios imperasse plus quàm duos annos; nempè ab illo temporis spatio, quod est intra diem 17. Junii, & 19. Octobris anni 249. usque ad finem Novembris anni 251. atque adeò annos duos cum mensibus circiter quinque.

Et quidem tertium Imperii annum Decios attigisse, docent variæ Inscriptiones, in quibus Decio *Seniori* assignatur *Tribunitia Potestas* III. quarum altera Feltriæ apud Gruterum CCLXXXIII. 6. altera Vintiis in Provinciâ *Galliæ*, ubi etiamnùm extat, ac refertur à V. C. Ant. Pagio, *Dissert. Hypat.* Part. I. Cap. VII. pag. 64. & in *Criticâ Baronianâ* correctior ad annum Ch. 251. pag. 52.

Chronici Paschalis Auctor Decii Imperium intra unius anni spatium perperàm definit, ac Persecutionem cum anno 251. connectit. Rectè quidem, quantùm ad utriusque Decii Consulatum, sed adversùs ipsos, qui ibi producuntur, martyrii Pionii characteres.

Verba ipsa, in quibus duo menda cubare suspicabar, non abs re forsàn erit referre, ac eorum castigationem proponere. Ea sunt:

Καὶ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας Πιόνιος — ἐπὶ Πρόκλου Κυντιλιανοῦ ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, πρὸ δ' εἰδῶν * Μαρτίων, ἤ ἐστι κατὰ Ἀσιανούς, μηνὶ * ἕκτῳ, ις. σαββάτου ὥρᾳ δεκάτῃ.	*Et Smyrnæ Asiæ Pionius — sub Proclo Quintiliano Proconsule Asiæ*, IV. *Idus Martias, quod est secundùm Asianos, mense sexto*, die XII. *Sabbati horâ decimâ.*

Venerat mihi in mentem, pro δ' εἰδῶν Μαρτίων, IV. *Idus Martias*, & μηνὶ ἕκτῳ, *mense sexto*, legendum esse, δ' εἰδῶν Ἰουλίων, IV. *Idus Julias*, & μηνὶ αὐτῷ, *mense ipso*, sive, *eodem*.

Quantùm ad primam castigationem, post δ' εἰδῶν, IV. *Idus*, loco Μαρτίων, *Martias*, reponebam Ἰουλίων, *Julias*, quia in toto Decii Imperio nullum Sabbatum, quod sit mensis dies XII. connectitur cum aliquo die

die IV. Idus *Martias*: sed solummodò IV. Idus *Julias*, & XII. dies mensis in anno Ch. 251. conveniunt Sabbato; quod ita ostenditur.

Decius, ut dictum suprà, imperavit ad summum post diem 17. Junii anni 249. usque ad finem Novembris anni 251. His annis, & 250. intermedio, Sabbatum cum aliquo die IV. *Idus* cujusvis mensis se habuit ut in Diagrammate insequenti, in quo præterea indicatur, quoto mensis die sit IV. *Idus*.

Anno Ch. 249. Litterâ Dominicali G.

IV. Idus Februarias, dies X. mensis.

IV. Idus Maias, dies XII. Id quidem corrigendo Chronico Paschali apprimè conveniret, quoniam facilis est mutatio τῶν Μαΐων, *Maias*, in Μαρτίων, *Martias*: at Decius in isto Maio mense nondùm imperabat, ut ostensum suprà.

IV. Idus Novembres, dies X.

Anno 250. Lit. Dom. F.

IV. Idus Augusti, dies X. mensis.

IV. Idus Octobris, dies XII. sed Ὀκτωβρίων, *Octobres*, nimiùm differt à Μαρτίων, *Martias*.

Anno 251. Lit. Dom. E.

IV. Idus Julias, dies XII. ejusdem mensis Julii. Sunt enim Idus die XV. Julii. Undè conjeceram Ἰουλίων, *Julias*, in Chronico Paschali legendum, pro Μαρτίων, *Martias*, ut IV. Idus & Sabbatum concurrerent cum XII. die mensis; adeòque Pionii Passionem anno Ch. 251. convenire.

Hactenùs de primâ castigatione.

Quantùm ad alteram, in quâ αὐτῷ, *ipso*, repositum pro ἕκτῳ, *sexto*, sensus esset, *diem* IV. *Idus* includi in eodem illo mense, cujus ibi significatur esse *diem* XII.

Videlicet quamvis apud Romanos dinumeratio retrograda ex ante Nonas vel Idus instituatur, sicut ex ante Kalendas, id tamen fit cum hoc discrimine, quòd dies numerati ex ante Kalendas sint in mense, qui designatas Kalendas antecedit, adeòque alio, quàm ipsæ Kalendæ: secùs ac dies, qui ex ante Nonas vel Idus putantur; sunt enim illi eodem in mense, ac Nonæ & Idus, ex quibus retroaguntur.

Auctor itaque Chronici Paschalis in Pionii Martyrio, supradictis verbis μηνὶ αὐτῷ, *eo mense ipso*, die XII. innueret, IV. *Idus Julias esse ipsius mensis Julii diem* XII. *secundùm Asianos*: quoniam Asiani ordine recto à primâ die mensis dies mensium putant, non autem retrogrado à Nonis, vel Idibus insequentibus, uti faciunt Romani, apud quos quandò dinumeratio procedit ex ante Kalendas, tum designatus dies non eodem est in mense, ac Kalendæ.

Frustrà ergò deinceps juxta illas correctiones quæreretur in Chronico Paschali, atque in Actis Latinis Passionis Pionii, *sextus* aliquis *mensis in Martio*, ut ab aliis anteà factum est.

Tamen, ut verum fatear, audacior mihi videtur mutatio vocabuli Μαρτίων *Martias*, in Ἰουλίων *Julias*; maximè cùm adducar ut credam, Pionium anno Christi 250. passum fuisse, ut signatus in Actis Passionis ejus docet Decii Consulatus II. in quo Collegam habuit Gratum.

Itaque existimaverim, fuisse reverà ab Auctore Chronici Paschalis scriptum, πρὸ δ' εἰδῶν Μαρτίων, id est, *ante IV. Idus Martias*: sed mensem *Martium* ibi intelligenduum esse *Xanthicum*, qui in *Asianorum Proconsularium* anno Solari *sextus* est, ductâ dinumeratione à mense *Dio*. Ut autem *Dius* iniit die 24. Septembris: ita Xanthicus die 22. Februarii.

Præterea cùm S. Polycarpus, Smyrnæ Episcopus, passus sit *die secundo mensis Xanthici, ante diem VII. Kal. Martias, magno Sabbato, horâ octavâ*, ut ex Ecclesiæ Smyrnensis Epistolâ *De martyrio S. Polycarpi* ab Usserio editâ, & ex Græcorum Menologiis discimus, atque aliundè in Actis Passionis Pionii insequentia legantur: *Vicesimâ tertiâ mensis Februarii die, cùm Sabbatum magnum instaret*, id est, adesset, *Natalis scilicet Beati Martyris Polycarpi, urgente Decii Persecutione, Pionius Presbyter, & Sabina ... comprehensi sunt*; quæ in ejusdem Pionii Actis à viro clarissimo Theod. Ruinartio editis, pag. 123. ita habentur: *Secundo itaque die sexti mensis, qui dies est quarto Idus Martias, die Sabbati majore, Natale Polycarpi celebrantes*, &c. Ex istis diei 23. & Sabbati characteribus necesse est, Pionium comprehensum fuisse anno Christi 250.

Ut verò passus est insequentis *Martii*, sive *Xanthici*, die XII. qui in Feriam III. eo anno incidit, nemo non agnoscet vocabulum σαββάτου, *Sabbati*, tum in Actis Pionii, tum in Chronico Paschali perperàm additum fuisse à sciolo aliquo, qui cùm memoriâ teneret, Pionium missum fuisse in carcerem die Sabbati, & quidem *magni*, ac martyrio fuisse affectum die XII. mensis *Martii*, sive *Xanthici*, præcipiti calamo *Sabbati characterem*, qui diei 23. Februarii conveniebat, affixerit diei XII. mensis *Xanthici*, nullo dierum, in quibus comprehensus & passus est Pionius, habito discrimine; quamvis eodem in anno

Digitized by Google

dies 23. Februarii & 22. Martii nequeant in Sabbatum incidere.

Supradicta omnia ob oculos ponuntur in Diagrammate insequenti.

www.libtool.com.cn

MENSES ineunt	ANNI die	ASIANORUM. Xanthici, sive Martii Asian. dies	Feriæ
12. Hyperberetæus.	24. Aug.		
1. Dius.	24. Sept.		
2. Apellæus.	24. Oct.		
3. Audynæus.	23. Nov.		
4. Peritius.	24. Dec.		
5. Dystrus.	23. Jan.		
6. Xanthicus.	22. Febr.	1.	6.
*Dies Passionis Polycarpi, & Comprehensionis Pionii.	*		
	23	2	7.
	** ** ** ** ** ** **		
	24	3	1
	25	4	2
	26	5	3
	27	6	4
	28	7	5
	1. Mart.	8	6
	2	9	7
	3	10	1
	4	11	2
* Dies Passionis Pionii.	5	* 12	3

Ibi videre est, quomodò *Xanthicus*, sive *Martius Asianorum*, qui Februarii *Juliani* die 22. init, sit in anno Asianorum mensis *sextus*; ductâ videlicet dinumeratione à mense *Dio*. Esset autem *septimus*, si illa institueretur à præcedenti mense, sive ab *Hyperberetæo*, qui *duodecimus* ac postremus est, quandò *Dius* putatur primus.

Undenàm autem illud *Sabbatum*, quod erat die 23. Februarii *Juliani*, anno Christi 166. quandò Polycarpus martyrio affectus est, & anno 250. quandò Pionius comprehensus, appelletur *magnum*, nescio an quisquam hactenùs sit assecutus; neque verò me assecutum fuisse confido: at liceat id indagari, aliorumque indè excitare sagacitatem.

In duobus illis Christi 166. & 250. annis, Pascha in diem 7. Aprilis incidit, adeòque prima Quadragesimæ Dominica in 24. diem Februarii. Hinc *Sabbatum*, quod primam illam Quadragesimæ Dominicam præcedit, potuit *magnum* appellari ab Asianis Proconsularibus, quibus, utpotè Quartodecimanis, plurima erant, in rebus ad Pascha spectantibus, cum Judæis communia.

Judæis porrò *Sabbatum*, quod Paschati imminet, dicitur *magnum*. Cùm autem tempus ineundæ Quadragesimæ pendeat à Paschate insequenti, deque Paschate Christianos admoneat, ideò Smyrnenses *Sabbato*, quod est *ante primam Quadragesimæ Dominicam*, appellationem eamdem dederint, quæ à Judæis Sabbato, quod est *ante Pascha*, tribuitur.

Ad rem præsentem nihil attinet, Smyrnenses unà cum Quartodecimanis Pascha decimâ quartâ ipsâ Lunâ, id est, iis Christi 166. & 250. annis die 2. Aprilis, feriâ 3. celebrasse secùs, ac cæteros Christianos. Quartodecimanis enim idem erat; ac cæteris Christianis, Quadragesimæ initium.

Notavi suprà, vocabulum *instaret*, quod est in Actis Passionis Pionii post *cùm Sabbatum magnum*, significare *adesset*. Enimverò redditum est ex ἐνισταμένου malè accepto, quod erat post σαββάτου μεγάλου, quasi de *imminente* Sabbato magno diceretur, quamvis ibi Sabbatum, *quod jam advenerat*, indicetur.

Sæpè quidem Latinis Auctoribus *instans* appellatur illud tempus, quod medium est inter *præteritum* & *futurum*: at quoniam significatus est ambiguus, prava est similis interpretatio, quæ apud varios Auctores Lectoribus minùs eruditis nonnunquàm ansa fuit rerum malè intelligendarum.

Varia Latina Acta Passionis Pionii ex editis ac manuscriptis codicibus retulit vir clarissimus Theodor. Ruinartius, de quo suprà, inter *Acta Martyrum sincera & selecta*, pag. 138. ubi omisso die XII. qui est in Chronico Paschali, *IV. Idus Martias*, vel *Martii*, cum mense *sexto* plerùmque jungitur, præterquàm in uno Bollandino, in quo legitur: *Ante IV. Idus Martias, More Romanorum, Asia autem more, septimi mensis* undecimo, *die Sabbati horâ* septimâ.

Nescitur quidem, undè in isto codice Bollandino horâ *septimâ* legatur pro *decimâ*; neque divinare est, quomodò iisdem in Actis Latinis, & in Græcis Menologiis dicatur Pionius die undecimo passus. At suspicio mihi inest, *septimi* mensis positum fuisse deditâ operâ pro *sexti* mensis, quòd nempè mensium dinumeratio ibi ducta sit ab Hyperberetæo, qui variis gentibus & Auctoribus caput est anni civilis, ita ut *Xanthicus* hunc in modum ex *sexto* fiat *septimus*; licèt contrà aliàs sit *primus*, quandò cum Aprili committitur, sicut apud Chronici Paschalis Auctorem iis in lo-

Digitized by Google

eis, in quibus ipse Auctor loquitur.

Non moror, in locis suprà laudatis menses citra ullam aliam designationem appellari juxta ordinem, quem singuli in anno obtinent. *Xanthicus* puta dicitur *primus*, & sic reliqui. Sed abs re forsàn non erit ex Fl. Josepho, apud quem Judaïci menses Lunares nominibus mensium Syro-Macedonicorum appellantur, simile exemplum referre, in quo mendum cubat.

Illud est *Lib. V. de Bello, Cap. vi*, sive 25. in Græcis, vel III. in Latinis exemplaribus, pag. Gr. Lat. 888. D. ubi Vespasianus legitur Gadara intrasse τετάρτῃ δύστρου μηνὸς, id est, die *quartâ Dystri mensis;* præcedit autem *Dystrus* Xanthicum. At paulò antè, nempè pag. 887. F. dicuntur Sicarii *Festo Azymorum*, quod medio mense *Xanthico* celebrabatur, invasisse oppidulum Engaddi. Lege itaque levi mutatione, δευτέρου, pro δύστρου, quod erit, τετάρτῃ δευτέρου μηνὸς, die *quartâ* SECUNDI *mensis;* adeòque die quartâ mensis *Artemisii*, qui *Xanthicum* proximè sequitur, Vespasianus Gadara intraverit, direpto per Sicarios ante novendecim dies Engaddi. Artemisius simpliciter quoque 1. Macchab. 13. 51. appellatur Δεύτερος μὴν, secundus mensis.

Porrò iisdem in Actis Latinis Passionis Pionii Decius dicitur Consul fuisse diversimodè Collegâ *Vizeto Grato*, vel *Vicio Grato*, vel *Vitio Trato*: undè verum nomen illius *Grati* elici nequit.

Hîc obiter, datâ occasione, Jurisconsultos, vel alios quosvis Codicis Justinianei Lectores, accuratiori Chronologiæ minùs addictos, monitos velim, peccari anni anachronismo usque ad Diocletiani tempora in æræ Christi numeris, qui Legibus illis appositi sunt, in quibus Coss. notantur, v. g. suprà laudatis Legibus, quæ Coss. *Æmiliano & Aquilino* latæ sunt; annus enim æræ Christi 250. subjicitur pro 249.

Error autem primò commissus est ab illustri Fastorum parente, Onuphrio Panvinio, deindè ab ejus Exscriptore. Panvinius enim ratus Servatoris Nativitatem uno anno esse antevertendam, *ætatem* & *æram* Christi indiscriminatim acceptas suis Fastis intrusit; in quo imitatorem habuit illum, qui Christi annos Consulatibus in Codice designatis adjiciendos suscepit.

Panvinii errorem uno præterea anno Eminentiss. Baronius in suis nunquàm satis prædicandis *Annalibus* auxit, uti à Chronologis passim animadversum. Sed, quod maximè stupendum, in illâ tantâ Chronologiæ luce, ad eumdem lapidem offendit V. C. Carol. Cointius, nuperus *Annalium Francorum* Scriptor. Nunc è diverticulo in viam.

In Ducangianâ Chronici Paschalis editione, *pag.* 270. eodem fato eodemque errore, ac annus Domitianeæ Persecutionis, de quâ suprà, annus quoque Decianæ Persecutionis nudus ac vagus inter annos Ch. 253. & 254. duplici errore relinquitur.

Primò quidem, quòd Decii Imperium nullis omninò characteribus insigniatur. Deindè verò, quòd connexo ibi Ch. 253. anno cum postremo Philippi Imp. necesse sit, Decianam Persecutionem ad summum cœpisse anno Ch. 254. cùm sit longè certissimum, Decium ante annum 252. obiisse, siquidem illo 252. anno, ut notavi suprà, successor ejus Trebonianus Gallus Cos. II. processit, *jamtum Augustus*, Collegâ Vibio Volusiano, filio suo, *jamtum Cæsare*.

In consignandis similibus eventibus passim hallucinatum fuisse Clariss. Ducangium, minimè miror, cui scilicet ut diffusissima inerat variarum reconditissimarumque rerum lectio, ita perexiguus ac propemodùm nullus Chronologiæ usus.

Lin. 4. *Nam profectus adversùm Carpos, qui tum Daciam Mœsiamque occupaverant.*] Carpos in hoc Lactantii loco, Francos in Chronico Paschali, Getas, sive Gothos, apud Jornandem, & Scythas apud Zosimum, eosdem esse ostendit V. C. Ducangius in Notis p. 547. ad supradictum Chronici Paschalis locum.

IN CAPUT V.

Pag. 189. lin. 1. *Non multò post Valerianus.*] Post 7. annos; nam anno Ch. 257. Imperii sui 5. Episcopos & Presbyteros exilio mulctavit, ut liquet ex Vitâ, Actis, & Epistolis Cypriani. Insequenti autem 258. Imperii sui 6. circa æstatem sæviit, ut docet laudatus Cyprianus Epist. ad Successum: undè hoc loco Lactantius ait, Valerianum *multùm, quamvis brevi tempore, justi sanguinis fudisse*, id est, intra unius anni spatium; nam captus est à Persis anno insequenti 259.

IN CAPUT VI.

Pag. 191. lin. 3. *Aurelianus -- inter initia sui furoris extinctus est.*] Concitavit itaque persecutionem solummodò sub finem anni 274. vel initio insequentis. Interemptus est enim Martio anni 275.

IN CAPUT XI.

Pag. 198. lin. 15. *Misitque aruspicem ad*

Digitized by Google

Apollinem Mileſium.] Coluiſſe Mileſios Apollinem, docent præter Strabonem, *Lib.* XIV. pag. 634. & Pauſaniam *in Atticis*, pag. 15. complura numiſmata, inter quæ unum eſt magni moduli in Gazâ Regiâ æreum Julii Veri Maximini Imp. in hunc modum:

www.libnet.com.cn

AY. K. I. OYHPOC. MAΞIMINOC.
Cap. radiato.
AMICOY ΕΛΕΥΘΕΡΑC ET. CΞH.
Apollo ſedens, dextrâ lyram; Serapis ſtans, capite modiato, dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ lanceam.

Infrà, inter utramque figuram, globus.
In imo: AMICHNΩN MIAHCIΩN;
Id eſt,
*IM*perator. Cæſar. Julius. *VERUS. MAXIMINUS.*
AMISI LIBERAE, *AN*no 268.
AMISENORUM MILESIORUM.

Ex hoc numiſmate intelliges, Serapidem cultum fuiſſe Amiſenis, ut Apollinem Mileſiis.

Ex notandis infrà de alterâ Amiſenorum ærâ, cuſum eſt in obſequium Maximini, anno Per. Jul. 4950. U. C. 990. Ch. 237. poſt obitum amborum Gordianorum.

Occaſione litterarum numeralium in eo inſcriptarum, paucis dicam, duas fuiſſe ad ſummum Amiſenis æras.

Prima ſumpta fuerit ab anno Per. Jul. 4667. U. C. 707. ante Ch. 47. quandò Jul. Cæſar Amiſenos ἐλευθερίᾳ ἠμείψατο, *libertate remuneratus eſt*, teſte Dione, *Lib. XLII.* pag. 207. quòd Pharnaces, Mithridatis filius parricida, virilitatem ipſis ademiſſet, ut docet Hirtius *Bell. Alexandr. Cap.* 41. & 70. cum Appiano *Lib. II. Bell. Civil.* pag. 484. & Dione *Lib. XLII.* pag. 206. apud quem, πάντε ἡβῶντας ἐν αὐτῇ πάντας ἀπέκτεινε, *puberes in eâ omnes interfecit*, legendum ex duobus aliis Auctoribus ἀπέτεμε, *exſecuit*; quod apud Appianum, τομίας ἐποίησαν. Hoc verò mendum demiror manſiſſe hactenùs inobſervatum.

Iſtam primam Amiſi æram exhibet Hadriani nummus, ſi modò genuinus eſt, qui à Joſ. Scaligero, *Canon. Iſagogic. Lib.* III. pag. 301. Edit. Amſteld. num. XC. laudatur:

AYT. KAIC. AIA. ΑΔΡΙΑΝΟC. CEB. H. Π. ΥΠ. Γ.
AMICOY ΕΛΕΥΘΕΡΑC ΕΤΟΥC. ΡΠΓ.
"*malè*, Γ;
Id eſt,
*IMP*erator. *CAES*ar. *AEL*ius. *HADRIANUS. AUG* ſtus. *P*ater. *P*atriæ. *CO*nſul. *III.*
AMISI LIBERAE, *ANNO* 183.

Ibi Scaliger ΥΠ. Γ. *Conſul* III. non modò malè interpretatur *tertium*, quod eſt *ter*: ſed etiam errat, cùm dicit, eos 183. annos deſinere anno Periodi Julianæ 4833. quo tertium Hadriani Conſulatum illigat; Hadrianus enim ſuum III. ac poſtremum Conſulatum inivit anno Per. Jul. 4832. U. C. 872. Ch. 119. undè utrovis modo, citra omne fundamentum, repetenda eſſet æra ab anno Per. Jul. 4650. vel 4651. id eſt, ante Ch. 64. vel 63.

At vehemens mihi ſuſpicio ineſt, eo in nummo legi debere, PΞΓ. 163. ſicuti alius ejuſdem Hadriani argenteus nummus in Gazâ Regiâ præfert:

AYT. KAI. TPA. ΑΔΡΙΑΝΟC. CEB. ΤΠ. Γ.
Cap. laureato.
AMICOY ΕΛΕΥΘΕΡΑC ΕΤΟΥC PΞΓ.
Pallas ſtans, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ clypeo innixâ.

Cuſus eſt, ut ex inſequenti ærâ videbimus, anno Per. Jul. 4854. U. C. 885. Ch. 132. Hadriani Imp. 15. Hadrianus enim, demortuo Trajano, anno Ch. 117. die 10. menſis Auguſti Imperium adeptus eſt.

Altera æra, quæ litteris numeralibus CΞH. 268. in ſupradicti Maximini numiſmate ſignatur, ducenda eſt ab ipſo initio anni Per. Jul. 4683. U. C. 723. ante Ch. 31. quandò Amiſeni, necato, vel expulſo Stratone Tyranno, libertatem ſibi armis quæſiverunt. Quòd autem apud Strabonem *Lib.* XII. pag. 547. libertas eis *reddita* dicitur à Cæſare Auguſto poſt Actiacam pugnam, intelligendum eſt, *confirmata*.

Illa eadem æra viſitur in æreo medii moduli numiſmate Diadumeniani, quod in Muſæo Eruditiſſ. atque Humaniſſ. Viri Fr. Dronii aſſervatur.

M. OΠEΛ. ANT. ΔIAΔOYMENIANOC. KAICAP. *Cap. nudo.*
AMICOY ΕΛΕΥΘΕΡΑC ΕΤΟ. CMΘ. *Aquila expanſis alis:*
Id eſt,
*M*arcus. *OPEL*ius. *ANT*oninus. *DIADUMENIANUS. CAESAR.*
AMISI LIBERAE, *ANNO* 249.

Cuſus eſt ante menſem Junium anni Ch. 218. ſiquidem Macrinus Imp. eo anno, unà cum filio Diadumeno, initio Junii, interemptus eſt.

Hîc verò monendus eſt Lector, Ælii Cæſaris numiſma, quod V. C. Ant. Pagius ſibi à me è Gazâ Regiâ tranſmiſſum laudat *in Addendis Critica Baroniana* pag. 305. cum litteris PZE. 165. non pertinere ad Ælium

Digitized by Google

Cæsarem, neque esse in Gazâ Regiâ. Id quidem ita memini me scribere V. C. utì ab ipso exhibitum est: sed priùs ita quoque ab amico per litteras, dolo non malo deceptus, acceperam.

www.libtool.com.cn

Est autem hoc numisma Sabinæ, Hadriani uxoris, quod habetur pag. 307. *Thesauri Palatini* per L. Begerum Heidelbergæ anno 1685. editi. Indè ruit tertia Amisenorum æra, quam Ant. Pagius *ibid. in Addendis* falso isti numismati superstruxit.

Neque prætermittendum est, ab Holstenio quoque *in Notis ad Stephanum de Urbibus*, voce Ἀμισὸς, malè referri Caracallæ nummum Amisi cusum, in quo ait, esse litteras CNE. 255. quæ neutri æræ conveniunt. Sunt enim in eo CME. 245. prout leguntur in æreo maximi moduli nummo Gazæ Regiæ, in hunc modum:

AT. K. M. AVP. ANTΩNINOC. ГEPM. *Cap. radiato.*

AMICOV ΕΛΕVΘΕΡΑC. *Victoria in bigis, dextrâ coronam, sin palmam.*

In imo, ET. CME. Id est, *IM*perator. Cæsar. *M*arcus. *AU*Relius. *ANTONINUS. GERM*anicus. *AMISI LIBERAE ANno* 245.

Caracalla *Germanici* appellationem non usurpavit, nisi decurrente sibi Tribuniciâ Potestate XVI. utì videre est in nummis apud Occonem *pag.* 377. & Mediobarbum *pag.* 293. Tribunicia autem Potestas tradita est Caracallæ anno Ch. 198. atque ita anno Ch. 213. Tribuniciam Potestatem XVI. inivit, cujus duntaxat in decursu *Germanicum* se inscripsit.

Cusus est itaque iste nummus anno U. C. 967. Ch. 214. non autem U. C. 961. Ch. 208. ut censet Clariss. Pagius eâdem pag. 305. *in Addendis*, ubi in errorem ab Holstenio inductus, litteras CNE. 255. à priori Amisi æra, sive ab anno U. C. 707. repetit.

IN CAPUT XIII.

Pag. 200. lin. 1. *Legitimè coctus.*] Id est, ambustus, ut *Cap.* XXI. *Deindè incensa faces & extincta admovebantur singulis membris.— Quod postremò accidebat, cùm per multum diem* decocta *omni cute, vis ignis ad intima penetrasset.*

IN CAPUT XV.

Pag. 201. lin. 1. *Furebat ergò Imperator jam non in domesticos tantùm, sed in omnes; & primam omnium filiam Valeriam, conjugemque Priscam sacrificio pollui coëgit.*] Erant itaque Christianæ. Et fuisse quidem Christianas, nec semper ita malè habitas, discas ex hoc Eusebii loco, reddito ad verbum, *Hist. Eccles. Lib.* VIII. *Cap.* 1. statim initio.

Τί δεῖ περὶ τῶν καλλαϊσμοὺς βασιλικοὺς λέγειν οἰκοὺς, καὶ τῶν ἐπὶ πᾶσιν ἀρχόντων? οἱ τοῖς οἰκείοις, εἰς τέρψιν τὸν ἐπὶ τῷ θείῳ παῤῥησιαζομένοις λόγῳ τε καὶ βίῳ συνεχώρουν, γαμεταῖς, καὶ παισὶ, καὶ οἰκέταις, μονονυχὶ καὶ ἐξαυχᾶσθαι ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ τῆς πίστεως ἐπιτρέποντες, οὓς ἐξόχως, καὶ μᾶλλον τῶν συνδιεφαιδρύνοντων ἀποδεκτοὺς ἡγοῦντο: οἷος ἐκεῖνος ἦν Δωρόθεος, πάντων αὐτοῖς εὐνοϊκώτατός τε καὶ πιστότατος; καὶ πάντων ἕνεκα διαφερόντως καὶ ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς καὶ ἡγεμονίαις ἀνιμώτατος, ὅ τε σὺν αὐτῷ περιβόητος Γοργόνιος.

Quid opus est de iis dicere, qui in Imperatorum erant *domibus, & iis qui omnibus imperabant? qui suis coràm circa rem divinam & sermone, & vivendi ratione liberè se gerere sinebant, uxoribus, & liberis ac famulis, tantùmnon & gloriari super liberâ professione fidei permittentes, quos eximiè, & pra cæteris eorum conservis acceptos habebant: qualis ille erat Dorotheus, omnium ergà ipsos benevolentissimus & fidissimus; & propterea pra iis, qui in magistratibus & præfecturis* erant, *honoratissimus, & cum ipso celebratus Gorgonius.*

Liceat hujusce textûs duas alias subjicere versiones à Clariss. Viris editas, Joannis Christophorsoni alteram, atque alteram Henrici Valesii: ex quibus cum superiori illâ collatis intelliget Lector, quanta sit, quàmque vesana nonnullorum Interpretum libido, qui in reddendis Auctoribus omnia susdeque vertunt, atque innumera vocabula infarciunt, futilia illa pleraque & inutilia; etiam citra omnem characterum distinctionem. Talia ferè sunt, quæ in istis duabus versionibus curavi uncinis [ ] includi.

Illam, quæ Joan. Christophorsoni est, primo loco, utpotè antiquiorem, exhibeo. Est autem hujusmodi.

» Quid de his attinet dicere, qui [sunt] » in Imperatorum palatio [magnam digni- » tatem adepti:] deniquè [ipsis] Imperato- » ribus, qui domesticis [suis] pro sermone » divino propagando, & [piâ] vitæ ratione » [degendâ ipsi velut] inspectantes, copiam » fecerunt liberè [& ingenuè] dicendi: atque » [suis ipsorum] uxoribus, liberis & servis, » quasi [palàm] de [mirâ] fidei libertate glo- » riandi [exultandique] potestatem permise- » runt? Quos certè chariores habuerunt, &

Digitized by Google

» magis eximiè dilectos, quàm [reliquam » servorum turbam.] Ut Dorotheum illum, » qui præter cæteros erga illos & benevolen- » tiam ſummam oſtendit, & fidem non mino- » rem, ac propterea præ aliis, qui magiſtra- » tus & præfecturas in Imperio gerebant, » ampliſſimum honoris gradum adeptus eſt. » Ut Gorgonium, qui non diſſimili famâ » [& celebritate] enituit. «

Hactenùs Chriſtophorſonus, quem vides τῷ θείῳ accepiſſe tanquàm adjectivum; reddit enim, *divino*, & jungit illud cum λόγῳ, *ſermone*. At malè; ſiquidem ſubſtantivè ſumendum eſt, & interpretandum, *numen*, vel *res divina*: undè reddidit Valeſius per, *ea quæ religionis ſuæ erant*. Hujus integra verſio ſic ſe habet.

» Quid opus eſt dicere de iis, qui in Impe- » ratorum palatiis [verſabantur,] quid de Im- » peratoribus [ipſis?] Qui domeſticis [ſuis » eorum] que uxoribus, liberis ac ſervis, ea » quæ religionis [ſuæ erant,] tam verbis quàm » factis liberè exſequendi coram [ſemetipſis] » poteſtatem dederunt; ipſis ob [hanc] fidei » [ſuæ] libertatem gloriari, [ac ſe oſtentare] » quodammodò permittentes, eoſque præ » cæteris [omnibus] miniſtris præcipuo [quo- » dam] amore complectebantur. Cujuſmodi » fuit Dorotheus ille, qui ſummam erga ipſos » benevolentiam ac fidem declaravit, eam- » que ob cauſam præ [cunctis] magiſtratibus » provinciarum rectoribus magnum honorem » promeruit. Huic adjungendus eſt celeber- » rimus ille Gorgonius.

Hactenùs Valeſius. In ejuſdem Notis hæc legunſur. » Γαμετὰς: Hæc verba de Im- » peratorum conjugibus intellexit Chriſto- » phorſonus, quibus ſcilicet Imperatores » permiſerint Chriſtianam fidem liberè pro- » fiteri. Sed quæ ſequuntur, ſenſum hunc » apertè refutant. «

At Cl. Viro non quæ ſequuntur, ſed quæ præcedunt, erant advertenda. Deprehendiſſet enim vocabulo οἰκείους, quod ſuperiori loco occurrit, quodque reddidi per, *ſuis*, tanquàm generico, comprehendi tres perſonarum ſpecies, quæ in Imperatorum palatiis verſabantur; nempè γαμετὰς, παῖδας, & οἰκέτας, *uxores, liberos, & famulos*, utiquè Imperatorum omnes: Dorotheum autem & Gorgonium nonniſi ad tertiam ſpeciem, ſive claſſem, immediatè præcedentem, pertinere, quæ eſt τῶν συνδιακονούντων, *eorum qui ſimul miniſtrant*, quos unâ voce *conſervorum* expreſſi. Dorotheus quippè erat eorum ex numero, quibus creditæ erant Imperii præfecturæ: undè ibidem ex Actis Martyrum Indis & Domnæ *Cap.* 23. notat Valeſius, *fuiſſe illum civili dignitate inſignem, ut qui Præpoſitus vocaretur ab Italis.*

IN CAPUT XVII.

Pag. 204. lin. 9. *Sic æſtate tranſactâ, per circuitum ripæ Strigæ.*] Repone *Iſtricæ*, id eſt, *Danubianæ*, ab *Iſter*, Danubius. Facilis enim fuit corruptio ex *Iſtrica* in *Strica*, ac deindè *Striga*, demptâ ex uſu per librarios primâ litterâ. Sic *Strix* ex *Hiſtrix*. Undè *Striculus* apud Arnobium pro *Hiſtriculus*. *Strionem*, pro *Hiſtrionem*. Iſidorus & Gloſſæ Veteres: *Strio, mimarius, ſcenicus*. Hæc exempla cum multis aliis ſubminiſtrat Magnus Salmaſius ad Spartiani *Cap.* 27. *in Hadriano*.

Henr. Dodwellus in Diſſertatione *De Ripâ Strigâ*, Lactantii Operibus Oxonii anno 1684. editis ſubjectâ, delicias facit, cùm dicit, » STRIGAM in hoc Lactantii loco eſſe » vocem *Agrimenſoriam*, ſeu *Gromaticam*, à » Caſtrametatione primùm, indè ad *Colonia- » rum* Agros, qui pro *Caſtrorum* normâ » menſurari atque diſtribui ſolebant, tradu- » ctam atque uſurpatam. « Quod poſtquàm Vir pereruditus multo conatu adſtruxit, demùm ita concludit:

» Proindè Româ Ravennam uſque lecticâ » plurimùm vehebatur noſter Imperator » [*Diocletianus.*] Indè ad *Danubium* fortaſſè » lecticâ, reliquum deindè iter in *navi*, & » ſecundo *Danubii* flumine, per *Pontum Eu- » xinum* uſque ad *Nicomediam*. «

At verò quis ſanus admittat, ægrum corpore atque animo Imperatorem per Danubii Catarractas, & Ponti Euxini brevia procellaſque, longam ac periculoſiſſimam navigationem ſuſcepiſſe. Itaque ſatiùs diceretur Diocletianus lecticâ fuiſſe delatus ad Dravum vel Savum, eò loci ubi primùm navigiorum ſunt patientes; atque indè ſecundo flumine, uti & Danubio, in illas appuliſſe partes, quæ Hadrianopoli ſunt magis vicinæ, undè recto itinere, lecticâ iterùm, Nicomediam verſùs iter inſtituiſſet.

At iſti, quanquàm veriſimiliori ſententiæ, obſtat æquè ac Dodwellianæ Lactantii textus, in quo Imperator conficiendo ſupradicto itineri neutiquàm legitur *ſecundis fluminibus uſus*: undè aliundè petenda interpretatio, nempè ab Itinerario *Antonini* dicto, in quo videre eſt, *duo fuiſſe itinera à Viminacio*, quod in Mœſiâ ſitum, *Nicomediam uſque*.

Diocletianus itaque Ravennâ *Viminacium* venerit, urbem ſibi pridem caram, ut variæ

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Leges ibi ab eo latæ docent; ubi duplex habuerit iter, quorum unum carperet.

Alterum quidem erat breviſſimum; nam in eo, *per Municipium & Hadrianopolim*, non recenſentur niſi xx. Manſiones uſque *Oſtudizum*, quo duo itinera in ſe recurrunt. Sed illud à Diocletiano vitatum fuiſſe exiſtimo, ac dextrorſùs relictum, quòd eſſet maximè arduum, & per hoc compendium plurimi montes, quos inter præcipuè Hæmus, eſſent ſuperandi.

Deſcribitur pag. 30. Itinerarii Antonini, anno 1600. Colon. editi; atque operæ pretium duxi oculis illud ſubjicere, citra locorum omnium recenſionem, vel intervallorum deſignationem, quòd neutrum ad rem præſentem ſpectet.

» VIMINACIUM.
» Municipium. M. P. XVIII.
» Idimum. M. P. XVII. &c.
| | |
» Burdipta.
» Hadrianopolim. M. P. XXIIII.
» * OSTUDIZUM. M. P. XVIII. &c.
| | |
» Byzantium,
» *Qua & Conſtantinopolis.*
» Chalcedoniam.
» *Trajectus in Bithyniam*, M. P. IIII.
» Pantichium. M. P. XV.
» Libyſſam. M. P. XXIIII.
» Nicomediam. M. P. XXII.

Alterum verò iter, in quo notandum *ad per Ripam*, ab eodem *Viminacii* termino ad eundem *Oſtudizi* terminum, habetur pag. 49. atque ita inſcribitur.

» *Item per RIPAM à Viminacio Nicome-*
» *diam. xij.* M. P. LXXII. ſic.
» Cuppas. M. P. XXIIII.
» Novas. M. P. XXIIII.
| | |
» Ratiariam. *Leg.* 14. *Gemina.* M. P. XVIII.
| | |
» Oeſcon. *Leg. Mac.* M. P. XII.
| | |
» Novas. *Leg. I. Ital.* M. P. XVII.
| | |
» Trans Mariſcam.
» Candidianam. M. P. XIII.
» Teglicium. M. P. XII.
» Doroſtoron. *Leg. XI. Cl.* M. P. XII.
» Sucidavam. M. P. XVIII.
» Axiopolim. M. P. XII.
| | |
» Troſmin. *Leg. I. Jovia.*

SCYTHIA.

» Arrubium. M. P. IX.
» Diniguttiam. M. P. IX.
» Noviodunum. *Leg. II. Herculea.* M. P. XX.
| | |
» Iſtrum.
« Tomos. M. P. XXXVI.
| | |
» Sadame.
» Tarpodizon. M. P. XVIII.
» * OSTUDIZUM. M. P. XXXII.
| | |
» Byzantium.
» Pantichium. M. P. XV.
» Libyſſam. M. P. XXIIII.
» NICOMEDIAM. M. P. XXII.

Nota, in alterâ iſtâ recenſione omitti ab Auctore *Chalcedoniam*, cum *Trajectu in Bithyniam*, licèt ſint in primâ.

Erat quidem proximè deſcriptum iter longiſſimum, quippe LIII. Manſiones habens, uti numeranti in ipſo Itinerario patebit, ſed expeditiſſimum Imperatori malè habenti, quòd per plana fieret, legendo *Ripam Iſtricam*, id eſt, *Flexus Danubii inferioris.*

In Latinis enim Ptolemæi exemplaribus, eâ parte ubi Græca deſiderantur, pag. 57. Gr. Lat. Edit. Bertianæ, anni 1618. legitur: *Flexio juxta Axium civi.* id eſt Axiopolim, *& hinc uſque ad oſtia vocatur ISTER.* Adde ejuſdem Itinerarii pag. 53. *Iter* quod eſt *à Tauruno in Gallias ad Leg. XXX. uſque*, dici fieri *per Ripam Pannoniæ*, non per *Ripam* ſimpliciter, quia *Iſtro* iſta denominatio κατ' ἐξοχήν, *pag.* 49. convenit.

Poſtremum hoc iter elegerit Diocletianus, non modò tanquàm commodius altero, quod erat per compendium: ſed etiam quòd per illud, ſi per valetudinem licuiſſet, Imperatoris partes eſſet adimpleturus; luſtrando ſcilicet identidem varias *Legiones* in limitibus Imperii ſuprà relatis collocatas, cùm nullæ eſſent alio in itinere; ac præcipuè *I. Joviam*, *in Troſmin*, ſive Troſmis, & *II. Herculeam*, *Novioduni*: quæ ambæ de Diocletiani Maximianique *Senioris* cognominibus nuncupatæ ſunt, atque ad Honorii uſque tempora perſtiterunt, Claudiano teſte in *Bello Gildonis*, his verſibus:

Herculeam ſuus Alcides, Joviamque cohortem
Rex dicit Superûm.

Digitized by Google

Jam, opinor, intelligis, Lector, quid sit apud Lactantium *circuitus RIPÆ* illius *Istrica*, per quem *Diocletianus* Ravennâ *Nicomediam venit*, nempè pedestri itinere *per varios flexus Danubii inferioris*, usque ad ejus propemodùm ostia, ac deindè *Ostudizum*.

Palmariam hanc observationem accepi ab Illustriss. Abbate, in quo, præter stupendam eruditionem, ea est modestia, ut nomen suum celari velit.

Pag. 205. lin. 6. *Cæsar.*] Galerius Maximianus.

IN CAPUT XVIII.

Pag. 205. *lin.* 1. Caput integrum hîc exhibeo, versiculis non modò, sed etiam nominum Diocletiani & Gal. Maximiani adjectione distinctum. In eo præterea, ad majus discrimen, verba amborum *charactere Italico* expressa sunt. Optandum autem esset, ut quorumvis Auctorum, ac præcipuè veterum, qui deinceps edentur libri, appositis similiter versiculis distinguerentur. Id fieret citandis eorum locis maximo Lectoris commodo.

» CAP. XVIII. 1. Nec multis post diebus » Cæsar advenit, non ut patri gratularetur, » sed ut eum cogeret Imperio cedere. 2. Jam » conflixerat nuper Maximiano sene, eum- » que terruerat injecto armorum civilium » metu. 3. Aggressus est ergò Diocletianum, » primùm molliter & amicè, *jam senem esse* » *dicens, jam minùs validum, & adminis-* » *tranda Reipublica inhabilem: debere illum* » *requiescere post labores.* 4. *Simul & exem-* » *plum Nervæ proferebat, qui Imperium Tra-* » *jano tradidisset.*

» 5. Ille verò aiebat, *& indecens esse, si,* » *post tantam sublimis fastigii claritatem, in* » *humilis vitæ tenebras decidisset; & minùs* » *tutum, quòd in tam longo imperio multorum* » *sibi odia quæsisset.* 6. *Nervam verò uno anno* » *imperantem, cùm pondus & curam tantarum* » *rerum vel ætate vel insolentiâ ferre non qui-* » *ret, abjecisse gubernaculum Reipublicæ, at-* » *que ad privatam vitam rediisse, in quâ con-* » *senuerat.* 7. *Verùm si nomen Imperatoris cu-* » *peret adipisci, impedimento nihil esse, quo-* » *minùs omnes Augusti nuncuparentur.*

» 8. At ille, qui Orbem totum jam spe in- » hiaverat, cùm indè sibi aut nihil præter no- » men, aut haud multùm videbat accedere, » respondit, *debere ipsius dispositionem in per-* » *petuum conservari: ut duo sint in Republicâ* » *majores, qui summam rerum teneant; item* » *duo minores, qui sint adjumento.* 9. *Inter* » *duos facilè posse concordiam servari: inter* » *quatuor pares nullo modo.* 10. *Si ipse ce-* » *dere noluisset, se sibi consulturum, ne am-* » *plius minor & extremus esset.* 11. *Jam flu-* » *xisse annos quindecim, cùm in Illyricum* » *vel ad ripam Danuvii relegatus, cum gen-* » *tibus barbaris luctaret, cùm alii intra laxio-* » *res & quietiores terras delicatè imperarent.*

» 12. His auditis senex languidus, qui jam » Maximiani senis litteras acceperat, scribentis » quæcunque locutus fuisset, & didicerat au- » geri ab eo exercitum, lacrymabundus,

» 13. DIOCL. *Fiat*, inquit, *si hoc placet.* » Sapererat ut communi consilio Cæsares le- » gerentur.

» 14. MAX. *Quid opus est consilio, cùm sit* » *necesse, illis duobus placere quicquid nos* » *fecerimus?*

» 15. DIOCL. *Ita planè. Nam illorum filios* » *nuncupari necesse est.*

» 16. Erat autem Maximiano [filius] » Maxentius, hujus ipsius Maximiani gener, » homo pernicioſæ ac malæ mentis, adeò su- » perbus & contumax, ut neque patrem, ne- » que socerum solitus sit adorare, & idcircò » utrique invisus fuit. 17. Constantio quo- » que filius erat Constantinus, sanctissimus » adolescens, & illo fastigio dignissimus, qui » insigni & decoro habitu corporis, & indu- » striâ militari, & probis moribus, & co- » mitate singulari, à militibus amaretur, à » privatis & optaretur. 18. Eratque tunc » præsens, jampridem à Diocletiano factus » Tribunus ordinis primi.

» 19. *Quid ergò fiet?*

» 20. MAX. *Ille*, inquit, *dignus non est.* » *Qui enim me privatus contemsit, quid faciet,* » *cùm Imperium acceperit?*

» 21. DIOCL. *Hic verò & amabilis est,* » *& ita imperaturus, ut patre suo melior &* » *clementior judicetur.*

» 22. MAX. *Ita fiet, ut ego non possim fa-* » *cere quæ velim. Eos igitur oportet nuncupari,* » *qui sint in meâ potestate, qui timeant, qui* » *nihil faciant, nisi meo jussu.*

» 23. DIOCL. *Quos ergò faciemus?*

» 24. MAX. *Severum*, inquit.

» 25. DIOCL. *Illumne saltatorem, temu-* » *lentum, ebriosum, cui nox pro die, & dies* » *pro nocte?*

» 26. MAX. *Dignus*, inquit, *quoniam mi-* » *litibus fideliter præbuit; & eum missi ad* » *Maximianum, ut ab eo induatur.*

» 27. DIOCL. *Esto. Alterum quem dabis?*

» 28. MAX. *Hunc*, inquit, ostendens » Dajam, adolescentem quendam semibar- » barum;

Digitized by Google

» barum ; quem recèns juſſerat Maximinum » vocari de ſuo nomine.

» 29. Jam & ipſi Diocletianus nomen ex » fratre mutuaverat, ominis cauſâ, quia Ma- » ximianus fidem ſummâ religione præſtabat.

» 30. DIOCL. *Quis eſt hic, quem mihi » offers?*

» 31. MAX. *Meus*, inquit, *affinis.*

» 32. At ille gemebundus:

» DIOCL. *Non*, inquit, *eos homines mihi das, quibus tutela Reipublicæ committi poſſit.*

» 33. MAX. *Probavi eos*, inquit.

34. DIOCL. *Tu videris, qui regimen Imperii ſuſceperturus es. Ego ſatis laboravi & providi, quemadmodùm, me imperante, Reſpublica ſtaret incolumis. Si quid acciderit adverſi, mea culpa non erit.*

Sequuntur jam Notæ in hoc Caput.

Pag. 205. lin. 1. *Patri.*] Ejus erat filius adoptivus. Erat quoque gener. [*Cap.* IX.] Diocletiani enim filiam, *Galeriam Valeriam*, duxerat Gal. Maximianus.

Lin. 3. *Sene.*] Fortè legendum, *ſeni.*

Lin. 6. *Simul & exemplum Nerva proferebat, qui Imperium Trajano tradidiſſet.*] Id verò eſt longè falſiſſimum ; neque enim Trajanus à Nervâ adoptatus imperavit, niſi eo demortuo, quamvis poſt V. C. Henricum Dodwellum in *Appendice ad Diſſertationes Cyprianicas, n. XL.* idem ſentiat Illuſtriſſ. D. Guilielmus Loydius, S. Aſaphi in Cambriâ Epiſcopus, ut docet ab ipſo eruditiſſimè ac ſolertiſſimè ſcriptus Nervæ & Trajani Canon, quem curiosè apud me ſervo, intereà dum prodeat in *Opere Chronologico*, quod à tanto Viro omnes litterati in dies expectant.

Obſervandum eſt autem, id non à Lactantio tanquàm Auctore, ſed apud Lactantium à Maximiano referri in rem ſuam. Hoc quippè exemplo volebat abuti apud Diocletianum, non modò hiſtoriæ rudem, ſed etiam tum in anguſtiis poſitum, ut eum ad abdicandum Imperium induceret. Sed enim Diocletianus in illo rerum ſtatu Gal. Maximiano fidem non audebat detrahere ; atque idcircò inferiùs (v. 6.) ſive ignoratione rei, homo illiteratus, ſive potiùs ob Maximiani ferociam, ſenex meticuloſus falſitatem exempli minimè redarguit.

Quomodò verò Nerva Imperium inierit, ac poſt adoptatum à ſe Trajanum, vivendi fecerit finem, paucis hîc expedire non omninò abs re fuerit.

Domitiano XIV. Kal. Octobris, *ſive* 18. *die Septembris*, interempto, anno Ch. 96. imperavit Nerva ; quâ eâdem olim die, anno ſcilicet 56. Ch. natus erat Trajanus, ut apud Plinium, *Lib. X. Epiſt.* 28. atque in veteri apud Bucherium & Lambecium Kalendario. Undè in ejus Panegyr. *Cap.* 92. ille dies dicitur *triplici gaudio lætus, qui Principem abſtulit peſſimum*, [Domitianum] *dedit optimum*, [Nervam] *meliorem optimo genuit* [Trajanum].

Deindè paulò poſt Trajanum abſentem anno 97. Octobri exeunte adoptatum, Nerva moritur ; nempè anno 98. die 27. Januarii. Neque enim ex Dione, pag. 771. B. imperavit ampliùs, quàm annum unum, menſes quatuor, & dies novem.

Certè Nervam poſt Trajani adoptionem non fuiſſe diù ſuperſtitem, intelligimus ex Plinio, *Panegyr. Cap.* 10. ubi de Nervâ ait : *Quem dii cœlo vindicaverunt, ne quid poſt illud divinum & immortale factum mortale faceret ; deberi quippè maximo operi hanc venerationem, ut noviſſimum eſſet, auctoremque ejus* STATIM *conſecrandum, ut quandòque inter poſteros quæreretur, an illud Deus feciſſet.* Hactenùs Plinius Junior.

Porrò quoniam tempus, quod Nerva poſt adoptatum Trajanum exegit, ab Aur. Victore tribus menſibus in Epitome definitur, indè Trajani adoptio ſub exitum menſis Octobris anni 97. convenienter aſſignatur ; & quidem V. Kal. Novembris, id eſt, 28. *die Octobris.* Erat enim dies V. Kal. cujuſvis menſis ſimilibus Imperatorum actionibus ſacra, ut docet V. C. Anton. Pagius in *Diſſertatione Hypaticâ*, & in *Criticâ Baronianâ.*

Abdicatum autem fuiſſe Imperium à Nervâ, ſi reverà abdicatum fuiſſet, quis ſcire potuit meliùs, quàm Plinius Junior ? At in ejus Epiſtolis, atque in ipſo Trajani Panegyrico, non modò altum eſt eâ de re ſilentium : ſed etiam contrarium planè ex iis aſſeritur.

Id verò ſcripſit Aurel. Victor *Libro De Cæſaribus*, in quo de Nervâ iſta ſunt verba : *Ubi proſpexit, niſi à ſuperioribus robuſtioribuſque corpore animoque geri non poſſe* (Imperium) *menſe ſexto ac decimo ſemet abdicavit.*

Quo loco autem ponenda ſit iſtius Scriptoris auctoritas de abdicato per Nervam Imperio, ipſe prodit, cùm de eodem Imperium ineunte ſcribit : *Quid enim Nervâ Cretenſi prudentius, magiſque moderatum ? qui cùm extremâ ætate apud Sequanos, quo tyranni defecit metu, Imperium arbitrio legionum cepiſſet*, &c. de quibus Joſ. Scaliger num. 2113. Euſeb. rectè ait : *Omnia falſa, & portentoſa.*

Victori *De Cæſaribus* erroris anſa eſſe po-

tuit, vel iſte Lactantii locus, ubi Gal. Maximianus hoc exemplum obtrudit Diocletiano; vel alius itidem malè acceptus ex Plinio eodem, qui *Panegyr. Cap.* 8. de Trajani adoptione loquens, ait de Nervâ: *Indè quaſi depoſito Imperio, quâ ſecuritate, quâ gloriâ lætus, (nam quantulùm refert, deponas, an partiaris Imperium, niſi quòd difficilius hoc eſt,) non ſecùs ac præſenti tibi innixus, tuis humeris ſe patriamque ſuſtentans, tuâ juventâ, tuo robore invaluit?* Ex quibus iſti Auctori intelligendum erat, apud Plinium quidem oratoriè loquentem *deponere ac partiri Imperium* ferè idem eſſe: attamen Nervam non *depoſuiſſe* illud, ſed ſolummodò *eſſe partitum.*

Imò Eutropii de Diocletiano ipſo loquentis verba ſunt: *Solus omnium poſt conditum Romanum Imperium ex tanto faſtigio ad privata vitæ ſtatum civilitatemque remeavit.* Quod partim falſum; id enim ei fuit cum *Fratre ſuo*, Maximiano *Herculio*, commune: ambobus autem vi, non ex liberâ voluntate, ut diſcimus ex hoc Lactantii Libro, *Cap. XVIII. XIX. & XX.*

Pag. 206. lin. 1. *Ille verò aiebat.*] Diocletianus.

Ibid. *&.*] Ita repoſui, loco articuli *ei*, præmonſtrante Joanne Columbo, niſi malis *ei* idem eſſe, ac ſibi.

Lin. 4. *Nervam verò uno anno imperantem.*] Ita legendum, pro *Nervâ verò uno anno imperante.* Porrò Nerva anno uno & ſeſquimenſe circiter imperaverat, cùm adoptavit Trajanum; quod temporis intervallum eſt à medio Septembri anni Ch. 96. ad 28. diem Octobris anni 97.

Lin. 6. *Ad privatam vitam rediſſe, in quâ conſenuerat.*] Ex antedictis patet, Nervam poſt Trajani adoptionem tres menſes vixiſſe, atque imperaſſe.

Lin. 7. *Nomen Imperatoris.*] Quo ſignificatu de ſolis Auguſtis dicebatur. Ita hujus libri *Cap. IX. Poſteà enim quàm nomen* Imperatoris *accepit.* Tum *Cap. XXV. Conſtantinum verò non* Imperatorem, *ſicut erat* factus, *ſed Cæſarem.* Sic *Cap. XXVII. Olim quidem ille, ut nomen* Imperatoris *acceperat.* Deindè *Cap. XXIX. Conſtantinum* Imperatorem. Prætereà *Cap. XXX. amiſſo* Imperatoris *honore.* Denique *Cap. XXXII. Nuncupato Licinio* Imperatore; & ibidem in fine: *Univerſos quatuor*, Imperatores *jubet nominari.*

Lin. 8. *Omnes.*] Alii duo, qui Cæſares, nempè Conſtantius & ipſe Gal. Maximianus.

Ibid. *At ille.*] Maximianus.

Ibid. *Spe.*] Malè in autographo *ipſe*, ut benè advertit Joannes Columbus.

Lin. 9. *Aut haud multùm.*] Addidi *haud* ante *multùm*, tanquàm neceſſarium; non autem *non*, quoniam *haud* potiùs abſorptum fuiſſe videtur in præcedente vocabulo *aut.*

Lin. 13. *Se ſibi conſulturum, ne ampliùs minor & extremus eſſet.*] Gal. Maximianus *minor* erat Auguſtis, (Diocletiano & Maximiano *Herculio*) utpotè tantùm Cæſar; atque erat *extremus* Cæſarum, quia Conſtantio inferior. Id verò jampridem ferebat moleſtiſſimè; nam *fugato Narſeo*, Perſarum Rege, [*Cap. IX.*] *truci vultu ac voce terribili exclamabat: Quouſque Cæſar?*

Pag. 207. lin. 2. *Quindecim, cùm in Illyricum.*] Poſt *quindecim* addidi *cùm*, erutum videlicet ex *cim*, poſtremâ præcedentis vocabuli ſyllabâ.

Lin. 8. *Fiat*, inquit, *ſi hoc placet. Supererat, ut communi conſilio omnium Cæſares legerentur.*] Continua ſunt ipſius Diocletiani verba, non autem (à Vocabulo *Supererat*,) intermedia Lactantii, ut primâ fronte videri poſſent. *Supererat* enim poſitum eſt, pro *ſupereſſet*; quemadmodum *erat*, pro *eſſet*, apud Cicer. in Orat. pro Lege Manilià: *Quòd ſi Romæ Cn. Pompeius privatus eſſet hoc tempore, tamen ad tantum bellum* ERAT *deligendus atque mittendus.* Alia quoque occurrunt exempla.

Ibid. *Communi conſilio omnium.*] Cujus nempè Maximianus *Herculius* Auguſtus, & Conſtantius Cæſar debebant eſſe participes.

Lin. 10. *Illis duobus.*] Maximiano *Herculio*, & Conſtantio,

Lin. 12. *Ita planè. Nam.*] Iterùm *Nam*, pro *Autem.*

Ibid. *Nuncupari.*] Cæſares.

Ibid. *Erat.*] Ab initio hujus v. 16. ad finem v. 18. una eſt ſola parentheſis, complectens Lactantii verba.

Lin. 13. Poſt *Maximiano*, additum *filium*, ut eſt v. 17. poſt *Conſtantio.*

Ibid. Primus Maximianus, de quo ibi ſermo, *Herculius* eſt; alter verò, *Galerius.*

Pag. 208. lin. 5. *Quid ergo fiet?*] Diocletiani verba ſunt, quibus continenter excipiuntur ejuſdem poſtrema, quæ v. 15. habentur.

Lin. 6. *Ille.*] Conſtantinus, quem ibi tunc v. 18. *præſentem* Maximianus contemptim oſtendebat.

Lin. 18. *Induatur.*] Purpuram, quâ Cæſares inſigniebantur.

Lin. 21. *Juſſerat Maximinum vocari de ſuo*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

nomine.] Baluzius V. C. in Notis agnoscit, hîc & ferè semper alibi legi in veteri codice *Maximianum.* Undè suspicio mihi inest, Dazam à Gal. Maximiano, de *pleno* ipsius nomine, vocatum fuisse *Maximianum*, non *Maximinum.* Etenim in duabus Thermarum Diocletiani Inscriptionibus, apud Gruterum pag. CLXXXIII. 2. & 7. post Constantium & Maximianum Augg. ac Severum Cæs. recensetur MAXIMIANUS Cæs. qui alius esse nequit à Dazâ. Adde apud Græcos Scriptores eumdem promiscuè appellari *Maximianum.*

Existimaverim itaque, quoniam jam duo erant Maximiani, *Herculius & Galerius*, apud vulgum obtinuisse, ut discriminis ergò Daza, non *Maximianus*, sed *Maximinus* diceretur, sicut in Græcis Latinisque nummis inscribitur.

Porrò Gal. Maximianus censendus est eodem Dazam tempore adoptasse, quo eum jussit vocari de suo nomine: siquidem *Cap.* XXXIX. Daza legitur *Valeriam*, *Gal.* Maximiani conjugem, appellasse *matrem*, atque ibidem *Gal* Maximianus dicitur Dazæ *pater.*

Ibid. *Jam & ipsi.*] Gal. Maximiano *Armentario.*

Pag. 209. lin. 1. *Diocletianus nomen ex fratre mutuaverat, ominis causâ, quia Maximianus fidem summâ religione præstabat.*] Ita reposui, pro eo quod scriptum erat: *Ex parte mutaverat, hominis causâ*, &c. An enim quispiam dicendus est alicujus nomen *ex parte mutare*, qui aliquod integrum illi adjicit, quale est istud *Maximiani* impositum Galerio per Diocletianum?

Posset utcunque dici, Galerii nomen à Diocletiano fuisse *ex parte mutatum*, si Galerius adoptivorum nominum terminatione appellatus esset *Galerianus*, ut *Octavianus* ex Octavio, *Valerianus* ex Valerio, & similia pleraque: at impositio *Maximiani* nomine, nullum in Galerii appellationibus *mutati* nominis vestigium, sed planè *additi.*

Erit fortasse qui objiciet, immutatum fuisse *Galerio* nomen, quòd pro *Armentario* appellatus sit *Maximianus*: sed id parùm feliciter. Neque enim *Armentarii* appellatio nomen est, sed cognomen joco impositum: qualia *Caligula*, *Caracallà*, & *Tarantis*, quæ ore vulgi solummodò usurpata, in monimentis publicis, edictis putà, lapidibus, ac numismatis, inscripta haud reperias. Accedit non desiisse Galerium, ex quo *Maximianus* appellatus est, *Armentarium* quoque appellari, ut videre est apud utrumque Victorem, & alibi.

Quivis Latinè utcunque sciens intelliget, *à mutuaverat* à Lactantio hîc usurpari, pro *mutuatus fuerat.* Priscianus enim *Lib.* VIII. De verbo: *Multa similiter ancipiti terminatione in unâ eâdem significatione protulerunt Antiqui, ut Partio & Parcior, — Meto & Metor, Modero & Moderor*, MUTUO & MUTUOR. Hactenùs Priscianus, cujus unius auctoritas plurium instar esse possit. Lactantius hoc ipso libro cap. XVI. habet: *Hic est verus triumphus, cùm dominatores dominantur; victi enim tuâ virtute ac subjugati sunt.*

Istius quidem usûs exempla in verbo MUTUO mihi in præsentiâ non occurrunt, præter illud quod est Matthæi V. 42. *Volenti à te mutuare (δανίσασθαι) ne avertaris;* & aliud apud Nonium inter Auctores Linguæ Latinæ, *Cap.* XVII. *num.* 48. *pag.* 751.

Mutuat. mutuum sumat. *Cæcil. Asoto:*

Ad amicum currat mutuatum, mutuet meâ causâ;

ubi legendum, *currat*, & *causâ meâ.*

His duobus exemplis adde, si voles, Plinium, *Lib.* II. *Cap.* IX. dicentem: *Solis fulgore reliqua siderum regi, siquidem in toto* mutuatâ *ab eo luce fulgere.*

Ut verò correctionis istius ratio intelligatur, sciendum est, Maximianum *Herculium* fuisse à Diocletiano *fratrem* appellatum, Imperii nempè consortio.

Ita hujus Libri *Cap.* VIII. statim initio, ubi de Diocletiano sermo est, legitur: *Quid* FRATER EJUS *Maximianus, qui est dictus Herculius?* Ita in Thermarum Diocletiani Inscriptione apud Gruter. CLXXVIII. 7. post relata Diocletiani & Maximiani *(Herculii)* Constantii & Maximiani *(Galerii)* Severi & Maximini *(Dazæ)* nomina, legere est:

THERMAS. FELICES. DIOCLETIANI. AUG. FRATRIS. SUI. NOMINE. CONSECRAV. &c.

ubi post vocabulum FELICES, vel quadratarii, vel exscriptoris incuriâ omissum est, MAXIMIANUS AUG. id est, *Herculii* nomen, uti est in consimili aliâ Inscriptione, quæ ibid. num. 8. mutila exhibetur.

Eam in iis, quæ ad præsens institutum pertinent, partim supplere conabor in hunc modum.

	SENIORES. AUGG.
* Lege, D. D.	* D. N. N. CONSTANTIUS
	ET MAXIM.
	THERMAS. FELIC.
es. senior.	MAXIMIANUS. AUG.
..... suae.	PR AESENTIA. MAIE.
statis.	FILIORUM. JUSSIT. ET. DI
ocletiani.	NOMINI. CONSECRAVIT.

Digitized by Google

Ibi vides MAXIMIANUS. AUG. quod desideratur in primâ Inscriptione, in istâ addi post THERMAS FELICES, quia nempè eas *Herculius* Diocletiano, *fratri suo*, consecraverat.

www.libnm.com.cn

Præterea hujus ipsius Libri *Cap.* XX. Augustos fuisse invicem *fratres*, Cæsares autem fuisse ab Augustis *filios* appellatos, discimus his verbis: *Sed eum* (Licinium) *Cæsarem facere noluit, ne* filium *nominaret, ut postea in Constantii locum nuncuparet* Augustum atque FRATREM.

Eamdem Diocletiani & Maximiani *Herculii* fraternitatem præfert Inscriptio in foro Tyri posita, quæ in Thalmude Hierosol. Codice *Havodah Zarah*, Cap. I. Fol. 39. verso, col. 2. v. 17. refertur in hunc modum:

Ego Diocletianus Imperator qui ædificavi hoc forum Tyri fortunæ Herculii FRATRIS MEI *octoginta diebus.*

Hæc ex Bombergii editione Venetâ, quæ longè elegantior & correctior Cracovienſi illâ anni Judaici 367. sive Ch. 1706.

Significat itaque Lactantius, Diocletianum, cui *Maximianus* Herculius FRATER ERAT, nomen *Maximiani* Herculii, *fratris sui, mutuasse*, sive *mutuatum esse*, ut illud Galerio *Armentario* daret.

Dati nominis ratio subditur, nempè OMNIS *causâ, quia Maximianus* Herculius *fidem summâ religione præstabat.* Captaverat videlicet Diocletianus *omen* ex nomine, ratus Galerium, quem Cæsarem creabat, fidum sibi futurum, si Imperatoris *Maximiani* Herculii *fratris sui*, sibi fidi, nomen gereret. Apud Victorem quoque *De Cæsaribus* Maximianus *Herculius* legitur fuisse erga Diocletianum *fidus amicitiâ.*

IN CAPUT XX.

Pag. 210. lin. 1. *Maximianus, postquàm Senibus expulsis, quod voluit effecit, se jam totius orbis dominum esse ferebat.*] Censendus est tum voluisse Romani Imperii titulum immutare, [*Cap.* XXVII. in fine.] *ut non Romanum Imperium, sed Dacicum cognominaretur.*

Pag. 211. lin. 9. *Ac substituto Cæsare filio suo, qui tunc erat novennis.*] Natus est itaque anno Ch. 296. post Maium mensem, vel 297. ante eumdem mensem. Senes enim expulsi sunt Kalend. Maiis [*Cap.* XIX.] anni Ch. 305. qui nempè [*Cap.* XVII.] Consulatum IX. Diocletiani proximè excepit.

Lin. 12. *Candidianus.*] Nomen est filii *Galerii* Maximiani, quem ex concubinâ genitum [*Cap. I.*] Valeria *ejusd. Maximiani uxor* ob sterilitatem adoptaverat. Quoniam verò in Illyrico, vel *ad ripam Danubii*, pater ejus per XV. annos [*Cap.* XX. v. 11.] bellum gessit, non omninò ineptè dixeris, *Candidianam*, sive urbem, sive mansionem, quæ ex Itinerario Antonini pag. 63. suprà relato sita est inter *Transmariscam* & *Teglicium*, appellationem hanc accepisse, quòd in eâ vel natus esset, vel educatus Candidianus.

IN CAPUT XXIV.

Pag. 217. lin. 8. *Suscepto Imperio, Constantinus Augustus nihil egit priùs, quàm Christianos cultui ac Deo suo reddere.*] Statim itaque *Augustum* egit, nunquàm anteà *Cæsar*, ac secundum in Imperio locum obtinuit, ut Cap. XXV. in fine. Eusebius quoque De Vitâ Constantini lib. 1. cap. 22. ait, *Constantinum statim post Constantii mortem dictum fuisse Augustum*: nisi malis dicere, Constantinum à Lactantio *Augustum* per prolepsim appellari; neque enim hunc titulum sibi vindicavit, si qua fides Auctori Panegyrici Constantini & Maximiani, nisi postquàm illum accepit à Maximiano Herculio, qui, resumptâ purpurâ, in Gallias venit anno 307. ut filiam Faustam nuptui daret Constantino.

At undenàm tot varia numismata, aurea, argentea, ærea, in quibus CONSTANTINUS legitur CÆSAR? An id Constantini moderationi tribuendum, cùm nonnulla signata sint in provinciis, quæ penès ipsum erant? An verò maximam partem cusa fuerint in Gal. Maximiani potiùs, quàm in Constantini obsequium, iis in partibus, quæ Gal. Maximiano erant obnoxiæ, ut tot numismatis per Imperium sparsis nuncupatio *Augusti* Constantino detraheretur?

Sic autumandi ratio, quòd Gal. Maximianus *Constantinum, non* Imperatorem, *sicut erat factus, sed* Cæsarem *cum Maximino*, Cap. XXV. in fine, *appellari jusserit.* Id ipsum etiam elicias ex *Cap.* XXVI. in quo idem Maximianus legitur *tres Cæsares facere non potuisse*: nempè Maxentium, duobus aliis Maximino & Constantino adjunctum.

IN CAPUT XXV.

Pag. 218. lin. 8. *Ut eum de secundo loco rejiceret in quartum.*] Constantinus *Cap.* XXIV. sub finem, per patrem Constantium morti proximum commendatus militibus, factus fuerat *Augustus*; adeòque Gal. Maximiano par, atque in Imperio Romano *secundus.* Severus autem & Maximinus à Gal. Maximiano, *Cap.* XVIII. v. 24. & 28—34.

Digitized by Google

facti fuerant Cæsares, antequàm Constantinus dignitatem ullam obtineret. Rursùs, Severo jam nuncupato Augusto, & Maximino tertium locum adepto, utpotè facto pridem Cæsare, necesse erat, Constantinum ambobus de suo loco concedere, si fuisset duntaxat *Cæsar* appellatus; atque ita de *secundo* loco sibi post mortem patris sui à militibus dato, ut suprà notatum sub finem cap. XXIV. rejectus fuisset in *quartum*.

www.libook.com.cn

IN CAPUT XXVI.

Pag. 218. lin. 2. *Maxentium Romæ factum Imperatorem.*] Cave intelligas hoc *Imperatoris* significatu *Augustum*, utì deindè Cap. XXXII. in fine, ipse Maxentius factus est. Hîc nihil aliud est præter Cæsarem; infrà enim, computato Maxentio, legitur: *Et oderat* Maximianus *hominem, & tres Cæsares facere non poterat.*

Pag. 219. lin. 12. *Et bis Augustum nominat.*] Id est, iterùm, sive *denuò*.

IN CAPUT XXVII.

Pag. 220. lin. 3. *Adjuncto Maximiano.*] Id est, Maximino. A Lactantio enim Daza indiscriminatim *Maximianus* & *Maximinus* fuit appellatus. Vide Notam ad Cap. XVIII. v. 28.

Lin. 6. *Suæ minoris filiæ nuptiis.*] Faustæ.

Ibid. *Ille.*] Gal. Maximianus.

Pag. 221. lin. 3. *Felix animis quorum.*] Lege, *flexis animis eorum.*

IN CAPUT XXIX.

Pag. 222. lin. 7. *Sex fuerunt.*] In numerum non intrat Diocles, sed Maximianus *Herculius*, cui in Campaniâ moranti Maxentius filius purpuram miserat, ac bis, id est, *denuò*, Augustum, Cap. XXVI. nominaverat, ità ut commune pater ac filius, Cap. XXVIII. Imperium haberent.

Lin. 9. *Constantinum Imperatorem, generum suum.*] Faustam enim, Maximiani *Herculii* filiam, duxerat.

Lin. 10. *Generi filium.*] Constantii Chlori, cui Flavia Maximiana Theodora, ejusd. Herculii privigna, nupserat. Ideò Constantius, ductâ privignâ, habetur vitrici gener.

IN CAPUT XXX.

Pag. 224. lin. 5. *Filio suo.*] Ita in Inscriptione Constantienſi, quæ apud Gruterum pag. CLXVI. 7. Constantius dicitur Maximiani *Herculii* filius, etiam duntaxat privignæ ejus maritus, utì proximè notatum.

IN CAPUT XXXII.

Pag. 226. lin. 1. *Maximinus iratus, nec Cæsarem se, nec tertio loco nominari volebat.*] Indè intelliges, Maximinum priore se loco posuisse, quàm Constantinum. Si enim Constantinum *Augusti* loco habuisset, ut factus fuerat, Cap. XXIV. sub finem, tum ipse non fuisset nisi quarto loco nominandus. Sed hoc non repugnat iis, quæ notavi suprà ad Cap. XXIV.

Lin. 2. *Mittit ergò ad eum sæpè legatos.*] Id est, Gal. Maximianus ad Maximinum.

Lin. 3. *Orat sibi pareat, dispositionem suam servet.*] Illam nempè, quâ Imperium, Cap. XXIX. Licinio dederat, substituto in Severi loco.

Ibid. *Cedat ætati, & honorem deferat canis.*] Maximino enim provectior erat ætate Licinius factus Augustus, quem Gal. Maximianus *habebat*, Cap. XX. *veteris contubernii amicum, & à primâ militiâ familiarem.*

Lin. 6. *Dolet bestia.*] Gal. Maximianus. Ita quoque initio Cap. XXV. *mala bestia.*

Lin. 8. *Victus contumaciâ.*] Omninò adscribo sententiæ V. C. Ant. Pagii, qui in *Criticâ Baronianâ* ad an. Ch. 307. ait, hæc verba intelligi debere de Maximino; idque ostendit ex Eusebio, apud quem, *Lib.* VIII. *Cap.* 13. post Licinium à Gal. Maximiano nuncupatum *Augustum*, legitur *Maximinus seipsum renunciasse* Augustum.

Hæc vocabula, *Victus contumaciâ*, idem significant, ac *Impar contumaciæ*, non quidem *alienæ*, sed suæ. Sensus est, Maximinum vi contumaciæ suæ abreptum non paruisse Maximiano æqua postulanti; quem loquendi usum aliquot exemplis liceat illustrare, petitis præcipuè ex Fl. Josepho. Est enim hic Auctor mihi aliquantisper familiaris.

Plato *in Hipparcho*, statim initio, φιλοκερδεῖς, *cupidos lucri*, appellat ἥττους τῷ κέρδους, ad verbum *minores*, id est, victos *lucro*. Apud Herodianum habetur, ἥττων ὀργῆς καὶ ἔρωτος, *minor iræ & amore.*

Antiquit. Lib. XXII. Cap. 3. pag. 401. de Oniâ Pontifice legitur, χρημάτων ἥττων, *pecuniis minor*, id est, avarus: quod vitium Fl. Josepho ibidem est Φιλοχρηματία, *Cupiditas pecuniarum.* Deindè *Lib.* XVII. *Cap.* 10. pag. 600. de Herode, ὀργῆς μὲν ἥττων, κρείττων δ' ὢν τῶν

Digitized by Google

δικαίᾳ, *irâ quidem minor, melior autem jure.* Denique *Lib.* XVIII. *Cap.* 11. *pag.* 643. de Caio Caligulâ; ὅσον μὲν τοῦ αἴχρου, κρείσσων δὲ τοῦ βελτίστου, *minor quidem turpitudine, melior autem eo quod optimum est*, id est, honestate.

Porrò in istis Fl. Josephi locis, & *Lib.* XIV. *Cap.* 17. 484. ubi Sameas vir justus τοῦ δεδοικέναι κρείττων, *terreri melior*, id est, *terroribus superior* prædicatur, τὸ κρείσσων idem est ac *contemptor*. Apud Apuleium enim *Lib.* VII. *Metamorph.* verba sunt Tlepolemi phrasim Græcam Latinè usurpantis: *Avete, fortissimo Deo Marti clientes, mihique jam fidi commilitones; & virum magnanimæ vivacitatis volentem volentes accipite, libentiùs vulnera corpore excipientem, quàm aurum manu suscipientem, ipsâque morte, quam formidant alii,* MELIOREM.

Ut verò apud Tacit. Annal. *Lib.* XIII. *Cap.* 46. Poppæa legitur *Imparem cupidini se, & formâ Neronis captam simulans;* & in Victoris Epitome, Julianum *Apostatam cupido gloriæ flagrantior pervicerat*: ita contrà M. Porcius Cato dicitur Ti. Livio, *Lib.* XXXIX. 40. *Invicti à cupiditatibus animi;* Julianus idem *Apostata* Victori De Cæs. *Cibi omnis, libidinis atque omnium cupidinum victor;* Imp. Gratianus in Victoris Epitome: *Vini ac libidinis victor.* Denique apud Cicer. De Finibus legitur: *Et qui suum judicium retinent, ne voluptate victi faciant id, quod sentiunt non esse faciendum.*

Ex his liquet, vocabula ista, *Victus contumaciâ*, non dici hoc loco de contumaciâ *alienâ*, atque adeò hactenùs fuisse hallucinatos, qui ea Gal. Maximiano adscripsêre, cùm de Maximino dicantur.

Lin. 9. *Tollit Cæsarum nomen.*] Trium, id est, sui ipsius, tum Constantini, & Maxentii.

Lin. 10. *Maxentium & Constantinum filios Augustorum.*] Maxentius & Constantinus *naturâ* erant filii Augustorum, nempè Maximiani *Herculii* & Constantii: sed *dignitatis* fuit ea appellatio, quâ Maximinus ambos insignivit. Suspicandi verò locus est, eos appellatione istâ, *duntaxat honorificâ*, in classem redigere voluisse; nulla enim vel exigua erat in Imperio potestas eorum, qui *Filii Augustorum* dicebantur. Undè Capitolinus *Cap.* 3. de L. Vero Imperatore, Antonini Pii filio adoptivo, ait: *Nec aliud ei*, antequàm imperaret, *honorificentia adnomen adjunctum est, quàm quòd* Augusti filius *est appellatus.*

Addo, me prætereà suspicari numisma Constantini M. quod Mediob. *pag.* 459. exhibet, si modò genuinum est, cum epigraphe, CONSTANTINUS FIL. AUGG. id est, FILIUS AUGUSTORUM, nempè Constantii & Maximiani *Herculii*, fuisse deditâ operâ & jussu Maximini alicubi ejus in partibus percussum, ut numismatum ope sanctio illa vulgaretur, quâ Maximinus Constantinum nonnisi FILIUM AUGUSTI haberi volebat.

Lin. 11. *In Campo Martio proximè celebrato Augustum se ab exercitu nuncupatum.*] Campus Martius non est hîc nomen loci, qualis erat Romæ, sed potiùs, ut ita dicam, *Comitiorum militarium*, in quibus lustrabatur exercitus. An verò statis temporibus, vel quotiescunque juberet Imperator, celebraretur *Campus Martius*, non liquet.

Verisimile est Maximinum, qui Syriæ & Ægypto, *Cap.* XXXVI. præerat, harum provinciarum Legiones in castra coegisse, ut ab ipsis militibus tanquàm auctoribus nuncupatus *Augustus*, securitatem sibi, propter appellationem, quam arripuerat, procuraret.

Neque verò solummodò apud Romanos, sed etiam eorum imitatione apud Francos *Campus Martius* celebrabatur. Audi Gregor. Turon. *Lib.* II. *Cap.* 27. de Clodoveo Rege dicentem: *Transacto verò anno, jussit omnem cum armorum apparatu advenire phalangem, ostensuram in* Campo Martio *suorum nitorem*: undè firmatur quod suprà dixi, *Campi Martii* celebrationem esse militarium copiarum recensionem. Illa autem Clodovei facta fuerit ineunte vere, quo exercitus ad bella educi solent.

Lin. 13. *Universos quatuor Imperatores jubet numerari.*] Adde virgulam post τὸ *quatuor*, & lege *nominari*, pro *numerari*, hoc modo: *universos quatuor, Imperatores jubet nominari:* nempè Licinium, Maximinum, Constantinum, ac Maxentium. Hîc autem per *Imperatores* significantur *Augusti*, ut ad *Cap.* XVIII. v. 7. notatum.

IN CAPUT XXXIII.

Pag. 227. lin. 16. *Repercussis medullis, malum recidit introrsùs.*] Quis unquàm aut audivit, aut legit, *Repercuti medullas?* Additâ itaque virgulâ post *malum*, scribe: *Repercussum* medelis *malum, recidit introrsùs.* Positum est enim *medelis*, pro *medicinis.* Ita suprà: *Incipit vulnus non sentire medicinam.* Hanc emendationem, Lector, si probas, acceptam refer Viro insigni, qui se ejus auctorem à me laudari vetuit.

IN CAPUT XXXVII.

Pag. 233. lin. 6. *Sine modo, cùm milites.*]

www.libool.com.cn

Digitized by Google

Lege, *satellites*. Ita in fine Cap. XXXVIII. *His* satellitibus *& protectoribus cinctus.*

IM CAPUT XXXIX.

Pag. 235. lin. 11. *Postremò nefas esse illius nominis ac loci fœminam, sine more*, sine exemplo, *maritum alterum experiri.*] Hæc dicebat Valeria, vel reverà ignoratione rei, vel simulatione, ut Maximinus *insolentiâ exempli* à consilio suo averteretur. Similium enim nuptiarum vetus exemplum ante annos 142. suppetebat in Lucillâ Augustâ, M. Antonini Philosophi, id est, M. Aurelii filiâ, L. Veri Imp. viduâ, teste Capitolino in M. Antonino Philosopho *Cap.* 20. his verbis: *Proficiscens ad bellum Germanicum, filiam suam*, non decurso luctûs tempore, *grandævo Equitis Romani filio, Claudio Pompeiano dedit; genere Antiochensi, nec satis nobili, quem postea bis Consulem fecit, cùm filia ejus esset* Augusta, *& Augusta filia.*

Id contigit, inquam, ante annos 142. siquidem tot esse à luctu Lucillæ ad luctum Valeriæ, ita ostenditur.

Gal. Maximianus ipso Cos. VIII. obiit, mense Maio, *Cap.* XXV. adeòque Valeria anno Ch. 311. facta est vidua.

L. Verus vivendi finem fecit *mediâ hyeme*, ut testatur Galenus *Lib. De Præcognit. Cap.* 10. Hyems illa fuit, quæ finem anni Ch. 169. & initium 170. occupavit.

In præsentiâ non differo, an ante finem anni 169. an post initium insequentis L. Verus obierit: quanquàm existimo, id contigisse sub finem anni 169. utrovis enim modo consequens est, indè ad mensem Maium supradicti anni Ch. 311. quo obiit Maximianus, annum 142. decurrere.

L. Verum obiisse sub finem anni 169. vel ad summum vitam produxisse usque ad initium anni insequentis, agnoscere est ex initio & fine ejus Imperii.

M. Aurelius & L. Verus ambo, novo exemplo, Imperium adepti sunt post demortuum Antoninum Pium, qui anno Ch. 161. è vivis excessit; & quidem, juxta Tertullianum *Apologet. Cap.* XXV. & Dionem pag. 814. die 17. Martii.

Quo dato, cùm L. Verus decimum Imperii annum non attigerit, obiisse ipsum necesse est ante 17. diem mensis Martii anni Ch. 178. Secùs enim decimum Imperii annum attigisset.

Non attigisse autem nisi nonum annum, duobus potissimùm argumentis conficitur, quæ breviter expediam.

Primum suppeditant numismata, tam Græca, quàm Latina; quorum nulla omninò ultra L. Θ. id est, *annum IX.* vel ultra TR. P. VIIII. exhibent.

Alterum habetur in Chronico Paschali, ubi ad primum ccxxxvii. Olymp. annum, Indict. vi. Coss. Aproniano & Paulo, legitur Lucius Aurelius Commodus mortuus esse, ἄρξας ἔτη θ. *cùm imperasset annos IX.*

Neque verò ideò rejiciendum est Auctoris istius Chronici testimonium, quòd biennio citiùs, quàm par est, anno nempè Christi 168. L. Veri obitum consignet; sibi enim ipsi in hoc anachronismo constat, quippè qui initium imperii ejusdem L. Veri in annum Christi 159. retroagat: quæ duo ex Indictionum numeris in hoc Chronico accuratè appositis palàm fiunt; sicut & alius, isque perpetuus, in figendis Olympiadibus ejusdem Auctoris biennii prochronismus, uti à me suprà notatum, *pag.* 151.

Si quis verò à me quærat, undenàm ergò apud Capitolinum *in L. Vero* dicatur L. Verus *imperasse cum fratre* (M. Aurelio) *annis undecim*, responsum accipiet, vocabulum *undecim* ibi natum fuisse ex duabus litteris numeralibus *XI.* quæ fuerint transpositæ ex aliis duabus *IX.* quibus *novem* significatur, ita ut ex τὸ *XI.* τὸ *undecim* plenè deindè scriptum universa Capitolini exemplaria, quæ in nostras manus hactenùs pervenerunt, inundaverit.

Porrò mirum nemini esse debet, apud Victorem Epitomatorem, Cassiodorum atque Eutropium similiter legi *undecim*. Ii enim omnes, corrupto semel fonte, idem virus hausérunt.

Apud Cedrenum facilior est ejusdem erroris correctio, ubi legitur pag. 250. Edit. Regiæ, anni 1647. Μάρκος Αὐτωνῖνος ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ', μετὰ μὲν Βήρου [malè Σεβήρου] τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ ἔτη ι', ἡμέρας θ': *Marcus Antoninus imperavit annos* 19. *cum Vero quidem* [malè *Severo*] *genero suo, annos* 10. *& menses* 9. Loco enim ἔτη ι', ἡμέρας θ'. vel legendum est simpliciter, ἔτη θ. *annos* 9. vel ι' post ἔτη reponendum est, pro ι', id est, 8. pro 10. quoniam mutatum fuerit τὸ ι', in ι', prono lapsu tum ex figuræ similitudine, tum ex eâdem utriusque litteræ apud nonnullos pronunciatione. Undè L. Verus, qui medio Martio anni Christi 161 imperare cœpit, obierit juxta Cedrenum anno 169. antequàm, medii Decembris interventu, 10. mensem anni delibasset.

Maneat itaque, L. Verum nonnisi IX annos imperasse, & vivendi finem fecisse anno

Digitized by Google

Christi 169. exeunte, vel 170. ineunte: undè ad 311. quo Maximinus Valeriæ nuptias post Gal Maximiani obitum ambivit, annus 142. fuit in decursu.

Adjam, quoniam id quoque confert ad instituendam L. Veri Chronologiam, corrigendum esse præterea Capitolinum *Cap. II. in L. Vero*, ubi legitur: *Vixit annis quadraginta, duobus minùs*, id est, *triginta octo*; quod optimè convenit cum *anno nativitatis L. Veri in præturâ patris sui, XVIII. Kalendas Januarias*, apud Capitol. *cap.* 1. Sed de hoc aliàs.

Neque verò possum prætermittere asserendæ correctioni litterarum XI. in IX. egregium exemplum, quod vir clarissimus Joannes Harduinus in *Nummis antiquis illustratis*, Lutetiæ anno 1684. editis, pag. 316. voce ΜΑΣΣΑ, profert ex Plinio, apud quem *Lib.* XVIII. *Sect.* 69. permutatis annorum numeris, jubet legi, *Urbis an. DXVI.* pro *DXIV.*

Permulta non modò similium transpositionum, sed etiam litterarum numeralium malè acceptarum, ac deindè ipsorum numerorum plenè scriptorum exempla ex Græcis Latinisque Auctoribus congessi, quæ aliquandò loco haud alieno sum exhibiturus.

Inter illa unum est, si quod aliud insigne, apud Fl. Josephum, *Antiquit. Lib. XVII. cap. X.* pag. Gr. L. 600. E. v. 9. ubi Herodis funus dicitur *Hierichunte* processisse Herodium usque στάδια ὄκτω, *per stadia octo*; cùm in loco parallelo, *Lib.* I. de Bello *cap.* XXI. pag. 774. v. 3. à fine, legatur id factum στάδιους διακοσίους, *per stadia ducenta.*

Hujus utriusque loci conciliatio in devia abduxit tres Auctores aliàs sagacissimos, Wilhelmum Langium *Lib. II. De Annis Christi*, *cap. XVIII.* pag. 350. Edit. Lugd. Batav. 1649. Jac. Usserium, *Annal. parte posteriore*, anno Per. Jul. 4711. pag. 536. Edit. Londin. 1654. & Christ. Noldium, *Historia Idumæa* pag. 71. Edit. Franequeræ; quorum confutandis sententiis longiorem operam olim impendi. In præsentiâ tantummodò dicam, malè in *Antiquitatibus* legi ὄκτω, quod ex η', numeri octonarii indice, plenè scriptum; cùm η' ex θ', ducenarii numeri notâ perperàm effictâ, vel lectâ, exaratum esset. Observandum enim, *in Libris Antiquitatum* numeros compendiosè per litteras numerales ferè universim exprimi, secùs ac *in Libris de bello*, ubi numeri ipsi integri scribuntur.

Accedit in illâ Herodianæ pompæ funebris recensione, *in Libris de Bello*, eamdem litteram η malè legi pro θ, nempè pag. 744. v. 6. à fine, in vocabulo Πεζῆς, id est, *Præcedebat*, loco Πεζοὶ, id est, *Præterea*. Sic enim locus se habet.

Πεζῆς δὲ ὁ λοιπὸ δύναμις; *Præcedebat autem reliquus exercitus.* Quod est planè contra seriem narrationis, ut legenti patebit, & contra id, quod huic loco respondet in *Antiquitatibus*, pag. 600. E. v. 6. his verbis:

Τούτων δ' ἐπὶπᾶν ἦν πᾶς ὁ στρατὸς, *Post eos autem universus exercitus.*

IN CAPUT XLIV.

Pag. 238. lin. 1. *Jam mota inter eos fuerant arma civilia. Et quamvis se Maxentius Roma contineret.*] Id anno Christi 312.

Pag. 240. lin. 5. *Senatus Constantino, virtutis gratiâ, primi nominis titulum decrevit, quem sibi Maximinus vindicabat.*] Titulus est *Maximi*, qui in fine hujus cap. & qui deinceps in Constantini numismatis observatur. Eum Constantinus anno præcedenti in Galliis acceperat, uti optimè advertit illustrissimus Mediobarbus, præstantissimi Operis sui pag. 462. ex numismatis, in quibus,

IMP. CONSTANTINUS MAX. P. F. AUG. SM. H. ER.

VOTIS V. MVLT. X. VICTOR. AVG. P. TR.

Postremæ tres litteræ P. TR. significant *Percussa* TR*eviris*-, supple *Moneta.*

Porrò *Maximi* titulum, *quem sibi Maximinus* ex Lactantio *vindicabat*, fuisse ab eo usurpatum, numismata vel Inscriptiones nondùm indicarunt. Undè sentiebat vir eruditus, hoc loco per *primi nominis titulum*, intelligi debere *primi Imperatoris nomen*, quod sibi *præscriptione temporis* Maximinus vindicabat, quoniam factus erat Cæsar (*cap.* XVIII) multò ante Constantinum.

IN CAP. XLVI.

Pag. 242. lin. 13. *Sicut ille victus est Roma.*] Maxentius, ut *cap.* XLIV.

IN CAP. XLVIII.

Pag. 244. lin. 12. vel Edicti 6. *Quod quidem divinitas in sede cœlesti*] Lege: *Quo quicquid est divinitatis & rei cœlestis*, ex Eusebio, *lib.* X. *cap.* 5. & Nicephoro, *lib.* VII. *cap.* 41. ubi θειότητος legendum, pro θειότης in Eusebio, & pro θειοτάτου in Nicephoro.

Pag. 245. lin. 8. *Super Christianorum nomine videbantur, nunc cavere ac simpliciter unusquisque.*] Supplenda & corrigenda ex Eusebii Græcis, lib. X. cap. 5. *Super Christia-*

nomine

Digitized by Google

eorum nomine continebantur, & quæ prorsùs læva, & à noſtrâ clementiâ aliena eſſe videbantur, ea tollantur; & nunc liberè ac ſimpliciter unuſquiſque.

www.libtool.com.cn

In Caput L.

Pag. 248. lin. 3. *Inprimis Valerium.*] Omninò is eſt, de quo Sextus Victor *Epitomes* num. 55. habet: *Valens Imperator creatur*; & num 56. *Valens à Licinio morte multatur*; cujus eſt apud Occonem, pag. 480. numiſma:

ΑΥΤ Κ. ΠΟΥ. ΟΥΑΛΕΡ. ΟΥΑΛΕΝC. ΕΥ. CEB. L. A.

Id eſt,

IMPerator. CAEſar. PUblius. VALERius. VALENS. PIus. AUGuſtus. Anno I.

Hunc nummum non benè ad Valentem ſub Gallieno Tyrannum retulit illuſtriſſimus Comes Mediobarbus pag. 387. Nam Valens iſte, cujus Pollio num. XVIII. meminit, Valens Theſſalonicus appellabatur, ut docet nos Ammianus Marcellinus lib. XXI. cap. XVI. non autem geminato nomine Valerius Valens. At potiùs ad eum pertinet alius apud Occonem nummus, pag. 528. in hunc modum:

ΑΥΤ. ΚΑL Γ. ΙΟΥΛ. ΟΥΑΛΕΝC. CEB. L. A.

Id eſt,

IMPerator. CAEſar. Caius. IULius. VALENS. AUGuſtus. Anno I.

Undè ibidem iſtum Valentem malè cenſet Occo *fuiſſe à Licinio morte mulctatum*; ſiquidem erat tempore Gallieni.

Porrò *Valerius Valens* in primo nummo inſcriptus nequit eſſe Valens, quem Licinius, poſtquàm inter ſe & Conſtantinum bellum exarſit, *Cæſarem* creavit, non autem *Auguſtum*. Valens enim iſte *Cæſar*, pace poſtmodùm inter ambos Imperatores factâ, in ordinem ſolummodò redactus eſt, non verò interfectus, ut teſtantur Sirmundi Anonymus in Valeſianâ Ammiani editione, pag 659. & Petrus de Legationibus in Excerptis Tomo I. Hiſt. Byſant. pag. 27. Neque audiendus Zozimus, oſor Conſtantini infenſiſſimus, cùm tradit, nec affirmat tamen, (ut vox Græca ὡμεὶ, id eſt, *arbitror*, quâ utitur, ſatis indicat) Conſtantino volente & jubente, Valentem iſtum *Cæſarem* fuiſſe occiſum.

Alter Valens *Auguſtus* eodem ferè tempore interemtus eſt, quo periit Maximinus; & *his abſumptis, Imperii jura penès Conſtantinum & Licinium devenere*, ut ſcribit Sextus Victor. Ad Conſtantinum autem & Licinium *Imperii jura devenere* anno Chriſti 313. Tunc itaque Valens, ſeu *Valerius Valens*, periit, cujus meminit Victor: nam *inprimis* necatus eſt à Licinio, ut ſcribit Lactantius.

Nec Valerius iſte Valeria Auguſta eſt, ut in Notis Oxonienſibus correctum; *poſtremò* enim, non verò *inprimis*, Valeria à Licinio interfecta eſt, uti diſertis verbis habetur cap. 41.

Hoc, præter complura alia, docuerat me olim illuſtriſſimus & eruditiſſimus Abbas Ludovicus Du Four *De Longuerue*, quod ab eo acceptum vir clariſſimus Antonius Pagius nuper inſeruit *in Criticâ ſuâ Baronianâ*, ad annum Chriſti 306. num. XV. pag. 20. profeſſus, uti ingenuum hominem decet, à quo id didicerat.

In Caput LI.

Pag. 249. lin. 5. *Ita illis pudicitia & conditio exitio fuit.*] Miror Lactantium non dixiſſe, *fuiſſe Valeria exitio ſacrificia, quibus, cogente Diocletiano patre ſuo, polluta fuerat*, Chriſtiana cùm eſſet, ut id *cap.* XV. diſſerui.

In Caput LII.

Pag. 250. lin. 9. *Ubi ſunt modò magnifica illa & clara per gentes Jovlorum & Herculiorum cognomina, quæ primùm à Dioclete ac Maximiano inſolenter aſſumpta, ac poſtmodùm ad ſucceſſores eorum tranſlata, viguerunt? Nempè delevit ea Dominus & eraſit de terrâ.*] Hæc oratoriè & contra Hiſtoriæ fidem ſcripſit Lactantius, niſi dixeris, coronidem Libro *De Mortibus Perſecutorum* fuiſſe ab eo impoſitam in intermedio quodam tempore poſt debellatos univerſos Perſecutores nomitis Dei, antequàm cuſa eſſent inſequentia numiſmata, in quibus Licinii ambo *Jovii* inſcribuntur.

Primum cum typo exhibetur in *Familiis Byzantinis* viri clariſſimi Caroli Ducangii Lutetiæ anno 1680. editis, pag. 25. in hunc modum:

D. D. NN. IOVII. LICINII. INVICTI. AVG. ET CAES.

Cap. gemmata.

Protoma Licinii Auguſti & Licinii Cæſaris, manibus Victoriam utrique lauream porrigentem tenentium.

Alia duo ſunt apud Mediob. pag. 455. relata his verbis:

D. D. N. N. IOVII. LICINII. INVICT. AVG. ET CAES.

Digitized by Google

Capita cum Buſtis, id eſt, cum effigie umbilico tenùs, *Liciniorum Patris & Filii, laureata, ſe reſpicientia, dextris Victoriam ſuſtinent, qua expanſis brachiis, ſingulis manibus ſingulam tenet lauream.*

Hoc numiſma videtur idem eſſe, ac ſuperius illud Ducangianum.

Sequitur poſtremum aliud ibid. apud Mediobarbum :

D. D. N. N. IOVII. LICINII. INVICT. AVG. ET CAES.

Capita Liciniorum laureata, dextris ſuſtinent Fortunæ typum, Figuram ſcilicet calatro caput ornatam, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Accedit Legiones, Alas equitum, & cohortes Joviorum Herculiorumque nominibus ſemper inſignitas permanſiſſe, etiam ſub ipſo Conſtantino, & uſque ad Imperatorem Valentinianum III. ut paſſim videre eſt in Notitiâ Dignitatum Imperii.

Vale, Lector. Votis tuis Fortuna reſpondeat; mea ſunt vota.



www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

GISBERTI CUPERI

NOTÆ

IN

LACTANTIUM

DE MORTIBUS

PERSECUTORUM.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

PRÆFATIO.

www.libtool.com.cn

ANte annos aliquot, τῷ μακαρίτῃ Joannis Columbi, viri eruditi rogatu, nonnulla in chartam tumultuariâ operâ conjeci, quæ inſervire arbitrabar poſſe uni aut alteri aurei hujus opuſculi loco illuſtrando. Edita illa ſunt Aboæ, quæ urbs Finnorum caput eſt: ſed quemadmodùm facilè credo, ea doctis non planè probata fuiſſe, ita me non alia tunc temporis publici juris facere voluiſſe, velim iidem perſuaſum habeant. Columbus me certiorem fecerat, multa ſibi in Lactantium annotata eſſe; nolui propterea falcem in ipſius meſſem immittere: ſed ut morem amico, præclariſſimi Schefferi genero, & doctrinæ perelegantis viro, gererem, Notulas miſi, quæ editæ in ultimo Septentrione ſunt. Quid longiori vitâ Vir dignior præſtiterit, palàm eſt; cùmque animadvertam, haud pauca relicta eſſe, quæ merentur illuſtrari pluribus, & cùm ipſi mihi nonnulla meorum, neque enim hoc diffiteri pudet, minùs placeant, cœpi diligentiùs elegantiſſimum opuſculum excutere, & notas meas, quas cum ſuis edidit Columbus, ubi commodè id fieri potuit, hiſce novis inſerere, ut omnes eâ viâ ſub unum quaſi conſpectum cadere queant, & ut qui ſententiam meam cognoſcere deſiderant, non teneantur ſingulis momentis conſulere Viri præſtantis curas. Natæ hinc mihi ſunt Annotationes longè auctiores: eaſque ut luce donem publicâ, facit Patrum diſertiſſimus; faciunt res præclaræ, quas ille nos doceet; & facit denique operis argumentum, quod hodiè renaſci miramur, & ſtupemus, quodque caput eſt omnium confabulationum, ſaltem apud eos, qui vetera tempora, vulnera Eccleſiæ inflicta, & Perſecutorum tragicos exitus ſecum animo revolvunt, quoſque tangit ac cruciat Eccleſia Dei tam miſeris, tam horrendis, & apud poſteros fortè fidem non inventuris modis vexata. Quòd ſi aliquid dignum Lactantio, viriſque doctis acceptum præſtiterim, erit certè quòd lætor ſerium in modum; ſecùs ſi accidit, ſique moroſi ingenii homines, quibus nihil, niſi quod ab ipſis proficiſcitur, placet, multa invenire ſe poſſe putant, quæ ipſis diſpliceant, per me id fiat licet; quippè qui non litibus & commiſſionibus, ſed veræ eruditioni & humanitati, idque animi, cui luſus aliquandò dari debet, relaxandi cauſâ, vacuum à negotiis publicis tempus impendam.

Valere te juberem, Lector, niſi manum injiceret Conſtantinus Magnus, decus & ornamentum libelli, quem à Lactantio compoſitum Notis illuſtro. Nam cùm is ſæpè ad partes vocandus ſit, cùm multa de eodem oblatâ occaſione moneam, non abs re me facturum arbitratus ſui, ſi in Illuſtriſſimi Principis natalem inquirerem locum. Video eruditionis præſtantis viros inter ſeſe immane quantùm diſſentire, alioſque in Thraciâ, alios in Britanniis, alios alibi exiſtimare natum eſſe magnum illum Imperatorem, qui in nummis non abſque ratione vocatur EXUPERATOR OMNIUM GENTIUM, PRINCEPS PROVIDENTISSIMUS, UBIQUE VICTOR, & FUNDATOR PACIS; cuique in iiſdem tribuitur SÆCULI FELICITAS, BEATA TRANQUILLITAS, nec non SECURITAS REIP. Hunc igitur Principem Baronius, Pomponius Lætus, Archiepiſcopus Armachanus in Britannicarum Eccleſiarum Antiquitatibus, atque nuper Ed. Stillengfleet in Originibus Britannicis cenſuerunt natum eſſe in Britanniâ; aliique Helenam, matrem ipſius, filiam faciunt Regis cujuſdam Britanniæ, quod certè purum putum figmentum eſt. Cæterùm præcipuus prioris opinionis fundus eſt Panegyricus, quem Conſtantino Eumenius dixit: *O fortunata*, ait, *& nunc omnibus terris beatior Britannia, qua Conſtantinum Cæſarem prima vidiſti!* Illique addendus omninò eſt Panegyricus ab incerto auctore dictus Maximiano & Conſtantino, in quo hæc verba leguntur: *Liberavit ille Britannias ſervitute; tu nobiles illic oriundo feciſti.* Verùm, pace tantorum virorum quod fiat, alia ego omnia ſentio; arbitrorque, Conſtantinum Magnum natum eſſe in Illyrico latè ſumpto, vel in Daciâ Mediterraneâ, & quidem in urbe Næſo. Conſtantinus certè Porphyrogeneta illud nos abſque ambagibus docet lib. 2. Themat. 9. *Præfectura Dacia Mediterranea ſub Conſiliario: urbes quinque, Pantalia, Germanus,* Ναισὸς, ἥ πάλεις τῦ μεγάλυ Κωνσταντίνυ: *Næſus, patria Magni Conſtantini.* Stephanus, vel Epitomator ejus Hermolaus Barbarus, idem in v. Ναισὸς teſtatur: Ναισὸς, πόλις Θρᾴκης, κλίσμα ἢ πάλεις Κωνσταντίνυ τῦ βασιλέως: *Urbs Thra-*

Digitized by Google

cia, opus & patria Conſtantini Imperatoris; putoque idem tradere Julium Firmicum lib. 1. Matheſeos, atque apud eum legi debere cum Valeſio ad Amm. Marcellinum ex MSS. *Naiſum*, non autem *Tarſum*; id quod editi libri ſervant: *Apud Naiſum genitus Conſtantinus, à primo ætatis gradu gubernacula Imperii retinens.* Sed firmiſſimum argumentum nobis præbet Auctor Excerptorum de Conſtantio Chloro, & Conſtantino Magno; cujus hæc ſunt verba: *Hic igitur Conſtantinus natus Helenâ matre viliſſimâ in oppido Naiſo.* Nihil certè clarius dici poteſt; tranſiremque ad alia, niſi conjecturam, quæ mihi commodè in mentem venit, cujuſque etiam mentionem feci ad caput 26. ſupponere è Repub. litterariâ judicarem; non quòd illam aliis obtrudere velim, vel ipſe etiam eam planè amplectar: ſed ut diligentiores habeant, in quo ſeſe exercere poſſint. Helenam ab aliis *concubinam* Conſtantii vocari notum eſt: verùm nemo, quod equidem ſciam, inventus eſt, qui eam dixerit fuiſſe *viliſſimam* fœminam, præter Auctorem Excerptorum, qui tamen fortè non ita ſcripſit, cùm non ſit veroſimile, Chriſtianum ita locuturum de Piiſſimâ & Venerabili, quemadmodùm in nummis vocatur, Auguſtâ. Quid igitur? titubanter & dubius planè dico, ſcriptum fortè fuiſſe, *viliſſimo in oppido.* Nam videtur hoc oppidum non valdè illuſtre, vel magnum fuiſſe; & certè mox in iiſdem Excerptis ſequitur, Conſtantinum illud *mirificè ornaſſe:* Stephanus ejuſdem iſtud κλίσμα facit; & indè magnificè ornatum cùm fuerit, mirum non eſt, vocari Amm. Marcell. 21. 10. *copioſum oppidum.* Miror autem, eruditorum nonnullos hanc urbem eandem eſſe exiſtimare cum *Naſto* & *Neſto*, (quarum illam Stephanus facit urbem Thraciæ, alioque modo ſcribi Νεστὸν addit; hanc verò urbem & fluvium Illyriæ;) eoſdemque memoriæ mandare, Neſti urbis Illyriæ & fluvii neminem è veteribus meminiſſe: at Neſtum, Thraciæ fluvium longè celeberrimum, memorare Melam, Plinium, Solinum. Nam ego quidem arbitror, Plinium 4. 16. non alium, quàm Illyriæ Neſſum memorare, quandò notat, *in Europâ inter Acheloum tantùm Neſtumque amnes leones eſſe;* & Scylax Caryandenſis, vel qui ejus ſub nomine editus eſt Geographus, in Illyriâ memorat κόλπον Νεσταῖον, & urbem, vel fluvium, neque enim adjicitur unum ex iis, Νεστόν. Quin imò Apollonius Rhodius 4. 1215. *Neſtæos* etiam eidem regioni adſcribit; & notanda ſunt Scholiaſtæ verba: Τὸν Νεσταῖον Σύλαξ φησὶν ἔθνος Ἰλλυρικόν. ἀπὸ τίνων πελάζει ἡμέρας εἰς τὸν κόλπον ἡμέρας μιᾶς; ὁ Ἐρατοσθένης ἐν Γεωγραφουμένων φησὶ: μετὰ Ἰλλυριοὺς Νεσταῖοι, καθ' οὓς νῆσος Φάρος, Φαείων ἄποικος: id eſt, *Neſtæos Scylax dicit eſſe gentem Illyriæ: ab his in ſinum unius diei eſt navigatio; & Eratoſthenes in tertio Geograph. libro ait: Poſt Illyrios Neſtæi, prope quos inſula eſt Pharus, Phariorum colonia.* Fuit igitur in Illyriâ urbs & fluvius Neſtus; fuit Neſſus, vel Neſtus fluvius Thraciæ, & denique Naiſus urbs patria Conſtantini, quam & Thraciæ urbem facit Stephanus, latè ſcilicet regionis hujus nomine ſumpto: niſi cum Valeſio quis reſcribere velit Δαυίας, & intelligere Daciam mediterraneam, de quo in Notis ſatis multa doceo. In oppido igitur Naiſo natus Conſtantinus, à rerum geſtarum gloriâ poſteà Magnus dictus; videturque vile & parvum fuiſſe, quia Conſtantinus illud mirificè ornavit, ut ſcilicet natalem locum illuſtriorem redderet. *Viliſſimum* indè dicitur Auctori Excerptorum, ſi tamen conjectura mea vera eſt, quam vel eo nomine premere diutiùs nolui, ut ab Auguſtâ Helenâ vilitas auferatur, quam etiam non memini ab ullo veterum illi objectam fuiſſe; niſi quòd Eutropius narret, Conſtantinum Conſtantii filium fuiſſe *ex obſcuriori matrimonio*, quod certè reſpectu ſecundarum nuptiarum, quas Conſtantius celebravit cum Valeriâ Diocletiani Imp. filiâ, dici ab eo potuit. Sed ut pergam, nullo præteréà modo temporum ratio permittit, ut in Britanniâ Conſtantinus naſci potuerit. Natus enim eſt anno Chriſti 272. Coſſ. Aureliano & Baſſo, diù antequàm pater Cæſareâ dignitate fuit ornatus, quod factum eſt anno Chriſti 291. Neque enim inſulam illam ingreſſus eſt, antequàm Cæſar foret, & anteà ſine dubio ut plurimùm in Illyrico egit; ut enim Auctor Excerptorum loquitur, *Conſtantius D. Claudii optimi Principis nepos ex fratre, Protector primùm, exin Tribunus, poſteà Præſes Dalmatiarum*, ultimamque dignitatem accepit à Caro, qui regnare cœpit anno 282. vel certè eam ſub eo geſſit, utì patet ex Vopiſco in Carino. Nec quicquam illuſtres viros juvat Eumenius; egoque arbitror, alium longè verborum, quæ adferuntur, ſenſum eſſe: nempè, *Conſtantinum primam Britanniam vidiſſe Cæſarem*, non quia ibi natus, ſed quia, patre mortuo, ab exercitu Cæſar eſt factus; id quod verum eſſe patet ſatis ſuperque ex iis, quæ in Notis obſervavi. Nec etiam quicquam alter Panegyriſta evincit, qui dicit, Conſtantinum *Britannias no-*

www.libook.com.cn

Digitized by Google

biles illic oriundo fecisse. Nam *oriri* quidem dicuntur, qui nascuntur, & in vitam introeunt homines, iisdemque *ortus* tribuitur : sed eædem voces singulari elegantiâ etiam usurpantur de iis, qui Reges, Imperatores, vel Cæsares fiunt. Sic Cajus & Lucius ab Augusto adoptati, & principes juventutis designati, *Orientes juvenes* dicuntur Paterculo, 2. 99. & *exortum principis Vespasiani* dixit Plinius 33. 3. de initio imperii ipsius loquens ; & de eodem, ut multis videtur, verba facit Curtius 10. 9. *Proindè jure meritòque populus R. salutem se Principi suo debere profitetur, cui noctis, quam penè supremam habuimus, novum sidus inluxit. Hujus herculè, non solis* ORTUS, *lucem caligantem reddidit mundo.* Neque aliter Panegyristæ loqui solent. Cap. 1. Paneg. Maximiano & Constantino dicti : *Sacratissimi Principes, Maximiane, velis nolis, semper Auguste, & Constantine ORIENS Imperator ;* cap. 8. *Hic est, qui in ipso ORTU Numinis sui, Gallias priorum temporum injuriis efferatas reip. ad obsequium reddidit ;* id est, simul ac factus fuit Imperator, initio imperii. Eumenius cap. 10. Panegyrici dicti Constantino : *Ignobilem credo aliquam Barbarorum manum repentino impetu, & improviso latrocinio* ORTUS TUI AUSPICIA *tentasse ;* idemque in alio Paneg. cap. 2. diem, quo Constantinus Cæsar est dictus, appellat *divinum* ORTUM *Majestatis suæ.* Adeò ut quandò Constantinus dicitur Britannias nobiles fecisse *illic oriundo*, nihil certè aliud evinci indè possit, quàm illum ibi purpuram sumpsisse, & Cæsarem, vel Imperatorem factum esse, quæ etiam sententia est Justi Lipsii in Admirandis, & Joh. Livineji ; estque loquendi ratio desumpta à sole, vel sideribus, quibus Imperatores solebant comparari. Britannicus ab Octaviâ sorore vocatur apud Senecam *sidus orbis* : Antoninus Philosophus se senem vocat *solem occidentem*, Commodum verò *orientem*, ἀνατέλλοντα ; & Geta atque Caracalla in rarissimo Ephesiorum nummo apud Sponium & Morellium vocantur ΝΕΟΙ ΗΛΙΟΙ.

Quid mihi porrò de *Actis Pilati* videatur palàm feci ad cap. 36. Incidi posteà in Opera posthuma Episcopi Cistercienſis ; & animadverti, Virum Illustrem pag. 51. notare : » Acta Pilati plena impietatis adversùs Chri- » stum conficta ex mandato Maximini Ty- » ranni, publicè tam in agris, quàm in civi- » tatibus proposita, & à Ludimagistris ad- » discenda pueris tradita esse ; his Roma- » nos usos esse sub Diocletiano & Maximi- » no, ad Christianos à Martyrio revocandos, » ut testantur verba Maximini in Passione » SS. Tarachi, Probi, & Andronici : *Ini-* » *quissime, non scis quem invocas, Christum* » *hominem quendam factum, sub custodiâ* » *Pontii Pilati positum, cujus acta reposita* » (aliter legitur in editis) *sunt.* « Quòd si Illustris Antistes per *Maximinum* intelligit Galerium Maximinum, quo imperante Acta hæc conficta fuisse Eusebius testatur, certè illis sub Diocletiano & Maximino (vel *Maximiano* potiùs) uti non potuere Romani ; quippè qui purpurâ sese exuerant, antequàm hæc Acta publicata sunt. Deindè Maximinus Imp. verba in Passione laudata non protulit, id quod videtur censere Episcopus ; sed Numerianus Maximus Præses, qui in jus Martyres traxit Diocletiano & Maximiano Herculio (ex quibus, ut hoc obiter moneam, interpres Theodori Metochitæ malè tres Impp. facit, Diocletianum, Maximianum, & Herculium, cùm ipse scripserit, Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἐρκούλιος) iterùm Coss. uti Acta testantur, licèt non inveniam, eos simul secundum Consulatum gessisse. Præterea Eusebius hæc spurcissima Acta, ut monui, Galerio Maximino tribuit ; undè & lib. 1. cap. 9. χθὲς καὶ πρώην illa inventa fuisse scribit. Vir doctus, qui Dissertationem de Legione Fulminatrice publicavit nuper, scribit Diocletianum & Maximinum hæc Acta cudisse, cùm tamen Diocletianus, jam imperio deposito, Salonæ ageret ; arbitraturque, *Acta Pilati* laudata Justino Martyri, Tertulliano, & aliis, esse etiam suppositicia : cui tamen opinioni adversatur Episcopus Cistercienſis ; quam litem aliis relinquo examinandam.

Eodem capite 36. per *summum sacerdotem* apud Prudentium, non Pontificem Romanorum Maximum, sed Cybeles Sacerdotem intelligi debere doceo. Et proculdubiò is primus erat Sacerdotum Cybeles, & reliquorum caput ; quomodò & Apulejus lib. 1. Isidis Sacerdotem maximum celebrat : *Ac cùm ad ipsum jam templum pervenimus, Sacerdos maximus, quique divinas effigies progerebant .... disponunt ritè simulacra.*

Notatu insuper dignum est, Lactantium cap. 4. narrare, Valeriano *direptam* vel *dereptam*, uti scribendum judico, cutim, & infectam rubro colore, in templo barbarorum deorum ad memoriam clarissimi triumphi positam, & legatis Romanorum semper fuisse ostentui. Nam auctor Chronici Alexandrini similia de Carino tradit : *eum* nempè

Digitized by Google

victum Carras profugisse, & à Persis captum, mox interfectum esse, pellemque detractam eos fecisse saccum, & σμυρνίσαντες, vel unguentantes servasse εἰς ἰδίαν δόξαν, gloria causâ. Unde hæc hausta sint, ignoro planè: nam nemo aliorum auctorum tale quid de Carino memoriæ mandavit; quippè qui victus & occisus fuit in prælio, quod cum Diocletiano habuit apud Nargum in Mœsiâ. Adeò ut Chronici illius auctor valdè cautè legendus sit; utì eo ipso loco Carum facit avunculum Carini, qui tamen illius, nec non Numeriani, fuit pater. Κάρινος ὁ βασιλεὺς δεινὰ πολεμήσας κατὰ Περσῶν κατὰ τὸν θεὸν αὐτοῦ Κάρα: *Carinus in Persas profectus cum Caro avunculo suo.* Neque tantùm ex patre avunculum facit: verùm etiam scribit, Carinum patri in Persas proficiscenti comitem fuisse; cùm contrà Carinus Gallias rexerit, & Numerianus expeditionem cum patre in Orientem susceperit, teste Vopisco. Quòd si vox αὐτοῦ abesset, vel addita foret ab ignaris librariis, θεὸν Κάρα, reddi posset, *Divi Cari;* quomodò is non modò in nummis, verùm etiam à Nemesiano in Cynegetico, quod scripsit ad Carinum & Numerianum, appellatur:

Mox vestros meliore lyrâ memorare triumphos
Accingar, DIVI *fortissima pignora* CARI.

Ad cap. 16. notavi, humani aliquid Casaubonum V. Clar. pati, cùm scribit, Constantium bello Persas vicisse. Idem tamen etiam tradit Auctor Chronici laudati pag. 642. Πέρσαι, ait, κατὰ χρατῶν ἀναιρεθῆναι ὑπὸ Κωνσταντίου ἐν Μαξιμίνου ὑπατείᾳ; *Persa maximo bello à Constantio & Maximino Jovio Cæsaribus devicti sunt.* Hæc gesta esse dicuntur Maximiano Herculio v. & Maximiano Jovio Cæsare II. Coss. qui annus U.C. est 1050. & Christi 297. quo certè Galerius Maximianus Narseum superavit: sed Constantius in Britanniis bellabat. Deindè Maximinus Jovius est Galerius Maximianus Jovius, cùm C. Valerius Maximinus illo tempore nondùm Cæsar fuerit factus.

Cap. XXIX. putabam, Aurelium Victorem corrigendum esse, interpositâ particulâ &: sed vulgata etiam scriptura declarat, Licinium simul factum esse *Cæsarem Augustum;* cùm aliàs primò Cæsarea dignitas, indè Augusti nomen daretur Principibus.

Cap. XXXIX. differui de combustione cadaverum, putavique in binis Inscriptionibus hæc verba, CORPUS INTEGRUM CONDITUM, denotare corpus illud non crematum, verùm humi mandatum esse. Nondùm conjecturam illam damno: sed videant tamen eruditi, num potiùs significare illi, qui monumenta ista posuerunt, velint, corpora non mutilata, verùm integra humata esse. Nam illud ut fieret, magna Gentiles tenebat religio; magnumque ipsis solatium erat, si florentibus & integris membris, ultimum valere rebus humanis dicerent. Statius 2. Sylv. 1. 156.

Gratum est, fata tamen, quòd non mora lenta jacentis
Exedit puerile decus, manesque subivit
INTEGER, *& nullo temeratus corpora damno,*
Qualis erat —— —— —— —— ——

Quò non incommodè refert Gevartius factum Augusti, *qui supremo die, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi præcepit,* Suetonio teste. Scilicet umbras ita apud inferos versari, ut corpora ex vitâ decedebant, habebant persuasum; utì vel Deiphobus apud Virgilium 6. Æn. & Laius apud Statium 2. Theb. ne alia exempla advocem, docent. Indè est, quòd tam graviter in Antonium invehatur Cornelius Severus apud Senecam Suas. VII. quòd Ciceroni caput & manum amputari jusserat:

Hæc nec in Emathio mitis victoria Perse,
Nec te, dire Scyphax, non fecit in hoste Philippo;
Inque triumphato ludibria cuncta Jugurthâ
Absuerant, nostráque cadens ferus Annibal irâ
Membra tamen Stygias tulit inviolata sub umbras.

Et fortè hùc etiam respicit Nero, cùm apud Sueton. *nihil prius ac magis à comitibus exigit, quàm ne potestas cuiquam capitis sui fieret, sed ut quoquo modo* TOTUS *cremaretur:* quanquàm ludibrium, & caput pilo infixum, utì fieri solebat, ante oculos habere potuerit. Integri igitur inferos adire exoptabant Gentiles, ut scilicet integris etiam membris in campo Elysio choreis & epulis operam dare possent. Hinc puto occisorum membra diligenter fuisse aptata, ut scilicet tanquàm integri conderentur. Statius 3. Th. 132.

Vulneraque alta replent lacrymis. Pars spicula dextrâ
Nequicquam parcente trahunt; pars molliter aptant
Brachia trunca loco, & cervicibus ora reponunt.

Vulnera itidem obligabant; uti apud Euripidem Phœn. v. 1663. Antigone Creontem rogat, ut vulnera fratris Polynicis occisi obligare posset;

www.libnod.com.au
Digitized by Google

Ἀλλ' ἀμφὶ τραύμαθ' ἄγεια τιλαμῶνας βαλεῖν.

Capite eodem, de *Rege ſæculi* nonnulla ad Tertullianum explicandum monui, ſuſpicatuſque poſteà ſum, ſcribi haud incommodè poſſe, *pro Diaboli ſcilicet amulatione Regis ſæculi*; nam Diabolus in Novo Fœdere, & quidem in Evangelio Joannis, Ἄρχων τῦ κόσμυ, & in Epiſtolâ ad Corinthios ſecundâ, ὁ θεὸς τῦ αἰῶνος τύτυ, vocatur: vel vulgatam ſcripturam ita explicari poſſe, Pontificem Maximum eſſe ad Diaboli imitationem Regem ſæculi. *

Furens ſe hic ha- inge-

Adjiciendum tandem eſt, Freherum, vir. ampl. pereruditè de Tributorum variis generibus agere in Diſſert. quam de Numiſmate Cenſûs compoſuit; & valdè illuſtrari Lact. caput tertium & viceſimum per verba ejus, quæ ſequuntur. Tenendum eſt certè, ait, tributum ſoli, id eſt, agrorum, pro modo & latitudine eorum indictum fuiſſe, ut Ulpianus de Cenſibus docet; vel potiùs pro feracitate. Stipendium enim & tributum onera ſunt fructuum, l. 7. D. de Uſufr. l. *neque*, D. de Impenſ. in res dotales factis. Undè Mæcenas apud Dionem: Φέρε ἐπιτάξας πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ἐπικαρπίαν τινὰ τῷ κεκλαμένῳ αὐτὸ παρέχεσθαι. Nec agris ſolùm, ſed cæteris etiam facultatibus, auro facto & infecto, pecuniæ numeratæ, mancipiis, gregibus tributa imponebantur pro eorum modo. Qui ut inter divites & inopes diverſus: ita & tributi onus; neque hoc inopibus valdè formidandum. At capitis tributum in omnes peræquè unum, liberos modò (nam ſervorum nulla capita: ſed pecudum inſtar pro pretiis ſuis à domino cum cæteris fortunis horum tributum dependebatur) divites & tenues, maritos & cælibes, parentes & orbos. Non dicam juvenes & ſenes, quòd ei rei modus datus, ut nec ante vigeſimum annum capite obligaretur, & ſenectuti ſua immunitas eſſet; niſi quòd in Judæâ hoc etiam aliquantulùm aggravatum Ulpianus auctor eſt d. l. 3. D. de Cenſibus.

Hîc cùm te iterùm relinquere, Lector, vellem, ecce affertur ex Italiâ Henrici Noriſii, Viri certè celeberrimi, & cui plurimùm antiquitatis ſtudium debet, Epiſtola Conſularis, quam mihi ille dono mittebat. Ad caput Lactantii x. doceo, Cæſares in Auguſtorum planè fuiſſe poteſtate, nec propterea mirum eſſe, Galerium Maximianum ad carpentum Diocletiani concurriſſe. Hæc mea & aliorum ſententia valdè firmatur à Viro præſtantiſſimo; quippè qui pag. 177. laudatæ Epiſtolæ docet, Cæſareum nomen nullius imperii indicium fuiſſe. Antonius Pagi, vir itidem pereruditus, *imperium Cæſareum* ſubindè commemorat; hoc alii explodebant, quos ita loquentes introducit: Nos planè, inquiunt, ignoramus, quidnam ſit hocce imperium Cæſareum Domitiani ac Commodi, ut ille tuus fingit. Nam Dio lib. 53. diſſerens de Titulis Imperator, teſtatur, appellationem Cæſaris *nihil peculiaris potentia* ſignificare, ſed tantùm *ſucceſſionem ſtirpis*. Et ne à Domitiano diſcedamus, Tacitus in fine l. 3. Hiſtor. ſcribit, Domitianum poſt necem Vitellii à frequenti milite Cæſarem conſalutatum. Et initio lib. 4. ait: *Nomen ſedemque Cæſaris Domitianus acceperat*. Eo autem titulo nullum eidem imperium collatum, patet ex iis, quæ ſtatim ſubjungit: *Pratura Domitiano & Conſulare imperium decernuntur*. Prætura nullum imperium, ſed juriſdictionis tantùm poteſtatem Domitiano conferebat. Cæterùm ut Cæſar, idemque filius Veſpaſiani Auguſti, quidpiam auctoritatis ac poteſtatis ſupra privatos Prætores haberet, eidem *Conſulare imperium* S. C. decretum fuit, quòd nuda illa Cæſaris appellatio nullum eidem imperium tribuebat. Marcus Aurelius filios adhuc pueros Cæſares creavit, nullo cum eiſdem imperio, cujus ob ætatem nondùm capaces erant, communicato. Idem verò poſt annum nonum imperium Proconſulare Commodo tradidit, ante quod ſine ullo imperio Cæſar tantùm fuerat. Etenim Auguſti poteſtatem atque imperium intra urbem ſibi reſervantes, filios Cæſares imperio Proconſulari extra urbem inſigniebant. Itaque Commodus ac reliqui Cæſares, ante imperium Proconſulare, omnis imperii expertes cenſebantur. Hinc cùm anno 175. Senatus nuntium necis Avidii Caſſii accepiſſet, inter feſtivas acclamationes abſenti M. Aurelio factas dixerunt: *Commodo imperium juſtum rogamus, Commodo Tribunitiam poteſtatem rogamus*. Erat igitur Commodus ſine imperio, quamvis jam indè ab anno 166. Cæſar eſſet, deſtinatus tamen ad imperium, quod unà cum Tribunitiâ poteſtate eodem demùm anno 175. accepit. Idem Commodus cùm Albinum Cæſaris nomine donaſſet, hic poſteà Imperator pro concione dixit: *Commodum donantem me Cæſariano nomine contempſi*. Non imperium Cæſareum dixit, ſed purum putum nomen Cæſareum. Horum auctor Capitolinus cap. 2. & 3. in Albino. Hæc apud Virum tam præclarum, & Faſtorum correctorem & conditorem, cujus amicitiam, humanitatem & eruditionem maximi facio, legunur; atque ex iis, Lector, perſpicere

simul potes; non malè Julianum sese vocasse *Apparitorem fidum*; & Galerium Maximianum apud Lactantium cap. 9. causas habuisse, quarè detrectaret Cæsaris nomen, cumque illud in litteris ad se datis audisset, exclamaret truci vultu ac voce terribili: *Quousque Cæsar?* & quarè tandem Galerius Maximinus c. 32. *nec Cæsarem se, nec tertio loco nominari volebat.*

www.libpool.com.cn

Hæc commodùm digesseram, cùm ecce mihi litteræ à Viro præstantissimo afferuntur; quas quia Cæsaream dignitatem magis illustrant, non secùs ac annum, quo Constantius ac Galerius designati Cæsares fuerunt, adjicere, Lector, bonâ tuâ cum veniâ, visum fuit.

Illustrissimo Domino, eruditissimo ac clarissimo Viro D. GISBERTO CUPERO, Præpotentium Ordinum Belgii Fœderati Senatori amplissimo.

CUM Epistolam Consularem tibi, Vir illustrissime, mittere ausus sum, haud in votis mihi fuit, ut tu arduis, ac hoc præsertim armis Gallicis concussæ Europæ motu, Præpotentium Ordinum Belgii Fœderati negotiis implicitus, oculos ad eamdem deflecteres. Nam in supremum Provinciarum Belgicarum Senatum cooptatus, præsentia, ac quæ vario eventu contingere possunt, consilio ac providentiâ curare debes, non autem in elapsa retrò sæcula animum revocare. Verùm, qui tuus genius est, ubi in Senatu maximis de rebus consilia discutis, ac Conso publicè litas, domi posteà Minervæ Sacris operaris; quod utrumque cum laude exequi iis tantùm datum, quos æquus amavit Jupiter. Hinc victoris gentium populi Fastos à me emendatos laudas, qui ob præclara abs te edita volumina in litterariæ reipublicæ Fastis es laudatissimus. Lætor autem plurimùm, quòd aureum Lactantii librum novis supra Baluzianas Notis illustraturus sis; pleraque enim Majoribus nostris ignorata ibidem exponuntur, ac chronologia imperii Diocletiani, quæ Scaligerum, Panvinium, Baronium, aliosque latuit, rectissimè declaratur. Nicolaus Toinardus Aurelianensis dudùm meam sententiam rogavit de anno, quo, juxta Lactantium, Constantius ac Galerius designati Cæs. fuerint, cùm Baluzius id actum putet anno æræ Christi vulgaris 293. At rescripsi Baluzium anni metachronismum admittere. Nam Galerius Maximianus in titulo Edicti pro Christianis promulgati A. C. 311. quo & idem Augustus animam inter cruciatus projecit, inscribitur TRIB. POT. XX. COS. VIII. At si ille Tribunitiam potestatem accepisset A. C. 293. eadem Tribunitia potestas anno demùm 312. Kalendis Martiis vicies cœpisset multiplicari. Panvinius scribit, eos Cæsares designatos fuisse A. C. 291. quod anteà Idatiani Fasti tradiderant, eodem anno eclipsim etiam Solis advocantes. Sed cum Baronio ea Cæsarum designatio referenda est ad Kalendas Martias A. Christi 292. Etenim ubi Lactantius c. 33. de Galerio scripsisset: *Jam decimus & octavus annus agebatur, quo percussit eum Deus insanabili plagâ*, &c. addit: *Et hæc facta sunt per annum perpetem, cùm tandem malis domitus Deum coactus est confiteri, &c. & jam deficiens Edictum misit hujusmodi.* Itaque ægrotare cœpit postremâ parte anni imperii, sive TRIB. POT. XVIII. ac toto anno TRIB. POT. XIX. morbo vexatus fuit: initio verò TRIB. POT. XX. nempè post Kalendas Martias A. Christi 311. Edictum emisit. Jam verò si Edictum promulgasset anno eodem 311. ante Kalendas Martias, sub exitum TRIB. POT. XX. primùm initæ A. C. 291. uti putat Panvinius, idem ante Edicti promulgationem pleno biennio ægrotasset; nempè postremâ parte TRIB. POT. XVIII. ac rursùs TRIB. POT. XIX. ac XX. cùm Consul VIII. anno scilicet 311. Edictum emiserit. Consulendæ autem sunt Tabulæ Astronomicæ, si quæ eclipsis anno 292. contigerit, uti produnt laudati Fasti. Petavius anno Christi 291. ponit eclipsim die 15. Maii horâ tertiâ post meridiem. At Idacius eam eclipsim, ac illorum Cæsarum designationem perperàm eodem anno 291. recitavit, cùm creatio Cæsarum anno insequenti, si Lactantio fides, contigerit.

De imperio Cæsarum sub Augustis ita censeo. Quidam fuere puri puti Cæsares sine ullo imperio, uti Caius ac Lucius, Augusti filii, statim post adoptionem; uti & Nero, antequàm A. U. 804. imperio Proconsulari ornaretur. Ita etiam & Commodus ejusque frater Annius Verus, cùm essent parvuli. At quidam alii unà cum Cæsareâ dignitate imperium accipiebant. Ita Constantius ac Galerius cùm primùm Cæsares facti sunt, Proconsulare imperium acceperunt. Vopiscus c. 6.

Digitized by Google

de Vitâ Cari ait, hunc in animo habuiſſe, *ut Carino Cæſareum imperium abrogaret*, cùm, ut initio de Vitâ Carini ſcribit, *Cæſarianum teneret imperium*, quo nempè bellum in Occidente gerere poterat. Vide ſcripta mihi pag. 189. Cenotaph. Piſanorum. Cùm verò Conſtantius ac Galerius utì futuri bellorum adminiſtratores Cæſ. dicti fuerint, imperium etiam Proconſulare unà cum nomine Cæſareo inierunt. Hinc in plurimis Reſcriptis Codicis Juſtin. in titulis Legum Diocletiani & Maximiani, *Augg.* & *Cæſares* nominantur, nempè ob imperium Proconſulare extra urbem. Ita cum Valeriano & Gallieno Cæſar Valerianus etiam Reſcriptis ibidem præponitur, utì & Philippus Cæſar cum Auguſto patre. At in eodem Codice, ubi Divorum fratrum reſcripta recitantur, nunquàm legitur additus M. Aurelius Cæſar: ex quo infero, hunc, vivente Antonino Pio, purum putum Cæſarem fuiſſe. Videſis lib. 2. Cod. tit. 1. 13. & 38. lib. 6. tit. 26. Nec item Commodus unà cum patre M. Aurelio ac L. Vero legitur lib. 3. tit. 31. lib. 5. tit. 25. lib. 6. tit. 26. Itaque exiſtimo, quoſdam Auguſtos imperium Proconſulare ſuis Cæſaribus tradidiſſe; alios verò nudam omni imperio dignitatem Cæſaream filiis ſive naturâ, ſive adoptione communicaſſe. At omnia hæc ſingulari tuæ eruditioni examinanda propono eâ mente, ut ſim paratus tuam in ſententiam, quæcunque illa fuerit, pedibus tranſire; es enim Senator, ac apud me primæ etiam, ut olim dicebant, ſententiæ Conſularis. Vale, Vir doctiſſime, ac litterariæ in Belgio rei decus & præſidium. Dabam Florentiæ x. Kal. Decemb. 1688.

Illuſtriſſimæ Dominat. Veſtræ

Humillimus & addictiſſimus ſervus.

Hæc Vir illuſtris doctrinæ ad me miſit; quæ ſi tibi, Lector, tantùm quantùm mihi placent, placebunt certè plurimùm. Vale.

Digitized by Google

GISBERTI CUPERI NOTÆ IN LACTANTIUM.

www.libtool.com.cn

Pag. 180. *De Mortibus Perſecutorum.*] Ex exemplis, quæ Baluzio & Columbo notata ſunt, ſatis patet, Veteres frequenter *mortes* dixiſſe plurali numero. Neque aliter loquitur Manil. 1. 887.

Ceſſerat officium lacrymis: & funera deerant
Moribus, & lacrymæ ----------

Sen. Suaſ. extremâ; *Juba & Petrejus mutuis vulneribus concurrerunt, & mortes fœneraverunt;* quibus addendus Prudentius 2. contra Symm. 675. Cæterùm id quod Columbus optabat, ut Joannis Sarisberienſis opuſculum, quod *De Exitu Tyrannorum*, ipſo in de Nugis Curialium teſte, inſcripſit, lucem aſpiceret publicam, id certè & ego vellem ſummoperè. Arbitror enim eum Diocletiani, Maximiani, aliorumque Tyrannorum & θεομάχων mortes exituſque memoraſſe; & ut veteres auctores legere ſolebat, potuiſſe fortè conſulere hunc ipſum Lactantii libellum, cùm ſæculo vixerit XII. quo major longè MSS. copia ſupererat. Laus inventionis editionisque hujus opuſculi Anglis, vel Gallis reſervata eſt, quia in utroque regno vitam egit; & certè eruditione præſtantes viri omnem movere lapidem deberent, ut ea Joannis Sarisberienſis cura in lucem prodeat tandem. Balæo teſte, inſcribitur *De malo Tyrannorum exitu.* In Bibliothecæ Bodleianæ manuſcriptis laudatur ejuſdem *Nero*; & arbitrabatur Grævius idem opuſculum eſſe, quod à primo & ſæviſſimo tyranno ac perſecutore, *Nero*, & ab argumento, *De Exitu Tyrannorum*, fuerat inſcriptum: quem morem libros inſcribendi vetuſtum eſſe, ex Cicerone & Varrone conſtat.

CAPUT PRIMUM.

Pag. 180. lin. 4. *Addetur his omnibus.*] Fallor, aut intelligitur diabolus, qui præcipuus fidelium adverſarius & hoſtis eſt, quemque dicit tandem etiam vincendum eſſe, non ſecùs ac inſtrumenta ejus perſecutores ſuperati fuerunt: cap. XIV. *Noviès enim tormentis cruciatibuſque variis ſubjectus, noviès* ADVERSARIUM *gloriosâ confeſſione viciſti;* mox idem repetens, eum *Zabulum*, vel *diabolum* vocat: *Novem præliis Zabulum cum ſatellitibus ſuis*, id eſt, perſecutoribus, *debellaſti.* Et quanquàm Maxentius c. 43. dicatur unus intereſſe *de adverſariis Dei*, tamen ille aliique omnes eo, quo hæc ſcribebat tempore Lact. ſublati fuere perſecutores; undè cap. 50. *Hoc modo Deus univerſos perſecutores nominis ſui debellavit, ut eorum nec ſtirps, nec radix ulla remaneret.* Et tamen his omnibus addetur *adverſarius*, id eſt, diabolus; id quod etiam indicat fine hujus libelli: *Ut omnes inſidias atque impetus diaboli à populo ſuo arceat, ut floreſcentes eccleſias perpetuâ quiete cuſtodiat;* quod ſi fit, diabolus certè victus eſt, & additur reliquis adverſariis proculcatis. Atque ita diabolus dicitur Martyribus certamina parare. Paſſio SS. Perpetuæ & Felic. *Puellis autem ferociſſimam vaccam, ideòque præter conſuetudinem comparatam, diabolus præparavit, ſexui earum etiam de beſtiâ æmulatus.* Græci hunc adverſarium ſimiliter vocant ἀντικείμενον, quomodò Chryſoſt. in cap. 12. 2. ad Cor. Epiſtolæ, citans 3. Reg. 4. ὅτι ἦν Σαλὰν ὁ ἐχθρὸς αὐτῶν, explicat, τοῦτον ἀντικείμενον; & ita ὁ ἀντικείμενος in Epiſt. ad Theſſal. eſt Dei adverſarius, vel Antichriſtus, qui ſemper & perpetuò Deum oppugnat.

Lin. 5. *Reſtitutâ per orbem tranquillitate.*] Ita eleganter loquebantur, quia bella tempeſtatibus, utì notiſſimum, & procellis comparabantur. Indè in nummo Antonini apud Triſtan. T. 1. p. 576. TRANQUILLITAS. AUG. ut indicarent, Antoninum prudentiâ ſuâ & virtute pacem & tranquillitatem dediſſe imperio Romano. In aliis numiſmatis occurrit SERENA TRANQ. & ita mox Lactantio *pax jocunda & ſerena* dicitur.

Pag. 181. lin. 1. *Templum Dei, quod ab impiis fuerat everſum.*] Hîc agi de templo Nicomediæ, quod à Diocletiano & Maximiano everſum fuit, utì patet ex cap. 13. putat doctiſſimus Baluzius. Verùm ego arbitror, intelligi in genere debere Chriſtianam religio-

Digitized by Google

nem ; vel Christianos antè vexatos acerbà persecutione, nunc verò per Constantinum paci & quieti redditos. Hinc mox nihil de ædificio extruendo sequitur, utì omninò necesse erat : verùm de *mentibus*, quas pax jocunda & serena lætificat ; hocque ad præcedentia respicere, patet ex particulâ *enim* satis superque. Neque aliter mihi interpretandum esse videtur, quod mox sequitur : *Qui templum sanctum everterant, ruinâ majore ceciderunt : qui justos excarnificaverant ;* nam hoc in genere ad Persecutores referendum est, qui certè non jusserant templum Nicomediæ deleri omnes. Quin & initio capitis *templum* illud, sive cœtum fidelium, *ecclesiam* vocat : *Restitutâ per orbem tranquillitate, profligata nuper ecclesia rursùm exsurgit ;* quanquàm non ignorem, cap. 12. eamdem vocem pro conventiculo poni. Solebant ad hæc Patres gentilium deorum ædes *templa*, & loca, in quibus Christiani conveniebant, *ecclesias*, vel *conventicula*, &c. vocare ; id quod facit ipse Lactantius, cap. 5. 15. 35. 36. patetque ex Aureliani Imperatoris Epistolâ apud Vopiscum, & docuerunt satis eruditionis præstantis viri. Atque ut fideles in novo Fœdere dicuntur ναὸς Θεοῦ : ita & Patres Latini eosdem vocarunt *templum Dei sanctum, fidele, stabile, cœleste ;* utì facit ipse Lactantius cap. 2. & 15. necnon 4. Institut. 25. *Conquerentes profanos homines sacris interesse, egerunt Principes suos in furorem, ut expugnarent Dei templum* : ubi nequaquàm respicere Lactantium arbitror ad templum Christianorum apud Nicomediam, verùm ad *fideles*, quos per totum Romanum imperium conati sunt *expugnare ;* & vox hæc non de everso conventiculo, licèt milites manus operi admoverint : sed de Christianis persecutione afflictis commodè potest usurpari. Sic lib. 5. Institut. 2. τὸ *Dei* additum indicare videtur, & ibi fideles debere intelligi, non secùs ac cap. 33. infrà, quia Edictum, quod mox sequitur, omnes Christianos respicit.

Lin. 3. *Humano generi providerunt.*] Hùc pertinent nummi, quibus inscribitur PROVIDENTIA AUG. & SAPIENTIA PROVIDENTISSIMI PRINCIPIS ; & per *genus humanum* solenne est intelligere imperium Romanum : undè in iisdem nummis SALUS GENERIS HUMANI occurrit.

Lin. 6. *Nunc placatus.*] Putabam τὸ *Deus* poni debere post *placatus*, & Lactantium *jacentes & afflictos servorum* posuisse, pro miseris & afflictis servis : sed nunc non displicet Columbi *precibus ;* quod & eruditis Anglis in mentem venit.

Pag. 182. lin. 3. *De quo exitu.*] Verba quæ exciderunt, ità fortè supplenda sunt : *De quo exitu impiorum testificari placuit, ut omnes, qui procul moti fuerunt, vel qui post nos futuri sunt, scirent quatenùs virtutem & Majestatem suam in perdendis delendisque nominis sui hostibus Deus summus ostenderet ;* mox, post *auctores*, puto excidisse *tantorum scelerum*, vel *persecutionis*. Angli aliter paulò supplent, atque etiam Columbus ; quorum conjecturas si quis meæ præferat, haud id feram gravatè.

CAPUT II.

Pag. 183. lin. 2. *Cruciatus est.*] Id est, cruci affixus, utì ex Lactantii Institut. docet Columbus ; neque aliter locutus est Hegesippus lib. 18. *Capiebantur innumeri ; quingenti fermè ad diem cruciabantur.*

Lin. 3. *Duobus Geminis.*] Quàm diversa alii sentiant, notum est : vide Scaligerum, Petavium, Bucherium, Onuphrium, Langium, Christmannum, Th. Lydiat & alios.

Pag. 184. lin. 1. *Procellæ nubis.*] Plus dicit, quàm in sacrâ Scripturâ ; ibi enim tantùm νεφέλης mentio, & ablatio ipsa exprimitur per ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν : quæ loquendi ratio procellam excludit planè, docetque placidè J. Christum D. N. in cœlum sublatum esse.

Lin. 7. *Petrus Romam advenit.*] Tradit hoc etiam Lactantius 4. Institut. 21. *Miracula* autem respiciunt proculdubiò fabulam, quæ fertur de Simone mago, quæque narratur Arnobio & aliis.

Pag. 185. lin. 1. *Ac stabile.*] Id est, firmum, duraturum. Sic in nummis occurrit, TELLUS, vel TERRA STABILITA, apud Erizzum p. 386. quo significatur proculdubiò, Imperatores pacem duraturam & firmam dedisse orbi terrarum.

Lin. 3. *A cultu idolorum.*] Hoc Lactantius ut Christianus loquitur ; nam Ethnici dicebant *cultum deorum*. Inscriptio apud Gruterum :

DIOCLETIAN. CAES.
AUG. GALERIO. IN. ORI
ENTE. ADOPT. SUPER
STITIONE. CHRIST.
VBIQ. DELETA. ET. CVL
TV. DEOR. PROPAGATO.

Utque ex innumeris tam Græcis, quàm La-

Digitized by Google

tinis auctoribus, necnon ex Martyrologiis & Actis Martyrum patet, Gentiles ſtatuas deos repræſentantes ipſis deorum nominibus deſignabant.

www.libtool.com.cn

Ibid. *Ad religionem novam.*] Et hoc eſt, quod objiciebatur continuò Chriſtianis, uti patet ſatis ſuperque ex Arnob. lib. 1. pag. 34. lib. 2. pag. 92. 93. & 94. aliiſque. Indè Aſclepiades gentilis apud Prudent. Hym. 10. περὶ στεφ. v. 580. primò celebrat *ſacra vetuſta*, & indè *novellum dogma* Chriſtianis objicit; & Baronium ſecutus Triſt. Tom. 1. pag. 698. per *pueros & puellas novorum hominum* apud Capitol. in M. Ant. Philoſopho, intelligit pueros Chriſtianorum: quanquàm ego exiſtimem, Caſaubonum & Salmaſium veriora tradere.

Lin. 5. *Primus omnium.*] Hoc uno ore narrant omnes; & quanquàm à Claudio Chriſtiani videantur malè habiti, non ſecùs ac Judæi, quorum nomine primis Eccleſiæ naſcentis temporibus etiam illi veniebant, (quam in rem extat locus elegans apud Sulp. Sever. 2. 99.) non tamen motus ille inter perſecutiones numeratus eſt. Claudium Judæos Româ juſſiſſe excedere, tradit B. Lucas in Apoſtol. Actis; ac de eâdem re ita loquitur Sueton. c. 24. *Judæos impulſore Cheſto aſſiduè tumultuantes Româ expulit.* Per *Cheſtum* proculdubiò *Chriſtum* D. N. intelligit, eumque ita vocabant, quia *Cheſtus* erat nomen Romanis uſitatum, uti ex Inſcriptionibus, & Cic. 2. ad Fam. 8. patet; & puto Gentiles errore nominis Dominum noſtrum ita nominaſſe, non autem per contumeliam, id quod tamen eruditi exiſtimant. Neque enim mihi ulla contumelia eſſe videtur, aliquem *Cheſtum*, id eſt, bonum, ſuavem, benignum nominare; quanquàm erraverint ſatis ſuperque Gentiles, quandò illud putaverunt Salvatoris noſtri nomen eſſe. *Impellere* autem *Chriſtus* Judæos non potuit, quippè qui imperante Tiberio cœlo redditus eſt: ſed hoc ita mihi videtur eſſe interpretandum, nonnullos Judæorum noſtrum Chriſtum dixiſſe eſſe Meſſiam, alios contrà id negaſſe; atque indè tumultus inter ipſos tam privatim, quàm publicè ortos eſſe. Sed tamen Claudius nihil aliud fecit, quàm ut omnes Româ expelleret; illoque tempore abſque dubio etiam Chriſtianis eadem ſors obtigit: & quia ſolum tantùm, fortunis religioneque ſalvis, mutare cogebantur, Claudius inter Perſecutores numeratus non eſt.

Pag. 186. lin. 1. *Tam mala beſtia.*] Ita Neronem, Diocletianum, & alios Perſecutores nominat optimo merito Lactantius, uti monuit Baluzius. Videantur capita 4. 9. 16. 25. 32. & 39. in quibus, modò *execrabile animal*, modò *nefarium*, modò *mala beſtia* occurrunt. Latinus Pacatus Maximum vocat *belluam furentem*; ubi ſimilia ex Rutilio & Senecâ obſervat Livinejus. Neque aliter loquuntur de tyrannis & impiis Principibus Liv. 34. 39. Cic. lib. 1. & 3. Offic. Lucianus pag. 1015. 1016. 200. & 206. Ed. Bourd. Dion. Caſſius lib. 77. extremo, Arnob. 5. p. 115. Aſterius Homil. 1. quibus addi poteſt Rittersh. 4. 9. Lect. Sac. & in Paſſione Seraphiæ Helpidius *rabidiſſimus canis* vocatur. Scilicet interdùm non ſatis habebant generale nomen, ut *beſtia*, *animalis* adhibere: ſed quod eorum maximè fœdis hominibus conveniebat, vel convenire putabant, projiciebant. Ita Lycophron p. 20. Helenam propter impudentiam vocat κύνα; p. 170. Clytemneſtram δεσίκυνον δυσάδα; hominesque moribus ſævis & aſperis præditos ὄφεις, δεσικύνας, & *ſcorpiones* dictos eſſe, obſervavit Meurſ. ad Lycophr. p. 125. Sic Aſterius pag. 72. adulteram nominare nullus dubitat ἀκίδα ἢ ἔχιδναν; & apud Livium 39. 11. Hiſpala, mulier non ſatis pudica, *excetra* vocatur. Sic Julianus Ep. 23. Conſtantinum appellat πολυκέφαλον ὕδραν; undè ſatis perſpici poteſt, quo odio Apoſtata ille Chriſtianos fuerit perſecutus.

Lin. 4. *Adventum... nefas.*] Hæc ſic ſuppleri poſſe exiſtimo: *quod nefas eſt credere. Sicut duos prophetas vivos eſſe tranſlatos, & in ultimo ſæculo initium Chriſti ſanctum ac ſempiternum, cùm deſcendere cœperit, præceſſuros pronunciant, eodem modo etiam Neronem venturum putant, qui futurus præcurſor diaboli.* Et rectè primò dicit Lactantius, nefas eſſe credere Neronem rediturum, & Antichriſti præceſſurum adventum; eoſque paulò antè *quoſdam deliros* nominat. Hinc patet auctorem noſtrum, id quod monere oblitus non eſt Baluzius, non accedere eorum opinioni, qui cenſebant Neronem non eſſe mortuum, ſed adhuc vivere, & venturum ante finem ſæculi, ipſumque vel fore Antichriſtum, vel temporibus iiſdem per Occidentem ſæviturum, quibus ille per Orientem; quam in rem plura videri poſſunt apud Caſaub. ad Sueton. Commodianus Inſtruct. 41. canit, Neronem de inferno reverſurum; ejuſque verſus ſupponendi ſunt, quia libellus ille rarus eſt admodùm, & quia adventus Heliæ

Digitized by Google

etiam facit mentionem:

Dixit Esaias: Hic Homo, qui commovet orbem
Et Reges totidem, sub quo fiet terra deserta:
Audite, quoniam propheta de illo prædixit:
Nihil ego compositè dixi, sed neglegendo.
Tum scilicet mundus finitur, cùm ille parebit;
In tres imperantes ipse diviserit orbem.
Cùm fuerit autem Nero de inferno levatus,
Helias veniet priùs signare dilectos.
Res quas Africa regio, & Arctoa natio tota
In septem annis tremebit undiquè terra:
Sed medium tempus Helias, medium Nero tenebit.
Tunc Babylon meretrix incinefacta favilla
Indè ad Jerusalem perget, victorque Latinus
Tunc dicet: Ego sum Christus, quem semper oratis.

Per Prophetas autem *vivos translatos duos*, intelligendi sunt Enochus & Elias, uti patet ex Jo. Damasceno 4. 27. de Orthod. Fide; quanquàm alii solius Eliæ reventuri meminerint, quod etiam facit, uti ex laudatis versibus patet, Commodianus. Prætereà respicere Lactantius videtur ad regnum Christi millenarium, de quo videri etiam potest l. 7. c. 1. extremo, & cap. 14. alibique Instit. Divinarum; illique addi potest Commodianus. Ut autem hoc loco *descendere* dicit Christum advenientem: ita etiam de ejus nativitate non aliter loquitur 4. Inst. 10. *Ut esset necesse, appropinquante sæculi termino, Dei filium descendere in terram.* Græci id vocant καταβαίνειν, & Jupiter Καταβάτης, vel *Descensor* occurrit in nummis; eoque nomine ad adulationem proni Athenienses honorarunt Demetrium Poliorcetem, tanquàm in eum mutatus Jupiter in terram descendisset. Non satis cautè, meâ ex sententiâ, Tristanus Tom. 2. p. 571. explicat, *in terram fulmen jaculantem Jovem.* Nam quamvis Jupiter fulmen jaculans, & cum pluit, καταβαίνων, & *descendere* possit dici, ipsumque adeo fulmen, vel σκηπτὸς, Lycophroni p. 67. vocetur καταβάτης, & eidem p. 199. Ζεὺς καταιβάτης dicatur fulmine hostium domos incendere; quamvis loca fulmine tacta consecrata fuerint eidem Jovi, teste Magni Etymol. Auctore in v. Ἐπιλύσια, nec non Polluce lib. 9. c. 5. puto tamen, Demetrium ita dictum fuisse, quia adulatores ipsum Jovem esse persuasum sese habere volebant videri. Sic & Jupiter *descendere* dicitur, quandò pluit. Virg. 2. G. 324.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætè descendit ——

& fortè hæc mythologia repræsentatur in nummo Antonini Pii apud Seguinum p. 197. in quo Jupiter in aëre suspensus, & alatum tenens fulmen unâ manu, alterâ ex cornucopiæ effundit vel rorem, vel pluviam.

CAPUT III.

Pag. 187. lin. 2. *Donec impias manus.*] Interpres Vulgatus Esaiæ 14. 26. *Et hæc est manus extenta super universas gentes;* Lactant. cap. seq. *Impias manus in Deum intentavit;* nihilque aliud illæ loquendi rationes significant, quàm aliquem oppugnare. Alio sensu in Inscr. apud Grut. 1. DCCCXXX. PROCOPE dicitur MANUS LEVARE CONTRA DEUM, QUI INNOCENTEM SUSTULIT, addito duarum elevatarum manuum ectypo; nam illa se innocentem testatur obiisse, deumque ut crudelem accusat, quòd tam citò humanis sit erepta rebus.

Lin. 5. *Interfectus domi. Etiam memoria.*] Parùm abest, quin distinguam: *Interfectus. Domi etiam*, id est, Romæ, ex Senatûs decreto, uti patet ex seqq. & Suetonio. De more autem damnandi memoriam alicujus vide Lipsium ad 6. Ann. Taciti; & Rad. Forner. 2. c. 17. & 18. Rer. Quotidianarum. Eòque pertinet nummos talium Impp. etiam abolitos & fusos fuisse, uti factum, Dione teste, mortuo Caligulâ; vel nihil eos valuisse, quemadmodum docet Arrianus de Nerone agens 4. 5. in Epictetum. At quantò melius cum bonis Principibus habere ἀγαθὴν μνήμην, quam iis tribuit Themistius Orat. nonâ! Quòd si distinctio hæc admittenda non est, per *in domi* proculdubiò intellexit Lactantius, Domitianum in palatio suo occisum, idque à suis, fuisse; uti patet ex Suet. c. 17. & hoc mihi nunc præferendum esse videtur.

Lin. 11. *In statum pristinum.*] Lactantium sentire hoc sub Nervâ factum esse, non autem vivente adhuc Domitiano, satis puto patere ex verbis, quæ præcedunt, *rescissis igitur actis tyranni;* quod certè non nisi post mortem Domitiani evenire potuit. Non tamen ille diù Ecclesiam persecutus est; quin & meliori menti redditus, à persequendis Christianis destitit, & exules revocavit, uti haud obscurè ex Tertulliano patet: *Tentaverat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate; sed quia & homo, facilè cœptum repressit, restitutis etiam, quos relegaverat;* qualia etiam tradit Hegesippus apud Euseb. 3. 20. Historiæ Eccles.

IN CAPUT IV.

Pag. 188. lin. 1. *Execrabile animal De-*

Digitized by Google

cius.] Si Martyrologiis habenda fides, proximi tamen ejus Christiani fuerunt, ut *Trosonia*, vel *Tryphonia*, vel *Tryphana*, filii ipsius Cæsaris uxor, cujus celebratur memoria in Martyr. German. nuper edito a. d. xv. Cal. Nov. iisdemque sacris imbuta fuit filia Cæsaris ejusdem *Cyrilla*, teste Adone in Martyr. p. 159. 174. & 178. Sed cum diligenti cautelâ ejusmodi libri legendi sunt.

www.libtool.com.cn

Ibid. *Exstitit enim post eum execrabile animal Decius.*] Nullus ferè locus æquè notabilis in hoc toto libello est; nam indè discimus, Christianos temporibus Nervæ, Trajani, Antoninorum &c. promulgatis & propositis Impp. Edictis, atque adeò ipsorum jussu persecutionem passos non esse: undè & cap. præced. Lactantius eos nominat *bonos Principes;* quod certè non feciſſet, si res Christiana tantum ab iis damnum accepisset, quantum Martyrologia præ se ferunt. Et observatione inprimis etiam dignum est, Prudent. lib. 2. contra Simm. v. 669. Neronianæ persecutioni subjungere Decianam, omissis non modò persecutionibus, quæ Antoninis aliisque bonis Principibus tribuuntur, verùm etiam illâ, quâ Domitianus in pios grassatus est:

Illius instinctu primus Nero, matre peremptâ,
Sanguinem Apostolicum bibit, ac me strage piorum
Polluit, & proprium facinus mihi savus inussit.
Post hunc & Decius jugulis bacchatus apertis
* Al. *hæc.* *Insanam pavit rabiem: mox & * sitis arsit*
Multorum similis. ———

Causas proculdubiò suas habuit Prudentius, cur Domitiani sævitiam silentio involvere, quàm enarrare, maluerit. Scilicet persecutio illa non diù duravit, & consilium ille mutavit in melius. Anno enim imperii quartodecimo incœpit sævire in Christianos; cùmque anno quintodecimo occisus sit, per multos utique annos id facere non potuit: id quod clariùs patebit indè, quòd, teste Tertulliano, *facilè cœptum repressit, restitutis etiam, quos relegaverat.* Nec omittendum, eumdem Tertullianum uti verbo *tentare*: *Tentaverat Domitianus;* & Lactantium cap. præced. scribere, Domitianum *subjectorum cervicibus incubasse quàm diutissimè, & tutum regnasse, donec impias manus adversùs Dominum tenderet;* & traditum esse in manus inimicorum suorum, cùm ad justum populum persequendum incitatus est. Nam hæ loquendi formæ satis indicant superque, Domitianum ultimo imperio suo persecutionem movisse: quin & vox *tentare*, eam emollire quodammodò, & incœptam esse, significare videtur. Præterea Prudentius de cruciatibus & cædibus, quibus in Christianos sævierunt Nero & Decius, loquitur. At Domitianus eos tantùm neci dedit, qui se oriundos Judâ & cognatos Christi esse dicebant; reliquos autem relegavit, uti haud obscurè ex Euseb. 3. 20. patet: hinc etiam à Tertulliano dicitur *restituisse eos, quos relegaverat;* & Nerva redire in patriam eos permisit, qui ἀδίκως erant ἐξελαμένοι, vel expulsi. Henr. Dodwellus Dissert. 11. in Cyprianum multus est in adstruendâ Martyrum paucitate; rejicitque, Lactantium secutus, persecutiones, quæ Adriano & Antoninis tribuuntur. Ejus sententiam refellere conatur Jo. Mabillonius in Itinere Italico, ope Prudentii Hymn. xi. περὶ στεφ. ubi *innumeros cineres* Martyrum celebrat; & duarum Inscriptionum, quarum prima Alexandrum quemdam sub Antonino, altera Marcum adolescentem, ducem militiæ sub Hadriano, martyrio affectos esse testantur. Verùm licèt genuinæ hæ Inscriptiones forent (id quod aliis fortè secùs videbitur) non tamen bini Martyres numerum eorum valdè augere poterunt; nec indicio erunt, Hadrianum & Antoninum tot Christianos Romæ neci dedisse, quot in Martyrologiis memorantur. Deindè non disputatur, num aliqui Christiani sub iis passi Romæ, vel in provinciis sint: (potuerunt enim id facere Præfecti, vel Præsides immitiores, & superstitioni gentili magis devoti) sed num talia jusserint boni illi Principes; id quod certè ego difficulter credere possum. Denique Prudentius post gravissimas Diocletiani aliorumque persecutiones scripsit, per quos certè Romæ plures martyrio affecti sunt; & donandum aliquid Poëtis, ubi rem exaggerare conantur.

Lin. 4. *Nam profectus adversùs Carpos.*] Cum his bellavit Philippus, qui ante Decium imperavit, &, si nummis fides, eosdem vicit; æreus enim ipsius vultu, teste illustri Spanhemio, signatus inscribitur VICTORIA CARPICÆ. Sed vel non benè domiti fuerunt, vel rebellarunt, quia Decius contra eos profectus est; inque ejus nummo apud Trist. T. 2. p. 578. legitur VICTORIA CARPICA VOTIS X. Et ex nuncupatis votis decennalibus patet haud obscurè, primo imperii sui anno prosperè Decium adversùs Carpos pugnasse; videturque per totum biennium cum Carpis, aliisque barbaris, bella gessisse. Et quidem Zosimus 1. 2. testatur, eum imperio admotum hostes coëgisse recedere ad ripam Tanaïs,

Digitized by Google

Tanais, eosque ex Mœsiâ & Daciâ, quas occupaverant, expulisse; undè in ejus nummis cernitur proculdubiò DACIA CAPTA, & DACIA FELIX. Neque tamen ita Carpi quieverunt; nam ab iis cæsus fuit, teste Lactantio, & Zosimo, qui longiori narratione utitur. Aurelianus ab iisdem devictis *Carpicus* dictus est, narrante Vopisco. Hinc Diocletianus posteà antiquis *excitos eos sedibus transtulit in Pannoniam*, teste Am. Marc. 28. i. Hieron. in Chron. p. 178. Eutropio 9. 15 Aur. Victore 39. aliisque. Et ab iis proculdubiò *Carporum vicus* in Mœsiâ nomen accepit, cujus meminit Ammianus 27. 5. ubi Valesius notat, Carpos à Galerio victos fuisse, & deditione factâ, omnes in Romanum solum translatos esse Tusco & Annullino Coss. Atque à devictis Carpis Galerius *δὶς Καρπῶν νικητὴς* dictus est apud Euseb. 8. 17. Histor. Eccl. Et hâc occasione eruditis illustrandas propono *urbes Carpias*, quas memorat Menander Rhetor, lib. 1. cap. 15. de Gen. Demonstrativo: *τῇ δὲ ἀναγκαίᾳ, ὡς καλὰ ἰδεῖν τὰς πόλεις τὰς καλὰ ὑπὲρ πολεμίων ὑπὸ Ρωμαίων κατοικισθείσας ἰδεῖν καλυμένας Καρπίας, ὡς μὴ διαβαίνοντες οἱ βάρβαροι κακουργῶσιν*; *Necessarii autem, ut quòd attinet ad urbes juxta flumen conditas à Romanis, quæ Carpia dicuntur, ne trajicientes barbari infestarent*, uti vertit Græca Natalis Comes. Examinent autem alii, quæ hæ urbes fuerint, numque illæ *Carpia*, vel *Carpica* dictæ sint, quas Romani contra Carporum excursiones in ripâ Danubii exstruxerunt; quod si verum, necesse est, multùm sibi ab his barbaris initiò metuisse Romanos. Ptolemæus oppidum *Κάρπιν* Danubio imponit.

Pag. 189. lin. 1. *Ne sepulturâ quidem.*] Et hoc inter pœnas Decio inflictas refert Lactantius. Gentiles maximè cadaverum, vel reliquiarum sepulturam exoptasse constat, quia persuasum habebant, insepultorum animas non quiescere, nec à Superis, vel Inferis diis recipi. Christiani etiam, quanquàm Augustinus dicat nihil interesse, humi quis, an alibi putrescat, sepulturæ admodùm studiosi fuerunt, illamque gentiles Judices sæpè Martyribus inviderunt, uti ex eorum historiis patet satis superque; adeò ut mirum non sit Lactantium hoc notare, præcipuè in Imperatore, cui Mausoleum cæteroquin erectum fuisse fortè.

CAPUT V.

Pag. 190. lin. 1. *Illud verum esse dicebat.*] Verba hæc optimè sese habent, nec quicquam, ut putabat vir eruditus, subauditur. Romani scilicet in parietibus, aut tabulis pingere solebant Imperatores calcantes hostium & Regum devictorum cervices & terga. Nummi certè moris illius indubitati testes sunt; & Impp. ita pictos fuisse, docet locus elegans Gregorii Nazianzeni Invectivâ I. in Julianum. Dicit igitur Persarum Rex, fictitias & imaginarias esse picturas Romanorum, in quibus Imperator calcabat Regum, & fortè ipsius Saporis cervices: verùm illud verum esse, quòd ille calcaret Valeriani terga. Ut autem clarè hic locus possit percipi, notandum est, veterum sellas caruisse stapedibus, vel instrumentis, quibus hodiè in ascendendis equis utimur, & quibus equites aliquo modo insistunt. Indè vel saltu equos ascendebant, vel aliorum operâ in eos levabantur, & subjiciebantur. Virgil. 12. Æn. 287.

Infrænant alii currus, aut corpora saltu
Subjiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.

Et Vegetii etiam ætate, quemadmodùm patet ex lib. 1. c. 18. *tyrones condiscebant non solùm à dextris, sed etiam à sinistris partibus & insilire, & desilire*: quò certè nihil pertinent *desultores* Livii aliorumque, nec *pares equi* Festi, quos advocat Stewechius. Hinc qui de equis descendebant, dicebantur *equis delabi, desilire, defluere*, uti ex Justin. l. 1. c. 10. Virgil. 11. Æn. v. 501. & Furio apud Macrob. 6. Sat. 14. patet. Et Græci eodem sensu *ἀποπηδᾶν* dixerunt, id est, *desilire*, uti ex Themistii Orat. 6. patet. Et quidem *desilire*, ut puto, est uno saltu sese equo liberare; *defluere* autem, lentè & trans corpus, ut sic loquar, equi descendere: undè Furius ita locutus est de vulnerato; idemque facit Liv. lib. 2. *Nec quicquam equitis vulnere retardato, moribundus Romanus, labentibus super corpus armis, ad terram defluxit*: undè & Virgilius per *ὑ desilire* majorem agilitatem possit videri Camillæ tribuere, quàm turmæ ipsius, quam canit *defluxisse*. Alii, & quidem honoratiores, ab hominibus in equos sublevabantur; Liv. 6. 24. *Cùm Camillus subjectus à circumstantibus in equum, & raptim subsidiis oppositis: hæc est, inquit, milites, pugna, quam poposcitis.* Habebantque *Stratores*, à sternendis, vel insternendis equis ita dictos, qui dominos in eos levabant. Spart. Caracal. 4. *Denique cùm eum* STRATOR *ejus levaret, pugione latus ejus confodit*; Ammian. Marcel. l. 38. *Cùm eum elatus non susciperet equus, anteriores pedes præter morem erigens in sublime, dextram* STRATORIS *militis jussit*

abscindi. Ubi observa, milites id ministerium exhibuisse Imperatoribus; loquitur enim de Valentiniano. Ita 22. 1. de Juliano: *Lapso milite, qui se insessurum equo dextrâ manu erexit.* In Inscr. apud Grut. 7. CI. occurrit MATERNIUS. PERLETUS. MIL. LEG. VII. PR. P. F. STRATOR. & in 2. CCCLXXXIX. SILIUS. HOSPES. HASTATUS. LEG. I. GEMINAE. STRATOR. EJUS. vel præsidis T. Cl. Candidi. Nescio, an eodem sensu hæc vox occurrat in Inscr. apud Sponium pag. 233. Miscell.

DIOMEDES AP
STRATOR
FAUSTAE. HEDIAE.

Nam vir eruditus explicat *stratorem Appiæ*, qui viam sternebat eam, pavimentumque, ubi deficeret, restituebat. Quòd si Faustam Hediam in equum hic Diomedes levavit, illustre documentum haberemus, mulieres etiàm suos Stratores habuisse: sed, ut verum fatear, *Appiæ viæ strator* magis placet, qui uxoris fortè suæ memoriam conservavit; & ita *strata* Virgil. & *straturam viarum* dixit Suetonius. Græcis homo, qui equum ascendentibus idem officium præstabat, dicitur Ἀναβολεύς; isque Suidæ exponitur ὁ ἐπὶ τ ἵππον ἀναγων; idque exemplo ex nescio quo auctore sumpto firmat idem: ὁ δὲ βασιλεὺς τ ΑΝΑΒΟΛΕΑ προσκαλεσάμενος, καὶ ταχέως ἀναβὰς ἐπὶ τ ἵππον, ἤτησε πιεῖν: *Rex Stratorem vocans, celeriter conscenso equo, potum petiit.* Neque aliter locutus est Plutarchus in Crasso: *Simul Crasso admotus est equus auratis frenis;* καὶ οἱ ἀναβολεῖς αὐτὸν ἐφίππιον παρεβίβασαν; *& stratores eum sublevantes imposuerunt*: undè simul patet, plures simul id officium uni eidemque homini præstitisse nonnunquàm. Persas quoque *stapedas* ignorasse, & stratores servos habuisse, patet ex Historiâ Tiribazi apud Xenoph. lib. 4. nec non ex ejusdem Hipparchico pag. 956. undè videor colligere, Stratores Græcis illo tempore adhuc incognitos, & morem à Persis deductum fuisse; nam scribit, juniores equites addiscere debere in equos insilire: ætate autem provectioribus haud parùm profuturum τ πειρᾶσθαι τρόπου ἀναβάλλεσθαι ὅτ' ἄλλου. Scythasque iis usos non fuisse, ex Hippocrate docuit Magius in Miscellaneis. Sapor igitur ut equum conscendere posset, Stratoribus usus non est, sed Valeriano, qui etiam ipsi Stratoris vicem non præstabat, verùm stapiæ: quia dorso ejus imponebat pedes, uti optimè observat Illustris Salmasius ad Histor. Augustam. Et hoc notare oblitus non est Auctor Passionis S. Pontii apud Baluzium: *Valerianus scilicet Imp. in captivitatem ductus à Sapore Rege Persarum, non gladio, sed ludibrio omnibus diebus vitæ suæ merita pro factis percepit, ita ut quotiescunque Rex Sapor equum conscendere vellet, non manibus* (ecce munus Stratoris) *ejus, sed incurvato dorso, & in cervice ejus* (qui sc. stapedæ loco erat) *pede posito, equo membra locaret*; similiaque tradit Hugo Florensis in Chronico: *Ad extremum autem ipse Valerianus Dei præsidio destitutus, à Rege Persarum Sapore captus, ignominiosâ apud eum servitute consenuit, & donec vixit, hanc infamis officii pœnam semper tulit, ut acclinâ humi Regem ascensurum, non manu, sed dorso attolleret.* Cùm igitur stapedum usus antiquis fuerit ignotus, certè Alexandri Magni nummus, quem exhibet Laurenbergius in Græciâ Antiquâ, vel supposititius, vel malè depictus est, quia ille pedes instrumentis istis habet impositos; & similis planè nummus cernitur apud Lazium lib. 1. Græciæ: sed stapedes ex lateribus equi non dependent.

Et rectè quoque propterea Sponius T. 2. p. 386. rejicit sellam, vel ephippium, quod Julio Cæsari attribuunt Helvetii. In originem tamen horum instrumentorum inquirendum est; & Carolus quidem Pagius pag. 333. ea valdè recentia facit. Scaliger quoque novitiam rem esse tradit; & eam ob causam maximum Constantini Imperatoris nummum argenteum recentem esse judicat. Alii contrà, interque eos Magius, antiquum, licèt non antiquissimum morem esse contendunt, adducuntque Inscriptionem veterem, cujus hic finis est:

——— CASU. DESILIENS.
PES. HAESIT. STAPIAE. TRACTUS. INTERIT.
IN. REM. TUAM. MATURE. PROPERA. VALE.

Sed primò nihil de ætate hujus monumenti constat; deindè varia sunt, quæ illud vel ultimi ævi, vel suppositium esse suadent: undè etiam Janus Gruterus illud spuriis Inscriptionibus inseruit. Negari tamen non potest, quin instrumenti hujus mentio fit apud Eustathium, qui floruit Manuelis Comneni temporibus, circa annum Christi MCL. item sub Alexio Comneno & Andronico, ad Odyss. Ἀναβάλλειν καὶ τὸ ἐς ἵππον ἀγάγειν, ἔφιππον ποιεῖν, ὅθεν καὶ ἀναβολεὺς ὁ μόνιμον τὸ σιδήριον ἐς τὰς πέδας ὑπολίπτες ἔφιπποι γίγνονται ἵπποι, ἀλλὰ καὶ ἄνδρα ἄγων ὃς εἰς πεῖσιν ἔργον καθυπάγει; id est, Ἀναβάλλειν *significat in equum levare, & equo ut insideat eques facere*: *indè* ἀναβολεὺς *non modò ferrum notat, cui pedes inferentes equos nonnulli ascendunt, sed etiam hominem, qui*

eidem rei inſervit. Ante Euſtathium Suidas, qui vixit temporibus Alexii Comneni prioris, circa annum Chriſti 1080. idem inſtrumentum memorat: Ἀναβολεὺς καὶ ὁ ἵππος Ῥωμαϊστὶ λεγόμενον σκάλα. Idque adducto teſtimonio ex auctore anonymo firmare conatur: ὃ ὁ Μασσίας γράφων, ἵνα χωρὶς ἀναβολέως ἐπίβαινον. Salmaſius in Epiſt. de Cruce, & Reineſius 3. Var. 2. rectè reſcribunt Μασσαλιώτας; illeque per ἀναβολέα non *ſcalam*, verùm *ſtratorem* intelligit, qui domino equum aſcendenti manum commodabat. Polybii fortaſsè hoc fragmentum eſſe, putat vir illuſtris; ex eoque ſuum hanc deſumpſiſſe Suidam, exiſtimat Reineſius: ſed rectè Lipſius notat, ejus auctorem eſſe Appianum, quippè qui lib. de Bellis Punicis p. 107. ed. ultimæ, ita de Maſiniſſâ loquitur: *Corpore quoque magno & robuſto ſe γέρας πολύ ſuit; uſque ad mortem prœliis interfuit,* ἵνα ὁ χωρὶς ἀναβολέως ἐπίβαιν, *& equum ſine ſtratore* (peſſimè redditur *ſine ephippiis*) *aſcendit.* Adeò ut Suidæ quidem ætate ſcalæ fuerint nonnullis in uſu: ſed illæ in verbis laudatis nequaquàm quærendæ ſunt, cùm antiquioribus temporibus planè fuerint incognitæ. Leo Imp. cognomento Philoſophus, qui imperium adiit mortuo patre Baſilio Macedone, anno 886. lib. 1. Tact. c. 6. hæc inſtrumenta etiam memorat: *de* ὃ τὰς σίλλας δύο σκάλας σιδηρᾶς, *ad ſellas duas ferreas ſcalas;* imò ante eum Mauritius, quem vixiſſe volunt anno 491. iiſdem verbis utitur lib. 1. cap. 2. Tacticorum. Quin & D. Hieronymi ætate, qui floruit anno 408. videntur hæ ſcalæ in uſu fuiſſe; ita enim in Epiſtolis, teſte Magio, loquitur: *Si memoria non labat, ſe cùm quaſdam accepit litteras jumentum conſcenſurum, jam pedem habuiſſe in* BISTAPIA; imò Voſſius 1. de vit. Serm. 7. fretus Inſcriptione antiquâ antè à me laudatâ, fortaſsè paulò antiquiorem earum uſum fuiſſe cenſet: ſed leve hoc argumentum eſſe, ex iis, quæ monui, conſtat. Atque ex his conſtabit utique, Hugonem 1. de Mil. Equeſtri c. 5. malè exiſtimare, nullam hujus inſtrumenti mentionem extare, quàm apud Euſtathium Homeri interpretem. Notandum autem diligenter Euſtathium dicere, *quoſdam* id ferrum uſurpaſſe; & illuſtrem Salmaſium exiſtimare, Leonis Imperatoris tempore equites iſtis ſcalis ferreis non habuiſſe impoſitos pedes, dum equitarent: ſed eas tantùm uſum præſtitiſſe ad ſcandendum in equum, poſt ſubductas, & ſub ſellam fuiſſe reconditas; quod ſi verum, jam Leonis ætate abſque illis ſcalis equitabant, & incognitus adhuc ſtapedarum noſtrarum uſus, quas tamen Hieronymi *biſtapia*, ipſiuſque Leonis *duæ ferreæ ſcalæ* (nam una ſuffecillet aſcendenti) videntur agnoſcere. Nam *bi* in *biſtapiâ* proculdubiò numerum dualem denotat, non ſecùs ac in aliis compoſitionibus: ſic apud Prudent. Hym. 12. *biſeſtus dies* eſt ſacer duobus Apoſtolis Paulo & Petro; *bipalium* apud Varr. 1. 24. de R. R. *bicinium*, ubi duo canunt; *bilorus*, *biplex*; & *biſellium*, quod illuſtravit Chimentelius, quodque etiam occurrit in Colloquio Scholaſtico cum Gloſſis edito à Vulcanio: Δότε ἕδος δεῦτε, δίφρε, βάθρον, δισέλλιον. *Date huic ſedes, ſellas, ſcamnum, biſellium;* & in Notis Tyronis p. 164. *Sella, ſellarius, ſelliſternium, biſellium, ſubſellium, bidinium, tridinium;* ubi lege *biclinium, triclinium.* Quidquid ſit, certa hujus moris origo difficulter poteſt ex tenebris in lucem protrahi. Caſaubonus ad Ath. 6. 16. antiquiſſimos Rabinorum *ſtapedum* mentionem facere ſe ſcribit alibi docere; & ſi nummus à Triſtano vulgatus genuinus, adſcribenduſque eſt Choſroi Perſarum Regi, à Juſtiniani, cui ille fuit æqualis, tempore, & à Perſis fortaſsè mos hic repetendus eſt. Nam inſidet equo Choſroes inſtar Solis (cujus ſe & Lunæ fratres dicebant Perſarum Reges) radiis ornatus, pedeſque ejus ſtapedibus, quemadmodùm ex ectypo patet, inſiſtunt. Cùm autem omnes homines Stratores non habebant, C. Gracchus, liberâ Repub. ut conſuleret plebis commodis, conciliaretque Italorum ſibi animos, vias ſtravit multas, columnas lapideas ad indicanda milliaria ſtatuit, ἄλλους ὃ λίθους ἑλαφρὸν ἀναίχνοιας ἀλλήλων ἑκατέρωθεν τοῦ ὁδοῦ διέζευξεν, ὡς ἐν ῥᾳδίοις τοῖς ἵπποις ἔχειν ἐπιβαίνειν ἐπ' αὐτῶν ἀναβολέων μὴ δεομένοις; *alios lapides paulùm à ſe invicem diviſos ab utroque via latere conſtituit, ut qui equos haberent, facilè eos aſcendere poſſent abſque operâ ſtratorum,* teſte Plut. in ejus Vitâ; & quia tunc temporis ſcalæ non fuerint in uſu, certè nulla cauſa eſt, cur Lipſius fluctuet, & ad inſtrumentum ſcanſile verba illa trahi poſſe exiſtimet. Idem autem quod Gracchus fecit, diù antè etiam memorat alicubi Xenophon.

Pag. 190. lin. 1. *Impoſito pede ſuper dorſum ejus.*] Variant auctores illius & poſteriorum temporum in deſcribendâ calamitate, quæ Valerianum exercuit, uti videre licet apud Barthium ad Claudianum & ad Statium, l. 2. Theb. v. 713. ſed ipſi Saporem cervicem calcaſſe, præter Victoris Epitomen, Paſſionem S. Savini, teſtis omni exceptione major eſt Lactantius noſter. Vir eruditus tam ex veteri Teſta-

Digitized by Google

mento, quàm profanis auctoribus, illustrat morem calcandi devictorum cervices; atque ex Coryppo Imperatores Romanos ita pictos fuisse docet:

Ipsum autem in mediâ victorem pinxerat aulâ
Effera Vandalici calcantem colla tyranni.

Indè conatur evincere, hæc verba: *Nam quamdiù vixit Rex ejusdem provincia, incurvato eo, pedem cervicibus imponens solitus erat equum conscendere*, assuta Eutropio aliundè esse, quia in melioribus codicibus non inveniuntur, atque etiam à Græco interprete omissa sunt; & postquàm attulisset varias de Valeriani calamitate sententias, etiam Eusebium ad partes vocat, atque ex ejus lib 7. c. 8. Hist. Eccles. vel potiùs ex Dionysio, quem ille sequitur, docet Valerianum ita in imperio consenuisse, ut ipse affectus ætate tradiderit id regendum filiis; additque Eusebium rem Romano nomine indignam, reverentiâ suorum Principum, vel negligentiâ, vel aliâ de causâ, transire, eoque genere neminem nescire eum sæpiùs cum toto grege suo labi. Certè Valerianus duos filios habuit, Gallienum & Valerianum, eumque Augustum, hunc Cæsarem fecit, antequàm in Saporis venit potestatem: sed tamen apud neminem alium auctorem reperio, Valerianum ita in imperio consenuisse, ut ætate affectus id tradiderit filiis. Nam primò ille in imperio non consenuit, sed annos LXX. natus Imperator factus est; & cùm ætatem ferret optimè, multisque virtutibus præditus dignus esset imperio, non certè dici potest propter ætatem imperium filiis tradidisse, Gallienum licèt initio Principatûs Augustum, & alterum filiorum Valerianum Cæsarem *absens*, fortè ad bellum Persicum profectus, creaverit. Deceptus proculdubiò Barthius est à Christophorsono Eusebii interprete, quem rectè notat Valesius verba laudata intellexisse de Valeriano, cùm ad Macrianum, cujus proximè mentio præcessit, sint referenda; undè hodiè ita ille locus vertitur: *Macrianus verò imperandi cupiditate flagrans, tametsi imperio indignus, cùm regium imperium induere non posset, ipse corpore debilis, duos filios paterna in se transfaturos crimina imperio præfecit.* Et quadrant hæc optimè cum iis, quæ narrat in ipsius Vitâ Trebellius Pollio. Nam quamvis ille non memoret *imperii cupiditatem*, tamen ex consilio, quod cum Balistâ habuit, (de quo idem videatur in Gallienis) & quia statim manus ipsi dedit, puto satis patere, hanc scenam ipsos communi consilio egisse, & ita Macrianum posse dici imperium concupivisse. Reliqua optimè etiam conveniunt; nam Macrianus dixit: *Sed non hoc in me ætatis est: senex sum, ad exemplum equitare non possum; lavandum est mihi frequentiùs, edendum delicatiùs; divitiæ me jamdudùm ab usu militiæ retraxerunt.* Cùm autem Balista intelligeret eum de filiis cogitare, dixit, *prudentiæ se ipsius Rempublicam tradere: daret liberos Macrianum & Quietum fortissimos juvenes;* atque ita factus est cum duobus filiis, cunctis militibus volentibus, Imperator. Sed quia Valeriani Cæsaris mentionem tam illustrem facit Lactantius, facere non possum, quin Epitomen Victoris examinem. *Licinius Valerianus, cognomento Colobius, imperavit annos quindecim, parentibus ortus splendidissimis, stolidus tamen & multùm iners, neque ad usum aliquem publici officii, consilio, seu gestis accommodatus. His filium suum Gallienum Augustum fecit, Gallienique filium Cornelium Valerianum Cæsarem.* Quod de ingenio Valeriani dicit ille, satis refellitur à Tristano initio Tom. 3. quem arbitror verissima monere; deindè Valerianus non regnavit per annos quindecim, sed ad summum per annos sex. Factus enim Imperator septuagenarius, teste Treb. Pollione, & quidem anno Christi 253. captusque à Persis fuit an. 259. Fulv. Æmiliano & Pomponio Basso Coss. notantque viri eruditi, eum crudelissimâ morte obiisse, à cervicibus cute ad imos pedes detractâ Saporis jussu anno ætatis 77. quæ certè tot imperii annos excludunt, licèt Chronicon Alexandr. eidem etiam quatuordecim annos tribuat. Erroris fons fortè petendus est ex iis Auctoribus, qui scripserunt, Valerianum & Gallienum totidem annos imperasse; quod cùm de Gallieno verum sit, (quippè qui cum patre sex, solus novem annos imperium tenuit) alii id etiam de Valeriano interpretati sunt. Trebell. Pollio ita loquitur in Gallienis: *De annis autem Gallieni & Valeriani ad imperium pertinentibus adeò incerta traduntur, ut cùm* XV. *annos eosdem imperasse constet, id est, Gallienum usque ad quintumdecimum pervenisse, Valerianus verò sexto sit captus, alii* IX. *annis, alii decem etiam Gallienum imperasse, in litteras mittant.* Neque aliam potuisse mentem esse Auctoris Epitomes, patet ex iis, quæ mox narrat: *Regnavit annos quindecim*, (nimirùm Gallienus) *cum patre septem, solus octo:* undè Gallienus in Epistolâ Dionysii apud Euseb. 7. 23. vocatur συναυξὶς ἅμα βασιλεῖ καὶ πατρί. Quod autem addit,

Gallieni filium Cornelium Valerianum Cæsarem à Valeriano esse factum, id alii meliori jure ad Valerianum Valeriani filium referunt, qui aliâ, quàm Gallienus matre, vel Marinianâ genitus, à patre absente Cæsar est appellatus, teste Trebellio Pollione; cùm contrà P. LICINIUS CORNELIUS SALONINUS VALERIANUS Gallieni filius natu major, à patre sit factus Cæsar. Hic patre vivo mortuus & consecratus fuit: alter verò cum fratre Gallieno occisus est; adeò ut mirer Balerum Caduſiorum, & Artabasdem Armeniorum Reges in Epistolis ad Saporem missis apud Trebellium Pollionem, meminisse tantùm filii Valeriani & nepotis: *Valerianus & filium Imperatorem* (Gallienum) *habet, & nepotem.* Sed hæc aliis relinquo excutienda; nec te pœniteat, Lector, consulere illustrissimum Spanhemium Dissertatione 7. & Joannem Vaillant, virum doctissimum in Numismatis Imperatorum præstantiorum; necnon Notam Reinesii ad Inscr. XLI. Classis III.

Pag. 190. lin. 1. *Impoſito pede ſuper dorſum ejus.*] *Athenæus lib. 6. pag. 256.* memoriæ mandat, Cariæ nonnullas fœminas accitas ab Artabazi & Mentoris uxoribus, Κλιμακίδας esse dictas, quia pro scalis ita se illis offerebant, ὥστε ἐπὶ τῶν γόνων αὐτῶν τὴν ἀνάβασιν γίγνεσθαι, καὶ τὴν κατάβασιν ἐπὶ ταῖς τῶν ἁμαξῶν ὀχυμάσιν, *ut per earum tergum in currum, quo vehebantur, conſcenderent, & ex eo ita deſcenderent;* obſervatque Casaubonus, Eustathium notare post adducta Athenæi verba, pag. 1669. suâ ætate id etiam factum esse, & cùm eques non facilè posset equum ascendere, aliquem sese inclinasse, & cervicem ejus loco scalæ, vel stapedis fuisse: qui locus nos insuper docet, ipsius ætate illorum instrumentorum usum non fuisse promiscuum. Cæterùm notanda est Persarum Orientaliumque gentium feritas; quippe qui tantum Imperatorem tam fœdo affecerunt ludibrio. Et hùc referenda crudelitas Adonibesec, qui LXX. Regulis digitos pedum & manuum amputavit, eosque sub mensâ suâ colligere micas coëgit, teste Judicum libro. Hùc pertinet arrogantia Sesostris, qui currui suo junxit Reges subactos, cùm templum, vel urbem ingrederetur, uti apud Diod. Sic. legimus; & denique Tamurlanis non minùs sævum factum, qui Turcorum Imp. Bajazethem ferreæ caveæ inclusum ludibrii causâ circumtulit, quemque etiam currui adjunxit, si fides habenda Matthæo Palmerio in Chronico MS. quod mihi utendum dedit Henr. Copezius. *Temberlanis*, ait, *incredibilis potentia Imp. moritur. Fuerat apud Tartaros natus humili loco, & tantas vires adeptus, ut ſupra duodecies centena hominum millia haberet in caſtris. Quâ multitudine, attritis bello Teucris*, (ita & *Turcos* alibi vocat) *eorum Imperatorem catenis vinctum aureis currui, quo vehebatur, quaſi triumphans adjunxerat.*

Lin. 4. *Quod cùm filium.*] Gallienum, qui Christianos persecutus non est: undè à Dionysio Alexandrino apud Euseb. 7. 23. Hist. Eccl. vocatur ὁ ὁσιώτερος καὶ φιλοθεώτερος, *religioſiſſimus, Deique amantiſſimus* Imperator.

Lin. 7. *Directa eſt ei cutis.*] Mortuo scilicet; id quod etiam tradit Petrus Patricius in Excerptis Legationum, notante Valesio ad Eusebium, cap. 24. Orat. Constantini. Adeò ut malè Cedrenus narret, vivum Valerianum excoriatum fuisse: ὑπὸ Σαπώρου ὀκδαρεὶς ἐτελεύτησεν; & frustrà Barthius ad lib. 2. Thebaidos Statii v. 713. hanc historiam in dubium vocet. Valeriano vivo cutem fuisse detractam, tradit etiam Agathias lib. 4. Nam postquàm narrasset, Nachoragam à Chosroë eâ pœnâ fuisse affectum, & fabulis adscripsisset Marsyæ historiam, adjicit, Saporem, qui multo ante Chosroën tempore regnavit, hujus supplicii auctorem: eum valdè injustum, præcipitem ad iram & crudelitatem; & multas historias testari, Valeriano hanc pœnam ab ipso irrogatam fuisse.

Lin. 13. *Singularis Dei.*] Id est, unius, & qui solus Deus est. Lib. 5. c. 5. Inst. eum vocat *ſingularem rerum conditorem*; & cap. 14. libri ejusdem ita loquitur: *Qui juſtitiam veram defendere, Deoque ſingulari ſervire cœpiſſent.*

Lin. 14. *Continentis univerſa.*] Ita de mundo loquitur Cicero 2. de Nat. Deor. *Mundus omnia complexu ſuo coërcet & continet.*

CAPUT VII.

Pag. 191. lin. 3. *Tres participes regni fecit.*] Non simul, vel eodem tempore. Nam Maximianus Herculius assumptus est in consortium imperii, & Augustus factus an. 285. à Diocletiano; illique ambo an. 293. Constantium Chlorum & Galerium Maximianum Cæsares fecerunt. Puto enim errare Eutropium, cùm cap. 13. lib. 14. Herculium Cæsarem, & cap. 14. eumdem ex Cæsare Augustum creatum esse narrat, licèt illum sequantur Orosius 7. 25. & P. Diaconus lib. 10. Histor. Miscellæ. Errat etiam Auctor Epitomes Temporum apud Scalig. p. 277. & non satis cautè scribit, Herculium factum esse βασιλέως χειροτονίᾳ ineunte tertio anno imperii Diocletiani, cùm illud factum sit Cal. Aprilibus an. 285. & Dio-

Digitized by Google

cletianus imperium adierit XII. Kal. Dec. 284. uti docet Baluzius in Chronologiâ.

Lin. 8. *Indictionum.*] Id est, tributorum, uti docet idem, pluribusque exemplis firmat Du Cange in Glossario. Infrà c. 31. *Indictiones auri & argenti;* videnturque initiò extra ordinem imperatæ fuisse. Tangit hanc rem Victor c. 39. De Cæsaribus: *Hinc denique parti Italiæ invectum tributorum ingens malum. Nam cùm omnis eâdem functione, moratáque * ageret, quò exercitus atque Imperator, qui semper, aut maximâ parte aderant, ali possent, pensionibus inducta lex nova.* Asterius Homil. in Avar. p. 38. ἐπιτάγματα appellat.

* Al. *modoque.*

Lin. 10. *Multi præsides.*] Notabilis valdè locus, quippè qui inservit multùm ad cognoscendum initium divisionis unius provinciæ in plures, quæ singulæ suos præsides habebant; & digna hæc verba sunt, quæ alius, cui plus otii est, diligenter illustret, quippè quæ proculdubiò lucem magnam accendent tam Ecclesiasticis, quàm profanis auctoribus.

Pag. 192. lin. 2. *Civiles actus rari.*] Id est, tarò hi judices litibus privatorum dirimendis operam dabant: sed de criminibus atrocibus cognoscebant, damnabantque ad mortem homines, vel proscribebant. Cap. 21. *causas leves atque civiles* dixit.

Lin. 15. *Hic monetæ.*] Pro ædificio, in quo *monetæ*, vel nummi signabantur, vox hæc sumitur. Amm. Marc. 22. 121. *Quòd aram in monetâ, quam regebat, evertisset.* Sidon. in carmine de Narbone:

Salve, Narbo, potens salubritate,
Portis, porticibus, foro, theatro,
Delubris, capitoliis, Monetis,
Thermis, arcubus, horreis, macellis.

Alii *monetum* dicebant, uti docet Du Cange. Diocletianum autem multa præclara exstruxisse opera, ex hoc loco, & ex thermis ejus Romæ constat, quæ absolutè *Diocletianæ* vocantur Scholiastæ Juvenalis, cujus verba laudat Ferrarius i. El. 6. *Juxta aggerem primus posuit castra Sejanus, id est, super Diocletianas, quæ dicta sunt castra prætoria*; nam ultra has thermas fuere illa castra. Sic Vopiscus in Carino c. 19. testatur, Romæ Diocletianum scenam, quæ conflagraverat, magnificentiorem reddidisse.

Ibid. *Armorum fabricæ.*] In quibus vel omnis, vel hujus sive illius generis arma fabricabantur. Sic in Notitiâ Imperii Magister Officiorum in Occidente præesse fabricis VIII. in Galliis dicitur: *Argentoratensi armorum omnium; Matisconensi sagittaria; Augustodunensi loricaria; Suessionensi baliſtaria, & scutaria, & clibanaria.*

CAPUT VIII.

Pag. 193. lin. 1. *Quid frater ejus Maximianus.*] Nimirùm Herculius, qui à Diocletiano factus erat consors imperii & Augustus. Num Cæsaream dignitatem gesserit, magna inter eruditos lis est. Eutropius 9. 13. P. Diaconus in Histor. Misc. Hugo Floriac. in Chron. aliique, Tristan. T. 3. p. 349. & Anton. Pagi p. 157. memoriæ mandant & contendunt, Herculium Cæsarem factum esse, antequàm Augustus creatus est. Sed Victor narrat, Diocletianum, ubi comperit Bagaudas, *populatis agris, plerasque urbium tentare, Maximinianum* STATIM *Imperatorem jussisse.* At Bagaudas ab eo Cæsare superatos esse, eruditi scribunt; deindè *Cæsaris* dignitas in nullis ipsius nummis, quos collegit Mezzabarba, apparet. Franciscus quidem Angeloni unum recenset, cujus in anticâ parte cernitur MAXIMIANUS. NOB. CÆS. in alterâ verò PRINCIPI. JUVENTUT. sed fortè ille ad Galerium referendus est, cujus nummi talibus inscriptionibus ornantur. Sed & *Cæsarem* eum vocat Mamertinus cap. 6. Panegyr. quem Treveris dixit: *Vidimus te, Cæsar, eodem die pro Republ. & vota suscipere;* & mox: *Vidimus te, Cæsar, & in clarissimo pacis habitu.* Verùm oratio dicta est Maximiano Herculio Augusto: undè & eum cap. 4. *fratrem* Diocletiani vocat; & cap. 9. eos *virtutibus fratres* esse dicit. Sic cap. 1. *Reverà enim te, sacratissime Imp. meritò quivis te, tuumque fratrem R. imperii dixerit conditores*, quæ certè nequaquàm Cæsari conveniunt; & cùm cap. 2. & cap. 5. narret varias Herculii victorias, & quidem de Burgundionibus, Alamannis, Chaibonibus & Erulis, non potuit nisi Imperatori & Augusto hic panegyricus dici, quia gentes illæ superatæ sunt anno 287. Diocletiano Aug. III. & Maximiano Aug. Coss. & quia Maximianus, ex sententiâ eruditorum, factus est Augustus anno 286. cùm Cæsar an. 285. foret creatus. Undè apparet τὸ *Cæsar* Auctori panegyrici non esse secundi fastigii, sed, more antiquo, primi vocabulum.

Ibid. *Frater ejus Maximianus.*] Optimè notat & verissimè Baluzius, Maximianum fratrem dici Diocletiani, non quia iisdem parentibus, vel eodem patre, eâdemve matre geniti erant: sed quia erant Imperii consortes, vel ambo Augusti. Atque ut illi dicebantur *fratres*; ita respectu Cæsarum dice-

Digitized by Google

bantur *patres*, & contrà hi *illorum filii*, quemadmodùm patet ex cap. 20. quo præclarum hujus moris vestigium continetur. Quin & Diocletianus atque Maximinianus respectu eorum, quos ex Cæsaribus fecerant Augustos, *patres* vocantur, uti patet ex Inf. 7. pag. CLXXVIII. apud Grut.

DD. NN. DIOCLETIANUS ET MAXIMINIANUS. INVICTI. SENIORES AUGUSTI. PATRES. IMPERATORUM ET. CAESARUM. CONSTANTIUS. ET MAXIMINIANUS. INVICTI. AUGG. ET. SEVERUS. ET MAXIMINUS. NOBILISS. CAESARES. THERMAS FELICES. DIOCLETIANI. AUG. FRATRIS NOMINE. CONSECRAV. CAEPTIS. AEDIFICIIS. PRO. TANTI. OPERIS. MAGNITUDINE. OMNI. CULTU. PERFECTAS ROMANIS. SUIS. DEDICAVERUNT.

Quâ in Inscript. observandum præterea, Diocletianum & Maxim. Herculium post depositum imperium etiam Augustos, & denique Diocletianum ab Imp. & Cæsaribus, quorum paulò antè dicitur *pater*, appellari FRATREM. Atque ut hæc loquendi forma illustretur post Baluzium pluribus, notandum est, Reges sese invicem *fratres* appellasse. Sapor apud A. Marc. 17. 5. Constantium Cæsarem nominat *fratrem suum*; idemque alios fecisse, tam ex sacris, quàm profanis auctoribus probat Valesius. Et tam Romani, quàm Græci res animatas, vel inanimatas, si modò ejusdem originis, vel similes forent, non aliter designare solebant. Noti sunt sacerdotes, *Fratres Arvales* dicti; & in Inf. occurrunt *fratres fabriles*, qui scilicet ex uno corpore fabrorum sunt. Carthaginienses & Philippus cum Macedonibus in fœdere apud Polyb. 7. 2. sese vocant φίλους, καὶ οἰκείους, καὶ ἀδελφούς; notumque est Æduos & Batavos à Romanis eo honore dignatos esse ex Panegyricis & Inscriptionibus: id quod & civitates alias fecisse, ex Aristide & Dione Prusæo notat Harduinus pag. 487. quomodò apud Polybium etiam cap. 25. Excerpt. Legat. Rhodii testantur, sese cum Solensibus oriundos Argis esse, & indè ἀδελφικὴν inter eos esse συγγενείαν; & Carthago atque Utica Tertulliano lib. de Pallio, *sorores* vocantur, quia ambæ à Phœnicibus conditæ ferebantur. Res inanimatas eodem consanguinitatis nomine descriptas esse, docet Mela i. 5. *Montes sunt alti, qui continenter & quasi de industriâ in ordinem expositi, ob numerum septem, ob similitudinem* FRATRES *vocantur.* Sic cùm veteres crediderint Euphratem & Tygrim eodem fonte nasci, ut vel patet ex Lucan. 2. 156. indè *fratres*, vel quod plus est, *gemini* dicti sunt. Mamert. in Genethl. c. 6. *Vobis Rhenus, & Ister, & Nilus, & cum gemino Tigris Euphrate.* Livinejus *geminum Euphratem* interpretatur, qui in Mesopotamiâ se cum Tigride conjungit, cæteroquin seorsim fluens: verùm *geminus* dicitur, quia iisdem fontibus oritur; undè Eumenius etiam c. 21. Orat. quam pro Scholis restaur. habuit, eos *gemina Persidos flumina* appellat. Quanquàm si quis hîc malit *duos fluvios* intelligere, quomodò Virgil. *geminos serpentes*, Manil. *geminum cardinem mundi*, & alia dixerunt, nullus repugnaturus sim. Apud Stephanum præterea Euphrates & Araxes ἀδελφοὶ dicuntur, quia ex eodem Armeniæ monte oriuntur; & Auctor M. Etymol. ἀδελφοὶ exponit ὅμοια; eoque sensu vox hæc usurpatur Ælian. 2. Var. 18. & 12. 1. Lucianus præterea lib. de Calum. assentationem facit ἀδελφὴν calumniæ; Petron. paupertatem *sororem bonæ mentis*; Martialis *lodices sorores*; aliique plures ita loquuntur.

Ibid. *Qui est dictus.*] Hæc ita distinguo: *qui est dictus Herculius? non dissimilis ab eo; nec enim* ... translatâ interrogationis notâ. Maximianus autem frequenter in Paneg. & lapidibus vetustis vocatur *Herculius*; inque nummis ejus cernitur Hercules, & VIRTUTI HERCULIS, uti videre licet apud Tristan. Spanhemium & alios.

Lin. 10. *Effoderentur assiduè lumina Senatûs.*] Virgilium suum expressit:

Postquàm altos tetigit fluctus, & ad æquora venit,
Luminis effossi fluidum lavit indè cruorem.

Quanquàm hic propriè, ille metaphoricè loquatur; planè ut Velleius 2. 52. *Collisa inter se duo Reip. capita, effossumque alterum Romani imperii lumen*, i. e. Pompeius: ubi tamen Scioppius mallet *effusum.* Ut autem Lactantius præcipuos Senatores vocat *lumina Senatûs*: ita etiam Prud. Hymno 2. περὶ στεφ.

Ipsa & Senatûs lumina,
Quondàm Luperci & Flamines,
Apostolorum & Martyrum
Exosculantur lumina.

Cicero 3. Catil. *Lumina civitatis*, & Vell. 2. 99. Tiberium *alterum Reip. lumen* appellant. Latino Pacato c. 16. Paneg. bini Theodosii vocantur *spes oculique Reipub.* & cap. 46. præcipui Senatores, *Senatûs lumina*; & Agamemnon Euripidi Hec. 841. μίγισον Ἑλλησφόρῳ, Amphiaraus Adrasto apud Pind. Ol. 6. p. 47. σφανᾶς ὀφθαλμὸς ἐμᾶς. Quin & ad

res alias hæc loquendi forma translata est. Athenæ & Sparta Justino lib. 5. sunt *duo Græciæ oculi*; & Plutarchus in Polit. narrat, Athenas à Lacedæmoniis deletas non esse, ne Græcia fieret τυφλόφθαλμος: quò pertinet Philonem Judæum alicubi scribere, Athenas id in Græciâ esse, quod pupilla in oculo, & in animâ ratio. Ciceroni lib. 3. de Nat. Deor. Corinthus & Carthago *duo oculi ora maritima*; Pindaro 2. Olymp. Agrigentum Σικελίας ὀφθαλμὸς; & denique villa Catullo Carm. 27. dicitur *peninsularum insularumque ocellus.*

Lin. 12. *Ad corrumpendos mores.*] Rectè vidit, quemadmodùm ex versione patet, doctissimus Burnetus, scribi debere *mares*; & hoc etiam tradit Victor: *Quippè Herculius libidine tantâ agebatur, ut ne ab obsidum corporibus quidem animi labem comprimeret.*

Pag. 194. lin. 3. *Felicitatem imperii.*] Quæ in variis Impp. nummis occurrit; ut TEMPORUM FELICITAS, & PERPETUA FELIC. SÆCULI in nummis Commodi, Getæ, Caracallæ & aliorum: imò in uno pereleganter FELICIA. TEMPORUM. Felicem igitur ita se & *beatum*, uti præcedit, fore putabat. Et sic *beatitudo publica* occurrit infrà c. 48. *beatissimi Cæsares* apud Nazar. cap. 1. & ult. Paneg. *beatissima victoria*, 32. *beatitudo urbis*, 33. & *beatissimum sæculum* apud Tac. c. 3. Agric. Quibus ex locis patet, alio sensu *beatus* Veteribus sumi, quàm hodiè fieri solet.

IN CAPUT IX.

Pag. 194. lin. 1. *Alter verò Maximianus.*] Nimirùm Galerius; ex quibus nominibus malè duos Cæsares facit Jornandes: *Ob quæ Constantius, & Galerius, ac Maximianus Cæsares assumuntur in regnum.*

Pag. 195. lin. 3. *Narseus, Rex Persarum.*] Diocletianus antè Persas vel vicerat, vel illi pacem cum ipso fecerant; nam Mamert. in Panegyr. quem Maximiano Herculio ante ipsius quinquennalia dixit, c. 7. ita loquitur: *Credo itidem, optimam illam fertilemque Syriam velut amplexu suo tegebat Euphrates, antequàm Diocletiano sponte se dederent regna Persarum*; rursùs c. 10. *Hoc eodem modo Rex ille Persarum, nunquàm se antè dignatus hominem confiteri, fratri suo supplicat, totumque, si ingredi ille dignetur, regnum suum pandit*; & ipsum Herculium ad Euphratem bella gessisse, haud dubiè colligitur ex cap. 2. Undè & cap. 5. Genethl. *Præterea Francos ad petendam pacem cum Rege venientes, Parthumque vobis munerum miraculis blandientem*: de quibus muneribus etiam in alio Panegyrico loquitur cap. 10.

Lin. 4. *Avi sui Saporis.*] Si alios sequimur, Sapor fuit atavus Narsei. Scilicet Sapori successit filius Hormisdates; hunc exigui temporis Regem excepit Vararanes, qui cùm tribus annis regnasset, reliquit filium ejusdem nominis, annorum septem & decem Regem: illum secutus est Vararanes tertius, cognomine Seganšaa, quia pater Vararanes gentem eam devicerat, uti videre licet apud Agathiam lib. 4. Tertii Vararanis filium Eruditi Narsen faciunt, & ex eorum sententiâ proindè Sapor ejus atavus fuit. Sed tamen non narrat Agathias, Narsen Vararane tertio fuisse genitum, quamvis eum exceperit; & si vera Lactantius scribit, Saporque Narsei avus fuit, potuit esse genitus Hormisdate; ipsique propter infantiam avunculus, posteàque filii ipsius prælati sunt. Narses autem noster regnasse ab Agathiâ dicitur annos VII. menses V. quod certè verum esse nullo modo potest, si jam regnum Probi tempore obtinuit. Vopiscus c. 16. Vitæ ipsius ita loquitur: *Fertur etiam epistola illius, repudiatis donis, quæ Rex Parthorum miserat, ad Narseum talis esse.* Casaubonus notat, hunc Narseum fuisse Armeniæ regulum, jussum à Rege Persarum, vel Parthorum hæc ad Rom. Principem deferre munera, & mentionem de hoc facere Aur. Victorem in Diocletiano. Victori certè nullus alius Narseus in Dioclet. memoratur, quàm hic noster, qui Persarum Rex, & à Galerio Maximiniano victus fuit: undè satis patet superquè, malè virum doctissimum & tempora, & personas confundere, & malè existimare, Narseum Vopisci laudari Victori in Diocletiano. Propterea illum facit Armeniæ regulum, cùm tamen mihi etiam Rex Persarum videatur esse: sed confundi cum Vararane, qui Probi tempore regnabat, si vera monet Agathias. Nam si Narseus dona attulit ad Imperatorem Rom. & ita Legati munus obiit, non est verisimile, Probum ad ipsum præsentem epistolam daturum, nec posset dici *accepisse litteras*, nec *tertius esse*, & *pacem fecisse*; quæ omnia Regi Persarum, vel Parthorum conveniunt. Fortè Casaubonus ante oculos habuit, cùm hæc scriberet, Narseum, quem Sapor, Narsetis nostri nepos, misit ad Constantium anno 357. uti legimus apud Amm. Marcel. 17. 5. qui tamen non dicit, eum Armeniæ regulum fuisse. Eutropius præterea Narseum, vel Narseten, vel Narsen nostrum facit *avum Ormisdæ & Saporis*; quod etiam examinandum est. Agathias narrat, post Narseum regnasse filium ipsius Hormisdatem

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

misdatem (qui avi fortè nomen gessit) per totidem annos & menses, illumque excepisse Saporem, filium posthumum, qui imperavit per annos LXX. & post mortem ipsius imperium ad fratrem ipsius Artaxerxem esse delatum; quæ certè ego vix capere possum. Nam si uxorem gravidam Hormisdates reliquit, isque regnare debebat, quem regina esset paritura, uti Agathias memoriæ mandat, clarum utique est, nec plures Hormisdati filios, nec Sapori fratrem fuisse. Undè & Persæ cùm ex Magis intellexissent, Reginam filium & successorem daturam, cidarin utero ejus imposuerunt, & infantem necdùm natum Regem crearunt, qui fuit Sapor nepos nostri Narsei. Errat certè Chevræus lib. 4. c. 3. cùm Sapori, qui Valerianum vicit, & indignis adeò habuit modis, tam felix omen futuræ potentiæ nondùm nato accidisse scribit. Nam illud nequaquàm huic Sapori tribui potest: verùm ad alterum, qui vixit tempore Juliani, referendum est, uti vel Agathiam inspicienti patebit. Narratio hæc, ut dixi, fratrem planè excludit; & conciliari hæc non possunt, nisi dicamus, Artaxerxem concubinâ Hormisdati genitum, & plusquàm septuagenarium regno admotum esse. Sed mirum est, Sapori fratrem successisse, cùm *duos filios Regis*, id est, Saporis nostri, memoret Amm. Marcell. 25. 1. Quòd si ponamus, illos diem suum obiisse, nec Saporem posteros reliquisse, ita Artaxerxes frater ejus, licèt ex concubinâ genitus, succedere potuit, quia filii ex concubinis geniti à regno erant remoti, quamdiù justi & legitimi liberi superessent, uti ex Herodoto notavit Brissonius. Claris certè verbis testatur Agathias, post Saporem per quatuor annos fratrem ipsius Artaxerxem regnasse, & hunc exceptum fuisse à filio itidem Sapore dicto. Atque hinc etiam patere arbitror, *Hormisdam*, qui ad Constantinum Magnum fugit, non potuisse esse Saporis longævi fratrem; id quod tamen plerique Eruditi, & Henr. quoque Valesius ad Amm. 16. 18. tradit, qui eum *Regalem* dicit fuisse, ut Zosimus & Suidas *Regis filium*: sed nemo eum Hormisdate, Narsei filio, progenitum scribit. Scilicet Narses quatuor filios habuit, *Adanarsen*, *Hormisdam*, *anonymum & Hormisdatem*. Adanarses ob crudelitatem & sævum dictum (quod tamen aliud est ab eo, quod Hormisdas projecit) regno excidit; Hormisdas propter jactatam Marsyæ historiam, mortuo patre Narsete, & pulso Adanarse, in vincula conjectus est, quibus arte uxoris liberatus ad Constantinum Magnum aufugit: Hormisdati traditur regnum, qui alterum fratrem anonymum excæcavit, uti videre apud Zonaram licet. Videntur tamen Veteres censuisse, Hormisdam fratrem fuisse Saporis, nepotem Narsei, uti vel ex verbis Eutropii patet. Nec certè omnia in tantâ historiæ caligine liquidò satis elucidari possunt. Restant duo illustranda, cum quo nimirùm bellum intestinum gesserit Narseus, & num à Galerio captus sit. De priori re ita loquitur Mamert. c. 17. Genethl. *Ipsos Persas, ipsumque Regem, ascitis Saccis, & Russis, & Gellis*, (vel *Gethis*) *petit frater Ormies; nec respicit vel pro majestate quasi Regem, vel pro pietate quasi fratrem.* Livineius scribit *Ormisda*, & Eutropium notat Narseum facere avum Saporis & Ormisdæ. Sed si tempora inspicimus, patebit facilè, Eutropii Hormisdam locum hîc habere non posse. Dictus est Panegyricus, uti ex initio ejus patet, ante celebrata quinquennalia Herculii, quæ inciderunt in annum 288. vel sequentem. Nam si Narses per septem tantùm annos & aliquot menses regnavit, ut Agathias memorat, si obiit anno 302. uti Eruditi censent, sequitur necessariò, eum incœpisse regnare anno 295. ante quem Panegyricus ille pronuntiatus est; & deindè hoc bellum intestinum Narsetis avum, vel patrem exercuisse. Alterum, Narseum nimirùm cum uxore, liberis, sororibusque à Galerio captum fuisse, notant Eruditi; auctoresque sententiæ suæ faciunt Eusebium in Chronicis, & Eutropium. Sed Eusebius scribit, Galerium, *superato Narseo, & uxoribus, ac liberis, sororibusque ejus captis, à Diocletiano ingenti honore susceptum esse*; & Eutropius, Galerium, *pulso Narseo, castra ejus diripuisse, uxores, soceros, liberos cepisse*: undè certè evinci nullo modo potest, Narsea in potestatem Galerii venisse. Narrat id tamen Victor Aurelius, quem miror viris doctis præteritum esse: *Denique ibidem Narseum Regem in ditionem subegit, simul liberos, conjugesque, & aulam regiam.* Idemque tradit etiam Chevræus lib. 4. c. 3. Histor. Mundi. Verùm uterque erravit; & ex aliis omnibus Historicis, necnon Lactantio nostro, clarè patet, Regem fugâ elapsum esse.

Ltn. 11. *Fugatoque Narseo.*] Primò tamen victus fuit Galerius, uti ex Victore, Rufo, necnon Hieronymo constat, quorum hic ita loquitur: *Galerius Maximianus victus à Narseo ante carpentum Diocletiani purpuratus occurrit*; eamque ad historiam respicit Amm.

www.libtool.com.cn

Marcell. 14. 11. ubi Galerius etiam non *Cæsar*, verùm *purpuratus* vocatur; quia scilicet illi, qui creabantur Cæsares, purpurâ induebantur, uti vel patet ex c. 19. Lactantii, & Amm. Marcell. lib. 15. undè Julianus apud eumdem 20. 5. milites alloquens Cæsar, seſe *purpuratum* nominat. Sed si audimus P. Diac. 10. Hist. Misc. primum prælium Galerius secundum habuit; indè inter Callinicum & Carras congressus, pulsus est, posteàque feliciter in Armeniâ minore pugnavit, Narseumque vicit: si verò Hugon. Floriacensem, Galerius, cùm duobus jam præliis adversùs Narseum conflixisset, tertio congressu victus, amissis copiis, ad Diocletianum refugit, posteà meliori fortunâ usus. Cæterùm notatu valdè dignum est, Diocletianum tam arrogantem & tam immanem fuisse, ut Cæsarem vel passus sit, vel jusserit ante carpentum purpuratum, id est, potestatis suæ insignibus ornatum currere. Similia exempla historiæ conservant. Eutropius 7. 5. narrat, *multos Reges ex regnis suis venisse, ut Augusto obsequerentur; & habitu Romano, togatos scilicet, ad vehiculum, vel equum ipsius cucurrisse*: sed hoc voluntatis erat, alterum pœna habebatur. Galba apud Suet. c. 6. ad *essedum Caii Imperatoris per* xx. *passuum millia cucurrit*, qui tamen erat nobili & veteri prosapiâ oriundus. Et hujus arrogantiæ exemplum etiam præbet Epictetus Episcopus, in Libello Precum, quem Faustinus & Marcellinus Imperatoribus Valentiniano, Theodosio & Arcadio obtulerunt. *Denique cùm pro fidei integritate persistit* (Rufinianus) *hunc Epictetus, atrox ille & dirus de Centumcellis Episcopus, ante rhedam suam currere coëgit; & cùm diù currit, sic in viâ, ruptis vitalibus, sanguinem fundens exspiravit.* Nec cuiquam mirum videri debet, Galerium paruisse Diocletiano; nam Cæsares in Augustorum planè erant potestate. Hi illis annonas, notarios, vehiculationem præbebant, officiaque domûs Cæsarum ex eorum nutu pendebant, uti ex variis Ammiani Marcell. locis patet, apud quem propterea Julian. Cæs. seſe vocat ipse *apparitorem fidum*.

Lin. 12. *Cum prædâ ingenti.*] Eleganter de hâc, atque aliorum Imperatorum & Cæsarum victoriis loquitur Eumenius in Oratione, quam pro restaurandis Scholis habuit, cap. 21. *Ibi fortissimorum Imperatorum pulcherrima res gesta per diversa regionum argumenta recolantur; dum calentibus semperque venientibus victoriarum nuntiis, revisuntur gemina Persidos flumina, & Libyæ arva sitientia, & connexa Rheni cornua, & Nili ora multifida; dumque sibi ad hæc singula intuentium animus affingit, aut sub tuâ, Diocletiane Auguste, clementiâ, Ægyptum furore posito quiescentem, aut te, Maximiane Invicte, perculsa Maurorum agmina fulminantem, aut sub dextrâ tuâ, Domine Constanti, Bataviam Britanniamque squalidum caput sylvis & fluctibus exerentem, aut te, Maximiane Cæsar, Persicos arcus pharetrasque calcantem.* Prædâ autem ingenti potitum fuisse Galerium, alii etiam omnes testantur; & notandum inprimis, Auctorem Συναγωγῆς ἰατρικῶν à Scaligero editum p. 395. narrare, eum reversum fuisse βαλάντια πεπληρωμένα ἔχοντα λίθων τιμίων καὶ μαργαριτῶν, Diocletianum tunc primùm veste & calceis λίθοις τιμίοις καὶ χρυσῷ κεκαμμένοις usum esse, & eumdem jussisse, ut spreto salutandi veteri more, adoraretur. Sed Eusebius initium hujus moris refert ad annum 295. victum verò Narsetem ad annum 303. Quin & ante Diocletianum Carinus *gemmas in calceis habuit, gemmatâ fibulâ usus est, & balteo sæpè gemmato*, teste Vopisco c. 17. Imò ante Carinum Aurelianus, *gemmis & auratâ omni veste, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus videbatur, usus est*, quemadmodùm in Victoris Epitome legimus; adeò ut hujus moris auctor non fuerit Diocletianus, qui tamen gemmas augere & omnibus vestibus addere potuit. Tristanus T. 3. p. 325. ex Eutropio notat, Diocletianum tibiarum tegumenta ex serico & purpurâ habuisse, *se chaussant même de bas de soye & de pourpre, ce dit Eutrope*; id quod tamen apud eum adhuc quæro.

Ibid. *Manubiis ingentibus.*] Præterea Persæ compulsi sunt Romanis cedere Mesopotamiâ & Transtigritanis regionibus quinque, teste Rufo Festo; quas, mortuo Juliano, Jovianus illis reddere coactus est, uti apud Ammianum 25. 7. ubi etiam Maxim. Galerii mentio fit, legimus. Notatu insuper dignum est, eumdem 23. 5. narrare, Juliano adversùs Persas bellanti oblatum fuisse leonem mortuum, non secùs ac antè Maximiano nostro oblati erant leo & aper; ubi quid portenderint hæc omina, disputat, Juliano scilicet mortem, Galerio victoriam.

Ibid. *Diocletiano timorem.*] Qui proculdubiò noluit regiones novas adjicere Romano Imperio, ne insolentior fieret Galerius. Victor: *Adeò victor, ut ni Valerius, cujus nutu omnia gerebantur, incertum quâ causâ, abnuisset, Romani fasces in provinciam novam ferrentur.* Cautam, quam se nescire fatetur

Digitized by Google

Victor, et Lactantio noſtro diſcere licet. Sed tamen mirum eſt, Victorem talia tradere, cùm ex iis, quæ ad hoc ipſum caput notavi, pateat, Narſen Meſopotamiâ, & quinque gentium trans Tigridem conſtitutarum ditione ceſſiſſe. Quæ ut concilientur, ſtatuendum eſt, Romanos nihil recepiſſe, niſi quod Trajanus in poteſtatem redegerat. Illius ſub imperio *limes Orientalis ſuper ripas Tigridis eſt inſtitutus*; & ſub Diocletiano *Meſopotamia eſt reſtituta, & ſuper ripam Tigridis limes eſt reformatus ita, ut quinque gentium trans conſtitutarum ditionem Romani aſſequerentur: qua conditio fœderis in tempus Divalis Conſtantii reſervata duravit*, teſte Rufo Feſto. Nam *Tranſtigritanæ regiones* ita vocantur reſpectu Perſarum, non reſpectu Romanorum, quemadmodùm docuit Valeſius ad lib. 25. Ammiani Marcellini.

Lin. 16. *Ex Marte ſe procreatum dici.*] Voluit ſcilicet imitari Diocletianum & Maximianum, qui non tantùm dicebantur *Jovius* & *Herculius*, ſed qui etiam Jovem & Herculem patres ſuos faciebant. Hinc Mamert. c. 1. Paneg. *Herculem* appellat principem generis Maximiani; & mox ita loquitur: *Quem ſimilitudo ipſa ſtirpis tuæ, ac vis tacita naturæ ad honorandum natalem Romæ diem tam liberalem facit.* Idem Geneth. c. 2. *Siquidem vos Diis eſſe genitos, & Numinibus quidem veſtris, ſed multò magis virtutibus, approbatis*; c. 3. *Deindè præcipuè veſtri parentes, qui vobis & nomina* (Jovii & Herculii) *& imperia tribuerunt, perpetuis maximorum operum actionibus occupantur*; & mox *Jupiter* vocatur *Diocletiani auctor Deus*, & ipſe cum Hercule, *parentes dii* Auct. incertus Pan. Herc. & Conſt. dicti c. 8. non aliter de illo loquitur: *Hic eſt, qui nomen, quod accepit à Deo principe generis ſui, dedit vobis; qui ſe progeniem eſſe Herculis, non adulationibus fabuloſis, ſed æquatis virtutibus comprobavit.* Sed miror, hanc Diocletiani & Maximiani arrogantiam non carpere Lactantium, cùm eamdem in Galerio reprehendat.

Lin. 17. *Romulam matrem.*] Ita etiam Galerii Maximiani matrem appellat Auctor Epitomes Aurelii Victoris, additque, eum *inſolenter affirmare auſum fuiſſe, matrem more Olympiadis, Alex. Magni creatricis compreſſam dracone ſemet concepiſſe*; quod licèt multùm à Lactantii narratione abeat, æquè tamen hominis arrogantiam arguit. Nomen autem hoc etiam aliis mulieribus datum eſt; & PETRONIA ROMULA occurrit in Inſc. apud Reines. Nonnunquàm ea vox eſt adjectiva, occurruntque *Romula gens* apud Horat. *Romula ſceptra* apud Prudent. & *Romula vox* apud Grammat. vet. in Catalectis Pithœi. In principio autem capitis mulier hæc dicitur fuiſſe *Transdanuviana*, & confugiſſe in *Daciam Novam*. Et primò obſervanda orthographia in voce *Transdanuviana*, cùm fluvius ille cæteroquin ferè *Danubius* ſcribatur. Sed ſimiliter planè in Nummo Trajani apud Triſt. 1. p. 393. DANVVIVS occurrit, non ſecùs ac in Inſcriptione 3. CCCCXLVIII. apud Gruterum. Deindè nonnulla de *Daciâ Novâ* monenda ſunt. Memoratur etiam illa Auctori Excerpt. Valeſii: *Licinius itaque, ex* NOVA DACIA *vilioris originis, à Galerio factus Imperator*; eſtque Dacia Aureliani, uti rectè docet Baluzius; & puto, hanc ante oculos habuiſſe Auctorem Expoſ. totius mundi à Gothofredo editum cap. 6. ubi ſcribit, *Dacas habitaſſe ab eâ parte Danubii, ubi Pannonia & Thracia ſunt.* Epitome Victoris, quam P. Diaconus ſequitur, narrat, Armentarium *ortum Daciâ Ripenſi, ibique ſepultum, locumque ab eo Romulianum ex vocabulo Romulæ matris appellatum eſſe.* Superioris ſæculi Eruditi Daciam Tranſdanuvianam diviſerunt in *Mediterraneam, Ripenſem & Alpeſtrem*; quæ diſtinctio ſi vera, ſequitur, Armentarium natum eſſe antequàm mater ejus in Daciam Novam, vel Ciſdanuvianam migraret. Sed neminem ex Veteribus adhùc inveni, qui *Dacia Alpeſtris* mentionem faciat. *Ripenſis* & *Mediterranea* memorantur: verùm illæ fuerunt ab hâc parte Danuvii, & quidem in Mœſiâ & Dardaniâ, quâ de re pluribus ago ad c. 35. Hæ ſunt duæ Daciæ, quas recenſet Rufus Feſtus in Breviario: *Trajanus Dacos ſub Rege Decebalo vicit, & Daciam trans Danubium in ſolo Barbariæ provinciam fecit, quæ in circuitu habuit deciès centena millia paſſuum. Sed Gallieno Imperatore amiſſa eſt, & per Aurelianum tranſlatis exindè Romanis, duæ Dacia in regionibus Mœſiæ ac Dardaniæ factæ ſunt.* Una harum Daciarum vocata eſt *Ripenſis*, quia Danuvio proxima; altera verò *Mediterranea*, quia indè remota & interior erat. *Daciam Novam* autem Iſtro proximam fuiſſe, patet ex Eutropio lib. 9. c. 9. *Abductoſque Romanos ex urbibus & agris Daciæ in mediâ Mœſiâ collocavit; & eſt in parte dexterâ, Danubio in mare fluente, cùm antè fuerit in lævâ.* P. Diaconus lib. 10. Hiſt Miſc. hoc ſequitur, additque, *in Mœſiâ mediâ collocavit, appellavitque eam Daciam, quæ nunc duas Mœſias dividit*; quæ verba malè Eutropio tribuit vir illuſtris. Hauſta hæc au-

tem ſunt ex Vopiſco c. 39. Aureliani, ubi illuſtris Salmaſius *Daciam Ripenſem* & *Mediterraneam* rectè interpretatur. Nec obſtare debet, Aurelianum à Vopiſco, Eutropio 9. 9. Jornande, aliiſque, dici *ortum eſſe Daciâ Ripenſi*; quia indè videtur ſequi, jam ante ipſius imperium Daciam, ejuſve partem, *Ripenſem* fuiſſe appellatam. Nam Anachroniſmum committunt Auctores illi; & quæ, naſcente Aureliano, *Mœſia* dicebatur, poſteà appellata eſt *Dacia Ripenſis*; indèque factum eſt, veterem quendam Auctorem tradidiſſe, eum *Mœſiâ eſſe genitum*: quod miror non intellexiſſe Vopiſcum, cùm idem dicant, qui narrant, Aurelianum natum eſſe in *Daciâ Ripenſi*, & alii, qui tradunt, eumdem genitum eſſe *in Mœſiâ*.

Lin. 20. *Exuto ſocero.*] Notanda eſt loquendi ratio elegans admodùm. Nam *exuere* aliquis, verbi causâ, *ſocerum* dicitur, qui ſoceri animum abjicit, ſeſeque ut ſocerum adversùs generum non gerit. Ita *exuere hominem* dixerunt Statius & Quintilianus; id eſt, ab humanâ naturâ quaſi deſciſcere, ferum & barbarum fieri: *exuere fœminam*, Seneca Ep. 95. *exuere principem*, & *induere rabidum tyrannum*, Haymo 8. 2. Hiſtor. Eccleſ. *exuere patrem*, Val. Maximus; ἐκδύεσθαι τὸν πατέρα, Heſychius in Vitis Philoſ. & *induere proditorem & hoſtem*, Tacitus 6. Annal. Sed ita hoc loco non poteſt exponi loquendi ea ratio, quia Galerius non fuit ſocer, verùm gener Diocletiani. Quarè *exuto ſocero* nihil aliud eſt, quàm Diocletiano ab imperio remoto, vel poſtquàm Diocletianus, purpurâ exutâ, ſe imperio abdicavit, & Galerius Imperator, vel Auguſtus factus eſt, tunc demùm furere cœpit. Notum eſt, purpuram, vel paludamentum purpureum fuiſſe inſigne tam Cæſareæ, quàm Auguſtæ dignitatis: hinc qui creabantur Cæſares, vel Auguſti, dicebantur ſimpliciter *indui*; qui verò imperium deponebant, vel deponere cogebantur, *exui*. Lactantius cap. 18. *Et eum miſi ad Maximianum, ut ab eo induatur*; & cap. 29. *Exutus ille præcipitem ſe de tribunali dedit*. Et ita optimè cohærebunt ſequentia, in quibus Diocletianum, utpotè privatum, *Dioclem* nominat; quæque ita ſcribenda judico: *Diocles (ita enim ante imperium vocabatur) cùm rem publicam ....*

CAPUT X.

Pag. 196. lin. 1. *Cùm ageret in partibus Orientis.*] In Notitiâ Dignitatum ipſo initio legitur: *Notitia in partibus Orientis*; ubi omnes Orientalis imperii provinciæ deſignantur, cujus imperii *Oriens* pars fuit. Ut autem Lactantius, ita etiam locutus eſt Treb. Pollio in Gallienis ex emendatione Salmaſii: *Cùm Odenatus in Orientis partibus cepiſſet imperium*; & alibi: *Ergò Macrianus undiquè collectis exercitibus Orientis partes petiit*; nam his in locis Orientalis imperii pars, *Oriens* dicta, intelligi debet, quia eum, vel illius Orientis partem, in poteſtatem redegit Odenatus, ipſoque mortuo tenuit Zenobia. Et proculdubiò ea loquendi ratio indè exorta, quia primò Orientale imperium erat pars imperii Romani: deindè quia quot Cæſares, vel Imperatores erant, in tot partes illud erat diviſum; & tertiò, quia Oriens etiam pars totius corporis erat. Infrà c. 39. *Venerat poſt obitum Maximiani ad eum Valeria cùm ſe putaret in partibus ejus tutiùs moraturam*; id eſt, in parte imperii Rom. quam regebat. Hoc autem capite *Bithyniam*, & cap. 9. *Armeniam* ab *Oriente* diſtinguit: undè dignum eſt, ut inquiratur, quæ provinciæ eo nomine venerint. Viri eruditi obſcurum judicant, quæ Aſiæ pars ita vocetur, putantque, illam versùs Parthiam, Aſſyriam & Armeniam minorem ſitam fuiſſe. Ego exiſtimo, ſi non omnes, at ſaltem pleraſque regiones, eo nomine fuiſſe comprehenſas, quæ in Notitiâ imperii recenſentur; ut ſunt *Palæſtina*, *Phœnice*, *Syria*, *Cilicia*, *Cyprus*, *Arabia*, *Iſauria*, *Palæſtina Salutaris*, *Palæſtina ſecunda*, *Phœnice Libani*, *Euphratenſis*, *Syria Salutaris*, *Oſrhoena*, *Meſopotamia*, *Cilicia ſecunda*. Ammian. Marcell. 15. 8. deſcribit Orientales provincias, incipitque à Ciliciâ & Iſauriâ: indè narrat, has regiones ab *orbe Eoo* monte Amano ſeparari, & ORIENTIS *limitem in longum porrectum & rectum ab Euphratis fluminis ripis ad uſque ſupercilia Nili porrigi, lævâ Saracenis conterminantem gentibus*; limitique Orientis includit Commagenam, Euphratenſem, Syriam, Phœniciam, Palæſtinam, Arabiam & Cyprum: adeò ut in eo nomine ipſi non veniat Cilicia, Iſauria & Meſopotamia. Meminit etiam *Orientis* Baſilius lib. 1. de Vitâ Theclæ: Πόλις δὲ αὕτη Αυκαονίας, ἣ μὲν ἰσὰς ὑ πολὺ ἀπέχουσα; *Urbs ea* (Iconium) *eſt Lycaoniæ, ab Oriente non procul diſtans, Aſiam tamen versùs magis accedens, & in ipſo Piſidarum Phrygumque regionis aditu ſita*: ubi per *Aſiam* intelligenda eſt Aſia minor ad Helleſpontum ſita, cui Iconium propior erat, quàm Orienti ultra Amanum montem remoto. Sed cùm Diocletianus cap. 9. dicatur in *Oriente ſubſtitiſſe*, videndum eſt ubi æſtatem egerit. Aurel. Vi-

www.libroot.com.cn

Digitized by Google

ctor scribit, *Jovium Alexandriam profectum esse; provinciâ creditâ Maximiano Cæsari;* ibique tunc temporis Achilleum, qui purpuram sumpserat, vicit, ut idem Victor, Eutropius & Suidas in verb. Διοκλητιανὸς memoriæ mandant. Lactantius c. 36. tradit, Maximinum ab *Oriente* cursus disposuisse, moxque eum factum esse, *qualis in Syriâ & Ægypto fuit*, undè nimirùm venerat; adeò ut per *Orientem*, in quo substitit Diocletianus, videatur debere intelligi Ægyptus, cujus ad fluvium Nilum Orientis limes sese extendit, teste Amm. Marcellino. Valesius ad ejusdem 14. 7. miratur, Ægyptum inter provincias Orientis recenseri, cùm ex Notitiâ & innumeris Auctoribus constet, Ægyptum ab Orientis provinciis sejunctam esse: sed mirari tandem se desiisse addit, postquàm didicit, Ægyptum & Mesopotamiam olim sub dispositione Comitis Orientis fuisse; idque docere veterem Inscriptionem, quæ sic habet: M. MAECIO. MEMMIO. FVRIO. BALBVRIO. CAECILIANO. PLACIDO. C. V. COMITI. ORIENTIS. AEGYPTI. ET. MESOPOTAMIAE. Certè *Ægyptum* ab *Oriente* separant Vopiscus in Probo, cap. 9. Libellus Precum à Faustino oblatus Valentiniano, &c. p. 20. Haymo 8. 2. Histor. Eccles. & proindè nondùm video, illam Orientis nomine fuisse comprehensam; quod si verum foret, certè in Inscriptione laudatâ etiam ab eo non distingueretur. Aliud igitur *Provincia Orientales*, aliud *Oriens & Provincia Orientis*; duobus sensu possunt usurpari, nempè vel pro provinciis in genere versùs Ortum remotis, vel pro provinciis, quæ *Oriente* propriè dicto comprehendebantur. Ammianus recensere se dicit *Orientales provincias*, quo certè nomine Mesopotamia & Ægyptus fuerunt comprehensæ, licèt illæ distinctæ sint ab *Oriente*, vel *Orientis* strictè sumpti *provinciis*; quod diligenter notandum est. Quia autem Lactantius disertè scribit, Diocletianum *substitisse in Oriente, & aucupatum esse rerum exitus*, potuit primò Antiochiæ (quæ Orientis caput erat) substitisse, & posteà Ægyptum petiisse; vel potiùs tempora distinguenda sunt, quia utrumque bello adversùs Persas accidere potuit, sed non eodem anno. Nam contra Persas bellatum est annis 294. 295. 296. & 297. & Achilleus victus est, uti Eruditi censent, anno 295. adeò ut anno ultimo, quo victus est victor antè Narsen, Diocletianus in Oriente, & quidem Antiochiæ, videatur substitisse.

3 Ibid. *Scrutator rerum futurarum.*] Sic Diocletianus Aurelio Victori vocatur *imminentium scrutator*; cùmque propterea victimarum exta consuleret, & ita Genitium diligenter Deos coleret, hinc puto, Zosimum 2. 10. narrare, eum noluisse resumere purpuram, quia prospiciebat perturbationem rerum: οἷα καὶ τὴν περὶ τὸ θεῖον δεισιδαιμονίαν, *ut erat vir religionis observantissimus*; id est, diligens deorum cultor & consultor. Atque ita Ammianus Marcell. 22. 1. narrat, Julianum *exta rimatum esse assiduè, avesque suspicientem præscire festinasse accidentium finem.*

Lin. 5. *Sacra turbata sunt.*] Id est, sacrificia ritè fieri non potuerunt; malum omen illis objectum est. Virgil. 3. Æn. 407.

Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat, & omina turbet.

Lin. 7. *Magister ille aruspicum Tagis.*] Certè ita appellat primum aruspicum, quia Tages artem eam dicitur invenisse, teste Cicerone & aliis; atque adeò *aruspicinam scripsisse*, si fides habenda Fulgentio, in Expos. Serm. Antiqui: quomodò sui temporis Medicos cap. 33. *Chironem* & *Melampum* antiquis nominibus designat. Nec insolitum est, Collegiorum sacrorum Præsides *magistros* vocare. In Inscript. occurrit *Magister collegii Fratrum Arvalium, Ordinis Sacerdotum Dei Solis Invicti Mithræ*, & *Saliorum*. Quin & ipse *Magister Aruspicum* in lapide apud Reines. v. 13. memoratur:

L. FONTEIVS FLAVIANVS
—
HARVSPEX. AVGG. CC.
PONTIFEX. DICTATOR
ALBAN. MAG. PVBLICVS
HARVSPICVM. ORDINI
HARVSPICVM. EX. D D.

Nescio an Græci hanc vocem nonnunquàm per Διδάσκαλος expresserint. Certè apud Euseb. lib. 7. c. 10. Hist. Eccles. celebratur ὁ διδάσκαλος καὶ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μάγων ἀρχισυνάγωγος, qui Valerianum ad persequendos Christianos incitavit, & per quem nequaquàm Macrianum, qui posteà imperium arripuit, intelligi cum Valesio posse existimo. Nam is dicitur fuisse Καθολικὸς, id est, *Rationalis Imperatoris*, & αὐτὸς, vel *ipsis*, nempè Valeriano & Archisynagogo, egregiam gratiam retulisse: saltem nisi alia præcesserint, uti hæc continuo ordine non narrantur; id quod etiam Valesii sententiæ non favet. Sed tutiùs est intelligere cum præstantissimo Francisco Spanhemio Judæum, quia Archisynagogorum & Magistrorum nomen illis proprium erat.

www.jiujool.com.cn
Digitized by Google

Lin. 9. *Profani homines.*] Christiani, quos propterea sacris suis arcebant Gentiles, quosque *atheos, impios & irreligiosos* vocabant, quia deorum cultum damnabant, uti ex Luciani Pseudomante, & Arnobio constat.

www.libtool.com.cn

Pag. 197. lin. 3. *Milites cogi ad nefanda sacrificia præcipit.*] Rectè notat Baluzius, Eusebium 8. 1. idem memoriæ mandare, qui etiam malorum, quæ hoc Edictum secuta sunt, originem eleganter describit, quæque adjicere placet, ut unusquisque indè exemplum capiat. *Sensim ac moderatè in nos cœpit animadvertere (Deus) orsâ primùm persecutione ab iis, qui militabant. Cùm verò sensu omni destituti de placando Deo ne cogitaremus quidem, quin potiùs instar impiorum quorumdam, res humanas nullâ sollicitudine ac providentiâ gubernari rati, alia quotidiè crimina aliis adjiceremus; cùm Pastores, spretâ religionis regulâ, mutuis inter se contentionibus decertarent, nihil aliud, quàm jurgia, minas, æmulationes, odia, ac mutuas inimicitias augere studentes, principatum quasi tyrannidem quandam contentissimè sibi vindicantes; tunc demùm juxta dictum Jeremiæ, obscuravit Dominus in irâ suâ filiam Sion, &c.* Et milites Christianos militiâ motos fuisse, si sacrificare nollent, docet idem c. 4. ubi notandum στρατοπεδάρχην, quicunque is fuerit, milites primò persecutum esse. Hic proculdubiò id jussu Diocletiani fecit, si Lactantium sequimur; si verò Eusebium, Maximiani Galerii: nam l. 8. p. 317. tradit, Galerium diù ante reliquos Imperatores, Christianos, qui in exercitu erant, & qui in palatio versabantur, persecutum, illumque miserandæ persecutionis auctorem fuisse. Ad sacrificia autem coacti sunt Christiani, quia nullum evidentius signum erat Deos colendi: undè & PIETAS in nummis cernitur cum instrumentis sacrificio adhiberi solitis, uti doceo ad Homeri Apotheosin pag. 288. quod quia facere recusabant Christiani, *athei* audiebant. Arnob. lib. 6. extremo: *Quoniam satis, ut res tulit, quàm inaniter fiant simulacra, monstratum est; de sacrificiis deinceps, de cædibus, atque immolationibus hostiarum, de mero, thure, deque aliis omnibus, quæ in parte istâ confiunt, poscit ordo quàm paucis, & sine ullis circumlocutionibus aicere. In hac enim consuestis parte invidias nobis tumultuosissimas concitare, appellare nos* ATHEOS; *& quòd minimè attribuamus diis, pœnas etiam capitis belluarum crudelitatibus irrogare.*

CAPUT XI.

Pag. 197. lin. 1. *Deorum montium cultrix.*] Quid hoc de loco sentiam, patebit ex iis quæ ad Columbum περὶ μακαρίων missi, quæ ex viri eruditi notis commodè hùc transferri non potuerunt. Persuasus autem nunc sum, lectionem hanc rectè sese habere, & Galerii matrem *montes* ut Deos coluisse; vel certè præcipuè adorasse Deos, quos in montibus, tanquàm sedibus suis, versari putabant: quales *Montenses Deos* in apographo Commodiani dici, notavit etiam Rigaltius; quamvis præferat,

Montes & Deos dicitis——

illudque vel positum est pro *Montenses*, quomodò in Inf. 7. p. XLI. Gruteri NEMORESIS DIANA est *Nemorensis*; vel ita ex more loquendi illius sæculi scribitur. Sic *Dii montium* occurrunt apud vulgatum Interpr. 3. Reg. 20. 23. *Servi verò Regis Syria dixerunt ei:* DII MONTIUM *sunt dii eorum, ideò superaverunt nos: sed meliùs est, ut pugnemus in campestribus.* Interpretes LXX. singularem numerum servant: Θεὸς ὀρέων Θεὸς Ἰσραὴλ, ἢ δὲ Θεὸς χαλάδων. Syri volunt significare Deos, vel Deum, quem Israëlitæ adorabant, in montibus habitare, & dominari; quemadmodùm canit Ovidius:

Dii sumus agrestes, & qui dominamur in altis
Montibus, imperium est in sua tecta Jovi.

Neque tantùm *dii agrestes* vocari *montium dii* possunt: sed etiam illi, qui in montibus colebantur, & alii, qui in iis versari putabantur; ut [illegible]na, quæ in montibus feras agitabat, *montivaga* propterea dicta. Quin & Cybele *dea montium* vocatur Mœcenati apud Diomedem lib. 3. p. 514.

Ades, inquit, ô Cybele fera montium dea.

Galerii igitur mater *deos montium*, vel *deos montes* coluit; quod ultimum si quis amplecti mavult, me certè haud fiet invito. Erat enim illa Daciâ oriunda, & fortè Dacis parentibus genita, ibique educata; undè nihil mirum esse debet, si eorum superstitionem secuta est. Nam constat, Getas, sive Dacos, *montem* quemdam instar numinis coluisse. Strabo lib. 8. Θεὸς δ' ἐστὶν αὐτοῖς ὁ ἱερεὺς ἑνὸς ἐνιαυτοῦ ἑλόμενοι θεὸν. Καὶ τὸ ὄρος ὑπελάμβανον ἱερὸν, καὶ προφητεύουσιν ἔνιοι; *apud Getas sacerdos dicitur Deus, & mons sacer existimatur, atque ita appellatur;* & Statium *conjuratum verticem* celebrare censent Eruditi, quia Daci bella gesturi in eo monte conveniebant, & jurejurando sese obstringebant: quanquàm Strabonis mons ideò tantùm sacer haberi potuerit, quia in eo sacerdos habitabat, qui Θεὸς, exemplo à Zamolxi sumpto, vocabatur; &

Digitized by Google

quia διτεμὲς illud χωλεὸν reliquis, Rege & famulis exceptis, esset ἄβαθον, uti apud eumdem legimus: quæ res excludit Dacos sacramento se obstringentes; fortèque vox ἱερὸν verti debet *templum*, quomodò Max. Tyrius Diss. 38. scribit, Libyæ incolis Atlantem montem habitum fuisse ἱερὸν, καὶ Θεὸν, καὶ ὄρχον, καὶ ἄγαλμα; id est, *templum*, *Deum*, *jusjurandum & simulacrum*. Quicquid sit, vel *Dii montes*, vel *Dii montium* sunt intelligendi apud Lactantium. Dum autem hanc superstitionem ad animum revoco, facere non possum, quin primò doleam, humanum genus quòd digestas quidem, sed tamen rudes & informes moles instar numinum venerari potuit, quòdque eumdem honorem exhibuit informibus lapidibus, & dealbatis stipitibus, columnisque, quæ nullam hominis præ se figuram ferebant. Propter argumenti similitudinem, quæ eâ de re notavi, licèt longiuscula, nec omnia nova sint, hâc occasione adjiciam, ut fœda & vesana superstitio omnium clarissimè oculis pateat. LAPIDES igitur, vel SAXA à Gentilibus honore divino cultos, id est, unctos, coronatos, & adoratos fuisse, ex Arnobii lib. 2. constat: *Picturatas veternosis in arboribus tanias si quandò conspexeram, lubricatum lapidem, & ex olivi unguine sordidatum, tanquàm ineesset vis præsens, adulabar, affabar, & beneficia poscebam nihil sentiente de trunco;* ubi videri possunt Interpretes. Lucianus in Pseudomante notat Rutilianum, si quandò λίθον ἀλειμμένον καὶ ἐστεφανωμένον conspexisset, continuò in genua cecidisse, adorasse, vota fecisse, & prospera ab illo postulasse. Et puto, verè notare eruditione præstantes viros, superstitiosos homines imitatos esse Jacobum lapidem unguento perfundentem in Bethel Gen. 28. qui tamen, teste Augustino, more idololatriæ lapidem non perfudit oleo, velut faciens illum Deum, neque adoravit illum lapidem, neque illi sacrificavit. Certè Palæstinæ finitimi Arabes lapidem pro Deo coluerunt. Max. Tyrius Diss. 38. Ἀραβίοι σέβουσι μὲν, ὅτινα ὃ ὐκ οἶδα. τὸ δὲ ἄγαλμα ὁ ἔδον λίθος ἦν τετράγωνος. Apud eosdem sanguine, quem ex majoribus digitis, vel pollicibus fœdus percutientium eliciebant acuto silice, ungebantur septem lapides in medio positi, invocabanturque Bacchus & Urania, teste Herod. 3. 8. Deum autem, quem lapidis formâ colebant, Bacchus, ut reor, fuit alio nomine Διουσάρης dictus. Neque enim audiendus Suidas, qui illud mutat in Θεὸς, id est, Θεὸς Ἄρης, uti observatum Illustri Bocharto: sed tamen ille rectè simulacrum ejus describit: *Simulacrum autem est lapis niger quadratus, ἀτύπωτος, nullam figuram habens, altus quatuor, latus pedes duos, aurea basi impositus.* Sic Tertulliano in Apol. Arabiæ Deus dicitur esse *Dysares*; & apud Hesychium legimus Διουσάρην τὸν Διόνυσον, Nαβαταῖοι: quin & Stephanus scribit, Διουσάρα *scopulum*, & κορυφὴν ὑψηλοτάτην esse Arabiæ, nomenque habere ἀπὸ τοῦ Διουσάρου, qui Deus ab Arabibus colebatur. Clarissimus Vossius 6. 39. Idol. Gentium putat, lapidem τετράγωνον Max. Tyrio laudatum fuisse loci excelsi verticem, vel cacumen, quod pro numine Arabes coluerunt; quia Stephanus σκότιλον καὶ κορυφὴν vocat, & mox addit, eundem, vel Hermolaum, clarè narrare, Διουσάρην esse dictum jugum, sive altissimum Arabiæ locum, proque numine habitum ab Arabibus pariter ac Dacharenis: in quibus notandis humani aliquid patitur vir doctissimus. Nam Stephanus tantùm narrat, cacumen, vel scopulum Διουσάρου, nomen habere à Deo Dysare; ejusque simulacrum, non montem, verùm lapidem quadratum fuisse, ex Suidâ edocti sumus. Et de hoc Arabum numine videtur explicandus esse Porphyrius lib. 2. de Abstin. Δυμαῖοι δὲ Ἀραβίας κατ' ἔτος ἕκαστον ἔθυον παῖδα, ὃν ὑπὸ βωμὸν ἔταφον ᾧ χρῶνται ὡς ξοάνῳ; *Dumatii quoque, Arabiæ populi, puerum quotannis sacrificabant, quem sub aræ sepeliebant, quâ simulacri loco utebantur;* nam cùm Arabum Deus lapis fuerit quadratus, testibus M. Tyrio & Suidâ, cum eâ formâ plurimæ aræ sint, cùmque ara illa loco simulacri fuerit Arabibus, nihil certè causæ video, cur non ita Porphyrius explicari possit. Hæc autem superstitio videtur etiam ad Saracenos transiisse, licèt lapis, quem adorabant, habuerit lineamenta capitis, si quis accuratiùs illum inspiceret, teste Euthymio Zygabeno in Panopliâ à Sylburgio editâ. Quin imò & hodiè Mahumedani in parvo templo, quod ab Adamo fabulantur esse conditum, postquàm pulsus fuit Paradiso, & in quo Abrahamus, Ismaël, & Mahomet preces suas, si eos sequimur, fecerunt, colunt & osculantur lapidem *Al-hajar Al-Aswad*, quem vocant *Brachtan*, eumque ex Paradiso Gabrielem ad Abrahamum nugantur portasse, initiò nive & lacte candidiorem, atque ad instar Solis lucidum fuisse: sed nigrum factum propter peccata hominum, uti docet Chevræus in Historiâ Mundi. Et de hoc lapide nescio an loquatur Antoninus Martyr in Itiner. *In parte ipsius montis habent Sarraceni idolum suum positum marmoreum, quod est*

Digitized by Google

candidum ſicut nix ; ibi permanet ſacerdos indutus dalmaticâ & pallio lineo. Quandò autem venit tempus feſtivitatis eorum, percurrente lunâ, antequàm ſacerdos ingrediatur ad diem feſtum illorum, incipit marmor illud mutare colorem ; & dum adorant idolum, fit marmor illud nigrum ſicut pix ; completoque tempore feſtivitatis, revertitur in priſtinum colorem, undè & valdè admirati ſumus ; prout illa verba ab aliis laudantur. Atque ut Arabes, vel Iſmaëlitæ, Patriarchas malè imitati ſunt : ita Phœnices lapides conſecrarunt, quos *Batulia*, vel *Batulos*, teſte Damaſcio apud Photium, vocarunt ; idemque nomen Græci dederunt lapidi, quem Rhea loco Jovis fingitur Saturno dediſſe devorandum, quemadmodùm ex Heſychio, Priſciano, & aliis, docuerunt Seldenus, Voſſius, Bochartus, Salmaſius, & Reineſius : quam ad hiſtoriam reſpiciens Lycophron in Caſſandrâ p. 70. Jovem appellat Δίκτον μάγιστον, *lapidem maximum ;* ut enim notat Tzetzes, Δίκτον δὲ τὸν Δία λέγει διὰ τὸν λίθον τὸν ἀντὶ Διὸς ὑπὸ Ῥέας σπαργανωθέντα καὶ ὑπὸ Κρόνου καταποθέντα. Præterea *Divi Lapides* occurrunt apud Lamprid. in Heliogab. cap. 8. *Lapides, qui Divi dicuntur, ex proprio templo Dianæ Laodiceæ ex adyto ſuo, in quo Oreſtes id poſuerat, afferre voluit.* Salmaſius arbitratur, *divos lapides* fuiſſe in adyto Dianæ Laodicenæ ; & Caſaubonus notat, *lapides divos* appellari famoſiſſimum illud ſimulacrum ab Oreſte & Iphigeniâ è Tauricâ ablatum. Rubenius 2. Elect. 31. divos fratres, id eſt, Caſtoras intelligit, quorum templum Domitianus inſtauravit : ſed ſimul fatetur, animum ſibi pendere, ampliùſque eſſe deliberandum ; & poſt τὸ *templo* finit ſenſum, interſeritque τὸ *ſimulacrum* poſt *Laodiceæ*. Certè hi lapides non potuerunt eſſe in adyto Dianæ, neque quicquam commune habent cum deæ iſtius ſtatuâ, nec ad Caſtores queunt ullo modo referri ; quia diſertè *proprium templum* Divis Lapidibus tribuitur, & quia Lampridius agit de novis diis, quos Romam ex aliis urbibus transferre voluit Heliogabalus. Hoc animadvertens Triſtanus, T. 2. pag. 324. arbitratur, *divos lapides* nullos alios eſſe, quàm triginta lapides, formâ quadrangulari, qui Pharis in Achaiâ circa ſimulacrum Mercurii ſtabant, quibuſque ſingulis nomina deorum erant impoſita, teſte Pauſaniâ lib. 7. Sed quominùs & hanc explicationem amplecti poſſim, facit *proprium templum*, in quo *divi lapides* fuerunt poſiti. Templum quidem Pauſaniæ auctoritate his Lapidibus tribuit Triſtanus : verùm apud eum nihil tale reperio, quippè qui tantùm narrat, Pharis aquam eſſe Mercurio ſacram, fonti nomen Hama ; incolas piſcibus parcere, quia eos ſacros deo eſſe exiſtimant, & propè ipſum illius ſignum lapides ferè triginta poſitos eſſe quadrangulâ formâ. Quid igitur ? Puto hos lapides in Oriente & Syriâ quærendos eſſe ; &, ſive ſcribas, *divos lapides*, ſive cum Illuſtri Salmaſio *vivos*, intelligi debere *Batulos*, quos non modò ἐμψύχους λίθους vocarunt Græci : verùm de quibus etiam multa mira narrabant, uti videre licet apud Photium in Damaſcio, quibuſque in Oriente, Heliogabali patriâ, alicubi, & fortè Hierapoli *proprium templum* fuit exſtructum. Et excidiſſe, vel ſubintelligi (id quod Obrechtus arbitratur) τὸ *ſimulacrum*, ſive *ſignum*, ſatis patet ex relativo *id*, quod cæteroquin ad nullum præcedens poteſt commodè referri ; adeò ut ita Lampridii verba diſtinguenda meâ ex opinione ſint : *Lapides, qui Divi dicuntur ex proprio templo, Dianæ Laodiceæ* (ſignum) *ex adyto ſuo, in quo Oreſtes id poſuerat, afferre voluit.* Sed ut pergam, obſervandum diligenter, verbis diſertis notare Dionem Chryſoſtomum Orat. 12. multos barbarorum paupertate, vel quia artem ſculptoriam ignorabant, montes Deos exiſtimaſſe, καὶ δίκας ἀργὰς, καὶ ἀνώμους λίθους, ſive *informes lapides ;* & ſcribere Pauſaniam in Achaicis, ſolenne fuiſſe antiquitùs Græcis ἀργοῖς λίθοις, *rudibus lapidibus*, ἀντὶ ἀγαλμάτων *exhibere* ἱμάτια λευκὰ ; & in Corinthiacis eundem notare, ante ædem Dianæ Λυκαίας jacere λίθον καλύμματον ἱερὸν, ſuper quo novem Trœzenorum viri Oreſtem à matris cæde purgarunt. Plinius præterea 2. 58. memoriæ mandat, in gymnaſio Abydi lapidem ſuo tempore cultum fuiſſe, modicum quidem, ſed quem in medio terrarum caſurum (è Sole nempè) Anaxagoras prædixerat : alium coli Caſſandriæ, quæ Potidæa vocata eſt ; & Anaxagoram alio tempore iterùm prædixiſſe, ſaxum è Sole caſurum ; idque factum eſſe interdiù in Thraciæ parte ad Ægos flumen, & lapidem iſtum oſtenſum fuiſſe vehis magnitudine colore aduſto. Cùm talia igitur ferantur de Anaxagorâ, nihil utique mirum eſt, Amm. Marcell. 22. 16. ſcribere, illum prædixiſſe *lapides è cœlo lapſuros ;* mirorque, Plinii verba non occurriſſe doctiſſimo Commentatori, qui ſcribit, cum Ammiano facere Philoſtratum & Tzetzem, ſed cæteros omnes narrare, Anaxagoram prædixiſſe, unum lapidem tantùm caſurum. Nam bis id prædixit, & utramque hiſtoriam, vel fabulam conjungere potuerunt illi, qui ſcribunt,

www.libtool.com

Digitized by Google

bunt, *lapides cæsuros* prædixisse philosophum; vel si semel id factum esse habuerunt persuasum, potuerunt plurali numero pro singulari, more loquendi vulgatissimo, usi esse: quomodò etiam Amm. cap. 8. libri ejusdem narrat, Anaxagoram Ægis-Potamis prædixisse, *lapides ex cœlo cæsuros*; qui tamen tantùm unus fuit. Offert insuper se *Mater Deûm*, quam *sacrum lapidem* scribit fuisse Liv. 29. 11. quamque ex inauditæ per omnia vastitatis petrâ, cui nomen Agdus, in finibus Phrygiæ, cum lapidibus à Pyrrhâ & Deucalione in orbem mortalibus vacuum jactatis informatam esse, atque animatam divinitùs, memoriæ mandat Arnob. lib. quinto. Mons igitur, cui ortum suum *Montana*, vel ὄρειος θεὸς, sive Rhea, debebat, *Agdus* fuit vocatus; quod vocabulum restituendum esse Isidoro, censet Reines. 3. Var. Lect. 17. apud quem in Glossis scribitur, *Agadir*, vel, uti Vulcanius edidit, *Abadir lapis*. Rectè quidem vir eruditissimus reprehendit Barthium, qui in Germaniâ hunc lapidem quærit: sed malè *Agdir*, *Agadir*, vel, si incorruptus Arnobius, *Agdum* lapidem esse, itemque Deam cultam in simulacro lapidis grandis nigri è Phrygiâ Romam transvecto, arbitratur. Nam *Agdus* non fuit lapis, verùm petra, vel mons inauditæ vastitatis: deindè *Abdir*, *Abadir*, *Abaddir* est lapis βαίτυλος, uti notatum est Eruditis ex Prisciano, qui ita loquitur lib. 1. *Abdir genus lapidis*; lib. 5. *Abadir Deus est: dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse pro Jove, quem Graci* Βαίτυλον *vocant*; lib. 6. *Abdir quoque & Abaddir* ὁ βαίτυλος, *hujus Abaddiridis*. Lapis autem, qui Deûm mater esse existimabatur, lineamenta faciei muliebris videtur habuisse; quæ etiam Saracenorum lapidi tribuit Zygabenus. Prudent. Hym. 10. v. 155.

Lapis nigellus evehendus essedo,
Muliebris oris clausus argento sedet:

nisi hic sensus sit Poëtæ, capsam argenteam, cui lapis ille erat inclusus, retulisse faciem muliebrem; ita ut clausus fuerit *argento muliebris oris*; quod, rogo, Eruditiores examinent. Lapis etiam fuit Deus *Alagabalus*, eumque Herodianus lib. 5. facit λίθον μέγιστον κάτωθεν περιφερῆ λήγοντα εἰς ὀξύτητα; additque, χρυσοειδῆ esse illi χρῶμα, & μίλαγμα χροιᾶν, ostendi in lapide eminentias nonnullas, & formas vel τύπους, Solis imaginem esse humanâ arte non fabrefactam, ac tandem è cœlo cecidisse. Deus hic cernitur in nummo Heliogabali, insignisque lapis est aquilâ & tribus stellis apud Illustrem Spanhemium ad Juliani Cæsares. In nummis præterea Seleucensium Pieriæ Syriæ, qui in honorem Trajani percussi sunt, repræsentatur mons, cujus cacumen foramen habet, vel lapis in medio templo positus, cum Inscr. ΖΕΥC ΚΑCΙΟC: undè non immeritò existimant eruditione præstantes viri, Jovem Casium exhiberi, vel montem hunc creditum esse Jovem Casium, quippè qui *tereti ambitu in sublime*, teste Am. Marcell. 22. 14. *porrigitur*, qualis planè in nummo exhibetur. In Philippi patris numismate cernitur quoque templum, & in ejus medio rupes, vel mons, cum Inscr. ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑΣ; quæ haud vanum indicium est, rupem illam, vel montem peculiari honore cultum, & Dianæ sacrum fuisse. In alio Caracallæ lapis rotundus & in acumen desinens templum medium occupat, cum Inscr. ΚΟΙΝ. ΔΕΙΗΩΝ; quod Harduinus positum putat pro Διίων, refertque ad Dium, urbem Decapolitanæ regionis in Syriâ, cujus Plinius & Steph. meminerunt, Tristanus verò & Holstenius ad Diam Arabiæ urbem; repræsentarique putant Venerem, quam eâ formâ cultam fuisse ex Clemente Alexandrino, Maximo Tyrio, Arnobio, Dione Chrysostomo, & Pausaniâ docent. Sed Venerem non nominant Clemens, Maximus Tyrius, Arnobius, Dion; & celebrant tantùm λίθον, λίθον τετράγωνον, vel *informem lapidem*; potueruntque respicere ad lapidem quadratum ab Arabibus cultum, de quo antè memini me agere. Vidit id fortè etiam Tristanus; utque evinceret, lapidem hunc esse *Venerem Vraniam*, addit, Pausaniam lib. 1. narrare, Athenis templum esse Veneri Vraniæ dedicatum, quam ferebant Parcarum vetustissimam, *Dans lequel il y avoit une pierre faite en forme de Herme, ou borne, dont l'Inscription marquoit, que c'estoit l'effigie de Venus Vranie.* Græca ita sese habent: Οὐρανίας ἄγαλμα τετράγωνον κατὰ ταυτὸ καὶ πῖς Ἑρμαῖς: quibus in verbis ego nullum lapidem acuminatum invenio, sed Veneris statuam quadratam ad instar Hermarum; id est, eam caput habuisse, & reliquum corpus fuisse quadratum absque brachiis, &c. quomodò Hermæ fieri solebant. Hùc omninò pertinet Venus Paphia, cujus simulacrum, teste Tacito in Historiis, *non effigie humanâ, sed continuus orbis latiore initio, tenuem in ambitum meta modo exurgens, & ratio in obscuro*, cujusque statuam nulli alii rei assimilari posse, quàm πυραμίδι λευκῇ, scribit Max. Tyrius Diss. 38. qualis & illa cernitur in nummo Drusi apud Patinum, Trajani apud Trista-

num, & aliis apud Jac. Gutherium 3. 5. de Jure Pontif. qui malè hæc numismata ad Dianam Paphiam refert. Eodem loco vir eruditus Lampridii paulò antè laudata verba emendat: *Ex proprio templo Dianæ Lycææ, illam Laodicea ex adyto suo, in quod Orestes posuerat, auferre voluit;* & intelligit lapidem qui, teste Pausaniâ, ante ædem Dianæ Lycææ jacebat, & sacer vocabatur; additque, Laodicenses Dianæ simulacrum Braurone avectum impetrasse à Seleuco, illudque signum deæ esse, quod olim è Tauricâ Orestes & Iphigenia sustulerant. Sed primò aliud sunt *divi*, vel *vivi lapides;* aliud lapis Træzene jacens ante templum Dianæ Licææ: illi suum sibi templum habuerunt; hic verò ne in templo quidem, sed ante ædem alterius numinis positus fuit. Deindè Pausanias non docet, statuam Dianæ, quæ ex Braurone in Persiam asportata, & à Seleuco Laodicensibus Syriæ data fuit, esse Dianam Tauricam; quin imò variis argumentis lib. 3. id refellit, docetque, Dianæ Orthiæ simulacrum, quod in Lymnæo, Laconicæ agro, colebatur, potiùs illud esse, quod ab Oreste & Iphigeniâ barbaris erat ablatum. Neque etiam mihi placet quod addit Gutherius, simulacrum prisci operis Praxitelis fuisse illius, qui marmore felix & clarus habebatur. Nam cùm Praxiteles tempore Cn. Pompeii Magni vixerit, utique Dianæ Tauricæ simulacrum facere non potuit; & Pausanias in Atticis scribit, Braurone esse Dianæ Brauroniæ sacellum, & simulacrum, Praxitelis opus: sed adjicit: καὶ τὸ ἀρχαῖον ξόανόν ἐστι· Βραυρωνίαν, Ἄρτεμις, ὃν λέγουσι, ἡ ταυρική: undè patet, aliud antiquius longè signum ibi fuisse Dianæ Tauricæ; quæ cùm non distingueret vir doctus, in errorem lapsus est. Sed ut pergam, Seldenus ex Suidâ & Hesychio observat, Apollinis Ἀγυιέως statuam esse, lapidem basi circulari, in conum desinentem: verùm illi, non secùs ac Harpocration, Schol. Aristophanis, Stephanus, Auctor M. Etym. & Eustathius p. 166. uno ore tradunt: Ἀγυιὰ aram esse ante fores ὡς κίονα κίονος, vel κίονα ἐπὶ ὀξὺ λήγοντα, ἢ ἱστὰν πρὸ τῶν θυρῶν, vel κρηπιδωτὸν κίονα *sacrum Apollini, vel Baccho, vel ambobus;* simulque ex iis patet, Apollinem Ἀγυιάτην & Ἀγυιέα dictum esse, id est, Ἐφόδιον, vel viarum præsidem: sed nondùm discere ex iis auctoribus potui, Apollinem tali formâ cultum fuisse; quin potiùs contrarium planè tradit Macrob. 1. Sat. 9. *Etenim sicut Nigidius quoque refert, apud Græcos Apollo colitur, qui Θυραῖος vocatur; ejusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitûs & introitûs domorum tuentes potentem. Idem Apollo apud illos &* Ἀγυιεὺς *nuncupatur, quasi viis præpositus urbanis. Illi enim vias, quas intra pomœria sunt,* ἀγυιὰς *appellant;* nam diserte Apollo ab aræ distinguitur. Pausanias præterea lib. 1. Megaris scribit esse lapidem, περιχύματος πυραμιδοῦ χῆμα ὑ μεγάλης, illumque nominatum fuisse *Apollinem* Καρινόν; & in Corinthiacis memorat Jovis Μειλιχίου & Dianæ Πατρίας simulacra nullâ arte facta, illius πυραμίδι, hujus verò columnæ, vel κίονι ἐοικυίᾳ. Sic Auctor Phoronidis apud Cl. Alexandrinum Junonis Argivæ statuam, κίονα, vel columnam non aliam ob causam nominat, notante Scaligero ad Eusebium. Bacchus, eodem Clemente teste, columnæ etiam formâ cultus; quod Dickinsonus cap. 10. Delph. Phœni. ad columnam refert, quæ in veteri Fœdere Mosi, ex quo Bacchum fecerunt, & Israëlitis præluxit; nec immeritò idem Clemens tradit, olim columnas pro simulacris cultas esse: καὶν γ' οὖν ἀκριβωθῶσιν ἱκανῶς τὰ ἀγάλματα χίονες κίονας ἴσασιν οἱ παλαιοὶ, ἔνθεον τύπους ὄντα ἀφιδρύματα τοῦ Διός. Et hùc etiam referri posset *discus*, quem pro Sole Pœonas coluisse in Harpocrate doceo; hùc Penates Lavinii, quorum formam & figuram scribit Timæus apud Dionys. Hal. lib. 1. esse κηρύκια σιδηρᾶ καὶ χαλκᾶ, καὶ πίελον τετρῶσθαι, *caduceos ferreos & æreos, & testam fictilem Trojanam:* nisi quis τὸ πίελον malit vertere *lucernam* cum Baudelotio De Dairual Tom. 1. p. 199. & hùc tandem pertinet Saxonum idolum *Irminsul*, de quo peculiari libro egit Meibomius. Hic autem informium lapidum saxorumve cultus diù duravit, ipsaque plebs Christiana in pagis eo infecta fuit. Ivo Carnotensis part. 11. c. 38. refert caput Concilii Nannetensis, quo *funditùs effodi jubentur lapides, quos in ruinosis locis & sylvestribus venerantur;* & cap. 57. caput Concilii Agathensis, quo statuitur, *perscrutandum esse, si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides quosdam, quasi ad altaria faciat.* Atque ex his satis superque patere arbitror, Græcos, Syros, aliosque populos, lapides informes ut deos coluisse. Nunc dispiciendum est, num eò etiam vesaniæ progressus sit Romuli populus, & gens togata. Matrem deûm & Elagabalum eos coluisse, ut & lapides unxisse, notum est: sed id ago, ut examinem, num aliquod numen patrium eâ formâ venerati sint. Certè Tristan. T. 1. p. 427. notat, Jovem dictum esse ἐπίκριον, non solùm quia in summis montibus colebatur: sed

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

quia mons, vel rupes existimabatur Jupiter ipse, qui reverà erat Jupiter cognominatus *Lapis*, Ciceroni memoratus; ejusque vestigiis alii Antiquarii celebres insistunt. Sed nihil hùc pertinet *Romanus vetustissimus ritus*, utì Apuleio vocatur, *jurandi per Jovem lapidem*; vel *sanctissimum jusjurandum*, ut illud appellat Gellius 1. 21. Nam quemadmodùm docuerunt ex Festo, & Polybio, Turnebus & Sanctius, locutio est elliptica; & qui ritu illo jurabant, lapidem silicem tenebant, hæc verba dicentes: *Si sciens fallo, tum me Diespiter salvâ urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem*; undè patet, Jovem lapidis formâ à Romanis cultum non fuisse. Habuerunt tamen illi lapidibus informibus honorem; utì *manali lapidi*, vel *petræ*, *quæ erat*, Festo docente, *extra portam Capenam juxta ædem Martis, quam cùm propter nimiam siccitatem in urbem protraherent, insequebatur statim pluvia, eumque, quòd aquas manaret, manalem lapidem dixere.* Et ut lapis qui, Anaxagorâ prædicente, è Sole decidit, cultus fuit: ita in agro Crustumino, teste Livio 41. 9. lapis, qui in lucum Martis cecidit, sacer habitus est; si modò de eodem, & non de alio loquitur idem cap. 13. *In Crustumino avem sangualem (quam vocant) sacrum lapidem rostro cecidisse.* Ut autem ad aliud membrum me convertam, notandum, Gentiles etiam stipites nudos ut deos coluisse; quò pertinent *hastæ*, de quibus ad Apotheosin Homeri egi. Simulacrum etiam Dianæ Ephesiæ cùm primùm ex cœlo decidit, vel ab Amazonibus consecratum est, fuit truncus acutus ulmeus, utì notat ad Eusebium Scaliger: quod si verum (alia enim sentit Petitus c. 30 politissimi libri De Amazonibus) non satis cautè Petrus Faber 1. Sem. 3. simulacrum Dianæ ab Amazonibus venatricis antiquâ & solitâ figurâ fuisse consecratum scribit; & æquè malè ostendere conatur, Dianam Ephesiam non fuisse multis mammis & verubus exstructam: quod tamen adeò clarum est, ut ne quidem probatione indigeat. Sed, ut ad rem redeam, audiendus est Arnob. l. 6. adv. Gentes: *Ridetis temporibus pristis Persas fluvium coluisse, memorialia ut indicant scripta, informem Arabas lapidem, acinacem Scythia nationes, ramum pro Cinxiâ Thespios, lignum Icarios* (alii legunt *Caryos*, & Caryam, vel Caryatydem Dianam à Laconibus cultam intelligunt) *pro Dianâ indolatum, Pessinuntios silicem pro Deûm Matre, pro Marte Romanos hastam, Varronis ut indicant Musæ; atque ut Æthlius memorat, ante usum disciplinamque fictorum, pluteum Samios pro Junone; & abstinetis à risu, cùm pro diis immortalibus sigilliolis hominum, & formis supplicatis humanis?* Quæ verba clarissimè anilem hanc superstitionem nobis ob oculos ponunt. Sic Clemens Alex. Cinxiæ vel Junonis simulacrum, πρίμνιον ἀκανθωμένον; Dianæ, ξύλον ὐκ ἀπειλημμένον; Junonis, σανίδα, utì eruditis observatum, appellat; neque aliter vel Junonem Samiam, vel Minervam Lindiam describit Callimachus apud Euseb. 3. 8. Præp. quemadmodùm eruditè docet Vossius ad Catullum. De hujusce modi statuis eleganter loquitur Tertull. 1. 12. ad Nat. *Si de hoc differentia intercedit, quantò distinguntur à crucis stipite Pallas Attica, & Ceres Pharia, quæ sine formâ, rudè palo,* (ita enim cum Stephano le Moyne Viro doctissimo legendum) *& solo staticulo ligni informis repræsentatur.* Per *stipitem crucis* intelligit lignum crucis rectum, quod ὀρθὸν ξύλον vocat Justinus; malèque hinc arbitratur Lipsius crucem aliquandò solo arrectario ligno constitisse, quia sensus est, non debere Gentes mirari, Christianis crucem in pretio esse, cùm ipsi sub formâ stipitis, vel staticuli, atque adeò recti pali, qui partem crucis facit, Athenis quidem colant Palladem, in Ægypto autem Cererem sive Isidem. Antè eodem capite dixerat Tertull. *Crucis qualitas, signum est de ligno: etiam de materiâ colitis penès vos cum effigie. Quanquàm sicut vestrûm humana figura est, ita & nostrûm sua propria: viderint nunc lineamenta, dum una sit qualitas; viderit forma, dum ipsum sit Dei corpus.* His doctissimus Gothofredus verbis componi posse æstum inquirentium existimat, utrùm Tertulliani tempore cruci superaddita sit imago crucifixi; additque, eum inter Nationum & Christianorum cruces apertè hoc discrimen ponere, illas nimirùm fuisse cum effigie humanâ, has suâ propriâ figurâ, non humanâ effigie, non lineamentis humanis, sed ἀπηλλαγμένας, simulacro nudas: quæ certè quid sibi velint, vix capio. Nam Ethnicos deorum suorum aliquem cruci affixum coluisse, vel cruci honorem (excipient alii fortè Ægyptios, quorum in Hieroglyph. notis figura instar crucis apparet) habuisse, non puto apud Patrum vel alium quenquam reperiri: nec certè illa est mens Tertulliani; verùm is ita argumentatur: Christianorum crucem signum de ligno esse; Gentiles etiam colere quod de materiâ, sive ex ligno factum est: atque ita amborum eandem esse qualitatem; Gentis

lium quidem ligna repræsentare figuras humanas, id est, ſtatuas esse: crucem verò habere etiam figuram, non humanam, verùm ſuam & propriam; quò pertinet, ſcribere Minutium Felicem in Octavio: *Cruces etiam nec colimus, nec optamus. Vos planè qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas, ut deorum vestrorum partes, forsitàn adoratis.* Indè addit Tertullianus, nullam rationem habendam esse lineamentorum, vel ſtatuas præferendas esse cruci, cùm ſint ex ligno; ſubjicitque, ſi demus esse hîc differentiam, nihil tâmen à crucis arrecto ſtipite differre Palladem Atticam, quæ neſcio an illa fuerit, quam è ligno Autochthonas poſuiſſe refert Euſebius loco laudato. Frequens autem hæc ſuperſtitio in agris, in quibus Terminus formâ lapidis vel ſtipitis colebatur. Prius nos docet Prudent. 2. contra Sym. 1005.

Utimur & ruris reditu, & ratione colendi
Exercere manus non pœnitet; & lapis illic
Si ſtetit antiquus, quem cingere ſueverat error
Faſciolis, vel gallinæ pulmone rogare,
Frangitur, & nullis violatur Terminus extis.

Alterum verò ſimul Ovid. 2. Faſt.

Termine, ſive lapis, ſive es defoſſus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque Numen habes.

Tibullus 1. 1. vocat *ſtipitem deſertum* (quem alii emendant, alii explicant, utì videre licet apud Scal. ad Varr. 1. de Re Ruſt. Barth. 4. Adv. 11. Voſſ. 2. 7. 21. Harm. Evan. Giphan. in Ind. Lucret. Jac. Loënſem 2. Miſc. 18. & Poëtæ Commentatores) & *deaſciatum ſtipitem* Prudent. in Hym. Romani Martyris. Ejuſmodi ſtipitem appellabant *delubrum*. Feſtus: *Delubrum dicebant fuſtem delibratum, hoc eſt decorticatum, quem venerabantur pro Deo.* Doctiſſimus Voſſius putat, poſtrema verba esse Pauli, qui ubique hoc agit, ne Gentium religioni favere videatur; & licèt ab eâ opinione nequaquàm ſim alienus, tamen videor nonnullos ſcrupulos movere poſſe. Nam cùm *delubrum* non uſurpetur niſi de re ſacrâ, vel loco religioſo, nihil dixiſſet Feſtus, niſi ultimas adjeciſſet voces; & omnis fuſtis decorticatus, omnis ſtipes quocunque in loco, quâcunque de cauſâ defixus *delubrum* eſſet. Maſſurius Sabinus apud Servium 2. Æn. 225. *delubrum* interpretatur *effigiem, à delibratione corticis, quia antiqui felicium arborum ramos cortice detracto in effigiem deorum formabant.* Ipſe Servius ad lib. 4. ſimulacrum *delubrum* dici notat à libro, hoc eſt raſo ligno, factum, quod Græce ξόανον dicitur; & nonnulli apud Aſconium tandem planè cum Feſto (Servii enim locà etiam de ſtatuis poſſunt exponi) faciunt. *Sunt etiam qui delubra ligna delibrata, id eſt decorticata, pro ſimulacris deorum more veterum poſita exiſtiment: ſed malè;* ubi quod dicit, *more veterum*, Feſtus videtur exprimere per *venerabantur.* Hinc in Gloſſis *Delubrum* explicatur, καθίδρυμα, ξόανον, ἀνάθημα, & alibi ξόανον, *delubrum.* Ad hanc ſuperſtitionem etiam pertinet *haſta* pro Marte Romanis culta, teſtibus Arnob. & Plutarcho; & neſcio an indè ſit explicandus Servius ad 2. Æn. 325. *Quos tamen Penates alii Apollinem & Neptunum volunt; alii Aſtatas esse, & in Regiâ poſitos tradunt.* Nam vel legendum *Haſtatos*, quomodò *Penates* deſcribit Dion. Halicarnaſſeus, vel *Haſtas*, & *poſitas*; & intelligendæ ſunt *Haſtæ Martis*, quas in Regiâ collocatas esse teſtatur Jul. Obſequens. Et hæc quidem ſatis erunt ad fœdam illuſtrandam ſuperſtitionem, & nonnullæ auctorum loca illuſtranda; ſperoque æquum lectorem hoc, qualecunque eſt, boni conſulturum.

Ibid. *Deorum cultrix.*] Ita Statius 5. Sylv. 1. 193. Priſcillam vocat, *propriam cultricem Cæſaris*; & in Inſcr. apud Gruterum, *Cultores Herculis, Jovis, Larum*, aliorumque deorum, occurrunt, qui ſignificant, ſeſe illos deos præcipuâ religione venerari. Deos autem in ſummis montibus cultos, & Jovem indè Ἀκραῖον dictum esse, eundemque in Smyrnæorum nummo occurrere, docui ad Apotheoſin; & rem tibi gratiſſimam fore, lector, ſpero, ſi communicem tecum Inſcriptionem elegantem admodùm, Smyrnâ nuper ad me cum aliis præclaris miſſam, quæ ejuſdem Jovis memoriam conſervat:

ΕΚ. ΤΟΙ. ΕΙΣΑΧΘΕΝΤΟΣ
ΤΑΤΟΣ. ΕΠΙ. ΤΟΝ. ΔΙΑ ΤΟΝ
ΑΚΦΑΙΟΝ. ΕΠΙ. ΟΥΛΠΙΟΥ
ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ
ΕΝ ΤΑΙΣ ΣΤΡΑΤΗΓΙΑΙΣ
ΤΑΙΣ. ΜΑΡΚΩΝ. ΙΟΥΝΙΩΝ
ΥΙΟΥ. ΚΑΙ. ΠΑΤΡΟΣ.

Pag. 198. lin. 15. *Ad Apollinem Mileſium.*] Hujus oraculi videtur tunc temporis fama magna fuiſſe. Sic Licinius contra Conſtantinum bellaturus conſuluit, teſte Sozomeno, lib. 1. c. 7. τῷ Διδυμαίῳ Ἀπόλλωνι Mileti oraculum; quod auctor Hiſtor. Tripartitæ ita vertit: *Dicunt eum tunc expertum divinationem Mileti Geminique Apollinis.* Cæterùm hinc atque ex A. Marcellino, qui 14. 6. narrat, Sereniauum *familiarem*

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

ſuum ad templum fatidicum miſiſſe, aliiſque auctoribus patet, oracula eâ tempeſtate nondùm planè conticuiſſe; vel fraudes ſacerdotum omnium adhùc oculis non patuiſſe.

www.libtool.com.cn

CAPUT XII.

Pag. 198. lin. 1. *Dies aptus & felix.*] Qui ſcilicet non foret nefaſtus, ater, vel infelix rebus agendis. Notiſſimum eſt Gentiles diebus nefaſtis, ominoſis, ſive Ægyptiacis, nihil egiſſe: ſed illos, ſi quid aggredi vellent, elegiſſe dies commodos atque felices; quam in rem nonnulla, eaque haud vulgaria, ſi id ageretur, in medium adferre poſſem.

Lin. 2. *Ad ſeptimum Kal. Martias.*] Non monerem rem vulgatiſſimam, ſcribendum nimirùm eſſe diductis litteris, *a. d.* id eſt, *ante diem*, niſi viderem & idem vitium ſupereſſe cap. 17. & 44. Quàm variæ autem de initio Diocletianeæ perſecutionis ſententiæ ſint, vide apud Velſerum in Notis ad Converſionem S. Afræ.

Ibid. *Ut quaſi terminus.*] Et ſacra Termino fiebant menſe Februario, qui habebatur ultimus anni antiquis temporibus. Ovid. 2. Faſt. 47.

Sed tamen antiqui ne neſcius ordinis erres,
Primus, ut eſt, Jani menſis & antè fuit.
Qui ſequitur Janum, veteris fuit ultimus anni:
Tu quoque ſacrorum, Termine, finis eras.

Et quidem Ovidius videtur ſignificare, poſt Terminalia, vel ſacra Termino peracta, nullum ampliùs eo anno diem deo alicui feſtum agitatum fuiſſe. In Calendariis certè, poſt Terminalia nulla memorantur feſta, niſi quæ poſt prima illa tempora, de quibus loquitur Ovidius, introducta ſunt. Neque tamen puto, ultimos quinque Februarii dies Termino ſacros fuiſſe; nam illud ſi verum foret, quinque, imò ſex dies Termino dicati forent. Quin & Dionyſius Halicarnaſſeus *ſtatum diem*, vel ἡμέραν ταχτὴν lib. 2. pag. 133. Terminalibus tribuit; & Macrob. 1. Sat. 13. Romanos ſcribit, *non confecto Februario, ſed poſt viceſimum & tertium diem ejus intercalaſſe, Terminalibus ſcilicet jam peractis, deindè reliquos Februarii dies, qui erant quinque, poſt intercalationem ſubjunxiſſe.* Et fictione quâdam, dies Terminalium dies anni ultimus habebatur. Varro lib. 5. L. L. *Terminalia, quòd is dies anni extremus conſtitutus. Duodecimus enim menſis Februarius; & cùm intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur menſe*: ità ut hi quinque dies unà cum diebus intercalaribus Februario non fuerint annumerati.

Pag. 199. lin. 5. *Profectus.*] Optimè exiſtimat Columbus, ſcribendum eſſe *Prafectus*; neque enim Imperator unà ad Eccleſiam ivit, utì patet ex ſeq. *ipſi verò in ſpeculis*; & *Prafectum Pratorii* intelligendum eſſe, conſtat ex Ducibus & Tribunis, qui ipſum comitabantur, necnon indè, quòd milites Prætoriani templum diruerunt.

Lin. 12. *Acie ſtructâ.*] Vel legendum *inſtructâ*, vel ut *ſtrumentum*, pro *inſtrumentum*, utì docet Du Cange in Gloſſario, ita etiam *ſtruere* pro *inſtruere* poſuerunt. Sed & *ſtruere aciem* dixit Virgilius alicubi, ſi benè memini.

Lin. 13. *Fanum illud editiſſimum.*] Initio Chriſtiani privatis in ædibus ad colendum D. N. I. C. conveniebant, utì ſatis ſuperque ex Novo Teſtamento patet, in quo & Paulus 1. ad Cor. c. ult. celebrat Eccleſiam, κατ' οἶκον Ἀκύλας καὶ Πρισκίλλας. Sed poſteà non prohibentibus Imperatoribus vel Magiſtratibus ethnicis, propter multitudinem, quæ quotidiè Chriſto nomen dabat, in ſingulis urbibus exſtruxerunt domos laxas & grandes, utì ex Euſeb. lib. 8. c. 1. Hiſtor. Eccleſ. conſtat, nec non ex hoc Lactantii loco, in quo Eccleſia vocatur *editiſſimum*, nimirùm *ædificium*. Quod autem paulò antè dixit, *multas ac magnas domos eccleſiam ab omni parte cinxiſſe*, ita videtur interpretandum, Eccleſiam undiquè cinctam fuiſſe à domibus privatorum, ita ut illa conſpici non poſſet ab ambulantibus per plateas: quod proculdubiò factum ad evitandam Gentilium invidiam; quomodò & hodiè antiquiora monaſteria undiquè cingi domibus videmus, ita ut eorum amplitudo conſpici nequeat.

CAPUT XIII.

Pag. 199. lin. 2. *Tormentis ſubjecti eſſent.*] Ut enim ex jure Romano conſtat, omnes promiſcuè torqueri non poterant: undè & cap. 21. veluti rem inſolitam notat, *Decuriones & Primores civitatum egregios & perfectiſſimos viros* tortos fuiſſe.

Lin. 3. *Omnis actio caleret.*] Non improbo; quia *judicia calere, calere in agendo*, & *crimen calere* dixit Cicero: ſed tamen valdè arridet *valeret*, ut Juriſconſulti loquuntur.

Lin. 5. *Libertatem denique ac vocem non haberent.*] Id eſt, de injuria, adulteriis, & cæteris contumeliis agere non poſſent, neque apud judicem queri. Nec puto Lactan-

Digitized by Google

tium respicere servorum libertatem, uti arbitratur Baluzius. Eusebium nunc quidem à Ruffino rectè interpretatum esse arbitror; nam οἱ ἐν οἰκετίαις proculdubiò sunt *servi*; & qui οἱ ἐν βασιλικαῖς οἰκετίαις alibi Eusebio dicuntur, nulli certè alii sunt, quàm Imperatorum ministri, qui in familiâ, in palatio erant, quique serviunt, quamvis servi non sint propriè ita dicti.

www.libtool.com.cn

Lin. 7. *Victorias Gothorum & Sarmatarum.*] Quos scilicet vicerant: undè in nummis Dioclet. & Maximiani occurrit VICTORIA SARMATICA; & *Gothos* ab iis victos fuisse, patet ex Mamertini Genethliaco. Vult igitur Christianus ille significare, Imperatores ex Christianis pessundatis titulum sibi debere adsciscere, uti à Gothis *Gothici*, & à Sarmatis devictis *Sarmatici* dicebantur. Et quanquàm Eusebius videatur laudare hominem hunc, ego tamen arbitror, meliora sentire Lactantium, qui scribit, *illud non rectè factum esse.*

Pag. 200. lin. 1. *Legitimè coctus.*] Gallonius & Sagittarius in de cruciatibus Martyrum nihil monent de *legitimè coctis.* Ego nunc puto, eum lento igne, quali carnes assari solebant, primo coctum, indè exustum fuisse; quomodò in Christianos sæviisse Galerium patet ex cap. 21. ubi inter alia legitur, *per multum diem decoctâ omni cute*; necnon ex Euseb. 8. 6. qui significanter dicit, Petrum quendam *instar carnium, quæ ad cibos parantur, igne assatum*, vel, uti Lactantius loquitur, *coctum fuisse.* Et ita certè, *legitimè*, commodè explicari cum Columbo potest: quanquàm nec iis repugnaverim, qui exponunt, *secundùm leges*, quas Augusti tulerant; quomodò *legitimum oleum* Petronio est, quo luctatores ex lege & more palæstræ perfundebantur, uti docuit Gronovius, vir doctissimus, ad Statium.

CAPUT XIV.

Lin. 3. *Occultis ministris.*] Fortè positum est pro *per occultos ministros*; vel intelligendi sunt ministri & domestici Diocletiani, quibus insciis & non animadvertentibus, palatium incendi fecit.

Lin. 7. *Duos Imperatores.*] Atqui unus tantùm Imperator, alter Cæsar erat: quod notandum diligenter, quia ejusmodi loquendi ratio apud alios etiam occurrit, & quia similiter Eusebius eos appellat βασιλέας. Rectè cæteroquin hæc distinguit Lactantius cap. 18. ubi Diocletianus Galerium Maximinianum, qui Cæsar erat, alloquitur: *Verùm si nomen Imperatoris cuperet adipisci, impedimento nihil esse, quin omnes Augusti nuncuparentur.*

Lin. 9. *Omnes suos.*] Id est, aulicos, qui ipsi serviebant: cap. 15. *domesticos* vocat. Observandum autem, multos in palatio fuisse, qui Christo nomen dederant; eamque gratiam feciisse Dominum nostrum crudelissimorum persecutorum aulicis, atque adeò proximis. Ita D. Paulus epistolâ ad Philadelphenses extremâ memorat, τοὺς ἁγίους, τοὺς ὄντας ἐκ Καίσαρος οἰκίας; & notatu dignissima sunt Eusebii verba lib. 8. cap. 1. Hist. Eccles. *Argumento esse possit Imperatorum benignitas erga nostros, quibus regendas etiam provincias committebant, omni sacrificandi metu eos liberantes ob singularem, quâ in religionem nostram affecti erant, benevolentiam. Quid opus est dicere de iis, qui in Imperatorum palatiis versabantur? Quid de Imperatoribus ipsis, qui domesticis suis, eorumque uxoribus, liberis, ac servis, ea quæ religionis sua erant, tam verbis quàm factis liberè exsequendi coram semetipsis potestatem dederunt, ipsis ob hanc fidei suæ libertatem gloriari, ac se ostentare quodammodò permittentes.* Atque ita idem 7. 10. scribit, Valerianum summoperè initio complexum Christianos, totamque ejus domum plenam fuisse θεοσεβῶν, ita ut ἐκκλησία θεοῦ videretur esse.

CAPUT XV.

Pag. 201. lin. 2. *Sacrificio pollui coëgit.*] Quid mihi hoc de loco videatur, doceo ad cap. 1.

Lin. 3. *Per quos palatium.*] Id est, qui maximâ auctoritate erant apud Imperatorem, cujus rei Historia Augusta satis multa exempla præbet, atque ita, *quondàm*, non capiendum est de longo temporis intervallo, sed brevi, quod scilicet edictum præcedebat.

Lin. 4. *Presbyteri ac ministri.*] Id est Presbyteri & Diaconi. Isidorus apud Gratianum: *Hi* (Levitæ) *Græcè Diaconi, Latinè ministri dicuntur.* Canon 18. Concilii Illiberitani agit *De Sacerdotibus & ministris, si mœchaverint.* Canon. 33. *De Episcopis & ministris, ut se ab uxoribus abstineant*: quam in rem plura videri possunt apud Gasp. Zieglerum lib. de Diaconis & Diaconissis Eccles. Veteris, & apud Du Cange in Glossario. Sulpicius Severus 2. 43. generaliter hâc voce utitur: *Equidem hoc exemplum non tacitus prætermittam, legendumque* MINISTRIS *Ecclesiarum libenter ingesserim.* Sed quia Concilii Illiberitani mentio, illustrandus mihi, bonâ Lectoris venià, erit *Januarius Episcopus*

Digitized by Google

Sibarienſis, vel, ut alii ex MSS. ſcribunt, *Salarienſis*, in illo memoratus. Mendoza teſtatur in codice Eccleſiæ Toletanæ legi, *Januarius de Fiblariâ*, & *Fibulariâ*; lectionemque eam non temerè improbandam ſcribit, cùm Plinius teſtetur, Calagurrim *Fabulariam* à veteribus nuncupatam eſſe. Ego igitur judico, ſcribi debere *Fibularienſis*; quia Luitprandis Num. 226. Adverſariorum id nomen diſertè ſervat: *In faucibus ſaltûs Fibularienſis eſt Fabularia, quam Mauri vocant Xergal, ſedes Epiſcopalis. Sic in Concilio Illiberitano* XIV. *loco confirmat Januarius Epiſcopus Fibularienſis: ſic in quibuſdam codicibus.* Et indè conſtat, vel alio ordine Epiſcoporum nomina in nonnullis codicibus poſita fuiſſe, vel numerum XIV. mutandum eſſe in XVII. quo loco in editis Januarii illius nomen recenſetur. Laudat etiam hunc locum Gonzalez in Notis ad illud Concilium: ſed non animadvertit eum ad Januarium, qui memoratur, pertinere; malèque indè evincere conatur, ultra Epiſcopos relatos, etiam *Fibularienſem* interfuiſſe & ſubſcripſiſſe Concilio.

Lin. 5. *Cum omnibus ſuis.*] Nimirùm domeſticis, liberis, ſervis; quia mox ſequitur, *nec minùs in caterum populum.*

Lin. 10. *Pleni carceres erant.*] Notandum imprimis, Euſebium lib. 8. c. 6. ſcribere, initio perſecutionis innumeros Chriſtianos necidatos eſſe: ſed mox edictum fuiſſe propoſitum, ut omnes Eccleſiarum Antiſtites vincti carceribus includerentur, quia alii in Melitenâ, alii in Syriâ imperium arripiebant; & carceres Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus, atque Exorciſtis fuiſſe repletos: poſteà aliud edictum fuiſſe propoſitum, ut qui ſacrificaſſet, liber abiret, qui verò id recuſaſſet facere, tormentis gravibus afficerentur. Valeſius ex Libanio notavit eum, qui in Syriâ Imperium arripuit, *Eugenium* dictum eſſe: ſed ingens hiſtoriæ damnum eſt, ignorare nos quid in Melitenâ, vel Armeniâ Minore geſtum ſit; & utinàm huic rei ſuccurriſſet, qui omnia probè ſcire potuit, Lactantius!

Lin. 11. *Ne cui temerè.*] Id eſt, ne judices fortè darent ſententias ſecundùm Chriſtianos, quod legibus erat vetitum, uti patet ex cap. 13.

Pag. 402. lin. 7. *A majorum præceptis...*] Id eſt Diocletiani & Herculii, qui erant Auguſti, cùm ipſe tantùm & Galerius forent Cæſares: τῶν κρειττόνων poſſes dicere cum Euſebio, lib. 9. c. 1. Et certè Conſtantius Chriſtianis valdè favit; & in Galliis, Britanniâ viciniſque locis, non videbatur contra legem, Chriſtianum quenquam eſſe, uti teſtatur Caſſiod. lib. 1. cap. 7. Hiſt. Tripart. Libellus Donatiſtarum apud Optatum Milev. Conſtantino oblatus: *Tuus pater inter cæteros Imperatores perſecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis eſt Gallia.* Nam Conſtantio Gallia & Britannia obvenerant. In Galliâ is fortiter circa Lingonas pugnavit, multoſque Alamannos occidit, teſte Eutropio 9. 15. undè & *Galliam Romanis legibus reddidiſſe* dicitur Vopiſco cap. 18. Carini: ubi certè humani aliquid patitur Caſaubonus, quandò notat, Conſtantium noſtrum bello Perſas viciſſe.

CAPUT XVI.

Pag. 203. lin. 7. *Zabulum.*] Quem *adverſarium* mox, & cap. 1. vocat, uti ibi docui. Solebant autem Martyres, qui fortiter tormentis reſiſtebant, dici *diabolum vincere*, quia ille Dux & Imperator eorum eſt, qui Chriſti Eccleſiam perſequuntur: quò pertinent viſiones narratæ in Paſſionibus SS. Perpet. & Felic. quarum Perpetua cùm induere nollet habitum ſacratarum Cereri, dicitur *caput jam Ægyptii*, id eſt diaboli, *calcaſſe.*

Lin. 10. *Non candidos equos, aut immanes elephantos....*] Scilicet & olim, & tunc *candidi equi* triumphantium curribus jungebantur. Ovid. 1. Artis:

Quatuor in niveis aureus ibis equis.

Undè iis *quadrigas niveas* tribuit Claud. v. 127. Belli Getici:

Qui captos Reges niveis egere quadrigis;

& Plautus Aſin. 2. 2. 13. *quadrigas albas.* Exemplum à Camillo, cui tamen id factum invidiam conflavit, quia Jovem Solemque imitari velle videbatur, teſtibus Livio, Auctore de Vir. Ill. Plutarcho, & aliis. Nec audio Freinshemium V. Cl., qui ad Florum & Curtium commentatur, illud Camillo invidiam non conflaſſe, quia inter ſolennia triumphi fuere equi albi. Nam poſteà illud quidem factum eſt: ſed exemplum primùm à Camillo, reſque inſolita ipſi invidiam peperit. Neque accedo etiam Plutarcho narranti, nullum ſequentium Imperatorum ita triumphaſſe; cùm ex hiſtoriâ Romanâ contrarium facili operâ evinci poſſit.

Ibid. *Non candidos equos.*] Quorum exemplum, ut monui, à Camillo; de quo ità loquitur Liv. 5. 23. *Maximè conſpectus ipſe eſt, curru equis albis juncto urbem ingreſſus; parùmque id non civile modò, ſed humanum*

Digitized by Google

etiam visum. Jovis Solisque equis (Scheffer. V. Cl. lib. 1. c. 18. de Re Vehic. rescribit *Jovi Solique equis*) *æquiparari Dictatorem, in religionem etiam trahebant; triumphusque ob eam unam maximè rem clarior, quàm gratior fuit;* & cap. 28. *Camillus multò meliore laude, quàm cùm triumphantem per urbem vexerant equi, insignis justitiâ fideque.* Jovi *albatas hostias* immolatas Varro (ne aliorum testimonia advocem) auctor est apud Gell. 10. 15. ejusdemque currum apud Persas ab albentibus equis tractum fuisse, Curtius 3. 3. tradit. Et ejus coloris equos Soli etiam sacrari solere, docet nos elegans locus apud Eratosthenem (quem, ut hoc obiter moneam, diligenter sæpè sequitur Scholiastes Germanici) cap. 13. Catasterismorum: *Hic est Erichthonius, Vulcani & Terræ filius. Hunc, ut aiunt, Jupiter, cùm vidisset primùm inter homines equos currui junxisse, admiratus est,* ὅτι τῇ τοῦ ἡλίου ἀντίμιμον ἐποιήσατο διφρείαν, ἁπτοζεύξας ἵππους λευκούς; *quòd currûs Solis simulacrum invenisset, jungens equos albos;* & hoc ad quadrigas refert Scholiastes laudatus, *hic primus currus homines equis junctis docuit similes quadrigæ Solis facere*: qualia etiam Hyginus tradit in Poët. Astronomico.

Lin. 13. *Terriculas tyrannica potestatis...*] Id est, terrores: ita cap. 47. etiam locutus est; & Lucilius apud Lact. 1. Inst. 21. si fides habenda Barthio ad Stat. 5. 68.

Terriculas, Lamias, Fauni quas Pompiliique
Instituere Numa ——

quas ille interpretatur idola, quæ terrorem injiciebant pueris, vel aliis. Verùm in editis circumfertur *Terricolas Lamias;* & Illustris Huëtius in Dem. Evang. rescribit, *Turricolas*, quia *Lamiæ turres & pectines Solis* dixit proverbialiter Tertullianus.

Lin. 15. *Ungulæ...*] Erant instrumenta ferrea, quæ ungues avium referebant, undè & id nomen acceperunt; quibus laniabantur homines ut plurimùm in eculeo extenti: de quibus præter Gallonium, Magium, aliosque, egit Ferrarius 1. c. 6. Electorum. Clarè Prudentius Hym. 5. περὶ στφ. v. 337.

Ille ungularum duplices
Sulcos pererrat oscutis.

Duplices dicit, quia unâ ungulâ duo sulci unâ vice ducebantur.

CAPUT XVII.

Pag. 204. lin. 6. *Nonus Consulatus...*] Zosimus 2. 7. hunc scribit incidisse in annum centesimum primum, postquàm Severus ludos seculares celebraverat: tempus verò quibus illi debebant celebrari, in Consulatum Constantini & Licinii tertium; iisque ludis neglectis, infelix fuisse Romanum Imperium. Qui locus diligenter propter temporis notam observandus est.

Lin. 7. *Procederet Consul.*] Vox propria, uti docuit Baluzius: indè in nummo apud Spanhemium Diss. 8. FELIX PROCESSUS COS. VI. AUG. vel AUG. COS. VI. cui adde Wilthemium ad Diptychon Leodiense, & Henr. Norisium in Dissert. de Votis Decennalibus. Solebant autem Imperatores, simul ac Imperium inibant, Consulatum sumere: undè fortè ℞ CONS. in Aureliani nummo *Consulem* notat, quanquàm aliter illum explicem in gemmâ Augustæâ; inque eodem Sol potest vocari DOM. IMP. ROM. quia Aurelianus Solem magnâ reverentiâ, teste Vopisco, prosequebatur. Atque hæc explicatio eò magis amplectenda videtur, quia τὸ CONS. in nummis interdùm *Consulem* denotat. Sirmondus ad Ep. 12. lib. 2. Sidonii hæc commentatur: *Antica facies Valentiniani vultum exhibet, cum solitâ inscriptione*: D. N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG. *altera Maximum Senatorio habitu in sellâ sedentem, & volumen ejus in dextrâ, in lævâ scipionem cum aquilâ, nomine hinc adscripto*: PETRONIUS. MAXIMUS. O. C. CONS. quem nummum pluribus illustrat Wilthemius libro laudato. Vox autem hæc ferè usurpari solet, quandò cum pompâ & die solenni in publicum veniebant Imperatores: ità cap. 19. ubi narrat Diocletianum & Herculium imperium deposuisse, & novos Augustos atque Cæsares creasse: *Cùm hæc essent constituta, proceditur Cal. Maiis.* Diocletianus autem nonum Nicomediæ, & octavum Consulatum Romæ iniit Herculius; huncque ad an. 304. observat Baluzius per ætatem fuisse in Campaniâ. Et quidem Nolæ fuit, uti videor affirmare posse ex Passione S. Felicis: *post dies autem duodecim jussit eum Præfectus Prætorii post Imperatores navigare;* & mox: *Jejunus autem venit Nolam.* Nam licèt celebrentur *Imperatores*, Præfectusque eum ad ambos mittere voluerit, tamen Herculio soli oblatus fuit Felix, quia Diocletianus Nicomediæ agebat; rectèque Passionis auctor, proculdubiò vetustus, edictum, quo Christiani persequi jubentur, scribit promulgatum fuisse Diocletiano octiès & Maximiano septiès Coss. id est an. 303. non autem 304. uti in orâ libri notatur, quo ultimo gladii supplicium Felix obiit. Sed difficultas ingens

Digitized by Google

gens oritur, quòd Felix dicitur esse decollatus a. d. XVIII. Kal. Febr. quia an. 304. illo mense Herculius adhuc Romæ erat, ibique Aprili ingressus est annum imperii vigesimum, notante Baluzio: qui nodus quomodò solvi possit, vix video; nisi ponamus, initio anni 305. Herculium adhuc in Campaniâ hæsisse, & tunc neci datum fuisse Felicem: quod velim alii, quibus plus otii est, diligentiùs examinent.

Lin. 10. *Per circuitum ripæ striga.*] Heinsius, Vir Amplissimus & Doctissimus, me monuit olim scribi debere, *ripæ Histriæ*, vel *Histricæ*; quomodò *striculus* pro *histriculus*, *Spania* pro *Hispania*, & alia apud Salmasium ad Tertulliani Pallium inveniuntur: quæ emendatio si vera, non recta. Diocletianus Nicomediam petiit viâ: verùm circumivit littus illius regionis, vel Histriæ. Vel intelligenda erit ripa Danubii, qui *Hister* etiam vocatur, utì notissimum est. Certè circuitu usus est; & ita etiam Victor de Carino loquitur, qui in Galliis erat: *Illyricum properè Italiæ circuitu petit.*

CAPUT XVIII.

Pag. 205. lin. 2. *Conflixerat nuper Maximiano seni.*] Vel Græcos sequitur, vel excidit particula *cum*; vel scribi debet *Maximiano seni*, quomodò *certare alicui* dixerunt, Virgil. Ecl. 5.

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Apud Catullum legimus, *noli pugnare duobus*; & apud Am. Marcell. 15. 4. *Congredi barbaris*: quanquàm possit subaudiri particula *cum*.

Pag. 207. lin. 1. *Jam fluxisse annos quindecim ...*] Videtur excidisse *quibus*, ut scripserit Lactantius, *Jam fluxisse annos quindecim quibus in Illyricum* &c. Cæterùm nihil mutandum est cum Baluzio; nam Illyricum strictè sumptum non fuit ad ripam Danubii, verùm ad mare Adriaticum, quod & indè *Illyricum* dicitur: deindè non modò Illyricum, sed totus ille tractus usque ad Pontum Galerio commissus fuit. Aur. Victor: *Illyrici ora usque ad Ponti fretum Galerio commissa; atque Carpos & Bastarnas ad Danubium habitantes post debellatum Narsea vicit.* Scio quidem Illyricum sese longè latèque extendisse his, & maximè sequentibus temporibus; docetque id Illustrissimus Antistes Petrus de Marca in Dissert. de Constantinopolitano Patriarchatu, atque ita Baluzium emendationem suam defendere posse: sed quid opus præter necessitatem aliquid mutare?

Lin. 12. *Erat autem Maximiano filius Maxentius.*] Herculio igitur natus fuit Maxentius. Sed Trist. T. 3. p. 376. ex Juliani Orat. 1. pag. 9. notat, Eutropiam interrogatam, si Maxentius ipsius filius esset, respondisse, *illum sibi natum esse ex quodam Syro*: quod si verum, Maxentius non filius, sed privignus Herculii, vel Herculio suppositus fuit. Sed nihil ego quidem tale apud Julianum reperio; isque tantùm memorat, nonnullos Orientalium narrasse, sese aviam Constantii, Constantini Magni filii, avo materno, id est Herculio, conjugem dedisse; quia scilicet Eutropia erat Syra, & ex eâ Faustam sustulerat Herculius, Constantini Magni uxorem: quâ de re pluribus agam ad cap. 39.

Lin. 15. *Solitus sit adorare.*] Scilicet Diocletianus adorari sese primus voluit, cùm antè Imperatores salutarentur. Eutropius 9. 16. *Imperio Romano primus regiæ consuetudinis formam magis quàm Romanæ libertatis invexit, adorarique se jussit, cùm ante eum cuncti salutarentur.* Hieron. in Chron. *Primus Diocletianus adorari se ut Deum, & gemmas vestibus calceamentisque inseri jussit, cùm ante eum omnes Imperatores more judicum salutarentur; & chlamydem purpuream à privato habitu plus haberent*: qualia etiam apud Jornandem, & alios legas. Diocletiani mores proculdubiò secuti sunt Herculius & Galerius; nec videtur culpandus esse Maxentius, quòd divinum honorem Imperatoribus reddere noluerit, non minùs scilicet ac Macedones, qui ita etiam adulari Alexandro Magno noluerunt: adeò ut non videam, quarè *superbum & contumacem* illum hoc respectu vocet Lactantius; nisi fortè mos adorandi à Diocletiano incœptus in consuetudinem abierit, & Constantino aliisque etiam usitatus fuerit.

Ibid. *Utrique invisus.*] Idem traditur in Epitome Victoris: *Is Maximianus carus nulli unquàm fuit, ne patri aut socero quidem Galerio*: ubi legendum esse *Maxentius*, constat ex Paulo Diacono; notavitque Valesius ad Excerpta, quæ cum A. Marcell. edita sunt.

Lin. 16. *Constantinus..*] Nihil mirum, huic favere Diocletianum, quippè quem pater Constantius Nicomediam ad eum miserat παιδευθησόμενον, *erudiendum*, teste Praxagorâ apud Photium; vel ut in aulâ Imperatoris, & sub oculis quasi ejus, quem *diligentissimum & solertissimum Principem* vocat Eutro-

pius, addiſceret, quæ ipſi quandòque ad imperandum futura eſſent neceſſaria. Alii eum *obſidem* narrant fuiſſe; & certè talis etiam haberi potuit. Excerpta Valeſii: *Hic igitur Conſtantinus natus Helenâ matre viliſſimâ in oppido Naiſo, atque eductus, quod oppidum poſteà magnificè ornavit, litteris minùs inſtructus, obſes apud Diocletianum & Galerium, ſub iiſdem fortiter in Aſiâ militavit.* Quod proculdubiò factum fuit, cùm Galerius adverſùs Narſen bellaret, & Diocletianus Ægyptum rebellantem recuperaret. Nam comitem eum Diocletiano hæſiſſe, legimus in Politiâ Sanctorum patrum Metrophanis & Alexandri apud Photium p. 1406. *Se autem vidiſſe* (narrat) *Conſtantinum ἐν τοῖς ἐφήβοις τελοῦντα in Paleſtinâ, cùm Diocletiano Ægypto bellum inferenti adeſſet; quod bellum moverat ſeditio*: id quod etiam tradit Paulus Diaconus lib. 10. nec non Euſeb. lib. 1. cap. 19. de Vitâ Conſtantini, qui & eum à ſeſe ibi viſum fuiſſe memoriæ mandat.

Ibid. *Sanctiſſimus adoleſcens.*] Id eſt, integræ & probæ vitæ, qui ſervabat juſtitiam, & moribus bonis præditus erat. Apud Vell. 2. 53. eo ſenſu Pompeius vocatur *ſanctiſſimus & præſtantiſſimus vir*; & cap. 29. *innocentiâ eximius, ſanctitate præcipuus.* Plurima in medium tam ex Auctoribus, quàm Inſcriptionibus afferri poſſent exempla: ſed illud eſſet otio ſuo abuti. In his autem ſæpè occurrunt *Sanctiſſimus maritus, Sanctiſſima uxor*; eoque elogio conjuges teſtantur mortuam, vel mortuum, continenter, ſanctè, & pudicè viviſſe. Neque enim erudito viro aſſentior, qui in Inſcript. Gratianopolitanis arbitratur, Valerium quendam Valerianam uxorem ſuam conſecraſſe, eamque propterea SANCTAM vocare. Nam nihil aliud hoc epitheton ſignificat, quàm mulierem eam caſtè viviſſe; quomodò Catullus Junonem nominat *ſanctam conjugem Jovis.*

Pag. 208. lin. 6. *Qui enim me privatus contempſit.*] Atqui jam dignitate auctus, Tribunus ordinis primi, & ſimul filius Cæſaris erat; qualem certè nos hodiè *privatum* non vocaremus. Locus hanc in rem eſt elegantiſſimus apud Horat. Lib. 3. Od. 8. quem Viros eruditiſſimos non ſatis intellexiſſe arbitror:

Negligens ne quà populus laboret,
Parce privatus nimiùm cavere, &
Dona præſentis rape lætus horæ, &
Linque ſeveræ.

Martias Kalendas celebrat poëta, quia iis propè occiſus fuerat ab arbore, uti patet ex 2. 13. hortaturque Mœcenatem, ut anniverſario illo die ſeſe propter ſoſpitem amicum exhilaret, mittatque curas civiles ſuper urbe; idque eò magis, quia Daci & Cantabri victi, Medi & Parthi inter ſe infeſtis armis concurrebant, & Scythæ parabant domitionem. Hæc cùm ita ſeſe habeant, adjicit, *parce privatus nimiùm cavere*: id eſt, ne nimis ſaluti urbis atque adeò imperii intentus ſis; vel, ne nimiùm, ut alibi loquitur, *ſollicitus urbi timeas*, cùm non ſis Imperator, & penès quem ſit ſumma rerum, ſed *privatus.* Scilicet poſtquàm Romana res ad unum delata eſt, omnes alii, licèt maximis dignitatibus honoribuſque ornati, reſpectu Principis *privati* dicebantur. Hoc eſt quòd Claudius apud Tac. 11. A. 31. identidem interrogat, *an ipſe imperii compos? an Silius privatus eſſet?* id eſt, num nondùm eſſet factus Imperator? Sic *privata ſpectacula* apud Sueton. Ner. 21. optimè interpretantur Torrentius & Caſaub. quæ ab aliis, licèt Magiſtratus forent, quàm Imperatore, edebantur; eodemque ſenſu Tac. c. 39. Agricolam *privatum* appellat, licèt cum imperio Britannias obtineret. Liberâ Rep. is *privatus* dicebatur, qui non erat cum imperio, vel illud depoſuerat, licèt alios honores obtineret, uti ex Suetonio, Cæſare, Cicerone, & aliis conſtat; cùmque Cæſares vel Imperatores ſoli imperium obtinerent, reliqui *mandata ſigna ferrent*, uti eleganter canit Statius, atque adeò Magiſtratus juriſdictionem à Principe acciperent, rectè illi *privati* dicti ſunt. Parce igitur, Mœcenas, cùm ad te cura imperii non pertineat, ſed ad Auguſtum, tantâ ſemper curâ providere, ne quid detrimenti populus Romanus *negligens* accipiat. *Negligentem populum* interpretor, ſalutis ſuæ negligentem, otio, ludis, & deſidiæ deditum. Notum eſt, Tacitum initio Annalium notare, *Auguſtum, ubi militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otii pellexit, munia Senatûs, Magiſtratuum, legum, in ſe traxiſſe, nullo adverſante*; & Juvenalem Sat. 10. canere:

—— jampridèm ex quo ſuffragia nullis
Vendimus, effugit curas; nam qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones, omnia, nunc ſe
Continet, atque duas tantùm res anxius optat,
Panem & Circenſes. ——

Notandum inſuper, *privatum* interdùm *militi* opponi; & tunc ſignificare paganos, vel qui militiæ nomen non dederant. Ipſe Lactantius hoc me docuit paulò antè: *probis*

www.libnol.com.cn

Digitized by Google

meribus, & comitate ſingulari, à militibus amaretur, à privatis & optaretur. Hâc occaſione facere non poſſum, quin Ciceronem ſimul illuſtrem. Illi, qui de Jure Pontificio ſcripſerunt, quærunt, num Pontifex Max. veteris Romæ privatus ſit; multuſque eſt in hâc re explicandâ Muretus ad 1. Catil. in quâ Cicero ita loquitur: *An verò vir ampliſſimus P. Scipio, Pontifex Max. Ti. Gracchum mediocriter labefactantem ſtatum Reip.* PRIVATUS *interfecit?* Ego, ut quæſtionem Mureto, Gutherio, & Boſio relinquam, arbitror eum fruſtrà fluctuare, & Ciceroni nunquàm veniſſe in mentem dicere hoc loco, Pont. M. eſſe *privatum*: ſed P. Scipionem, qui poſteà factus eſt P. Maximus, ſeditionem Gracchi compeſcuiſſe, cùm adhuc eſſet privatus. Sic clarè eum, & abſque ambagibus, *privatum* facit, i. de Offic. *Nec plus Africanus ſingularis, & vir, & Imperator in excidendâ Numantiâ Reip. profuit, quàm eodem tempore P. Naſica* PRIVATUS, *cùm Tib. Gracchum interemit.* Et licèt Appianus 1. Bel. Civ. ſcribat, Romanis ducem fuiſſe Scipionem Pont. Maximum, καὶ πρῶτον αὐτοῖς ὁ μέγιστος Ἀφρικανὸς λειφθεὶς ἐξῆρχε τῆς ὁδοῦ Κορνήλιος Σκιπίων ὁ Νασικᾶς; & Gracchanos ceſſiſſe tanto viro, vel καὶ δέουσαν ἀνδρὶ δούλῳ; mihi tamen contrarium planè verum videtur, & major eſt Velleii auctoritas qui 2. 3. ſcribit: *P. Scipionem Naſicam privatum & togatum* hæc feciſſe, *atque ob eas virtutes primum omnium Pont. Maximum abſentem eſſe factum.* Compeſcuit igitur Scipio ſeditionem *privatus*, & propter tam egregium facinus Pontificatum Maximum meruit; & quia eam dignitatem paulò poſt adeptus eſt, Auctores tempora non ſatis ritè diſtinguentes, eum ſcripſerunt Gracchum occidiſſe, cùm Pontifex Maximus foret. P. Licinius Craſſus Dives Pont. Max. bello contra Ariſtonicum geſto periit. Epitome Livii 59. *P. Licinius Craſſus Coſ. cùm idem Pont. Max. eſſet (quod nunquàm anteà factum erat) extra Italiam profectus, prælio victus, & interemptus eſt.* Et quidem Coss. Appio Claudio & M. Perpennâ, teſte Julio Obſequente cap. 87. id eſt A. V. C. DCXXIII. cùm anno priore Craſſus fuiſſet Conſul, eodemque in bellum eſſet profectus, quo ipſo anno eum alii etiam periiſſe volunt. Nullo igitur modo potuit Scipio ſeditione Gracchanâ, quæ repreſſa eſt anno 620. vel 621. Pontificatum Maximum gerere: ſed occiſo Licinio Craſſo, primùm is honor ipſi oblatus eſt, & quidem abſenti, quippè qui, *ut invidia ſubtraheretur, per ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus erat*, quemadmodùm teſtatur Auctor de Viris Illuſtribus.

Ibid. lin. 17. *Fideliter præſtuit.*] Nimirùm ſtipendia, annonam militarem, quam *præbendam* vocant auctores varii. Dubitavi, fateor, num legi poſſit, *præfuit*: ſed priorem explicationem me haud invito amplectitur Columbus; quanquàm loca, quæ laudat, ſibi adjunctam habeant rem quæ præbebatur, qualia & apud Terent. Ciceron. Horat. alioſque occurrunt. Sed ut *præbere* hoc loco abſolutè ponitur: ita & *Præbitores* in Codice Theodoſ. dicuntur provinciales, qui angarias & vehicula præbebant ad curſum publicum in certis provinciis, explicante Jac. Gothofredo.

Lin. 18. *Induatur.*] Nimirùm purpuram, quæ ſignum erat Imperatoriæ & Cæſareæ dignitatis. Ita c. 20. & 28. contrario ſenſu abſolutè *exuere* dixit, pro imperium deponere.

Pag. 209. lin. 1. *Nomen ex parte mutaverat...*] Locus hic obſcurus, &, ſi quid video, corruptus eſt; ita tamen, ut leviſſimâ mutatione in integrum reſtitui poſſit. Dicit igitur Lactantius, Galerium Maximianum affinis ſui Daïæ vel Dazæ nomen mutaſſe, quia & ipſius nomen antè mutaverat Diocletianus: undè ſcribo, *quem recèns juſſerat Maximinum vocari de ſuo nomine. Nam & ipſi Diocletianus nomen ex parte mutaverat ominis cauſâ, quia Maximianus fidem ſummâ religione præſtabat.* Scilicet Galerius Maximianus antè dictus fuit *Galerius*, & cognominatus *Armentarius*, quia, ortus parentibus agrariis, paſtor armentorum fuerat. Indè hoc illi cognomen tribuitur ab Aur. Victore in Cæſar. *His de cauſis Julium Conſtantium, Galerium Maximianum, cui cognomen Armentario erat, Cæſares creavit;* & in Epitome: *Conſtantium & Galerium Maximianum, cognomento Armentarium, Cæſares creavit.* Nam quamvis diſertè non tradat, Galerium ante adeptam Cæſaris poteſtatem *Armentarium* fuiſſe appellatum, tamen illud affirmare non dubito; quia veroſimile non eſt, aliquem auſurum fuiſſe eum ità cognominare, poſtquàm ad id honoris faſtigium erat elatus: licèt non diffiteat, mox in eâdem Epitome eum, jam Cæſarem, ſic appellari. *Ex parte* igitur, id eſt, cognomen *Armentarii* mutavit Diocletianus, illumque, retento *Galerii* nomine, vocavit *Maximianum*; idque *ominis cauſâ*, quia ſperabat, eum tam fidum ſibi futurum, ac erat Maximianus, cujus nomen alteri dabat, Herculius, de cujus fidelitate ità loquitur Victor: *Maximianum ſta-*

tim FIDUM AMICITIA, *quanquàm ſemiagreſtem, militiâ tamen atque ingenio bonum, Imperatorem jubet.* In Epitome tamen, *carus nulli, ne patri aut ſocero quidem Galerio, fuiſſe* dicitur. Sed cùm Herculius non fuerit filius Diocletiani, nec Galerium habuerit ſocerum, legendum utiquè eſt: *Is Maxentius carus nulli unquàm fuit;* utì ſuprà memini me monere, docuitque non modò Valeſius, verùm etiam Baluzius.

Ibid. *Hominis cauſâ.*] Corruptè, ut jam innuimus, pro *ominis cauſâ.* Idem autem vitium etiam eſt apud Schol. Juven. ad Sat. 2. v. 142. *Steriles mulieres februantibus Lupercis ſeſe offerebant, & ferulâ verberabantur. Hoc homine, qui &c.* ubi ſcribe: *verberabantur, hoc omine; qui.* Reliqua abſque MSS. ope non videntur ſanari poſſe.

Lin. 4. *Meus eſt affinis.*] Laxo ſenſu hæc vox ſumitur, pro ſororis filio. Occurrit eadem in nummo, quem vulgavit Du Cange in Famil. Byzant. IMP. MAXENTIUS. DIVO. CONSTANTIO ADFINI: erat autem Maxentius frater ex matre Flaviæ Maximianæ Theodoræ, uxoris Conſtantini.

CAPUT XIX.

Pag. 209. lin. 1. *Kalendis Maiis.*] Rectè notat Baluzius, hunc verum diem eſſe, quo Diocletianus & Herculius imperium depoſuerunt. Firmat id aliquo modo Euſebius; nam cùm narraſſet, Dionyſium decollatum fuiſſe a. d. IX. Kal. April. addit, ὁ τότε, id eſt, *per*, vel *circa idem tempus*, mutationem factam eſſe Imperatorum. Errat igitur Idatius in Faſtis, qui illud accidiſſe ſcribit Kalendis Aprilibus: & potuit non ſatis benè intellexiſſe Euſebium, illudque ὁ τότε, ad *Kal. Apriles*, utpotè proximas, retuliſſe: ſed ex Lactantio patet, de longiori tempore hoc intelligendum eſſe. Zoſimum idem narrare notavit Columbus, quod tamen nullibi apud eum exſtat; & puto virum Cl. non cepiſſe Baluzii mentem, quippè qui ſcribit, mendum quidem eſſe apud Zoſimum & in Faſtis Idatianis, ubi iſta contigiſſe dicuntur Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coſſ. die Kal. Aprilis. Sed puto virum præclarum innuere, Zoſimum narrare, id accidiſſe Diocl. 9. & Maximiano 8. Coſſ. Idatium verò eoſdem Conſules & Kal. Apriles memorare. Præterea Maximianum octavo ſuo Conſulatu ſeſe imperio exuiſſe, teſtatur etiam Auctor Panegyrici ipſi & Conſtantino dicti, cap. 8. qui etiam mox nos docet, Diocletianum tunc valetudine & annis laboraſſe, Maximianum verò integris ſolidiſque fuiſſe viribus.

Lin. 2. *Priores militum . . .*] Sic *prior civitatis* in Paſſione S. Mammarii apud Mabill. 4. Annal p. 94. *priores ſcrinii* in Cod. Theod. & *prior loci, prior ſchola*; & ſimilia apud Du Cange in Gloſſario occurrunt.

Lin. 6. *Columna cum Jovis ſigno.*] Solebant veteres in locis publicis, & celebritate aliquâ ſolennibus, columnas erigere, illiſque vel deorum, vel Imperatorum ſtatuas imponere. Multis id exemplis firmari, ſi id agerem, poſſet: ſed monebo tantùm, Conſtantinopoli columnæ, quæ hodièque ibi exſtat, fuiſſe impoſitam Marciani Imperatoris ſtatuam, additâ hâc inſcriptione, teſte Sponio:

PRINCIPIS HANC STATUAM MARCIANI
CERNE TORUMQUE
TEREIUS VOVIT QUOD TATIANUS OPUS.

Vir eruditus arbitratur, cor Marciani vaſi, quod columnæ imponitur, quadrato inditum, & cadaver fortè ſub columnâ fuiſſe poſitum: ſed videant eruditi, num potiùs ſcribi debeat FORUMQUE. Hîc autem fortè Jovis ſtatua fuit collocata, quia Diocletianus Jove genitus volebat videri, *Jovius* propterea dictus, utì notiſſimum. Triſtanus T. 3. p. 332. videtur innuere, Diocletianum purpuram depoſuiſſe in templo Jovis. Certè ſcribit, eum & Maximianum uſos eſſe his verbis, cùm purpuram deponerent: *Recipe, Jupiter, quod optaſti. Ce que Diocletian fit à Nicomedie, & Maximian à Milan, dans le temple de Jupiter, uſans tous deux de ces termes, Recipe &c.* Sed Auctor Paneg. cap. 12. undè hæc petita ſunt, ne *templi* quidem meminit; & deindè de Maximiano ſolo loquitur, nullâ mentione Diocletiani factâ. Eumenius tamen cap. 13. Panegyrici Conſtantino dicti, haud obſcurè innuit, Herculium in Jovis, & quidem Capitolini, templo depoſuiſſe imperium. Nam poſtquàm laudaſſet Diocletianum, quòd imperium reſumere nollet, addit: *Hunc ergò illum, qui ab illo fuerat frater adſcitus, puduit imitari: huic illum in Capitolini Jovis templo juraſſe pœnituit: non mirum, quòd etiam genero pejeravit*, id eſt: Herculius non imitatus eſt Diocletianum, & ipſum pœnituit, ſe juraſſe in templo Jovis Diocletiano, ſeſe ipſius exemplo bonâ fide imperium deponere. Geſta autem hæc ſunt ab Herculio Mediolani, ne quis fortè Romam intelligat, propter Jovis Capitolini mentionem. Nam, exemplo Romæ, etiam Capitolia in aliis urbibus fuerunt; quod de *Capuâ* teſtatur Suetonius in Tib. c. 40. de *Toloſâ*, Paſſio S. Saturnini apud Chifletium, & Ado in Martyr. p. 193. de *Ravennâ*, idem p. 118. de *Augu-*

www.libnol.com.cn

Digitized by Google

ſtoduno, Eumen. in Orat. de Reſtit. Scholis; de *Corintho*, Pauſanias: quam in rem videri etiam poteſt Velſerus lib. 4. Rer. Aug. & in Commentario ad Converſionem S. Afræ. Columna autem Græcis στήλη dicitur; quæ vox frequenter etiam *ſtatuam* notat, id quod ſæpè viri eruditi non obſervant: in Anthol. lib. 4. cap. 8. Tit. εἰς εἰκόνας &c. occurrit Epigramma Poſidippi εἰς στήλην Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, quod malè vertitur *in columnam Alexandri*: id quod mirandum certè, quia poëta celebrat ſtatuam Alexandri à Lyſippo factam. Sic στήλην Ἀμαζονίδα, quam celebrat Plato in Axiocho, non puto reddendam eſſe *columnam*, verùm *ſtatuam Amazonis*; quod vitium etiam Interpretes Plutarchi committunt in vitâ Theſei: *Nam is Hyppolyten vocat eam, quam Theſeus habuit, non Antiopen. Quidam verò aiunt, hanc cum Theſeo pugnantem occubuiſſe jaculo à Molpadiâ transfixam*: καὶ τὴν στήλην τὴν παρὰ τὸ τοῦ γῆς ὀλυμπίας ἱερὸν ἐπὶ ταύτῃ κεῖσθαι; *eique ſtatuam eam, quæ eſt juxta Telluris Olympia adem, poſitam eſſe*: malè vulgò *columnam impoſitam eſſe*.

Pag. 210. lin. 9. *Huic purpuram Diocletianus injecit ſuam.*] Nimirùm, Maximino Dazæ, ſive Daiæ. Verùm hîc interrogare eruditos libet, num inter purpuram Imperatoris & purpuram Cæſaris aliquam differentiam fuiſſe exiſtiment. Certè contrarium ſuadet hic locus, quia Diocletianus Auguſtus purpurâ ſuâ induit Cæſarem Maximinum; & indè iterùm res quæſitu digna eſt, quo inſigni Imperatores à Cæſaribus fuerint diſtincti. Nam tam Cæſares, quàm Imperatores etiam diademata geſtaſſe, ex nummis patet, docueruntque Illuſtres Viri Spanhemius Diſſert. 8. & Du Cange, numero 16. Diſſertationis de inferioris ævi Numiſmatis; ità tamen, ut interdùm Cæſarea dignitas daretur χωρὶς τοῦ διαδήματος, uti ex Chryſoſtomo notat ille: quomodò Demetrius Rex Syriæ Myrinem Samium habuit κοινωνὸν ἔξω τοῦ διαδήματος, teſte Athenæo lib. 13. & quomodò Philoſtratus lib. 7. extremo, ὦ Καίσαρος χίμαιρα, & ὦ διαδήματα opponit: ubi Julianum ſcribit, *in habitu Cæſaris vixiſſe annos quinque, poſt Conſtantium verò cum diademate duos & dimidium.* Undè clariſſimè patet, illo tempore *Diadema* ſolis Auguſtis fuiſſe reſervatum; quanquàm exſtent nummi, in quibus Julianus diadematus cernitur cum Inſ. D. N. JULIANUS. NOB. CAES. quos ex alterius partis Inſcriptionis VOT. V. MULT. ultimo Cæſareæ dignitatis anno percuſſos fuiſſe conſtat; cæterùm in pleriſque Cæſar Julianus abſque diademate vel coronâ laureâ cernitur. Undè & Julianus cùm vivo Conſtantio à militibus Auguſtus crearetur, diademate, vel torque, quia illud non aderat ad manus, coronatus fuit; *ut coronatus ſpeciem ſaltem obſcuram ſuperioris prætenderet poteſtatis*, teſte A. Marcell. l. 20. c. 4. ubi etiam notandum, Cæſarem Julianum teſtari, *ſe nunquam diadema habuiſſe*: undè certè mirum eſt, eum in nummis adhuc Cæſarem diadematum cerni; niſi ille ſignatus fuerit eo ipſo tempore, quo dictus fuit Auguſtus, quia, teſte eodem lib. 21. *quinquennalia jam Auguſtus edidit*: vel potiùs hoc adſcribi debeat monetariis. Cæterùm Conſtantius Chlorus, Conſtantinus, M. Licinius Junior, Criſpus, Conſtantinus Junior, Conſtantius & Decentius Cæſares, in nummis apud Du Cange occurrunt vel radiati, vel laureati, vel nudi capita; niſi quòd CONSTANTINUS JUN. NOB. CAES. etiam diademate, ſed gemmis non ornato, cingatur in nummo uno. Diadema autem primus Romanorum Imperatorum ſumpſiſſe dicitur Caïus Cæſar, vel Caligula ab Aur. Victore: *Primus, diademate capiti impoſito, Dominum ſe juſſit appellari*: ſed major Suetonio habenda fides, qui ſcribit, eum non multùm abfuiſſe, quin diadema ſumeret, ſpeciemque Principatûs in regni formam converteret, cap. 22. Quin & oblitus ſui Victor in Epitome, Aureliano hoc tribuit: *Iſte primus apud Romanos diadema capiti innexuit*; cùmque Cedrenus, aliique, moris hujus Conſtantinum Magnum faciant auctorem, vel dicendum eſt cum Valeſio ad lib. 21. Amm. c. 1. Aurelianum non perpetuò uſum eo fuiſſe, verùm in feſtis duntaxat ac ſolennioribus diebus; Conſtantinum verò primum perpetuum diadema geſtaſſe, idque exindè inter inſignia Auguſti imperii fuiſſe habitum, nec Cæſaribus conceſſum: vel Aurelianum diadema innexuiſſe capiti abſque gemmis, Conſtantinum verò illi gemmas addidiſſe, quomodò certè in nummis ornatus occurrit. Aurelianus non conſpicitur diademate cinctus; niſi quòd Triſt. T. 3. p. 211. nummum laudet, cujus in unâ aream conſpicitur *Vaballathus*, in alterâ *Aurelianus*, ita ornati; putatque ille, nummum hunc percuſſum eſſe in Oriente à Vaballatho, ut indicaret ſe imperium Aureliano ſubmittere, illudque ſignificare *diadema*, quo Romani nondùm capita ſuorum Imperatorum hoc tempore cingebant. In nummo, quem ſimilem planè publicavit Pa-

Digitized by Google

tinus, Aurelianus coronâ laureâ cingitur, & Vaballathus diademate. Sed ante Aurelianum Antoninus Caracalla diademate usus est, si modò nummis Græcis fides haberi debet; Tristanus enim T. 2. pag. 215. edidit unum, in quo indè cernitur triremis, & ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗC CΕΤΗΡΑC, infrà ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠ. hinc verò Caracalla ex ejus sententiâ diademate cinctus, & ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΕΥΗΡΟC. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC: nisi dicamus, hoc Tarsenses pro more Orientalium Regum fecisse, nec diademate Caracallam usum esse unquàm. Imò ante Caracallam Heliogabalus diadema, & quidem gemmatum usurpavit, utì notat illustris Salmasius p. 370. Exerc. Plin. *Diadema*, ait, *regium fascia erat candida & lata: tales erant sacerdotum infulæ... Diadema Romanorum Imperatorum tale fuit, quod primus Heliogabalus gemmatum usurpavit*: *diademate post Julium Cæsarem uti tentaverat Caligula; post Diocletianum verò omnes gemmato usi sunt.* Velim certè vir maximus hoc nos clariùs docuisset. Herodianus quidem Heliogabali caput lib. 5. scribit exornasse κίδαριν λιθῶν πολυτελῶν χρυσῷ διαπεποικιλμένην, *& coronam pretiosorum lapidum coloribus florentem*; & alibi, eundem habuisse impositum ἐπὶ ξύλου πάνυ ὑψηλοῦ χρυσῷ καὶ λίθοις ποικίλοις ἠμφιεσμένου, *coronam ad tiaræ formam auro lapillisque pretiosis insignem.* Sed non fuit hoc propriè *diadema*: deindè gessit illud Heliogabalus, non ut Imperator, verùm ut Sacerdos Dei sui, utì vel Herodianum inspicienti patebit. Sed ut, diademate relicto, ad purpuram revertar, arbitror primùm constare, Diocletiani tempore nihil ad aliquem Augustum vel Cæsarem declarandum opus fuisse, quàm purpuræ injectionem; & si diadema etiam illi rei inserviisset, illud Lactantium silentio non præteriturum: deindè, *purpuram* insigne tanti fastigii fuisse. Indè Constantino, quem milites mortuo patre Augustum fecerant, Galerius *purpuram mittit, ut ultrò adsciviſſe illum in societatem videretur*, cap. 25. infrà; & Maxentius *patri suo, post depositum imperium in Campaniâ morantì, purpuram mittit, & bis Augustum nominat*, cap. 26. Hinc qui sese imperio exuebant, purpuram tradebant victori: ibid. *Dedit se ipse, vestemque & purpuram* (id est, purpuream vestem, purpureum paludamentum) *eidem à quo acceperat reddidit*; rursùs: *Non invito populo, qui erat concitatus, Maxentium purpuram induerunt*: nimirùm milites, qualia etiam videri possunt cap. 28. 29. 32. 47. & 50. Sed nota hæc sunt; & de hâc purpurâ videri nonnulla possunt apud. Rad. Fornerium 5. 30. Rer. Quotidianarum.

Lin. 11. *In patriamque dimittitur.*] Id est, Diocleam, propè Salonas Dalmatiæ oppidum, ubi præclaro otio consenuit, utì notat Vir Doctissimus. *Diocleam* certè patriam fuisse Diocletiani tradit Aur. Victor, eumque secutus Paulus Diaconus lib. 11. Verùm eum *Salonas* concessisse scribunt Eutropius lib. 1. & Zonaras: adeò ut *in patriam* possit exponi, in Dalmatiam, vel Salonas, utì nunc equidem mihi videtur. Aur. Victor certè Diocletiano, Herculio, Galerio, & Constantio, Illyricum scribit fuisse patriam. Constantinus Porphyr. l. 2. Them. 9. Diocletianum oriundum facit ἀπὸ ὑπὸ χωρίῳ Σαλόνας; & vel Salonam vocat χωρίον, quia à Sclavis tunc temporis erat vastata & deleta, vel designat agrum Salonæ vicinum; vel χωρίον significat urbem, & ità Salonis ipsis natus esset. Zonaras enim ita loquitur: Διοκλητιανὸς ὁ Σάλωνι πόλει τῇ Δαλματίας δήπου πλησίον ἦν αὐτὸς καὶ πατρὶς, quæ nimirùm urbs erat ipsi patria. *Dioclea* autem, vel *Diocla*, versùs Epirum sita, & longè à Salonâ remota; nec puto plures eo nomine urbes fuisse. Salonam concessisse Diocletianum non modò patet clarissimè ex responso, quod Herculio & Galerio ad resumendum imperium eum hortantibus dedit: *Utinàm Salonæ possetis visere olera nostris manibus insitiva! Profectò nunquàm istud tentandum judicaretis*; verùm etiam ex palatio Diocletiani, quod propè Salonas fuit, quodque hodiè *Spalato* dicitur, utì clarè docet Sponius ὁ μακαρίτης, nec non Georgius Wheler Eques Anglus, qui diligentissimè illud descripserunt. Quin & in hoc palatio, vel hâc villâ, mortuus est Diocletianus. Hieronymus in Chron. *Diocletianus haud procul à Salonis in villâ suâ Spalato* (aliis *Aspalato*) *moritur, & solus omnium privatus inter Deos refertur.* Quæ verba si ab Hieronymo omnia profecta sunt, certè ante plus quàm quadringentos annos palatium hoc *Spalatum*, vel *Aspalatum* dictum fuit. Sed mihi Latinitatem Hieronymiani temporis consideranti videbatur, nonnunquàm vocem eam oræ, ut loquuntur, libri adscriptam esse, & indè inter ipsa auctoris verba locum suum repperisse; atque id à vero alienum eò minùs videtur, quia Eutropius, à quo Hieronymum hæc hausisse non absque ratione suspicatur Scaliger, scribit: *Diocletianum privatum in villâ, quæ haud procul Salonis est, præclaro otio consenuisse.* Occurrit tamen &

www.libnool.com.cn

Digitized by Google

eadem vox in Notitiâ Imperii. *Procurator Gynacii Jotensis Dalmatiæ Aſpalato* : adeò ut iis repugnare nolim, qui vocem hanc quadringentis annis vetuſtiorem faciunt ; niſi eam quis cenſeat hic etiam adjectam explicationis cauſâ fuiſſe. Habuit igitur Diocletianus propè Salonas villam vel palatium ſuum ; ibi mortuus, ibique fortè etiam ſepultus eſt. Amm. Marcell. 16. 8. ſepulchri ejus meminit : *Velamen purpureum à Diocletiani ſepulchro furatus quibuſdam conſciis occultabat.* Eruditiſſimus Valeſius credit, fornices & cameras ſubterraneas eleganti opere ſtructas Aſpalathi Conſtantino Porphyrogenetæ deſcriptas, ſepulchrum ipſum Diocletiani eſſe ; quanquàm tutius mihi videatur eſſe cenſere, iſtas palatii totius eſſe reliquias, quod vaſtiſſimum fuiſſe ex Spanio conſtat. Neque modò Diocletianus ibi ſepultus, verùm etiam inter Deos relatus fuit ; & arbitratur Valeſius, velamen purpureum in ejus ſepulchro poſitum conſecrationis certiſſimum indicium eſſe. Scio Eutropium atque Hieronymum narrare, nulli poſt natos homines præterquàm Diocletiano contigiſſe, *ut cùm privatus obiret, inter Deos tamen referretur* : ſed non video, quale indicium *purpureum paludamentum* ejus honoris præbere potuit, cùm potiùs id vel lectulo ferali, vel ſepulchro fuerit impoſitum, ad indicandum eum Imperatorem fuiſſe. Deindè mirum mihi admodùm videtur, neminem præter laudatos auctores de Diocletiani conſecratione loqui ; nec eam vel in nummis, vel marmoribus occurrere, cùm cæteròquin vivi Imperatores pietatem ſuam his monumentis in defunctos teſtari ſoliti ſint. Quid reverà dicam hâc de re, vix habeo, cùm mihi verò fimile non videatur, Conſtantinum vel Licinium hunc honorem Diocletiano habuiſſe ; quippè qui putabant, eum Maxentio ac Maximino faviſſe, uti patet ex Victoris Epitome, & quorum Conſtantinus etiam paſſus eſt ipſius picturas unà cum Maximiani picturis detrahi, teſte Lactantio c. 42. Galerius tamen Maximinus apud Euſeb. 9. 10. Hiſt. Eccl. Diocletianum & Maximianum vocat Θεοὺς, quod non incommodè vertitur per *Divos* : quanquàm ità potuerit appellari à Chriſtianorum itidem perſecutore, honoris cauſâ, licèt conſecratus non fuerit ; qui honor tamen Maximiano Herculio, ſi modò is intelligitur, & non potiùs Galerius Maximianus, à Maxentio habitus fuit. Ut autem ad patriam Diocletiani revertar, arbitror eum natum eſſe Salonis, vel propè Salonas, ſive in agro urbis illius ſuburbano ; quia dicitur *in patriam ſuam* à Lactantio revertiſſe, & quia conſtat eum propè Salonis depoſito imperio privatum vixiſſe. Sed tamen Victor *Diocleam* memorat, urbem Epiro proximam : *Diocletianus Dalmata, Anulini ſenatoris libertinus, matre pariter atque oppido nomine Diocleâ, quorum vocabulis, donec imperium ſumeret, Diocles appellatus.* Nullis ambagibus utitur Victor, clarèque dicit, Dioclerianum vel Dioclem à matre & oppido, in quo natus erat, nomen ſuum traxiſſe. Quid tam veteri auctoritati opponam neſcio ferè ; niſi dicamus, cognatione nominis deceptum Victorem, vel verba luxata, & loco ſuo mota eſſe. Sanè hunc ſcrupulum de nihilo non eſſe, alii mecum, ut arbitror, ſentient, qui Pauli Diaconi, qui ubiquè Victorem ſequitur, verba inſpicient : *Matre, oppido pariter atque nomine Diocleâ, quorum vocabulis, donec imperium ſumeret, Diocles eſt appellatus.* Longè hinc alius exoritur ſenſus ; & Paulum ſi ſequimur, Diocletianus non erit natus in urbe Diocleâ : verùm mater ibi edita in dias luminis oras idem nomen geſſit, & ab eâ, ut & oppido, undè fuit oriunda, filius Diocles fuit appellatus ; potuitque eum mater propè Salonas, vel in ipſâ eâ urbe parere, licèt oriunda foret Diocleâ.

Sed quoniam nova editio Lactantii adhuc ſudat ſub prælo, facere non poſſum, quin iis, quæ de urbe Diocleâ notavi, nonnulla addam, ſi fortè indè Diocletiani hiſtoria magis illuſtrari poſſit. Obſervo igitur, ex urbe illâ oriundam Diocletiani matrem, alioſque in eâ natum eſſe ipſum Diocletianum narrare. Sed intercedit Conſtantinus Imperator ; iſque cap. 29. de Adminiſtrando Imperio ſcribit, χάρτον Διοκλείας, quod ſuo tempore περὶ τὸν Διοκλητιανὸν habitabatur, à Diocletiano exſtructum eſſe ; & cap. 35. regionem Διοκλείας nomen habere à caſtro ibi à Diocletiano exſtructo, quod habitatoribus vacuum tunc etiam Dioclea vocabatur. Quin & cap. 31. necnon 35. teſtatur, Diocletianum Romanos multos Româ exitos in Dalmatiâ collocaſſe ; & proculdubiò tunc etiam Diocleam exſtruxit, vel potiùs eò coloniam traduxit, locumque, ex quo mater erat oriunda, ornavit ac ampliorem reddidit. Ut enim Conſtantinus cap. 30. ſcribit, Salonam caſtrum eſſe ἴχνος Διοκλητιανοῦ βασιλέως, cùm tamen urbem eam conſtet longè vetuſtiorem eſſe, atque adeò eamdem à Diocletiano nonniſi ornari ; augeri, vel muniri potuiſſe : ita etiam Diocleam ab eo-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

dem Principe ornatam & auctam fuisse, existimo, quod per *condere* Latini, per κτίζειν & οἰκοδομεῖν Græci exprimebant. Sed & illud observandum, eodem in libro bis mentionem *Aspalati* fieri. Nam cap. 29. Imperator memorat, *Diocletianum* τῷ Ἀσπαλάτῳ κάστρον, ὅπερ παλάπιον μικρὸν ἑρμηνεύεται, *exstruxisse; habuisse veluti domum illud, propriam aulam & palatia ibi ædificasse, pleraque eorum periisse; supereſſe* ἐπισκοπεῖον τῷ κάστρῳ, *& templum S. Domni, quod fuerat cubiculum Imperatoris; subter esse rotundos fornices, eosque fuisse custodias, in quas Sanctos immaniter à se cruciatos conjiciebat; castrum hoc non exstructum esse ex latere, neque enchorego* (materia quædam est) *sed ex lapidibus quadratis inter se ferro ac plumbo liquefacto coagmentatis; esse ibi columnas complures cum epistyliis, inque iis voluisse Diocletianum exstruere fornices, & tegere oppidum, superque illos fornices domos binarum aut trinarum concamerationum* (nam ità puto Græca verba reddenda esse) *mœnia autem urbis non habuisse* πέταυον, *neque propugnacula, sed muros solùm altos* (ἀ πύξικὰς φωτογωγὸς) in quibus foramina erant ad emittenda. Capite 30. iterùm scribit, *Salonam & Aspalathum à Diocletiano exstructa, & hìc ejus palatium fuisse.* Horum ego certè nonnulla fabulis annumeranda esse, existimo. Nam primò totam urbem fornicibus tegere, & iis domos imponere Diocletianum voluisse, vix est verisimile: deindè quæ de Martyrum cruciatibus narrantur, vana sunt, cùm nemo Veterum memoret, Diocletianum, postquàm Salonas depositâ purpurâ concessit, in Christianos sæviisse; & tandem dubito valdè, num *Aspalathum* significet *parvum palatium.* Præterea observandum, Constantinum Porphyrog. cap. 30. Diocleam facere propinquam oppidis Dyrrachii regionis, nullum illi aliud eo nomine memorari, & proindè unam tantùm sic dictam urbem proculdubiò in eo tractu fuisse; & tandem Constantium, Constantini Magni patrem, cap. 53. *Constantem* perpetuò appellari; ibidemque narrari, eum, cùm esset Τεβάρχης, contra Sarmatas ad Halyn fluvium jussu Diocletiani exercitum duxisse, atque adeò ipsum, antequàm Cæsar, vel Augustus fieret, in Asiâ militasse.

Lin. 13. *Orientem calcandum.* [Id est, vastandum, perdendum, conculcandum. Et ita loquebantur de gente victâ, cui propterea in nummis Imperatores pedum plantas imponunt. *Calcare gentem*, Justinus lib. 12. extremo; *calcare tyrannos*, Corippus; *calcare mortem*, Jul. Firmicus, (apud quem duriore metaphorâ etiam *calcare undas sub remis* legitur) dixerunt. Hùc respicit Ovid. 4. Trist. 2.

Crinibus en etiam fertur Germania passis,
Et Ducis invicti sub pede mœsta sedet.

Et l. 2. El. 2. ex Ponto:

Nec dedignata est abjectis Illyris armis
Cæsareum famulo vertice ferre pedem.

Prudent. lib. 1. contra Sym. v. 462. & lib. 2. v. 748. similiter loquitur; & quomodò Maximinus Orientem perdiderit & vastaverit, docet Lactantius c. 38.

CAPUT XX.

Pag. 211. lin. 1. *Naturâ mitis esset.*] Quod & indè patuit, si Orosio fides habenda, 7. 25. quia Galerio cessit Italiâ & Africâ, contentusque fuit Hispaniâ & Galliâ. Sed undè hæc hauserit ille ignoro, cùm Diocletianus sibi & Galerio retinuerit Orientem latè sumptum, Constantio autem dederit Britannias, Hispanias & Gallias, Maximiano verò Herculio Illyricum, Italiam & Africam, uti commentatur illustris Antistes P. de Marca initio Dissertat. de Patriarchatu Constantin. Sed apud Socratem, quem laudat, nihil aliud reperio, quàm Diocletianum Nicomediæ τὰ βασίλεια, sive *regiam*, constituisse. Victor ità de hâc re loquitur: *Quasi partito imperio, cuncta, quæ trans Alpes Gallia sunt, Constantio commissa; Africa Italiaque Herculio, Illyricique ora ad usque Ponti fretum Galerio: cætera Valerius retentavit;* quæ clarè docent, Orosium dormitasse planè cùm hæc scriberet.

Lin. 6. *Ne filium nominaret.*] Ità Cæsares vocabantur ab Augustis, uti docet Baluzius ad cap. 8. Incertus Auctor Panegyric. qui est dictus Maximiano Herculio & Constantino cap. 3. *O divinum tuum, Maximiane, judicium, qui hunc tibi jure adoptionis nepotem, majestatis ordine filium, etiam generum esse voluisti!* Scilicet Herculius adoptaverat Constantium, patrem Constantini, qui indè ipsius nepos erat factus; uti Majestatis ordine filius, quia Cæsar ab eo creatus, vel quia ab eo tunc temporis renuntiatus fuerat Imperator: quod interdùm factum fuisse ex Inscriptione veteri ad cap. 8. doceo. Maximinus apud Euseb. 9. 10. Historiæ Ecclesiasticæ, Diocletianum & Maximianum vocat Διοκλέτιον γονέας, quia ab iis erat factus Cæsar.

CAPUT XXI.

Ibid. lin. 4. *Tanquàm familiâ utantur.*]

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Id est, tanquàm servis, qui per *familiam* designantur. Phæd. Fab. 58.

Æsopus domino solus cùm esset familia;

id est, cùm nullum alium servum haberet, quàm Æsopum; Fab. 46. *frusta jactat familiæ.* Sed nota hæc sunt. Reges autem Persarum omnes subditos ut servos existimasse, docet multis exemplis Brissonius lib. 1. de Regno Persarum.

Lin. 7. *Honores ademit.*] Fortè ideò, ut torqueri possent; cùm cæteròquin Decuriones & honorati viri legibus Romanorum à torturâ forent exempti, utì notat ad hunc locum Baluzius. Indè Amm. Marcell. 28. 1. de Valentiniano: *His ille cognitis efferatus, ut erat vitiorum inimicus acer magis, quàm severus, uno proloquio in hujusmodi causas, quas arroganter proposito Majestatis imminutæ miscebat, omnes quos juris prisci justitia, Divorumque arbitria quæstionibus exemere cruentis, si postulasset negotium, statuit tormentis affligi.* Verùm cùm posteà legati Nobilitatis decreto missi orarent, *ne delictis supplicia sint graviora, neve Senator quisquam inusitato & illicito more tormentis exponeretur, emendatum est crudele præceptum*, utì idem loquitur; tortique Honorati tantùm sunt in crimine Majestatis, quemadmodùm docet Valesius, & ante eum Fornerius 3. 8. Rer. Quotid. Sic Lampadio ablata priùs fuit dignitas Præfecturæ, antequàm tortus est, teste Amm. Marcell. lib. 15. quam in rem plura possunt videri apud Lanclæum lib. 13. c. 1. Semestrium. Et hùc pertinet aliquo modo locus elegans, qui exstat in Libello precum Faustini: *Sed Clementinus, licèt non esset Christianus, tamen exhibens reverentiam nomini Episcopatûs, in eo maximè homine, quem videbat rationabiliter & fideliter obtinere, respondit Osio: non audeo, inquiens, Episcopum in exilium mittere, quandiù in Episcopi nomine perseverat: sed da tu prior sententiam, eum de Episcopatûs honore dejiciens, & tunc demùm exequar in eum quasi privatum, quod ex præcepto Imperatorum fieri desideras.*

Pag. 212. lin. 6. *Lusorium.*] Scilicet *lusus* habebatur, cum ursis aliisque feris bestiis pugnare; eratque illud inter juvenum exercitia. Infrà c. 24. *Sub obtentu exercitii ac* LUSUS *feris illum objecerat.* Et fortè *lusorium* hinc nomen habet, quia homines ad id exercitati cum feris quasi ludebant, & eas irruentes saltibus aliisve modis frustrabantur, utì clarissimè patet ex Diptycho Leodiensi, & iis, quæ ad illud notat Wilthemius, cui addi potest Buleng. c. 29. de Ven. Circi.

Lin. 9. *Adferri nominatim jubebat.*] Nomina scilicet sua habebant hæ feræ, quomodò apud Marcell. l. 29. una ursarum, quas Valentianus alebat, vocabatur *Mica aurea*, altera *Innocentia*. Est gemma apud Leonardum Augustinum, præcipuum Urbis Antiquarium, part. 2. N. 32. in quâ cernitur homo flagellum tenens, eoque demulcens ursam ipsi adsilientem, cum hâc Inscriptione in circuitu, ΕΥΤΥΧΙ ΜΑΡΚΕΛΛΕ, & suprà dorsum bestiæ, ΕΙΡΗΝΗ, quorum hoc nomen proprium esse ursæ, altero verò homo bestiam circumducens bonam fortunam videtur exoptare. Et ita *equos* nomina singulos sua in Circo habuisse, ex Suetonio, Dione, Inscriptionibus vetustis tam à Grutero, quàm Sponio editis constat.

Ibid. *Non planè comedendi, sed obsorbendi.*] Scilicet ursi lambere & sorbere sanguinem, & ita corpus consumere solent: undè ἀιμοβόρους θηρσὶν eos rectè accenset Eusebius 8. 7. Hist. Eccl. *Obsorbere* autem etiam apud Plautum Truc. 2. 3. 30. occurrit: *Qua obsorbent quicquid venit intra pessulos;* & Mil. 3. 2. 21 *quia enim obsorbui. Nam nimis calebat, amburebat gutturem.* Sed quia *ursorum* mentio, tentabo explicare unum & alterum Passionis SS. Perpetuæ & Felicitatis locum, quì elegantes admodùm, nec satis, quod sciam, explicati sunt. Commodum Imperatorem Xiphilinus ex Dione narrat venationibus & confectionibus ferarum operam diligentem dedisse, atque inter cætera his verbis utitur: Διελκπτο γὰρ τὸ θέατρον πᾶν συμπύκλοις τισὶ διαμέτροις τήν τε σφῶν αὐτῶν ἐσκεδασμένοις ἔχουσι, καὶ δικῇ τέμνουσιν ἄλληλα, ἵν' ἐξ ὀλίγου πανταχόθεν τετραχῇ τὰ θηρία μεμερισμένα ῥᾷον ἀνιστῶνται; *Erat enim divisum theatrum omne connexis quibusdam diametris tectum habentibus, circa quod inambulari poterat, ac sese bifariàm secantibus, quò facilius undique ex angusto loco bellua divisa in quatuor partes jaculis trajicerentur.* Lucas Holstenius, vir paucis comparandus, censet, Xiphilinum loqui de PONTIBUS AMPHITHEATRI, quorum mentio in Passione SS. Perpetuæ & Felicitatis, ad quam hæc notat: » Quòd paulò antè PONTIS est men-» tio, videtur instituto Commodi factum, » ut in Amphitheatro pontes essent. Refert » enim Xiphilinus in Commodo, hunc Im-» peratorem per Amphitheatri arenam PON-» TES struxisse, ut indè feras conficeret. « Sed Institutum Commodi nihil commune cum his pontibus habere, persuasus sum, speroque, id alios mecum existimaturos, qui Dionis & Passionis antiquissimæ verba

conferre atque examinare velint. Commodus enim Amphitheatrum divisit συμπήκτοις ξυλίναις διαμέτροις, id est, inter se junctis, & in altum erectis tabulis, quæ Amphitheatri arenam in quatuor æquales partes ad hunc modum secabant. Has namque machinas ex ligno fuisse satis indicat τὸ πήγνυμι, quia ea vox de eâ materiâ ferè semper & propriè usurpatur. Πήκτα δωμάτων, *compactilia ædium*, sunt fores, quæ ex pluribus tabulis compinguntur; πῆγμα, *pegma*, machina lignea in Amphitheatro, de quâ multa satis monuerunt Eruditi. Diametri insuper cingebantur στοᾷ περιδρόμῳ, quo significat Dio, in orbem Amphitheatri porticum esse tectam factam, per quam circumire, & ex quâ bestias jaculis commodissimè conficere poterat Imperator. Malè Interpres tectum diametris tribuit, illudque planè à mente Auctoris alienum esse sequens schema palàm faciet.


A. Amphitheatrum. B. Περίδρομος. C. D. primus diameter. E. F. Alter diameter, qui ambo se invicem in angulos rectos secant.


Firmat hoc planè Herodianus lib. 1. de eâdem re verba faciens: τῷ δὲ Κομμόδῳ ΠΕΡΙΔΡΟΜΟΣ ΚΥΚΛΩ κατεσκεύασο, ὡς μὴ συεκδύοι τοῖς θηρίοις μαχόμενος κινδυνεύοι, ἄνωθεν ὃ καὶ ἀσφαλῶς ἀκοντίζων ἐυτολμίας μᾶλλον ἢ ἀνδρείας παρέχοιτο δόξαν; id est, interprete Angelo Politiano, *Ubi cùm spectaculi dies adfuit, pleno Amphitheatro exædificatus Commodo peridromus fuerat, per quem decurrere in orbem posset, ne cominùs cum bestiis pugnans periclitaretur, sed supernè ac de tuto loco tela jaciendo, jaculandi potiùs scientiam, quàm fortitudinem ostentaret;* & paulò post ait, ipsum in orbem currentem supernè jaculis confodisse nobilissima animalia: περιδρόμου ἄνωθεν κατακοντίζειν. Peridromum, seu porticum, etiam Herodianus narrat: sed addit præterea Dio, καὶ διχῇ τέμνουσι ἄλλαι, *ac sese bifariàm secantibus*, vel, ut ego redderem, *ac sese æqualiter secantibus*. Sic enim locutus est Aristoteles lib. VI. Politic. Ἐὰν δίχα γένηται δικαστήριον, *si judicium æqualiter in duo dividatur*. Neque certè alia sectio potest intelligi, cùm paulò post dicat, animalia quadrifariàm fuisse partita, & diameter vix usurpetur, nisi cùm totum in duas partes dividitur æquales, ut facili operâ patet ex diametro globi terrestris, aliorumque circulorum, per quorum centrum ductus binas partes æquales facit. In hoc Amphitheatro duplex diameter est: unus in latitudinem, alter in longitudinem ductus; undè factum, ut moles illa divideretur in IV. partes æquales: quod fieri in figurâ propositâ liquidò apparet. Rationem autem reddit Dio: ἵν' ἐξ ὀλίγου πανταχόθεν τετραχῇ τὰ θηρία μεμερισμένα ῥᾷον ἀκοντίζοιτο: *quò facilius undique ex angusto loco bellua divisa in partes quatuor jaculis trajicerentur;* vel, ut vertendum censeo, *quò facilius undique brevi tempore*. Cæterùm meritò quæri potest, quâ tandem ratione spectatores confectionem ferarum videre potuerint, si peridromus à summo ad imum ex tabulis fuerit compactus. Nam si ea forma fuit, nullo modo spectaculo homines frui potuere. Puto igitur, vel hunc peridromum atque diametros non adeò altos, & inferiora sedilia vacua relicta fuisse; vel diametros quidem in altum erectos, peridromi verò partem inferiorem visui perviam, eumque tantùm in superiore parte fuisse factum, ità ut Commodus circumire, & bestias jaculari, spectatores verò omnia oculis haurire possent. Cum hoc Commodi instituto PONTES, qui laudantur in Passione, nihil commune habent; aliumque eorum usum fuisse luce meridianâ clariùs docebo, eâ tamen lege & conditione, ut de eorum origine, quæ planè ignoratur, nihil in medium allaturus sim. PONTES igitur fuerunt tabulata allevata in modum pontium, ita ut una pars terram tangeret, altera verò pedibus ligneis, ex aliâve materiâ factis, allevaretur, in quibus damnati ad bestias statuebantur vel constringebantur, ut majore impetu feræ in eos ferrentur, & dilaceratio seu *vexatio*, ut loquebantur, ab omnibus posset conspici. Nulla tum erat Amphitheatri divisio: sed in ipsâ arenâ patente, omniumque oculis expositâ, PONTES erant exstructi ad hunc fermè, ut opinor, modum. Firmat certè explicationem hanc Passionis auctor: *Et cùm ad ursum substrictus esset* in PONTE, *ursus de cavea prodire noluit;* id est, cùm Martyr vinctus in ponte deponeretur, ut ursus in eum impetum facere & sævire posset, quod paulò antè, *apro subligare & subministrare* dixit: *Itaque cùm* APRO SUBMINISTRARETUR, *venator potiùs, qui illum* APRO SUBLIGAVERAT, *fuffossus ab eâdem bestiâ post dies muneris obiit;* id est, dum in ponte, vel certè arenâ deponeretur vinctus, & offerretur apro dilaniandus. Atque hîc PONS in eâdem Passione PULPITUM appellatur: *Itaque in commissione spectaculi revocatus, leopardo expertus, etiam* SUPER PULPITUM *ab ursô erat vexatus:* sive, in pulpito vel ponte positus, primum à leopardo, indè ab ursô fuit vexatus, id est, morsus, laceratus; quo genere hæc


www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn







Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

vox ſolet uſurpari. Nam Arnobius atque Lactantius lib. 7. Inſtit. *vexationes* beſtiis tribuunt, Græcique eam rem ἐλαυνομὸν τῶν θηρίων appellant. Quin & *aſcendere* reſpectu horum pulpitorum, vel pontium, Martyres dicuntur, uti patet ex eâdem Paſſione: *Cæteri quidem immobiles & cum ſilentio ferrum receperunt, multò magis Saturus, qui ut prior aſcenderat, prior reddidit ſpiritum*: aſcenderat ſcilicet in pulpitum, vel pontem. Quanquàm inficiàs ire nolim, poſſe etiam ſpoliarium hoc loco intelligi; quod cùm fuerit inſtar cavernæ ſubterraneæ, (Caſſius Severus *ſpecum*, Plinius *ſcævum receptaculum* vocant) cùmque Saturus ex eo per gradus pervenerit in theatrum, non incommodè *aſcendiſſe* dicitur. Hæc mea hâc de re ſententia; quam tamen mutare paratus ſum, ſi quis meliora doceat.

CAPUT XXII.

Pag. 213. lin. 4. *Lanceâ emendabantur.*] Ut gladii pœna honoratior, quàm ſecuris: ita lanceâ emendari videtur honoratius fuiſſe, quàm fuſtibus caſtigari; arbitrorque, & gladium & lanceam militiæ ſuam originem debere. Non puto tamen apud Apul. lib. 10. hujus moris mentionem fieri, uti arbitratur vir doctus; & per *diſciplinam* ibi intelligo diſciplinam militarem, cujus ex præſcripto exercitus ambulans ità ſarcinas ſuas componere debebat. In Paſſione SS. Perpetuæ & Felicitatis ſcala miræ magnitudinis in viſione conſpicitur à Perpetuâ, *cujus in lateribus omne ferramentorum genus erat infixum, gladii, lanceæ, hami, machæræ*: ſed hæ lanceæ ideò memorantur hîc, ut puto, quia iis Martyres nonnunquàm transfigebantur. Poſtquàm autem hæc vox ab Hiſpanis deſumpta eſt, teſte Gellio 15. 30. frequens ejus uſus eſſe cœpit; militeſque nonnulli, qui ità armati erant, *Lancearii* dicebantur, uti patet ex Notitiâ Imperii, & Inſcript. 3. p. ccccxcv. Gruteri, in quâ *præfectus Lanciariorum* videtur memorari. Meminit & eorum Libellus precum Fauſtini: *Et primùm quidem vexat per publicas poteſtates: ità ut aliquotiès ſolum intempeſtâ nocte raptum per* LANCEARIOS *de urbe ſuſtulerit.* Et ante tentorium Præfecti caſtrorum *lancea* figebatur, teſte Obſequente lib. extremo de Prodigiis; fortè, ut illud ab aliis internoſci poſſet.

Lin. 6. *Bonam mortem.*] Occurrit & hujus mentio in P. Syro: ſed in editione ejus ultimâ malè ſcribitur,

Bona mors eſt homini, vita quæ extinguit mala.

Nam vel legi debet *hora*, vel *mors*; & in genere Syrus mortem bonam vocat, quæ aliquem miſerum & infelicem è vitâ tollit. Clariſſimus Baluzius etiam inter bonas mortes recenſet *ſtrangulationem*, quia homines, qui ità vitam finiunt, abſque cruciatibus & tormentis moriuntur. Lactantius c. 30. appellat *informe letum*, exemplo Virgilii, & *turpem atque ignominioſam mortem*, reſpectu dedecoris, quod ejuſmodi exitum ſequebatur; & ævi medii ſcriptor Witichindus, *malam mortem* libro tertio: *Tres Duces gentis Ungariæ capti, Ducique Henrico præſentati, malâ morte, ut digni erant, multati; ſuſpendio namque crepuerunt*; nam ſtrangulationem, & talem ſuſpenſionem, uno eodemque loco habendas eſſe, unusquiſque facilè concedet. Et jam olim Homerus extremâ Odyſſeâ X. μὴ καδαὸν θάνατον vocavit, quandò quis ſuſpenſus ſtrangulabatur; notatque Euſtathius, καδαὸν θάνατον exiſtimari τὸν διὰ ξίφους, μιαρὸν verò, vel deteſtabilem, τὸν ἀγχονιμαῖον; quam in rem idem omninò videri debet ad Od. A. pag. 1678. Ante Euſtathium eandem differentiam obſervavit Heſychius, eundem Homeri locum explicans: Μὴ μὲν δὴ καδαρῷ θανάτῳ δι' ἀγχόνης. Θάνατος γάρ ἐστι καδαρὸς, ὃν ὁ διὰ ξίφους. ὅθεν δὲ καὶ ἀναίτιον τοῖς ἀνηκεστοῦσι; iſque nos inſuper docet, ſtrangulatis ne quidem parentatum fuiſſe. Xenophon lib. 2. de Exped. Cyri extremo, cædem Menonis Theſſali narrans, clarè teſtatur honeſtiſſimam mortem habitam fuiſſe, capita præcidere: *Sed necatis jam Ducibus cæteris, & ipſe à Rege mortis pœnâ multatus eſt, non ille quidem ut Clearchus, & duces cæteri, quibus præciſa ſunt capita*, ὅπερ κάλλιστον θάνατον ἐδόκει εἶναι, *quæ mors eſſe videbatur honeſtiſſima: ſed ut homo ſceleratus, anno toto excruciatus vivus, tandem exſpiraſſe dicitur.* Et Seneca alicubi teſtatur, *nullo genere homines molliùs mori, quàm gladio ſectâ cervice.* At contrà ſtrangulationem *mortem infamem* & *fœmineam* vocat Latinus Pacatus cap. 28. *Quorum alter poſt ampliſſimos magiſtratus, & purpuras Conſulares, & contractum intra unam domum quendam honorum ſenatum, vitâ ſeſe abdicare compulſus eſt; alteri manibus ſatellitum Britannorum gulæ domi fractæ, & inuſtæ fœmineæ mortis infamia, ut ſcilicet maluiſſe vir ferri amantiſſimus videretur laqueo perire, quàm gladio*; atque ex Tacito & Suetonio obſervat Clariſſimus Schefferus, mulieres hoc genere ſupplicii affectas fuiſſe. Prætereà notandum obiter, Tac. lib. 16. Annal. extremo, ubi narrat len-

titudinem exitûs graves cruciatus attuliſſe ei, qui venis inciſis moriebatur, non de *Petronio*, ut arbitratur Baluzius, ſed de *Pato Thraſeâ* loqui.

www.libtool.com.cn

Lin. 6. *Bonam mortem.*] Id eſt, facilem, abſque cruciatibus & tormentis; quo ſenſu venarum ſectionem *bonam mortem* vocari cap. 26. obſervat Baluzius. Videtur etiam honeſtius habitum fuiſſe, gladio quàm ſecuri percuſſum vitam finire. Extremâ Rep. nondùm gladii pœna in uſu erat, utì rectè ex Lucano notat Caſaubonus: ſed ſub Imperatoribus uſurpari cœpta; utque lictores ſecuri utebantur, ita milites gladio cervicem damnatis demebant; adeò ut hic mos ab iis videatur originem ſuam duxiſſe. *Miles decollandi artifex* memoratur Suetonio in Calig. cap. 32. & Antoninus Caracalla interfectorem Papiniani increpavit, quòd eum ſecuri percuſſiſſet, non gladio, teſte Dione, & Spartiano, cujus hæc ſunt verba: *Papinianus ſecuri percuſſus eſt, & à militibus occiſus; quo facto percuſſori dixit, gladio oportuit te exequi meum juſſum:* undè haud obſcurè patet, militibus gladium fuiſſe ordinariè in uſu, illiuſque pœnam honeſtiorem habitam, quàm ſecuris. Et licèt decollationem *bonam mortem* vocet Lactantius, quia mollior, tamen & illa poteſt cruciatus ſuos & dolores habere nonnunquàm; quandò ſcilicet miles, vel ſector collorum, ut Cicero in Orat. pro Roſcio loquitur, plures ictus infert. Lat. Pacatus cap. 41. *Niſi verò vel levior manus aliena, quàm propria, vel fœdior mors privata, quàm publica, vel longior pœna ferro incumbere, & corpore vulnus onerare, & recipere interitum ſtatim totum, quàm ſupplicium dividere, poſſimus flectere, cervicem extendere ad plagam, ceſſaſſe non unam.* Hinc pecuniam dabant lictoribus damnatorum proximi, ut ictu uno, levandi cruciatûs gratiâ, ipſis caput auferrent, quemadmodum ex Ciceronis Orat. 5. in Verrem conſtat. Atque ex eo loco, non ſecùs ac ex Suetonio in vitâ Calig. c. 30. diſcimus, populum tela non ſumpſiſſe in carnificem, ſi plures ictus damnato infligeret; imò poſteà lege vel conſuetudine ſancitum fuit, ut carnifex poſt tertium ictum ferire ampliùs non auderet, ſi fides habenda eſt Hiſtoriæ Paſſionis B. Cæciliæ, Valeriani, Tiburtii, & aliorum, quam Boſius edidit, cujuſque pag. 26. hæc verba leguntur: *Quam cùm ſpiculator tertio ictu percuſſiſſet, caput ejus amputare non potuit; ſic autem ſeminecem eam cruentus carnifex dereliquit: nam apud veteres lex erat ei impoſita, ut ſi in tribus percuſſionibus non decollaretur, ampliùs percutere non audebat.*

Lin. 7. *Cauſidici ſublati, Jureconſulti aut relegati aut necati.*] Rectè hos diſtinguit, quia illi cauſas in foro vel judiciis agebant; hi verò de jure reſpondebant, utì vel ex Cicerone patet, & Hotomanni libello, quem *Jurisconſultum* inſcripſit.

Lin. 8. *Littera autem inter malas artes habita.*] Per *malas artes* intelligo *magicas*, quæ Imperatorum edictis erant vetitæ, quæ vocantur *artes malæ*, & *artes Dardaniæ*: utì doceo ad Homeri Apotheoſin pag. 271. *Artes ſecretas* vocat A. Marcell. 23. 6. *artem Atraciam* Statius 1. Thebaidos. Putaveram olim, à Proclo in laudatione B. Chryſoſtomi magiam vocari *artem Midæ*: ſed nunc amplector unicè quod mihi inter confabulandum ſuggeſſit ſpectatæ Nobilitatis Vir Joh. ab Haarsholten, tunc temporis Friſiorum nomine ad Conſeſſum Præpotentium Generalium Ordinum delegatus; cenſeoque apud eum ſcribi debere, *Artemida nudavit*, vel *fugavit.*

Lin. 10. *Judices militares, humanitatis litterarumque rudes, ſine adſeſſoribus.*] Id eſt, Præſides, Proconſules, Duces, Comites, aliive, qui in provinciis militiæ præerant, dicebant jus provincialibus, non adhibitis aſſeſſoribus, vel Jureconſultis, utì antè fieri etiam ipſis ab Imperatoribus ſolebat, docente Fornerio lib. 4. Rer. Quot. cap. 10. Hi erant quaſi conſiliarii judicum; undè in Inſ. veteri C. Calpurnius Aſclepiades dicitur ADSEDISSE MAGISTRATIBUS POP. ROMANI: qui Aſclepiades cùm dicatur fuiſſe *medicus*, videntur & alii, quàm Jureconſulti, eſſe adhibiti; niſi ponamus eum ſimul juri operam dediſſe. Atque ex hoc tempore paulatim, ut opinor, conſuetudo invaluit, ut judices ordinarii vel civiles negligerentur, & cauſæ deferrentur ad judicium militare; quod legibus latis prohibuere Conſtantius, Arcadius, Honorius, & Marcianus, Imperatores, utì docet Gothofr. ad Tom. 1. Cod. Theol. p. 86. Suidas in V. Μαξιμῖνος tradit, eum factum Imperatorem, confeſtim amicos omnes, qui Alexandro familiares fuerant, quique σύνεδροι vel adſeſſores à Senatu vocantur, removiſſe; dumque in Oriente regnaret, multa nefaria facinora perpetraſſe, Chriſtianos perſecutum eſſe, & tandem in graviſſimum morbum incidiſſe, carnem inſtar ceræ liquefactam, corpus incendio quaſi flagraſſe, ità ut ipſa humana forma deleretur. Undè patet,

Digitized by Google

& illum *adſeſſores* removiſſe : quod tamen ita accipiendum eſt, ut eos tantùm removerit, qui Alexandri erant amici. Hauſit priora hujus narrationis Suidas ex initio libri 7. Herodiani ; atque ex eo primùm legi debet, ἐπιλεχθέντες, vel *electi* : deindè reſpiciunt illa Maximinum, qui Alexandrum Severum excepit : ſed quæ de morte illius ſequuntur, referenda ſunt ad C. Valerium Maximinum Dazam, de quo ſimilia planè narrat Euſebius libro 9. extremo, & Lactantius cap. 49. vel ad Maximianum Galerium, de quo agitur cap. 33.

CAPUT XXIII.

Pag. 214. lin. 2. *Cenſitoribus ubique diffuſis...*] Ita cap. 26. & cap. 6. *Non tamen hiſdem Cenſitoribus fides habebatur.* Qui ſcilicet in provinciis cenſum agebant, *Cenſitores*, non *Cenſores* dicti : undè in Inſcript. *Cenſitor provincia Hiſpania citerioris*, & aliarum provinciarum in iiſdem lapidibus *Cenſitores* occurrunt. Erant autem in urbibus, vel civitatibus, debebantque illi, qui in agris habitabant, cum liberis & ſervis eò venire : undè fiebat, ut fora omnia urbium, vel civitatum, plena eſſent ſervorum gregibus, utque *in civitatibus urbana ac ruſtica plebes fuerint adunata*, quemadmodùm mox loquitur Lactantius.

Lin. 5. *Animalia omnis generis ſcribebantur.*] Id eſt, annotabantur, in tabulis eorum referebantur ; & ſignificanter atque propriè loquitur, nam vectigal, quod pro pecore paſcendo dabatur liberâ Republicâ, *ſcriptura* appellatum fuit : indè *ager ſcripturarius* eſt paſcuus, teſte Feſto ; & publicani vocantur *ſcripturarii*, uti notum eſt. Quod autem addidi olim, Judæos pro arboribus vectigal ſolviſſe, uti hoc loco juſſu Galerii *vites & arbores fuere numerata*, nunc muto, putoque, Juven. Sat. 3. v. 15. in genere perſtringere Romanorum avaritiam, & religionis veteris contemptum, quippè qui Camænarum Sylvam locarent Judæis.

Lin. 8. *Suſpendebantur...*] Nimirùm ex equuleo. Prudent. Hymno Romani Martyris :

Incenſus his Aſclepiades juſſerat
Eviſcerandum corpus equuleo eminùs
Pendere ———

Idem alibi :

Miſerum putatis, quòd retortis pendeo
Extentus ulnis ———

Paſſio S. Tarachi : *Diſpoliate eum, cingite, & ſuſpendite.* Rursùs : *Cùm ſuſpenſus es, conſenti, & ſacrifica.* Quæ loca bina cum Lactantio planè conveniunt, non ſecùs ac alter Amm. Marcell. 14. 9. *Euſebius objecta fidentiùs negans*, SUSPENSUS *in eodem gradu conſtantiæ ſtetit* ; pro quo idem 19. 12. dixit : *Diù utiquè adhærens equuleo.* Corrupta vox, *Equuleus*, ut arbitror, eſt apud Adonem in Martyrol. pag. 38. *Dein catenatus & in exilium directus eſt, in quo rursùm diutiùs fuſtibus cæſus* ; ſenſus enim poſtulat, ut legatur, *equuleum.* Quâ ratione autem torti & ſuſpenſi ſint Martyres noxiive in equuleo, videre licet apud Magium, Gallonium, alioſque.

Ibid. *Filii adversùs parentes ſuſpendebantur, fideliſſimi quique ſervi contra dominos vexabantur.*] Id eſt, liberi ſuſpendebantur in equuleo, ut contra parentes teſtimonium dicerent ; eos nimirùm non rectè bona ſua profeſſos eſſe, eamdemque ob cauſam ſervi per alia & proculdubiò graviora tormenta interrogabantur : quod eleganter Lactantius exprimit per τὸ *vexabantur.* Vox enim hæc habet uſum ingentis calamitatis ; & ut Gellius 2. 6. loquitur, *qui fertur & rapitur, & hùc & illùc diſtrahitur, is vexari propriè dicitur* ; cui addi poteſt Aſconius in 2. Verrinam. Lactant. c. 27. *Nunc populator Italiæ hoſtiliter omnia vexaſſet*, id eſt, diripuiſſet, vaſtaſſet ; eoque ſenſu frequens ea vox eſt Juſtino, Floro atque aliis : quibus adde Servium ad Ecl. 6. Virgilii, & illuſtrem Salmaſium pag. 787. de modo Uſurarum. Verbum hoc arenæ commiſſionibus etiam fuiſſe accommodatum, eoſque *vexatos* dici à beſtiis, quos vel cornubus, vel ore lædebant, ita ut non occiderent, docuit Holſtenius ad Paſſionem SS. Perpetuæ & Felicitatis ; & fortè per *vexationem* apud Sueton. Tib. c. 61. tormenta debent intelligi.

Lin. 13. *Parvulis adjiciebantur anni.*] Vel hoc factum eſt, ut poſſent torqueri, quomodò Lipſ. ad Tacit. 5. Annal. 9. notat, puerum quemdam à Triumviris in proſcriptione juſſum eſſe togam virilem ſumere, ut juſtè poſſet interfici ; vel potiùs ut tributum penderet. Nam Legibus Imperatorum cautum erat, ut qui, verbi cauſâ, annos 10. non haberent, quique pluſquàm 12. nati eſſent, tributum capitis ſolvere non tenerentur, uti patet ex L. 3. D. de Cenſibus, L. 4. & 6. Cod. Theod. eodem, ubi poteſt videri Jacobus Gothofredus.

Pag. 215. lin. 4. *Pecunia pro capitibus.*] Lactantius hoc capite valdè perſtringit Galerium Maximianum, quòd Cenſitores ipſius juſſu omnia perquirerent & exquirerent, re-

fertque, agros glebatim ab ipsis dimensos fuisse, &c. tanquàm illa omnia tunc primùm introducerentur; quod tamen longè aliter sese habet. Nam Ulpianus, qui Hadriani temporibus vixit, libro de Censibus scribit, *agros, arva, vineas, olivas, pratum, pascua, sylvas caduas, vitium numerum, servos, eorumque status, officia & artificia, lacus piscatorios, portus, salinas, inquilinos*, fuisse in tabulas censuales relata, adeò ut nihil novi introduxerit Galerius, & vel culpandus sit ob nimiam acerbitatem, vel quia rem intermissam repetiverit, vel quia hoc tributum in provincias introduxit, quæ antè illud non solverant. Propterea insolitum quasi narrat, *in civitatibus urbanas ac rusticas plebes fuisse adunatas*. In civitatibus Censitores, ut antè monui, tabulas censuales conficiebant, annotabanturque ibi agri, qui in territorio siti erant, uti patet ex L. 4. §. 2. D. de Cens. atque similiter etiam rusticorum fuere annotata capita, qui in territorio oppidi alicujus habitabant. Neque tamen video quid novi & insoliti introduxerit Galerius, nisi Lactantius narret, cives & rusticos coactos fuisse capitis censum promiscuè exsolvere, cùm antè ab hâc præstatione Honorati & Decuriones forent immunes, & in Orientalibus provinciis ipsa etiam plebs urbana, uti docet Valesius ad Amm. Marcell. 16. 5. cui addi potest Contarenus cap. 18. Variarum Lectionum.

CAPUT XXIV.

Pag. 216. lin. 10. *Feris illum objecerat.*] Leonem fuisse, rectè ex Praxagorâ notat Baluzius, hujusque rei memoriam in nummo conservari, cum Trist. sentio, T. 3. pag. 528. qui idem narrari à Pomponio Læto tradit, idque èum ab alio quodam Auctore, quàm Praxagorâ, hausisse putat; qui fortè fuit Zonaras, apud quem etiam eadem historia reperitur. Constantinum autem leonem vicisse *corps à corps*, ità ut eum comprimeret, nec armis foret instructus, apud Praxagoram non invenio; potuitque ità in nummis pingi, quia exemplo Herculis leonem vicit, quem fabularis historia tradit *leonem pectore pressisse*, uti Statius canit, vel brachiorum nexibus nudum elisisse.

Lin. 11. *In ipso cardine.*] In ipso puncto, quia ipsum manebant pericula, & quia patrem adhuc vivum visurus erat.

Lin. 13. *Acceptis mandatis...*] Quæ, ut puto, ad Constantium patrem ferret.

Pag. 217. lin. 4. *Nudatus ei cursus publicus...*] Id est, equos in iis nullos esse, quia præcedit, *sublatos per mansiones multas fuisse omnes equos publicos*. Flor. 2. 15. *Operis portus nudatus*. Cic. 13. ad Att. *Nuda præsidio*. Hâc de re ità loquitur Auctor Epitomes Victoris: *Hic cùm juvenculus à Galerio in urbe Româ religionis specie teneretur, fugam arripiens, atque ad frustrandos insequentes publica jumenta quaquà iter ageret, interficiens, ad patrem in Britanniam pervenit*; ubi malè Constantinum Romæ fuisse obsidem scribit. Errat etiam P. Diaconus, cùm lib. 10. narrat, Diocletianum dolo perimere Constantinum voluisse, quia scilicet eum intellectu animæ, & corporis robore, atque ingenio circa eruditionem proficere videbat, & deprehendebat, hunc futurum tyrannidis & ejus dogmatis destructorem. Nam hæc omnia Galerio conveniunt; nec credibile est, Diocletianum id agitasse, quippè qui eum Cæsarem facere voluit. Undè etiam errare arbitror Philostorgium 1. 5. ubi scribit, Constantinum fugisse τὴν ἐπιβουλὴν Διοκλητιανοῦ, *insidias Diocletiani*.

Lin. 5. *Vix lacrymas tenebat.*] Errat igitur Auctor Excerptorum Valesianorum, cùm scribit, Galerium Constantinum patri remisisse, postquàm causa fuerat victoriæ, quam de Sarmatis reportavit.

Ibid. *Pervenit ad patrem...*] Proculdubiò Eboraci in Britanniâ ex morbo decumbentem, & post quartum ab adventu ejus diem mortuum, uti arbitratur Baluzius. Sed abit indè multùm Auctor Excerptorum, scribitque, Constantinum *summâ festinatione raedis post se truncatis Alpes transgressum ad patrem Constantium venisse apud Bononiam, quam Galli priùs Gesoriacum vocabant; post victoriam autem Pictorum Constantium patrem Eboraci mortuum esse*. Errat is tamen proculdubiò, nec in Galliis, verùm in Britanniis patrem suum ægrum & morti proximum invenit Constantinus, uti alii uno ore testantur omnes. Deindè Constantius, ex sententiâ Eruditorum, anno Christi 305. trajecit in Britanniam contra Pictos bellaturus, & anno 306. a. d. VIII. Calendarum Augusti diem suum obiit Eboraci. Sed turbat hoc valdè Eumenius, vel alius Auctor Panegyrici Constantino dicti, cap. 7. *Jam tunc enim cœlestibus suffragiis ad salutem Reipublicæ vocabaris, cùm ad tempus ipsum, quo pater in Britanniam transfretabat, classi jam vela facienti repentinus tuus adventus illuxit: ut non advectus cursu publico, sed divino quodam advolasse curriculo videreris*. Nam & is haud obscurè innuit, Constantinum unà cum pa-

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

tre Constantio ex Galliis petiisse Britanniam, vel eum conspexisse patrem vela facientem; videturque talia non dicturus fuisse præsenti Constantino, si vera non forent. Narrat igitur eadem fere Panegyrista, quæ Excerptorum Auctor: sed victoriam de Pictis posteà relatam planè rejicit, quia ex eodem & sequenti capite constat, haud multùm Constantium post filii adventum supervixisse, docentque illud præcipuè hæc verba: *Dii boni, quantâ Constantium Pium etiam in excessu suo felicitate donastis! Imperator transitum facturus in cælum, vidit quem relinquebat hæredem.* Quæ aliis concilianda relinquo.

Lin. 6. *Per manus tradidit.*] In Politiâ SS. Patrum Metrophanis & Alexandri apud Photium pag. 1406. legimus, Constantinum sacris Christianorum à patre imbutum, Cæsarem ab eodem renuntiatum esse, & à moribundo βασιλέα, vel *Imperatorem*. Sed Photius scribit, se nescire, undè ista hausta sint; quia scilicet noverat, à veritate aliena esse. Narrant eadem Acta, quæ Constantius motibundus ad filium verba habuerit, quæ si revera ità gesta sunt, lucem indè haud levem capiet *requies vitæ*, quam Constantium accepisse, nos docet Lactantius. Propterea ibidem traditur, Constantium mortuum esse anno tertio Persecutionis: quod tamen ità se non habet, si accuratam animus computationem; nam initium persecutionis incidit in Terminalia, vel 23. Februarii diem anni 303. indè ad Martium anni 306. sunt anni tres: at Constantius obiit a. d. VIII. Kalendas Augusti anni 306. cùm jam ageretur annus persecutionis quartus.

Lin. 9. *Sanctæ religionis restituta.*] Vel scribendum est *restitutio*, vel cum Columbo *restituta*: adeò ut verè Constantinus *Restitutor Religionis Christianæ* possit dici. Ita *Restitutor orbis* vocantur Aurelianus & Carus; *Restitutor exercitûs* Probus; *Restitutor monetæ* Alex. Severus; & in alio Aureoli nummo occurrit LEGIO. I. MINERVA. RESTITUTA.

CAPUT XXV.

Pag. 217. lin. 1. *Laureata imago ejus.*] Quæ indè nomen accepit, ut puto, quòd laureâ cingebatur coronâ. Vide Meurs. in Gloss. Græco-barbaro v. Λαβεάτον, & Du Cange in Gloss. Medii ævi, quomodò, *laureatas litteras*, *laureatos postes*, & alia dixerunt.

Pag. 218. lin. 6. *Constantinum verò, non Imperatorem, sicut erat factus, sed Cæsarem.*] Non conveniunt Auctores; aliique dicunt, eum Imperatorem, mortuo patre, alii verò eum Cæsarem tantùm à militibus esse factum. Priorem sententiam sequitur Lactantius, Eusebius lib. 8. cap. 13. Socrates lib. 1. c. 2. Sed Zosimus 2. 6. tradit, milites Constantino Καίσαρος ἀξίαν tribuisse; & Excerpta Valesiana testantur, eum *omnium militum consensu Cæsarem esse creatum*; neque alia tradit Eumenius cap. XI. Panegyrici, quem ipsi Constantino Augusto dixit: *O fortunata, & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Constantinum Cæsarem prima vidisti!* Quæ certè non pronunciasset Eumenius (qui videatur etiam cap. præcedente) si res aliter sese habuisset. Idem sequitur, licèt posteriorum ætatum Scriptor, Hugo Floriacensis, isque narrat in Chronico, Constantium *ordinasse Licinium Cæsarem Hispaniarum, & filium suum Constantinum Cæsarem Galliarum*; quod prius tamen à veritate alienum est planè. Et Cæsarem fuisse Constantinum, res est certissima, nummique illud testantur, in quibus non modò CAESAR, verùm etiam FIL. AVGG. dicitur, quomodò Cæsares vocatos fuisse constat. Digna sunt Panegyrici Maximiano Herculio & Constantino dicti verba cap. V. *Quanquàm quid ego in te ætatis tuæ potiùs, quàm gravitatis nomen usurpo? cujus tanta maturitas est, ut cùm tibi pater imperium reliquisset, Cæsaris tamen appellatione contentus expectare malueris, ut idem te, qui illum, declararet Augustum. Siquidem ipsum imperium hoc fore pulchrius judicabas, si id non hereditarium ex successione crevisset, sed virtutibus tuis debitum à summo Imperatore meruisses.* In quibus verbis nescio quomodò vir eruditus admodùm invenire potuit, *post nuptias Faustæ Constantinum, cùm ei pater imperium reliquisset, Cæsaris tamen appellatione contentum fuisse.* Neque enim ea mens Panegyristæ, neque hoc loco loquitur de iis, quæ post Faustæ nuptias acciderunt: sed narrat, Constantinum, cùm ipsi à patre Constantio esset relictum imperium, noluisse Augusti nomen accipere: sed Cæsareâ dignitate fuisse contentum; ut scilicet idem illum diceret Augustum, qui patrem illo honoris fastigio ornaverat; id est, Maximianus Herculius, qui etiam in ipsis filiæ Faustæ & Constantini nuptiis eum creavit Imperatorem. Idem initio Panegyr. *Sacratissimi Principes, Maximiane (velis nolis) semper Auguste, & Constantine orientis Imperator, mihi tamen certum est ea præcipuè isto sermone complecti, quæ sunt hujus propriæ lætitiæ, quâ tibi Cæsari additum nomen im-*

Digitized by Google

perii, & istarum cœlestium nuptiarum festa celebrantur. Constantinus igitur factus Augustus nuptiarum tempore; & observandum obiter, quàm gnaviter Panegyristes adulatur Imperatoribus, quandò dicit, Constantinum expectasse, ut ab eodem, qui patrem Constantium creaverat Augustum, etiam Augustus diceretur. Nam hoc in mentem venire non potuit Constantino, quia Maximianus Herculius, cùm Constantius moreretur, depositò imperio privatus vivebat in Campaniâ, vel, uti Eutropius narrat, in Lucaniâ. Quòd autem in Epitome Victoris, & apud P. Diaconum initio lib. XI. legimus, Constantinum Cæsarem esse factum eodem tempore, quo illa dignitas collata fuit in Severum & Maximinum, error certè est manifestus, uti etiam optimè notavit Baluzius ad cap. 19. & quòd Acta Metrophanis & Alexandri apud Photium narrant, Constantinum admodùm juvenem à patre creatum fuisse Cæsarem, antè à me refutatum fuit.

Lin. 7. *Sed Cæsarem...*] Non malè Baluzius veteris Kalendarii verba, VIII. KAL. *Jan. Natalis Invicti*, refert ad illud tempus, quo Constantinus à Galerio Cæsar est nuncupatus, licèt obstare videatur, quòd Constantius mortuus sit mense Julio anni 306. statimque Constantinus more solenni laureatam imaginem miserit ad Galerium, & tamen primùm ab eo ut Cæsar agnitus sit mense Decembri anni ejusdem. Sed, ut dixi, non displicet hæc conjectura, præferrique illa debet explicationi Petavii; vir enim ille eruditissimus ad extremam Orat. IV. Juliani, intelligit ludos in honorem SOLIS INVICTI celebratos. Certè SOL INVICTVS sæpissimè in nummis occurrit, & in uno Victorini absolutè INVICTVS vocatur. Sed si maximè hoc locum habere posset, non tamen video, quo sensu *Natalis Solis* diceretur: deindè, si in hunc diem ludi in honorem Solis celebrati rejiciuntur, Saturnaliorum diem ultimum proximè ii sequentur, quibus Constantini temporibus octavum accessisse gratis equidem affirmatur. Nam ultimus Saturnalium dies est a. d. X. Kalendas Januarii: *Natalis Invicti* verò incidit in VIII. Kalendarum earumdem. Cùm autem eo Natalis Cæsaris Constantini fortè celebratus sit, sequitur, Solis ludos incidisse in XI. Kal. Jan. Hoc certè die in Kalendario notatur MVNVS CONSVMMAT, illoque indicari videtur, nulla gladiatorum munera ampliùs eo anno fuisse celebrata; & cùm Julianus dicto loco scribat, post agonem Solis in honorem celebratum nefas fuisse ullum σωμάτων διαφθορὰν exhibere, suspicio mihi oborta est, ludos hoc die Soli sacratos fuisse ex instituto, vel Juliani, vel alterius Imperatoris; nam ultimum Saturnalium diem proximè illi sequebantur: Ἀλλὰ, ait, πῶς Κρονίοις ἓξ διελευσομένοις ἐνδὺς συνάπτει καλὰ κύκλον τὰ Ἥλια; & paulò antè, περὶ δὲ τὴν μεσημβρίαν ἐνδίδου μᾶλλον τὴν τελευταίαν τῷ Κρόνῳ ἡμέραν (ita legendum fortè) τοῦτον Ἡλίῳ τὸν πανηγυρίσαντα ἀγῶνα. Sed hæc velim alii diligentiùs examinent; optimèque id facere poterit dignitate & doctrinâ illustris Spanhemius, qui nobis Julianum emendatiorem promisit, & quantâ is eruditione præditus sit; docent satis superque in ejusdem Imperatoris Cæsares Notæ.

CAPUT XXVI.

Pag. 218. lin. 2. *Maxentium Romæ factum Imperatorem.*] Eutropius lib. 10. cap. 2. scribit, Maxentium haud procul ab urbe *in villâ publicâ* moratum fuisse. Fuit Romæ *villa publica* in Campo Martio; eratque domus ampla, in quâ exterarum gentium legatis lautia præbebantur, uti docent Nardinus & Donatus. Illa hîc non debet intelligi, sed prætorium, vel villa, quæ *publica*, ut reor, vocatur, quia ad Imperatores & Rempublicam pertinebat; quomodò *jumenta publica* dicuntur, quibus cursus publicus peragebatur. Nam Epitome Victoris nos docet, Maxentium fuisse *in villâ sex millibus ab urbe discretâ, ab itinere Labicano*; eademque verba reperias apud P. Diaconum, qui tamen & *villam* appellat *publicam*. Sic in viâ Appiâ fuit alia *via publica*. Auctor Excerptorum Vales. *pro Maxentio filio evocatus illùc venit Herculius, qui per perjurium Severum deceptum custodiæ tradidit, & captivi habitu ad urbem perduxit, & in villâ publicâ Appiæ viæ tricesimo milliari custodiri fecit.* Eutropius quoque 10. 2. narrat, Constantinum Magnum *Nicomediæ in villâ publicâ obiisse*. Interpres Græcus reddidit, ὁ Νικομηδείᾳ χωρίῳ; non secùs ac scilicet Plutarchus cædem à Sullâ factam fuisse scribit ὁ χωρίῳ μαχῇ, id est, *in villâ publicâ*; quemadmodùm Latini loquuntur. Nam χωρίον significat non modò agrum, verùm etiam villam, vel domum in agro extra urbes exstructam; & quandò Constantinus Porphyr. 2. Them. 9. dicit, Diocletianum oriundum esse ἀπὸ τινος χωρίου Σαλώνος, indicare potest, eum in agro, vel villâ prope Salonas, eo ipso in loco, ubi posteà exstruxit palatium amplum, natum fuisse; quâ de re videri possunt, quæ ad cap. 19. noto. Certè

sic

sic Maximianus Herculius haud procul Sirmio palatium exstruxit in loco, *ubi parentes ejus exercebant opera mercenaria*, teste Epitome Victoris, & P. Diacono; & Constantinus oppidum Naissum, in quo natus atque educatus erat, magnificè ornavit, quemadmodùm in Excerptis sæpiùs laudatis legimus: *Constantinus natus Helenâ matre vilissimâ in oppido Naisso, atque eductus, quod oppidum postea magnificè ornavit;* ubi si quis rescribi debere judicaret, *Helenâ matre, vilissimo in oppido Naisso*, vilitatem certè geneſis ab Helenâ tolleret.

Ibid. *Roma factum Imperatorem.*] Notatu dignum præcipuè est, Eusebium lib. 8. cap. 14. Historiæ Eccles. narrare, Maxentium initio simulasse se Christianum esse, ἐπ' ἀρετῇ καὶ κολακείᾳ τῷ δήμῳ Ρωμαίων, *ut morem geteret, blandireturque populo Romano.* Nam indè videor affirmare posse, Christianorum numerum ingentem hoc tempore Romæ fuisse, & fortè eos Gentiles superasse. Neque enim aliam causam invenire, quamcunque in partem hæc versem, possum, cur Christianorum gratiam captaverit novus Imperator, qui ethnicæ superstitioni erat devotissimus, & Christianos odio prosequebatur.

Lin. 7. *Castra quoque prætoria sustulerat.*] Ea diminuta fuisse à Diocletiano & Herculio, vel certè illo, docet nos Aurelius Victor. *Herculius libidine tantâ agebatur ut ne ab obsidum corporibus quidem animi labem comprimeret; Valerio parùm honesta in amicos fides erat, discordiarum sanè metu, dum enuntiatoribus posse agitari quietem consortii putat. Hinc etiam quasi truncata vires urbis, imminuto Prætorianorum cohortium atque in armis Vulgi numero: quo quidem plures volunt imperium posuisse;* cujus loci hunc sensum esse puto, Diocletianum rarò cum aliis Imperatoribus fuisse, quia discordias ex congressibus metuebat, nec iis habebat fidem; consortium posse coli censuisse per alios, quos sibi invicem mittebant; & imminuisse militum Prætorianorum numerum, quia timebat, ne illis alius uteretur ad ipsi bellum inferendum. Et nota ex Eutropio est Diocletiani *suspecta prudentia.* Per *in armis vulgus* fortè intelligi possent cohortes urbanæ, quæ tunc temporis ex vulgo lectæ videntur; vel cum Cl. Baluzio legendum est *inermis vulgi*, quia & vulgi magna multitudo seditionibus causam præbere solet. Quod autem hic Imperator fecit, adscribit Galerio Lactantius, nisi ille posteà etiam imminuerit Prætorianorum numerum. Nam licèt narret, eum *castra prætoria sustulisse*, non tamen illud ex omni parte verum est, quia id posteà fecit Constantinus Magnus, teste Zosimo 2. 17. atque ab eo imminutam valdè Præfectorum Prætorio potestatem fuisse, docet Valesius ad Amm. Marcell. 14. 9. Constantinus autem ea sustulit, quia milites Prætoriani jussu Maxentii Romæ certo tempore obvios quosque occiderant, & ingentem stragem ediderant, tradentibus Eusebio 8. 14. & P. Diacono lib. 11. & quia apti erant fovendis factionibus. Victor: *Quos* (Senatum & Plebem) *in tantum afflictaverat, ut à Prætorianis eadem vulgi quondam annuerit;* mox: *Quorum odio Prætoria legiones ac subsidia factionibus aptiora, quàm urbi Romæ, sublata penitùs, simul arma atque usus indumenti militaris.* Non videntur autem multi Prætorianorum militum superfuisse, cùm Constantinus eos sustulit, quia ceciderunt magnam partem in prælio, quo victus Maxentius; ita enim mihi interpretanda videntur esse verba Panegyrici Auctoris incerti, cap. 7. *Hostes territi, fugatique, & angustiis Mulvii pontis exclusi, exceptis latrocinii illius primis Auctoribus, qui, desperatâ veniâ, locum, quem pugna sumpserant, texere corporibus;* nam Prætorianos intelligo, qui Maxentium fecerant Imperatorem, & qui cædibus in Romanos fuerant grassati.

Pag. 219. lin. 2. *Tres Cæsares facere non poterat.*] Obstante scilicet Diocletiani lege, uti optimè explicat Baluzius; cujus legis, vel dispositionis mentio c. 18. Quod autem sequitur, *Satis visum est semel feciſſe quod noluit*, Constantinum respicit, quem invitus Cæsarem admisit.

Lin. 3. *Severum arcessit.*] Victor narrat, Severum *casu ad urbem* (nimirùm Romam) *fuisse*, & jussisse Galerium, ut *arma in hostem ferret properè.* Certè Severus Italiam obtinuit, potuitque ad urbem fuisse: sed indè videtur arcessitus in Illyricum à Galerio, qui eum tunc hortatus est ad recipiendum imperium.

Lin. 4. *Ad recipiendum imperium.*] Italiæ nimirùm, quod cum Occidente cesserat Severo Augusto, quodque occupaverat Maxentius à milite Prætoriano factus Imperator. At si Zosimum sequimur, Severus fuit tantùm Cæsar, non autem Augustus, quia 2. 10. narrat, Galerium ægrè tulisse τὸ ἐπὶ τῷ Καίσαρι Σεβήρῳ γενόμενα. Sed fallitur; & quia per breve admodùm tempus in summo fastigio fuit constitutus, eum proculdubiò Cæsarem vocat. Capite enim præcedente dissertè Lactantius scribit, Severum Augustum esse creatum, & nummi ejus inscribuntur,

IMP. C. SEVERVS. P. F. AVG. Triſtanus Tom. 3. p. 437. notat, eum factum fuiſſe Auguſtum conſenſu Conſtantii atque Galerii : verùm, uti ex Lactantio conſtat, mortuo demùm Conſtantio, Severus Auguſtus eſt factus à Galerio, cùm intellexiſſet, Conſtantinum purpurâ indutum fuiſſe à militibus in Britanniâ. Num autem, accepto hoc nuntio, ſtatim Severum dixerit Auguſtum Galerius, an verò id primùm fecerit, poſtquàm Maxentii conatus intellexit, dubium eſt, ſtantibus pro utràque ſententiâ viris eruditis. Ex Lactantio conſtat, Severum Auguſtum eſſe creatum, cùm laureata imago Conſtantini ad Galerium eſſet perlata ; & Zoſimus teſtatur lib. 2. cap. 9. Maxentium Auguſtum eſſe factum, cùm Romæ talis Conſtantini imago eſſet exhibita : adeò ut hinc pateat, non multùm inter ſeſe diſcrepare viros eruditos, & utrumque eodem ferè tempore potuiſſe accidere, licèt nihil neceſſe ſit credere, Galerium ſciviſſe res, quæ Romæ gerebantur, cùm Severum renuntiaret Auguſtum. Nummos obſervo *Severi Cæſaris* caput repræſentare laureatum, *Severi* verò *Auguſti* galeatum, ad indicandum fortè, eum ſimul ac Auguſtus factus eſt, contra Maxentium profectum fuiſſe ; quò pertinet Auguſti Severi nummos inſcribi, CONCORDIA, vel FIDES MILITUM, quæ in Cæſareis nequaquàm apparent.

Pag. 220. lin. 2. *Venis ei inciſis.*] Errat igitur Politia SS. Patrum Metrophanis & Alexandri, in quâ apud Photium p. 1407. ſcribitur, *Severum morbo extinctum eſſe ;* & fortè huic Severo tribuitur, quod Severo ſucceſſori Nigri convenit. Si Excerpta Valeſii ſequimur, jugulatus fuit, idque non ſtatim, ſed poſteà, uti patet ex verbis, quæ modò laudavi ; quæque etiam nos docent, Herculium decepiſſe Severum, & jusjurandum violaſſe.

CAPUT XXVII.

Pag. 220. lin. 4. *Urbe munitâ, & rebus cœptis inimicis.*] Locus non modò difficilis, verùm etiam, ſi quid video, corruptus. Fortè legendum eſt, *rebus captis inimici*, id eſt, rebus, quas ab inimico Severo ceperat, diligenter inſtruens & muniens.

Pag. 221. lin. 7. *Utenſilia non haberet.*] Id eſt, res ad perſequendum neceſſarias. Petrus Damian. apud eruditiſſimum Du Cange in Gloſſario : *Calcaria, ſcutica, & ſi qua alia equitandi ſunt utenſilia*, id eſt, inſtrumenta.

CAPUT XXVIII.

Pag. 221. lin. 7. *Quia milites erant, qui Severum reliquerant.*] Senſus poſtulat omninò, ut legatur, *quia milites erant ſui, qui Severum reliquerant ;* idque verum eſſe patet ex cap. 44. & ſimilitudo litterarum vocem eam extricare potuit.

Pag. 222. lin. 3. *Diripuit ab humeris purpuram.*] Si Latinè loqui volumus, dicendum foret *deripuit*, id eſt, de corpore filii detraxit ; cùm contrà *diripere* ſignificet in fruſta concidere, uti doceo lib. 4. Obſerv. cap. 5. Ita Ovid. cap. 7.

——— *Velamina Progne*
Deripit ex humeris ———

Virgilius, *Tergora deripiunt coſtis.* Apud Socratem, ubi de hoc conatu Herculii agitur, legitur, ἀπολέσαι, quod commodiſſimè verti poteſt, *perdere.*

CAPUT XXIX.

Ibid. lin. 3. *Cum eo diſputaret.*] Id eſt, fermocinaretur, diſſereret, cum eo ageret: Cic. 3. Fam. 8. *Itaque me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis diſputaviſſe ;* Orat. pro Cælio : *Scitote, Judices, eas cupiditates, atque hæc ſtudia de quibus diſputo, non facilè in eodem homine eſſe poſſe ;* & ſæpiùs alibi.

Lin. 4. *Excluſus à ſuo.*] Quod nempè, antequàm ſecundò Auguſtus erat factus, Diocletiano etiamnùm imperante, habuerat ; uti patet ex cap. 7. & 8. & ad quod regendum nunc vocatus erat à filio Maxentio, cap. 18.

Lin. 5. *Aderat ibi Diocles.*] Notat vir doctus, Herculium nunc equidem bonâ fide non imperaſſe ; hunc tamen, potiùs quàm Diocletem, numerum ſenarium implere. Certè Diocles, vel Diocletianus, ſex Principibus annumerari non potuit ; quippè qui nunquàm purpuram reſumpſit : quod tamen ut faceret, adhortati eum fuerant Herculius, & Galerius, teſtibus Zoſimo & Eutropio. At contrà Herculius bonâ fide imperabat : nam Maxentius Auguſtus ipſi purpuram miſerat ; & Imperator ſecundò factus, dixit etiam Conſtantinum Imperatorem, qui Cæſar tantùm erat. Fateor vim imperii penès alios quàm Herculium fuiſſe : ſed tamen illi hoc reſpectu comparari Diocletianus non poteſt.

Lin. 6. *Imperium Licinio daret, ſubſtituto in Severi loco.*] Ergò ſtatim Licinius Auguſtus factus eſt ; nam, uti conſtat ex cap. 25. Severus à Galerio nuncupatus fuit Auguſtus. Auctor anonymus de vitâ Conſtantini ſcribit, Galerium in Illyrico Licinium feciſſe Cæſarem ; eumque ſequuntur Triſtanus Tom. 3.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

pag. 482. (ubi etiam notat, Licinium Imperatoris titulum post Galerii mortem sumpsisse primò, quod valdè à vero alienum est) Oiselius ad Tab. XIII. & Antonius Pagius in Dissertat. Hypatica. Vetum ex Lactantio, præsertumque ex cap. 20. (ubi disertis verbis narrat, Galerium *Licinium veteris contubernii amicum, & à primâ militiâ familiarem, Cæsarem facere noluisse, ne filium nominaret, ut posteà in Constantii locum nuncuparet Augustum atque fratrem*) nec non ex iis quæ notat Henr. Norisius in Explicat. Nummi Diocletiani & Licinii pag. 38. contrarium videtur verum esse. In nummo tamen apud Stradam cernitur περσπὰ Licinii patris laureata, cum epigraphe LICINIUS. NOB. CAES. ab alterâ parte, CONCORDIA. AVGG. DD. NN. AET. Et in alio apud Angelonum, caput ejusdem laureatum, & D. N. VAL. LIC. LICINIUS. NOB. C. Norisius loco laudato notat, Licinium unà simul Cæsarem & Augustum esse designatum, idque apertè satis ex Eusebio & ex nummorum Inscript. patere. Quòd si verà notat vir doctissimus, videri alicui posset, neminem Augustum esse illo tempore factum, quin antè fuerit creatus Cæsar; eosque qui Augusti creandi erant, dicis tantùm causâ, uno eodemque tempore, quo Augusti renuntiabantur, Cæsares esse dictos. Et ità Licinius, in Severi locum substitutus, factus erit Augustus: sed ut omnia ritè peragerentur, antè in eum Cæsarea dignitas fuit collata. Idem de Maxentio sentiendum esse apparet, cujus nummi etiam inscribuntur, M. VAL. MAXENTIUS NOB. CAESAR. Liciniani autem laudati nummi evincunt, Scaligerum non satis cautè notare, Licinium in nummis non dici NOB. CAES. Quin & Licinium simul Cæsarem atque Augustum esse factum firmat, si particula & interponatur, Victor Aurelius: *Hòc acrior Galerius, adscito in consilium Jovio, Licinium vetere cognitum amicitiâ Cæsarem creat & Augustum.* Particula & in editionibus, fateor, non apparet: absorpta tamen fortè fuit ab ultimâ syllabâ vocis præcedentis; nec puto Victorem obliturum fuisse antè memoriæ mandare, Licinium Cæsarem esse factum, si censuisset eum primò Cæsarem, tunc verò temporis Augustum esse creatum: deindè ratio loquendi exigit, ut scribere debuisset Victor, *Licinium Cæsarem vetere cognitum amicitiâ creat Augustum*, si indicare voluit, Licinium tunc temporis Augustum ex Cæsare esse factum.

Pag. 223. lin. 1. *Francorum gens...*] Doctiss. Baluzius notat, Francorum limitem circa Danubium fuisse. Sed illi propè Rhenum, quem proculdubiò trajecit Constantinus, habitarunt: indè latè diffusi, utì patet ex Tabulâ Peutingeri, & variis auctoribus; deindè si ad Danubium habitarunt, non potuit intra paucos dies fines eorum intrare Constantinus, id quod tamen ipsum fecisse constat ex hoc capite. Et hoc vel alio tempore Constantinus Francos vicit: undè in ejus nummo captivus sedet, additâ inscript. GAUDIUM ROMAN. & FRANCIA, apud Illustr. Spanhemium.

CAPUT XXX.

Ibid. lin. 2. *Quia semel abiit impunè.*] Similiter planè Phædrus Fab. 8.

Impunè abire deindè quia jam non potest;
neque aliter Terentius, Cicero, Catullus, & Seneca loquuntur.

Pag. 224. lin. 4. *Vidisse somnium...*] Propriè loquitur; undè frequenter in Inscript. EX VISU. Interpres Vulgatus 41. Gen. 1. *post duos annos vidit Pharao somnium.*

Lin. 15. *Eliso & fracto superbissimo gutture.*] Illustraturus mortem Herculii vir doctissimus notat, *pessimè Suidam scribere, Diocletianum à Senatu jugulatum esse, Maximianum verò se suspendisse.* Certè Diocletianus non est jussu Senatus jugulatus: sed tamen Herculius, permisso mortis genere, suspensionem elegit; utì clarissimè ex hoc Lactantii capite constat. Tradit idem etiam Suidas; adeò ut cur carpatur non videam: errat tamen, quòd Maximianum Herculium, qui suspendio vitam finivit, vocet γαμβρὸν, vel *generum* Diocletiani; quippè qui fuit Galerius Maximianus. Liberum autem mortis arbitrium multis olim permissum fuisse, satis superque ex Tacito, Suetonio, & aliis constat.

Lin. 16. *Morte finivit.*] Massiliæ scilicet; notatque rectè Zosimum Baluzius, quòd Maximinum & Maximianum Herculium confundens, hunc scribat Tarsi morbo extinctum fuisse. Idem vitium committit Socrates 1. 2. nec non Cassiod. 1. 4. Histor. Tripartitæ: *Hinc ejus* (Maxentii) *pater imperandi cupidine voluit filium regno privare, quod facere nequivit: post hæc autem Tarso Ciliciæ mortuus est.*

CAPUT XXXI.

Pag. 225. lin. 1. *Quæ promiserat, redderet.*] Locus hic admodùm difficilis est; & vix video quis sensus illi insit. Videtur dicere, Galerium exactiones graves fecisse, ut vicennalia, quæ promiserat, splendidè agere & celebrare posset,

Lin. 2. *Securem alteram afflixit.*] Et hîc mihi vix satisfacio. Si sensus est, ut existimat Columbus, Galerium *afflixisse*, vel *inflixisse securem alteram provinciis*, crediderim facilè, Lactantium novam exactionem designare, & ab eâ alteram, cujus mentio cap. 23. distinguere; & sic in nomine *vicennalium* nihil aliud erit, quàm quia vicennalia jam nominabantur, deque iis multus sermo esset, & præparabantur quæ ad ea celebranda erant necessaria. Lacuna fortè ità suppleri potest: *cogitabat, & ut is qui jamdudùm, &c.*

Lin. 3. *Officiorum omnium milites...*] Eo tempore *officium* significabat comitatum, vel homines, qui viro illustri parebant: undè in. Notitiâ Dignit. *officium viri illustris Præfecti prætorio Orientis, Princeps, Cornicularius*; alibi, *officium Virorum Illustrium Præfectorum Prætorio per Illyricum.* Præterea ipsæ etiam dignitates eo nomine veniebant: Suetonius, Ner. 15. *Præterito Quæstoris officio*, id est, Quæstore; Inf. 1. CCCLXI. PERFUNCTO OFFICIO PRÆFECTURÆ PRÆTORIO; Infrà cap. 48. *ad officium tuum*, id est, ad te judicem. Undè *omnium officiorum milites* non malè exponi possunt, omnium magistratuum milites, quos mox vocat *milites judicum.*

* Lin. 9. *Area...*] In quâ scilicet frumentum purgabatur, & discernebatur à paleâ. Videantur Rei Rusticæ Scriptores.

Lin. 12. *Spe futurorum.*] Nimirùm fructuum, qui in agris crescunt, & quibus sese alere poterant.

Lin. 14. *Præstabo.*] Id est, exhibebo, dabo. Ità *præstare certam summam* apud Sueton. Dom. c. 9. Cicero, *vix videor quod promisi præstare posse*: indè *præstatio* & *legatorum præstatio* in Jure. Videtur autem Galerius vestes omnis generis, tapetia, aurum etiam atque argentum exegisse ad ornandam vicennalium pompam. Indè eum interrogat Lactantius: Undè hoc tibi præstabo, vel dare potero, si tollis omnes fructus, ex quibus venditis talia mihi comparare debeo?

CAPUT XXXII.

Pag. 226. lin. 1. *Nec Cæsarem se, nec tertio loco...*] Ità ferè sese gerit Maximinus, uti antè fecerat Galerius ipse, quemadmodùm patet ex cap. 9. & aliquo modo observàre possumus Talionis legem; id est, ità eum à Maximino Cæsare vexatum fuisse, uti ipse vexaverat Diocletianum & Herculium. Galerius Maximianus Augustorum primus erat, Licinius secundus; Cæsaresque habebantur Constantinus, Maximinus, & Maxentius: sed coactus tandem est Galerius, uti ex fine capitis patet, quatuor Imperatores numerare, ita ut quinque simul forent Augusti, Galerius, Licinius, Constantinus, Maximinus, & Maxentius. Sed quo loco Maximini nomen fuerit positum, nondùm certò constat; & ille nec Cæsar, nec tertio loco Augustus, nominari volebat: undè clarum utique est, eum censuisse secundum locum sibi deberi, nomenque suum post Galerii nomen ponendum esse. Mortuo certè Galerio primus esse voluit, uti nos docet Euseb. 9. 10. Hist. Eccl. καὶ πρῶτον ἑαυτὸν ταῖς πρώταις ἀναγορεύειν: *primum locum in titulis atque honoribus vindicare*; rectèque notat Valesius, Maximinum sese in operum Inscriptionibus publicorum statuarumque primum nominasse, quia ante Constantinum & Licinium creatus erat Cæsar. Et hinc ad veram causam deveniri fortè posset, cur Maximini nomen in edicto apud Euseb. 8. 17. non reperiatur; quippè qui non tertio, sed secundo post Galerium loco nominari volebat. Quòd si tamen edictum hoc promulgatum est *communi titulo*, uti docet Lactantius cap. 36. id est, præscriptis nominibus Galerii, Constantini, Licinii, Maximini, & Maxentii, omissa fortè à Christianis sunt ultimorum nomina, quia non nisi parumper destiterunt eos persequi: vel illa omisere Galerius, Constantinus, & Licinius, quia non satis firma cum iis erat amicitia; & fortè, quia Maxentius etiam litem de loco movebat, quippè qui ante Constantinum, Maximinum, & Licinium, à Prætorianis erat factus Imperator. Potuit etiam edictum ad Maximinum & Maxentium mitti, ut illud præposito suo quisque nomine publicaret; & missum fuisse indè constat, quia Maximinus in Oriente, quem regebat, promulgare illud noluit, teste Eusebio 9. 1. qui potest videri.

Lin. 3. *Dispositionem suam servet...*] Id est, quod statuit, quod decrevit, quod quasi legem præscripsit; cap. 18. *Debere ipsius dispositionem in perpetuum conservari*; cap. 34. *Quæ pro Reip. semper commodis atque utilitate disponimus.* Ins. vetus: QUÆ. FORMA. INTERDICTI. ET. DISPOSITIONIS. SUB. GLADII. PERICULO. CUSTODIENDA. MANDATUR.

Lin. 4. *Tollit audaciùs cornua...*] Majores animos sumit, audacior fit, atque superbior. Ovid. 1. Artis, 239.

Tunc veniunt risus: tunc pauper cornua sumit.

Idem 4. Trist. 9.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Jam ferox in pugnas, & nondùm cornua sumpsi;
Nec mihi sumendi causa sit ulla velim.

Eodemque sensu Micyllo in Luciani Gallo dicuntur νίκατα ἔχειν.

Lin. 10. *Filios Augustorum.*] Verissima puto monere Columbum; & nullus alius victus contumaciâ Maximini dicitur esse à Lactantio, quàm Galerius Maximianus. Constantinus autem & Maxentius revera filii erant Augustorum, undè & ita appellantur ab Eutropio, 10. 3. Maximinus autem Daza, novus homo; cui tamen puto hunc titulum etiam fuisse datum, quia nequaquàm est verisimile, Galerium eum, quem ipse Cæsarem fecerat, præteriturum planè.

Lin. 11. *In campo Martio proximè celebrato...*] Locus hic suas difficultates habet; nec capio, quid sit *celebrare campum Martium.* An significat habitas militum decursiones? an verò *armilustrium* fuisse factum? Sed hoc celebratum non fuit in campo Martio, verùm in Regione Urbis XIII. ubi à P. Victore memoratur, *Vicus Armilustri.* Deindè armilustrium non spectavit omnem exercitum, sed tantùm *ancilia*, quæ, uti in observationibus doceo, *arma* vocantur. Varro lib. 5. de L. Lat. *Armilustrio circumisse ludentes ancilibus armatos.* Præterea, Maximinus non erat Romæ, verùm in Oriente, uti ex cap. 36. patet; undè discimus, alias urbes exemplo Romæ etiam *Campos Martios* habuisse. Puto igitur, milites omnes in unum fuisse collectos, vel exercitii, vel alterius rei gratiâ, diemque illum fuisse solennem; & propterea Lactantium dicere, *Campum Martium fuisse celebratum.* Et ità ferè *celebrare asylum* legitur in Kalendario, quod cum Ovidii Fastis editum est: *Templum factum est Carmenti. Celebratur asylum;* quod Ovidius, si nonnullas editiones sequimur, ità expressit: *vicini lucus celebratur asyli;* pro quo Heinsius rescribit *Hylerni;* & *celebrare asylum* significat, diem illum colere, quo Romulus asylum aperuit; *celebrare lucum Hylerni*, celebrare statum diem in honorem numinis, quod luco illi præsidebat; & in celebrando campo Martio potuerunt etiam sacrificia Marti oblata fuisse.

CAPUT XXXIII.

Ibid. Lin. 1. *Percussit eum Deus...*] 2. Jobi 7. *percussit Job ulcere pessimo;* Exod. 9. 15. *percutiam te & populum tuum peste;* & Jerem. 30. 12. occurrit *insanabilis fractura & pessima plaga;* moxque sequitur, *plagâ enim inimici percussi te, castigatione crudeli.*

Pag. 227. lin. 7. *Cancer invasit.*] Gangræna, uti ex medicis Latinis Celso & Scribonio, iisque quæ in Lexico Scriboniano notat Rhodius, patet.

Lin. 9. *Cessere magistri....*] Petitum est ex Virgilio, scribique debet:

cessere magistri
Phyllirides Chiron, Amythaoniusque Melampus,

uti doceo pag. 4. Apotheoseos Homeri.

Lin. 13. *Dat Apollo curam.*] Id est, oraculo suo præscribit, quæ remedia debeant adhiberi; & consultos sæpè ab ægris deos, eorumve oracula fuisse, ut ipsis medicinam facerent, notius est, quàm ut probari debeat: tu vide Aristidem variis locis, & M. Anton. Philos. lib. 5. §. 8.

Lin. 15. *Sedes tota....*] Ita etiam infrà *sedem fluentem*, partem corporis, quâ sedemus, & per quam ejiciuntur excrementa, appellat. Græci similiter τὸν ἕδρας dixerunt, uti patet ex Hesychio in v. Ταφανιδῶναι.

Pag. 228. lin. 1. *Odoritatem...*] Nullus damno lectionem Baluzii, *odor teter*: sed minimùm à vulgatâ receditur scripturâ, si legimus, *odoritas tetra.* Sic occurrunt *prioritas, commodioritas, superioritas*, notata Meursio cap. 32. Avit. Philologici; nec abit UBERITAS in nummis obvia, & alicubi memini me legisse *differitas*, pro differentiâ.

Lin. 9. *Inæstimabile...*] Id est, innumerabile.

Lin. 11. *Corporis amiserant speciem.*] Ita planè Suidas: Καυσούσης δὲ φλογιζομένης καὶ αὐτὰ συνεφλέγοντο τὰ ὀστᾶ, ὥστε ἐξαφανισθῆναι καὶ τὴν χαρακτῆρα τὴν ἀνθρωπίνης μορφῆς: *Cum autem incendio magno flagrarent, ipsa etiam ossa tosta sunt, ita ut humanæ formæ figura planè deleretur;* nam hæc verba de Maximino, vel Galerio Maximiano, non Maximino Alexandri Severi successore, intelligenda esse, docui ad cap. 22.

Lin. 14. *Annum perpetem.*] Id est, integrum, totum; eoque sensu vox hæc occurrit apud Plaut. in Amph. Justin. 5. 7. Ins. 2. CXXIV. adeò ut non satis cautè notet Festus, illâ solos poëtas usos esse.

Pag. 229. lin. 1. *Novi doloris urgentis....*] Vel Græcos imitatur, qui genitivum pro dativo absoluto ponere solent; vel aliquid vitii latet, quod non incommodè tollit Columbus per, *novâ vi doloris.* Cæterùm Haymo, 8. 2. scribit, etiam *Maximinum*, ita Galerium Maximianum vocat) *subitò inflatis visceribus dissentum, putrefactisque postmodùm vulneribus vermes ebullisse, fœtoremque into-*

lerabilem exhalasse ; & fine capitis sequentis, Maximinum Dazam, *vehementi agritudine & doloribus internorum viscerum correptum, amissis quoque morbo luminibus, & tunc magis quid adversus Christum commiserit videntem, vivendi finem fecisse, lata prius lege pro libertate Christianorum.*

www.libtool.com.cn

CAPUT XXXIV.

Ibid. lin. 1. *Atque utilitate....*] Quæ etiam in nummo occurrit, cujus in unâ aream cernitur Imp. laureatus & MAXIMIANUS P. F. AUG. in alterâ mulier stolata, singulis manibus tenens singulos globos, &, UTILITAS PUBLICA, apud Andream Morellium in pererudito specimine Universæ Rei Nummariæ Antiquæ ; & nota est sententia Cassii apud Tac. 14. An. 44. *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publicâ rependitur.*

Lin. 2. *Juxta leges veteres & publicam disciplinam...*] Id est, juxta leges olim latas, ritusque usu receptos, vel præcepta quæ hoc tempore observantur. Plin. 10. 82. *Si qui autem se contra disciplinam meam gesserint, statim coërceantur.*

Lin. 4. *Ad bonas mentes redirent.*] Ii dicuntur *redire ad bonam mentem*, qui sententiis pravis relictis, meliores amplectuntur, & de errore in viam redeunt : quales Ciceroni in epist. ad Famil. dicuntur *redire ad sanitatem*, id est, ad meliora consilia ; & *bona mens* etiam occurrit apud Petron. *bona mentis soror est paupertas* ; quo verbo significat, divitibus raro sanam mentem inesse, quia plerùmque corrumpuntur luxu, aliisque vitiis.

Lin. 8. *Et per diversa varios populos congregarent...*] Eusebius vertit, καὶ ἐν διαφόροις διάφορα πλήθη συνάγειν ; quod interpretantur, *& in diversis sectis atque sententiis diversos cogerent cœtus* : cùm ego reddere malim, *& in diversis locis* : putoque etiam Lactantium *diversa*, nimirùm loca, vel oppida, similiter dixisse.

Lin. 9. *Multi periculo subjugati.*] Id est, multi tormentis & pœnis, quæ ex legibus nostris tolerare debebant, subjugati, Christo nuntium remiserunt : multi etiam absque tormentis illud fecerunt ; si modò *deturbare* eo sensu, quo putat Du Cange, usurpatur. Loca enim quæ adfert, potiùs notant *disjicere, turbam collectam segregare*, quàm *detourner*. Prius expressit Eusebius per κατὰ ὑποβολὴν ἐλθόντες ; alterum verò per ταραχθέντες, id est *deturbati* ; vel qui metu tormentorum se ad Gentiles contulerunt. Nam *turbare*, ut notissimum, significat *terrere, consternare, percellere*, & *deturbare, dejicere*. Cic. 5. Fam. 7. *Sed hoc scito, tuos veteres hostes, novos amicos, vehementer litteris perculsos, atque ex magnâ spe deturbatos jacere*. Alibi : *Suum quemque scelus de sanitate ac mente deturbat.*

Lin. 11. *Nec Christianorum Deum observare.*] Aut fallor, aut hæc respiciunt planè hæreses hoc sæculo, vel præcedentibus natas ; de quibus post alios præclarè agit Frid. Spanhemius, Theologus apud Batavos celeberrimus, Introd. ad Chronol. & Historiam sacram, cujus nunc secunda pars magno cum fructu & voluptate ab Eruditis evolvitur. Nam inter alias fuere multæ, quæ Christum, vel Christianorum Deum, habebant ludibrio ; & nescio quæ portenta religionum sibi fingebant, uti ex Augustino, Epiphanio, Damasceno, Thimotheo Presbytero, aliisque patet. Edictum autem hoc difficultates non habet : undè breviter quid mihi de uno & altero loco videatur, supponam. Per hæc verba igitur, *qui parentum suorum reliquerant sectam*, intelligi debere puto Christianos, qui gentilium parentum & Majorum suorum superstitionibus nuntium remiserant : indè addit, *eos se revocare voluisse ad bonam mentem*, sive facere, ut iterùm Deos colerent, & relictam sectam amplecterentur ; additque rationem, quia scilicet tanta ἄτοπα, vel *stultitia*, sive *dementia* eos invaserat, ut pro arbitrio sibi quisque religionem & cultum fingeret, & relinqueret instituta primorum Christianorum, qui scilicet uno ore, unoque corde Deum colebant. Hinc adjicit, se jussisse, *ut ad veterum se instituta conferrent* ; id est, ut relictis tam discrepantibus sententiis, deos Gentilium colerent. Hunc puto verum horum locorum sensum esse ; & licèt antè suspicatus sim, hæc verba, *ut non illa veterum instituta sequerentur, quæ forsitàn primi parentes eorum constituerant*, respicere etiam ad Gentilium superstitionem ; tamen, re diligentiùs perpensâ, muto sententiam, & arbitror cum Baluzio, præstantis eruditionis viro, taxari Christianos, quòd defecissent à priscâ illâ parentum suorum simplicitate, & in plurimas sectas essent divisi. At quod sequitur, *ut ad veterum se instituta conferrent*, de Gentilium superstitione capio, ad quam Christianos reducere tentaverat Galerius.

Lin. 14. *Indulgentiam nostram...*] Vox propria, atque in ipsis nummis obvia ; significat autem clementiam benevolentiamque

Digitized by Google

Imperatorum, sive in remittendis reliquis, sive in largiendis & concedendis rebus, quæ petebantur. Meursius eam putat natam Ammiani Marcellini temporibus, quia is lib. 16. ita loquitur: *Denique id eum usque ad imperii finem & vitæ scimus similiter observasse, ne per* INDULGENTIAS, *quas appellant, tributaria rei concederet reliqua.* Sed nihil tale indè doceri posse existimo, quia Ammianus Marcellinus tantùm dicit, reliqua tributorum si remitterentur ab Imperatoribus, rem illam *indulgentias*, uti reverà erant, dictam fuisse. Est enim vox hæc apud longè vetustiores Auctores obvia; & notat gratiam, vel remissionem, quam Imperatores largiebantur. Sic in nummo Caracallæ legitur, INDULGENTIÆ FECUNDÆ, apud Tristan. Tom. 2. p. 169. qui potest videri: in alio Severi, INDULGENTIA AUG. IN CARTHA. Hinc Eumenius in Paneg. Imperatores sæpè vocat *Indulgentissimos Principes;* & Ambrosius Orat. in obitum Theodosii, *annonarum exigendarum relaxationem* ab eo promissam, sed morte prævento non præstitam, vocat *indulgentiarum hæreditatem.*

Pag. 230. lin. 1. *Conventicula sua . . .*] Ita cap. 15. & 36. & 49. ubi vocantur loca, *ad quæ convenire consueverant.* Cicero Orat. pro Domo & pro Sestio utitur hâc voce, pro cœtu & congregatione.

Ibid. *Aliâ autem epistolâ judicibus, &c.*] Vel significat, se Christianis per Judices certa loca adsignaturum, in quibus conveniant, vel mandaturum, ut observent quid in iis agatur, & ut provideant, ne quæ contra Rempublicam consilia ineant. Eâ enim lege ipsis hæc libertas datur, uti patet ex illis verbis, *ita ut ne quid contra disciplinam agant;* id est, contra præcepta Imperatorum, contra imperium, contra leges. Apud Euseb. est, ὅπως μηδὲν ὑπεναντίον τῇ ἐπιτάξει αὐτοὺς πράττειν, quod non satis benè reddi credo, *ita ut nihil contrarium disciplinæ suæ deinceps facere cogantur;* cùm eâ conditione libertas Christianis concedatur, ne quid in leges & constitutiones peccent. In principio eodem sensu dixit, τὴν δημοσίαν ἐπιτήμησιν τὴν τῶν Ρωμαίων; quod Lactantio est, *juxta leges veteres & publicam disciplinam Romanorum.*

Lin. 3. *Deum suum . . .*] Liberâ Republicâ, Romani deos suos rogabant pro salute Reipublicæ, uti vel patet ex lib. 1. c. 10. & 22. Velleii, aliisque Auctoribus. Primus fuit Cn. Pompeius Magnus, pro cujus salute universa Italia vota suscepit, teste eodem 2. 48. Postquàm imperii vis ad ūnum fuit delata, pro ejus etiam salute deos rogabant, uti docet idem lib. 2. extremo, & Sen. 1. Consol. ad Polyb. Plinius sine Panegyrici, Aristides Tom. 1. pag. 50. & Julius Firmicus lib. 1. Mathes. Christiani idem imitati optimo merito; & Christum etiam pro salute Imperatorum, licèt gentiles forent, precati sunt, idque ex præcepto D. Pauli 1. Thimoth. 2. 2. quod confirmatur v. 7. c. 29. Jeremiæ. Atque hoc eos fecisse, docent Theophilus ad Autholicum lib. 3. pag. 76. Athenag. Legatione pro Christianis extremâ, Passio S. Cypriani pag. 11. Passio S. Victoris Massilienſis à Colomesio, viro erudito, edita, Tertull. c. 30. Apologetici, & denique Dionysius apud Euseb. lib. 7. Hist. Eccles. cap. 1. ubi narrat, Gallum occidisse τὸν ἱερὸν ἄνδρα τὸν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης αὐτῶν καὶ τῆς ὑγιείας προσεύχεσθαι πρὸς τὸν Θεόν; qui etiam videatur cap. 11. libri ejusdem. Sic hodiè idem faciunt pro Imperatoribus Turcorum Patriarchæ Græcorum & Armeniorum, teste Ricaudo in Vitâ Mahumetis IV. Veterem consuetudinem etiam retinere Ægyptios nunc Christianos, & Orthodoxos pro Imperatoribus Arrianâ hæresi infectis Deum precatos esse, constat ex Liturgiis Copticis, necnon ex Cyrillo Catech. 4. & litteris Ariminensis Synodi ad Constantium missis; quod utinàm hodiè nonnulli, qui se Christianos primi ordinis & loci volunt esse, observarent!

CAPUT XXXV.

Pag. 230. lin. 7. *Horrendâ tabe . . .*] Quæ qualis fuerit, patet ex cap. 33. rectèque ibi notat Baluzius, similem historiam de Juliano, qui avunculus Apostatæ fuit, narrare Joann. Chrysostomum. Idem de eodem Juliano tradit Philostratus 7. 10. sed *vermes* omittit; quos tamen recenset Auctor Passionis Theodoriti Presbyteri Antiochiæ apud Mabill. Tom. IV. Annal. p. 133. Cæterùm observandum, Maximiani hujus, licèt crudelissimi Principis, statuam tempore Juliani Antiochiæ adhuc visam fuisse. Amm. Marcell. 25. 10. *Nam & Maximiani statua Cæsaris, quæ locata est in vestibulo Regiæ, amisit repentè sphæram æream, formatam in speciem poli, quam gestabat;* quæ vel ibi semper mansit, vel reposita fuit ab infensissimo Christi hoste Juliano.

Ibid. *Consumptus est.*] Obiit autem *Serdicæ*, vel prope eam urbem in Daciâ mediterraneâ, uti notat Baluzius ad cap. sequens. Verùm nulla in Daciâ Serdica, & illa urbs Thraciæ adscribenda est. Neque tamen errant Auctores, qui Galerium vel *natum in Daciâ*

Digitized by Google

non longè à Sèrdicâ, id quod facit Eutropius, vel mortuum Serdicæ fuiſſe, ſcribunt. Nam, uti antè docui, Dacia ultra Danubium ſita fuit provincia Romanorum à Trajano facta; poſtquàm illa defendi non poterat, Aurelianus provinciales in alteram Danubii ripam tranſtulit, & regionem illam *Daciam* vocavit, cujus pars Danubio vicina dicebatur *Ripenſis*, interior verò *Mediterranea*. Sic Amm. Marcell. 21. 10. ſcribit, ſummitates Æmi & Rhodopes *Illyrios interſcindere & Thracas, hinc vicinas mediterraneis Dacis & Serdicæ, indè Thracias deſpectantes & Philippopolim, civitates amplas & nobiles*; quæ certè non niſi de Mœſiâ, vel vicinâ regione, exponi poſſunt. Idem 26. 5. *Æquitium* ſcribit *relationem accepiſſe Antonii Tribuni, agentis in Daciâ mediterraneâ militem*; quæ itidem in Thraciâ, vel Mœſiâ, uti ex ſequentibus patet, quærenda eſt. Macedoniæ urbem SERDICAM dici ab Ammiano lib. 31. extremo, Ortelium ſecuti alii cenſent: ſed nihil tale apud eum reperitur, uti ex ipſis verbis patebit. *Obſeſſi verò apud Hadrianopolim ..... egreſſi mediâ nocte, vitatis aggeribus publicis, per nemoroſa & devia, pars Philippopolim, exindèque Serdicam, alii ad Macedoniam currebant*. Nam tantùm abeſt, ut Serdicam Macedoniæ adſcribat, ut contrarium potiùs planè affirmet; & ſi alii petierunt ab Hadrianopoli Macedoniam, alii verò Philippopolim, & indè Serdicam, certè Serdica ab Ammiano Macedoniæ adſcribi non potuit: quin imò ab Hadrianopoli Philippopolim, & indè ad Serdicam noſtram verſus Occidentem rectiſſima via eſt, cùm Macedonia ad Meridiem ſita fuerit. Notant etiam Eruditi, Nicetam Choniatem Serdicam memorare ad Iſtri ripam poſitam, & proindè à mediterraneâ noſtrâ diverſam: ſed ego tantùm invenio apud eum pag. 19. *Hunnos, ſuperato Iſtro, Branitzobam vaſtaſſe, & Sardicam ſpoliaſſe*: undè certè evinci nequaquàm poteſt, Iſtro illius nominis urbem fuiſſe impoſitam, cùm notum ſit, quàm multùm itineris gentes illæ brevi temporis ſpatio facere ſolitæ ſint, quippè quæ nulli alii rei, quàm agendis prædis intentæ eſſent. Illyrico Serdicam adſcribit Socrates 2. 20. Hiſtor. Eccleſ. Sed nec hæc à noſtrâ diverſa eſt, quia Illyrici nomen tunc longè latèque patebat. Nam Appianus uſque ad Thraciæ montes Illyricum extendit, includitque illi Mœſias, & alias regiones; & ex Notitiâ Imperii patet, per Illyricum octo Præſides fuiſſe, Theſſaliæ, Epiri veteris, Epiri novæ, Daciæ Ripenſis, Mœſiæ primæ, Prævalitanæ, Dardaniæ & Macedoniæ Salutaris; & Rufus Feſtus *decem & ſeptem provincias* illi adſcribit: adeò ut mirum non ſit, illius temporis Auctores urbem hanc Illyrico adſcripſiſſe. Imò, ſi conſideramus Præfectum prætorio Illyrici præſediſſe *duabus Diœceſibus Macedoniæ & Daciæ, & Daciam complexam fuiſſe quinque provincias, Daciam Mediterraneam, Daciam Ripenſem, Mœſiam primam, Dardaniam, Prævalitanam, & partem Macedoniæ Salutaris*, apparebit facilè, Serdicam etiam in Illyrico latè ſumpto fuiſſe. Conſtat præterea, atque à viris doctis annotatum eſt, Illyricum dividi in Orientale & Occidentale: illud complexum fuiſſe partes duas, Mœſiam & Thraciam; provincias undecim, Mœſiam primam, ſive ſuperiorem, Prævalin, Dardaniam, Daciam Ripenſem, Daciam Mediterraneam, Mœſiam ſecundam, ſive inferiorem, Scythiam, Thraciam, Hœmimontum, Rhodopen & Europam: Illyricum verò Occidentale comprehendere partes quatuor, Rhætiam, Noricum, Pannoniam & Illyrin; provincias novem, Rhætiam, Vindeliciam, Noricum Mediterraneum, Noricum Ripenſe, Pannoniam primam, Pannoniam ſecundam, Saviam, Valeriam; & in Illyride populos Japodas, Liburnos & Delmatas. Sic excuſari poterit Zoſimus, qui ſcribit, Licinium & Maximinum acie decertaſſe in *Illyriis*, cùm tamen ex Lactantio & aliis conſtet, pugnam eam pugnatam fuiſſe prope Perinthum, vel Heracleam Thraciæ: Notant præterea Eruditi, ex Cedreno & Curopalate videri, imò ex his vetuſtiore Procopio lib. 4. Ædif. *Serdicam* juxta Neſſum Serviæ eſſe; & Sigonium lib. 5. Occidentalis Imperii cis Iſtrum in Daciâ Mediterraneâ inter duas Mœſias eam conſtituere. Priores Auctores conſulere nequeo: ſed Sigonius non alia à me ſentit, quia urbem eam cis Danubium collocat, & ita Daciam Tranſdanuvianam excludit; & Dacia Aureliani fuit inter utraſque Mœſias, & complectebatur etiam Dardaniam, vel Serviam, & fortè Thraciæ partem: niſi dicamus, Dardaniam Thraciæ etiam nomine veniſſe. Nam ego unam tantùm *Serdicam* agnoſco in Thraciâ poſitam: undè in lapide apud Grut. 2. p. DXL. NATIONE THRAX. CIVITATE. SERDICA; & quia Thraciæ fortè pars Daciæ poſteà Mediterraneæ acceſſit, vel, ut dixi, Dardania etiam Thraciæ fuit annumerata, indè in Thraciâ & Daciâ Mediterraneâ; & quia Illyricum longè latèque ſeſe extendebat, indè in Illyrico dicitur fuiſſe ſita; exiſtimarunt que Eruditi, plures eo nomine

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

mine urbes celebrari; quod tamen à ratione alienum est planè. Sic latè *Illyrici* voce utitur Victor, cùm scribit, Diocletiano, Herculio, Constantio & Galerio *Illyricum patriam fuisse*; quia Galerius in Daciâ prope Serdicam, Diocletianus in Dalmatiâ, Herculius prope Sirmium, nati sunt; & quanquàm Constantii natalis ignoretur locus, proculdubiò tamen in iisdem regionibus genitus fuit, quippè qui ex Helenâ etiam in urbe Naisso procreavit Constantinum, testibus Excerptis Valesianis. Hæc ita commentatus fueram, cùm incidi in Tabulam Geographicam Sansonis, in quâ vir harum rerum peritus admodùm Illyricum delineavit. Animadverti autem, eum *Sardicam* collocare ad fluvium Cebrum à parte Hæmi montis, quæ versùs Dardaniam & mare Adriaticum est; cùm contrà in Tabulis Ptolomæi illa conspiciatur ab eâ parte montis ejusdem, quæ versùs Propontidem jacet. Et sententia firmari videtur per Ammianum Marcell. quem dicentem audivimus, summitates Æmi & Rhodopes *hinc vicinas* esse *Mediterraneis Dacis & Serdicæ*: *indè Thracias despectasse & Philippopolim*; & ita nulla Thraciæ pars contineretur Daciâ Mediterraneâ. Quicquid sit, una tantùm *Serdica* fuit. Et Ptolomæus disertè lib. 3. c. 11. eam Æmo monte includit; nam primò scribit, in provinciâ esse πραιτωρίας τὰς μὲν ἀπὸ Μυσίας καὶ τῶν Ἀλμων τὸ ὄρος ἀρχομένους ἀπὸ δυσμῶν; *praturas juxta Mœsiam utramque, & circa montem Æmum incipientibus ab occasu*; & inter eas numerat *Sardicam*; & mox inter civitates Thraciæ Mediterraneas recenset *Deultum Coloniam*, *Orcelin*, *Carpudanum*, *Bizyam*, *Sardicam*, *Tertam*, *Philippopolim*, *& alias*.

Pag. 231. lin. 1. *Nicomediæ mensis ejusdem*...] Nullus dubito, quin scribendum sit, *Nicomediæ medio mensis ejusdem*, sive Maii; neque enim citiùs commodè potuit proponi Edictum Nicomediæ, cùm Serdicæ ægrotaret Galerius, illudque ibi propositum fuit ante hunc nuntium acceptum, pr. Kal. Maias.

CAPUT XXXVI.

Pag. 231. lin. 3. *Fretum Chalcedonium*...] Quod etiam fuit limes imperii Maximini, uti patet ex cap. 45.

Lin. 8. *Communi tutelæ*...] Scribendum omninò est *titulo*, uti olim miseram ad Columbum. Nam communi Imperatorum nomine data hæc libertas fuit Christianis; & indè sequitur, Maximini etiam atque Maxentii nomina Edicto fuisse præposita, quæ tamen hodiè non apparent; quâ de re vide quæ noto ad cap. 32. Post hoc Edictum Christianis pacem datam esse, non modò ex Lactantio, verùm etiam ex Euseb. c. 9. de Martyribus Palæstinæ, ubi Maximini sævitia multis describitur, patet. Notandum autem, Maximinum vix sex integros menses abstinuisse à persequendis Christianis, & Edictum in Oriente, cui præerat, non promulgasse: sed ducibus tantùm suis mandasse, ut à persecutione Christianorum abstinerent; Præfectumque prætorio Sabinum scripsisse sententiam Imperatoris ad provinciarum Præsides; primum denique quod fecit, fuisse, Christianos à conventibus, qui ἐν τοῖς κοιμητηρίοις fiebant, arcere. *Tituli* autem comprehendebant nomina & honores. Suet in Tib. c. 50. scribit, *titulis Tiberii adjiciendum esse*, *Augusti & Liviæ filius*; & apud eumdem in Dom. c. ult. Senatus decrevit, *eradendos ubique titulos*, *& abolendam omnem memoriam* ejus.

Lin. 12. *Sacerdotes maximos*...] Rectè ad Euseb. 8. 14. notat Valesius, ante hæc tempora ἀρχιερέας & sacerdotes provinciarum fuisse; idemque multis docet Spanhemius in Dissert. nec omittendus insignis locus; qui exstat in Chronologiâ Monachi Altisiod. p. 39. *Erant etiam tunc*, tempore Commodi, *in Britanniâ viginti octo Flamines*, *id est*, *Pontifices Paganorum*, *necnon & tres Archiflamines*, *quorum potestati cæteri judices morum atque phanatici submittebantur. Hos denique ex præcepto Apostolico idololatriæ eripuerunt*; *& ubi erant Flamines*, *Episcopos*, *ubi Archiflamines*, *Archiepiscopos posuerunt*. Quanquàm ignarus non sim, quàm difficulter fides talibus Monachorum narrationibus adhibenda sit, vestigia tamen ibi reperiuntur, Gentiles habuisse sacerdotes provinciis, vel urbibus impositos. Per *phanatices* autem intelligo sacerdotes, vel homines diis consecratos; quomodò in Inscript. *Fanaticus ab Iside Serapis*; *Fanaticus ex vico Bellonæ*, *& de ede Bellonæ*, occurrunt.

Lin. 13. *Per omnes deos suos facerent*...] Id est, omnibus diis sacrificarent. Mira locutio, quæ nescio an alibi sit obvia: cap. seq. dixit, *per singulos dies sacrificare*.

Pag. 232. lin. 1. *Jure suo*...] Liberè, nemine impediente, ex suo arbitrio. Cic. 2. ad Att. 2. Flor. 1. 17. & 3. 17. non aliter loquuntur.

Lin. 3. *Ex altioris dignitatis gradu singulos quasi Pontifices superponeret*....] Sacerdotes Maximi ex primoribus civitatum

erant lecti, præerantque reliquis ejusdem civitatis sacerdotibus : at uni provinciæ impositus erat *Pontifex* ; isque eligebatur ex viris majore dignitate, uti erant Præsides, quàm quâ *primores* erant, præditis: id quod etiam clarè docet Euseb. 8. 14. & 9. 4. ubi *sacerdotes maximos* ἱερέας, *Pontifices* verò ἀρχιερέας appellat. Per *primores* autem commodè intelligi possunt Decuriones, vel Magistratus municipales ; quomodò *primores civitatis* occurrunt in L. 16. D. de Usu & Usuf. Sed observandum, *Pontificem* provinciæ impositum etiam sæpè vocari *Sacerdotem provinciæ*, quemadmodùm patet ex Leg. 46. Cod. Theod. De Decurionibus, quâ Imperatores constituunt, *à solis Advocatis, eorumque consortio, dari debere provinciæ Sacerdotem* ; ubi videatur Gothofredus, non secùs ac Tom. 6. ejusdem Codicis p. 254. Et hùc pertinent *Asiarchæ*, de quibus consuli possunt Salmasius ad Solinum, Spanhemius in Dissertationibus, Ant. Augustinus ad Modestinum de Excusat. Gothofredus de Interdictâ Christianis Gentilium communione, Grotius ad N. Test. Rubenius de Urbibus Neocoris, & denique Harduinus pag. 422. Nummorum Illustrat. qui omnes viri eruditissimi multis hâc de re agunt. Iisque addendi sunt *Galatarchæ*, qui Communi Galatarum præerant, & ludos solennes curabant. Exstat eorum mentio in Inscript. apud me ineditâ, & Ancyræ inventâ.

Γ. ΑΙΛ. ΦΑΛΟΥΙΑΝΟΝ
ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΝ. ΔΙΣ. Γ...
ΛΑΤΑΡΧΗΝ. ΤΟΝ
ΓΝΟΤΑΤΟΝ. ΚΑΙ. ΔΙ.
ΚΑΙΟΤΑΤΟΝ
ΦΛΑΟΥΙΑΝΟΣ
ΕΥΤΥΧΗΣ
ΤΟΝ. ΓΑΤΚΥ.
ΤΑΤΟΝ. ΠΑ
ΤΡΩΝΑ.
ΔΙΕΥΤΥΚΤ.

Et apud Gruterum 3. ccccx. & 1. cccxv. *T. Flavius Caius Antonius* (ea enim nomina vir ille tulit, ut ex integrioribus Inscriptionibus alibi docebo) dicitur fuisse Γαλατάρχης & Σεβαστοφάντης. Sed quia Galatarum metropolis fuit *Ancyra*, non ingratam me Lectori rem facturum spero, si aliam, eamque elegantissimam ineditam Inscriptionem, quæ ejus mentionem facit, supponam.

ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΝ
ΠΡΟΚΛΟΝ. ΕΚ. ΣΥΝ
ΚΛΗΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΤΠΑΡ
ΧΩΝ. ΚΕΙΛΙΑΡΧΟΝ
ΕΝ. ΔΑΚΙΑ. ΑΝΤΙΩΝΝΟΣ.
ΙΓ. ΓΕΜΙΝΗΣ. ΔΗΜΑΡ
ΧΩΝ. ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ. ΡΩ
ΜΕ. ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΑ. Ο
ΔΩΝ. ΗΓΕΜΟΝΑ. ΑΗΓΙΩ
ΝΟΣ. Α. ΑΘΗΝΑΣ...
ΑΝΤΥΠΑΤΟΝ ΓΑΛ...
ΑΣ. ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ. ΚΑΙ. ΑΝΤΙΣΤΡ
ΤΗΓΟΝ. ΒΕΑΤΙΚΗΣ. Η ΜΗΤΡΟΠΟ
ΛΙΣ. ΤΗΣ ΓΑΛΑΤΙΑΣ ΣΕΒΑΣ
ΤΗ. ΤΕΚΣΑΓΩΝ ΑΝ
ΚΥΡΑ. ΤΟΝ. ΕΑΥΤΗΣ· ΣΩΤΗ
ΡΑ. ΚΑΙ. ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Verùm ut pergam, mulieres etiam provinciarum Sacerdotes fuere creatæ. Inscript. 8. pag. cccxxi.

PORCIAE. M. F.
MATERNAE
D. SACER. DESI
P. H. C. ET. POSTEA
O. SACERD. CAESAR. AE
TARRAC. PERPETUAE
L. NUMISIUS
MONTANUS
VXORI.

Nam Siglas P. H. C. explicant Docti *Provincia Hispaniæ Citerioris*. Et notatu dignum est, hos provinciæ Sacerdotes non videri fuisse omnium, qui in eâ provinciâ colebantur, deorum Sacerdotes : sed unius, cui tota provincia sacra faciebat ; & maximè quidem Augustorum, quemadmodùm docet Rubenius : undè Inscriptio 10. p. cccxxi. interpretanda est :

C. SEMPRONIO. SPERATO. FLAMINI. DIVORVM
AVGG. PROVINCIAE. BAETICAE.

quæ insuper videtur docere, Speratum fuisse Flaminem omnium Imperatorum, qui inter Divos erant relati, vel qui ibi colebantur ; similiterque apud Victorem, *per Africam decretum fuisse Sacerdotem Flavia genti* ; quia scilicet Constantinus *Flavius* vocabatur. Hùc pertinet *Flamen Augustalis in Baticâ perpetuus*, *Flamen Provinciæ Hispaniæ Citerioris*, & similes, qui in iisdem lapidibus occurrunt, quique nos docent, provinciis impositos *Flamines*, vel *Sacerdotes* fuisse. Fateor tamen, aliam esse eorum rationem ; quos Maximinus, teste Lactantio, instituit, quippè qui reliquis omnibus præfuerint, cùm alii tantùm provinciæ Flamines, vel Sacerdotes possent esse appellati, quia commune provinciæ sacrum curabant. Sed restat *Sacerdos maximus* explicandus. Quemadmodùm igitur ex Lactantio, & iis, quæ annotavi, patet, *Sacerdos maximus* dictus est, qui reliquis in civitatibus singulis Sacerdotibus, veluti ca-

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

put erat impositus; nam per *veteres Sacerdotes* intelligendi sunt, qui ante constitutos maximos Sacerdotes in urbibus, vel civitatibus illis sacra faciebant. Imperatores PONTIFICES MAXIMOS dictos esse, notius est, quàm ut vel monere necesse sit: præter eos, *Pontifices*, vel *Sacerdotes maximi* rarò occurrunt, licèt apud Græcos Ἀρχιερεῖς frequentissimi sint, & nonnunquàm eo vocabulo designent Pontificatum Maximum Imperatorum, & aliorum, uti docuit præclarè illustris Spanhemius Dissert. 6. Apud Reines. Inscr. 58. Cl. 5. servat memoriam mulieris sacerdotis maximæ:

LABERIA. FELICIA
SACERDOS. MAXIMA
MATRIS. DEVM. M. I.

Sed arbitror, eam ita vocari, quia ætate reliquas superabat; vel quia prima in Collegium erat adoptata. Festus certè ultimam rem Romæ in usu fuisse, testatur. *Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit; item minimus, qui novissimus;* quomodò & Virgo Vestalium vetustissima, *Maxima* fuit appellata, uti docuit Lipsius, vir certè eruditissimus, & qui plurimùm Antiquitatis studia illustravit: quanquàm ejusmodi Pontifex, Sacerdos, & Virgo Vestalis, reliquos etiam absque dubio dignitate atque auctoritate antecesserit. In Cephaledio, parvo Siciliæ apud Himeram fluvium oppido, etiam *Sacerdotem Maximum* fuisse, docet nos Cicero Act. 2. in Verrem: *Cephaledi mensis est certus, quo mense* SACERDOTEM MAXIMVM *creari oporteat;* & ex sequentibus patet, eum annuum ex civibus, & in Comitiis populi electum fuisse; isque ita non ab ætate, verùm ab auctoritate, dictus fuit: quomodò Festus testatur, alios putare *Prætorem Maximum* dici, qui maximi imperii sit, alios verò, qui ætatis maximæ. Eidem *Curio Maximus* dicitur, *cujus auctoritate Curia, omnesque Curiones reguntur;* ejusque fortè respectu alii dicti *Curiones minores*, qualis celebratur in Inscript. 4. pag. cccv. apud Gruterum. *Augurem Maximum* etiam recenset Joannes Andr. Bosius in pererudità Dissertatione De Pontific. Maximo Romæ veteris, cap. 2. sed eum, ut verum fatear, nondùm vidi à veteri quoquam memorari; certè apud Festum in V. *Maximum Prætorem*, non reperitur. Atque ex iis quidem patet, *Maximi* titulum Sacerdotibus datum fuisse nonnullis: sed illud dignum est examine, num Romani præter Pontificem suum Maximum alios ita appellaverint, sive Romæ, sive extra Romam. Sentit id Gutherius, putatque, in Inscriptione veteri memorati *P. Vergilium Pontificem Maximum Sabinorum*: damnat hoc Bosius, & arbitratur, Reinesium secutus, hîc scriptum fuisse PONT. MAI. hoc est, *Majori*, vel MAR. id est, *Martis*. Sed ipse Reinesius posteà sententiam videtur mutasse, quia pag. 445. Inscript. notat, hunc Vergilium Pontificem Maximum dici, inter suos, & in Collegio Pontificum municipalium, uti inter minores Pontifices, Romæ etiam maximum fuisse: quem tamen Bosius vel putat simpliciter *maximum* esse dictum, vel nomine scribæ (ita enim dici minores Pontifices notat) aliove quopiam adjecto. Quicquid sit, rarissime certè prætet Romanorum Pontificem reverà Maximum; alii *Pontifices Maximi* memorantur. *Summum Pontificem* invenio apud Prudent. Hym. 10. περὶ στεφ. v. 223. ubi Romanus Martyr adloquitur Asclepiadem:

Spectator horum Pontifex summus sedes;

quem puto Pontificem Provinciæ fuisse; eidemque celebratur *summus sacerdos*:

Summus Sacerdos nempè sub terram scrobe
Actâ in profundum consecrandus mergitur,
Mitrâ insulatur . . . . .

Quibus versibus Pontificem Maximum describi malè arbitrantur Bulengerus, Reinesius pag. 622. Epist. & pag. 77. Inscr. Sylburgius ad Zosimum l. 4. c. 36. nec non eruditissimus vir pag. 172. Cenotaphiorum Pisanorum; cùm *summus* ille *Sacerdos* sit sacerdos Cybeles, vel matris deûm, primus, qui eo modo consecrabatur; & de his sacris Prudentium agere existimat etiam Illustris Salmasius ad Hist. Aug.

Ibidem. *Singulos quasi Pontifices . . .*] Puto me docuisse, hos majores fuisse sacerdotibus in civitatibus constitutis; nihilque obstat illos *maximos*, hos verò simpliciter *Pontifices* appellari. Nam Pontificis nomen dignius semper habitum fuit, quàm Sacerdotis; illudque generale, hoc verò speciale est: undè non absque ratione Vellejus 2. 59. *Pontificatus sacerdotium* dixit. Imò & Pontifex Maximus nonnunquàm *Pontifex* absolutè dicitur Latinis, & Græcis Ἀρχιερεὺς, omisso voce μέγιστος, uti docet præclarè Illustris Spanhemius Dissert. 6. Sic Geta in nummis modò PONTIF. modò PONT. MAXIMUS dicitur; & in Plautillæ nummo Caracalla vocatur ANTON. P. AUG. PONT. TR. P. V. COS. apud celebrem Antiquarium & eruditum Joh. Vaillantium: & Ciceroni in Orat. de Aruſp. Resp. P. *Lentulus Cos.* dicitur *Pontifex*, qui erat Pontifex Maximus. Et ut Eusebius La-

www.libtool.com.cn

ctantii *Pontifices* appellat ἀρχιερίας, ità Pontifices non aliter appellat Plutarchus in Numâ. Νυμᾶ δὲ καὶ τὴν τῶν Ἀρχιερίων, ὃς ποτάμιας καλοῦσι, διαίλαξιν καὶ κατάσευαν ἀποδιδόασι, καὶ φασὶν αὐτὸν ἕνα τούτων τὸν πρῶτον γεγονέναι: *Jam etiam Sacerdotum, quos Pontifices vocant, adscribunt institutionem Numæ; asseruntque ipsum inter eos Pontificem Maximum fuisse.* Torquet hic me locus, quia viri eruditi censent, Plutarchum narrare Numam Regem Pontificem Maximum fuisse; firmatque eorum opinionem Zosimus 4. 36. Sed mirari soleo illud memoriæ non mandasse Dionysium Halicarnassensem, Livium, aliumve auctorem Plutarcho & Zosimo vetustiorem; & suspicabar nonnunquàm, apud eum scribi debere τὸν πρῶτον, id est, *ipsum initiò unum ex iis fuisse.* Certè non video quomodò aliàs vox ἕνα locum habere possit; & Livius, quod apprimè hùc facit, scribit 1. 20. Numam *ipsum plurima sacra obiisse, ea maximè, quæ nunc ad Dialem Flaminem pertinent*: idemque cum aliis testatur, Numam Marcium, Marcii filium, è Patribus lectum Pontificem, eique sacra omnia exscripta exsignataque attributa esse à Numâ Rege. Nequicquàm me movet Zosimi auctoritas, quippè qui & alia ibi malè narrat, & nomine *Numæ* deceptus esse potuit.

Lin. 4. *Candidis chlamydibus...*] Scilicet candidi coloris vestes induebantur sacerdotes, exceptis iis qui inferis operabantur, utì notissimum est. Et sic in specie docet Porphyr. 4. 19. de Abst. πεφύτας Jovis in Cretâ usos esse ejusmodi vestimentis. Silius lib. 3. sacerdoti *vestem niveam* tribuit; Plinius Druidibus *candidam* lib. 16. c. ult. & Apuleius Antistitibus sacrorum *candidum linteamen* lib. 11. Atque ut *chlamys* hoc loco tribuitur sacerdotibu, ità & idem facit Apuleius libro laudato: *Et humeris dependebat pone tergum pretiosa chlamyda.*

Lin. 7. *Confessoribus effodiebantur oculi...*] Frequens hoc supplicium, ut & truncatæ manus, pedes, nares, in Historiâ Eccles. Sed observatione dignum est, Euseb. 8. 12. narrare in rebus Diocletiani, Imperatores, postquàm judices tormentorum & sanguinis satietas ceperat, jussisse, *ut oculi Christianis eruerentur, & alterum crurium debilitaretur*: quin & idem memoriæ mandare Haymonem 8. 1. Hist. Eccles. & Suidam illud referre ad Diocletianum & Maximianum ipsius generum, qui fuit Galerius, quemque, utì ex sequentibus patet, cum Maximiano Herculio confundit. *Victos*, ait, *multitudine Christianorum, qui occidebantur, edictum promulgasse, ut omnibus Christianis, quotquot invenirentur, dexter oculus effoderetur, non solùm propter acerbitatem doloris, sed etiam propter ignominiam, τι καὶ πεδηλον, καὶ τῆς Ρωμαίων πολιτείας ἀλλότριον; eamque conspicuam, & ob Romanæ Civitatis alienationem*, ut vertit Portus, cùm mihi videatur Suidas dicere, pœnam hanc fuisse *alienam à disciplinâ Romanorum*, vel *non usitatam in Rep. Romanâ*; id quod certè verum est: undè unusquisque statim cognoscere poterat, eos Christianos esse. In Politiâ SS. Patrum Metrophanis & Alexandri apud Photium legimus, Paphnutii, qui interfuit Concilio Nicæno, jussu Maximiani τῷ μυοχαίτῃ *dextrum oculum erutum, & sinistri cubiti nervos incisos* fuisse; ἐν τῇ λαιᾷ ὀυνεγκίπτων ἀγκύλην: sed hoc vertendum erat, *& nervos sinistri poplitis incidit*, quia ἀγκύλη tam flexum poplitis, quàm brachii, vel cubitum significat; & Eusebius post verba modò laudata disertè scribit, dextros Christianis oculos effossos, & τὰς λαιὰς πέδας κατὰ τ' ἀγκύλων candente ferro fuisse debilitatos. Notatu insuper non indignum est, Euseb. 9. 5. & post eum Haymonem 8. 3. narrare, ubi de hâc Maximini persecutione agunt, *Simulacrorum Pontifices in odia & necem Christianorum concitatos esse: quod ut aliquâ justâ ratione videretur fieri, conficta esse acta quædam velut apud Pilatum de Salvatore nostro habita, in quibus adversùs Christianos omnis blasphemia conscribitur.* Undè sequitur ficta hæc Acta fuisse A. C. 311. extremo, quia post Galerii mortem, quæ incidit in Maïum ejusdem anni, vix sex menses à persecutione Maximinus abstinuit. Sed eorum Actorum anteà fieri mentionem in Actis Præsidialibus Tarachi, Probi, & Andronici cap. 9. putat Valesius: *Inique nos scis* (ait Maximus præses) *quem invocas Christum, hominem quidem fuisse, factum sub custodiâ Pontii Pilati, & punitum, cujus exstant Acta passionis.* Gesta hæc sunt Diocl. IV. & Maximiano III. Coss. sive anno Christi 290. & si eadem Acta intelligi debent, certè illa præcesserunt persecutionem; utque tempora conciliet Valesius, scribendum putat, *Diocletiano* IX. *Maximiano* VIII. quia in illis Actis fit mentio præcepti Imperatorum, quo omnes jubebantur diis immortalibus sacrificare, & quia Præses cap. 9. dicit, *diuturnam & altam pacem* Principes præstitisse, quæ non erat Diocletiano quartùm Consule. Nonum ille Consulatum gessit an. 304. & sic quoque Pilati Acta ante Maximini

Digitized by Google

perſecutionem fuere conficta ; cujus tamen initio Acta hæc ſuppoſititia edita fuiſſe diſertè tradit Euſebius. Puto igitur in Actis Tarachi non reſpici ad illa Acta Pilati : ſed vel præſidem Maximum innuere ipſam S. Scripturam ; *cujus*, non *Pilati*, ſed *Chriſti*, ex hiſtoriâ litteris à Chriſtianis mandatâ conſtat, eum cruci affixum eſſe ; vel ad Acta, quæ Pilatus ad Tiberium Imperatorem de paſſione, reſurrectione, & miraculis Chriſti miſit, & ad quæ provocant Tertullianus, Euſebius, aliique. Nam ſi nefaria, quæ ab impiis & ſceleſtis illis Chriſto tribuuntur, ſcelera in Actis Pilati tunc lecta fuiſſent ab Ethnicis, proculdubiò ea Maximus non reticuiſſet, nec dixiſſet tantùm, Chriſtum hominem & punitum fuiſſe.

Lin. 8. *Auricula...*] Id eſt, aures : Poëta, *Auriculas aſini Midæ Rex habet ;* Arnob. lib. 6. p. 240. *Nunc verò, quia cernunt ora, oculos, capita, buccas, auriculas, naſos ;* notumque eſt illud Ciceronis, *auricula infima mollior.* Hæc autem ſuppliciorum genera apud Perſas in uſu fuiſſe frequenti docet Briſſonius ; & Auctor M. Etymologici ἀκροτηριάζειν indè deducit, quia facinoroſis veteres τὰ ἄκρα τῶν ὤτων abſcindebant.

CAPUT XXXVII.

Ibid. lin. 7. *Ut quiſquis ad cœnam vocatus eſſet, inquinatus indè atque impurus abiret.*] Jam monui ad cap. 11. utì ex Columbi notis patebit, hæc ad *Idolothyta* referri debere ; eandemque ob rationem abſtinuiſſe Chriſtianos ab epulis, quas Galerii mater Romula exhibebat. Quid de his Apoſtolorum tempore ſtatutum ſit, quidque Paulus ad Corinthios ſcripſerit, ſatis ſuperque ex Novo Fœdere conſtat. Gentiles, cùm ſacrificarent diis ſuis, victimas quidem integras ante aras ſtatuebant, eaſque diis ſacrabant : ſed tamen non totas offerebant ; verùm pars earum inſerviebat amicis excipiendis. Val. Flaccus 2. Argon. v. 347.

——— *Sacris dum vincitur extis*
Prima fames ———

id eſt, carnibus, quæ ex ſacrificio ſuperfuerant. Ipſe deus, cui ſacrum erat factum, exiſtimabatur convivas paſcere ; undè elegantiſſimè Ariſtides Tom. 1. p. 97. Sarapin vocat ἱπαλοέα, utì optimè explicat Salmaſius in Obſerv. ad Jus Att. & Rom. Erant tamen homines parci, qui reliquias ſacrificiorum ſale condiebant domum relatas ; alii, qui eas macellariis vendebant, utì nos docet Theophraſtus cap. 23. Characterum ; alii honeſtiores, qui, ad evitandos ſumptus, victimarum partes amicis mittebant, quemadmodùm ex Theocrito & Plauto docuerunt eruditi. Sed qui eas dividebat non fuit dictus Καλωχρίτης, utì arbitratur Caſtellanus in præfat. Syntagmatis de Feſtis Græcorum : verùm id ipſe ſacrificans per certum hominem, & ſervum fortè, fecit. Contrà Καλωχρίτης fuerit Quæſtor pecuniæ publicæ ; & licèt expenſarum, quæ in ſacris publicis fiebant, curam habuerit, acceperitque talium victimarum pelles & reliquias non ſecùs ac ſacerdotes, obſervante Scholiaſte Ariſtophanis, tamen indè nequaquàm inferri poteſt, eum reliquias ſacrificiorum diviſiſſe, & ad ſacrificantium amicos miſiſſe. Porphyrius lib. 2. §. 8. de Abſtin. teſtatur, ſuo tempore animalium nonnullas partes ſacrificatas, cætera epularum loco fuiſſe : καθάπερ ἡμεῖς νῦν ἐπὶ τῶν ζώων ἀπαρξάμενοι γὰρ, τὰ λοιπὰ δαῖτα ἱλάσιμα ποιοῦμεν ; & §. 27. putat homines, cùm antiquiùs fructuum primitias diis offerrent, & reliquos comederent, eodem exemplo de animalibus ſacratis guſtaſſe. Erant tamen ſacrificia, in quibus nefas erat edere immolata. Idem Porph. 2. 44. *Omnes enim in hoc conſenſerunt Theologi,* ὡς ὅτι ἀπίθανον ἐν ταῖς ἀποτροπαίοις θυσίαις τὸ θυόμενον, καθαρσίοις τε χρῆσθαι ; *quòd in ſacrificiis, quæ ad malum aliquod avertendum fiunt, ea quæ immolantur non ſunt comedenda, ſed expiatoriis utendum ſit.* Abſtinebant autem ab Idolothytis primi Chriſtiani ; & præter exempla ab aliis allata, vide Adonem in Martyr. pag. 80. 142. 148. & 181. Analecta Mabillonii Tom. 4. pag. 132. qui locus ſingularis & elegans admodùm, & pag. 141. at contrà iis veſcebantur Nicolaitæ, Valentinianique, utì teſtantur Epiphanius & Auguſtinus.

Lin. 8. *In cæteris quoque magiſtri ſui ſimilis.*] Arbitror deſignari Galerium Maximianum ; niſi quis putet ſcribi debere *magiſtris ſuis*, quia mox Diocles & Maximianus memorantur.

Pag. 233. lin. 3. *Hinc fames, agris...*] Hanc etiam memorat Haymo lib. 8. cap. 3. ſed alias adfert cauſas.

Lin. 5. *Rapiebantur ad ſacrificia quotidiana, quibus eos...*] Putabam anteà, τὸ *eos* referri debere ad *agros :* ſed nunc illud damno, quia ſequentia contrarium evincunt planè. Nec diſplicet Columbi *ſuos ;* ita ut aulicos intelligat Lactantius, vel domeſticos Imperatoris, qui ſacrificiorum reliquiis tam probè ſatiabantur, ut annonam vel victum, qui ipſis dabatur, tanquàm vilem ſpernerent. Pertinet & hic locus ad *idolothyta ;* illique

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

similis ferè invenitur apud A. Marcell. 22. 12. *Hostiarum tamen sanguine plurimo aras crebritate nimiâ perfundebat*, (Julianus) *tauros aliquotiès immolando centenos, & innumeros variis pecoris greges, aveſque candidas terrâ quaſitas & mari : adeò ut in dies penè ſingulos milites carnis diſtentiore ſaginâ victitantes inculiùs, potúſque aviditate corrupti, humeris impoſiti tranſeuntium per plateas ex publicis edibus, ubi vindicandis potiùs quàm ſedandis conviviis indulgebant, ad ſua diverſoria portarentur.* Per *annonam* autem intelligere debemus, carnem, oleum, vinum, frumentum, utì diſcimus ex Cod. Theod. de Erogat. Militaris Annonæ ; ad quem videatur Gothofredus, ut & Salmaſius ad Hiſtor. Aug. quibus addatur Zoſimus 2. 9. ex quo patet, unum præfectum fuiſſe carni ſuillæ Prætorianis præbendæ.

Lin. 6. *Et effundebant paſſim...*] Hæc ita ſcribenda eſſe judico : *annonam. Et effundebat paſſim ſine delectu, ſine modo, cùm divites univerſos..... expungeret*, ita ut hæc omnia reſpiciant Maximinum. Euſebius certè 8. 14. narrat, Maximinum ditiſſimum quemque paternis & avitis bonis ſpoliaſſe, πλούτους ἀδεῶς καὶ ἀφόβως χρημάτων τοῖς ἀμφ' αὐτὸν κύλαξιν tribuiſſe. *Expungere* autem *veſtibus & aureis nummis*, nihil aliud eſt, quàm aliquem rebus illis privare, ab aliquo eas auferre. Eſt tamen mira locutio, & neſcio an alibi obvia. *Expungere nomen*, eſt debitum ſolvere ; *expungi pauperes* dicuntur, quandò iis ſolvitur, quod gratuitum propter Chriſtum debet Eccleſia, utì docet Clariſſ. Gronovius cap. 8. Obſervat. in Hiſt. Eccleſ. *expunctus manipulus*, qui in catalogo militum deletus, & ſacramento ſolutus : *expuncta rationes* abolitæ ſunt & deletæ. Hæc omnia nihil commune cum Lactantianâ phraſi habent ; & quanquàm alicui videri poſſet, legi debere *emungerent*, quomodò Terent. Phormione *ſenem emungere argento* dixit, tamen puto Lactantium ſcripſiſſe *expungerent*, quia ſimiliter planè locutus eſt Papinianus in l. 15. D. de Re Milit. *Ex cauſâ deſertionis notatus, ac reſtitutus, temporis, quod in deſertione fuerit, impendiis expungitur.*

Lin. 11. *Neſcio an agendas...*] Lego, *an non agendas*, quod ironicè dicit Lactantius.

CAPUT XXXVIII.

Pag. 234. lin. 3. *Per ſingulos artus...*] Auguſto idem objicit Antonius apud Suet. cap. 69. *Conditiones quaſitas per amicos, qui matres-familias & adultas ætate virgines denudarent atque perſpicerent :* ubi Caſaubonus notat, ſervos ſervaſque nudas ab emtoribus fuiſſe *inſpectas* ; quâ voce & Seneca lib. 1. Controv. utitur.

Lin. 5. *In aquâ necabatur : tanquàm Majeſtatis crimen eſſet.*] Non quòd pœna læſæ Majeſtatis eſſet ſubmerſio : ſed quia crimen illud capitale erat, non quidem ex lege Juliâ, ſed ex legibus poſteriorum Imperatorum. Nam cùm lege Juliâ pœna talium foret exilium, ſeu aquæ & ignis interdictio, idque etiam ex Tacito pateat, Paulus tamen Juris-Conſultus ſuo tempore ſcribit, *humiliores beſtiis objici, vel vivos exuri, honeſtiores capite puniri* ; & indè ſequentibus temporibus (vixit Paulus ſub Al. Severo) pœna capitis iis irrogata eſt, qui crimine læſæ majeſtatis tenebantur.

CAPUT XXXIX.

Pag. 235. lin. 2. *Quam nuper appellaverat matrem...*] Intellige Valeriam Galerii Maximiani, qui Mariminum Dazam adoptaverat, viduam. Sed operæ pretium erit brevi quaſi in tabellâ exhibere, quas uxores Diocletianus, Herculius, Galerius, aliique habuerint, quique ex his nati ſint, ut ita lux clarior variis Lactantii locis affulgeat.

DIOCLETIANUM uxorem nomine *Seréna* habuiſſe teſtantur Ado in Martyr. p. 135. Triſtanus, & alii. *Eleutheriam* eam appellat Valeſius ; *Alexandram* alii : ſed vocatam fuiſſe *Priſcam* docet Lactantius cap. 15. & priores omnes erraſſe videntur ; niſi dicamus eam bina vel plura nomina habuiſſe. Genuit Diocletianus ex eâ *Galeriam Valeriam.*

GALERIUM MAXIMIANUM quod attinet, illi *Galeria Valeria* nupſit ; hunc enim Diocletianus adoptatum juſſit, repudiatâ priore uxore, eam ducere, indèque *gener Diocletiani* dicitur capite 29. Fuit ſterilis : undè *Candidianum*, Galerio natum ex concubinâ, quemque Cæſarem facere voluit, utì patet ex cap. 20. adoptavit, quemadmodùm nos docet Lactantius cap. 50. *Idem* (Licinius) *Candidianum, quem Valeria ex concubinâ genitum ob ſterilitatem adoptaverat, necari juſſit.* Morti proximus Galerius eam cum filio Candidiano commendavit Licinio, atque in manus tradidit, cap. 35. Sed Licinium reliquit exacerbatum, ut arbitror, quia ipſi nubere nollet, & ſe cum matre credidit Maximino, cui tamen non ſatis benè cum marito convenerat, utì conſtat ex cap. 32. Cauſam autem relicti Licinii arbitror latere in his hujus capitis verbis : *Venerat poſt obitum Maximiani ad eum Valeria, cùm ſe putaret in partibus ejus tutiùs moraturam, ab*

Digitized by Google

maximè quòd habebat uxorem. Licinius scilicet erat innuptus, quippè qui posteà Constantiam, Constantini sororem, in uxorem duxit; & verisimile admodùm est, Valeriam ab eo de conubio fuisse appellatam, illamque eodem, quo Maximinum rejecit, argumento usam esse: *quia nefas erat illius nominis ac loci fœminam sine more, sine exemplo, maritum alterum experiri.* Neque enim video, quam aliam ob causam tam significanter dixisset Lactantius, eam se credidisse Maximino, *eò maximè, quòd habebat uxorem;* & rem, uti sese habebat, narrare ausus non est, quia inter Constantinum & Licinium firma erat amicitia, cùm hic libellus editus fuit. Cùm igitur Maximino etiam nubere nollet, pellitur ab eo in exilium cum matre, relegaturque in quasdam desertas Syriæ solitudines, nec precibus Diocletiani veniam consequi potuit, cap. 20. & 41. Tandemque Licinius illius matrisque Priscæ capita Thessalonicæ amputari jussit, cap. 51. cujus verba corrupta ibi emendabo. Notandum autem, Adonem Viennensem pag. 105. Martyrol. scribere, filiam Diocletiani Imperatoris à Dæmonio vexatam, atque à S. Vito oratione curatam: imò pag. 70. eamdem vocari *Artemiam*, & à Cyriaco liberatam dæmonio, ac baptizatam fuisse; moxque ipsum addere, *ipso tempore Maximinum interfeciſſe sororem suam Artemiam.* Quibus si quid veri inest, Diocletianus duas filias habuerit, necesse est: siquе illa, quæ occisa dicitur, eadem cum priore Artemiâ, scribi debet *Maximianus*, nimirùm *Galerius;* quippè qui sororem ejus Valeriam habebat in matrimonio, suamque potest dici occidisse, interficiens uxoris suæ germanam. Sed ut verum fatear, haud magna fides ejusmodi Auctoribus adhiberi potest.

MAXIMIANUS HERCULIUS uxorem habuit *Valeriam Eutropiam*, quæ antè ex homine Syro genuerat *Theodoram*, vel *Flaviam Maximianam Theodoram*, quæ nupsit Constantio Chloro; Herculio autem nupta genuit *Maxentium.*

CONSTANTIUS CHLORUS, cùm Cæsar crearetur, repudiare coactus est Helenam, vel concubinam, vel conjugem, ex quâ natus ipsi erat *Constantinus*, posteà à rerum gestarum gloriâ *Magnus* dictus; & in uxorem duxit Herculii privignam Theodoram, quæ ipsi peperit Delmatium, Constantium, Annibalianum, Constantiam, Eutropiam, & Anastasiam; quarum una nupsit LICINIO, uti patet ex cap. 43. *Ut audivit, Constantini sororem Licinio esse desponsam, existimavit, affinitatem illam duorum Imperatorum contra se copulari.* Et quia Theodoræ vitricus erat Max. Herculius, indè Constantius Chlorus, c. 29. ejus *gener* vocatur: *Ut Constantinum Imperatorem generum suum* (propter Fausiam uxorem) *generi filium, dolo malo circumveniret;* id est, Constantii Chlori filium, qui Theodoram, privignam Herculii, duxerat in uxorem, quæque, non mater, sed noverca erat Constantini.

CONSTANTINUS MAGNUS Herculii Maximiani filiam minorem, *Fausiam* nomine, duxit in uxorem: ita cap. 27. Panegyricus incerti Auctoris, & alii; idque cùm prima illius uxor *Minervina* diem obiisset. Quos, & quot liberos habuerit, notum satis est, docetque præclarè illustris Du Cange.

MAXENTIUS filius fuit Maximiani Herculii atque Eutropiæ. Eum puerum valdè laudat Mamert. cap. 14. Panegyr. *Sed profectò maturè ille eluceſcet dies, cùm vos videat Roma victores, & alacrem sub dexterâ filium, quem ad honeſtiſſimas artes omnibus ingenii bonis natum felix aliquis præceptor exſpectat, cui nullo labore conſtabit divinam immortalemque progeniem ad ſtudium laudis hortari.* Eum tamen *ſuppoſitum fuiſſe Herculio arte Eutropiæ, tenere mariti animum laborantis auſpicio gratiſſimi partûs cœpti à puero*, tradunt Epitomes Victoris, & Excerpt. Valesi. Auctor, & P. Diaconus. Idem docet incerti Panegyrici, cap. 3. *Ipſe denique, qui pater illius credebatur, diſciſſam ab humeris purpuram detrahere conatus:* ecce *creditus*; ergò non verus pater: undè mox cap. 4. Maxentium *Maximiani ſuppoſitum* vocat; idemque Julianum tradere putabat Tristanus, quem tamen errare docui ad cap. 18. Cæterùm in Politiâ SS. Patrum Metrophanis & Alexandri apud Photium Maxentius vocatur ἀδελφιδῆς Μαξιμίνου. Adscribam totum locum, quia mihi valdè esse videtur intricatus. *Severo morbo extincto, Licinius, qui ſororem Conſtantii conjugem habebat, imperavit, reliquam Orientis partem Maximianus tenuit.* Μαξέντιος δὲ τῆς κατὰ Ῥώμην ἤρχεν ἀδελφιδῆς ὢν Μαξιμιανοῦ· καὶ γὰρ ὁ μὲν ἦν Μαξιμιανοῦ πρεσβύτερον, ὁ δὲ Διοκλητιανοῦ; *Maxentius verò Romæ imperabat, fratris Maximiani filius. Et hic quidem erat Maximiani prioris, alter verò Diocletiani filius.* Ego certè vix me hinc extrico, speroque alios inventos iri, qui nodum solvent; neque enim lectum mihi, Maxentium natum fuisse fratre, vel sorore Maximiani, cùm genitus sit Herculio & Eutropiâ Syrâ. Suspicabar non-

Digitized by Google

aunquàm locum corruptum, & verba transpoſita eſſe, & quidem initiò legi debere, Μαξιμίνῳ ἐπίσχε ἀδελφιδοὺς ὃν Μαξιμιανοῦ; nam Maximinus Orientem tenuit, fuitque ſorore Galerii Maximiani genitus: deindè Maxentius dicitur filius Maximiani, nimirùm *Herculii*; alter verò, vel Galerius Maximianus, filius Diocletiani, quia ab eo adoptatus, & filiam ejus habebat uxorem. Sed nihil certi definio, aliiſque hæc relinquo exercutienda. MAXENTIUS, ſi Triſtano credimus, uxorem habuit *Magnam Urbicam*, filiam Galerii ex priore conjuge, ex quâ Romulum vivo patre mortuum conſecratumque, & alium filium genuit, qui cum matre dicitur vixiſſe adhuc duobus ante cladem diebus: undè Panegyriſta narrat, Maxentium *ante biduum palatio emigraſſe, & cum uxore & filio in privatam domum ſponte conceſſiſſe.*

SEVERUS filium habuit *Severianum*, uti conſtat ex cap. 50. Nomen uxoris & parentum incognitum. Triſtanus arbitratur, eum genitum eſſe ſorore Maximiani Galerii: ſed Zoſimus & Aurelius Victor, quos laudat, illud tantùm de Galerio Maximino, Dazâ ante imperium dicto, commemorant. Et ſi hoc fuiſſet verum, non puto, Galerium Maximianum illud ſilentio oblitteraturum, cùm alloqueretur Diocletianum, & cum eo de Cæſaribus creandis ageret, cap. 18. & 19.

C. VALERIUS MAXIMINUS, quem malè Haymo 8. 3. *Severum Maximinum* vocat, natus fuit ſorore Galerii Maximiani. Epitome Vict. *Galerius Maximinus, ſorore Armentarii progenitus, veroque nomine ante imperium Daza dictus*: indè Galerius Maximianus eum cap. 18. appellat *affinem ſuum*, & P. Diacono dicitur *filius ſororis Galerii*, cui tamen malè *Maximus* vocatur. Triſtanus ſcribit, Zoſimum eam facere ſororem Maximiani Herculii: ſed apud eum nihil tale invenio, quanquàm idem tradant Hofmannus & Moreri in Lexicis ſuis. Uxoris nomen ignoratur cap. 39. & ipſa in Orontem præcipitata eſt c. 50. Suſtulit ex eâ Maximinus filium & filiam Licinii juſſu occiſos, ibidem. Sed tamen cap. 47. *filios* illi, non filium & filiam, tribuit. *At ille Kalendis Maiis, id eſt, unâ nocte atque unâ die, Nicomediam aliâ nocte pervenit .... raptiſque filiis, & uxore, & paucis ex palatio comitibus, petivit Orientem.* Quin & cap. 50. filius ejus *maximus* memoratur: *Ipſius quoque Maximini filium ſuum maximum agentem in annis octo, & filiam ſeptennem, quæ deſponſa erat Candidiano, exſinxit.* Verùm ſi plures filios habuiſſet, non certè oblitus fuiſſet Licinius eos interimere: undè priore loco *filiorum* nomine fortè etiam *filia* venit, id quod factum fuiſſe, ex Jure Civili patet; & altero *Maximus* eſt nomen proprium, niſi dicamus, natu minorem in fugâ fuiſſe mortuum. Nam duos Maximinum filios habuiſſe, videtur clarè docere Euſebius lib. 9. Hiſtoriæ Eccleſ. extremo: πάντας ἅπαξ προσηγόρευσε τὰ οἱ Μαξιμίνου παῖδες, ὡς ἤδη καὶ τῆς βασιλικῆς ἡμῖν τῆς τε ἐν πίναξι καὶ γεγραφαῖς ἀναθέσεως πεποιῆσθαι κοινωνούς; *Adjecti ſunt his omnibus Maximini liberi, quos ille jam imperii conſortes, & titulorum atque imaginum participes fecerat.* Scio, παῖδας in genere liberos ſignificare, & complecti poſſe filium filiamque Maximini: ſed addit, eos in tabulis pictos, imperiique conſortes eſſe factos; quæ, ut puto, in filiam non cadunt, nec quicquam ad hoc eludendum telum invenio, niſi dicamus, Euſebium plurali pro ſingulari numero uſum eſſe. Atque hæc de Imperatoribus, eorumque uxoribus & liberis, monenda habui; judicavique, non ingratum lectori futurum, ſi & vultus illorum, aliorumque Perſecutorum genuinos Lactantiani opuſculi initio exhiberem, ut ita uno quaſi intuitu unuſquiſque ſibi ob oculos poneret horrendas perſecutiones, quibus illi Eccleſiam, & meritas pœnas, quibus eos Deus afflixit. *Magnam Urbicam* non addidi, quia Eruditi dubitant, num Maxentii conjux fuerit. *Licinium* adjeci, quia à Lactantio memoratur; & quia poſteà Eccleſiam perſecutus eſt, locum ſuum inter Perſecutores habet. Conſtantinum in medio tabellæ depingendum curavi cinctum patre, matre, novercâ & uxore; quia Conſtantius Chlorus favit Chriſtianis, & quia Conſtantinus tyrannorum victor, unà cum Licinio pacem Eccleſiæ dedit, quam tamen hic poſteà, ut monui; turbavit.

Lin. 5. *Inardeſcit.*] Id eſt, libidine accenditur: *inardeſcitque tuendo.*

Lin. 6. *Nondum luctûs tempore impleto.*] Quod fuit decem menſium, poſteàque ex Lege Gratiani, Valentiniani & Theodoſii, factum eſt menſium 12. uti notarunt Eruditi; adeò ut hæc acciderint anno 311. exeunte, vel ineunte 312. quia menſe Maio anni 311. obiit Galerius; & quia *nuper* ſcribit, eam appellatam à Maximino matrem, & tepidos adhuc mariti ſui cineres eſſe queritur Valeria, me haud invito, hæc anno trecenteſimo & undecimo adſcribentur: undè ſimul patet, quandiù ferè illa apud Licinium mo-

rata ſit.

Lin. 8.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Lin. 8. *In illo ferali habitu . . .*] Id eſt, nigro : undè paulò antè, *adhuc in atris veſtibus erat mulier ;* quanquàm Lipſius ad Tacitum, & eum ſecutus Kirchmannus 2. 18. de Funer. exiſtiment, ſub Imperatoribus fœminas in luctu veſtes albas induiſſe. Verum illud eſſe, patet ex Herodiano & Plutarcho : ſed potuit hic mos Diocletiani tempore abolitus, vel non omnibus, imò & certis tantùm caſibus obſervatus fuiſſe.

Lin. 9. *Tepidis adhùc cineribus mariti . . .*] Ergò Maximianus Galerius rogo impoſitus, illoque tempore crematio adhùc in uſu apud Gentiles fuit ; niſi quis figuratam loquendi formam eſſe, cenſeat, velitque ſignificare tantùm Valeriam, maritum ſuum nuper mortuum eſſe. Crematonem per Antoninos ſublatam eſſe cap. 13. M. Ant. Philoſophi Capitolinum tradere, probare olim conati ſunt Eruditi : ſed eorum error caſtigatus eſt ; & nihil certè locus ille nos aliud docet, quàm Antoninos, maximâ peſtilentiâ exortâ, de ſepulcris extruendis aliquid caviſſe : quod tamen quale fuerit, certant inter ſe harum rerum peritiſſimi viri, Salmaſius, Caſaubonus, Jac. Gothofredus, & Obreghtus, quorum Gothofredus mihi non planè aberraſſe à vero videtur. Sed ſi Capitolini verba hanc opinionem non refellerent, certum utique eſt, eam admitti non poſſe propter ſequentia exempla ; quorum non minima ſunt CONSECRATIO cum rogo in nummis L. Septimi Severi, Caracallæ, & Cæſaris P. Cornelii Saloniui Valeriani, filii Gallieni Auguſti, obvia, necnon Galerius Maximianus crematus. Ego perſuaſus ſum, crematonem lapſu temporis abolitam ; nec malè arbitror cenſere Eruditos, Chriſtianos magnam hujus mutationis cauſam fuiſſe, qui, ut loquitur Felix Minutius, *nullum damnum ſepulturæ timebant ; ſed ut veterem & meliorem conſuetudinem humandi frequentabant.* Macrobius 7. 7. Saturn. ſcribit, *ſuo ſæculo*, id eſt, imperante Theodoſio Juniore, *urendi corpora defunctorum uſum nullum fuiſſe.* Ipſam crematonem non fuiſſe veteris inſtituti, Gentiſque Corneliæ primum Sullam Dictatorem crematum eſſe, Plinius & Cicero tradunt. Quin & Domitiani tempore humationem à nonnullis uſurpatam, vel cadavera fuiſſe condita, patet ex Statii Sylvis, ubi Priſcillæ funus deſcribit. Cùmque in dies magis magiſque accreſceret conſuetudo vetus, illaque humanior ipſis etiam Gentibus videretur, hinc puto factum eſſe, ut nonnunquàm in monumentis vetuſtis *corpus integrum conditum eſſe*, legamus.

D. M.
L. IVLII. EPIGONI
VIXIT. AN. XXVI. M. V. D. XII.
CORPVS. INTEGRVM. CONDITVM
M. IVLIVS. HAMVS
PATER. FILIO. PIISSIMO.

C. IVLIVS. HAMVS
DIS. MANIB.
L. IVLII. MARCELLI
NEPOTIS. SVI.
VIXIT. ANN. V.
DIEBVS. XXXXI.
CORPVS. INTEGRVM
CONDITVM. SARCOPHAGO.

Nec certè diſplicet doctiſſimi celeberrimique viri ſententia, qui putat, *catacumbas* à Gentibus factas, inque iis cadavera poſita fuiſſe : ſed non ægrè eum laturum ſpero, ſi apponam, quid hâc de re ſentiat Joannes Bapt. Donius in libro, quem *De Reſtituendâ Salubritate Agri Romani* inſcripſit. *Arenaria*, ait pag. 52. *Cryptæ antiquis temporibus ad extrahendam arenam in uſum ædificiorum excavatæ (quod hodiè diverſâ ratione faciunt ſuperne effoſſâ terrâ, ut in paſtinationibus ſolet) tam multæ exſtant non in proximo tantùm, ac ſub vineis urbi propinquis, ſed etiam longiùs, & in omnes ferè partes ad mare uſque & montes Præneſtinos ; atque ab alio cœli cardine in Etruriam etiam longiſſimè (nec deſuit quibuſdam abditiora quædam, ac penitùs ſepulta veteris ævi miracula rimandi ſtudium) ut totus hic Latii ac Tuſciæ ſuburbanæ tractus (cujus infimum ſolum unius naturæ eſt tophaceum & ſabuloſum) penitùs ſuffoſſus, ac propè penſilis exiſtimari poſſit : undè fit, ut vix unquàm internis ſtatibus quatiatur ; ita longi, & multiplices, ac multifariàm inter ſe impliciti ſubterranei meatus quoquoversùs patent, ut immenſi cujuſdam labyrinthi ſpeciem præbeant. Hujuſmodi cryptæ, ſive cuniculi,* ARENARIÆ *etiam ſimpliciter dictæ, leguntur in veteribus SS. Martyrum Actis ;* CATACUMBÆ *etiam, quòd ſæviente tyrannorum perſecutione, innocens Chriſti plebs ſubterraneis hiſce locis interdiù potiſſimùm deliteſceret, cubaret, cibum caperet, ſacroſque conventus haberet. Ab his, tanquàm à genere ſpecies, diſtant Cœmeteria, quæ Urbi ferè propinqua ſunt, ac militaribus viis adſita (multa enim ſuperſunt) laxioribus, ſed brevioribus ſpatiis diffuſa, ſacellis, ſepulchris, aris, atque id genus ædificationibus luculenter ornata ; qualia fermè nonnulla quoque fuerunt apud Ethnicos ſubterranea monumenta, quæ & conditoria dicebantur, opere*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

lateritio parietibus in ambitum ſuffulta, in queis crebri loculi cum urnis, atque oſſuariis ad unicam ferè familiam ſpectantibus. Hæc eſt viri eruditi admodùm de hiſce cryptis & catacumbis ſententia, quam examinandam relinquo Eruditis, qui Romæ habitant, & agrum ejus ſuburbanum inſpicere poſſunt. Neque tamen arbitror, *Puticulos* cum his cryptis, vel cuniculis quicquam habere commune. Nam fuerunt primò extra portam Eſquilinam in uno loco, cùm contrà catacumbæ & cryptæ illæ arenariæ reperiantur in ambitu Romæ: deindè veriſimile nequaquàm eſt, tantis ſumptibus excavatam fuiſſe terram, ut ibi viliorum hominum cadavera ſepelirentur; & denique aliud *puteus*, cujus diminutivum *puticulus*, aliud *catacumba*: ille patet, hæ verò ſub terrâ ſunt; & in loco, qui dicebatur *puticuli*, plures puteos fuiſſe, clarè docent Varro & Feſtus, & ipſum *puticulorum* nomen non aliud videtur ſuadere. Feſtus notat, *puticulos antiquiſſimum genus ſepulturæ appellatos eſſe, quòd ibi in puteis ſepelirentur homines*, & illa verba nihil mihi aliud innuere videntur, quàm cadavera ſcrobibus impoſita & terrâ obruta antiquitùs, ſcrobeſque illas *puticulos* appellatas fuiſſe; indèque Varronem ejus nominis rationem redditurum ſcribere, *quòd ibi in puteis obruebantur homines*; nimirùm terrâ, ut hodiè ſolet. Si Ælium Gallum apud Varronem ſequimur, *projecta ibi fuere cadavera, & locus à putiſcendo* dictus; id quod etiam Feſtus docet verbis laudatis modò ſubjungens: *Qualis fuerit locus, quo nunc cadavera projici ſolent extra portam Exquilinam; qua quòd ibi puteſcerent, nomen eſſe factum Puticuli.* Et tam Ælii Galli, quàm Feſti verba docere videntur, cadavera ne quidem fuiſſe terrâ obruta, ſed tantùm projecta, ſiccanda & conſumenda per aërem. Certè hoc firmat planè Horat. lib. 1. Sat. 8. ubi hortos Mæcenatis, qui in Exquiliis & Puticulis fuerunt, deſcribit:

Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis conſidere in hortis.
Hùc priùs anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arcâ.
Hoc miſera plebi ſtabat commune ſepulchrum,
Pantolabo Scurræ, Nomentanoque nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Heic dabat, haredes monumentum ne ſequeretur.
Nunc licet Exquiliis habitare ſalubribus, atque
Aggere in aprico ſpatiari; quomodò triſtes
Albis informem ſpectabant oſſibus agrum.

Nam indè diſcimus primò, ſervorum corpora ex arcis, quæ locabantur, ejecta: deindè, infimæ plebis ibi etiam fuiſſe ſepulchra; & denique, oſſa cadaverum diſperſa in eodem loco jacuiſſe: quæ omnia ſuadent, multa cadavera eum in locum eſſe projecta, & nullâ, vel levi terrâ obruta, combuſtorumque fortè relliquias, oſſa nempè & cineres, non fuiſſe condita, ſed in agro relicta. Nam & uſtrinæ publicæ ibi fuerunt. Porphyr. ad Od. 5. Horatii notat, *in regione aggeris, quæ eſt extra portas Eſquilinas, ſolita fuiſſe pauperum corpora vel comburi, vel projici*; & Commentator à Cruquio editus, non modò puticulos vocat *foſſas*, atque ità ſententiam meam planè firmat: verùm etiam ibi fuiſſe ſcribit uſtrinam publicam. *A puteis*, ait, *foſſis ad ſepelienda cadavera pauperum locus dictus eſt puticuli; hìc etiam erant uſtrina publica.* Hos igitur *puticulos* arbitror nos poſſe appellare *ſcrobes*, *foſſas*, vel Belgico idiomate *cuylen*, *groeven*. Quæ omnia ſi aliis diſplicuerint, ego certè continuò manus traditurus ſum, ſi meliora fuero edoctus.

Lin. 12, *Sine more, ſine exemplo...*] Nemo igitur Auguſta, mortuo Imperatore marito, alteri ad hoc uſque tempus nupſit; id quod ex Hiſtoriâ etiam patet ſatis ſuperque: nec obſtat Statilia Meſſalina, Neronis uxor ultima, quam quidem Otho matrimonio deſtinaverat, teſte Suet. c. 10. vitæ ipſius: ſed illud, morte interveniente, contractum non fuit. Verùm præcipuè notandum, Eruditos exiſtimare, Tertullianum tradere Exhortat. ad pudicitiam cap. 13. Imperatores, utpotè Pontifices maximos, ſecundas nuptias ex Lege non potuiſſe adire. *Flaminica*, ait, *univira eſt, qua & Flaminis Lex eſt. Nam duo ipſi Pontifici Maximo matrimonia iterare non licet, quod utiquè monogamia gloria eſt*; & lib. 1. ad uxor. c. 7. *Sacerdotium viduitatis & calibatium eſt apud nationes. Pro Diaboli ſcilicet æmulatione, Regem ſæculi Pontificem Maximum rursùs nubere nefas eſt.* Joannes Andreas Boſius cap. 2. Diſſert. de Pontif. Max. veteris Romæ priore loco reſcribit, *jam cùm ipſi*, &c. ut ita ſcilicet relationem, quam in *Nam* habet ad præcedentia, tolleret: deindè *Regem ſæculi* explicat, qui ſummâ poteſtate inter Ethnicos erat, hoc eſt, Imperatorem, qui Pontificatu maximo fungebatur. Sed tot ſunt Imperatorum exempla, qui plures uxores habuerunt, ut vel neceſſe ſit dicere, eos Legem

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

ſpreviſſe, vel aliter hæc loca interpretari debere, maximè cùm nuſpiàm legatur Pontifici Maximo, liberâ Republicâ, ſecundas nuptias fuiſſe interdictas. Mallem igitur viros eruditos ſequi, qui per *Pontificem Maximum* intelligunt Flaminem Dialem, quem *maximum*, nempè Flaminum, quemque univirum fuiſſe, memoriæ mandat Gellius 10.15. Referri hoc etiam poſſet fortè ad Pontificem Cybeles, quem *ſummum* dictum fuiſſe ad cap. 36. docui. Nam & Tertullianus lib. de Præſ. adv. Hæret. non aliter loquitur: *Quid? quòd & ſummum Pontificem in unis nuptiis ſtatuit.* Quicquid ſit, nequaquàm veriſimile eſt, Imperatorem Romanum poſſe intelligi; & ſi vel *Flaminem Dialem*, vel alium Pontificem Tertullianus *Pontificem Maximum* appellavit, cùm dicere debuiſſet *ſummum*, utì fecit Prudentius, condonandum illud ipſi eſt. Hunc autem *Regem ſæculi* vocat, non quia Ethnicorum Princeps & Imperator erat: ſed quia caput quaſi ſuperſtitionis gentilis, quam puto per *ſæculum* deſignari; & nullus repugnabo, ſi quis intelligere velit Pontificem, vel Flaminem quendam, qui in Africâ erat impoſitus Sacerdotibus, vel qui Sacerdos, ſive Pontifex provinciæ erat.

CAPUT XL.

Pag. 236. lin. 4. *Veſtalem famulam virginem* ...] Eleganter *famula Dea* vocatur, quæ illi conſecrata eſt; ut Hecatæ Medea apud Val. Flac. 6. 502.

——— *Meque ille magiſtram*
Sentiet, & raptu FAMULÆ *doluiſſe pudendo.*

Idem 6. 643.

——— *Famulamque ferebant*
Phaſidis intonſo nequicquàm crine parentes.

Rursùs 7. 366.

Mox famula monſtrata ſeges, quâ lampade Phœbes
Sub decimâ juga fœta metit ——— Oenomao apud Euſebium 5. Præpar. Poëta vocatur Μυσῶν Ἱερεύων, quia illis ſacratus quaſi eſt: imò Hyperborei; vel ἁγνὸς Ὑπερβορέων Ἱερεύς Apollinis Ἱερεὺς dicitur Pindaro Olympiad. 3. quia eum præcipuè colebat. *Gratiæ* ſunt *famulæ Veneris* apud Scholiaſt. Statii ad lib. 2. Theb. quod neſcio quarè mutatum eat Barthius; idemque nomen tandem datum eſt animalibus, quæ deorum juſſa exequebantur; utì aper Calydonius Ovid. 8. Metam. 287. *eſt infeſta famulus vindexque Dianæ.* Nec alio nomine veniebant animalia diis peculiariter conſecrata; quomodò cycni, περιπόλοι θεᾶς, & ἀκολουθίαι, Apollinis Ἱερόπτεροι appellantur Æliano 2. 32. 6. 19. & 12. 4. Hiſtor. Animalium.

Lin. 6. *Non minùs Auguſtæ proximæ.*] Id eſt, quæ æquè familiaris erat Auguſtæ, ac altera, quæ ſemper cum eâ agebat. Neque enim puto, *in proximæ* reſpicere ad gradum aliquem conſanguinitatis, quomodò frequentiſſimè uſurpatur; quia voces *non minùs* reſpiciunt familiaritatem, cujus mentio præcedit.

Lin. 11. *Ne lapidibus obruatur* ....] Judæus nempè, cui populus, propter falſum, quod dicturus erat, teſtimonium, erat infeſtus; & hinc æquitatem ac diligentiam judicis ironicè laudat Lactantius, quia eum, qui teſtis in tam gravi causâ eſſe debebat, defendebat ab injuriâ populi.

Lin. 12. *Quæ juſſus* ....] Fortè hæc ità ſuppleri debent, *juſſus à malâ beſtiâ*, vel *à judice nefario*, vel ſimile quid; mox fortè etiam meliùs diſtingueretur, *coërcentur innocentes, & duci jubentur.*

Lin 13. *Coërcentur.*] Nimirùm duæ illæ nobiles fœminæ, quæ Judæum refellebant. Et ità apud Euſeb. 8. 3. milites legimus pugnis coërcuiſſe Chriſtianos, ne loquerentur, neque dicerent, ſe nec ſacrificaſſe, nec ſacrificaturos; quod etiam repetitur cap. 1. de Martyribus Palæſtinæ. Reos autem & damnatos propriè & abſolutè dici *duci*, quandò ad carcerem, vel locum ſupplicii deducebantur, notiſſimum eſt.

Lin. 15. *Benè merita* ...] Nihil frequentius in Inſcriptionibus vetuſtis, quàm maritum ab uxore, & uxorem à marito *benè merentem, benè meritum*, & *meritam* nominari; eâque loquendi formâ Gentiles teſtabantur amorem conjugalem.

Lin. 16. *Promoti militari modo* ...] Variè conantur Eruditi ſanare hunc locum; ego, uſque dum alii certiora proferant, eorum veſtigiis inſiſtens ſcribendum puto: *Promoti militari modo inſtructi, ut velites & ſagittarii, proſequuntur.* Neceſſaria mihi videtur inſertio particulæ *ut*; quia non dicit, milites proſecutos eſſe nobiles illas mulieres: ſed *Promotos* inſtar velitum & ſagittariorum armatos. *Promoti* ſunt officiales judicum, ad gradum aliquem promoti, utì patet ex l. 2. Cod. Theodoſ. ad l. Jul. de Ambitu; viderique poteſt Jac. Gothofredus ad l. 2. ejuſdem Codicis de Falsâ Monetâ. Quòd ſi præter *Promotos militari modo inſtructos* adfuerint velites & ſagittarii, commodè *in ut* omitti, & pro *velites*

etiam legi *milites*, potest; quia id si sequimur, non milites dicuntur militari modo institucti, verùm *Promoti* fuisse.

Lin. 19. *Nec adultero . . .*] Judæo nimirùm, qui falsò coram Judice per tormenta interrogatus, confessus fuerat, se cum nobilibus fœminis rem habuisse; atque ità sese ipse adulterum fecerat: & hæc verba docent verum esse, quod capite præcedenti narrat, *amicas Valeriæ affecto adulterio damnatas esse*. Cæterùm observanda pœna, quâ adulter & adultera affecti sunt; eam nempè capitalem esse. Lege Juliâ pœnam adulterii relegationem, & ex Lege Constantini gladio in eos animadversum fuisse, sentiunt doctissimi Jurisconsulti. Sed cùm Lex Constantini, quæ est 30. Cod. ad L. Jul. de Adult. lata sit anno Christi 326. hæc verò acciderint anno 312. sequitur, hanc pœnam tyranni Maximini ingenio adscribi debere; vel pœnam capitalem ante Constantini Legem in adulteros fuisse statutam.

CAPUT XLI.

Pag. 237. lin. 1. *In quasdam Syriæ solitudines ...*] Quâ in Syriæ parte hæ fuerint, difficillimum sanè dictu est, cùm regio illa longè latèque sese extenderit, & magna habuerit deserta. Auctor Vitæ Damasi unum eorum memorat: *Eo autem tempore, quo B. Damasus Ecclesiæ præerat, B. Hieronymus, vir fulgore scientiæ & sanctâ vitâ laudabilis, in eâ Orientalis plagâ solitudine, quæ Syriam junctæ Barbariæ fine determinat*; ubi fortè *Barbariam* appellat Arabiam, vel regiones, quas Saraceni inhabitabant; ipse enim Hieronymus ità loquitur in Vitâ P. Eremitæ: *In eâ eremi parte quæ juxta Syriam Saracenis jungitur, vidisse me monachos; & solum Barbaricum*, atque adeò *Barbariam*, significasse eo tempore regiones Romano Imperatori non parentes, notum est.

Lin. 5. *Militarem ac potentem virum ...*] Id est, qui magnâ valebat auctoritate, magnisque honoribus vel dignitatibus erat ornatus; quo sensu etiam c. 15. *potentissimos* eunuchos dixit.

CAPUT XLII.

Ibid. lin. 1. *Senis Maximiani statua ...*] Id est, Herculii, qui, & Diocletianus, SENIORES AVGUSTI vocantur pag. CLXXVIII. Inscriptionum Gruteri; & ipsius Maximiani Herculii nummus inscribitur, D. MAXIMIANO. BEATISSIMO. SEN. AVG. Statuæ autem eorum, qui exuebantur imperio, dejiciebantur; undè hoc rebellionis initium frequenter. Vide A. Marc. 14. 7.

Lin. 2. *Et imagines cum quo pictus esset, detrahebantur.*] Mox idem narrat Lactantius: *Et quia senes ambo simul plerùmque picti erant.* Hinc suspicio mihi oborta, leve hîc ulcus latere, quod sublatum elegantissimum dabit sensum. Distinguit igitur Lactantius inter *statuas*, quæ ex marmore, ære, auro, argento, aliâve materiâ duriore erant factæ, & *imagines*, quæ in tabulis vel clypeis depictæ, in templis, curiis, aliisque locis publicis, dedicabantur: undè puto legi debere, *Et imagines, cum quoque pictus esset, detrahebantur.* Hæc ad Herculium pertinent: sed quod sequitur, ægrè habuit Diocletianum, *& quia senes ambo simul plerùmque picti erant*; indè etiam ejus *imagines*, non *statuæ*, quod notandum, deponebantur unà cum imaginibus Herculii. Sic cap. 44. inter statuas & imagines distinguit: *Constantinus Maximini perfidiam agnoscit, litteras deprehendit, statuas & imagines invenit*; & cap. 43. per Maxentii & Maximini *imagines simul locatas*, non videntur aliæ quàm pictæ in clypeis posse intelligi: quanquam probè sciam, ipseque adeò docuerim, vocem *imago* de signis etiam vel statuis ex marmore aliâve materiâ factis usurpari. Sic Eusebius de Herculio loquens 8. 3. scribit τὰς ἐπὶ τιμῇ γεγραφὰς καὶ ἀνδριάντας dejectas fuisse; & exstat hanc in rem locus elegans apud eundem 9. 11. Histor. Eccles. Γεγραφαί τε ὅσαι εἰς τιμὴν αὐτῆς καὶ τῶν αὐτῆς παίδων κατὰ πᾶσαν ἀνέκειντο πόλιν: *Sed & imagines vel pictura, quæ ipsi liberisque ejus* (loquitur de Maximino) *honoris causâ posita per singulas propè urbes visebantur, aliæ è sublimi dejectæ confractæque sunt; aliæ inutiles redditæ, obliterato nigris coloribus vultu*: ἀνδριάντων τε ὁμοίως ὅπόσοι εἰς τὴν αὐτῆς τιμὴν διατετύχασιν ἀναύδοις ῥιπίδμασι συντετείχοντο; *statuæ quoque quotquot honoris ejus causâ erectæ fuerant, dejectæ similiter atque contritæ.* Ut Lactantius *imagines* & *statuas*, ita Eusebius distinguit γεγραφὰς & ἀνδριάντας; imaginumque alias detractas & solo illisas, alias verò nigro colore obductas fuisse scribit; moxque narrat, Maximini liberos ultimo supplicio à Licinio esse affectos: ὃς ἤδη καὶ τῆς βασιλικῆς τιμῆς τῆς τε ἐν πίναξι καὶ γεγραφαῖς ἀναδείκνυσθαι κεκωλυκὼς: *quos ille jam imperii, & dedicationis, vel consecrationis, in tabulis pictis fecerat consortes*, utì locus ille vertendus est. Haymo 8. 4. Histor. Eccl. priora ità reddidit: *Ipsius verò tyranni imagines sculptas, vel pictas, præcipitari jubentur, vel atro fuscari, aut coloribus obli-*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

terari : quæ verſio tamen, uti ex Græcis patet, non ſatis felix eſt. Ad picturas pertinent omninò *clypei*, in quibus depicti Imperatores. Suet. Dom. c. 23. *Senatus adeò lætatus eſt, ut, repletâ certatim curiâ, ſcalas etiam inferri, clypeoſque & imagines ejus* (id eſt, imagines in clypeis depictas) *coràm detrahi, & ibidem ſolo affligi juberet* : qui locus nos docet, clypeos illos in parietibus curiæ, altiore loco, fuiſſe ſuſpenſos, & indè non immeritò Lactantium & Suetonium ſcribere, *imagines detractas* fuiſſe. Neque aliter loquitur Juſtinus 38. 9. *Tunc populus ſtatuas & imagines ejus detrahit* : ubi ſimiliter *ſtatuæ* atque *imagines* diſtinguuntur; id quod etiam facit Venuleius Saturninus Juriſconſultus l. 6. D. ad L. Jul. Maj. Modeſt. l. 7. §. 4. D. eod. & Suet. Ner. c. 24. quorum Venuleius ità loquitur : *Qui ſtatuas aut imagines Imperatoris jam conſecratas conflaverint, aliudve quid ſimile admiſerint, lege Juliâ Majeſtatis tenentur.* Hinc diſcimus, *imagines* conflari potuiſſe, id eſt, clypeos, in quibus Imperatores pingebantur, ex auro vel argento ſæpè factos fuiſſe; quomodò *clupeum aureum* Claudio Senatum in Curiâ collocaſſe narrat Trebell. Pollio : deindè, ſtatuas vel imagines Imperatorum ſolenniter collocatas & conſecratas, eoque modo ſacras ac religioſas factas eſſe; nam, teſte Marciano lib. 7. D. ad L. Jul. Maj. §. 2. *Severus & Antoninus Poncio reſcripſerunt, non videri contra Majeſtatem fieri, ob imagines Cæſaris nondum conſecratas venditas.* Sed hâc occaſione interrogare eruditos placet, quam putent fuiſſe differentiam inter ἄγαλμα ἀνδριάντα, atque inter ἀγαλματοποιὸν & ἀνδριαντοποιόν. Polybius in Excerptis de Virt. & Vitiis pag. 1468. Ed. ult. ea diſtinguit, ubi de Pruſiâ Nicephorium ſpoliante loquitur : Ἐσύλησε δὲ καὶ τοὺς ἀνδριάντας, καὶ τὰ λίθινα τῶν ἀγαλμάτων; *ſtatuas deorum immortalium ſpoliare ac diripere cœpit*, uti vertit eruditiſſimus editor, qui tamen non interpretatur λίθινα τῶν ἀγαλμάτων, nec quæ differentia inter ἀνδριάντας atque ἀγάλματα fuerit, docet. Et certè ego nullam rationem invenire poſſum, cur Pruſias ſpoliaverit tantùm, atque adeò abſtulerit λίθινα τῶν ἀγαλμάτων, relictis argenteis, & fortè aureis; niſi dicamus ſtatuas ex pretioſiore materiâ factas Pergamum fuiſſe deportatas, cùm hoſtis agros illorum invaderet; nam λίθινα τῶν ἀγαλμάτων indicare videntur, alia etiam ſimulacra eodem in loco fuiſſe. Diſtinguit igitur Polybius ἀγάλματα atque ἀνδριάντας; eorumque artifices quaſi planè diverſos nobis exhibet Scholiaſtes Theocr. ad Idyl. 5. v. 105. Δύο δέ φασι Πεξιτέλεις. τὸν μὲν ἀρχαιότερον ἀνδριαντοποιὸν, τὸν δὲ νεώτερον ἀγαλματοποιόν. Οὕτω δὲ ἦν ἐπὶ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, ὡς ὁ φησὶν ὁ Θεόκριτος. Errabo forſan, ſi ſtatuam, ἀγαλματοποιὸν Deorum, ἀνδριαντοποιὸν verò hominum ſigna fuiſſe. Sed tamen illud videtur aliquo modo affirmari poſſe. Nam non modò Suidas ἀγάλματα interpretatur τὰ τῶν θεῶν μιμήματα : verùm etiam has voces ita diſtinguit Pauſanias lib. 1. p. 31. Καὶ θεῶν Εἰρήνης ἀγάλματα κεῖται καὶ Ἑστίας, ἀνδριάντες δὲ ἄλλοι τε καὶ Ἀντίλυκος ὁ παγκρατιαστής. Neque tamen aſſeverare velim, vel ipſum Pauſaniam, vel alios Auctores Græcos, hanc ſemper differentiam obſervaſſe; ſed nihilominùs arbitror illos, quandò has voces tam clarè diſtinguunt, etiam credidiſſe, eas ſignificaſſe res à ſe invicem diverſas; cùm cæteroquin ſatis fuiſſet memorare ἀγάλματα vel ἀνδριαντάς. Herodotus etiam 1. 131. de Perſis loquens, conjungit ἀγάλματα καὶ νηοὺς καὶ βωμούς; undè haud vanum argumentum duci fortè poteſt, ἀγάλματα dîis fuiſſe attributa. Apud Suidam ἄγαλμα Ἀθηνᾶς, *Apollinis*, & *Dionyſi*, occurrit in vocibus Ἄγαλμα Ἀπόλλωνος, & Ἀνξίππου; illaque omnia jungit in voce priore, ubi hæc verba, καὶ ἔστιν ἄγαλμα βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ὦ Ἀντιοχείᾳ, reddit Interpres, *Eſt etiam Antiochiæ ſimulacrum vaſtationis & ſolitudinis manifeſtum ac abominandum* : quod certè nequaquàm verum eſſe poteſt. Nam primò ſcribendum eſt ὦ Ἀντιόχεια, vel potiùs Ἀντίοχος; id eſt, in eâ voce occurrit illud ſimulacrum; & in voce Ἀντίοχος Suidas memorat, Antiochum ingreſſum eſſe Sanctuarium, atque in eo erexiſſe βωμὸν καὶ ἄδυτον βδέλυγμα ἐρημώσεως, id eſt, ſtatuam alicujus dei, & proculdubiò Jovis Olympii, cui templum Hieroſolymitanum ſacrabat : quæ ſtatua erat abominatio vaſtationis. Et ἄγαλμα ordinariè pro ſtatuâ deorum vel heroüm poni ſolere, docet Euſtathius ad Il. Δ. pag. 456. Παλαιὸς δέ τις γεγόνει ὅτος, ἄγαλμα ὑ συνήθως τὸ θεῶν ἢ Ἡρώων, ἀλλὰ κοινῶς : id eſt, *Antiquus quidam commentator ità ſcribit, ἄγαλμα hoc loco non ſignificat, ut ſolet, deorum vel Heroum ſtatuam, ſed in genere uſurpatur.* Aliam longè differentiam inter ξόανον, βρέτας, & ἄγαλμα, ſtatuit Ammonius; illudque ſcribit eſſe τὸ ἐξεσμένον λίθινον ἢ ἐλεφάντινον, *ſculptum, ligneum, vel eboreum;* alterum *mortali ſimile, æneum, vel ex ſimili materiâ factum* : ἄγαλμα verò *porinum*, ſive *lapideum ex lapide poro* (cujus Plinius meminit) vel *ex alio marmore factum*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

simulacrum; adeò ut ἄγαλμα ad marmora restringat: quod si verum, possit videri Polybius λίθινα τῶν ἀγαλμάτων simpliciter posuisse pro *statuis marmoreis*, nullo respectu habito ad ἀγάλματα ex aliâ pretiosioreque materiâ facta; quod aliis, quibus plus otii est, discutiendum relinquo. Theocritus Praxiteli, qui ex Scholiastæ sententiâ Demetrio Regi æqualis fiat, tribuit *craterem*:

—— ἴσα δὲ κρητὴρ
Ἔργον Πραξιτέλευς ——

qui crater cùm sculptus & figuris exornatus fuerit, videant eruditi, num aliqua inter ἀνδριαντοποιὸν & ἀγαλματοποιὸν differentia hinc possit inveniri.

Atque ita ἀγαλματοποιὸς esset *calator*, quia Scholiastes observat, Praxitelem juniorem craterem eum fecisse. Praxiteles statuarius & ἀρχαιότερος vixit Olympiade 104. teste Plinio 34. 8. qui ejusdem etiam opera recenset 34. 8. & 36. 5. Sed num is Demetrii tempora, atque Ptolemæorum primorum, sub quibus floruit Theocritus, attigerit, non utique constat; fierique potuit ut alius ab eo fuerit, quem Theocritus craterem cælasse canit. Atque ita ἀγαλματοποιὸς esset *calator*; & ἄγαλμα significat κάλλισμα, παῦ ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται ἢ χαίρει: at contrà ἀνδριὰς de *signis* vel *statuis* solis usurpari solet; vel statuendum est, Praxitelem vixisse usque ad Demetrii regis tempora, cælasse etiam opera quædam; vel Comatam pastorem illius mentionem facientem introduci à Theocrito, quia magna viri fama erat, & ut exprimeret pastoris simplicitatem. A Praxitele autem veteri longè diversus alius est, qui Pompeii tempore Romæ floruit, & quem male Loydius, Hofmannus, & Morerius confundunt cum statuario nobili, & cui tribuunt opera memorata Plinio 36. 5. quæ vetustioris omninò sunt. Deindè ille Praxiteles non fuit *statuarius*, verùm *calator argenti*, quemadmodùm patet ex eodem Plin. 33. 12. & Cicerone lib. 1. de Divin. qui eum tamen non appellat *argentarium*; utì non satis cautè facit nuperus Interpres, adducens mox Ciceronis verba, cùm magna inter *argentarium* & *argenti calatorem* fuerit differentia.

Lin. 8. *Viginti annorum felicissimus Imperator.*] Aurel. Victor Diocletianum *imperasse viginti quinque annis* scribit: sed proculdubiò fallitur; & annos, quibus imperio depositò privatus vixit, etiam numeravit. Nam à Christi 305. purpurâ se exuit, mortuusque est a. 312. utì clarè docet Baluzius; adeò ut audiendi non sint Zosimus 2. 8. & Suidas in voce Διοκλητιανὸς, qui scribunt, eum annis tantùm tribus post abdicatum imperium vixisse. Sed quid Tristano fiet, qui Victorem secutus, Diocletianum post imperium depositum superfuisse scribit annos novem, T. 3. pag. 325. Hoc si verum foret, jam idem Victor scribere debuisset, eum imperasse annos viginti novem. Hæc, ut opinor, verba ante oculos habuit vir eruditus, *Vixit annos sexaginta octo, ex quibus communi habitu propè novem egit.* Locus certè hic difficultates suas habet; quia si totam Diocletiani vitam inspicimus, plus quàm novem annos communi habitu, sive privatus vixit. Putabam nonnunquàm scribi debere *quadraginta novem*, & extritam fuisse notam numeralem priorem; quibus si addantur viginti anni imperii, jam vixit annos octo & sexaginta. Sed Victoris vestigiis insistens P. Diaconus lib. 10. extremo, memoriæ mandat, *Diocletianum vixisse annos sexaginta octo, è quibus post imperium in communi habitu propè novem exegit.* Significanter addit, *post imperium*; adeò ut nonnulli videantur censuisse, Diocletianum per tot annos vixisse, postquàm sese purpurâ exuit, quod tamen verum esse non potest. Noluit autem Diocletianus, licèt id suaderent Herculius & Galerius, imperium resumere; undè eum egregiè laudat Eumenius cap. 15. Panegyrici Constantino dicti: *Ac enim divinum illum virum, qui primus imperium & participavit, & posuit, consilii & facti sui non panitet, nec amisisse se putat, quod sponte transcripsit. Felix beatusque verè, quem vestra, tantorum Principum, colunt obsequia. Sed & ille multijugo fultus imperio, & vestro tegitur latus umbraculo, quos scit ex suâ stirpe crevisse, & glorias vestras sibi justè vindicat. Hunc ergò illum, qui ab illo fuerat frater ascitus, puduit imitari; huic illum in Capitolini Jovis templo juravisse panituit: non mirum, quòd etiam genero pejeravit.*

Lin. 10. *Fame atque angore confectus est.*] Alios narrare, Diocletianum esse extinctum morbo aquæ intercutis, alios veneno, Suidam suspendio; alios ipsi linguæ pædorem, & ex faucibus erumpentes vermes, ac saniem tribuere, notat ad hoc & ad cap. 1. præstantissimus Baluzius. Sed ad cap. 30. observat idem, Suidam narrare, Diocletianum à Senatu jugulatum esse, Maximianum verò se suspendisse, quod certè memoriæ vitio adscribendum est. Undè autem hæc Suidas hauserit, ignoro: sed non memini, quenquam Veterum narrare, Diocletianum, vel Maximianum jussu Senatûs jugulatum, sive occi-

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

sum fuisse : verùm constat, Herculium libero mortis arbitrio ipsi à Constantino relicto, suspendio vitam finivisse ; undè optimè ei convenit ὃ δι' ἀγχόνης. Alii memoriæ mandant, Diocletianum μανίαν, *furore percitum* obiisse, uti ex Eusebio, & Oratione Constantini apud eumdem, & Chrysostomo in Oratione de S. Babylâ, notat Henricus Valesius. Eusebius 8. 13. scribit, Diocletianum post peracta vicennalia in difficilem morbum, νόσον δυσ αἰσίαν, incidisse, & de mentis statu dejectum fuisse : sed non narrat, eum obiisse furibundum ; & Constantinus c. 25. Orationis memoriæ mandat, Diocletianum διὰ τῆς ἀφρονύνης βλαβεν, *ob vitium insaniæ, vili quodam clausum domicilio pœnas dedisse* : quod oratoriè magis, quàm verè dictum esse, persuasus sum ; & quicquid sit, Constantinus non memorat, eum furore correptum obiisse. Chrysostomus, fateor, testatur, Diocletianum μανίαν periisse : sed potuit Rhetorum more rem exaggerare ; potuit etiam ad morbum, cujus Eusebius mentionem facit, quemque describit Lactantius c. 37. digitum intendere. Neque enim persuaderi possum, Lactantium obliturum fuisse memoriæ & posteritati consecrare, Diocletianum furore percitum obiisse, si hoc verum foret ; & scire ille rem omnem potuit, utpotè illorum temporum æqualis. At qui tragicos meritosque Persecutorum exitus describit, narrat tantùm, Diocletianum *in odium vitæ dejectum, & proculcatum injuriis, fame atque angore confectum fuisse ;* quæ verba nihil aliud sonant, quàm, ut paulò antè loquitur, ægritudine duplici confectum moriendum sibi esse decrevisse ; omniaque, quæ hoc capite narrantur, evincunt, Diocletianum dolore & angore, qui tantus fuit, ut & cibos respueret, vitam finivisse, atque adeò, quemadmodùm Victor loquitur, *morte consumptum esse per formidinem voluntariâ ;* quia scilicet, ut sequitur, suspectabat necem dedecorosam : undè & venenum hausisse dicitur. Lactantius cap. 17. morbo, in quem post peracta vicennalia incidit Diocletianus, scribit, eum *dementem factum esse, ità ut certis horis insaniret, certis resipisceret.* Sed hoc ità sese habere potuit, dum morbo agitatus est, uti in multis hominibus observatur : potuit illud etiam per aliquod tempus, imò per omnem reliquam vitam durasse : sed tamen variæ res, atque adeò mors ipsa, contrarium videntur suadere. Noluit enim resumere purpuram, licèt Herculius & Galerius id eum rogarent enixè ; illisque sapienter respondit : *Utinàm Salonæ possitis viśere olera nostris manibus insitiva ! Profectò nunquàm istud tentandum judicaretis :* quod Carnuti accidisse, non absque ratione existimat Baluzius ad cap. 29. Scilicet eò à Galerio Maximiano accitus erat, ut quod antè non fecerat, præsente illo imperium Licinio daret, & cum eo de summâ Republicâ, & de creando Licinio Imperatore, id quod docet clarè Victor, consilium haberet ; quod utiquè non fecisset, si ille de mentis statu fuisset dejectus ; quibus adde, Eutropium scribere, *præclaro eum otio consenuisse.* Narratio autem Constantini, quamvis rem scire potuit, videtur cum micâ salis esse capienda. Nam non puto, eum de morte Diocletiani loqui : verùm innuere tantùm, hunc ex morbo dementem factum deposuisse imperium, & inclusum vili domicilio pœnas dedisse persecutionis ; & deindè non vile hoc fuit domicilium, vel ἐυκαταφρόνητος οἴκησις : ast ingens splendidumque palatium, uti satis superque Sponius, longiori vitâ dignissimus, in Itinerario ostendit. Quòd si quis tamen Diocletianum post depositum imperium, modò sanum, modò mentis non compotem, per totam vitam fuisse censeat, insaniæque omnia adscribat, quæ narrat hoc capite Lactantius, nullus quidem ego repugnabo. Videtur tamen mihi satis ingens pœna fuisse, æstuantem, edere nolentem, suspiria ducentem, & miseram mortem timentem, angore, &, uti Eusebius lib. 8. extremo scribit, μακρᾷ, καὶ ἐπιλυπωτάτῃ τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ, diem suum obire. Atque ità etiam Maximinus à Licinio victus ac fugatus, *angore animi ac metu confugit ad mortem.* Cæterùm nescio, undè hauserit Jornandes, Diocletianum in *Cappadociâ* defunctum esse ; & puto etiam, non absque ratione eruditissimum Baluzium redarguere Victorem, qui narrat, Diocletianum minaces litteras à Constantino & Licinio accepisse, & ideò suspectantem necem dedecorosam venenum hausisse. Nam quamvis, ut ferè semper, Victorem sequatur P. Diaconus lib. 10. extremo, non puto tamen, Lactantium præteriturum historiam, quæ maximè notabilis foret in narrandâ Diocletiani morte. Cæterùm ad cap. 11. observo, Diocletianum in Ægypto apud Alexandriam cepisse & interfecisse Achilleum, qui purpuram sumpserat. Addit Orosius, eum crudeliter victoriâ usum esse, Alexandriam direptioni dedisse, Ægyptum totam proscriptionibus cædibusque fœdavisse. Quin insuper Alexandriam videtur castello coërcuisse ; nam Victor, Episcopus Tunnunensis, ità loqui-

www.libool.com.cn

Digitized by Google

tur in Chronico : *Exilio mittitur* (nimirùm Victor) *& carceris caſtelli Diocletiani poſt Prætorianum carcerem traditur ;* & hoc Alexandriæ accidiſſe, patet ex ſequentibus : *Victor & Theodorus, antè fati Epiſcopi Africani, de carcere ejiciuntur, & poſt diſputationes in Prætorio continuas dierum* XV. *ad aliam cuſtodiam Monaſterii Tabenenſiotarum, quod eſt apud Canopum* XII. *Mil. procul ab urbe Alexandriâ, mittuntur.* Hoc monendum eſſe operæ pretium duxi, quia hoc in libello totiès Diocletiani mentio occurrit ; putoque, ſcribendum apud Victorem eſſe, *carceri caſtelli Diocletiani poſt Prætorianum carcerem traditur* : quanquàm illius ætatis Auctorum Latinitas ad normam redigi nequaquàm poſſit.

www.libtool.com.cn

CAPUT XLIII.

Pag. 238. lin. 4. *Conſtantini ſororem . . .*] Undè Licinius apud Photium in Actis Metrophanis & Alexandri, pag. 1407. vocatur ἐκ ἀδελφῆς γαμβρὸς Κωνσταντίνου.

Lin. 8. *Utriuſque imagines ſimul locantur.*] Nimirùm in clypeis, non ſecùs ac Diocletiani & Maximiani Herculii, cap. præcedenti, ubi videatur Nota. Sic in nummorum variorum unâ parte binorum Imperatorum vultus ſæpè junctos videmus.

Lin. 10. *Quaſi necem patris . . .*] Rectè addit *quaſi*, quia eum non amaverat vivum ; & Herculius ea fecerat, quæ certè amorem omnem & reverentiam ſuſtuliſſent, uti patet ex cap. 18. & 28. Prætextus igitur armorum fuit pater ; nec aliam ob cauſam à Maxentio arbitror conſecratum fuiſſe Herculium, uti Nummi teſtantur, qui inſcripti ſunt, DIVO. MAXIMIANO. SEN. OPT. FORT. neque enim puto, hoc alium, quàm filium feciſſe.

Lin. 11. *Senem hunc inteſtabilem . . .*] Ità emendat, me haud invito, Baluzius ; alii *diſcordiam inteſtabilem* dici, malè exiſtimant.

CAPUT XLIV.

Pag. 238. lin. 2. *Quòd reſponſum acceperat . . .*] Maxentius quidem initiò ſimulaverat, ſeſe Chriſtianum eſſe, teſte Euſeb. 8. 14. ſed poſteà ſatis ſuperque docuit, ſe aniles Gentilium fabulas amplecti ; hocque etiam ex *accepto reſponſo* ab oraculo abſque dubio, & ex *conſultis libris Sybillinis* patet. Sed mirum, imò pluſquàm mirum, Lactantium nihil narrare de ſceleribus ejus, libidine, magiciſque artibus, quæ omnia graphicè depingit Euſebius 8. 14. illiuſque veſtigiis inſiſtens Haymo 8. 2. P. Diaconus lib. undecimo, & Politia SS. Patrum ſæpiùs laudata apud Photium. Quin & ipſe Aurelius Victor leviter iſta tangit : *Hujus nece incredibile quantùm latitiâ gaudioque Senatus ac plebes exſultaverint, quos in tantum afflictaverat, utì Prætorianis eadem vulgi quondàm annuerit ; primuſque inſtituto peſſimo numinum ſpecie patres aratoreſque pecuniam conferre prodigenti ſibi cogeret ;* ubi non malè Eruditi reſcribunt, *munerum ſpecie* : ſed incautè advocant ſtrenas Auguſto & Caligulæ oblatas. Nam per *munera* intelligi debent ludi, ſpectacula, quæ edere deſtinaverat magnifica, eoque nomine pecunias corradebat & exigebat immenſas. Multus eſt etiam P. Diaconus in narrandis crudelitatibus & libidinibus Maxentii ; additque, agros relictos eſſe, & omni ſtudio arandi ſerendique ceſſante, magnam famem Urbem atque omnia loca invaſiſſe ; quæ conveniunt iis, quæ Maximo Dazæ adſcribit Lactantius c. 37. & 38. Nefarios inſuper Maxentii mores depingit Auctor incertus Panegyrici Conſtantino dicti, c. 4. & c. 14. ubi eum *viliſſimum hominem, ſtultum, ac nequam animal* vocat ; necnon Nazarius cap. 31. qui omninò videatur.

Ibidem. *Periturum eſſe, ſi . . .*] Tolerari poteſt : fortè tamen excidit τὸ *ſe*, & ſcribi debet, *periturum eſſe ſe, ſi . . .*

Lin. 5. *De Mauris atque Italis . . .*] Scilicet in Africâ Alexander imperium arripuerat : ſed vicit eum Rufus Voluſianus, Præfectus Prætorio, à Maxentio miſſus, teſtibus Aurelio Victore cap. 39. & Zoſimo 2. 15. Hic autem Alexander videtur obſeſſus fuiſſe in urbe Cirtâ. Victor : *Tum per Africam ſacerdotium decretum Flaviæ genti, Cirtaque oppido, quod obſidione Alexandri ceciderat, repoſito exornatoque nomen Conſtantina inditum ;* id eſt, quod oppidum Numidiæ vaſtatum & direptum fuerat, cùm in eo obſideretur Alexander, qui purpuram ſumpſerat. Potuit etiam illa fida manſiſſe Imperatoribus, & obſeſſa atque everſa fuiſſe ab Alexandro, quia Zoſimus ſcribit, eum primo congreſſu victum, captum, & mox ſtrangulatum fuiſſe. Priorem tamen ſententiam amplectitur Triſtanus, T. 3. p. 440. utì ex his ejus verbis patet : *Leſquels (Voluſianus & Zenas) étant deſcendus en Afrique, défirent Alexandre dès la premiére rencontre, & le pourſuivirent fuyant de ſi près, qu'ils l'attraperent dans Cirta, qu'ils prirent de force, & ſoudain l'étranglerent.* Quicquid ſit, urbs vaſtata reſurrexit, & CONSTANTINA nomen accepit. Vir eruditus

Digitized by Google

tas ad Victorem Aurelium notat, eam etiam dictam fuisse *Nicephorium*, quòd ab Alexandro Magno ibi insigni parta victoria illustris esset; additque, eamdem *Nisibenam Constantinam* in Notitiâ Imperii appellari. Sed Alexander Magnus nunquàm Africam victoriis peragravit: deindè *Nicephorium* fuit in Mesopotamiâ prope Edessam, testibus Stephano & Plinio 5. 24. qui illud ab Alexandro Magno conditum fuisse, testatur 6. 26. *In vicinià Euphratis Nicephorium, ut diximus, quod Alexander jussit condi propter loci opportunitatem.* Si *Nicephorium*, quemadmodùm Stephanus, & eum secutus Suidas scribunt, *Constantina* nomen tulit, videtur sequi, eam autè vocatam *Amidam* fuisse, & *Constantina* nomen accepisse à Constantio, Constantini Magni filio, cùm adhùc Cæsar esset; quia eum Amidam mutato nomine dixisse *Constantinam*, clarè testatur Ammianus Marcell. 18. 8. & 9. quod tamen eruditione præstantes viri non videntur animadvertisse. Sed ut non nego, *Nicephorium*, quia id tradit Stephanus, dici potuisse *Constantinam*: ita certè nihil commune habet cum *Amidâ*, vel *Constantinâ* laudatâ Marcellino. Nam *Nicephorium* situm fuit ad Euphratem, utì docent Plinius & Ptolomæus 5. 18. Sed *Amida*, vel *Constantina* Ammiani fuit vicina Nisibi, Tigri imposita, teste Procopio lib. 1. Persic. vel per fossam ex Tigri ad eam perveniri poterat, utì apud Ammianum legimus; quibus addi possunt quæ notat Bochartus, vir summus, pag. 21. Geograph. Sacræ: adeò ut Stephani verba nihil cum Ammiani narratione commune habeant. Nisibi vicinam esse hanc urbem, patet quoque ex Notitiâ, quippè in quâ vocatur *Nisibina Constantina*, fortè ad alterius, vel aliarum in eo tractu Constantinarum differentiam; quarum una, si Stephanum sequimur, fuit *Nicephorium* ad Euphtatem sita; aliaque longiùs indè remota in Arabiâ Petræâ, utì patet ex subscriptione Concilii Constantinopolitani, quam cum Codice Canonum à Pithæo restituto edidit illustris Pelletierius, & in quâ *Provincia Bostron* Episcopi memorantur, *Elpidius Dionisiensis*, *Chilon Constantiniensis*, *Uranius Adratensis*, *vel Adranensis*, & *Severus Neapolitanus*. Et quanquàm Constantius nomen illius mutaverit, tamen vetus etiam retinuit; & Procopius apud Photium memoriæ mandat, Anastasii Imperatoris tempore *Amidam* à Persis fuisse obsessam; ejusque incolas sine Excerptorum vocari Κωνσταντιανούς, persuasus sum. Nam *Nicephorium* hoc loco non posse intelligi, clarum certè est, quia indè Daras petiit Chosroës; quæ etiam fuit prope Nisibin, & ab Anastasio Imperatore dicta est *Anastasiopolis*: nisi tamen hæc oppida fuerint valdè vicina, & alterum *Amida*, alterum *Constantina* nomen tulerit. Nam in laudatâ Subscriptione recensentur Episcopi *Provincia Mesopotamia*, *Maras Amidensis*, *Jobianus Æmarensis*, *Bathes Constantinianensis*: quanquàm non diffitear, Bathen alterius urbis potuisse esse Episcopum, quæ *Constantina* nomen in Mesopotamiâ etiam tulit, utì Stephanus de Nicephorio memorat. Dio lib. 40. & Strabo lib. 16. meminerunt etiam *Nicephorii*; atque ex hoc patet, illud circa Carrhas fuisse, *Jovemque Nicephorium*, quem memorat Spartianus initio Hadriani, ab eâ urbe nomen habere, censent Eruditi; dubitavitque vir maximus, an alia urbs hoc nomine sit: Jovem tamen Nicephorium à loco dici, censet. Sed *Nicephorium* fuit etiam locus, vel vicus prope Pergamum, multis templis & statuis deorum illustris. Polyb. in Excerpt. de Virt. & Vitiis: *Postridiè verò* (Prusias) *copiis ad Nicephorium adductis, templa omnia vastare, delubra, ac statuas deorum, ac imagines spoliare ac diripere cœpit*; fuitque simul lucus consitus ab Eumene Rege: undè τὸ Νικηφόριον ἄλσος memorat Strabo lib. 13. Patet id etiam ex Regis Macedoniæ responso ad T. Flaminium apud Polybium lib. 17. Nam cùm Regis Attali Legati c. 2. petiissent, ut τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἀλσύδριον καὶ τὸ Νικηφόριον, ἃ κατέφθειρε, restitueret, respondet ille cap. 6. *Nicephorium & Veneris templum, quæ sunt vastata, cùm nequeam aliàs in integrum restituere, plantas & hortulanos mittam, quibus locorum cultura sit futura cura, & cæsarum arborum incrementum*; qualia narrat etiam Livius liv. 32. cap. 33. & 34. ubi *Veneris templum* similiter à *Nicephorio* distinguitur. Hinc videor affirmare posse, lucum à templo primario, quod potuit fuisse Jovis Νικηφόρου, nomen accepisse, & ambitu, vel περιβολῇ, complexum fuisse Veneris aliorumque deorum templa. Diodorus certè Siculus p. 294. Excerptorum memoriæ mandat, Philippum evertisse τὸ πρὸ τῆς Περγάμου ἱερὸν, τό τε Νικηφόριον πολυτελῶς κατεσκευασμένον, καὶ τ' ἄλλα γλυφὰς ἔχοντα θαυμαζομένας; & iterùm pag. 337. Prusiam, Bithyniæ Regem, spe capiendi Attali frustratum, τὸ περὶ τῆς πόλεως τέμενος τὸ καλούμενον Νικηφόριον, καὶ τὸν νεὼν corrupisse, καὶ τὰς ἀνδριάντας, καὶ τοὺς τῶν θεῶν ξόανα, καὶ τὸ περιβόητον ἀγαλμα τῆς Ἀσκληπιοῦ, & denique ἱερὰ πάντα, *templa omnia* diripuisse. Quòd si quis igitur Jovem Ni-

cephorium hinc nomen habere, eumdemque ita appellari, quòd Victoriam manu teneret, qualis frequentissimè in Græcorum & Romanorum numismatis conspicitur, censeat, per me id certè licet. Sed ut ad Aurelium Victorem revertar, notat insuper vir eruditus, Straboni *Cirtam* per V. scribi, & *Virtam*, ab Alexandro conditum oppidum memorari Marcellino lib. 20. In editione Casauboni Κίρτα scribitur, quod leviusculum est: verùm *Virta*, ab Alexandro Magno condita, nihil cum *Cirtâ* nostrâ commune habet, nec fuit sita in Africâ, sed in extremâ Mesopotamiâ, uti vel Ammianum inspicienti patebit. *Cirta* autem Africæ, *Constantina* posteà dicta, fuit urbs olim celebris, *Regum quondàm domus*, *procul à mari sita*, teste Melâ lib. 1. cap. 6. Et Strabo lib. 17. eam etiam locat ἐν μεσογαίᾳ, urbemque scribit esse munitissimam, & optimè omnibus rebus instructam, maximè à Micipsâ, qui eò Græcos colonos deduxit. Eam posteà sub Arabibus floruisse, suo tempore celebrem fuisse, Constantinæque nomen retinere, tradit multis Leo Africanus in Descriptione Africæ; idemque mihi testatus est Legatus Imperatoris Marocci, qui non ita pridem ad Præpotentes Fœderatorum Belgarum Ordines missus fuit: urbem magnam, amplam, splendidis antiquisque ædificiis & monumentis, quæ inscripta sunt litteris incognitis (Græcis proculdubiò & Latinis) refertam, & longè à mari positam esse, identidem affirmans: quod ultimum etiam Strabonem & Melam narrare, modò vidimus. Sed situm turbat valdè Sallustius, urbemque mari vicinam facere videtur c. 21. B. Jugurth. *Interim haud longè à mari prope Cirtam oppidum utriusque consedit exercitus*: quæ quomodò conciliari queant, ego vix video, cùm & hodiè *Constantina* longè à mari sit remota, nec duplex *Cirta* in Africâ fuerit; licèt illud arbitretur Danæus ad Augustini cap. 69. de Hæresibus: quod miror etiam occurrere in Strabonis Indice, cùm apud eum nihil tale legatur. Et quia parùm hæc urbs cognita est, non ingratam me tibi, lector, rem facturum existimo, si ectypum ejus apponam, quem debeo Amplissimo Witzio Reip. Amstelodamensis Consuli, quemque cum Viro Illustri communicavit non nemo, qui per tres in eâ annos durâ, at posteà Tuneti splendidissimâ fortunâ, licèt Christianus foret, usus est.

Constantina igitur montis propè inaccessi vertici imposita, qui munitur insuper lapidibus 10. vel 12. pedes longis, 4. vel 5. latis, rotunda, & ejusdem ferè ac Roterodamum magnitudinis est. Ædificia pro gentis more & genio parvi momenti sunt: sed rudera & columnæ marmoreæ, quæ passim à fodientibus terram eruuntur, certissima indicia sunt, olim illa splendida & magnifica fuisse. Qualia etiam fuerunt Leonis Africani tempore. *Ædificia*, ait, *passim sumptuosissima videre licet: quale summum est templum, duo collegia, tria aut quatuor monasteria, aliaque id genus complura.* Et hic locus revocat mihi in memoriam, urbem eam fuisse olim metropolim Numidiæ. Canon Concilii Milevitani 86. *De Archivo & Matriculâ Numidiæ: Dein placuit omnibus Episcopis, qui in hoc Concilio subscripserunt, ut matricula & Archivus Numidiæ, & apud primam sedem sit, & in Metropoli, id est, Constantinâ*: de quo Canone multis disputat Sam. Petitus lib. 3. cap. 1. Var. Lection. cui addatur omninò Ludovicus du Pin, Vir certè eruditissimus, Dissert. Historicâ 1. de Antiquâ Ecclesiæ Disciplinâ. Distat Constantina Tuneto 45. vel 50. Bonâ 20. vel 25. & Algeriâ 70. milliaribus Germanicis; quibus faciendis ab ultimâ profectus urbe quatuordecim impendit dies is, qui hæc cum Witzio communicavit.

1. Turris alta, ex quâ de nocte lucernæ dependent ardentes.

2. Castellum ad tuendum exitum veteris viæ, per quam solam urbs adiri poterat, in mediâ urbe exstructum.

3. Via, vel introitus urbis rupi incisus, tam latus atque altus, ut equis & camelis per eum in urbem ascendere potuerint. Nunc sordibus repletus est, quia grave nimis onus incolis habebatur alimenta plurimis lucernis de die & nocte præbere; quippè sine quibus hic aditus nullius usûs esse poterat propter tenebras.


4. Castella, vel duplex potiùs murus turribus munitus, & defendendi aditûs causa extructus: in exteriori erant duæ portæ, quæ ducebant obliquâ viâ ad unam, quæ in interiori muro erat, portam; per quam portam ad introitum in urbem rupi incisum dabatur aditus. Fuisse duas vias ad urbem Leo Africanus tradit: *Sunt que duæ tantùm viæ artissimæ, quæ in urbem ducunt: quarum hæc ex Oriente, illa verò ex Occidente, patet. Portas quoque habet maximas, amplissimas, atque elegantes.* Sed ὦνθρωπος noster suo tempore tantùm hanc memorat; & nisi situs obstaret, binæ hæ viæ ad binas exterioris muri portas ducere potuissent.

5. Hodiernus ad urbem aditus, quem

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn



Digitized by Google

www.libtool.com.cn



Digitized by Google

Turcæ ex ruinis veterum ædificiorum fecerunt; sed qui adeò difficilis est, ut pedibus tantùm uti, non autem equo quis vehi possit: adeò ut Turcæ & incolæ necesse habeant de camelis & equis descendere, eosque ducere.

6. Castellum, quo novus aditus defenditur.

7. Balnea aquæ calidæ corrupta ferè, & in quibus nunc pauperes corpora sua purgant, mulieresque ope certi generis terræ, quæ vim cinis lixivi obtinet, quamque *vofill* nominant, linea vestimenta, & alia, reddunt nitida. De his balneis loquitur proculdubiò Leo: *Ad flumen quibusdam gradibus descenditur rupi incisis; in ipso autem flumine domus quædam est rupi quoque sic incisa, ut tectum, columnæ, & muri, unam tantùm efficiant partem: hîc Constantinæ mulieres panniculos abluere solent. Est quoque huic oppido vicinum quoddam balneum aquæ calidæ, quæ inter rupes fluendo diffunditur.*

8. Molæ aquariæ, quas exstruxerunt Mauri à Carolo V. ex Andalusiâ & Granatâ ejecti.

9. Eorundem Maurorum horti & viridaria. Leo Africanus: *Habet fluvius, qui in eâ planitie præterfluit, hortos utrinque feracissimos, si rectè colerentur.*

10. Catarractes, quem facit fons prope urbem Orientem versùs exoriens, & multam vim aquæ ejiciens; qui urbem, quà Septentrionem spectat, cingit, & munimenti loco est, atque in profundam admodùm vallem magno cum strepitu sese effundit. Leo Afr. *Rupibus altissimis cingitur: huic fluvius Sufogmate subterfluit, qui & rupibus etiam clauditur, adeò ut fluvius profundissimus, unà cum rupibus utrinque positis, Constantinæ cou fossam quandam præbeat.*

11. Rivus, vel fluvius, qui ex fonte prædicto oritur. Hæc omnia, uti patet, ferè conveniunt: sed mirum, Leonem non facere mentionem aditûs in urbem veteris; nisi fortè eum intelligat per *gradus rupi incisos*, per quos ad fluvium descendebatur. Sed hæc sufficiant.

Ibid. *Mauris...*] Illi etiam in exercitu Severi fuerunt, & proculdubiò cum reliquis militibus ad Maxentium transgressi sunt. Zosimus enim 2. 10. scribit, Severum ἀπὸ τῶν Μαυρουσίων ταγμάτων venisse; nec mirum, quia exercitum Herculii habebat, qui, teste Eutropio, *bellum in Africâ profligavit, domitis Quinquegentanis, & ad pacem redactis*: & hos Mauros insuper auxit Maxentius; undè dicitur, *suum proprium de Mauris atque Italis exercitum nuper extraxisse.*

Pag. 239. lin. 1. *Maxentiani milites prævalebant.*] Haud obscurè indicat Lactantius, initiò non satis feliciter pugnasse Constantinum: at contrà Eusebius 9. 9. narrat eum primam, secundam, & tertiam aciem tyranni vicisse, & ita accessisse ad urbem Romam dimicaturum cum ipso Maxentio. Et, quemadmodùm ex Panegyrico Constantino dicto patet, primò dimicatum sub ipsis Alpium jugis, cap. 5. indè in campis Taurinatibus, c. 6. tertiò ad Veronam, c. 8. tandemque ad Pontem Mulvium; quam in rem etiam videri potest Nazarius cap. 17. 21. & sequentibus Panegyrici sui. Atque ita Orosius 7. 28. narrat, Maxentium *sæpè multis præliis fatigatum, ultimò ad pontem Mulvium victum & interfectum fuisse.* Neque tamen puto, talia memoriæ mandaturum Lactantium, si aliter se illa planè haberent. Et ipsi adstipulatur Politia SS. Patrum apud Photium p. 1409. quippè ubi disertè narratur, Constantinum, cùm permovere non posset Maxentium ut à persecutione abstineret, bello eum aggressum esse; & *primò haud procul abfuisse, quin succumberet*: καὶ συμπλακεὶς μάχῃ, τὰ πρῶτα μὲν ἴσχυε γίνεται, τὸ λαβεῖν τὸ κρεῖττον, uti Græca sonant; & indè de cruce in cœlo visâ verba facit, quomodò rem ferè etiam narrat Lactantius.

Lin. 5. *Quinquennalia terminabantur.*] Quid de hoc loco sentiant eruditi viri Baluzius & Pagius, vide in notis ad hunc locum, Lector, & pag. 248. Dissert. Hypaticæ; & indè disces ambos censere, sexto imperii anno exacto, ineunte septimo, Maxentium occubuisse. Firmat illam sententiam Auctor Paneg. Constantino dicti cap. 16. *Et consumpto per desidias senio, ipsum diem natalis imperii sui ultimâ cade signaret, ne septenarium illum numerum sacrum & religiosum vel inchoando violaret.* Et arbitror, non absque ratione censere eruditos, annum sextum imperii vocari *quinquennalia*; quia primo illius anni die celebrabantur. Sed non vacat hanc in rem diligentiùs inquirere; totamque hanc disputationem iis relinquo, qui tam in Galliis, quam Italiâ, summâ cum eorum laude illi incumbunt.

Ibid. *Commenitus in quiete...*] Lactantium si sequimur, certum est Constantinum vigilantem hoc signum non vidisse in cœlo: sed nolo materiam examinare, quæ à tot eruditis viris excussa est; tu vide Fred. Spanhemium, Antiquitatis Ecclesiasticæ peritissimum

Digitized by Google

virum, in Introd. Chronologicâ, & Jac. Gothofredum ad lib. 1. cap. 6. Philoſtorgii. Scribendum autem in ſequentibus, uti monui obiter ad Diſſertationem de Utilitate quam Principes ex nummis capere poſſunt, *Chriſtum in ſcutis notat;* id eſt, Chriſti nomen, quod exprimebant per duas primas ſalutaris vocis litteras. Non aliter loquitur Prudentius contra Symm.

www.libtool.com.cn

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum ——


id eſt, Chriſti nomen, Chriſti monogramma. Et ſi Lactantium ſequimur, fuit illud ad hunc modum compoſitum, quomodò ſæculo IV. ſequentibuſque, Chriſtianos ſignaſſe obſervat Baronius in Annalibus, & Gaſſendus in Notit. Eccleſ. Dienſis. Nec aliter occurrunt primæ divini nominis litteræ in nummo Anaſtaſii apud Arſchotanum Ducem Tab. LXVII. Alii crucem, ego verò Chriſti nomen facio; quia Chriſtus, non autem crux, mundi, qui per globum deſignatur, ſalvator eſt. Potuit etiam monogramma illud tale fuiſſe,



quia ſimiliter in nummis Conſtantini exprimitur, & quia Euſebius lib. 1. cap. 25. de Vitâ ejus ſcribit, primas Chriſti nominis litteras fuiſſe labaro intextas, χιαστὶ γὰρ τὸ Ρ κατὰ τὸ μεσαίτατον; quanquàm & hæc verba de priore figurâ, quam opinor Lactantium innuere, poſſint fortè interpretari, cùm littera Græca Ρ, ſi eam mediam linea ſecat, ſit decuſſata. Certè à rei veritate aberrat planè eruditus Diſſertationis Hiſtoricæ de Viſione Conſtantini Auctor, & malè arbitratur, vulgarem circumflexi accentûs notam adhibitam fuiſſe ad hunc modum,



quod non opus eſt multis refellere, cùm certus ſim, virum illum ſententiam ſuam relicturum, ſi nummos inſpiciat, vel in hancce notam incidat. Finem hîc facerem, niſi adjicere placeret ea, quæ ad illuſtrandas crucium nonnullarum formas ad Columbum τὸν μακαρίτην miſeram, quia notis ipſius inſerta ſunt. Illæ igitur ita ſeſe habent.



Non immorabor iis examinandis, quæ notat Carolus Du Freſne in Diſſertatione de Inſcriptionis XVI. Numiſmatis, N. 23. ſed monebo tantùm in cruce, quæ notatur litterâ A. ſuperiorem lineam tranſverſam denotare tabulam, cui inſcriptum fuit βασιλεὺς Ἰουδαίων; alteram verò lignum cui manus D. N. I. C. fuerunt affixæ: in eâ, quæ notatur litterâ B. ſupremam & mediam eodem planè ſenſu accipi debere; infimam verò lineam, ſignificare locum, cui pedes affixi Salvatoris fuere: in tertiâ, quam deſignat littera C, eadem denotari: ſed cruces decuſſatas, ut vocant, mediæ lineæ tranſverſæ innuere loca, in quibus clavi Dominicas manus ob peccata noſtra perforarunt; & denique ultimæ crucis, notatæ litterâ D. orbem ſummum referendum eſſe ad titulum, binos tranſverſi ligni ad brachia, & infimum ad pedes tranſfixos. Ratio hæc omnia ſuadet, licèt tempus, quo talis eſſingendi cruces mos initium ſumpſerit, ignotum mihi ſit planè; nec puto rem tanti eſſe, ut propterea nos cruciare vel tantillùm debeamus. De monogrammate autem Chriſti in nummis expreſſo agit illuſtris Du Freſne Num. 24. Diſſertationis laudatæ; quæ ut elegantia ſunt, ita tamen non puto eum ſatis rectè explicare gemmam, in quâ illud cernitur, & ſimul legitur SAL. DO. N. ALEX. FIL. LUCE. Neque enim illa ullo modo referri poteſt ad Alexandrum Mammææ filium: ſed ad Alexium, quo nomine varii poſterioribus temporibus Imperatores fuerunt, ſpectat; & LUCE æquè commodo ſenſu exponi poteſt LUCEBIT, ut ita ſimul quaſi vota ſuſcipiantur pro Alexio Imperatoris filio. Quanquàm nec LUCET reſpuam, quia illud in aliis nummis apud Choulium obvium eſt. Præterea in Maxentii nummis cernitur Chriſti monogramma pag. 277. apud eundem: ſed, ut verum fatear,

Digitized by Google

mihi nequaquàm fit verisimile, ejus numismatis divinum characterem inditum vel impressum fuisse; & si rationem temporum inire placet, nullo id modo fieri potuit, cùm in ipsâ illâ acie, in quâ primò Constantinus signum hoc præcedere exercitum jussit, perierit. Puto igitur deceptum esse Choulium, & id *Maxentio* adscribere, quod fecit *Magnentius*, cujus nummos ita signatos fuisse constat, docetque satis illustris Mediobarbus, qui & alium nummum Magnentio tribuit, quem idem Choulius pag. 187. Maxentio adsignat. Putaveram ab illustri Du Cange etiam Deliorum numinum laudari insignem isto monogrammate, eumque suppositititium esse censueram: sed nunc demùm animadverto, virum eruditum nihil aliud significare, quàm in gemmâ, quæ super caput Jovis exhibet Christi monogramma, cerni capita Jovis, Apollinis, & Dianæ, uti illa occurrunt juncta in nummo Deliorum apud Goltzium Tab. 18. quarè hîc me quidem properasse nimis libens lubens confiteor. Quî autem factum sit, ut divinum illud signum Jovis capiti sit impositum, difficile admodùm dictu est: nec certè hinc me extrico. Nam inscriptio addita VIVAS. IN. DEO. F. id est, *Feliciter*, clarè indicare videtur, hanc gemmam à Christiano sculptam fuisse: nisi dicamus, Deorum capitibus monogramma & Inscriptionem postèà adjecisse Christianum quendam, ignarum fortè quorum capita forent, vel ut rem profanam ita quasi in sacrum usum converteret. Notandum autem, monogramma in nummis occurrere, qui non modò ante Constantinum, verùm etiam ante Christi adventum salutarem, signati sunt. Nam Scaliger ad Eusebium, & Rupertus in Oratore Historico Ptolomæi Apionis laudant numisma, cujus in unâ aream cernitur caput cornibus arietinis cum diademate; in alterâ verò aquila unguibus fulmen retinens: juxtà est cornu copiæ; infra pedes alitis hæc nota; in ambitu nummi, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ; & illi hanc notam esse arbitrantur ΧΡΗΣΤΗΡΙΟΥ Oraculi Ammonis, Cyrenis, quarum ille Rex erat, vicini. Vellem equidem, ejusmodi ut nummum inspicere possem, quippè qui certè inter rarissimos habendus est; & ut illam interpretationem non respuo, ita memini, me alicubi legisse, notam hanc in nummis ante Constantinum percussis designare nomen monetarii: quod tamen, ut verum fatear, difficultates suas habet. X. & P. similiter sibi ferè junctæ occurrunt in nummo Decii apud Tristan. Tom. 2. pag. 595. in quo legitur

BAXATO.

Lin. 8. *Christum in scutis notat* . . .] Non, quemadmodùm monui, Christi effigiem, sed monogramma. Et tempore Prudentii nondùm illud etiam fiebat. Hym. 2. περὶ στεφ. v. 98.

Quod Cæsaris scis, Cæsari
Da; nempè justum postulo.
Ni fallor, haud ullam tuus
Signat Deus pecuniam.

Nisi hæc referenda sint ad tempora Laurentii, qui martyr obiit anno 254. Sed nec Prudentii ætate id factum est, quia primus Imperatorum Græcorum Justinianus Rhinotmetus, qui regnare cœpit anno 685. ita nummos signavit. Et rectè Du Cange in Dissertatione sæpiùs laudatâ rejicit Joannem Damascenum, qui scribit, Constantinum nummo indidisse πῶς ὑπεροφανὲς σημεῖον τὸ Σωτήριον σταυρὸν, καὶ διαπρεπὴ χαρακτῆρα μετὰ τῆς ἰδίας; id est, *salutaris crucis, quod in cœlo viderat signum, Christique Dei hominis imaginem cum suâ.* Nec puto, Constantinum Sanctorum vultibus nummos signasse, licèt id tradat Andreas Mamora in Historiâ insulæ Corcyræ, Venetiis anno 1672. editâ. Exhibet enim nummum, cujus in unâ aream cernitur Constantini caput, nec laureâ, vel aliâ coronâ cinctum; in alterâ verò *Corcyra* sancta virgo & martyr stans in templo, & palmam in victoriæ signum manibus tenens, cum Inscriptione ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ: quam Corcyram faciunt filiam Cercilini, Principis Senatûs Corcyræorum, ad Christum conversam operâ Jasonis & Sosipatri, discipulorum S. Pauli. Sed nihil illa τετραμμὴ commune cum Constantini habet vultu; deindè sibi suaviter imponunt, qui talia credere animum inducere possunt, cùm à veritate aliena planè sint.

Ibid. *Quo signo armatus exercitus capit ferrum* . . .] Non hanc, sed aliam rem miram, animasse Constantinum ad instruendam aciem, & prælium ineundum narrat Zosimus 2. 16. noctuas nimirùm ἀνείρῳ πλήθει advolantes muros impleisse, illudque conspicientem Constantinum jussisse τοὺς ἐπὶ θώραις τοῖς ὅπλοις, quod fingere potuerunt Ethnici, ut aliquid opponerent visioni, ὃ τέτρωται; & hinc etiam fortè est, cur in ejus nummis conspiciatur noctua basi insistens, cujus à lateribus sunt hasta, clypeus & galea, cum Inscriptione SAPIENTIA PRINCIPIS: quanquàm commodè hæc omnia ad Minervam, sapientiæ præsidem deam, possint referri.

Lin. 12. *Cùmque repentè populus* . . .] Hæc

Digitized by Google

sic distinguo : *Cùmque repentè populus (Circenses enim natali suo) & editâ voce* ... ita ut subaudiatur *erant ;* neque tamen improbo *ædebat* Columbi.

www.libtool.com.cn

Lin. 14. *Vocatis quibusdam Senatoribus, libros Sibyllinos inspici jubet* ...] Notum est, Sibyllinos libros inspectos esse à *Duumviris*, indè à *Decemviris*, & tandem à *Quindecimviris* sacris faciundis. Et *Quindecimviros* usque ad Theodosii tempora mansisse, eumque sacerdotium cum veteris superstitionis sacris abrogasse, ut & Sibyllinos libros sub Honorio per Stiliconem combustos esse, notarunt Eruditi. Hoc tamen loco Maxentii jussu, non *Quindecimviri*, sed *quidam Senatores* libros illos inspiciunt : undè fortè affirmari posset, vel tunc temporis *Quindecimviros* non fuisse ampliùs, vel libros Sibyllinos consultos fuisse ab illis, quos Imperator eligebat. Sed prius verum esse vix potest, quia, notante illustri Salmasio ad Hist. Aug. Constantini Magni temporibus id muneris etiam *Quindecimviris* tribuit ipse Lactantius 1. Institut. cap. 6. Vopiscus in Aureliano cap. 19. *Pontifices* Sibyllinos libros inspexisse ex decreto Senatûs & jussu Imperatoris docet. *Agite igitur, Pontifices, quà puri, quà mundi, quà sancti, quà vestitu animisque sacris commodi, templum ascendite, subsellia laureata constituite, veteranis* (alii legunt *veneratis*) *manibus libros evolvite, fata Reipublicæ, quæ sunt æterna, perquirite.* Atque arbitratur vir idem eruditissimus, *Quindecimviros*, cùm multi eorum etiam Pontifices essent, nobiliori nomine *Pontifices* esse vocatos ; eos tamen, non ut Pontifices, sed ut Quindecimviros curam inspiciendorum & servandorum librorum Sibyllinorum habuisse. Sed hoc loco Lactantius *quosdam Senatores* memorat : quæ quomodò conciliari possint, vix video, nisi vel amplectamur rationem à me allatam, alios nimirùm, quàm *Quindecimviros*, si Imperator juberet, libros illos inspicere potuisse ; vel nisi potiùs statuamus, hos Senatores etiam fuisse *Quindecimviros*, quomodò allocutio Ulpii Sullani apud Vopiscum etiam suadere videtur, Pontifices illos ex Senatorum numero fuisse. Nam antiquitùs ex Patribus *Decemviri* creabantur, & posteà etiam pars eorum dimidia ex plebe. Liv. 6. 42. *Refecti decimùm iidem Tribuni Sextius & Licinius de Decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere. Creati quinque Patrum, quinque plebis ; gradumque eo jam via facta ad Consulatum videbatur ;* quod ita interpretor, ut quinque *Quindecimvirorum* fuerint Patricii, quinque Plebeii Senatores ; neque enim mihi fit verisimile, hoc sacerdotium unicuique ex plebe datum fuisse. Et Senatores fuisse Pontifices, Sacerdotesque ut plurimùm, constat ; docetque vel unus Cic. 4. ad Att. 2. *Adhibentur omnes Pontifices, qui erant Senatores.*

Lin. 15. *Hostem Romanorum* ...] Ambiguum est hoc, ut pleraque talia ; & si Constantinus fuisset victus, proculdubiò illum appellassent *hostem.*

Lin. 17. *Pons à tergo ejus scinditur.*] Mulvius, ut videtur, cujus antè meminit. Victor hâc de re ita loquitur : *Dum, cæsâ acie, fugiens sese Romam reciperet, insidiis, quas hosti apud pontem Mulvium locaverat, in transgressu Tiberis interceptus est ;* & arbitror, eum narrare, de alio, quàm Mulvio ponte in fluvium Maxentium cecidisse. Mulvius pons factus est à M. Æmilio Scauro, teste Auctore de Viris Illustribus, & proculdubiò lapideus fuit : quòd si per hunc fugâ sibi consulere voluit Maxentius, verosimile admodùm est, pontem fuisse injussu ejus scissum. Et quanquàm hoc à ratione alienum sit, tamen eâ viâ Maxentium conatum sibi consulere, mox tradit Lactantius : *Ipse in fugam versus properat ad pontem, qui interruptus erat, ac multitudine fugientium pressus in Tiberim deturbatur.* Celebrat etiam Prudentius 1. contra Sym. pontem eumdem :

Mulvius exceptum Tiberina in stagna tyrannum
Precipitans — — —

Et Auctor incertus Paneg. cap. 17. scribit, milites Maxentii *ad primum impetum exercitûs Constantini territos fugatosque, & angustiis Mulvii pontis exclusos in fluvium abiisse præcipites.* Sed Euseb. 9. 9. testatur, Maxentium Tiberim scaphis junxisse, cùmque per pontem indè factum fugâ sibi consulere vellet, propriis insidiis periisse ; id quod etiam memoriæ mandat Praxagoras apud Photium, & pluribus narrat Zosimus 2. 15. & 16. qui possunt videri. Eusebium, ut solet, sequitur Haymo 8. 3. *Maxentiumque tyrannum congredi parantem cum universis navibus, quibus fluvium straverat, demergit in profundum.* Quin & Epitome Victoris, necnon P. Diaconus tradunt, hunc pontem *paulò superiùs à ponte Mulvio*, & Maxentium *lapsu equi in profundum demersum esse.* Sed quòd *lapsu equi* scribunt tyrannum cecidisse in flumen, id apud alios non reperitur ; nisi idem significare censeamus Excerpta Valesiana, in quibus legimus, *equo eum præcipitatum* fuisse. Zosimus

Digitized by Google

narrat, tigna pontis non potuisse sustinere multitudinem fugientium, & rupta fuisse; & Politia SS. Patrum apud Photium p. 1407. ruptum esse pontem fallacem, διαῤῥαγέντος αὐτοῦ γεφύρας συντριφθείσης. Atque hinc patet satis superque, quid sibi velint hæc Victoris verba, Maxentium nempè *insidiis, quas hosti apud pontem Mulvium locaverat, interceptum fuisse.* Ille igitur de Mulvio, vel de ligneo potiùs ponte in fluvium decidit; & fortè Mulvium pontem interrumpi fecit, ut Constantinum ad insidias pertraheret, si transire Tiberim, & inter pugnandum, vel ante pugnam, Romam occupare vellet. Non tamen statim submersus fuit tyrannus, sed equo vectus, conatus est evadere; quod quominùs facere posset, obstabat altior & abrupta ripa. Auctor Panegyrici c. 17. *Ipsum autem illum cum equo & armis insignibus frustrà conatum per abruptæ ripæ ulterioris evadere idem Tiberis correptum gurgite devoravit.*

Lin. 18. *Proterretur.*] Lege *proteritur*, nimirùm exercitus, vel miles Maxentii, utì paulò antè *Maxentiani milites* occurrunt; nisi significare Lactantius velit, Maxentii milites primo impetu exercitûs Constantini territos fugatosque fuisse, utì loquentem audivimus modò Panegyrici Auctorem. Utuntur eâdem voce non modò Terentius & Plautus, verùm etiam Virgilius 12. Æn. quem imitari solet Lactantius.

Pag. 240. lin. 5. *Primi nominis titulum* ...] Variè fluctuabam antè; & licèt putaverim, hunc titulum τὸ *Maximus* esse potuisse, quia ita in nummis & Inscript. Constantinus vocatur, & quia mox Lactantius narrat, Maximinum *convicia jocis mixta adversùs Imperatorem* MAXIMUM *dixisse*, nunc tamen arbitror, nihil aliud indicari, quàm Constantini nomen ex Senatûs decreto primo loco positum fuisse, quia idem Lactantius scribit, *Maximinum primi nominis titulum sibi vindicasse*: quod etiam Eusebium tradere, docèo ad cap. 32. Et jure id Maximinus videtur facere potuisse, quia ante Constantinum Cæsar erat factus.

CAPUT XLV.

Pag. 240. lin. 4. *Quàm cùm maximè* ...] Placet nonnunquàm ad minutias descendere. Particulæ *quàm cùm maximè* & tempus denotant, & simul frigoris intensionem; adeò ut dicat Lactantius, tunc temporis maximum frigus fuisse. Sæpè tamen additur τὸ *nunc*; & tunc nihil aliud, quàm intendit & auget. Cic. pro Cluentio: *Mater, qua multos jam annos, & nunc cùm maximè filium interemptum cupit;* paulò aliter lib. de Senect. *Causarum illustrium, quascunque defendi, nunc quàm maximè conficio orationes.* Nazar. cap. 1. Paneg. *Jactat quippè se nunc cùm maximè;* & ante eos Terentius Phorm. *Atqui opus est nunc cùm maximè.*

Ibid. *Geminatis mansionibus* ...] Id est, ut unâ die tantùm itineris faceret, quantùm duæ mansiones à se invicem distabant, nec in primâ, sed secundâ requiesceret. Viæ regiæ distinctæ erant in *Mansiones* & *Mutationes*: in *Mansionibus* pernoctabant, ita ut ab unâ mansione ad aliam diei iter esset; in *Mutationibus* verò equos mutabant, & de die reficiendi sese causâ subsistebant. Nam MANERE Veteribus significabat pernoctare. Sen. 3. de Ben. 16. *Quam invenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satis sit unum adulterorum par? Nisi singulis divisit horis, & non sufficit dies omnibus; nisi apud alium gestata est, apud alium* MANSIT, id est, pernoctavit. Cic. 1. de Div. *Conclave illud, ubi erat* MANSURUS, *si ire perrexisset, primâ nocte corruit;* pro quo lib. 2. dixit: *In eo conclavi illi cubandum fuisset;* quomodò & loquitur Suetonius in Aug. 72. 78. & Calig. cap. 55. Hinc MANSIONES sunt loca, in quibus aliquis pernoctat. Eo sensu MANSIONES SALIORUM occurrere in Inscriptione veteri, doceo lib. 4. 2. Observationum. Hinc non modò *Mansiones* à *Mutationibus* distinguuntur in Codice Theodosiano, Itinerario Burdigalensi, & alibi: verùm etiam *Mansio* pro itinere totius diei usurpatur Plinio 12. 14. *Mansionibus octo stat thurifera à monte excelso.* Erant autem hæ Mansiones ædificia ampla, adeò ut Imperatores in ipsis cum comitatu suo nonnunquàm pernoctarent, utì constat ex Ambrosio in de Obitu Valentiniani, & Suet. Tito, & Vopisco cap. 35. Aurel. Verùm juncta ipsis fuere etiam horrea, vel horreorum usum præstabant, atque ibi recondebatur annona militaris, militibus dividenda euntibus viâ militari in expeditionem; quam annonam *copias Mansionum* vocat Eumenius. Sed longum nimis foret hæc verba elucidare; & monebo tantùm, similem loquendi rationem inveniri apud Justin. 13. 8. *Victus Neoptolemus ad Antipatrum & Craterum profugit, hisque persuadet, ut* CONTINUATIS MANSIONIBUS, *lato ex victoriâ, & securo fugâ suâ Eumeni superveniant:* deindè exstare Inscriptionem elegantem apud Spon. 302. Miscellaneorum, in quâ vox MANERE etiam occurrit:

MERCURIUS. HIC. LUCRUM.
PROMITTIT. APOLLO. SALUTEM.

Digitized by Google

SEPTIMANUS. HOSPITIUM.
CUM. PRANDIO. QUI. VENERIT.
MELIUS. UTETUR. POST.
HOSPES. UBI. MANEAS. PROSPICE.

www.libtool.com.cn

Obscura illa, fateor, est; & si quid humani in eâ explicandâ patior, alios sequar meliora doctus continuò. Puto igitur, huic hospitio insigne fuisse Mercurium & Apollinem; & hinc Septimanum arripere occasionem homines invitandi in suum hospitium: quo tamen meliùs ii utentur, qui prandium secum attulerint, vel qui eâ horâ venerint, cùm prandium sumitur: at post prandium hospes prospicere debet, ubi *maneat*, id est, pernoctet.

Pag. 241. lin. 7. *Acceptâ in deditione Perintho.*] Rectè notant Eruditi, *Perinthum* esse *Heracleam*, quam paulò antè narravit fuisse obsessam; eamque urbem illud nomen tulisse, observat Ammianus Marcell. 22. 2. & 27. 4. necnon Procop. lib. 1. Hist. Vandal. quibus addatur omninò Tristanus Tom. 2. p. 80.

Lin. 10. *Distantem militibus...*] Aliorum conjecturis insistens lego, *millibus totidem, ibidemque collectis.* Vir doctissimus notat, hoc circa *Resiston* accidisse, huncque locum primum occurrere in Itinerario Antonini euntibus ab Heracleâ Hadrianopolim. Ego in Itiner. pag. 37. invenio, inter Trajanopolim & Heracleam recenseri *Apros & Resiston*, illumque locum à Trajanopoli abesse XXIII. millia passuum, hunc XXII. ita si prima mansio fuit *Resiston*, secunda certè erit *Apros*, quia utrique paria milliaria tribuit Lactantius. Sed ille non *Trajanopolim*, verùm *Adrianopolim* memorat; & Auctor Itinerarii alia longè loca inter Adrianopolim & Heracleam nobis describit; ut pag. 30. *Ostudizum, Bergulas, Driziparam, Izirallon;* pag. 51. eadem cum *Heracleâ* recensetur; ut & pag. 73. *Hadrianopolim, Ostudizum, Burdidizum, Bergulas, Drusiparum, Tirallum, Perinthum, Heracleam:* at contrà pag. 75. iterùm nobis annumerat *Trajanopolim, Cypselam, Apros, Resiston, Heracleam;* adeò ut mihi quidem videatur, *Campum Serenum*, cap. seq. memoratum, alibi quærendum esse.

CAPUT XLVI.

Pag. 242. lin. 9. *Per Præpositos Tribunosque...*] Nomen *Præpositi* generale valdè est, uti docet Gutherius in lib. de Officiis Domûs Augustæ. Hîc præponuntur Tribunis: sed tamen Vegetius 2. 12. legionis primæ cohorti scribit præesse Tribunum, reliquas verò à Tribunis, vel Præpositis fuisse rectas. In Inscriptionibus apud Gruterum occurrunt *Præpositus cohortis expeditionis Germanicæ, Præpositus Legionis, Numerorum tendentium in Pontum*, & *Vexillationis Perinthi*; adeò ut nemo peccaturus sit, qui hoc loco *Præpositos* majores Tribunis faciat. Sic in Inscriptione apud me ineditâ:

D. M.
C. IVL. CANDIDO
P. P. LEG. XIII. GEM.
HEREDES. EX. TES
TAMENTO. FECE
RVNT.

Nam duplex P. P. significat Præpositum; & malè in Indice Gruteriano nonnunquàm exponuntur hæ siglæ per *Prafectus*; & pejùs in Inscr. 6. p. CCLXXVII. *Pro Prætore*, cùm sit Imperatoris Cari titulus *pater patriæ*: quomodò & I. p. CCCXXVIII. explicari debet, in quâ quidem legitur & expressum est PRO. PR. sed non ad Imperatorem, verùm ad M. Aurelianum Valentinianum refertur. Sed hoc obiter.

Lin. 11. *Prælium diei Kal. Majarum...*] Vel *diei* positum est pro *die*, vel scribendum *diem.*

Lin. 16. *Campus ... quem vocant Serenum.*] Hunc ita dictum puto, non quia ventis, sed quia arboribus fruticetisque carebat, eratque planus. Talem campum κατα-εὐ πεδίον, *purum campum*, arbitror vocari ab Euseb. 4. 19. de Vitâ Constantini, qui jussit, ut milites nondùm Christiani facti singulis diebus Dominicis in eum procederent, & simul omnes signo dato preces ad Deum funderent. Nam hic campus proculdubiò fuit planus, nec arboribus aliisve rebus impeditus; in quo etiam milites armis sese exercuisse arbitror. *Purum ac patentem campum* dixit Livius 24. 14. Sed facit *serenus campus*, ut monere debeam, *serenam militiam* mihi etiam lectam esse apud Paulum Diac. lib. 10. Historiæ Miscell. *Qui* (Carausius) *vilissimè natus serena militiæ ordine famam egregiam fuerat consecutus.* Qualis militia *serena* sit, fateor me non capere, nisi quis existimet, respectu Imperatorum eam ita dici, qui *Sereni Domini* vocantur in columnâ, quæ adhùc hodiè Constantinopoli conspicitur. Et perpendant Eruditi, num potiùs rescribi debeat *strenua*, vel *severa* militiæ: quod ultimum erudito amico in mentem veniebat; ita ut Carausius dicatur famam sibi acquisivisse ex diligenti observatione disciplinæ militaris.

Pag. 243. lin. 3. *In largiendo tenax...*

Victo

Digitized by Google

Victor : *Namque illi* (Constantino) *prater modum magna catera ; huic* (Licinio) *parcimonia , & ea quidem agrestis tantummodò inerat.* Et Auctor Epitomes scribit, eum *avaritiæ cupidine omnium pessimum* fuisse.

CAPUT XLVII.

Pag. 243. lin. 6. *A paucis metebatur.*] Id est , sternebatur , dejiciebatur , uti falce succidimus gramen. Exempla adfert Columbus ; & exstat aliud apud Tertullianum in fine Apolog. *Nec quicquam profuit exquisitior crudelitas vestra ; illecebra est magis secta : plures efficimur , quotiès metimur à vobis ; semen est sanguis Christianorum.* Et apud Sil. Ital. lib. 13.

——— Ruit obvia in arma
Scipio , & adversum metit insatiabilis agmen.

Lin. 8. *Deus summus...*] Optimo jure ita vocatur Deus noster : sed Gentiles etiam *summum* simpliciter de Deo Maximo, quem ignorabant , usurparunt. Stat. 4. Th. 516.

Et triplicis mundi SUMMUM , *quem scire nefastum est ;*

ubi hæc notat Scholiastes : *Dicit Deum Demogorgona Summum , cujus nomen scire non licet. Infiniti autem Philosophorum Magorum , Persa etiam confirmant , revera esse , prater hos deos cognitos , qui coluntur in templis , alium principem , & maximè Deum , caterorum numinum ordinatorem , de cujus genere sint soli Sol atque Luna ;* ubi reliqua possunt videri , quæ elegantia sunt , & quæ emendare conatur Barthius in Notis ; cui addendus Fr. de Cordoüâ , qui cap. 25. Didascaliæ Multiplicis , pro *Demogorgona* rescribit *Demiurgum* , id est , opificem , Demogorgonemque Boccatio originem suam debere , existimat : sed malè dubitat , quis vetustior sit *Lutatius* , an verò *Boccatius* , cùm nihil certius sit , quàm illum ante hunc vixisse.

CAPUT XLVIII

Pag. 244. lin. 8. *Securitatem publicam...*] Quæ in variis apud Antiquarios nummis occurrit ; uti Erizzum pag. 119. 413. 469. 497. 559. Tristanum Tom. 1. pag. 630. Tom. 2. pag. 469. Patinum pag. 73. Thesauri ; Vaillantium , cujus librum de Coloniis avidè expectamus , aliosque. Apud Ammianum Marcell. 14. 6. etiam memoratur *Pompiliani securitas temporis.*

Lin. 9. *In tractatu haberemus...*] Id est, consultaremus , & deliberaremus. Vide hùc pertinentia in Glossario sæpiùs laudato.

Lin. 12. *Quod quidem divinitas...*] Scribendum puto , *quo quicquid divinitatis in sede cœlesti.* Vide Columbi , viri doctissimi , Notas. Et ita loquebantur Gentiles , quia quid propriè esset summum numen , quis Deus , dubitabant , atque inter sese disputabant.

Pag. 245. lin. 15. *Pro quiete temporis...*] Ut sub imperio meo quies & pax sit ; mox : *Quò etiam in hoc per clementiam nostram quieti publica consulatur.* In nummo Maximiani Herculii apud Tristan. Tom. 3. pag. 372. conspicitur dea , unâ manu rudem , alterâ spicas tenens ; & QUIES. AUG. illoque emblemate denotatur proculdubiò , quietem , seu pacem abundantiæ & annonæ causam esse. Amm. Marcell. 19. 11. *Et* QUIETEM *colentes tanquàm salutarem deam , Tributariorum onera subirent* , ubi potest videri Valesius.

Pag. 246. lin. 6. *Vicarium postulent...*] Nomen hoc generale est , adeò ut pro certo affirmari non possit , quod munus Vicarius hic gesserit. Sed tamen eum erraturum neutiquàm puto , qui Maximinum designare existimet quemcunque in suâ provinciâ Vicarium. Sic in partibus Orientis fuere Vicarii quatuor, Asianæ diœceseos , Ponticæ , Thraciarum , Macedoniæ, de quibus , ut & aliis aliarum provinciarum Vicariis , videri potest Notitia Imperii. In Inscriptionibus à Reinesio editis memoratur *Flavius Rufus Sabinus Volusianus Vicarius Asia* , & *Virius Nicomachus Flavianus Vicarius Africa* ; atque in libello Precum Faustini , pag. 14. occurrit *Vicarius Hispania.* In genere autem *Vicarius* vocatur , qui alterius vicem gerit , vel alteri servit ; ita *servus vicarius* , teste Ulpiano , servit servo ordinario. VICARIUS SUPRA COCOS in Inscript 12. DLXXX. qui coquis præest loco illius , qui in eos imperium habebat ; & *Vicarii* nostri id nomen habent respectu Præfectorum Prætorio , vel Præsidum , quorum vicem administrabant : undè Sextilius Agesilaus Ædesius in lapide antiquo vocatur VICARIUS PRAEFECTURAE PER HISPANIAS ; & cap. XVI. Lactantius memorat *Hieroclem ex Vicario Præsidem* , qui malè à Gallis redditur *Præsident.*

Lin. 10. *Ad jus corporis eorum...*] Hæc sunt *bona Ecclesiastica ;* & locus hic clarè evincit , ante Constantini Magni Legem Ecclesias Christianorum bona , ut vocant , immobilia possedisse. Julianus id prohibuit ; uti testatur Ado in Martyrol. pag. 108. illique certè adstipulati fuissent Faustinus & Marcellinus , quia in libello Precum pag. 21. ita loquuntur : *Sed ideò nominis istius etiam cum*

omni dedecore querebatur auctoritas, ne illis poſſeſſiones Eccleſia tollerentur; quas utinàm nunquàm poſſedisſet Eccleſia, ut Apoſtolico more vivens fidem integram inviolabiliter poſſideret.

www.libtool.com.cn

Ibid. *Jus corporis eorum ...*] Edictum hoc Maximini permittit unicuique deum colere quemcunque vellet; cùmque ſinguli ferè Gentilium dii haberent ſibi devotos homines in unum corpus redactos, hinc ſimiliter de Chriſtianis loquitur, quippè qui Numini Majeſtatique D. N. J. C. erant devoti. In lapidibus vetuſtis occurrit COLLEGIUM AESCULAPII, ET HYGIAE NAUCLERUS, QUI ERAT IN COLLEG. SERAPYS, COLLEG. FABRUM VENERIS; de quibus alibi dabitur propediem diſſerendi locus. Atque uti hæc corpora arcas ſuas & agros, undè ſumptus faciebant, habebant: ita etiam Chriſtiani bona ſua poſſidebant; qui tamen omnes reditus omneſque eleemoſynas in pauperes erogabant, nec iis otioſos ventres alebant.

Lin. 19. *Beatitudine publicâ ...*] Et hæc vox ſolennis, atque adeò in ipſis nummis obvia eſt, ac notat tranquillum & felicem Reipublicæ ſtatum. *Beatiſſimum ſæculum* dixit Tacit. c. 3. Agric; *Beatiſſimos Cæſares* Nazarius cap. 1. & ultimo; *Beatiſſimam victoriam* cap. 32. & *beatitudinem urbis* cap. 33. Panegyrici.

Lin. 21. *Prolato programmate tuo ...*] Significat, Præſidem provinciæ ſcripto publicè propoſito ſignificare debere, ſe tale Edictum ab Imperatoribus accepiſſe, juſſumque eſſe, ut iſtud affigeret. Locus hic certè mihi obſervandus eſſe videtur, quia nos docet, Imperatorum Edicta in provinciis non fuiſſe propoſita, niſi ſimul teſtarentur Præſides, ejuſmodi Edicta ab Imperatoribus ad ſeſe miſſa eſſe; idque factu neceſſarium fuit, ut arcerentur ſuppoſititia Edicta, quibus provinciales ad res novas incitari à turbulentis hominibus potuiſſent.

CAPUT XLIX.

Pag. 247. lin. 1. *Sequenti autem Licinio ...*] Putaveram, ſcribendum eſſe *ſequente*: ſed nunc arbitror, Maximinum *conceſſiſſe ſequenti Licinio*, id eſt, eum non expectaſſe, ſed fugiſſe, ſimul ac Licinium venire & appropinquare cum exercitu cognovit. Cicero 1. de Orat. *Quibus ego, ut de his omnibus rebus diſſeram, cùm conceſſero, illud tamen Oratori tribuam & dabo;* qui locus, ſi loquendi formam ſpectes, planè ſimilis huic Lactantii.

Lin. 3. *Deorsùm perrumpentibus omnia victoribus ...*] Maximinus, poſt cæſas inter Heracleam & Hadrianopolim copias, aufugit primò Nicomediam, indè in Cappadociam, teſte Lactantio c. 47. Quò cùm eum ſequeretur Licinius, Tauri montis *anguſtias* occupat; & quia montes ejuſmodi ubique non ſunt pervii, crediderim facilè, certum locum deſignari, & quidem per quem adiri poterat Cilicia, cùm Tarſum Maximinus fugiſſe dicatur. Apud Liv. 35. 13. Antiochum legimus *Antiochiam ſe recepiſſe per Ciliciam Tauro monte ſuperato.* Alexander apud Juſtin. 11. 8. *timens anguſtias* magnâ celeritate Taurum tranſcendit, & Tarſum pervenit; eaſque anguſtias optimè deſcribit Curtius 3. 4. ex quo inſuper diſcimus, Alexandrum etiam ex Cappadociâ Ciliciam petiiſſe, & illas *pylas*, ſive *portas* (id quod & aliis exemplis firmari poſſet) fuiſſe appellatas. Licinius autem aliud iter tenuit, & verſus Pamphyliam Taurum ſuperavit: undè metuens Maximinus, ne fugâ excluderetur, Tarſum ſe contulit, *Orienti* ſcilicet & *Ægypto* propior futurus.

Lin. 8. *Ut ſolent hi, qui hoc ultimò ſe facere arbitrantur ...*] Ita certè in prælium ruere voluerunt Numantini; cùmque id facere non poſſent, ſeſe ipſi occiderunt, Flor. 2. 18. Juba magnificè epulatus, ſuper menſas & pocula Petrejo ſe interficiendum dedit, 4. 2. & Cantabrorum nonnulli, poſtquàm extrema vident, certatim igne, ferro, inter epulas, venenoque præcepere mortem, 4. 11. Quin & hominibus ſententiâ judicis damnatis, quò fortè reſpicit Lactantius, & gladiatoribus, dabatur ultima cœna *miſcellanea*, ut varietate ciborum ſeſe replerent, benèque poti formidinem mortis abjicerent. Juven. Sat. 11. *Sic veniunt ad miſcellanea ludi;* ubi Commentator: *Miſcellanea, cibi gladiatorum, id eſt, ultima cœna;* additque rationem: *Ideò miſcellanea, quia omnia, quæ apponuntur eis, miſcent, ſic manducant;* quam Poëtæ interpretationem licèt alii, nec fortè immeritò, improbent, & licèt non veroſimile ſit omnes gladiatorum cibos in cœnâ, quam ultimam eſſe putabant, miſtos fuiſſe, potiùſque varietate ciborum repleti ſint, tamen Scholiaſtes morem illum videtur nobis conſervare. Apud Athenienſes damnatis, vel qui ἐπὶ θάνατον, *ad mortem* ducebantur, licebat ſe cibo vinoque replere, οἷς καὶ οἶνον παρεῖχον, teſte Suidâ in v. ἔνιοι τὰ τελεῖα, & Append. Vatic. Cent. 1. Prov. 75. Et *beſtiariis*, vel ad beſtias damnatis, datam fuiſſe *cœnam liberam*, eoſque, pridiè antequàm pugnarent, lautiſſimè cœnare conſue-

Digitized by Google

visse, patet ex Passione SS. Perpètuæ & Felicitatis, necnon ex iis, quæ in Præfatione monet Henr. Valesius, vir celeberrimus. Quin & hùc videtur pertinere *militare prandium, dictum ab eo, quòd milites ad bellum*, id est, prælium, *pararet*, teste Pollione in Gallienis.

Pag. 248. lin. 3. *Candidatis ministris . . .*] Lego, *cum candidatis*. In aliis alioquin loquendi formulis, illius ætatis Scriptoribus omittitur hæc particula. Ammianus Marcell. 15. 4. *congredi barbaris* dixit, utì doceo ad cap. 18. Sed quia Ammiani mentio, nonne apud eumdem 15. 7. *ad damnandum*, pro *ad amandum* scribendum est? *In disceptando justissimus, naturâ benevolus, licèt auctoritatis causâ servanda acer quibusdam videbatur & inclinatus ad amandum.* Mihi certè illud videtur, quia *acer* & *amor* non benè hîc conveniunt; & ex eodem capite constat, Leontium absque moris homines damnasse; hancque emendationem necessariam & veram judicabat clarissimus Columbus.

Ibid. *Candidatis ministris . . .*] Ita scilicet fideles in Apocalypsi, alibique, idque optimo merito vestiuntur, ad indicandam vitæ puritatem atque integritatem. Prudent. Hym. 2. περὶ στφ. v. 67.

Christus illic candidatis præsidet cohortibus,
Et throno regnans ab alto damnat infames deos.

Lin. 6. *Christum subindè deprecans . . . .*] Idem tradit Euseb. 9. 10. extremo. Insigne autem hoc exemplum nos docet, conscientiam sævissimorum etiam Persecutorum tantùm valere, ut ipsos illa reos faciat. Hùc pertinet Maximinum, postquàm victus esset à Licinio, libertatem Christianis concessisse edicto, quod ex Latinâ linguâ in Græcam translatum conservavit Eusebius loco laudato, cujusque etiam meminit Haymo lib. 8. c. 3. Hist. Eccl. Sed mirum hujus rei memoriam nullam Lactantium conservasse.

Lin. 8. *Detestabili genere mortis efflavit . . .*] Eum αἰσχίστῳ θανάτῳ obiisse scribit Eusebius 9. 9. & Auctor Epitomes Victoris, *simplici morte*: quod planè cum Lactantio & Eusebio pugnat. *Simplex mors* iis tribuitur, qui absque tormentis gravibusque cruciatibus neci dantur, utì patet ex Suet. Cæs. c. 74. Undè Prudent. Hym. 10. περὶ στφ. V. 877.

Temptemus igitur antè partem quampiam
Truncare ferro corporis superstitis,
Ne morte simplâ criminosus multiplex
Cadat, vel unâ perfidus cade obpetat;
Quot membra gestat, tot modis pereat volo.

Sed Maximinus gravissimos dolores, licèt ab alio non illatos, perpessus est; putoque auctorem illum *mortem simplicem* opponere illi, quâ quis ab alio tollitur, & idem hoc esse, ac si dixisset, non strangulatus, non capite truncatus est, verùm suâ morte obiit, utcunque illa fuerit cruciatibus plena. Victorem sequitur P. Diaconus, imò tam fideliter illud facit, ut etiam ipsius exemplo sævissimum hunc hominem laudet, eumque scribat fuisse, *ortu quidem atque instituto pastorali, verùm sapientissimi cujusque ac litterarum cultorem, ingenio quieto, avidiorem vini, quo ebrius quadam corruptâ mente aspera jubebat; quod cùm pigeret factum, differri qua præcepisset in tempus sobrium ac matutinum statuisse.* Sed alia longè nos Lactantius docet; & pati possum religionis gentilis hominem laudare illius religionis propugnatorem fortissimum: sed talia nequaquàm Christiano condonanda sunt; & fortè Victor eum *cultorem sapientissimi cujusque ac litterarum* vocat, quia Ethnicis Philosophis & Sacerdotibus, quos Christianis longè sapientiores esse judicabat, favebat, eosque colebat.

Ibid. *Efflavit . . .*] Sepultus fuit in Ciliciâ, & prope eum casu conditum fuisse infensissimum Christi hostem Julianum, memoriæ mandat Philostratus 8. 1.

CAPUT L.

Pag. 248. lin. 3. *Valerium . . .*] Quis hic fuerit, ne divinando quidem assequi possum, cùm nemo alius ejus faciat mentionem: id quod etiam rectè observavit Baluzius. Nec puto hùc quicquam pertinere, quod post narratam Maximini mortem scribit P. Diaconus lib. 11. *Valens interèa in Oriente ab exercitu Imperator appellatus, ab eodem Licinio morte multatur. Deindè Alexander, qui apud Carthaginem Imperator est factus, à Constantini exercitu jugulatur.* Nam licèt *Valens* posset simul appellatus fuisse *Valerius*, tamen ille huic tempori non convenit; & plusquàm semel auctor iste in his narrandis humani aliquid patitur. Nam Valens eodem tempore neci non fuit datus: sed à Licinio, post cladem ad Cibalim per Constantinum acceptam, Cæsar est creatus, & occisus postulante Constantino, cùm pacem eidem daret, utì ex Victore & Paulo Diacono docet Tristanus T. 3. p. 472. qui tamen non satis cautè ex iisdem auctoribus notat, Valentem rebellasse contra Galerium Maximianum. Est enim hoc à veritate alienum; & Galerius Maximianus jam diem suum obierat, cùm

Digitized by Google

Valens à volente Maximino *Cæsar* est creatus, uti ex Excerptis Valesianis constat, licèt Victor & P. Diaconus eum *Imperatorem* appellent. Quod sequitur, *Alexandrum à Constantini exercitu jugulatum esse*, etiam fidei historiæ repugnat. Nam victus ille fuit à Maxentio per Præfectum Prætorii Volusianum & Zenam, uti videre licet apud Zos. 2. 14. adeò ut hi duo nihil commune cum *Valerio* nostro habeant; quem nusquàm inveniri arbitror, quemque solùm cognoscere possumus Metamorphoseos Ovidianæ remedio. Ut enim ille canit Iphidem virginem in marem esse mutatam ope Isidis: ita suspicio mihi nonnunquàm oborta est, *Valerium* in *Valeriam* ope Critices mutandum esse. Mirum hoc proculdubiò aliis videbitur, quia cap. sequente Lactantius Valeriæ mortem pluribus enarrat. Facit id, fateor, Lactantius: sed puto eum eadem illo capite, & in principio rerum quas post victum Maximinum aggressus est Licinius, obiter narrare; nihilque tam ardenter ille desideravit, quàm ut posset *Valeriam* è medio tollere. Nec video cui *iratus* potuerit fuisse, nisi Valeriæ, quæ ipsum spreverat, uti patet ex cap. 39. cuique ob injuriam illam infestus absque dubio erat. Atque hinc est ut suspicatus nonnunquàm sim, scribendum hoc loco esse, *in primis Valeriam, quam Maximinus* ... & conveniunt admodùm sequentia, quia narrat, *Valeriam Candidianum adoptasse*. Atque ut mox *Candidiani* mortem in specie describit, quem dixerat necatum fuisse: ita etiam capite 51. Valeriæ matrisque ipsius Priscæ interitum enarrat, licèt illæ cum Candidiano interfectæ non fuerint statim post obitum Maximini. Hæc commentatus fueram, cùm animadverti eruditos Anglos ita etiam hunc locum emendasse; quos à me antè inspectos non fuisse, liquidò testor.

Pag. 249. lin. 3. *Et in honore haberi videbatur* ...] Quippe qui filius esset Galerii Maximiani ex concubinâ susceptus, & adoptatus ab uxore ejus legitimâ Valeriâ, filiâ Diocletiani: quæ omnes res certè animos ipsi addere poterant. Undè cùm Nicomediæ, quæ sedes Imperatorum erat, sese efferret altiùs & supra privatum, jussu Licinii occisus est; quia in suspicionem, ut reor, veniebat rerum novarum, & de purpurâ sumendâ cogitabat fortè; id quod mox objectum fuisse legimus Severiano, Severi filio.

Lin. 9. *Præ Valeriâ, quæ volens Licinio in omnes Maximiani hæreditates jure suo cedere, idem Maximino negaverat* ...] Locus admodum intricatus; nam si Valeria voluit Licinio cedere in omnes Maximiani hæreditates, nequaquàm verisimile est, illam cum matre suâ eum relicturam, & se crediturum Maximino, mariti sui si non inimico, at certè non amico, uti patet ex cap. 39. Certè, hæc non cohærent; & locum depravatum esse propterea existimo. Licinium narrat Lactantius omnes, quos memorat, tanquàm malum metuisse, seque tutiores credidisse fore cum Maximino: sed excipit Valeriam, matremque ejus Priscam, quæ Licinium exemplo aliorum relinquentes, noluerunt etiam esse cum Maximino, cui tamen reliqui sese credebant. Puto igitur scripsisse Lactantium, *quæ nolens Licinio* ... & sic optimè quadrabit sequens, *idem Maximino negaverat*; quod certè verum non foret, si illa Licinio omnia dare voluisset. Noluit igitur Valeria Galerii Maximiani mariti sui hæreditates Licinio cedere; quem persuasus sum eam ante ductam Constantini sororem in uxorem petiisse, quia tam significanter Lactantius dixit antè, eam *putasse sese tutiùs moraturam apud Maximinum, quia uxorem habebat*. Et hanc meam sententiam firmat mirum quantùm ipse capite sequente, ubi scribit, *pudicitiam & conditionem ipsis exitio fuisse*; id est, periisse, quòd Prisca erat Diocletiani conjux, Valeria eorum filia, & Galerii Maximiani uxor; quòdque hæc Imperatoris vidua noluerit vel Licinio, vel Maximino nubere, & absque more, ac absque exemplo ad secundas nuptias transire. Laudat igitur illustrissimas fœminas à pudicitiâ Lactantius, ut licèt eas *pœnas dedisse* dicat, tamen videatur tam acerbum casum miserari: *Ducta igitur mulieres cum ingenti spectaculo & miseratione tanti casûs ad supplicium, & amputatis capitibus, corpora earum in mare abjecta sunt*, cap. 51. Nullibi certè eas carpit, vel leviter indicat, Diocletianum vel Galerium Maximianum ad persequendos Christianos ab illis incitatos fuisse; id quod tamen non obliviscitur annotare de Romulâ Galerii Maximiani matre, cap. 11. quomodò etiam Maximini uxorem propter mersas Oronte castas fœminas hoc capite perstringit. Quin & ab impiis & persecutoribus eas separat; nam cùm cap. 50. narrasset, *omnes impios vero & justo Dei judicio recepisse eadem, quæ fecerant*, mox capite sequente Valeriæ, nec non matris ipsius Priscæ mortem describit. Quid igitur? Prisca & Valeria vel Christianæ fuerunt, vel iis faverunt; utque illud sentiam, facit ipse Lactantius cap. 15. ubi ita loquitur:

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Furebat ergò Imperator (Diocletianus) *jam non in Domesticos tantùm, sed in omnes; & primam omnium filiam Valeriam, conjugemque Priscam* SACRIFICIO POLLUI COEGIT. Neque enim Diocletianus eas coëgisset sacrificare, nec Lactantius scripsisset easdem sacrificio pollutas fuisse, nisi Christianæ fuissent, vel in eam suspicionem apud Imperatorem incidissent, licèt apertè eorum placita amplecti non auderent. Gentilis enim non cogitur ad sacrificium; nec talis propriè sacrificio pollui potest dici, verùm quidem is, qui Christo nomen dedit, & ad superstitionem ejuratam redit. Sic eodem capite *cogere* usurpatur de Christianis, quos in templa compulsos cogebant sacrificare: *Nec minùs in caterum populum* (à quo scilicet discreverat presbyteros & ministros) *persecutio violenter incubuit. Nam Judices per omnia templa dispersi, universos ad sacrificia cogebant.* Et Prudentius Hym. περὶ στεφ. 2. v. 367. canit, Judæam plebem *inquinatam fuisse aureo bove*; & notius est, quàm ut probari debeat, ad amplectendam gentilem religionem nihil aliud necesse fuisse facere, quàm diis sacrificare, & aris thus injicere. Hæc mea opinio firmatur variis Actis & Historiis, quæ apud Baronium, Tristanum, aliosque, uxorem Diocletiani faciunt Christianam, licèt verum ejus nomen ipsis latuerit, & multa tradant quæ à veritate aliena sunt; id quod etiam observat Baluzius. Sed si Christianæ fuerunt, quid tandem causæ est, cur illud non tradat Lactantius claris verbis, cùm contrà Martyrologia a. d. XVII. Cal. Sept. narrent *Serenam* (id nomen dant Diocletiani uxori) martyrem obiisse. Martyrium, ut verum fatear, mihi videtur reliquis Martyrologiorum erroribus adscribendum esse; nec verosimile est Lactantium illud præteriturum, si tam illustres fœminæ propter Christum capite fuissent punitæ. Quin & illud planè rejicit sacrificium idolis oblatum; quod licèt coactæ fecerint, posteà ad bonas mentes fortè redierint, crimenque illud lacrymis, vitâ pudicâ, & verâ pœnitentiâ deleverint, tamen ut Christianæ occisæ non sunt, quia Licinius libertatem Christianis edicto dederat, & nondùm animum induxerat innoxiam lacerare gentem. Nam scriptus hic libellus fuit, antequàm bellum inter Constantinum & Licinium oriretur, cùm pace frueretur Ecclesia & tranquillitate; uti ex fine ejus clarissimè patet; nec non ex initio, ubi narrat Deum *excitasse Principes, qui tyrannorum nefaria & cruenta imperia rescinderunt*; id est, Constantinum & Licinium. Hæc ita commentatus fueram, cùm posteà in mentem mihi venit verba, quibus tradit Valeriam & Priscam sacrificio pollutas esse, posse à Lactantio ut Christiano dici, & *cogi* eo sensu usurpari, ut cap. eodem *ad sacrificia cogebant*; quanquàm, ut verum fatear, hæ voces vim repugnantibus adlatam esse designent: *Nam judices per omnia templa dispersi, universos ad sacrificia cogebant.*

Lin. 13. *Sed priùs mater eorum in Orientem præcipitata est . . .*] Quæ mea hoc de loco sit sententia, vide sis, Lector, in notis Columbi; quæ ibi relinquenda esse censui, quia commodè hùc transferri non potuerunt. Ne tamen planè sterilis sim eo in loco, ubi celebris fluvii mentio occurrit, medicinam conabor facere Josepho fluminis Sabbatii mentionem facienti, lib. 7. Excidii cap. 24. Ρ῾ῆι μὲν γὰρ μέσον Ἀρχαίας τῆς Ἀγρίππα βασιλείας καὶ Ρ῾αφαναίας. ἔχει δὲ θαυμαστὴν ἰδιότητα. πολὺς γὰρ ὢν ὅτε ῥεῖ, καὶ κατὰ τὴν φορὰν ὁ χολαῖος, ἕπεται δὲ πᾶς ὁπόσῳ τῶν πηγῶν ἐπιλείπων, ἐξ ἡμισείου ἀριθμὸν, ξηρὸν παραδίδωσιν ἐρᾶν τὸν τόπον, εἶθ᾽ ὥσπερ ὑδρίας γενομένης μεταβολῆς, ὅμοιος κατὰ τὴν ἑβδόμην ἀναδίδωσι, καὶ ταύτην δὴ τὴν τάξιν ἀκριβῶς τετήρηται διαφυλάττων· ὅθεν δὴ καὶ Σαββατικὸν αὐτὸν μεκλήκασιν, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τῶν Ἑβδαίων ἑβδόμης, ὅπως ὀνομάσαντες; id est, interprete Ruffino: *Is fluit medius inter Arcas & Raphanaas Agrippæ regni civitates. Habet autem quoddam peculiare miraculum. Nam cùm sit, quandò fluit, plurimus, neque meatu segnis, tamen interpositis sex diebus à fontibus deficiens, siccum exhibet locum videre. Deindè quasi nullâ mutatione factâ, septimo die similis exoritur; atque hunc ordinem eum semper observare pro certo compertum est. Undè etiam Sabbaticus appellatus est, à sacro Judæorum septimo die sic denominatus.* Locus reverà intricatus, &, ex sententiâ Casauboni, jam ante Russinum corruptus, quia omnes Rabbini Josepho adversantur, & *Sabbaticum* fluvium dici contendunt, non quòd undas septimo exoneret, sed quòd eo quiescat die; quod & facit Plinius 31. 11. Hist. Naturalis: *In Judæâ rivus Sabbatis omnibus siccatur.* Spizelius in Dissertat. de Israëlitis Americ. arbitratur, fluvium illum nomen Sabbatici juxta Josephum non exindè accepisse, quòd quâvis septimâ die quiescat, sed quòd singulis Sabbatis insigni quâdam mutatione gaudeat. Manasse Ben Israël ita verborum sensum invertit, ut Plinio per omnia respondeat; Isaacus vero Casaubonus paucorum verborum trajectione, & nonnullorum omissione, corruptum restituit in Exerc. adv. Ba-

ronium. Verùm ego nulla verba omissa esse persuasus sum; & ita restituebam illa: ὁ χολαῖος ἐξ ἡμερῶν ἑπτὰ: ἵνα τοῦτο δὲ πᾶς ὁ τῶν Ἰουδαίων ἐπιλείπων, ξηρὸν παρεδίδου ἁρᾶν τὸν πόντον. διὸ ὕδατος ἐνδιαμένης μεταβολῆς, ὅμοιος κατὰ (l. μετὰ) τὴν ἑβδόμην ἀνέδυσεν: id est, *feraturque impetu non leni per spatium sex dierum: indè totus ab ipsis fontibus deficiens, siccum prabet spectandum alveum; & hinc, quasi nulla facta esset mutatio, similis post septimum diem erumpit.* Nam dum scribit, fluvium Sabbaticum post sextum diem siccum fuisse, & post septimum, similem, ut ante septimum diem illum, erupisse, satis clarè docet, eum omnibus Sabbatis quievisse & siccum fuisse. Sed eruditi judicent, qui nobis jamdiù Josephum promiserunt emendatiorem longè.

www.libtool.com.cn

CAPUT LI.

Pag. 249. lin. 1. *Valeria quoque per varias provincias quindecim mensibus plebeio cultu pervagata...*] Videndum est, undè hujus vagationis epocha repetenda sit. Licinius an. Chr. 313. Kal. Maji vicit Maximinum, à quo tempore si errores Valeriæ computamus, necesse est illam occisam esse mense Junio vel Julio an. 314. Quòd si verò eos numerare incipimus ab eo tempore, quo in exilium missa est à Maximino anno 312. sequitur eam haud multò post victum Maximinum neci fuisse datam; quod certè à ratione alienum non est, quia *imprimis Valeriam*, si conjectura mea vera, *necare* cupiebat Licinius; & quia etiam Lactantius c. 39. disertè tradit, Maximinum ipsam *cum matre in exilium relegasse, nec in locum certum, sed hùc atque illùc præcipitem cum ludibrio exturbasse:* quod infortunium dum illa subire cogitur, certè non nisi plebeium cultum induta fuit: quanquàm non diffitear, τὸ *pervagata* videri significare, eam non jussu Imperatoris, sed suâ sponte, & ad evitandos persecutores, modò in hanc, modò in aliam provinciam, sese transtulisse. Quòd si libellus hic in lucem editus est statim post victum Maximinum, & ante bellum quod anno 314. inter Constantinum & Licinium ortum est, commodè fuga hæc à Maximini decreto repeti potest. Illo bello victus fuit Licinius VIII. Id. Oct ejusdem anni, pacemque obtinet tradito Illyrico, & anno demùm 319. ad deos redit; vel potiùs se semper gentilem fuisse ostendit, proposito edicto, ne Episcopi haberent concilia, Christianosque persequitur. Quòd si quis existimet, post primum quod inter Constantinum & Licinium fuit bellum, hunc librum à Lactantio editum esse, videbit ille facili operâ, ejus natales adscribi debere tempori, quod inter annos 314. & 319. intercedit. Nam pace fruebatur Ecclesia, cùm hæc memoriæ mandarentur.

Lin. 3. *Pœnas dedit...*] Non opinor Lactantium velle significare, eas ut noxias punitas esse, sed tantùm morte periisse violentâ.

CAPUT LII.

Pag. 250. lin. 1. *Quæ omnia, &c.*] Hæc erunt planissima, si distinguas, *Quæ omnia (secundùm fidem scientium loquor) ita ut gesta sunt mandanda litteris credidi.*

Lin. 9. *Clara per gentes Joviorum & Herculiorum cognomina, quæ primùm à Diocleto & Maximiano insolenter assumta, ac postmodùm ad successores eorum translata, viluerunt?*] Alii igitur post Diocletianum & Maximianum *Jovii* atque *Herculii* cognominati sunt. Sanè Galerius, Maximinus, & Licinius, *Jovii* fuerunt dicti, uti docet Valesius ad Euseb. 9. 9. Histor. Eccles. & Tristanus T. 3. p. 433. qui tamen nummum elegantissimum non satis benè explicat: id quod facit Henr. Norisius, vir doctissimus, in Explicatione Nummi Liciniani, ubi simul docet, Constantium & Constantinum *Herculios* fuisse appellatos; quod etiam memorat Auctor Panegyrici Maximiano & Constantino dicti cap. 8. *Hic est qui nomen, quod accepit à Deo principe generis tui, dedit vobis* (Constantino) *qui se progeniem esse Herculis non adulationibus fabulosis, sed æquatis virtutibus comprobavit.* Atque in Epitome Κεφάλαιον pag. 277. *Maximinus Jovius ἐπιφανέστατος* Καῖσαρ occurrit; & Galerius Maximianus intelligendus est: quomodò vice versâ, *Maximinus* nonnunquàm ab auctoribus nomina hæc confundentibus, vel librariorum vitio, *Maximianus* appellatur.

Lin. 12. *Delevit ea Dominus...*] Rectissimè ita Deus noster vocatur, quippè qui optimo jure omnium rerum Dominus est. Dederunt tamen & Gentiles tam splendidum & tam illustrem titulum Diis Deabusque suis. Apud Gruterum, 6. LXVIII. occurrit ΚΥΡΙΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ; & in nummo apud Harduinum, Θεὸς μέγας Κύριος Σάραπις, uti haud absque ratione deductis litteris legendum esse suspicatur vir eruditus. Solem DOMINUM Latinis, Græcisque Δεσπότην dictum fuisse, docui in Harpocr. pag. 113. & per DOMINUM INVICTUM apud Gruter. II. MLXVI. vel Sol intelligi debet, qui sæpè *Invictus* vocatur, vel Deus, quem Commodia-

Digitized by Google

nus Inſtructione 13. *Invictum* abſolutè appellat, qui *Agdeſtis* erat; cui *robur invictum* tribuit Arnobius, & quem cum Mithrâ vel Sole confundi obſervat Rigaltius: vel denique ita appellatur Deus eo in loco cultus. Nec Deæ caruerunt hoc titulo. Κυρία Ἄρτεμις, *Domina Diana*, occurrit in Inſ. 13. pag. MLXVI. Gruteri; DOMINÆ in aliâ pag. 90. Albæ Juliæ repertâ, per quas fortè *Deæ Matres* deſignantur; & DOMINA HONOR in Inſ. 3. pag. c. quod notandum, quia *Honor* eſt maſculini generis, & is tamen DOMINA (ſi modò nullæ lineæ interierunt) vocatur, quia interdùm inſtar Deæ effingebatur, uti conſtat ex nummo Galbæ, qui inſcribitur HONOS ET VIRTUS. Virgilio lib. 3. Æn. v. 113. non aliter Cybele, vel Deûm mater, vocatur:

Et juncti currum Dominæ ſubiere leones.

Et quanquàm nonnulli apud Servium arbitrentur, Cybelem *leonum dominam* dici, notat tamen idem, eam propriè *dominam* fuiſſe appellatam. *Dominas*, ait, *deas dicunt; ut alibi*:

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Sanè Dominam propriè matrem Deûm dici Varro & cæteri affirmant; nam & ibi Proſerpinam ideò à Virgilio DOMINAM *appellatam, quòd ipſa terra eſſe dicatur, ſicut & mater Deûm*: mox addit, *Hanc eandem* (nempè Cybelen) *Eram appellari, hoc eſt Dominam.* Non aliter canit Germanicus in Arateis:

Dictæi exercent Dominæ famuli Corybantes;

id eſt, famuli Matris Deûm; idemque epitheton Junoni atque Dianæ dat Valerius Flaccus lib. 4. v. 355. & lib. 7. v. 181. Argonaut. Quin & Arcades Deam ſummâ veneratione coluerunt ſimpliciter Δέσποιναν dictam, uti ex Pauſaniæ lib. 8. patet. Interpres pag. 499. eam facit *Proſerpinam*; proculdubiò quia Cereri conjungitur, & quia pag. 516. ejus filia eſſe dicitur: ſed tamen ibi ſimul clarè à Proſerpinâ diſtinguitur, Neptunique & Cereris filia dicitur; & ſcribit inſuper Pauſanias, ſe non audere ἐς τὸν ἀτελεσφόρητον γεγραπται nomen hujus Deæ: quæ certè docent ſatis ſuperque, eam Proſerpinam non fuiſſe. Verùm licèt Gentilium dii ita cognominati ſint, noſter tamen Deus optimo jure Dominus eſt; qui ut eos dejecit & calcavit, ita ſpero eundem tandem reſpecturum populi fidelis atrociſſimas calamitates, & pacem redditurum Eccleſiæ veræ per totum orbem terrarum. Imperatores etiam Romani Domini appellati ſunt, uti eſt notiſſimum; nec illud monerem, niſi viderem Gaſp. Gevartium ad lib. 1. Sylvarum Statii extremum non ſatis benè interpretatum eſſe Claudianum. Nam cùm docuiſſet Domitianum, Trajanum, alioſque, *Dominos* dictos fuiſſe, addit, ſe mirari, Claudianum lib. 3. de Laud. Stiliconis ſignatè ſcribere, Romanos primo omnium *Domini* appellationem Stiliconi tribuiſſe his verbis:

Publica ſed nunquàm tanto ſe gratia fudit
Aſſenſu; quis enim princeps hoc omnibus egit
Obſequiis, ſeſe Dominum, Patremque vocari,
Quod tibi continuis reſonant convexa diebus?
Macte novis Conſul titulis: Mavortia plebes
Te Dominum Bruto non indignante fatetur,
Et quod adhùc nullo potuit terrore coacta
Libertas Romana pati, Stiliconis amori
Detulit. — —

Sed hanc Claudiani mentem fuiſſe vix puto: quin potiùs arbitror eum canere, populum coactum quaſi & invitum ita Principes appellaſſe; id quod certè ſequitur, ſi probabilem admodum Heinſii conjecturam admittimus, *Princeps non omnibus emit Obſequiis*; & eundem populum ſuâ ſponte, atque ex adfectu Stiliconem *Dominum* vocaſſe: vel Stiliconem primum Conſulum fuiſſe, qui *Dominus* à populo nominatus ſit; quod certè firmant ſequentia, quibus docet ipſum reſtitutorem libertatis Brutum id non ægrè laturum, quia ſcilicet Stilico, licèt *Dominus* appellaretur, parentem tamen populi agebat.

Digitized by Google

Ampliſſimo viro PAULO VOET VAN WINSSEN, *Celſis ac præpotentibus Trajectinæ diœceſeos Ordinibus à Secretis,* S. D. GISB. CUPERUS.

www.libtool.com.cn

SI nova Lactantii de Mortibus Perſecutorum editio abſoluta foret, haſce à me haud ferres fortè litteras, vir ampliſſime; nam cùm varii præſtantis eruditionis viri præter Baluzium & me, (id quod vehementem in modum gaudeo) libellum hunc illuſtrare animum induxerint, vix dubito, quin eorum alicui in mentem venerit, quod præcipuum earum caput erit. Pauca verba ſunt, & in quibus primâ fronte vix aliquid obſervatione dignum ſeſe offert: undè & factum eſt, ut cùm Notulas meas digererem, non animadverterim, quod nunc ad te cognoſcendi causâ mitto.

Conſtat igitur, Gentiles coëgiſſe Chriſtianos, ut ſacrificarent diis, nihilque ab iis exegiſſe aliud, quandò eos veræ religioni nuntium remittere cogebant. Plurima Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Paſſionum, Patrumque locâ hoc teſtantur ſatis ſuperque. Notum eſt quod Eulaliæ dictum eſſe canit Prudentius Hymno περὶ στεφ. 3.

Hæc [tormenta] *rogo, quis labor eſt fugere?*
Si modicum ſalis eminulis,
Thuris & exiguum, digitis
Tangere, Virgo, benigna velis,
Pœna gravis procul abfuerit.

Diocletianus apud Lact. cap. x. *Irâ furens, ſacrificare non eos tantùm, qui ſacris miniſtrabant, ſed univerſos, qui erant in palatio juſſit, & in eos, ſi detrectaſſent, animadverti; datiſque ad Præpoſitos litteris, etiam milites cogi ad nefanda ſacrificia, præcepit, ut qui non paruiſſent, militiâ ſolverentur.* Cap. xv. *Furebat ergò Imperator jam non in domeſticos tantùm, ſed in omnes; & primam omnium filiam Valeriam, conjugemque Priſcam ſacrificio pollui coëgit.* Et mox: *Nam judices per omnia templa diſperſi univerſos ad ſacrificia cogebant.* Ultima hæc verba explicare obiter conatus fui ad cap. 1. ſed ut illa non damno planè, ita aliquid majus & annotatione dignius in iis videtur reconditum eſſe. Nam exiſtimo, Chriſtianos tam acerbâ perſecutione preſſos unà cum Gentilibus deorum templa frequentaſſe, non ut eos adorarent, iis ſacrificarent, vel aliquâ re honorem mentitis numinibus haberent: ſed ad evitanda tormenta & pœnas, quæ parata continuò erant iis, qui Chriſtiani habebantur, Chriſtoque ejurato, diis ſacrificare nolebant. Diocletianus certior factus, quid rerum gereretur, jubet, omnes, qui in templis reperiebantur, ſacrificare, id quod nequaquàm neceſſe erat ſtatuere, ſi nulli alii, quàm Gentiles templa adibant; atque eâ viâ factum eſt, ut Chriſtiani, qui cruciatus effugere conabantur, detegerentur: undè & mox ſequitur: *Pleni carceres erant, tormentorum genera inaudita excogitabantur.* Et proculdubiò Chriſtiani perſuaſum habuerunt, ſibi illud licuiſſe facere ad evitandam perſecutionem, & tamen fidem Chriſto datam ſe poſſe ſervare; quia nequaquàm conſilium illis erat templa intrantibus idola colendi. Non jam dicam, Nicolaïtas *multa docuiſſe abſque diſcretione facere, & immolata idolis veſci, & in templis eſſe, & publicè omnia communiter agere*, quemadmodùm loquitur Auctor Indiculi de Hæreſibus Judæorum, qui vulgò Hieronymo tribuitur: ſed videor animadvertiſſe, Veteres diſtinxiſſe eos, qui templa idolorum colendorum causâ adibant, ab iis, qui eo animo eadem non frequentabant. Can. 1. Concil. Eliberitani ita ſe habet: *Placuit inter eos, qui poſt fidem Baptiſmi ſalutaris, adultâ ætate, ad templum idololatrum acceſſerit, & fecerit, quod eſt crimen principale, quia eſt ſummum ſcelus, placuit nec in fine eum communionem accipere.* Diſtinguuntur enim Chriſtiani, quí templa adeunt animo idola adorandi, & qui illud faciebant, & ſacrificabant; quod utrumque cùm Chriſtiani, qui ſeſe à perſecutionibus liberare conabantur, non fecerint, videor haud immeritò affirmare, eos nihil cum aliis commune habuiſſe, nec de illis loqui Canonem Concilii. Sic Canone III. diſtinguuntur Flamines, qui munera, quæ in honorem deorum celebrabantur, dederint tantùm, & qui ſacrificaverint ſimul: *Item Flamines, qui non immolaverint, ſed munus tantùm dederint, eò quòd ſe à funeſtis abſtinuerint ſacrificiis, placuit in fine eis præſtari communionem;* & Can. LV. *Sacerdotes, qui tantùm coronam portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid ad idola præſtant, placuit poſt biennium accipere communionem.* Et exemplum elegans eſt apud Cyprianum Ep. XXI. ubi *Candidam* AECUSAM, ut Ceſtrienſis reſcribit, vocat, *quia pro ſe dona numeravit, ne ſacrificaret.*

Sed

Digitized by Google

Sed tantùm ascendisse videtur usque ad Tria fata, vel *Dryphacta*, (utì rectè rescribendum censet J. F. Gronovius, præclaræ vir eruditionis, cap. XIV. Obs. in Scriptores Eccles.) *& indè descendisse*: ad *Dryphacta*, scilicet, ubi coram Præside sacrificare cogebantur Christiani, quòque licèt ascenderit Candida, excusatur tamen à Cypriano, quia sacrificio sese non polluit. Et quanquàm à peccato, meâ ex sententiâ, nequaquàm immunes sint, qui eam ob causam Gentilium templa intrant, aliquo tamen modo excusari posse videntur, quia id non faciebant animo idola colendi. Sic Canon XLI. Concilii laudati permittit, ut fideles idola in domibus suis habere possint. *Admoneri placuit fideles, ut in quantum possunt, prohibeant, ne idola in domibus suis habeant: si verò vim metuunt servorum, vel se ipsos puros conservent; si non fecerint, alieni ab Ecclesiâ habeantur.* Nec absque ratione est, quod notat Albaspinæus, verba ista haud dubitanter astruere, Concilium illud difficillimis persecutionum temporibus, atque adeò ante Constantinum convocatum; nam nominis delationem per servos suos fieri non exhorruissent, si impunitate propositâ potuissent ad arbitrium religionem quamlibet amplecti & tueri. Quemadmodùm igitur domi suæ fideles persecutionis tempore idola habere potuerunt, & permittere, ut servi ea adorarent, ne scilicet ab iis accusarentur: ita videntur persuasum habuisse, sese Gentilium templa frequentare potuisse ad evitandam persecutionem; nec poterant in iis facilè distingui, quia loca erant amplissima, porticibus exornata, aliisque operibus, in quibus ambulare poterant, nihilque earum rerum agere, quas Gentiles facere consueverant colentes numina sua, idque eò magis, quia hi sæpè templa adibant salutaturi tantùm deos, nec semper sacrificabant. Nolo jam disputare num rectè, an secùs fecerint Christiani, aut quàm grave peccatum hoc sit; nec etiam inquirere, quo piaculo teneantur, qui ex nostratibus, videndi tantùm gratiâ, eorum Christianorum templa intrant, in quibus statuæ & simulacra non ornatûs tantùm, sed cultûs etiam gratiâ disposita sunt. Verùm illud facere non possum, quin moneam, Gentiles nihil aliud exegisse à Christianis, quàm ut sacrificarent, nullâ tacti curâ, quo animo homines deos suos colerent. * Horum utnàm exemplum non imitarentur Pontificii, qui sacris suis initiatos esse existimant omnes, quos vi, metu, pœnis, tormentis cogunt eorum participes fieri, cùm Julianus Apostata contraria senserit, vetueritque, *ne qui aliquem Christianorum aut injuriâ afficerent, aut contumeliâ, μηδὲ ἄκοντας πρὸς θυσίαν ἕλκειν, neque invitos ad sacrificandum traherent, sed ut qui suâ sponte ad aras accederent, priùs placarent deos* Ἀποτροπαῖς, *& expiationibus, quæ ipsis usitata sunt, purgarentur.* Nam meliorem partem nostrî, animum & mentem, non corpus sibi poscit Deus. Sed libet hâc occasione Inscriptionem veterem ad partes vocare, ex quâ videor affirmare posse, Judæos persecutionis tempore vel nuntium remisisse religioni suæ, vel etiam ejus evitandæ causâ fecisse nonnulla, undè Gentiles persuasum habere poterant, illos non ampliùs judæos esse. Inter marmora Oxonienſia, num. XXVIII. & apud Reinesium 3. num. LXVIII. exstat Inscriptio, quæ comprehendit eorum nomina, qui pecunias contulerunt ad exornandum, ut videtur, gymnasium Smyrnæ; & inter illos recensentur Judæi, οἱ νυνὶ Ἰουδαῖοι, M. A. id est, ex sententiâ virorum eruditorum, *qui nuper affuere Judæi, minam unam.* Verùm mihi videbatur nonnunquàm, reddi hæc verba debere, *qui quondàm fuerunt Judæi.* Hæc acta sunt Smyrnæ tempore Adriani Imperatoris, quo gravissimam Judæi excitarunt seditionem & rebellionem, duce Barchochebâ, pseudo-Messiâ. Illos vicit Adrianus, tota Judæa vastata, & occisa est miseræ gentis multitudo sine numero; cùmque persecutionem absque dubio passi sint per totum imperium Romanum, fieri potuit facili operâ, ut nonnulli Smyrnensium Deo nuntium remiserint, & Gentilium superstitionem fuerint amplexi, vel argentum ad ornandum Fortunæ fanum contulerint, ut putarent Gentiles, eos in ipsorum castra transivisse, atque ita sese à tormentis liberarent. Nam Judæos haud difficulter talia ex magistrorum suorum sententiâ facere potuisse, patet ex iis, quæ observavit Jacobus Capellus in libros Mosis, pag. 619. & sequentibus. Nec sanè video, cur minam darent in ornatum templi Judæi, *qui nuper affuere*, cùm non sit verosimile, Judæos, qui aliò habitatum concesserant, vel aliò sese contulerant, collaturos aliquid ad ædificandum Smyrnæ templum, vel idem præstaturos, si palàm profiteri auderent sese Judæos esse; cùm immunes nequaquàm ab idololatriâ forent, à quâ gens illa post captivitatem Babylonicam aversò planè fuit animo. Hæc mea de Lactantii loco & Inscriptione veteri sententia, quam si approbaveris, rectè me huic scribendæ Epistolæ horu-

non potest. Neminem cogit. At principes ejus qui non sine causâ gladium portant, rebelles, discordiarum seminatores, contumaces, turbulentos, ut R. P. societati perniciosos, meritis afficiunt pœnis.

* rem ea. Cervis existia Ca; sed

Digitized by Google

lam impendiſſe exiſtimabo : ſin ſecùs eveniat, & me mea fallat conjectura, nihilominùs lætabor me hoc egiſſe, quia dolor, quem ex chariſſimæ uxoris morte repentinâ cepi vix conſolabilem, mitigari videtur, dum tecum colloquor ; atque hæc eadem cauſa non patitur, ut finem litteris imponam : ſed jubet quaſi, ut unam, aut alteram Notam adjiciam, quæ reliquis jungi debent.

Ad Caput IX. pag. 442. b. verſu 43. poſt *legimus*, addo : Atque hùc reſpicit Auguſtinus lib. IV. pag. XXIX. de Civitate Dei, ubi Deum Terminum ridet. » Aliud eſt enim non ceſſiſſe, aliud undè ceſſeras rediſſe. « Quan» quàm etiam poſteà in Orientalibus partibus » Hadriani voluntate mutati ſunt termini Im» perii Romani. Ille namque tres provincias » nobiles, Armeniam, Meſopotamiam, Aſ» ſyriam Perſarum conceſſit imperio, ut » Deus ille Terminus, qui Romanos termi» nos ſecundùm iſtos tuebatur, & per illud » pulcherrimum auſpicium loco non ceſſerat » Jovi, plus Hadrianum Regem hominum, » quàm Regem Deorum timuiſſe videatur. » Receptis quoque alio tempore provinciis » memoratis, noſtrâ penè memoriâ, retror» sùs Terminus ceſſit, quandò Julianus deo» rum illorum oraculis deditus, immodera» to auſu, naves juſſit incendi, quibus ali» monia portabatur, &c.

Ad Cap. XVIII. noto, Veteres dixiſſe, *certare alicui*, & ſimilia ; atque hanc loquendi formam obſervo etiam in Inſcrip. CCCXXXIX. Gruteri :

CERTASTI. MVLTIS. NVLLVM. PAVPER. TIMVISTI.

INVIDIAM. PASSVS. SEMPER. FORTIS. TACVISTI.

Et apud Apul. l. 4. pag. 143. *Cùm viderem canes & modo magnos, & numero multos, & urſis ac leonibus ad pugnandum idoneos.*

Ad cap. XXXIII. annotavi, *odoritatem, prioritatem, &c.* inveniri, quibus adde *indulgitatem*. Junius Philargyr ad 2. Georgic. *Novè indulgentia dixit. Veteres enim* indulgitatem *dicebant, ut Calius in* VII. *Conſuetudine uxoris indulgitate liberum.*

Ad Cap. XXXVI. p. 483. b. lin. 36. poſt *ad Hiſt. Aug.* adde : Ita Iſidis Sacerdotum primus vocatur *ſummus*, vel *primarius*, vel *præcipuus Sacerdos*, Apulejo lib. 11. pag. 264. 266. & 267. Ed. Flm.

Ad Cap. XL. obſervo, quo ſenſu homines, vel animalia dicantur *famuli & θεράποντες deorum*. Pſyche apud Apul. lib. 5. Metam. eamdem ob cauſam Cererem rogat *per famulorum draconum pinnata curricula* ; & Plato ſeſe vocare ſolebat πῶς κύκνους ὁμόδουλον, teſte Olympiodoro in ejus Vitâ, quia cygni in tutelâ Apollinis, vel ipſi dicati erant, ipſeque genitus putabatur eo Deo. Præterea ſacrati diis, vel eorum ſacris initiati *famuli* dicebantur. Apul. lib. 11. *Prohinc me quoque peti magno etiam Deo famulum ſentire deberem, & ſervire iiſdem* ; idem : *Teque jam nunc obſequio religionis noſtræ dedica, & miniſterii jugum ſubi voluntarium ; nam cùm cœperis dea* SERVIRE, *tunc magis ſenties fructum tuæ libertatis.* In Inſcript. 12. CCCXVIII. FAMULA BACCHI occurrit ; & Auguſtino lib. 4. cap. 10. de Civitate Dei, Veſtales Virgines dicuntur *ancillæ Veſtæ*, quod mirificè Lactantio convenit. Strabo lib. XII. 1. 557. ſcribit Ameriæ Templum Μηνὸς fuiſſe, πολλοὺς ἱεροδούλους habens ; & pag. 577. Antiochiæ ad Piſidiam ἱερούντων Μηνὸς Ἀρχαίου πλῆθος ἔχουσαν ἱεροδούλων, id eſt, *ſacerdotium Lunæ, cognomine Arcæi* [alibi Ἀρχαΐδος vocatur, & Salmaſio ad H. A. Ἀρχαΐου] *multitudinem habens Hierodulorum*, ſive *ſacrorum famulorum*, quo nomine ſacerdotes & ſacrati venire poſſunt ; & pag. 559. Strabo ἱεροδούλους & ἱερέας diſtinguit. Verti autem μηνὸς, *Luni*, idque etiam pag. 580. faciendum arbitror ; nec puto, *Menſem* aliquem ab iis populis cultum fuiſſe, ſed deum *Lunum*, qui in nummis Antiochiæ ad Piſidiam, ne quid de aliis urbibus dicam, cernitur, quique etiam in nummo Olbianorum, quorum urbs in Pamphiliâ fuit, equo inſidet. Videri poſſunt quæ pag. 17. Harpocratis noto, ubi *Dioſpolin* voco Armeniæ urbem ; quæ Straboni *Diopolis* dicitur, quod monendum duxi. Atque indè ſimul conſtabit, utique *Menſem* in Antiochenſium nummo, uti exiſtimant Eruditi, non memorari, ſed reſcribi debere *Antiochenſis*, non autem *Menſis* COL. CÆS. ANTIOCH. id quod obiter in Harpocrate monui, & etiam placet Harduino in Antirrhetico. Atque, ſi fas eſt ſacra miſcere profanis, Chriſtiani, ipſique Apoſtoli, δοῦλοι Χριστοῦ vocantur, & Epiſcopus in Inſ. 9. MLIII. *Famulus Chriſti.*

Ad Caput XXXIX. & præcipuè in præfatione, ago de combuſtione cadaverum, necnon de corporibus integris conditis. Poſteà obſervavi, Apuleji tempore humationem etiam in uſu fuiſſe ; utì clariſſimè patet ex hiſtoriâ pueri, quem veneno è medio ſublatum putabant, cùm contrà potionem ſoporiferam ipſi miſcuiſſet medicus, lib. Metam. 10.

www.libnal.com.cn

Digitized by Google

Deindè magnam Gentiles religionem tenuiſſe, corpora integra ut ſepulturæ mandarentur, vel indè patet, quòd cadavera in ædibus collocata ſervarent diligenter, ne magæ aliqua membra indè auferrent. Narrat id multis Apul. lib. 2. p. 124. & addit: *Ehem, & quod penè præterieram, ſi qui non integrum corpus mane reſtituerit, quidquid indè decerptum, diminutumve fuerit, id omne de facie ſuâ defectum ſarcire compellitur.* Quod ſive verum, ſive fictum ſit, innuit tamen curam quæ tenebat Gentiles, ut corpora integra conderentur, totique ad inferos venirent. Hinc lib. 3. illa Lucii triſtitia, cùm in judicium ob cædem vocatus eſſet, & ritu Græcienſi ignis & rota, tum omne genus flagrorum, quibus ſcilicet conſcindendus foret, inferebantur. *Augetur oppidò, imò duplicatur mihi mœſtitia, quòd integro ſaltem mihi mori non licuerit.* Hinc lib. 7. cùm in aſinum transformatum caſtrare eum vellent, & ipſe ſe præcipitem dare, vel inediâ mori ſtatuit: *moriturus equidem nihilominùs, ſed moriturus integer;* & tandem hoc etiam patet ex pag. 199. libri ejuſdem. *Cadaver disjectis partibus tandem totum repertum, ægrèque concinnatum, ibidem terræ dedere.*

Ad idem Caput obſervo nullam Auguſtam, mortuo Imperatore marito, ad ſecundas nuptias tranſiſſe. Et extat hanc in rem locus elegans in Concilio Toletano XIII. celebrato anno Chriſti 683. Nam Titulus Capituli quinti ita ſeſe habet: *Ne, defuncto principe, relictam ejus conjugem aut in conjugio ſibi quiſquam, aut in adulterio audeat copulare*, utì conſtat ex Notitiâ Conciliorum Hiſpaniæ, quam anno 1686. edidit Joſephus Saenz de Aquire; quanquàm certum etiam ſit, omnes reginas hanc regulam nec olim, nec nunc obſervaſſe: utì vel exemplum Pythodoridis nos docet apud Strabonem lib. 12.

Ad Cap. XLVI. addendum eſt, Apul. l. 10. Met. init. *præpoſitum* memorare, *qui mille armatorum ducatum ſuſtinebat*, eundemque pag. 244. vocari *Tribunum*.

Notavi ad Caput 1. Priſcam & Valeriam, uxorem atque filiam Diocletiani, fuiſſe Chriſtianas, vel certè Chriſtianorum religioni faviſſe: poſteà animadverti, præclaræ eruditionis virum Henr. Dodwellum Diſſert. Cyprian. XI. Num LXVI. affirmare eas Chriſtianas fuiſſe; utì ex ejus verbis, quæ ſequuntur, patet. » Quin & in ipſis Imperatorum palatiis liberi verſati ſunt. Ipſæ eorum uxores, » & liberi, & ſervi erant Chriſtiani. (Tales » fuiſſe conſtat Diocletiani uxorem *Priſcam* » & filiam ejuſdem *Valeriam*, Maximiani » autem Galerii uxorem) His ea, quæ religionis ſuæ erant, tam verbis, quàm factis, » liberè exequendi coram ſemetipſis poteſtatem dederunt.« Binis vir harum rerum callentiſſimus auctoribus nititur; illique faciunt, ut perſuaſum habeat, Auguſtas eas Chriſto nomen dediſſe. Euſebius alter eſt, l. 8. c. 1. Hiſt. Eccl. alter Lactantius cap. XV. cujus verbis & ego veluti fundamento ad eandem rem probandam uſus ſum ad caput 1. Sed tamen Euſebius mihi non videtur verba facere de Imperatorum conjugibus, ſed de uxoribus domeſticorum, vel aulicorum, vel eorum qui in palatio verſabantur, utì haud dubiè patebit, ſi quis Græca conſulere velit; undè ipſe etiam iiſdem verbis uſus ſum cap. XIV. ad probandum, in palatiis Imperatorum gentilium ſæpè Chriſtianos fuiſſe, & quidem eos primos honores geſſiſſe. Chriſtophorſonius putavit olim, Euſebium de Imperatorum conjugibus loqui: ſed errorem illum caſtigavit Valeſius in notis. Monendum autem cenſui, Dodwellum ante me animadvertiſſe Auguſtas illas fuiſſe Chriſtianas, ne quis fortè exiſtimet, me alterius inventa mihi vindicare. Teſtor enim me verba illa, cùm notulas meas digererem, non obſervaſſe, neque me aliàs omiſſurum fuiſſe, virum pereruditum eo nomine laudare.

Hæc ſunt quæ mihi in mentem venerunt, quæque tecum ut communicarem fecit amicitia, fecit familiaritas, quæ mihi ſumma & ſuaviſſima tecum intercedit. Quòd ſi Typographus, vel eruditi potiùs, quorum, ut audio, notas expectat, longiores moras nectunt, fortè alteras longioreſque litteras à me feres. Neque enim materiam omnem penitùs adeò exhauſi, ut non de aliquibus rebus prolixiores diſſertationes componere queam. Vale. Hagæ-Comitis, a. d. VII. Id. Jul.

Vix finita hæc erat epiſtola, cùm ecce ad me affertur Antonii Pagii, viri eruditiſſimi, & diligentis temporum reſtauratoris, Critica Hiſtorico-Chronologica in Annales Eminentiſſ. Baronii. Cùmque ille mirum quantùm Diocletiani & Imperatorum, qui cum eo regnarunt, tempora illuſtret, tuum erit judicare, an non benè rebus ſuis conſulturus Typographus ſit, ſi illa ex opere, quæ Lactantio elucidando inſerviunt, excerpta editioni novæ adjiciat. Mihi certè iſtud videtur adprimè utile, atque eruditis acceptum fore; cùm quia liber ille non omnium manibus teritur, tum quia ita in unum cor-

pusculum collecta forent omnia, quæ ad melius aureum hunc intelligendum libellum necessaria sunt.

Defatigatus jam es lectione tam longæ & verbosæ epistolæ: sed tamen te missum facere nequeo, & veniam precor, si alteram æquè prolixam priori annectam. Virum igitur eruditionis præclaræ mecum ad annum Christi 306. sentire, summâ cum voluptate perspicio, Constantinum Magnum in oppido Naisso, non autem in Britanniis natum; ad an. 302. Priscam & Valeriam Christianas fuisse; & denique eundem ad an. 306. NATALEM INVICTI referre ad Solem. Nec certè ego nunc quidquam causæ video, cur non sententia Petavii, quam etiam Harduinus in Anthirretico amplectitur, sequenda sit, cùm dies ille natalis Solis non immeritò dicatur, quia Sol tunc primum ad Septentrionem ab Austro cedit, uti Julianus Orat. IV. ipse docet; & arbitratur Harduinus, in hunc diem natalem Christi Romæ primùm translatum esse, ut dum Gentiles profanis ritibus vacarent, sacris suis Christiani liberè operam darent. Sed commodius mihi videtur, ut alia, quæ mihi in libro Pagii observata sunt, quæque vel sententias meas probant, vel quæ ut examinentur digna sunt, ad ordinem capitum disponam, ut ita omnia faciliùs invenire, atque de iis judicare possis.

De Domitiani persecutione ago ad Caput Lactantii III. inque eâ sum opinione, eam nec longam, nec gravem fuisse. Pagius contrà existimat, Domitianum anno XIII. imperii decrevisse persecutionem adversùs Christianos, eam continuatam anno XIV. & auctam occasione Quinquennalium anno XV. quo occisus est in cubiculo, teste Suetonio, non autem in templo Jovis, ὡς τῷ ἱερῷ Διὸς, uti scribit auctor Chronici Alexandrini. Sententiam suam ut firmet vir eruditus, scribit, in Chronico laudato sub Coss. L. Nonio Asprenate, & M. Arretino Clemente legi: *Brutius narrat magnam Christianorum copiam ab* XIV. *Domitiani anno sublatam & martyrio affectam;* & deindè observat Eusebium, qui Brutii historiam legerat, in Chronico narrare, incœptam esse persecutionem anno Christi XCIII. idemque eum in Historiâ confirmare, & Cap. XVIII. lib. III. de persecutione sub Domitiano loqui, quæque habet posteà c. 18. ostendere tantùm, eam hoc anno auctam esse. Sed Chronici auctorem non esse ex accuratissimis Scriptoribus utique constat; nam hosce Coss. sequentes conjungit: *Domitianum* XIII. *& Flavium Clementem; Asprenatem & Lateranum; Domit.* XIV. *& Clementem;* denique *Valentem & Veterem.* Primis Coss. assignat persecutionis initium, illoque tempore scribit Apostolum Johannem in Patmum relegatum esse, & Domitianum statuisse Davidis genus è medio tollere: sequentibus, Brutii verba supponit; & reliquis binis annis ne persecutionis quidem mentionem facit. Similia judicare debemus de Eusebii Chronico. Et quanquàm, ut Brutii sequamur auctoritatem, persecutio potuerit anno XIV. incœpisse, illa æquè in exitum, quàm in principium anni illius rejici potest: quod si verum est, non multùm certè à cæterorum eruditorum sententiâ discrepabit. Sed quod Pagius ex cap. XVII. & XVIII. lib. 3. Hist. Eccles. Eusebii probare conatur, persecutionem incœptam an. XCIII. & auctam an. XCV. illud ego nequaquàm, quo sum stupore, capere possum. Nam Eusebius capita librorum per annos non disposuit; deindè scribit, πλειστῶσαι Christianos persecutum esse Domitianum, id est, sub extremum vitæ tempus. Caput XVIII. ad hæc priori annectit his verbis, ὧν τούτῳ, nim. διωγμῷ, vel persecutione; & denique illa ipsa verba, quibus Pagius putat probari anno XV. persecutionem auctam esse, prioribus etiam junguntur, indicantque, eo anno Christianos persecutione vexatos fuisse; quod mihi firmum admodùm argumentum videtur, anno XV. in innoxiam gentem grassari Imperatorem cœpisse. Nam cùm dixisset, Scriptores etiam ethnicos non dubitasse memoriæ tradere Christianorum martyria, addit: ἅτε δὴ καὶ τὸν καιρὸν ἐν ἀκριβείᾳ ἱστορήσαντες, *qui quidem etiam tempus ipsum persecutionis accuratè notaverunt.* At quod illud tempus fuit? non certè annus XIII. non XIV. sed quintus decimus: *scribunt enim, anno principatûs Domitiani quinto decimo, Flaviam Domitillam Flavii Clementis, ejus qui tunc temporis Romæ Consul fuit, ex sorore neptem, unà cum aliis plurimis ob confessionem Christi in insulam Pontiam fuisse deportatam.* Neque puto, Eusebium omissurum fuisse narrare, si iidem Scriptores memoriæ mandassent, persecutionem jam anno Domitiani XIII. incœpisse, vel decretam esse. Neque tamen, quemadmodùm antè dixi, illis planè refragari animus est, qui anno XIV. censent Domitianum jam in Christianos grassatum esse. Nam Dio Cassius lib. LXVIII. postquàm narrasset, Fabium Clementem ὑπατεύοντα, *Consulem*, & Flaviam Domitillam morte affectos esse, illato ambobus crimine ἀθεότητος, *Impietatis*,

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

(ita enim de Chriſtianis loquebantur) adjicit, Domitianum τῷ ἑξῆς ἔτει, anno ſequente, Coſſ. Cajo Valente & Cajo Antiſtio, occiſum eſſe. Et anno præcedente alios etiam Chriſtianos vel relegatos, vel neci datos eſſe, ex verbis, quæ Flaviæ Domitillæ hiſtoriam ſequuntur, patet: ἐπενέχθη ὃ ἄμφοιν ἔγκλημα ἀθεότητος. ὑφ' ἧς ἄλλοι τε τὰ τῶν Ἰουδαίων ἔθη ἐξεκύλισαν πολλοὶ κατεδικάσθησαν. ὧν οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ τῶν γοῦν οὐσιῶν ἐστερήθησαν. *Illatum ambobus*, Clementi & Domitillæ, *crimen impietatis, quo crimine plures etiam alii, Judaicos ritus amplexi, damnati ſunt: quorum pars occiſa eſt, pars ſpoliata facultatibus*: ubi per *Judaicos ritus* intelligenda eſt Chriſtiana religio, non modò apud Dionem, verùm etiam apud auctorem Olympiadum, qui ſcribit, illis illatum eſſe crimen Ἰουδαϊσμοῦ. Nam Judæi & Chriſtiani confundebantur; & fortè ità Dio locutus eſt, quia Domitianus interfici juſſit, qui ex Davidis ſtirpe oriundi erant. Et quamvis concederem tam citò incœpiſſe perſecutionem, tamen non ſequeretur indè, illam vel longam, vel gravem fuiſſe; mihique nullum ferè dubium, Domitianum crudeliùs in alios graſſatum eſſe, eoque præcipuè ſenſu poſſe dici, *portionem Neronis de crudelitate*.

Ad Cap. IX. obſervo, ante victum à Galerio Maximiano Narſeum, Perſas etiam ſuperatos fuiſſe à Diocletiano, vel eos cum illo pacem feciſſe; & Herculium videri cum iiſdem bella geſſiſſe. Et Diocletianum quidem bellaſſe cum Perſis probat ad annum 289. Antonius Pagius, ſecutus Noriſium, præclaræ itidem doctrinæ virum, qui videatur cap. IV. Diſſert. I. de numiſmate Diocletiani, quique ibidem obſervat, Maximianum Herculium nunquàm contra Perſas pugnaſſe; id quod etiam Pagius ad an. 297. ſequitur. Contrarium quidem tradit auctor Chronici Alexandrini, iſque etiam malè Conſtantium ſcribit cum Perſis bellum geſſiſſe, quem in errorem incidiſſe quoque Caſaubonum obſervavi ad Cap. Lactantii XV. Et fortè is auctorem Chronici ſecutus eſt, qui ita loquitur p. 642. *Perſa maximo bello à Conſtantio & Maximino Jovio Cæſaribus devicti ſunt.* Imò Conſtantius nunquàm cum Perſis bellavit, & Nicomediæ Cæſar creatus, ſtatim Occidentem petiit; alter quoque Cæſar, non *Maximinus*, verùm *Galerius Maximianus* dictus fuit: quem errorem & alibi in eodem Chronico, vel ἐπιπλῆξαι χείρονι, uti Scaligero vocatur, occurrere, doceo ad Cap. III. Lactantii. Sed tamen Mamertinus, cap. 2. Panegyrici Maximiano Auguſto dicti, ita loquitur: *An tuas res geſtas enumerare conabor, qua te prima ſigna imperatoriis auſpiciis inaugurarint, qua caſtra dominum habitura ſuſceperint, qua bella deduxerint, qua victoria auxerint? Ibo ſilicet veſtigiis virtutis tuæ colligendis per totum Iſtri limitem, perque omnem, quà tendit, Euphratem, & ripas peragrabo Rheni, & littus Oceani.* Hæc verba, fateor, mihi ſignificare videbantur, Herculium ad Euphratem cum Perſis bellaſſe; nec muto: ſed id factum antequàm Imperator foret, & cùm in aliorum Imperatorum caſtris militabat; & Mamertinus his verbis breviter enarrat, quomodò vitam tranſegerit Maximianus, antequàm imperio admoveretur, & quæ virtutis ſuæ præclara ſpecimina dederit. Nec quidquam evincunt *munera*, quibus Parthus, uti Cap. 5. Genethliaci legitur, *blandiebatur Diocletiano & Maximiano*, quia Narſeus id fecit, poſtquàm fœdus cum Diocletiano percuſſit, uti patet ex Cap. 10. Panegyrici, quem laudavi: *hoc eodem modo Rex ille Perſarum nunquàm ſe antè dignatus hominem confiteri, fratri tuo* (Diocletiano) *ſupplicat, totumque, ſi ingredi ille dignetur, regnum ſuum pandit, offert; interim varia miracula eximiæ pulchritudinis feras mittit, amicitia nomen impetrare contentus, promeretur obſequio.* Nam de iiſdem proculdubiò muneribus loquitur. Nec obſtat, Maximianum Herculium in Inſ. vocari *Perſicum Maximum*, quia illud cognomen ex Diocletiani victoriis obtinuit, qui à victoriis Herculei *Germ. Maximus* etiam dictus eſt, notante Noriſio, cap. V. Diſſert. I. de numiſm. Dioclet.

Ad Cap. XVIII. diſputo, num Diocletianus conſecratus ſit. Animadverto nunc Ant. Pagium ad an. 316. ex loco Euſebii à me laudato adſtruere, eum à Maximino inter Deos relatum eſſe.

Ad Cap. XLII. p. 494. examino, quot per annos Diocletianus, abdicato imperio, privatus vixerit; quæque ibi noto, ità refingenda ſunt. » Significanter ait, *poſt imperium*, » & per totidem annos eum abdicatâ pur- » purâ, ſi annum, quo diem ſuum obiit, » illis annumeramus, Diocletianum ſuper- » ſtitem vixiſſe in confeſſo eſt; nam anno » CCCV. privatum ſe ipſe fecit, & an. CCCXIII. » obiit, illiſque ambobus pro integris com- » putatis, anni novem colligentur, uti do- » cet Pagius ad an. Chriſti CCCXVI. Noluit » autem &c.

Ad idem Caput, Maximianum Herculium à filio Maxentio conſecratum eſſe ob-

ſervo. Firmat eam ſententiam Anton. Pagius ex nummo apud Mediobarbum, qui inſcribitur, DIVO MAXIMIANO PATRI MAXENTIVS AVG. F.

www.libtool.com.cn

Et hanc ob cauſam, non autem quia à Conſtantino genero erat conſecratus, Divus in lapide apud Nicol. Bergerum 3.23. à Conſtantino juniore vocatur, obſervante eodem alibi:

IMP. CÆS. FL. VAL.
CONSTANTINO. P. F.
AVG. NEPOTI. DIVI. CONS
TANT. AVG. PII. FILIO
XXXIII.

Niſi dicamus eâ voce nihil aliud tunc temporis deſignare voluiſſe Imperatores vivos, quàm quorum mentionem faciebant, mortuos eſſe; quo ſenſu exiſtimabam ad c. XIX. Diocletianum & Maximianum vocari θεοὺς ἀΐδους à Galerio Maximino apud Euſebium.

Ad Cap. I. *Valerium* mutandum eſſe in *Valeriam* docui. Pagius ad an. 306. n. 15. & 314. 12. *Valerium Valentem* à Licinio interfectum fuiſſe ſcribit. Verùm vix dubito, quin vir raræ eruditionis ſententiam ſuam mutaturus ſit, ſi inciderit in ea, quæ de morte Valentis notavi. Quòd ad nummum attinet, qui apud Goltzium Græcè inſcribitur ΑΥΤ. Κ. ΠΟΠ (apud Pagium legitur ΡΟΥ) ΟΥΑΑΕΡ. ΟΥΑΑΕΝC. CEB. L. A. dubium valdè eſt, num ad Valentem à Licinio occiſum referri poſſit, quia alius eidem Goltzio recenſetur nummus, in quo ex ejus opinione ille vocatur, ΑΥ. ΚΑΙ. Γ. ΟΥΑΑΕΝC. ΚΥ. CEB. L. A. Et, ut verum fatear, optarem ſummoperè, me illos nummos inſpicere, & manibus tractare poſſe; ſuſpecti mihi enim admodùm ſunt, certè unus ex iis, quia Valens noſter nunquàm Auguſtus, verùm Cæſar tantùm fuit. Quidquid ſit, *Valentem* tunc temporis à Licinio non fuiſſe neci datum, ſed poſt geſtum cum Conſtantino primum bellum, quod incidit in annum Chriſti 317. apertiſſimè conſtat, cùm quæ capite illo narrat Lactantius, adſcribenda ſint anno 314. ipſo Pagio hæc ita digerente. Quæ autem ad cap. I. de Valente notavi, ita, rogo, refingas; feſtinatione enim factum eſt, ut non ſatis mentem attentam habuerim ad ea, quæ Triſtanus notavit. » Nam Valens dux limitis » (malè apud Pagium ſcribitur *militis*) Da» ciæ eodem tempore neci datus non fuit: » ſed à Licinio, poſtquàm à Conſtantino ad » Cibalim victus fuit, Cæſar eſt creatus; & » cùm ambo pugnâ, quæ in campo Mar» dienſe, qui inter Philippos & Hadriano» polim videtur fuiſſe, iterùm ſuccumberent, » eâ conditione Conſtantinus pacem cum » Licinio fecit, ut Valens privatus fieret, & » occideretur, quemadmodùm ex Excerptis » de vitâ Conſtantini, Zoſimo & P. Patricio, » notavit Triſtan. T. 3. p. 472. qui etiam » rectè reprehendit Victorem, P. Diaconum, » & Occonem, quòd ſcribunt, Valentem » rebellaſſe contra Galerium Maximianum. « Nam, quamvis illud apud priores duos non inveniam, verum tamen utique eſt, Valentem non potuiſſe rebellare contra Galer. Maximianum, quia ille diem ſuum obierat, cùm Valens à Licinio Cæſar crearetur. *Imperatorem* eum vocant Victor & P. Diaconus; & ſi eum Auguſtum cenſent eſſe factum, errant utique: vel ſtatuendum eſt, illâ ætate *Imperatoris* titulum promiſcuè & Auguſtis, & Cæſaribus fuiſſe datum; quomodò, obſervante Pagio, Numerianus appellatur *Imp. C. M. Aur. Numerianus. Nob. C.* in nummo veteri. Putaveram tamen nonnunquàm, fuiſſe Numerianum tunc temporis non Cæſarem, ſed Auguſtum, quia hic unicus foret nummus, in quo *Cæſar* appellaretur *Imperator*, quem titulum in aliis nummis, vel Inſcriptionibus, non video Cæſaribus tribui, ſi excipias Inſ. 7. CCLXXV.

IMP. Q. IVLIO. FILIO. GALLIENI.
AVG. ET. SALONINÆ. AVG.

Nam tantùm Cæſar fuit factus. Et qui apud Triſtanum, Tom. 3. p. 466. inſcribitur IMP. ROMVLVS, atque à Mediobarbo refertur ad filium Maxentii, qui reverà Cæſar obiit, à Triſtano adſcribitur Romulo Auguſtulo dicto, qui à patre Oreſte Auguſtus, vel Imperator eſt factus. Nec videtur obſtare, Numerianum appellari *nobiliſſimum Cæſarem*; nam eum titulum Auguſti nonnunquàm ſervarunt, uti patet ex Inſcript. 4. CCLXXVIII.

IMP. M. AVR.
CARINO
NOBILISSIMO
CAES. PIO.
FELICI. INVICTO
AVGVST.
PONT. MA
XIMO. TRIB
POT. P. P.
COS. PROCOS.

Patetque hoc etiam ex nummo apud Mediobarbum, in quo C. Valens Hoſtilianus Meſſius Quintus dicitur *nobiliſſimus Cæſar & Auguſtus*: QVINTVS. NO. CAE. VALENS. HOSTIL. AVG. Sic Voluſianus, P. Licinius Valerianus, Herodianus filius Odenati, Herennianus, Maxentius & Conſtantinus Magnus in num-

Digitized by Google

mis appellantur IMPERATORES AVGVSTI, & simul PRINCIPES JVVENTVTIS.

Ad idem Caput L. observo, Valeriam & Priscam Christianas fuisse, vel valdè Christianis faviſſe. Antonius Pagius idem censet, illudque etiam ex Eusebii firmare conatur libro 8. cap. 1. Historiæ Eccles. præfertque ad annum 302. Christophorsoni versionem Valesianæ. Mihi iterùm iterùmque Græca Eusebii verba examinanti nondùm constare potest, eum de Imperatorum uxoribus verba facere, quia sequentia planè contrarium suadent, in quibus Dorothei & Gorgonii fit mentio, cùm certè ne dubitandum quidem videatur, quin Eusebius Augustas earumque liberos, pace jam Ecclesiæ datâ, fuisset nominatus, si per verba hæc γαμεταῖς ϗ παισὶ eas intellexisset. Imò, ubi diligentiùs Eusebium inspicio, nescio quî fiat, ut existimem, nec Christophorsonum, nec Valesium horum verborum sensum percepisse, quamvis hujus versionem secutus sim ad cap. XIV. Lactantii. Proponam rationes meas, à quibus tamen abire paratus sum, si meliora alius doceat, vel si Eruditis videantur non satis validæ esse. Eusebius igitur narrat, Christianam religionem magnam gloriam & libertatem apud Græcos & Barbaros consecutam esse ante Diocletiani persecutionem: illud probari τῶν κρατούντων, id est, *Imperatorum*, benignitate erga Christianos, quippè qui illis dabant τῶν ἰδίων ἡγεμονίας. Postquàm ita de Imperatoribus disseruisset, ad alios transit: τί δεῖ περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς λέγειν ὄικους ϗ τῶν ἐπὶ πᾶσιν ἀρχόντων; quæ ultima verba Christophorsonus & Valesius interpretantur *de ipsis Imperatoribus*, Pagius, *de iis, qui omnibus imperant*. At ego illa ita vertenda censeo: *Quid opus est dicere de iis, qui in Imperatoris palatio versantur? Quid de iis, qui omnibus præfecti sunt?* Et intelligo per hos ἄρχοντας, Præfectos Prætorio, vel potiùs Præpositos cubiculi, similesve, qui reliquis, qui in palatio versabantur, & in comitatu Principis erant, præerant. Hos ait Eusebius fuisse Christianos, & domesticis, uxoribus, liberis & servis permisisse liberè profiteri religionem Christianam: talem fuisse Dorotheum, qui erat Præpositus cubiculi, uti docet Valesius, talemque Gorgonium, alium itidem in palatio Præfectum, & reliquos, qui cum ipsis propter τὸν τοῦ θεοῦ λόγον parem gloriam sunt consecuti: & tandem addit, τοὺς καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἄρχοντας, vel Ecclesiarum antistites, magno in honore fuisse παρὰ πᾶσιν ἰδιώταις ϗ ἡγεμόσι, *apud omnes tam privatos, quàm provinciarum rectores*, ut vertunt, cùm interpretari hæc verba debeant, *apud omnes procuratores Augustorum & Præsides, vel rectores provinciarum*; quomodò in Inscript. II. DXCV. Aufidius Julianus vocatur ὁ κράτιστος ἐπίτροπος τῶν Σεβαστῶν, & CCCCLVIIII. T. Porcius Proclus Ἐπίτροπος Προυινκίας διὰ Φλαμινίας, Αἰμιλίας, Λιγυρίας. Et ultima hæc Eusebii verba satis mihi equidem evincere videntur, eum non de Imperatoribus, sed de iis, qui primâ dignitate in eorum palatiis erant, & domesticos regebant, loqui; firmaturque idem cap. VI. ubi agit περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς ὄικους, *de iis, qui in palatio versantur*, recensetque ibidem τοὺς ἀμφὶ τὸν Δωρόθεον βασιλικοὺς παῖδας, id est, *Cubicularios*, similesve, quibus Dorothæus præerat: qui, tametsi summi honoris prærogativâ ab Imperatoribus ornati essent, nec minùs ab iisdem diligerentur, quàm filii, probra tamen & tormenta pro Christianâ religione pati voluerunt; & mox ait, Dorotheum atque Gorgonium strangulatos esse. Et accipe tandem quod mihi, dum hæc scribo, in mentem venit, quod si probas, lis planè omnis è medio sublata foret. Cap. 6. uti dixi, memorat βασιλικοὺς παῖδας, *Cubicularios Principis*; & tuum erit judicare, num cap. 1. pro ἐπὶ πᾶσι, rescribi debeat ἐπὶ παῖσι ἀρχόντων; & subintelligi commodissimè potest βασιλικοῖς, quæ vox præcessit. Et quia capite 7. eumdem ordinem sequitur, narratque primò constantiam & martyria βασιλικῶν παίδων, indè ipsis Præfectorum Dorothei & Gorgonii, & denique Anthimi Episcopi, magis magisque confirmor in eâ opinione, ac puto, Gorgonium etiam Præfecturam in palatio gessisse, & fortè ejus sive filium, sive nepotem esse, qui tempore Constantii Augusti, teste Ammiano Marcell. 15. 2. *Gorgonius* etiam fuit vocatus, *cuique thalami Cæsariani cura commissa erat*. Nam duo fuerunt Præpositi sacri cubiculi, Augusti scilicet & Augustæ, uti patet ex l. 5. Cod. de Præpositis sacr. cubic. ac utrâque dignitate Dorotheus & Gorgonius potuerunt esse ornati: quanquàm nullus repugnaverim, si quis eos alios in palatio honores gessisse existimet; imò acquiescam etiam planè, si cui conjectura hæc, neque enim alio loco meas habeo emendationes, displiceat.

Hæc sunt, vir amplissime, quæ tecum communicare volui; tuumque nunc erit judicare, num digna illa sint otio meo, atque adeò tuo. *Vale plurimùm.*

Hagæ-Comitis, XV. Julii CIↃIↃCLXXXIX.

Digitized by Google

Amplissimo VOETIO, S. D. GISB. CUPERUS.

www.libtech.com.cn

ID quod eventurum sæpè prædixi, si Lactantius diutiùs inter operarum manus hæreret, nunc factum est; & ecce tibi aliam notam, quam Typographus alicubi facili operâ cæteris adjicere poterit, si modò tu dignam eam judices, quæ publici juris fiat, vir amplissime.

Cap. XII. Repentè adhuc dubiâ luce ad Ecclesiam profectus.] *Monui, Christianos primò in privatorum ædibus convenisse, posteà eosdem, indulgentibus & conniventibus Imperatoribus, domos exstruxisse amplas, in quibus Christum D. N publicè quasi & palàm colebant. Euseb.* 8. 1. *scribit, Christianos propter innumerabilem fidelium multitudinem non contentos τοῖς παλαιοῖς οἰκοδομήμασι, ἐυρείας ἐς πλάτος ἀνὰ πάσας τὰς πόλεις ὰπ Θεμελίων extruxisse ἐκκλησίας; additque, lapsu temporis ea quotidiè, nemine invidente, in majus & melius ivisse: adeò ut per παλαιὰ οἰκοδομήματα haud incommodè intelligere possimus domos privatorum, vel certè Christianorum conventicula, quæ nihil à privatorum ædificiis differebant; & per ἐκκλησίας ἐυρείας ἐς πλάτος, ædificia majora, quæ non tam longa, quàm laxa & ampla erant, & in quibus Christianos Deum suum colere unusquisque scire ferè poterat. De hoc genere ædificiorum loquitur ex meâ opinione Lamprid. in Al. Severo c.* XLIX. Cùm Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contrà Popinarii dicerent, sibi eum deberi, rescripsit melius esse, ut quomodòcunque illic Deus colatur, quàm popinariis dedatur. *Nam quamvis clara ædificii mentio nulla fiat, verosimile tamen admodùm est, Christianos eo in loco conventiculum exstruxisse, cùm absque metu in unum convenire ex indulgentiâ Imperatoris possent; & indè hinc docemur, tunc Christianos loca habuisse, in quibus liberè conveniebant, & quæ omnium patebant oculis. Quin & hoc sub Hadriano ipsis concessum fuisse, alicui videri possit; quia idem Lampridius cap.* 43. *Vitæ ejusdem Imperatoris Severi ita loquitur:* Christo templum facere voluit, eumque inter deos recipere. Quod & Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris jusserat fieri, quæ hodiè idcircò, quia non habent numina, dicuntur ADRIANI, quæ ille ad hoc parasse dicebatur. *Nam cùm Hadrianus id agitaverit, ut pluribus probat magni nominis vir P. Daniel Huetius in Præparat. Evangelicâ, indè à ratione alienum non est, ipsum Christianis favisse, & concessisse, ut palàm quasi Christum colere & adorare possent. Quin & Ecclesias sub Trajano Principe exstructas fuisse, censent Eruditi confisi Eusebio lib.* 3. *c.* 37. Eâdem tempestate floruit etiam Quadratus, qui cum Philippi filiabus propheticâ gratiâ illustris fuisse memoratur. Præter hos alii quoque complures eodem tempore viguerunt, inter Apostolorum successores principem obtinentes locum; οἳ ἂν ἅτε τηλικῶνδε ὄντες διαπρεπεῖς μαθητὰς, τοὺς κατὰ πάντα τόπον τῶν ἐκκλησιῶν τεκταλαβληθέντας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων θεμελίους ἐπιτιθέμενοι; qui utpotè discipuli tantorum virorum admirabiles planè ac divini, ecclesiarum fundamenta, quæ variis in locis Apostoli priùs jecerunt, additis ædificiis exstruxerunt. *Utuntur hoc argumento Pontificii, ut variarum ecclesiarum probent antiquitatem: sed mihi temporæ Trajani consideranti verisimile nequaquam est, Eusebio tale quid in mentem venire potuisse. Trajanus nolebat, in urbibus* hetærias, *vel sodalitia, sive corpora constitui, propter factiones, quæ ab illis passim excitabantur, ut patet ex Epist.* 42. *&* 43. *lib.* 10. *Epist. Plinii. Eodem loca habebantur Christianorum conventus, quia Gentiles etiam collegia sacra & numini alicui devota habebant; & indè Plinius, & sine dubio etiam alii Præsides eos coire vetabant. Nam cùm Ep.* 98. *narrasset, Christianos carmen Christo quasi Deo dicere, sacramento se obstringere, ne latrocinia, ne adulteria committerent, cepisse cibum promiscuum & innoxium, addit:* Quod ipsum facere desiisse post edictum meum, quo secundùm mandata tua hetærias esse vetueram. *Deindè obstant ejusmodi ædificiis, vel Ecclesiis,* Christiani soliti stato die ante lucem convenire, *ut loquitur idem Secundus; & Imp. Trajani decretum*, conquirendos non esse Christianos: si deferantur & arguantur, puniendos. *Cùm enim Gentiles maximo odio prosequerentur Christianos, nullamque occasionem omitterent eos accusandi, illud utique commodissimè facere potuissent, si in oculis quasi civitatum convenirent; nec ego tam abjectè de prudentiâ & pietate veterum Christianorum sentio, ut credam, eos sese videntes volentesque gravissimis periculis objecisse. Præterea monumenta veterum nos docent, ipsaque temporum*

conditio

Digitized by Google

conditio affirmat, convenisse Fideles in privatorum ædibus, in cœnaculis, in porticibus, cryptis & cœmiteriis: quin & num sæculo tertio templa vel Ecclesia fuerint, adhuc sub judice lis est; quam in rem videri potest rara vir eruditionis Frider. Spanhemius in Historiâ Ecclesiasticâ. Quid multis? ego persuasus sum interpretem Eusebii, quique eum sequuntur, viros præclaros, verba Græca nequaquàm intellexisse. Neque enim de ædificiis loquitur: sed commemorat eos, qui ex Apostolorum successoribus vivebant, ecclesiarum fundamentis ab Apostolis jactis, superstruxisse, vel Christianorum fidem confirmasse, multos Christianos fecisse, & eorum cœtum vel ἐκκλησίαν auxisse. Et petita hæc loquendi ratio est ab Apostolo Paulo Ephes. 2. 20. Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποστόλων καὶ Προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ; Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu. Quo sensu ἐποικοδομέω & οἰκοδομὴ sæpè in Novo Fœdere usurpatur; adeò ut mirer, hoc ne ipsi quidem sagacissimo Valesio in mentem venisse. Et quanquàm hæc ita sese habeant, censent tamen & affirmant Pontificii, sub Domitiano & Trajano constructas fuisse ecclesias, & similis molis opera, qualia hodiè cernimus. Minutius Felix ita loquitur in Octavio: Cur etenim occultare & abscondere quicquid illud colunt magnoperè nituntur? cùm honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint. Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra? Notat ad hæc verba vir eruditus, qui nuper de verâ Senonum Origine Christianâ commentatus est pag. 40. » Qua » suo tempore vera fuisse, quantùm ad publi» cos convenius, cùm in Christianos cade & » incendiis cuncta ferverent, nullus ambigo: » sed extinctis Nerone & Domitiano, sub quo » figimus aram inaugurationis Ecclesiæ Seno» nensis, Saviniani sanguine Christo dicata, » & pacatis tantisper rebus, nemini dubium, » excitatis superiùs Impp. edictis, è latebris » cryptisve Christianos emersisse, in quibus » pro reverentiâ sacrorum suorum, & sui » tutelâ tegi fas erat, & ecclesias varia stru» ctura seu Basilicas nemini non notas suis » usibus publicis erexisse. «

Varia hîc observanda sunt; & I. quidem ætas, quâ Minutius dicitur vixisse. Illius quidem ætas incerta est, eumque scripsisse sub finem Marci Antonini censet pererudituss Dodwellus pag. 35. Dissertat. Cyprian. eundem Alex. Severo posteriorem facit Balduinus, & sub illo Imp. eum floruisse censet Cardinalis Bellarminus: at nemo, præter virum illum doctum, inventus est, qui eum Domitiani Neronisve temporibus adsignet. Neque enim video, si hæc non est ejus sententia, quo pacto ita argumentari possit: suo tempore Cæcilius vel Minutius verè dicit, Christianos nulla templa habuisse, quia persecutionibus Imperatores sæviebant in gentem innoxiam: at mortuis illis Impp. Nerone & Domitiano, illud verum non erat, quia ecclesiæ exstruebantur. Deindè si Ecclesia Senonensis inaugurata est Domitiano Principe, sique tunc scripsit Minutius, sequitur eundem errare, cùm tradit, Christianos templa vel Ecclesias (hæc enim eodem loco sunt viro docto) eodem Imperatore non habuisse, adeò ut hæc quidem ἀνύστατα sint.

II. Cautè addit, quantùm ad publicos conventus, ut scilicet tacitè nobis simulacra & imagines illo sæculo obtruderet, quæ tamen certissimum Christianos tunc ignorasse planè; egoque nullus dubito, quin Gentiles mitiùs acturi fuissent cum Christianis, si simulacra coluissent, vel memoriæ causâ habuissent: quin & è re erat eorum non occultare imagines, sed per eas gratiam Gentilium aucupari, qui facilè illos admisissent, & publicè imagines coli passi fuissent, quia sibi finxissent eas similes deorum suorum simulacris esse, licèt alio colerentur modo, nec thus in aras injiceretur.

III. Ecclesia Senonensis non potuit inaugurata esse sub Domitiano, quia Christiani, uti modò probavi, tunc temporis in privatis ædibus, posteàque in ædificiis à privatorum ædibus, aut non, aut parùm diversis conveniebant, quas à cœtu Christianorum in iis congregatorum vocabant Ἐκκλησίας, ab iisdem & formâ ἐκκλησιῶν ὄικους, & à precibus προσευκτηρίων ὄικους. Posteà cùm jam liberior Christianis vita erat, Basilicas exstruxerunt: & quidem id faciebant viri primarii opibusque affluentes, quandò Christo nomen dabant; idque absque invidiâ Gentilium facere poterant, quia illorum etiam primores domos suas basilicis exornabant, uti docet Alexander Donatus, & quia in basilicis homines convenire solebant. Nam basilicæ erant ædificia magnifica, columnis multis suffulta, & plano tecto, in quibus mercatores non modò merces suas vendebant, verùm etiam judicia exercebantur, & fortè etiam nonnunquàm recitationes fiebant; nescio enim quàm valdè mihi placet ita Juven. Sat. 1. explicare:

Frontonis platani, convulsaque marmora clamant
Semper, & assiduo ruptæ lectore columnæ.

Nam quamvis porticus etiam possit intelligi,

tamen non à ratione alienum esse ad basilicas privatorum decurrere, is, ut spero, judicabit, qui perpendere velit, quàm commoda ad hanc rem illa fuerint. Quicquid sit, constat in basilicis publicis, & fortè etiam privatis, magnam semper hominum multitudinem fuisse, sive in iis ambularent, sive sermones caderent, sive aliud quid agerent; & indè est, ut reor, quòd in iis etiam convenirent Christiani. A. Marcell. 27. 3. Constatque in basilicâ Sicinini, ubi ritûs Christiani est conventiculum, uno die centum triginta septem reperta cadavera peremptorum. Fuit procul dubiò hæc basilica à Sicinino quodam constructa, & fortè ædibus suis juncta; in quâ Christiani ipso persecutionis tempore, aliud veluti agendo convenire potuerunt, & Christo carmen dicere, quamque alii Basilicam Liberii vocant, non tam quia Liberius Papa illic ecclesiam ædificasset, ut commentatur Valesius, quàm quia illam in ecclesiam convertit. Illa enim loquendi forma novum ædificium involvit, altera autem nequaquam; & hoc factum fuisse patet ex Actis Serotini laudatis Hugoni Mathoud. Urbis nobilis viri, qui fuerunt ejus parentes & propinqui, construxerunt mirifico opere basilicam super eum pulchræ ædificationis, quam B. Pontifex Potentianus postmodùm ecclesiam consecravit in memoriam martyris. Et videor hinc affirmare posse, Christianos in locis, ubi martyres sepulti erant, primò basilicas, tanquàm ædificia publica sive privata fecisse, quia ejusmodi operibus urbem exornare licitum erat; & easdem basilicas in ecclesias fuisse conversas posteà, easque nomen habere ab ejusdem nominis operibus aliis, non autem ita dici, quia Christo Regi cœlorum dicata sunt, ut nonnulli censent. Cùm autem basilicæ Romanorum fuerint planæ, quemadmodùm patet ex nummo Lepidi, qui inscribitur, ÆMILIA N. Basilica, M. LEPIDUS REFECIT, & altero Trajani cum Inscr. S. P. Q. R. OPTIMO. PR. BASILICA ULPIA, additis Basilicarum illarum formis, nec non ex Vitruv. lib. 5. cap. 1. aliisque auctoribus, eâdem formâ proculdubiò fuerunt etiam Christianorum basilicæ; potueruntque iis tecta fastigiata imponi, cùm ex illis ecclesias facerent, ut ita Gentilium templa, eorumque splendorem imitarentur.

IV. Quia Christiani vel in privatis ædibus, vel conventiculis à privatorum ædibus nequaquam diversis, exteriorem formam si spectes, convenerunt, & cùm templa Gentilium splendidissima forent, indè dicit Cæcilius, eos templa nulla habere. Opponuntur enim templa & conventicula; & ita nihil obstat, quominùs Christiani, cùm hæc scriberentur, liberè convenire potuerint; nec necesse est Minutium ad Neronis vel Domitiani tempora referre. Sic Galerius apud Euseb. 8. 17. ea vocat ὅπου ἐὰν οἰκήσουσι; & apud Lactant. cap. 48. loca ad quæ convenire consueverant; idemque Lactantius 5. 11. Instit. Arnobius aliique conventicula. Atque templa & ecclesias opponunt frequenter Patres; & illa Gentilibus, has Christianis tribuunt, ut docuerunt eruditi.

V. Quæ laudantur Imperatorum edicta, parùm argumento inserviunt, quæque Maximiani, illa longo tempore posteà ecclesiam Senonensem conditam opinatur vir eruditus, condita & promulgata sunt; & quidem illo, quo Christiani extra dubium amplo editaque ædificia, ut ex Lactantio patet, & fortè etiam basilicas habuerunt.

Hæc mihi, Vir Amplissime, & in mentem venerunt; & faciendum mihi esse putavi, ut ea tecum, utpotè elegantioribus studiis valdè dedito, communicarem. Vale. Hagæ-Com. XIX. Nov. CIↃIↃCLXXXIX.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

PAULI BAUDRI

NOTÆ

IN

LACTANTII LIBRUM

DE MORTIBUS

PERSECUTORUM.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

PRÆFATIO.

www.libtool.com.cn

ECce tibi tandem, erudite Lector, editionem novam Libelli De Mortibus Persecutorum, quam teſtudineis paſſibus proceſſiſſe non immeritò mecum dixeris. Nam quamdiù eſt, cùm incœpta eſt, parùm intereſt ſcire; ac multa operis loca rem non tacent. Sed audacter dicam, vix cœperam, cùm libens, ſi potuiſſem, paruiſſem conſilio Horatii, *Nonum prematur in annum.* Neque hæc mihi tantùm ratio erat, quòd de primo ingenii partu ageretur, qui præ cæteris haud debeat temerè in lucem promi: ſed quòd præterea obſervaſſem, arduum eſſe inchoare, tum & difficile, ne feſtinantibus varia excidant, quæ refingi meliùs poſſint per otium; ut vel ipſe ſæpiùs expertus ſum in hujus editionis curriculo, urgentibus contra ſpem & voluntatem Typographis. Accedebat maximè, quòd in libro, quem pro virili parte illuſtrandum ſuſceperamus, plurima hinc indè loca erant obſcuriſſima, quæ, ut ejuſmodi alia, comparare ſoleo tenebricoſiſſimis illis ſpecubus, in quibus qui ea ſubeunt, nihil primò cernunt: ſed aliquid tandem plùs minùs vident, ſi diutiùs immorentur, & intentis oculis patienter diſpiciant. Gloriari equidem nolim me, ita lentè meditando, rem ſatis acu tetigiſſe, quod aiunt, ſeu, ut planiùs loquar, feliciter vidiſſe, quæ in tantis tenebris latitant. Apage ſis. Perrarò nobis tantùm ſuminus. Sed ſi non ſucceſſit, & eapropter jure tritum illud frequentiùs uſurpandum eſt:

Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam,

volebam omninò, ſtudioſe Lector, tui meique gratiâ ſuccedere; & ſi minùs certa ſpes aderat proſperi eventûs, utique propter Petri exemplum, qui, teſtante piiſſimo curſûs comite Joanne (a), plura intuitus eſt in Chriſti ſepulchro, quàm Joannes, qui præcucurrerat, nullum videbatur periculum eſſe in morâ. Eò magis, quòd ſæpenumerò, dum hanc editionem videbar abjeciſſe, incidere me contingeret aliud agendo (nam ad alia quoque, ne neſcias, ſæpiùſcule, &, ut amici ex parte norunt, ſeriò fumus digreſſi) incidere, inquam, contingeret in improviſas Cæcilii narrationis confirmationes, aut explicationes. Sed nimis moramur in Veteribus remoris.

Aureum eſſe opuſculum, ad quod tam multa, quæ hoc volumine continentur, ſcripta ſunt, non omnes modò, qui ſcripſere, verùm etiam qui legerunt, ſine ullâ propemodùm exceptione ſunt confeſſi. Quàm jure autem, cùm res, quæ graviſſimæ, tum Auctoris dictio, quæ ferè ſemper terſa & elegans, loquuntur. Sed nobilis in præſentiâ præ cæteris omnibus teſtimoniis, quoniam ſcilicet uno complexu pleraque ad rem pertinentia attingit, Præfatio editionis primæ Oxonienſis, quam idcircò paulò fuſiùs deſcribemus. *Exhibemus*, inquit, *Lactantii noſtri librum de Mortibus Perſecutorum, auro contrà æſtimandum, quem per plus mille annos deſideratum Eruditiſſimi Baluzii ſtudio nuperrimè recepimus. Eumque malè multatum & lacunis ſæpiùs hiulcum, partim ex noſtris, partim doctiſſimorum virorum, Epiſcopi Aſaphenſis, & Iſaaci Voſſii conjecturis ſubindè reſtituimus. Hujus tractatûs interventu, tandem aliquandò ab inveterato errore liberamur de S. Petri 25. annorum Pontificatu. Inſuper perſecutionum in Eccleſiâ ſeriem & tempora diſtinguimus; & fictitia martyria, quæ Diocletiano hùc uſquè ante octavum ejus Conſulatum imputabantur, detergimus & explodimus. Demùm imperii Romani ſtatum, per feralia illa tempora fide hiſtoricâ enarrata, nunc primùm obtinemus; & purpuram, quam ſponte à tyrannis depoſitam vani credidimus, ægrè, nec ſine lacrymis dimiſſam intelligimus.* Ubi nunc reapſè, præter aureum libri pretium & grave de pretio judicium, quæ dixeramus, ante omnia cernis, ut is Lactantio, politiſſimo ſæculi tertii & quarti Scriptori, adjudicatus rotundè fuerit à Reverendiſſimo quondàm Oxonienſi Epiſcopo, Joanne Felles, Præfationis Auctore: tum quàm miſera olim & ad hæc propemodùm tempora fuerit egregii fœtûs conditio in plurimis; tertiò porrò, in quas tandem felices manus & medendi peritas pervenerit; ac poſtremò, quid eximii bre-

(a) In Evang. cap. 20.

Digitized by Google

viter contineat. Nos quod attinet, & quantùm hîc licet agere de rebus, de quibus alibi ſuis locis egimus, vel erit paulò poſt opportuniùs dicendum, credimus quidem, propter auctoritatem Hieronymi ad Titulum laudatam, ſed maximè propter Indicem, quem in proprium uſum cœpimus concinnare, vocum, phraſium, rerumque, quas hic Auctor & Lactantius communes habent, non poſſe meliùs librum cuiquam aſcribi, quàm Lactantio; nec audemus tamen ob alia, quæ ad eumdem Titulum notavimus, rem ſecuriùs extra omnem dubitationis aleam conſtituere. Sed quòd ad errorem de diuturno illo S. Petri Pontificatu memoratum modò ut veterem, & quo tandem errore liberati ſimus ſubjecti operis interventu, operæ pretium eſt accipere, quid mihi noviſſimè evenerit. Poſuit totidem ſyllabis in Chronologiâ ſuâ Technicâ ad annum Chriſti 33. Dionyſium vir magni laboris Philippus Labbeus, *obſcurationem Solis*, de quâ tres Evangeliſtæ Matthæus, Marcus & Lucas meminerunt (*a*), *contigiſſe die* 3. *Aprilis illius anni*, ſicut locum adeuntibus patebit; contenditque ſimiliter diſertiſſimis verbis in hâc ipsâ lucubratione clariſſimus Toinardus (*b*), *Chriſtum ara vulgaris* 33. *& quidem Menſis Niſan die* 14. *ſive Menſis Aprilis die* 3. *cruci fuiſſe affixum*. Ego verò núdius tertius, cùm crederem valetudinem, quam ante tres ferè menſes graviſſimo morbo amiſi, recuperari bellè integram non poſſe, ſi utilis lectio abeſſet, cœpi quærere, quis veterum dictas tenebras cum tertio die Aprilis, & emortuali ſimul Jeſu Chriſti conjunxiſſet, utrùm pſeudo-Dionyſius Areopagita? vel illius annotator Maximus? vel ejuſdem Paraphraſtes Pachymeres? vel libertus Hadriani Phlegon? vel qui Phlegontem eâ de re citarunt Euſebius & Philogonus? vèl qui illius Dionyſii vitam ſcripſerunt, Methodius & Metaphraſtes? ac ſic de aliis omnibus, qui quocunque nomine in mentem & manus venire poterant. Sed quid plura? quod unicè quærebam, nuſquàm potui reperire hactenùs; & quod de primo Petri in urbem adventu quærebam, in martyrio Dionyſii Areopagitæ per Methodium, aut, ut alii malunt, Methrodorum, contra ſpem, & ſecundùm ipſam Petri Lanſſelii Jeſuitæ interpretationem, ſic inveni. *Anno*, inquit, *octavo & octingenteſimo poſt natam Romam, cùm imperium adeptus eſſet Nero Cæſar, quintus ab Auguſto, B. Petrus Apoſtolus cum aliis etiam Apoſtolis miſſus, qui Evangelium univerſo orbi prædicaret. Is poſt multos annos prædicationis ſuæ, ſupremâ urbe Româ occupatâ & delectâ, ibi divinitùs prædicandi munus accepit, ut quaſi vertex & Princeps ſanctorum Apoſtolorum in ordine muneris Apoſtolici factus, primus Roma in ceteris minibus, eorum qua Chriſtus perpeſſus erat, ſocius ac particeps fieret. Urbs enim illa, quem admodùm in magnis erroribus verſabatur, ſic majoribus remediis egebat, ut corrigeretur; ut ubi graviſſimus erat error, ibi etiam maxima gratia abundaret. Deindè tyrannus & impius Nero, qui ſe tyrannidi ſuæ terram & mare ſubacturum ſperaret, furore crudelitatis ſuæ, vique amentiæ in rabiem adactus, in Chriſti ſervos exarſit, ac* QUARTO DECIMO TYRANNIDIS IMPERII SUI ANNO BEATOS PETRUM ET PAULUM INIQUA MORTE CONDEMNAVIT. Qui certè locus, ut obiter ſæpè alia alibi, non inexpectatò tantùm minisque confirmat, *Apoſtolum Petrum Romam, vùm jam Nero imperaret, advenisse*, ut inferiùs tradetur capite ſecundo: ſed perſpicuè oſtendit, potuiſſe nos carere hoc libello de Mortibus Perſecutorum ad illam contrariam opinionem abjiciendam, cùm jam eam Methodium ſecuti potuerimus damnare. Et verò ſi ex Methodio Apoſtolus Petrus, imperante jam Nerone, ad prædicandum per totum orbem Evangelium cum cæteris Apoſtolis miſſus eſt, & in urbe Româ anno tantùm Neronis XIV. poſt annuntiatam priùs alibi per multos annos Chriſtianam veritatem capite plexus, quonam ille pacto potuit annos plures, quàm circiter ſex, aut ſeptem, Epiſcopum Romæ agere? Ad rem propiùs accedimus.

Plurimis placet, ut, cùm fortè novus aliquis liber Veterum, qualis nunc noſter, ex unico, nec benè ſano manuſcripto codice imprimendus eſt, edatur per omnia ſicut exſtat exaratus, ne cui vel ullâ parte rei veritas occultetur, aut per publicatus in Auctoris verbis mendarum & lacunarum loco lectiones minùs liceat de novis cogitare; eventurum ſcilicet aliàs, uti totidem fermè literis pronuntiavit Joannes Frider. Gronovius vir maximus (*c*), ut ſigna ad ſalutem & veram Auctoris manum idonea deſint, ſummumque non rarò, ut prioribus aliquorum conjecturis meliores nequeant ab aliis proponi. Illius verba ſunt: *Etſi non laudem an-*

(*a*) Matth. 27. 45. Marc. 15. 33. Luc. 27. 44. (*b*) P. 2. p. 348. (*c*) In Obſervatis ad Eccleſiaſt. Scriptores, cap. VII. p. 72.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

dacet conjecturas, quibus nonnulli veterem scripturam nimis transformaverunt, & membranis haveret tutissimum sit, tamen si quid illa asperi, & scabri, & sentinosi exhibeant, id non tam malo, quia Minucii esse eorum habeam, (agit quippè de Minucii Felicis dialogo contra Paganos) *quàm quia ex eo, quod Auctoris fuerit, facilius elici posse, non desperem. Non sunt enim codices antiqui sine mendis etiam prodigiosis; & præclarè nobiscum agitur, cùm signa ad salutem & veram Auctoris manum satis plana sunt ac certa: reliquum mens divina, plurimumque doctrina studium, & percognita Scriptoris indoles ac natura præstabunt.* Et quod continenter subjicit: *Atque in eo, quod nostrum est, evenit perspicuè, fateor, ut fallamur, quicunque hæc litteras supra vulgum tractamus? sed & multa interim eruimus præclara; utque olim iniquas Censoris alterius Notas collega plenumque levabat, & adversùs Tribunum pro intercessione vim intentantem alius auxilio erat Tribunus: ita si qua malè conciliaverimus, exoritur atque existit ex hoc ipso ordine, qui nostra peccata emendet. Denique tempus agis rem; quod hodiè non est, cras erit: sic vita truditur.* Hæc, inquam, adeò non absterrere debent, ut Priscorum libri, nostro similes, cum cunctis suis vitiis bonâ fide repræsententur, ut palàm sit, debere eò magis repræsentari. Nunc autem, quia eadem prorsùs sentiebam, putaveram, opusculum non potuisse melius nostrâ curâ communicari cum doctis viris, quàm si proximè ad vetus exemplar cuderetur, revocatis ob eam rem in sua loca quibuscunque lectionibus, quas in Notis primus & clarissimus editor Baluzius testaretur abjectas à se fuisse ut corruptas; neque enim aliter manuscriptum codicem, qui Parisiis servabatur, fas erat consulere. At quid moror? Tantùm juris in alienum opus per litteras roganti concessum non est. Hinc tibi nunc ante omnia Parisiensem editionem puram putam, sicut primùm prodiit, aut in iis solùm, quæ Baluzius ipse mutavit, interpolatam, quantùm ad Auctoris contextum renovamus. Noli ergò, cùm verbi gratiâ in libri ferè limine pro scripturâ manuscripti, *qui illustrati erant Deo, jacent*, excusum de integro reperies ex doctissimi viri correctione, *qui adversati erant Deo, jacent*, rem aliò referre, quàm quò diximus. Jam de Notis.

Illarum, ut in toto opere videre est, infinitæ breviusculæ sunt, aut non saltem longiores, quàm ut commodè subjici possent *textui*, quem vocant. Contrà verò aliæ, nec omninò paucæ, inveniebantur, quibus nequibat idem locus assignari, sive quòd fusiores essent excursus Philologici, sive quòd, licèt aliquam Auctoris difficultatem pressiùs discuterent, ipsæ quoque prolixiores forent; sive denique quòd ex singulis ejusmodi disquisitionibus, vel pluribus simul, facile esse videretur, Cæcilianas Dissertationes ad instar Cyprianicarum, & Dodwellianæ *de Ripâ Strigâ*, in Prolegomenis, ac præsertim in secundâ libri parte conficere. Sed jam, ut id fieret, tria magna corpora, non probantibus viris gravissimis, nec probaturis etiam, opinor, Auctoribus, qui viverent, discerpenda erant in partes ac particulas: Notæ, dico, doctissimorum virorum Baluzii, Cuperi & Columbi. Quare mox, mutatâ sententiâ, singulas ut licuit integras, (jam enim suas amplissimus Cuperus ab illis Columbi sejunxerat,) imprimendas tradidimus Typothetis, nimirùm ut ex omnibus ac Dodwelli Dissertatione *de Ripâ Strigâ*, cunctisque similibus, quæ posteà inveniri possent, & quales deindè reverà prodierunt Parisiis (*a*) clarissimi Toinardi Notæ in nostrum libellum, ac doctissimi Ruinarti Præfatio in Acta Martyrum *sincera*, ficut ait, & *selecta*, non solùm posterior pars hujus editionis constaret, sed ad illam primo loco editam ea suo ordine debitâque ratione in priori tomo fierent, quæ Gallis singulari nomine dicuntur *des renvois*.

Neque verò nos tunc temporis ignorabamus, quanta indè talium seges postmodùm oritura foret. Sed præter quàm quòd jam proposueramus, ne nimis esset arida, aut importuna, aliquid semper, si quis daretur locus, præmittere, undè & nonnunquàm satis levia præmissa sunt, voluimus te citò ac facilè, priorem operis partem legendo, posse, verbi gratiâ, simul legere, si liberet, aut res posceret, Doctorum Notas, quæ ad libelli seriem, vel ad eadem Auctoris loca spectarent. Doctissimas porrò Observationes, quas hodiè primùm simul collectas edimus, non antiquum modò pretium commendat: sed hoc ampliùs superpondii de novo ad illas accedit, quòd, ut vulgò evenit in secundis editionibus, suas magnoperè doctissimi viri Baluzius, Cuperus, Toinardus, sive nova annotando, sive vetera reformando, sive denique aliter disponendo, prout conferen-

(*a*) Anno 1690.

Digitized by Google

tibus liquebit, adauxerint. Quînam enim tibi nunc cuncta meliùs indicaremus?

In alteram partem congessimus omnia, quæ ad Auctoris intelligentiam diversimodè cogitata, vel facientia, contextui subjicienda supererant. Ea autem sunt, primò, quæ eruditissimi & amicissimi pariter viri Joannes Georgius Grævius, illustris ille tot gravium & exquisitarum lucubrationum parens, ac Elias Boherellus, à quo eximia quoque in dies meritò expectaveris, è proprio penu nobis flagitantibus depromserunt: deindè, quæ à clarissimis Thomâ Gale, Petro Allix, & Paulo Colomesio per Boherellum nostrum, dum adhùc in Angliâ degeret, benignissimè impetrata, quin & maximam partem laboriosè descripta accepimus: tertiò, omnes Notulæ, quas idem Colomesius suâ quoque manu ex Vossiani exemplaris margine curiosissimè expressit, & ad nos iterùm pro suâ benevolentiâ per eumdem amicum transmisit; tum quæ aliundè seriùs ocyùs humanissimi Moinardi beneficio, aut Bibliopolæ nostri operâ, à doctissimis viris Jacobo Tollio, & Abbate à S. Hilario, Canonico Bellovacensi, habuimus: denique, quidquid ipsi potuimus proprio Marte, & ex jam editis aliorum laboribus conferre. Ac sanè, cùm inter illos, tam propter semetipsas, quàm propter additas Notas, Anglicæ tres editiones nullo pacto prætereundæ forent, eminerentque itidem propter talia Versiones duæ laudatissimæ, una Gallica clarissimi Maucroixii, Canonici Rhemensis, & altera Anglica Gisberti Burneti, Reverendissimi hodiè Episcopi Sarisberiensis, quin & postremò eruditissimæ Dodwelli Dissertationes Gyprianicæ, necnon doctissima Pagii Critica in Annales Baronii, plurima haberent, quæ ad certa sequentis opusculi loca commodissimè referrentur, quid aliud tibi, obsecro, in hujus generis libro erat expectandum, quàm ut identidem ea opera laudari, aut describi cerneres? Ad alia, quæ restant, festinamus. A nobis, non diffitemur, editæ sunt inconsultis prorsùs clarissimis Auctoribus, Dissertatio de Ripâ Strigâ, Præfatio in Acta Martyrum, atque singula insuper, quæ tot locis ex Dodwello & Pagio excerpsimus. Sed ne multis, quæ jam anteà facta fuerant separatim juris publici, & ad rem nostram quovis pacto spectabant, nullatenùs iniquum, aut inurbanum putavimus, etiam insciis, qui vulgaverant, recudere & adunare, licèt interdùm viros doctos non leviter inter se commissura sint; ita enim meliùs aliquandò ubi veritas lateat pateatve apparituram. Nec tacendum duco, primarium recudendæ Præfationis Auctorem fuisse amplissimum Cuperum, qui inopinantem Typographum de eâ re ad majorem veri disquisitionem monuerit. Atque nos quidem Titulum illi *de Multitudine Martyrum* penè imposuimus; præcipuè quòd (ob supprimenda studio suis locis nonnulla, in quibus Ruinartus singulariter rationem reddidit novissimæ suæ editionis Actorum Martyrum) superfutura essent tantummodò, quæ ad multitudinem Martyrum totis viribus asserendam facerent. Sed ne fortè videretur illius Præfationis ratio temerè à nobis interpolata, vetus Titulus servatus est, nec aliud quidquam, sanctè possum dicere, ex toto opere abjectum, quàm dura illa inter Eruditos, & ut minimùm, inter utriusque partis homines controversia, *hæretici* appellatio, quâ Ruinartus aliquoties voluit adversarium infamare, & pro quâ nos humaniùs certissimam, nec invisam *doctissimi* nuncupationem substituimus, aut aliquid tale. Accipe nunc in hunc modum cum nobili vetustissimi Ecclesiæ Patris monumento amplissimam omnium collectionem, quæ ad illud quomodòcunque pertinebant; & si minùs diligentiam aliquam in eâ re, propter tantas procrastinationes quæ intervenerunt, memorandam esse existimas, audi saltem ampliùs, quantâ fide suum cuique tributum voluerimus. Primum omnium, cùm primæ partis animadversiones, quas ab aliis accepimus, non omnes simul in nostras manus venerint, sed quædam citiùs, quædam tardiùs, priores passim priori loco, nisi casu posteriorum censuræ essent, collocavimus. Posteà, singula quæ undecunque describenda erant, tantâ curâ descripsimus, ut ne ipsos quidem ablativorum circumflexos & adverbiorum graves omiserimus, quotiès adhibitos fuisse vidimus à doctis; nullos verò addiderimus, quotiès contrà ab aliis cum Jo. Frid. Gronovio (a) *elementariis, vel pueris, vel etiam senibus relicti fuerant*; servatâ nimirùm unicuique suâ scribendi methodo, etiamsi ex istâ accuratione duo plerùmque diversissima scripturæ genera, prorsùsque insociabilia in hoc libro conspicienda forent. Posteà rursùm, studiosè quoque Auctorum nomina suis Notis, cùm licuit, subjunximus. Ac denique, quoniam ex nullâ trium Anglicarum

(a) In Observatis ad Eccles. Scriptor. cap. 14. p. 152. & seq.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Anglicarum editionum sat perspicuè patebat, quos potiùs parentes Notulæ, quæ plerisque omnibus paginis subjectæ sunt, agnoscerent, editiones ipsas pro Notularum parentibus nominavimus. Tantò magis, quòd licèt in priore Oxoniensi, quæ cæterarum Anglicarum mater est, Reverendissimus Præfationis auctor anteà nominatus simpliciter scripserit, *sese Lactantii librum de Mortibus persecutorum, utpotè malè multatum, & lacunis sæpiùs hiulcum, partim ex suis, partim doctissimorum virorum Episcopi Asaphensis, & Isaaci Vossii, conjecturis subindè restituisse*, haud solùm v. gr. non suas accuratè distinxerit à Vossianis, sed Sparkianas aliquot, ut facilè esset probare, præter omnem expectationem admiscuerit; quin & complures, ut legitima mihi suspicio, Galeanas, cùm non paucas in Galei apographo, quo nos vir clarissimus per Boherellum nostrum beavit, haud aliter deletas invenerimus, quàm ut sua quisque solet damnare. Adde Cantabrigiensem editionem, etsi plures ei insint Notulæ quàm duabus Oxoniensibus, anonymi utiquè esse editoris, seu ἀνώνυμου.

De cætero, scio nos, quantacunque fuerit religio nostra in istis, parùm procul dubio religiosos visum iri in locis, ubi totiès Cæcilii verba suspecta reddere tentavimus, vel aliorum conjecturas ac sententias, prolatis confirmatisque pro virili nostris, in dubium vocare & evertere. Sed verbo dixero; ut in Religione, primorum Christianorum exemplo, *religiosi crucis* non sumus (*a*): ita nec crucium in auctoribus; & ut iterùm in Religione veritatem supra omnia sectamur: sic quoque semper in rebus Criticis & scientiis. Imitare tu, vel nostri laboris dispendio, si peccavimus. Nec enim nostra nobis ipsis oracula sunt, & uni omnes veritati debemus litare; atque ut sæpiùs nosmet liberè & candidè, occasione datâ, in musæo reprehendimus: ita per alios ab erroneo tramite in viam reduci, si candor & ratio benignè adsint, libentissimè patimur, & magnoperè gaudemus. Quin confide, si, allatâ modò potiori auctoritate vel ratione, cur hîc aut illic aberraverim ostenderis, te tantam à me gratiam initurum, quantam à te initam vellem, si vel propter solas doctorum Notas, quas tanto numero partim recentes, partim veteres collegimus, & jam nunc demùm vulgavimus, feliciter tibi tutoque ab omni parte esset exclamandum:

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Sed quàm verendum, quantùmcunque æstimandæ sint, ut id operis, nî novi suppetant MSS. codices, possit perfici! Vale; ac dum meliora, spero, molimur, animos adde, si potes. Nam ut nonnulla, quorum ratio divinatu facilis, non præloquimur: ita nec omnia nostra, denuò dicam, valdè commendabilia esse volumus; & amabimus semper, quæ meliora videbimus & probabimus, sequi. Nostris porrò, quod penè exciderat, Notulis, longioribusve animadversionibus, nomen nostrum non subjungimus. Sed vulgò figura crucis præfixa; eam enim Typographi plurimis locis omiserunt.

(*a*) Vid. Tertullian. in Apolog. cap. 16. TERTULL. *non dicit christianos religiosos cruois non esse, dicit, tales eos putari* (qui crucis nos religiosos putat) *nec refellit, sed explicat.*

Viro Perillustri atque Reverendissimo, D. EMANUELI à SCHELSTRATE, Eccl. D. Petri Canonico, & Vaticanæ Bibliothecæ primo Custodi, JACOBUS TOLLIUS S.

Laudem, quæ præclaris studiis Tuis, atque consummatissimæ in Eccles. Historiâ eruditioni, Vir Perillustris ac Reverendissime, debetur, in commodiora tempora occasionemque aptiorem differam. Nunc paucis animum tantùm meum ostendam Tuorum memorem meritorum. Plurimùm enim Tua me debere candidissimæ humanitati ac benevolentiæ lubens profiteor: dolere verò maximoperè, quòd nec Tibi, nec amicis cæteris, quorum cumulatissimum animi in me propensi affectum Itinere meo Italico expertus sum, meritissimas, ac tantas, quantas cupio, referre gratias non liceat. Sed de his post videro. Tuo verò nomini, Vir Perillustris ac Reverendissime, hoc, quidquid est, mearum in Lactantium de Mortibus Persecutorum notularum, inscriptum volui: tametsi vix digna illa sunt, quæ conspectum Tuum subeant. Sunt enim operâ tumultuariâ raptim & absque libris in gratiam amici bibliopolæ breviter conscripta. Verùmtamen placituras credo, quia mea sunt. Me enim amas: quod ut perpetuùm facias, rogo. Vale. Dabam Amstelodami, Anno CIↃ IↃCLXXXVIII. *postrid. Kal. Decembreis.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

PAULI BAUDRI NOTÆ IN LACTANTIUM.

Ad Pag. 180. LUCII CÆCILII.] Paulò aliter MS. codex Colbertinus. Neque enim ille *Cæcilii* per *æ*, quod Columbus perperàm ponebat (*a*), sed *Cecilii* cum *e* simplici, ut monuit disertis verbis clarissimus Baluzius, oculatus testis (*b*). Atque ita nos in primâ hujus editionis paginâ, & ab hâc deinceps in istis Notis, partim curiosæ cujusdam simplicitatis gratiâ, partim quò meliùs possint, qui volent, hoc opus Lactantio abjudicare; partim denique, quòd *Cecilii* scriptura per *e* simplex, quam vetus membrana suggerit, haud ea sit forsan, ex quâ *Cæcilii* per diphthongum debeat cudi.

Longino certè Rhetor ille, qui primus περὶ ὕψους scripsit, vocatur perpetuò Κεκίλιος, non Καικίλιος; & in singulis locis, quæ plurima sunt, Latinus illorum Interpres, quem clarissimus Tanaquillus Faber, vir olim, si quisquam alius, emunctæ naris, cæteris Tralatoribus præferebat, diligenter *Cecilium* sine diphthongo reddidit, non *Cæcilium* per primam diphthongum. Et, quò magis urgeam, apud Dionem Cassium, lib. 42. Κεκίλιος ὁ Μέτελλος illi quoque Prætori Romano nomen est, qui primus omnium πρὸς τῷ Καίσαρος, ut loquitur, resistere ausus, non autem Καικίλιος; quanquàm ibi loci, semperque alibi, Καίσαρος scripserit à Romanorum *Cæsare*, non Κάισαρος; itemque haud semel Αἰμίλιος, ab eorumdem *Æmilio*, non Ἐμίλιος, & Αἴλιος, ab eorumdem *Ælio*, non Ἔλιος. Imò, quod præcipuum, *Ceciliam Prognen*, *Cecilium Dexterum*, *Cecilium Saturum*, *Cecilium Felicem*, *Quintum Cecilium*, in ipsis Romanorum lapidibus sine diphthongo reperies apud Gruterum in Inscriptionibus (*c*). Utcunque sit, neutrum scribendi modum anonymus editor Cantabrigiensis secutus est: sed utrumque in *Cælii*, aliquantò, opinor, confidentiùs mutavit: quod ideò dico, quia è duobus MSS. codicibus, iisque non vulgaribus, qui Baluzio pridem laudati fuerant (*d*), patet haud insolens esse, ut Lactantius *Cecilius* vocetur, non *Cælius*.

Ibid. FIRMIANI LACTANTII.] Ita editio Latina Paris. Oxon. & Aboensis, cum unâ atque alterâ Tralatione (*e*). Sed omnes tandem, nî paulò liberiùs & incautiùs, saltem ex meris conjecturis. *In veteri* enim *codice*, inquit Baluzius (*f*), *ita simpliciter conceptus est titulus istius operis*, LUCII CECILII INCIPIT LIBER AD DONATUM CONFESSOREM DE MORTIBUS PERSECUTORUM. Quam Lectionem si in fronte hujus quoque paginæ non vides, scito nos jam primogenitam, ut sic loquar, Baluzii editionem summâ fide repræsentare, aut quam utique in iis tantùm quæ ipse mutasset, cupiebat à nobis interpolari. At nulla nobis, quòd ad titulum, mutatio à viro docto missa. Et veterem illum Colbertinæ schedæ quòd spectat, habuisti superiùs à nobis, ubi licuit, ne in malas oras prorsùs ablegaretur (*g*). Vide nunc Columbum, P. 2. p. 266. sed multò magis Baluzium, p. 3. 5. 6. ubi varia doctissimè de Lactantio ipso, de ejus patriâ, & similibus, traduntur.

Ibid. AD DONATUM CONFESSOREM.] De quo plura cap. hujus libri 16. *Ed. Oxon. & Cant.*

Rectè. Sed plura adhuc cap. 35. & 52. Adde Bal. P. 2. p. 8. & Col. p. 266. Imò faciunt hujus Donati ante & post redditam Ecclesiæ pacem pietas, simulque Columbi ad istam tituli particulam observatio, ne hinc etiamnùm discedamus. Nam, *Hodiè* sanè, quod Columbus monebat (*h*), *Pontifici Romano addicti*, CONFESSORES *vocant nullis quidem persecutionum turbinibus agitatos*,

(*a*) *V. P.* 2. *p.* 266. (*b*) *V. P.* 2. *p.* 7. (*c*) *V. p.* 41. *Inf.* 9. *p.* 534. *Inf.* 3. *p.* 820. *Inf.* 4. *p.* 547. *Inf.* 3. *p.* 187. *Inf.* 2. (*d*) *V. P.* 2. *p.* 7. (*e*) *Anglica*, *p.* 55. *Gallica Traject.* *p.* 1. (*f*) *V. P.* 2. *p.* 7. (*g*) *Pag.* 1. (*h*) *V. P.* 2. *p.* 267.

Digitized by Google

præ reliquis tamen mortalibus, ut isti autumant, vitæ sanctitate conspicuos. Sed, quod tacuit vir doctus, vexatos illos veteris ævi Confessores ejusdem ætatis Ecclesia (*a*) non minore sanctitate cùm *in acie*, tùm *in pace*, volebat esse præditos; ipsisque eâ de causâ coronas, *vel ex opere candidas, vel ex passione virtutisque consummatione purpureas* obtinendas proponebat. Sciunt qui Cyprianum legerunt, quò respiciam; & verba ipsa beati Martyris suo deinceps commodiore loco describentur. Interim, fuisse Donatum nostrum, dum in fide Christi viveret, unum è sanctioribus Ecclesiæ Confessoribus, clamant ipsummet Opusculi initium & finis. Principium enim est, *Audivit Dominus orationes tuas, Donate carissime, quas in conspectu ejus per omnes horas totâ die fundis:* clausula verò fermè extrema, *Tu præcipuè, Donate carissime, qui à Deo mereris audiri, Dominum deprecare.*

De cætero, Confessores, si Beckius ad Ecclesiæ Germanicæ Martyrologium esset audiendus (*b*), fuere propriè per ea tempora Christiani, *qui interrogati à Judice, Christum confessi erant; neque tamen vel carceres, vel tormenta, nedùm ipsum supplicium mortis senserant*, à solâ suâ igitur Jesu Christi confessione *Confessores* vocati. Sed hæc nimis κακόζηλα dicta; adeòque falli primò de carceribus virum doctum, manifestè ostendit caput 35. istius operis, ubi noster: *Tunc apertis carceribus, Donate carissime, cum cæteris confessoribus è custodiâ liberatus es, cùm tibi carcer sex annis pro domicilio fuerit.* En enim palàm, si nullæ aliundè suppeterent auctoritates, Confessores nonnunquàm in custodiam conjectos. Deindè verò de tormentis quoque erasse pari de causâ Beckium, apparet rursùs ex istis hujus auctoris verbis (*c*): *Verùm quid opus est illa narrare? præcipuè tibi, Donate carissime, qui præter cæteros tempestatem turbidæ persecutionis expertus es.... Noviès enim tormentis cruciatibusque variis subjectus, noviès adversarium glorioså confessione vicisti.... Nihil adversùs te verbera, nihil ungulæ, nihil ignis, nihil ferrum, nihil varia tormentorum genera valuerunt.* Cave igitur *Confessorem* vel *Confessores*, quandò in veterum libris nominantur, aliter accipias, quàm variæ rerum, temporum, & personarum necessitas requirunt. Maximè cùm præter tria priscorum Confessorum genera, quæ ex antedictis colligere facile est, primum nempè *simpliciter interrogatorum*, secundum *conjectorum in carceres*, tertium *tormentis vexatorum*, duos insuper eorumdem ordines Cyprianicæ epistolæ nobis commodùm in memoriam revocent. Unum illorum quibus, quòd in Christi confessione perstarent, exilii pœna solenniter indicta & inflicta fuerit à Judicibus; uti nuperrimè in nostrâ patriâ tot fortissimis fratribus nostris, seu Verbi Divini præconibus *, sive aliis. *Exulto lætus & gratulor, fortissimi ac beatissimi fratres, cognitâ fide ac virtute vestrâ, in quibus mater Ecclesia gloriatur, gloriata & nuper quidem, cùm confessione perstante susceptæ pœnæ est, qua Confessores Christi fecit extorres*, Cyprian. Ep. 9. Alterum verò eorum, qui non à Judicibus quidem, sed à Deo tentati & probati, hoc est, ad id per Divinam Providentiam adducti, ut privatim & coram Deo deliberandum haberent, sua-ne desererent, an Dominum, Dominum sequi & sua relinquere malebant. *Sæculo renunciaveramus, cùm baptizati sumus: sed nunc verè renunciavimus sæculo, quandò tentati & probati à Deo, nostra omnia relinquentes, Dominum secuti sumus, & fide ac timore ejus stamus & vivimus*, Cypr. Ep. 7. è secessu datâ, quem ipse sibi, quò se simili pacto persecutioni subduceret, elegerat.

* *Seu potius persecutoribus, saltem in Eucharistiâ.*

Ibid. DE MORTIBUS PERSECUTORUM.] En summo cunctarum editionum cum MS. codice consensu quale sit hujus libri argumentum. Nisi quòd in Aboensi, p. 78. (*d*) Columbus ita ad suas Notas descendat, INCIPIUNT NOTÆ IN L. CÆL. LACT. FIRM. LIBRUM DE PERSECUTIONE, SEU DE MORTIBUS PERSECUTORUM, respiciens nempè ad illa Hieronymi, Freculphi, & aliorum loca (*e*), ubi scriptum esse à Lactantio *De Persecutione librum unum* legimus; undè statim Columbus (*f*) cæteraque doctorum turba (*g*) colligere non dubitavit, hujus titulum etiam pridem fuisse simpliciter *De Persecutione*, nec posse igitur hoc quoque argumento opus ipsum alii cuiquam legitimè tribui, quàm Lactantio. Sed infirmum satis præsidium. Non omnis liber *De Persecutione* con-

(*a*) *V. ex. gr. Epist. Cypr. Ad Clerum, de curâ pauperum ac Confessorum; itemque Ad Martyres & Confessores de Mappalico, quæ in Ed. Pamel. sexta & nona sunt.* (*b*) *Martyrol. Eccl. Germ. cap. 7. p. 69.* (*c*) *cap. 16.* (*d*) *Conf. infrà P. 2. p. 266.* (*e*) *V. v. g. Hieron. De Script. Eccles. v.* Firmianus, *& Freculphum, to. 2. Chronic. l. 3.* (*f*) *V. P. 2. proximè ante p. 266.* (*g*) *V. Bal. P. 2. p. 7. & 8. & Præfat. Ed. Oxon.*

Digitized by Google

tinuò liber est *De mortibus Persecutorum*. Ille, v. gr. Tertulliani, quem idem & in eodem opere Hieronymus (*a*) tanquàm *De Persecutione* inscriptum laudabat, ne γρῦ quidem *de Persecutorum mortibus* differit, sed ex professo *De Fugâ in Persecutione*, qui & hodiernus libri titulus, & unicus. Quarè, strictè loquendo, nil prohibeat, quominùs *Lactantii liber De Persecutione* paulò post ab eodem Hieronymo commemoratus, vel *De fugâ* quoque *in Persecutione* cum Tertulliano tractaverit; vel *De causis persecutionum*, aut si quæ alia hujusmodi generis in mentem venire possunt: minimè autem de illorum obitu, qui Ecclesiam Christianam ad Constantinum usque fuerint persecuti. Absit nihilominùs, ut ex istis conjecturis ullam velim egregiè asserendam suscipere, nedùm ut de singulis cogitem. Disputo tantùm, non esse in Hieronymi & aliorum verbis, *Habemus* [*Lactantii*] *De Persecutione librum unum*, undè liquidò eruditi ostendant quod volunt de genuino hujus libri auctore. Aliàs enim, sicut eum fuisse Lactantium haud inviti concedimus: ita pariter duplicem fuisse apud Veteres libelli titulum, non ausimus negare. Unum scilicet, *De Mortibus Persecutorum*, quoniam quâ ratione plerique ex primævæ Ecclesiæ persecutoribus vitam finierint, tetigit. Alterum verò, *De Persecutione*, ob persecutionem illam, ut ita dicam, κατ' ἐξοχήν, seu decennalem, de quâ præ cæteris omnibus differere studuit, quamque adeò à capite 20. usque ad 52. seu ultimum, narratam videre est; quin & postremo illo capite perstrictam his verbis, *Victoriam Domini cum laudibus frequentemus, diurnis nocturnisque precibus celebremus, ut pacem post annos decem plebi suæ datam confirmet in sæculum.* Vel potiùs, *De Persecutione*, id est, *De* variis persecutionibus in priores Christianos usque ad auctoris tempora exortis: eo modo, quo *De Consolatione* apud Senecam plus semel, simili loco (*b*), pariterque *De Consolatione Philosophiæ* apud Severinum Boëtium (*c*), & *De Fugâ In Persecutione* apud Tertullianum, aptissimè *De consolationibus*, & *De fugâ in persecutionibus*, exponi queunt.

Quidquid sit, docent plurimis exemplis Baluzius P. 2. p. 8. Cuperus p. 123. & Columbus p. 267. quàm eleganter, & melioribus auctorum imitatione, noster in priore titulo posuerit *De mortibus*, numero multitudinis. Sed, quod viri doctissimi observare, nî fallor, obliti sunt, dixere simili pacto Græci εἴκοσι θανάτους (*d*), *viginti mortes*; θανάτους ἀλογίστους (*e*), *mortes absurdas*; & θανάτους πολλοὺς (*f*), *in mortibus sapius*: Hebræi autem ממותי תהלאים (*g*), ad verbum, *mortes ægrotationum*, id est, *ægerrimas*. Planè ut alibi Græcos in contrariæ significationis vocabulo βίους (*h*), Latinos verò *vitas* (*i*) usurpasse certum est.

CAPUT I.

Lin. 1. *Audivit Dominus orationes tuas.*] Constans erat veterum Christianorum opinio, imò certissima persuasio, quidquid Confessores & Martyrii candidati à Deo petissent, impetratum iri. Hinc noster extremo hoc libro, *Tu præcipuè, Donate carissime, qui à Deo mereris audiri.* Ergò & Lapsi, aliique, iis deprecatoribus utebantur: quâ de re inter epistolas Cypriani nonnullæ exstant notabiles, & in Historiâ Ecclesiasticâ complura occurrunt exempla. Quòd ad phrasin, eodem modo incipit & Horatius ad Lycen:

Audivere, Lyce, Dii mea vota: Dii
Audivere, Lyce;

estque ea inter animi exultantis characteres referenda, cujus gaudium plenissimè exprimit. *Tollius.*

Ibid. *Aud. Dom. orat. tuas.*] Loquendi genus haud dubiè è medio petitum. *Vel*, si mavis, è totâ veteri vulgatâ. Cur enim potiùs ex istoMacchabæorum commate, *Exaudiat* [*Deus*] *orationes vestras, & reconcilietur vobis*, quod Columbus suspicabatur (k), quàm ex infinitis ejusmodi locutionibus, quibus sacri codices referti sunt? putà ex istâ, *Longè est Dominus ab impiis, & orationes justorum exaudiet*, Prov. 15. 29. Imò, quàm è Psalmo nominatim 105. comm. 44. ubi in fine, per omnia fermè uti hîc, *Audivit* [*Dominus*] *orationem eorum?*

Quod autem modò vir clarissimus de Lapsis ponebat, illos usos fuisse efficacissimè Confessoribus tanquàm deprecatoribus apud Deum, & esse in eam rem notabiles aliquot

(*a*) *V. Hieron. De Script. Eccl. v.* Tertullianus. (*b*) *Is est verè titulus trium Senecæ librorum; nempè, Ad Polybium, Ad Marciam, Ad Helviam Matrem.* (*c*) *V. p. 1. Edit. Basil. 1522. In sequentibus enim titulus est*, De Consolatu Philosophico. (*d*) *Aristoph. in Pluto.* (*e*) *Lucian. in De Hist. Scrib.* (*f*) *Paulus in 2. Ep. ad Cor. 11. 23.* (*g*) *Jer. 16. 4. Conf. Ezech. 28. 10. Esa. 53. 9.* (*h*) *Plato lib. 1. Polit.* (*i*) *Terent. And. 3. 3.* (k) *V. P. 2. p. 267.*

Digitized by Google

epistolas inter Cyprianicas; favent ei admodùm non nego, vigesima secunda, decima tertia, & decima quarta editionis Pamelianæ.

Prima quidem, quoniam in eâ Confessor Lucianus de pace omnibus Lapsis ex Martyris Pauli præcepto datâ ad Celerinum scribens, *Omnes*, ait, *quos Dominus in tantâ tribulatione arcessire dignatus est, universi ex compacto universis pacem dimisimus.*

Altera autem, quoniam pariter in illâ secundùm meliores Cypriani editiones, Cyprianus ipse, post hunc titulum. » Ad Cle» rum, de Lapsis & Catechumenis, ne vacui » communione exeant «, *Occurrendum puto*, inquit, *fratribus nostris*, de Lapsis loquens, *ut qui libellos à Martyribus acceperunt, & prærogativâ eorum apud Deum* ADJUVARI POSSUNT.....

Postrema verò, quatenùs in eâ quoque Cyprianus, quin & in totidem ferè verba desinens, rescribensque ad Clerum de eis qui ad pacem festinabant, *Quoniam significastis*, ait, *quosdam immoderatos esse, & communicationem accipiendam festinanter urgere, & desideraſtis in hâc re formam à me vobis dari, satis plenè scripsisse me ad hanc rem proximis litteris ad vos factis credo; ut qui libellum à Martyribus acceperunt, & auxilio eorum* ADJUVARI *apud Dominum in delictis suis* POSSUNT.....

Sed, ut brevis sim, videant tamen sedulò eruditi, astipulentur-ne reapse Tollio ultima duo Cypriani loca, an tantùm in speciem. Multa enim sunt ob quæ rectiùs, ni fallor, in utroque *adjuvari poscunt* legatur, quàm *adjuvari possunt*, sicut paulò antè *desideraſtis dari*, & infrà, *petierant dari*, *postulaſtis dari*; quod mox patebit. Agit certè Cyprianus de quibusdam Lapsis, qui non modò libellos à Martyribus acceperant, sed *immoderati erant, & communicationem festinanter urgebant*, seu *ad pacem festinabant*, ut loquitur epistolæ titulus; de quibusque adeò vix aliud quidquam statuendum videatur, quàm quod suggerimus, hoc est, eos sibi epistolas à Martyribus vel Confessoribus post perfidiæ suæ facinora omni arte seriùs ociùs comparasse, statimque flagitasse importunè ab Episcopis, aut aliis Ecclesiæ & reconciliationis Divinæ Ministris, ad quos illæ dabantur epistolæ, ut auxilio Martyrum Confessorum-ve, qui eas scripserant, *juvarentur apud Dominum in delictis suis*; id est, ut sibi eorum precibus abnegatio sua condonaretur, & ad sanctam simul Eucharistiam fideliumque pacem admitterentur, venturi etiam cum eâ pace suo tempore ad Dominum. Hoc ergò primum omnium dispiciat erudita doctorum cohors.

Deindè verò, si nostras fortè minùs probaverit emendationes, caveant nihilò seciùs quibus Cypriani lectio non multùm familiaris est, ne Tollii verba simpliciter intelligant ut sonant; hoc est, quasi Lapsi quidem usi sint apud Deum Confessoribus tanquàm deprecatoribus, sed non pariter apud Ecclesiæ Præfectos. Nam Lapsi ad Confessores quoque recurrebant, ut apud hos juvarentur. Nec Confessores Deum unicè Lapsorum causâ deprecabantur, sed sacros etiam Ecclesiæ & Pœnitentiæ Πρεσβυτερους. Hinc in Cypriani epistolâ Ad Martyres & Confessores, qui Lapsis petierant pacem dari, (is enim titulus undecimæ in editione Pamelianâ) *Cùm vos*, inſit, *ad me litteras direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam Lapsis pacem dari postulaſtis.* Et rursùm in 13. quam modò, ut Ad Clerum de Lapsis & Catechumenis, ne vacui communione exirent, conscriptam laudavimus, *Quoniam*, inquit, *video facultatem veniendi ad vos nondùm esse, ... occurrendum puto fratribus nostris, ... ut manu eis in pœnitentiam impositâ, veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres litteris ad nos factis desideraverunt.* Imò, memoratus suprà Lucianus suam ad Celerinum epistolam claudens, *Ideò*, ait, *frater, peto, ut sicut hic, cùm Dominus cœperit ipsi Ecclesiæ pacem dare, secundùm præceptum Pauli, & nostrum tractatum expositâ causâ apud Episcopum, & factâ exomologesi*, [*Numeriæ & Candidæ*] *habeant pacem, nec tantùm hæ, sed & quas scis ad animum nostrum pertinere;* non obscurè orans, ut quam jam ipse pacem cum reliquo Confessorum cœtu Numeriæ & Candidæ dedisset, Celerinus ratam faceret; intercedentibus itaque quondàm, quotiès per tempus licebat, & ne in Ecclesiæ jura viderentur ultrò invadere, Confessoribus apud Episcopos, etiam cùm pax Lapsis à Confessoribus fuerat *dimissa*; quod notandum.

Ibid. *Donate carissime.*] Ita noster, quotiès hunc Donatum compellat in hoc libro, quod quater facit. Confer cap. 16. 35. & 42. Nec obliviscere, ita quoque compellari à Lactantio, capite 22. De Irâ Dei, Donatum illum, cui id operis nuncupavit. Hoc enim Lactantium hujus auctorem esse, inter cætera suadere potest.

Pag. 180. lin. 3. *Qui gloriosâ confessione sempiternam sibi coronam pro fidei suæ meritis*

Digitized by Google

quæſierunt.] Hùc pertinent ultima verba Lactantii Epitomes, *ut poſſit Deo judice pro virtutis ſuæ meritis, vel coronam fidei, vel præmium immortalitatis adipiſci.* Gale.

www.libtool.com.cn

Ibid. *Glorioſâ Confeſſione.*] Non modò vera ad Confeſſores gloria ex illâ animi fortitudine, quâ intentata labefactandæ conſtantiæ ſuæ tormenta contemnebant, redibat: ſed & inanis ac humana à nonnullis captabatur, quæ in Proteo falſè à Luciano deridetur. Eâdem voce utitur noſter capite XVI. *Noviès adverſarium glorioſâ confeſſione viciſti.* Opponitur autem *glorioſa confeſſio* illi, quæ magno animi impetu & ardore, ſed inconſulto ac temerario ſuſcepta, poſteà in tormentis deficiebat. Undè *Lapſorum* triſte in Eccleſiâ priſcâ nomen, nec Origenis ignobile exemplum eſt. Sed & ideò *glorioſa* dicta videri poſſit, quòd eâ ὁ Θεὸς ἐδοξάζετο, utì eſt apud S. Joannem, Evang. cap. 21. 19. *Tollius.*

Firmat ſanè ultimam expoſitionem Tertullianica iſta interrogatio (*a*), *Quomodò martyria fieri poſſent in gloriam Domini, ſi tributo licentiam ſecta compenſaremus?* Ne & hanc quoque Novæ Prophetiæ hortationem ex eodem Tertulliano (*b*) adducam, *Nolite in lectulis, nec in aborſibus, & febribus mollibus, optare exire, ſed in martyriis, utì glorificetur qui eſt paſſus pro vobis.* Sed, ut quod res eſt dicam, vereor valdè ut Cecilii locutio, *qui ſempiternam* SIBI *coronam quæſierunt*, ſignificet *confeſſionem* Deo *glorioſam*, ac non potiùs, *ipſiſmet Confeſſoribus.* Mihi ſaltem poſterior ſenſus magis probatur. Atque ita, meo iterùm judicio, noſter infrà, cap. 16. quin & Sulpicius Severus lib. 2. Hiſt. Sacræ his verbis: *Quâ tempeſtate omnis ferè ſacro Martyrum cruore orbis infectus eſt: quippè certatim glorioſa in certamina ruebatur, multòque avidiùs tum martyria glorioſis mortibus quarebantur, quàm nunc Epiſcopatus pravis ambitionibus appetuntur.* Quod & ideò exemplum præ ſexcentis aliis afferre viſum eſt, quia *Tempeſtas quâ*, ſecundùm Sulpicium Severum, *certatim in* GLORIOSA CERTAMINA *ruebatur*, & *martyria* GLORIOSIS MORTIBUS *quarebantur*, ea ipſa eſt de quâ hîc, *Audivit Dominus orationes tuas, Donate cariſſime, cæterorumque fratrum noſtrorum qui* GLORIOSA CONFESSIONE, & quæ deinceps: quùm iſta verè ad decennalem Diocletiani perſecutionem recèns finitam pertineant, & ante allata Sulpitii verba, proximè apud Auctorem legatur: *Poſt* [*Valerianum*] *interjectis annis ferè quinquaginta, Diocletiano & Maximiano imperantibus, acerbiſſima perſecutio exorta, quæ per X continues annos plebem Dei depopulata eſt;* ut ſint palàm ejuſdem temporis, ſimulque ſignificationis, Cecilio noſtro ac Sulpicio Severo, *Glorioſa confeſſio*, *Glorioſa mortes*, *Glorioſa certamina*, de quibus hic, aut ille, ſuis locis.

Lin. 4. *Pro fidei ſuæ meritis.*] Columbus P. 2. p. 267. omnem planè meriti rationem conatur ab hujus loci ſententiâ removere. Quàm rectè autem, diſcutiemus, Deo dante, alibi, & fuſè; quandoquidem ad aliquot Veterum doctrinam de bonorum operum mercede & meritis bonâ fide intelligendam, verba hæc, cum cæteris quibuſcum cohærent, verè inſignia ſunt.

Ibid. *Quæſierunt*] Ed. Oxon. & Cant. *quæſiverunt.*

Sed non opùs fuit mutatione. Manuſcripti codicis ſcriptura ipſa quoque recta eſt. Lactantius de Vitâ Beatâ, cap. 14. *non immortalitatem ſibi, ſed mortem peccatis ac libidinibus* QUÆSIERUNT; & ſimiliter *quæſieris* (*c*), *quæſierat* (*d*), *quæſiſſe* (*e*), apud idoneos auctores occurrunt. Et noſter infrà (*f*), denuò cum ipſis, *quæſiſſet.*

Quoad ſenſum, Reverendi Epiſcopi Sarisberienſis verſio eſt, *who have acquired to themſelves*, ad verbum, *qui ſibi acquiſiverunt.* Optimè. Non enim Cecilius, *qui.... ſibi.... quærunt*, tempore præſenti, ut de Confeſſoribus *adhùc quærentibus* in mentem nobis venire oporteat: ſed, *qui.... ſibi.... quæſierunt*, tempore præterito, ut de iis ſolùm deceat cogitare, qui *olim quæſiverant, nec ampliùs quærebant;* hoc eſt, *qui jam quod quæſierant, acquiſiverant*, quoad jus ſaltem. Et non eſſe præter hujus auctoris morem, *quærendi* verbum in *acquirendi* ſignificatione adhibere, teſtatur caput 18. ubi de Diocletiano: *Ille verò aiebat ei indecens* [*fore*] *ſi poſt tantam ſublimis faſtigii claritatem in humilis vitæ tenebras decidiſſet, & minùs tutum, quòd in tam longo imperio multorum ſibi odia quæſiſſet.* Manifeſtè, pro *acquiſiviſſet*, utì ſuo loco confirmabimus.

Ibid. *Addetur.*] Legendum fortè, *arcetur.* Vide ſub finem, *Impetus Diaboli à populo ſuo arceat.* Eodem modo hîc, *arcetur adverſa-*

(*a*) *V. Tertull. De fugâ in Perſec. c.* 12. (*b*) *V. Tertull. ibid. c.* 9. (*c*) *Hor. l.* 1. *Carm. Ode XI.* (*d*) *Hor. l.* 1. *Ep.* 1. *Ep. & Liv. l.* 6. (*e*) *Cic. Or.* 3. *in Verr.* (*f*) *C.* 18.

Digitized by Google

tius ; id est, *Diabolus.* Ita Boherellus noster, vir nullo non præclaro elogio dignus, omniumque adeò cùm doctorum, tum bonorum, quibus notus est, deliciæ.

Ibid. *Additur his omnibus adversarius.*] Non potest hoc de paganis dici, quorum nulla facta mentio : verùm ad orationes referendum est Donati & aliorum fratrum, quibus auditis additur à Deo adversarius, id est, Diabolus Divinâ gratiâ coercetur, & ipsorum precibus devictus. Malim tamen hîc legere, *Ecce deditur*, vel *traditur*, *his omnibus adversarius.* Tollius.

Ibid. *Ecce addetur his omnibus adversarius.*] Credam legendum, *Ecce deturbatis his omnibus adversariis.* Allix.

Ibid. *Ecce addetur.*] Corrigo, *Excidetur*, id est, destruetur. Eâ voce sic alibi utitur Lactantius. *Gale.*

Quod de paganis generatim observat vir doctus, nullam factam esse eorum mentionem in toto antecedente libri contextu, ita speciatim de Persecutoribus verum est, ut ne in libri quidem titulo, qualem apud Hieronymum reperiri putant, vel tantillùm nominentur, quem suprà nempè vidimus esse simplicitèr, *De Persecutione ;* quarè nollem ad eos hoc loco respici ab eruditis. Agitur proculdubiò de precibus Donati ejusque similium. Nec quidquam probabilius, quàm hunc auctorem ab exauditis frequentissimis eorum orationibus semel exorsum, [*Audivit Dominus orationes tuas &c.*] voluisse statim ostendere, quibus illæ in rebus fuissent exauditæ, *Ecce his omnibus adversarius* .... Uti nàm solùm exemplo aliquo Tollius ostendisset, τὸ *addi*, seu *addi adversarium*, sumi posse pro *coerceri* & *devinci* ! Nam quia nullum attulit, omninò non possumus, quin cum eo de istâ interpretatione diffidamus.

Ibid. *Addetur.*] Hæc est MS. codicis lectio, quam secutæ sunt editiones omnes Latinæ, exceptâ Aboensi, ubi, mutato seu de industriâ seu fortuitù tempore, *additur*, pro *addetur*, tam hîc, quàm in Notis (*a*) excusum reperimus. Sed utrumque haud dubiè consultò factum. Nam Columbi explicatio congruit : *Additur*, inquit, *id est*, *apponitur* (*b*). Nec aliter modò Tollius & Boherellus, suo quisque ratione, per præsens, quamvis indictâ quoque causâ, legebant. Prior scilicet *additur*, vel *deditur*, vel *traditur ;* posterior verò, *arcetur.* Laudo, ipsasque etiam Translationes, quæ per præteritum converterunt (*c*). Nam cùm libri initium sit, *Audivit Dominus orationes tuas*, eo ipso debuit multò potiùs afferri continenter ab auctore exemplum præsens vel præteritum istius exaudicionis, *Ecce additur*, aut aliquid tale, quàm exemplum ejusdem rei futurum atque incertum, *Ecce addetur.* Et præterea, si ad ea quoque, quæ proximè sequuntur, respicimus, proximè sequentia sunt, *& Ecclesia rursùm exurgit*, non *exurget ;* itemque, *& majore gloriâ Templum Dei fabricatur*, non *fabricabitur* : quæ ambo haud minori indicio sunt, adhibitum fuisse in principio periodi verbum quodpiam præsentis temporis, non futuri. Præsentis igitur verbum libentissimè prætulerimus. Tantùm, dum his indubiè de causis viri docti, quos honoris causa superiùs nominabam, suprà dictas correctiones velut vulgatæ lectioni sufficiendas proponunt, aut sufficiunt, nos pro symbolâ nostrâ malumus legere *abditur. Ecce abditur his omnibus adversarius ;* id est, Ecce omnium illarum orationum efficaciâ Diabolus, cui ex abysso contra Christianos prodire fuerat concessum, denuò in abyssi tenebras detruditur & abditur. *Abdere*, pro *abscondere*, *retrudere*, & *abditus*, pro *absconditus*, *retrusus*, Ciceroni, inter alios, quovis conjugationis & constructionis genere frequentissima sunt.

Audis-ne hæc, Amphiarae sub terram abdite ?

ait ille, v. gr. post Epigonem in Quæst. Tuscul. (*d*) & Orat. 2. in Verrem, *Simulacra Deorum jacent in tenebris, ab isto retrusa atque abdita*, de Verre. Et, quod magis est, non solùm ex Evangelio didicimus, rogatum quondàm fuisse Dominum nostrum ab integrâ Dæmonum legione, *ne in abyssum ire juberentur* (*e*) : sed Joannes sub finem Apocalypsis (*f*), *Deindè*, inquit, *vidi Angelum descendentem è cœlo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu suâ, qui apprehendit serpentem illum antiquum, qui est Diabolus & Satanas, & vinxit eum ad mille annos ;* CONJECITQUE IN ABYSSUM, QUAM OCCLUSIT *& obsignavit super eum, ut non seduceret amplius gentes, donec consummarentur* ANNI ILLI MILLE, POST QUOS OPORTET EUM SOLVI AD EXIGUUM TEMPUS ; qui ergò permittitur interdùm terras & auras, carcere solutus,

(*a*) *Conf. infrà P. 2. p. 267.* (*b*) *V. ibid.* (*c*) *Gallica, Paris, Maucroixii, & Anglica Rev. Burneti.* (*d*) *Lib. 2. in fine.* (*e*) *V. Luc. 8. 31.* (*f*) *Apoc. c. 20. comm. 1. 2. 3.*

Digitized by Google

peragrare, interdùm verò abditur denuò in abyssum invitus. Planè, ut apud Velleium Paterculum, lib. 2. *Neque hic prioribus in occultando felicior fuit*; ABDITUSQUE CARCERI, *cum conscîis facinoris mortem dignissimam vitâ suâ obiit.* Denique, potuisse hunc auctorem efficaciæ orationum, de quibus loquitur, omnia ista tribuere, *Ecce abditur his omnibus adversarius; & restitutâ per orbem tranquillitate, prostigata nuper Ecclesia rursùm exsurgit, & majore gloriâ templum Dei, quod ab impiis fuerat eversum, misericordiâ Domini fabricatur*, ipse libri colophon probat, ubi non minori pompâ, *Tu præcipuè, Donate carissime, qui à Deo meretis audiri, Dominum deprecare, ut misericordiam suam servet famulis suis propitius ac mitis, ut omnes insidias atque impetus Diaboli à populo suo arceat, ut floreſcentes ecclesias perpetuâ quiete custodiat.* Nec mirum, cùm multò antè Jacobus viam præiviſſet, teſtando (*a*), *orationem fidei salvare infirmum; & Eliam, licèt nostris affectibus similem, oratione oraviſſe, ut non plueret super terram, & non pluisse annos tres & menses sex; & rursùm oraviſſe, & cœlum dediſſe pluviam.*

Lin. 5. *Adversarius.*] Quòd contra Columbi ſententiam *adversarium* hoc loco incunctanter de Diabolo intelleximus, perpulere nos haud ſolùm doctiſſimorum virorum (*b*) exempla eodem modo accipientium, ſed præcipuè graviſſimarum rationum momenta, quæ in eam rem ex hujus Scriptoris ſtylo ſuppetunt. Prima nempè è cap. 16. deſumpta, & allata jam à perilluſtri Cupero, P. 2. p. 124.

Altera autem, quòd alibi de Chriſtianorum perſecutoribus Cecilius noſter differens, illos quidem *adversarios Dei* (*c*) numero multitudinis vocaverit, & Maximinum Dazam, cap. 43. *unum de adversariis Dei*: at nullum tandem uſpiàm humanum perſecutorem vocaverit ἀντὸν *adversarium.* Tertia denique, quòd dum Columbus *adversarium*, non de ullo inſigni fidelium perſecutore intelligit, ſed contrà de aliquo ſingulari perſecutorum adverſario eos coercente & puniente, reclament validè paucis poſt verſibus hæc verba, *Excitavit Deus* PRINCIPES, *qui tyrannorum nefaria & cruenta imperia reſciderunt*, cùm ibi non *Principem* hunc, aut illum, ſed *Principes*, plurativo numero, habeamus; itemque, quòd nec capite 48. litteræ de reſtituendâ Eccleſiâ ſimpliciter inchoent, *Cùm feliciter ego Constantinus Augustus*, & quæ poſteà: ſed è contrario, *Cùm feliciter* TAM EGO CONSTANTINUS AUGUSTUS, QUAM EGO LICINIUS AUGUSTUS *apud Mediolanum convenissemus*, &c. adeò ut manifeſtò nullus humanus & ſingularis Perſecutorum ultor per *adversarium* hoc loco ſit intelligendus. Non, inquam, Conſtantinus, vel Licinius: ſed, ut dictum eſt, magnus fidelium Perſecutor, Diabolus; quod infrà optimè confirmat Cuperus, P. 2. p. 124. quem adi.

Ibid. *Restitutâ per orbem tranquillitate.*] Vide eundem ibidem.

Ibid. *Per orbem.*] Mirum quantùm inter ſe differre queant, accuratiùs penſitando, *per orbem*, quod hîc habes, & *per omnem terram*, quod capite proximo in alio argumenti genere occurrit; itemque *per omnes provincias & civitates*, quæ altera ejuſdem capitis locutio, in eâdem materiâ.

Ibi enim, quoniam de Evangelio Chriſti *per omnes provincias & civitates* cum fidei obedientiâ ſpatio 25. annorum prædicati agitur, non modò nil vetat, ſed è contrario, ſicut ſuo loco patebit, locus ipſe, & plurimæ Patrum auctoritates commonent, poſſe & debere, verbi gratiâ, per *omnem terram*, omnem terram habitabilem ſeu habitatam latè intelligi; hoc eſt, non ſolùm quidquid intra Imperii Romani fines continebatur, tum cùm ampliſſimum erat & in culmine ſuo, ut ab Auguſto ad Trajanum: ſed, exempli cauſâ, totam inſuper Scythiam, Indiamque, quarum, citra omne dubium, neutra, ne quid aliud dicam, Imperii pars erat, cùm Nero imperare exorſus eſt.

Sed hîc, cùm de amiſſæ *per orbem* tranquillitatis reſtitutione ſermo ſit, nec ea tandem publicæ tranquillitatis amiſſio aliundè originem duxerit, quàm ex Imperatorum decretis contra Chriſtianos, neque jam eorum Decretorum ulla vis fuerit extra Imperii Romani limites, idcircò ſanè *Orbis* vocabulo *Orbem merè Romanum*, id eſt, Legibus Imperatoriis parentem, intelligere oportet, nequaquàm verò cunctas illius portiones Imperatoribus non ſubjectas. Et eo modo *tum orbem* videre licet à Julio Firmico ad *Orbem Romanum* reſtringi his verbis ſuprà quàm dici poteſt notabilibus, *Dominus & Auguſtus noſter* TOTIUS ORBIS *imperator.... Constantinus ſcilicet Maximus*, ... ROMANUM ORBEM *ſalubri gubernationis moderamine*

(*a*) *Jac. c. 5. comm. 15. 17. 18.* (*b*) *Cup. Toll. Boh.* (*c*) *V. cap. 5.*

www.libtool.ch

Digitized by Google

moderamine sustentat. Ne & adjiciam, haud aliud ad summum sonare πασῶν τὴν οἰκουμένην hoc Lucæ loco (*a*), ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πασὰν τὴν οἰκουμένην. Imò, sicut egregiè haud ità pridem observatum est, nullâ olim aliâ de causâ Conciliis *Oecumenicis* id nominis indebatur, quàm quia qui ad illa vocabantur & conveniebant, veniebant & cogebantur è singulis illis partibus generalioribus Orbis habitabilis, quæ Imperatorum potestati & jurisdictioni subserant (*b*).

Lin. 6. *Profligata nuper.*] Vide Col. P. 2. p. 268.

Pag. 181. Lin. 1. *Templum Dei.*] Illud Templum Nicomediæ erat. *Maucroix.*

Nicomediæ scilicet, quod à Diocletiano & Maximiano eversum fuit. *Editio Oxon.* Eaque totidem ferè verba Baluzii in primâ editione (*c*), quamvis ad alium locum, de quo infrà pag. 12. num. 18.

Nicomediæ scil. [ubi tunc agebat Lactantius,] quod à Diocletiano &c. uti modò. *Editio Cant.*

Aliter, nec immeritò, accipiunt Amplissimus Cuperus, P. 2. p. 124. & Baluzius ex illo, ibid. p. 8. quos vide.

Ibid. *Fabricatur.*] Verbum huic Scriptori familiare. Sic cap. 3. *Cùm multa mirabilia opera fabricasset;* & cap. 7. *quacunque fabricandis operibus necessaria;* & cap. 36. *Ut Christiani neque fabricarent...*

Lin. 2. *Principes.*] Constantinum & Licinium. *Maucroix.* Rectè. Confer infrà caput 48. & Bal. P. 2. p. 8.

Lin. 3. *Humano generi providerunt.*] Pertinere hùc egregiè nummos, quos de *Imperatorum providentiâ* laudat doctissimus Cuperus, P. 2. p. 125. nemo qui locum adibit, negaverit. Quòd hic verò insuper, sive ex iisdem, sive ex aliis, *humanum genus* de *Imperio Romano* interpretatur, firmat quidem validè quæ nos paulò antè ad *restitutam per Orbem tranquillitatem* observavimus. Sed malè, puto, ad *vastationem terræ & humani generis eversionem*, de quibus in fine capitis 2. accommodarentur.

Ibid. *Humano generi providerunt.*] Videretur excidisse copula *que*, nisi sæpè ità nosster loqueretur. *Tollius.*

Gaudere illum asyndetis constabit infrà ex dicendis ad caput 38. Sed hîc, ni fallor, ellipsis copulæ paulò durior est.

Lin. 5. *Placidus aer.*] Lucretius in primo:

Placatumque nitet diffuso lumine Cœlum.

Tollius.

Lin. 6. *Nunc placatus servorum suorum Deus...*] Deesse videtur *precibus*, vel *patientiâ*, seu verbum aliquod consimile. *Ed. Ox. & Cant.* Confer Columb. P. 2. p. 268. & Cuper. ibid. p. 125.

Ibid. *Nunc plac. serv. suor. Deus.*] Deest forsan vox *gemitibus*. Colomesius.

Locus, de quo, meâ sententiâ, non unicè dispiciendum, quid ei cum majore verisimilitudine desit & suppleri debeat; sed ante omnia, desit-ne ei reverà aliquid? an una potiùs littera redundet? Si enim ex fine vocis *placatus* litteram *s*, veluti ex sequente vocabulo *servorum* importunè, ut sæpè fit, prognatum extriveris, restabit integro sensu, *Nunc* PLACATU *servorum suorum Deus jacentes & afflictos cœlesti auxilio sublevavit;* id est, *Nunc servorum suorum* PLACATIONE *Deus*, & quæ posteà, quomodò apud Ciceronem (*d*), *Quæ tam subitò facta Deorum tanta* PLACATIO; nisi quòd *placatum* noster, pro *placatione* adhibuerit. Sed ità infrà *tractatu* cap. 48. non *tractatione*. Et Tertullianus *conculcatu*, pro *conculcatione* usus est his verbis, *Tunc erit Hierusalem* CONCULCATUI *nationibus* (*e*). Et apud meliores Scriptores *ejulatus* & *ejulatio*, *significatus* & *significatio*, *consolatus* & *consolatio*, *explicatus* & *explicatio*, ne plura congeram, promiscua sunt. Quarè possit forsitàn hic locus meliori jure censeri inter redundantes, quàm inter mutilos. Nil tamen affirmo.

Addo tantùm, si defectivis potiùs videbitur annumerandus, fortè etiam deesse potiùs *causâ*, vel *gratiâ*, quàm *precibus*, vel *gemitibus*, aut aliquid tale, ut sensus sit, *Nunc placatus servorum suorum gratiâ Deus.* Nimirùm, quod simillimâ ratione libro 2. Machabæorum (*f*), *Et memineriit* [*Deus*] *testamenti sui, quod locutus est* AD ABRAHAM, ET ISAAC, ET JACOB SERVORUM SUORUM FIDELIUM, positum fuerit evidenter, pro *& memineriit testamenti sui quod locutus est* AD ABRAHAM, ET ISAAC, ET JACOB, SERVORUM SUORUM FIDELIUM GRATIA; uti & in Græcis, περὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ τῶν δούλων αὐτοῦ τῶν πιστῶν, pro, περὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ,

(*a*) *Luc.* 2. 1. (*b*) *V. Biblioth. Universs. to.* XI. *p.* 336. (*c*) *V. To.* 1. *Miscell. p.* 353. *Conf. inf. P.* 2. *p.* 8. 9. (*d*) *Lib.* 2. *de Nat. Deorum.* (*e*) *Tertull. lib. de Resurr. carnis.* (*f*) *Cap.* 1. *comm.* 2.

Digitized by Google

τῶν ἄλλων αὐτῆς τῆν πίστιν ΧΑΡΙΝ. Neque aliud, opinor, volebat Columbus, cùm ad noſtri Cecilii locum his verbis exorſus (*a*), *Excidiſſe videtur vox* PRECIBUS, *aut alia ſimilis; quam ſi reſtituas, plenior ſermo erit, multòque concinnior*, paulò poſt breviter annotabat (*b*), *Nonnihil dubitationis tamen injicit* 2. *Macchab.* 1. 2. Utcunque ſit, habes quoque certò certiùs eâdem ellipſi apud Tertullianum libro De Fugâ in Perſecutione, *Qui* MEI *confuſus fuerit*, pro *Qui* MEI CAUSA *confuſus fuerit*; moxque itidem, *Et ego confundar* EJUS *coram patre*, pro, *Et ego confundar* EJUS CAUSA *coram patre meo*: undè ſtatim pleniore oratione exclamans, *Felices*, ait, *qui perſecutionem paſſi fuerint* CAUSA NOMINIS MEI. Adde ex Latinis auctoribus Horatium in De Arte Poëticâ canentem:

Serpit humi tutus nimiùm, TIMIDUSQUE PROCELLAE;

id eſt, inquiunt docti (*c*), *timidus cauſâ procellæ*; ex Græcis verò, Homerum de Junone narrantem, Il. α. v. 56.

Κίδνη γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥὰ δυσκόρυστας ὄφελλε,

ad verbum, *Sollicita enim erat* DANAORUM, *quandòquidem eos morientes videbat*; pro, *Sollicita enim erat* DANAORUM GRATIA. Quid? quòd recta & plana ratiocinandi methodus videtur omninò exigere, ut in difficillimo iſto Pauli loco ad Galatas, Φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς, ἀδελφοὶ, δέομαι ὑμῶν (*d*), Apoſtolus ſimili ellipſis genere ΔΕΟΜΑΙ ΥΜΩΝ ſcripſerit, pro, ΔΕΟΜΑΙ ΥΜΩΝ ΕΝΕΚΑ, ſeu ΧΑΡΙΝ; hoc ſenſu, *Omninò, Fratres, propter veſtras illas Legis Ceremonialis obſervationes ego vos mihi metuo. Ne ſcilicet inveniar tandem fruſtrà laboraſſe apud vos, ſeu ergà vos. Eſtote verò ſicut ego. Id ipſum, inquam, vos quoque mihi timete; quia ego ipſe qui meâ cauſâ vereor, ne incaſſùm apud vos evangelizaverim, illud etiam vobis, tanquàm vos ipſi, metuo, non meâ proindè cauſâ tantummodò ſollicitus, ſed veſtrâ quoque. Par pari igitur referte; & ne mei Apoſtolatûs mercedem quoad vos amittam, meâ cauſâ veremini.* Scio δέδιδαι Græcis longè frequentiùs eſſe *errare*, quàm *vereri*. Sed apud Plutarchum utique non ſemel pro *vereri* reperitur; putà in hoc Apophthegmate, δέδιδαι θεὸν βίᾳ, δ' φοβεῖσθαι, *De vitâ vereri, non metuere.* Imò; quod magis ad rem, Heſychius apertè in vocibus δέδιδαι & φοβεῖσθαι non diſtinxit inter φοβεῖσθαι & δέδιδαι, ſed ea, ut nunc nobis Paulus, pro iiſdem habuit. Confer denique tot illa Novi Fœderis loca, ubi ἵνεκα, vel χάριν, relicta ſunt ſubaudienda, quæ & quotidiè ſupplentur ab Interpretibus; exempli cauſâ, Matth. 11. 1. μετέβη τοῦ διδάσκειν, *Digreſſus eſt docendi* GRATIA; Luc. 24. 29. εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς, *Intravit manendi* CAUSA *cum eis*; & ſic de reliquis, quæ infinita ſunt.

Lin. 8. *Qui adverſati erant Deo jacent.*] Ità editores omnes poſt Baluzium, cum non levi, utì mox patebit, ſecuritate.

Ibid. *Adverſati.*] Lege, *inſultati*. Iſaacus Voſſius, ad marginem ſui exemplaris.

Quia nempè à Baluzio didicerat, antiquam lectionem eſſe *illuſtrati* (*e*); quòdque eam quidem cum viro clariſſimo mendoſam exiſtimans, aliter utique mutandam cenſeret, quàm cum eodem in *adverſati*. Rectè ſanè. Nam etſi ſuam Baluzius emendationem certam nuncupaverit (*f*), liquet tamen, Voſſii conjecturam multò magis ad priſcum codicem accedere, quàm Baluzianam, quæ ſic incerta evadere incipit.

Ibid. *Qui adv. erant Deo jacent.*] Hæc eſt editoris Clariſſimi conjectura. In MS. fuit, *Qui illuſtrati erant Deo jacent.* Propiùs aberit à veſtigiis veteris codicis, ſi ſcribatur, *Qui inſultaverant Deo, jacent.* Dicuntur aliis inſultare, qui eos omni afficiunt contumeliâ, & habent indigniſſimè. Cæſar apud Suetonium, cùm gementibus adverſariis adeptus eſſet quæ concupiiſſet, dixit, *ex eo inſultaturum omnium capitibus.* Nicolaus Heinſius ὁ μακαρίτης conjiciebat, *Qui illuſitaverant Deo, jacent.* Græv.

Plurima profectò Veterum loca celeberrimi & eruditiſſimi Collegæ ſuſpicionem confirmant. Minutius Felix (*g*), *Hoc inſultare & illudere eſt, victis religionibus ſervire.* Claudianus (*h*), *inſultant omnes profugo....* Et ſimilia inſuper non pauca apud Vulgatum Interpretem reperias (*i*). Sed quid ſi nihilominùs ad ſimplicem aliquot ſyllabarum tranſpoſitionem recurramus? ut, pro *Qui illuſtrati erant Deo jacent*, legatur, *Qui illuſerant Deo, ſtrati jacent.* Certè ſenſus erit planiſſimus; & legendum eſſe alibi non diſ-

(*a*) *V. P.* 2. *p.* 268. (*b*) *Ibid.* (*c*) *V. Nouv. Meth. de la L. Lat. p.* 422. (*d*) *Gal.* 4. 11. 12. (*e*) *V. P.* 2. *p.* 8. (*f*) *V. ibid.* (*g*) *In Octavio.* (*h*) *In De Sexto Honorii Conſulatu.* (*i*) *V. Prov.* 25. 10. *Judith.* 5. 17. *Tob.* 2. 15.

www.liverpool.com.cn

Digitized by Google

similî methodo *cæpit*, pro *capite*, itemque *cogitationis*, pro *contagionis*, vir ipse magnus, quem modo laudabam, admonebit infrà cum Heinsio, vel pro Heinsio, ad cap. 27. & 29. quæ vide sis. Addo, ne forsàn, ut olim non nemini, sic tibi quoque nostra lectio ideò minùs arrideat, quòd aliquantò cæteris quæ subsequuntur locutionibus debilior sit, posse facilè in totâ periodo geminam quandam gradationem, tam quoad noxas Persecutorum, quàm quoad eorumdem pœnas, isto pacto agnosci:

Noxæ.	Pœnæ.	
1 *Qui illuserant Deo*	*strati jacent*	1
2 *Qui templum sanctum everterant*	*ruinâ majori ceciderunt.*	2
3 *Qui justos excarnificaverant*	*cœlestibus plagis & cruciatibus meritis nocentes animas profuderunt.*	3

Imò, facillimè etiam fieri potest, ut initio periodi non alium magno illo & κατ' ἐξοχὴν DEI nomine intellectum voluerit hic Scriptor, quàm Dominum nostrum Jesum Christum, de quo scilicet simillimâ prorsùs ratione Tertullianus (*a*), *Recita*, inquit, DEUM *dixisse*, *Qui capit capiat*, Christum citra omnem dubitationem hâc voce indigitans, cùm ex Matthæi Evangelio (*b*) Jesum dixisse semel, *Qui potest capere, capiat*, sit certissimum, & locus etiam Tertulliani integer ferat, *Serva* CHRISTO *virginem sponsam. Nemo quæstum de eâ faciat. Hac tibi, frater, dura forsitàn & intolerabilia videntur. Sed recita* DEUM *dixisse*, *Qui capit*, *capiat*, *id est*, *qui non capit*, *discedat.*

Atqui, si rem ipsam spectemus, Ethnicos & Ecclesiæ Christianæ persecutores illusisse quondam in Christum, quotiès impium quid lubebat jocari, vel hæc ejusdem Tertulliani verba in Apologetico (*c*) ostendunt: *Sed nova jam Dei nostri in istâ civitate proximè editio publicata est, ex quo quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum ejusmodi inscriptione:*

DEUS CHRISTIANORUM ONONYCHITIS.

Erat auribus asininis, altero pede ungulatus, librum gestans & togatus. Risimus & nomen, & formam.

De phrasi autem, ne de re ipsâ dicam ampliùs, habes, verbi gratiâ, Luc. 22. 63. *Et viri qui tenebant Jesum*, ILLUDEBANT EI, *cædentes*; & 23. 11. *Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo*, & ILLUSIT *indutum veste albâ.*

Quid? quòd loquendi genus, quo hunc auctorem usum esse suspicamur, indè ipsi fortè in mentem venerit, quòd post Judæ osculum, Pharisæorum Sacerdotumque satellites, qui eo osculo in Jesum de compacto illuserant, unicâ fermè voculâ in terram dejecti, aliquandiù humi strati jacuerint. Confer omninò Matth. 26. 28. & Luc. 22. 47. 48. cum Joan. 18. 3. 4. 5. 6. Manifestum saltem est, non repugnare sequentia ista, *qui templum sanctum everterant*, utpotè quæ per tacitam quoque, nec illepidam hujus Christi responsionis imitationem potuerint exarari, *Destruite templum hoc* (*d*), cùm de templo sui corporis, ut à Joanne observatum est (*e*), loqueretur. Confer suprà, pag. 8. num. 11. Nec nos denique quidquam cum nostrâ conjecturâ, *Qui illuserant Deo, strati jacent*, agimus vel proponimus, quod non pariter possibile sit cogitasse clarissimum Heinsium, cùm legeret, *Qui illustraverant Deo, jacent.* Tantùm, si de tam vitiosæ transpositionis origine & causis quæstio sit, forsàn, dicimus non rarò, quòd Colbertinum codicem haud aliundè descriptum habeamus, quàm ab exemplari, in quo unus aliquis versus desineret in *Qui illus-*, sequens verò inciperet per *erant*, vox autem *strati* continuò post omissa fuisset in contextu, dein paulò negligentiùs in margine adscripta, verbi gratiâ è regione ferè *illus-*: adeò ut præceps & ineruditus librarius, pro *Qui illuserant Deo, strati jacent*, perperàm *Qui illustrati erant Deo jacent* exscripserit.

Lin. 9. *Qui templum sanctum everterant.*] Vide omninò Amplissi. Cuperum P. 2. p. 124. & Bal. p. 8. Confer quoque suprà, si libet, p. 8. num. 11.

Ibid. *Qui justos excarnificaverant.* Ità Cicero lib. 3. De Nat. Deor. *Anaxarcum Democriteum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus.* Et noster rursùs cap. 14. *Diocletianus . . . . excarnificari omnes suos protinùs præcepit.*

(*a*) *V. lib. De Fugâ in Persec. sub finem.* (*b*) *V. cap. 19. comm. 12.* (*c*) *V. cap. 16.* (*d*) *V. Joan. 2. 19.* (*e*) *V. ibid. comm. 21.*

Digitized by Google

Lin. 10. *Nocentes animas profuderunt.*] Eorum, quibus id acciderit, nomina recenset infrà Baluzius, P. 2. p. 9. Et hic auctor porrò simili locutione in fine capitis 49. *nocentem*, inquit, *spiritum detestabili genere mortis efflavit*, sup. Maximinus. Noli autem utroque loco per *nocentes animas* & *nocentem spiritum* leve quid intelligere. Nam cap. 2. *execrabilis ac nocens* de tyranno Nerone conjunguntur.

Lin. 11. *Distulerat enim pœnas eorum Deus.*] De ejusmodi pœnis secundùm Theologiam, tam Gentilem, quàm Christianam, dilatis, vide Col. P. 2. p. 268.

Pag. 182. lin. 2. *Quibus & posteri discerent.*] Editio Aboensis, *quibus posteri discerent*, sine copulâ; quod melius.

Lin. 3. *Mortem impiis ac persecutoribus inrogare.*] Columbi editio *irrogare*: quomodò apud Arnobium (*a*) *irrogare pœnas capitis*; & apud Ambrosium, *irrogare injuriam*, *irrogare vim*, *irrogare arma suis principibus*, *irrogare sibi manus*, & sic de aliis à viro summo Jo. Frid. Gronovio ante nos observatis (*b*): ubique, ut patet, pro *inferre mortem*, *inferre pœnas capitis*, *inferre injuriam*, *manus*, & quæ reliqua sunt.

Ibid. *De quo exitu..... testificari placuit.*] Quod hîc deest, eruditi hactenùs in vulgatis editionibus variè suppleverunt.

SUPPLEMENTA DOCTORUM.

De quo exitu { *eorum* (*c*) / *nobis* (*d*) / *imperiorum* (*e*) / *impiorum* (*f*) / *crudelium principum* (*g*) / *tyrannorum* (*h*) / *sævissimorum principum* (*i*) } testificari placuit.

Ibid. *De quo exitu ...*] Lege, *De quorum exitu* [*horrendo*] *testificari placuit.* Superborum scilicet & impiorum Principum, Christiani nominis persecutorum; quibus appellationibus superbiam cum maximè notat Diocletiani & Maximiani, cùm ob adscita cognomina Jovii & Herculi, tum ob indumenta aurata, coronam gemmatam, adorationem, &c. Sed & Galerii Maximiani ingens & intolerabilis fastus fuit post devictum Narsea, de quo noster infrà, cap. 11. Impietas autem omnibus communis fuit: nisi quòd Maxentius cæteros videtur superasse. *Tollius.*

Nos, primùm, cùm nulla sit lacuna in manuscripto post *De quo*, sed tantùm post *exitu*, nil necesse putamus ex *De quo* facere cum Tollio *De quorum.*

Deindè verò, quia illud Colbertini codicis vacuum non vidimus, nec scimus adeò quot litterarum sit capax, quæve litterarum vestigia in eo remaneant, non audemus quidem ex tot eruditorum supplementis ullum tanquàm indubitatum & genuinum præ cæteris eligere. Sed liceat interim animo nostro esse ad primum, aut simile, inclinationi, sive quòd sit simplissimum, sive quia, cùm vox proximè præcedens sit *persecutoribus*, & huic auctori *exitus* alibi pro *morte* usurpetur, dixerit ità expletus, *De quo exitu eorum*, pro, *De quâ morte Persecutorum*, qui ipse fermè libri Titulus, & ad quem promdè Cecilium nostrum voluisse respicere plusquàm verisimile est; faciente præsertim mentionem Joanne Sarisberiensi opusculi à se *De exitu Tyrannorum* inscripti. Et quod superest, *exitum* hoc loco *mortem* significare, abundè, ut cætera taceam, adstruit alter iste capitis 50. *Nihil tale metuens* [*Candidianus*] *occisus est*; & [*Valeria*] *exitu ejus audito, protinùs fugit.* Ubi *exitu*, id est indubiè, *obitu*, *morte.*

Ibid. *De quo exitu testificari placuit.*] *De quorum exitu pauca testific.* Gale.

De quo exitu Persecutorum &c. Allix.

De quo exitu scripto hoc testif. Abbas à S. Hilario, Canonicus S. Petri Bellovacensis.

Lin. 4. *Ut omnes qui procul moti fuerunt.*]

(*a*) *V. Arnob. lib. 6. in fine.* (*b*) *V. Monobibl. Observ. in Script. Eccles. cap. 2. Confer Ambros. lib. 3. de Offic. cap. 6. & De Obitu Theodosii, atq. alibi.* (*c*) *Oxon. ad calcem, in Emendationibus quæ serius occurrebant, p. 108.* (*d*) *Ed. Cantabr. & ante eam Oxoniensis, pag. 2.* (*e*) *Cuperus quondàm, si Columbo credendum. V. infrà, P. 2. p. 269.* (*f*) *Cuperus ipse, verius sine dubio & aptius. V. P. 2. p. 125.* (*g*) *Columbus, primâ conjecturâ. V. P. 2. p. 269.* (*h*) *Alterum Columbi Supplem. V. ibid.* (*i*) *Tertium ejusdem Columbi. V. ib. p. 270.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Ità MS. codex, & universæ simul editiones. Oxomiensis tantùm & Cantabrigiensis, imâ paginâ, monent emendari posse, *ut omnes qui procul* [*remoti*] *fuerunt*. Aut si mavis, (addit in sequentibus posterior) lege, *ut omnes qui* [*persecuti*] *fuerunt*; quod & in priori ad Opusculi calcem (*a*) reperias, licèt minùs æquâ conditione propositum.

Ibid. *Qui procul moti*] Lectio turbata. Scribe, *qui procellâ moti*. Allix.

Ibid. *Moti*.] Lege, *nati*. Vossius.

Nati, inquam, non *noti*, ut quidem accuratissimus αὐτόπτης Colomesius curavit nos pro suo in bonas litteras studio fieri certiores; quod & volebat curiosiùs observari. Sed fallor, an receptam lectionem viri docti sine causâ sollicitant. Omninò, *Movere* apud Plautum, Ciceronem, & alios, *amovendi* vel *removendi* significatione occurrere, extra controversiam est, & esse debet. Plautus, v. gr. *Move abs te moram* (*b*), id est, *Remove*, vel, *Amove moram abs te*. Adhæc, quòd *procul moveri*, pro, *longè à suis sedibus moveri*, *removeri*, *relegari*, Latinissimè dicatur, vel soli sequentes Virgilii versus idonei testes sunt (*c*):

Atque ideò tauros PROCUL, *atque in sola* RELEGANT
Pascua;

Confer eodem libro:

Ipsa PROCUL *nebulis obscura* RECESSIT.

Tertiò, quod multò gravius est, post cœptam semel decimam Persecutionem, magna pars fidelium proscripta & in exilium missa fuerat. Idque non testatur simpliciter epistola Maximini apud Eusebium (*d*), rescribentis inter alia ad Tyrios, *Quòd si qui in detestando sua vanitatis errore adhuc perstant, ii* QUAM LONGISSIME A VESTRA URBE ET TERRITORIO SECLUSI, *sicut petiistis*, ABIGANTUR; [ὡς πόλλῳ πόρρωθεν τῆς ὑμετέρας πόλεως καὶ περιχώρου, καθὼς ἠξιώσατε, ἀποχωρεῖν ἐξιλαθήσονται:] sed firmat paulò post multò disertiùs Eusebius ipse his verbis: *Hujusmodi igitur littera in omnibus provinciis adversùm nos proposita sunt*; ταῦτα δὲ καθ' ὑμῶν καὶ πᾶσαν ἐπαρχίαν ἀνεστηλίτευτο.] Præterquàm in De Vitâ Const. duas illius Imperatoris leges memorat idem Historicus (*e*), quibus, ab unâ parte, *Omnes, qui Dei cultum ac fidem prodere noluissent, & ideò crudelibus Judicum sententiis quocumque tempore damnati, patriam extraneo solo commutassent, patriis fundis restituerentur*; ab alterâ verò, *quotquot itidem in insulas fuissent relegati, ibique montium asperitatibus & circumfuso mari concluſi, seipsos suis propinquis & amicis redderent*. Et infrà denique noster ipse Cecilius: *Ut omnia*, inquit (*f*), *terrore complerentur, provincia quoque in frusta concisa, multi præsides & plura officia singulis regionibus ac penè jam civitatibus incubare; item rationales multi, & magistri, & vicarii Prætectorum, quibus omnibus civiles actus admodùm rari, sed condemnationes... &* PROSCRIPTIONES FREQUENTES. Undè & capite 52. *Æterna* [*Dei*] *pietati gratias*, ait, *agere debemus, qui tandem respexit in terram, quòd gregem suum partim vastatum à lupis rapacibus, partim verò dispersum, reficere ac recolligere dignatus est*; haud aliâ, ut liquet, de causâ Ecclesiam *Dei gregem partim dispersum & tandem recollectum* vocans, quàm eâ, de quâ mentionem injicere operæ pretium putavimus. Quarè non ad alios *procul motos*, si quid in me judicii, hic loci respexerit, quàm ad fideles illos, primùm proscriptos & relegatos, sed Constantini posteà edictis revocatos, quos diximus; quorumque adeò in gratiam scribere *De mortibus persecutorum* fuerit ante omnia aggressus, ut quæ Dei virtute & majestate, illis absentibus, contra Persecutores edita fuerant, rescirent. Vide tamen Columbum, P. 2. p. 269.

Ibid. *Vel qui p..... turi sunt.*] Nec uno modo docti secundam hanc lacunam compleverunt.

Vel qui p { *ost nos fu* (*g*) / *osthàc aberra* (*h*) / *rocul i* (*i*) / *ersecu* (k) / *osthàc fu* (*l*) } turi funt.

Ibid. *Vel qui p..... turi sunt.*] *Vel qui post nascituri sunt.* Gale.

Vel qui posteà futuri sunt. Allix.

(*a*) V. *Edit. Oxon. p.* 108. (*b*) V. *Plaut. Captiv. Act.* 4. *Sc.* 2. *v.* 20. (*c*) *Georg. l.* 4. (*d*) V. *Euſ. l.* 9. *Hiſt. Eccleſ. c.* 7. (*e*) V. *Euſ. De V. Conſt. lib.* 2. *c.* 30. 31. (*f*) V. *cap.* 7. (*g*) *Cuperus, P.* 2. *p.* 125. *aſſentiente Columbo, ibid. p.* 269. (*h*) *Primava Columbi conjectura, à quâ necdùm prorsùs diſcedit, p.* 270. (*i*) *Editio Oxon. & Cantabrigienſis, primo ſuo ſupplemento.* (k) *Alterum earumdem ſupplementum. V. Oxon. p.* 108. *& Cant. p.* 522. (*l*) *Voſſius* ὁ μακαρίτης, *in margine ſui exemplaris.*

Digitized by Google

Vel qui post nos venturi sunt. Abbas à S. Hilario.

Nos ex istis supplementis, nonnisi primum & ultimum digna quæ attendantur censemus. Sed possint fortè alia, utrique non dissimilia, postliminiò recipi; putà, *vel qui p[osteà vic]turi sunt.* Videant, quibus visendi MS. codicis potestas libera est. Pendet enim res tota ex superstitibus litterarum ductibus, si qui restant.

Lin. 5. *Quatenùs virtutem ac majestatem.*] Vide Baluzium P. 2. p. 9. Noster interim cap. 5. sub finem, *Majestatem Dei singularis* nominat, sine ullâ Divinæ virtutis mentione.

Ibid. *In..... dis.*] Repatandæ hujus loci jacturæ una tantùm ratio hactenùs præ manibus eruditorum erat, *in* [*perden*]*dis* (*a*). At jam ecce plures in posterum non deerunt.

Ibid. *In.....dis delendisque.*] Fortè *in* [*exeinden*]*dis*, ut cap. 2. ubi *excindere* ac *delere* simul junguntur à Lactantio. *Colomesius.*

Ibid. *In.....dis.*] *In puniendis.* Gale.

In exscindendis. Allix.

In plectendis. Abbas à S. Hilario.

Haud displicet methodus viri docti, quæ per se optima. Sed fortè etiam igitur *in* [*extinguen*]*dis delendisque* legere oportebit. Nam noster capite 46. *ut si victoriam cepisset, Christianorum nomen extingueret funditùsque deleret.* Vel fortè iterùm, *in* [*eraden*]*dis delendisque.* Nam idem capite ultimo, *delevit ea Dominus & erasit de terrâ.* Aut forsitàn denique, *in* [*expugnan*]*dis delendisque*, propter hæc Lactantii verba in Epitome (*b*), *ad expugnandam delendamque sanctorum gentem.* Quidquid malueris, vel hinc obiter plus satis apparet, quàm periculosæ sit opus aleæ, hiulcis & mutilis veterum locis addere quæ meliori jure deesse videantur, cùm optima demùm methodus nequeat esse tutissima.

Lin. 6. *Ostenderet.*] Multò præstaret, opinor, legere *ostenderit.* Totum locum relegito.

Ibid. *Ostenderet..... est, si*] Quæ hîc in MS. codice desiderantur, editio Oxon. & Cantabrigiensis ità sufficiunt, *ostenderet.* [*Quod clarius futurum*] *est, si* (*c*). Columbus verò in hunc modum (*d*), *ostenderet.* [*Rectè autem & ordine sermo meus processurus*] *est, si*, & quæ posteà.

Videant, qui possunt, docti, annon scriptum fuerit à librario, *ostenderet.* [*Quod & melius succedere potest, si....*, aut aliquid tale.

Ibid. *Ostenderet..... est.*] *Ostenderit....* Gale.

Ibid. *Ostenderet. Ad hoc opera pretium est.* Allix.

Ostendere dignatus est. Abbas à S. Hilar.

Lin. 7. *Si à principio ex quo est Ecclesia constituta qui.....*] Distingue omninò cum Columbo, *si à principio, ex quo est Ecclesia constituta, qui fuerint auctores.....* Quasi plenè scripserit noster Cecilius, *si à principio, id est, ex quo Ecclesia constituta est, qui fuerint*, &c. Voluit enim dicere, ut inferiùs patebit, se quidem usque à primordiis *Ecclesiæ*, per Apostolos tandem circa Neroniani Principatûs initia omnibus numeris *constitutæ*, repetiturum, quæ ad auctores persecutionum & illorum pœnas facerent: sed non pariter usque à primordiis *Ecclesiæ constituendæ*, cujus fundamenta Apostoli statim à Christi ascensu jacere cœperunt, & *per annos* xxv. *usque ad principium Neroniani imperii per omnes provincias & civitates miserunt*, ut capite proximè sequenti locutus est.

Ibid. *Qui fuerint.*] Hæc est MS. codicis, cunctarumque simul editionum Aboensi anteriorum constantissima lectio. Quapropter quid sibi velit infrà Columbus (*e*) cum istà, *qui fuerint*, nullus capio. Nisi si, quod plusquàm verisimile, suæ ipsius editionis errorem typographicum per incogitantiam pro priscæ schedæ scripturâ acceperit.

Pag. 183. lin. 1. *Auctores..... &*] Post *auctores*, excidisse putat Amplissimus Cuperus (*f*), *tantorum scelerum*, vel *persecutionis.* Assentitur suo loco (*g*) de alterutrâ restitutione Columbus. Sed prætulit tamen posteà (*h*) *persecutionis.* Supplent editio Oxonienſis & Cantabrigiensis, *Ecclesiæ persequendæ.*

Ibid. *Auctores.....*] *Auctores persecutionum.* Allix: item Gale; & Abbas quoque à S. Hilario.

Supple, *faciendarum persecutionum.* Sic Lactantius lib. 5. de Justitiâ, cap. 2. de Hierocle, tacito licèt nomine: *Hic auctor*

(*a*) *Ita editio Oxon. in Notis, p. 2. & Cant. p. 522. Cuperus infrà P. 2. p. 125. & Columb. p. 269. & 270.* (*b*) *Cap. 11.* (*c*) V. *Oxon. p. 2. & Cantabr. p. 522.* (*d*) V. *P. 2. pag. 270.* (*e*) V. *P. 2. p. 270.* (*f*) *P. 2. p. 125.* (*g*) V. *Columb. ibid. p. 269.* (*h*) Vide *ibid. p. 270.*

Digitized by Google

imprimis faciendæ persecutionis fuit. Colomesius.

Ibid. *In eos cœlestis judicis severitas vindicavit.*] Vide Columbum, P. 2. p. 270.

Ibid. *Et quibus pœnis in eos cœlestis judicis severitas vindicaverit exponam.*] Imò, *& quibus pœnis in eos cœlestis judicis se veritas vindicaverit, exponam.* Gale.

www.libtool.com.cn

CAPUT II.

Pag. 183. lin. 1. *Extremis temporibus Tiberii Cæsaris.*] Latè dictum. Nam ab eventu, quem hic auctor subjicit, ad obitum usque Tiberii Cæsaris, anni octo integri, si paucu los dies exemerimus, effluxerunt; crucifixo scilicet, ex nostri Scriptoris sententiâ, Jesu Christo duobus Geminis Consulibus, mortuo autem Tiberio sub Consulatu Cn. Proculi Acerronii, & C. Pontii Nigrini. Imò, eò multùm inclinamus, ut hoc loco, per *extrema tempora Tiberii Cæsaris*, intelligenda potiùs dicamus *extrema vitæ Tiberii tempora*, quia ineunte duorum Geminorum Consulatu, annos jam totos sexaginta novem & ampliùs vixerat, quàm *extrema tempora ejus Imperii*, quia ejusdem Consulatûs initio Tiberius annum Imperii tantummodò decimum quintum fuerat ingressus, & imperavit adhùc posteà annos octo, quâ jam ratione dictum est. Aliter tamen Rever. Episcopus Sarisberiensis, & politissimæ Versionis Paris. auctor; quarè nil pronunciamus.

Ibid. *Ut scriptum legimus.*] Num Cecilius noster innuere vult illa, quæ narrare incipit, à se lecta apud Lactantium libro 4. Institutionum cap. x. his verbis: *Cujus* [*Tiberii Cæsaris*] *anno quinto decimo, id est, duobus Geminis Consulibus, ante diem decimum Kalendarum Aprilium Judæi Christum cruci affixerunt.* Profectò, vel ad ea ipsa Lactantii verba respexerit necesse est, quod contendent indubiè, qui hoc opus Lactantio abjudicabunt; vel ad alia cujusvis aliûs Scriptoris aut plurium, quod pertendet quoque sine dubio clarissimus Baluzius.

At si jam ad Lactantiana illa, ibi quidem lectum fuerit à nostro auctore, *ante diem decimum*, non *ante diem septimam*, quod non paucæ editiones & codices manuscripti præ se ferunt. Sed *Lucius* ergò *Cæcilius Lactantius Firmianus* non erit germanus hujus operis parens, sed quilibet alius solis *Lucii Cæcilii* appellationibus indigitatus.

Sin verò, quod mihi magis probabile, alia cujusvis Scriptoris verba & loca noster potiùs ob oculos, quàm superiora Lactantii, habuerit, tum sanè potuerit facilè Lactantius, & libros Institutionum, & hunc *De mortibus persecutorum* pariter composuisse, bisque adeò ejusdem rei in diversis operibus ex aliorum monumentis meminisse. Sed indè tamen, velimus nolimus, Baluzii argumentum ab utriusque loci συμφωνίᾳ desumtum manebit semper æquo infirmius, quòd si maximè *ante diem decimum Kalendarum Aprilium*, & *post diem decimum Kalendarum Aprilis* synonyma sint, non omnia tandem exemplaria manuscripta typisve excusa in superiori Institutionum περιοχῇ habeant *ante diem decimum*, sed bona pars *ante diem septimam*; putà, editio Basileensis, an. 1532. Antuerpiensis, An. 1587. Lugduno-Batavica, A. 1652. Cantabrigiensis, A. 1685. manuscriptus codex Emmanuelensis, in ejus Præfatione laudatus; & sic de reliquis.

Lin. 2. *Cruciatus est.*] Accipe non repugnanter pro *crucifixus est*; & gravissimis auctoritatibus, quas in eam rem Amplissimus Cuperus P. 2. p. 125. & Columbus p. 270. attulerunt, patere, non istam solùm ex libro 5. Hegesippi cap. 18. adjici: *Eorum quoque qui abierant proximi*, CRUCIABANTUR, *aut cruci affixa plerorumque cadavera suis, qui elapsi fuerant, ostentabantur*; sed hanc præcipuè Plauti in Milite glorioso, Act. 2. Sc. 3. v. 7. 8.

SC. *Metuo.* PA. *Quid metuis?* SC. *Ne herclè hodiè quantùm hîc familiarium est,*
Maximum in malum CRUCIATUM *insiliamus.*

Ibi enim, sicut optimè Taubmannus observavit, *maximum in malum cruciatum*, illud est quod Plauto alibi *maximam in malam crucem* dicitur. Ostenditque adeò iste locus, puriorisetiam Latinitatis fuisse dicere *cruciari*, pro *cruci affigi*, & *cruciare*, pro *crucifigere*. Alterum porrò huic Plauti geminum, si non etiam disertiorem, puto me olim vidisse in ejusdem Comœdiis. Sed nunc non occurrit ad manum.

Ibid. *Post diem decimum Kalendarum Aprilis.*] Libro verò Instit. 4. hæc habet Lactantius: *Ante diem decimum Kalendarum Aprilium Judæi Christum cruci affixerunt*; ità ut huic loco videatur è diametro adversari: quam tamen repugnantiam nullam esse, contendit Baluzius, citato è Pauli Jurisconsulti libris testimonio. Aliam verò non addit rationem, nisi quòd Romani numquàm à Kalendis denominaverint dies, qui sequuntur post Kalendas. Quæ quidem ratio evoluta

Digitized by Google

magis & expoſita facilè has conciliabit dividuas. Siquidem iidem dies pro naturali quo procedunt ordine dici poſſunt ante Kalendas. Sin attendatur ad rationem illos numerandi, quæ ſecundùm Romanæ deſignationis computum à Kalendis auſpicatur, nihil obſtat, quominùs inter poſteriores recenſeantur, gradum retrò ferendo. Atque indè eſt, quòd citra omne contradictionis periculum juxtà haberi poſſit, utrùmvis dixeris. *Editio Oxon. & Cantabrigienſis ex eâ.*

Baluzii locus, ad quem noviſſimæ obſervationis Auctores reſpexerunt, extat infrà, P. 2. p. 9. Et certum eſt quidem, adduci ibi à Baluzio teſtimonium è ſupradicti Pauli monumentis ad probandum, *idem valere* ANTE DIEM KALENDARUM APRILIUM, & POST DIEM KALENDARUM APRILIS. Sed nec agit rectà & primariò vir clariſſimus de noſtri Cæcilii locutione, verùm de illà Juriſconſulti Pauli, cùm aſſerit, *Romanos nunquàm à Kalendis denominaviſſe dies, qui ſequuntur poſt Kalendas, ſed eos tantùm, qui antecedunt*, ità nempè Marcellum Francolinum de induſtriâ refutans, qui contenderit, non poſſe in Pauli verbis per *poſt diem decimum Kalendarum* (verbi gratiâ Aprilium) intelligi *aliquem dierum menſis Martii*: ſed diſertè *decimum diem poſt Kalendas Apriles, id eſt, nonum menſis Aprilis.* Nec præterea illa ſola ratio à Baluzio ad Francolini confutationem allata eſt: ſed hæc quoque de Baluzianis hypotheſibus bellè & ſponte manans, quòd cùm ſecundùm Baluzium Lactantius eamdem rem duobus in locis retulerit, & in uno quidem dixerit *ante diem decimum Kalendarum Aprilium*, in altero verò *poſt diem decimum Kalendarum Aprilis*, indè pateat, utriuſque dicti ſenſum debere eſſe eumdem; nec differre igitur à ſe invicem apud Paulum *ante diem decimum Kalendarum*, & *poſt diem decimum Kalendarum*, quæ contrà toto cœlo diſtare, Francolinus affirmavit. Hoc in gratiam veritatis putavimus non tacendum; ſimulque ne res per ſe controverſiis implicata, intricatior adhùc evaderet ex ſuperiori annotatione aliquantò minùs, quàm decuit, accuratâ. Vide nunc, ſi juvat, Baluzii locum, quem modò diximus (*a*): ſed maximè tamen pag. 114. & ſeq. ob illam ejus Epiſtolam ante quinque annos ad clariſſimum virum Henricum Noriſium conſcriptam, & hucuſque ineditam, in quâ ſtrenuè cum illuſtri adverſario de eâdem Quæſtione in arenam deſcendens videtur, noſtro judicio, causâ vincere; nec quidquam adeò ſcrupuli ſupereſſe, niſi quòd lectio capitis X. libri 4. Inſtitutionum Lactantii non ſit extra omnem planè controverſiam conſtituta, quòdque aliàs non ità rursùm per omnia conſtet, Lactantium hujus operis auctorem eſſe, ac ubique poſuit Baluzius. Vide ſuprà pag. 1. num. 1. 2. & p. 3. n. 4.

De reliquo, quòd ait, nec leviter probat Columbus (*b*), *poſt diem decimum Kalendarum Aprilis* locutionem eſſe ellipticam, quamque poſſimus ſupplere, *poſt* [*exortum* ſive *incœptum*] *diem decimum Kalendarum Aprilium*, in eâ, de quâ agitur, Doctorum diſputatione maximi momenti eſt; quia ſi reverà quandòque *poſt diem decimum Kalendarum* ſignificare poteſt, & debet, *poſt exortum diem decimum Kalendarum*, tum illud palàm nullatenùs intelligendum de die viginti quatuor horarum, ſeu civili, conſtante ex tenebris & luce, quique Romanis à mediâ nocte incipiebat: ſed ſtrictè de eâ parte diei civilis, quam Veteres à præcedente & conſequente nocte diſtinguebant, & modò *diem*, modò *lucem* appellabant; ac *diem* quidem, v. g. Martialis, cùm caneret:

Phoſphore, redde diem. Quid gaudia noſtra moraris?

Cæſare venturo, Phoſphore, redde diem (*c*).

Lucem autem, exempli quoque causâ, Cicero, cùm ſcriberet ad Lentulum, *Hæc ſcripſi ad* XVI. *Kal. Febr. ante lucem* (*d*). Sicque facili negotio habebimus, quomodò de uno & eodem die civili, putà decimo Kalendas Apriles, Romani propriè atque optimè dicere potuerint, *Ante diem decimum Kalendarum Aprilium*, & *Poſt diem decimum Kalendarum Aprilis.* Nimirùm *ante diem decimum Kalendarum Aprilium* hoc ſenſu, Die decimo civili ante diem integrum & civilem Kalendarum Aprilium, ipſomet die Kalendarum annumerato: *poſt diem* verò *decimum Kalendarum Aprilis* hoc altero ſenſu, poſt exortam lucem diei civilis decimi, diem integrum & civilem Kalendarum Aprilium, ipſo quoque Kalendarum die putato, anteeuntis, ſi nempè de re poſt Solis ortum factâ loqui accuratiùs vellent, qualis fuit proculdubiò huic Auctori Domini noſtri crucifixio, quam interdiù accidiſſe celebris ille, moriente Chriſto, Solis defectus, aliaque tam multa Evangelii loca dubitare non ſinunt.

Sed

(*a*) Vid. *P. 2. p. 9.* (*b*) *P. 2. p. 270.* (*c*) *Martial. Epigr. lib. 8. Ep. 20.* (*d*) Vid. *Cicer. Epiſt. ad Famil. l. 1. Ep. 1.*

www.libroot.com.cn

Digitized by Google

Sed an fuerit igitur Jesus Christus die olim decimo Kalendarum Aprilium, id est, vigesimo tertio Martii crucifixus? Respondeo, aliud esse Scriptoris mentem aperire, vel saltem divinare quantum possis, aliud verò eadem cum ipso sentire; & nos quidem fuisse hactenùs de priori sollicitos, sed velle nunc de posteriori hanc præcipuè ob causam ἐπίκρισιν, quòd licèt in præsentiâ maximè cum iis Veterum Recentiorumque faciamus, qui Christum duobus Geminis Consulibus crucifixum fuisse, existimant, tamen ipsissimi Patres, qui illius Passionem duorum Geminorum Consulatui allegarunt, haud eam omnes ad eumdem diem, vel eodem modo referant: sed noster, verbi gratiâ, ad *post diem decimum Kalendarum Aprilis*; Lactantius, pro editionum diversitate (*a*), interdùm ad *ante diem decimum Kalendarum Aprilium*, interdùm ad *septimum*; Victorius Aquitanus constanter ad *septimum* (*b*); Tertullianus (*c*) autem & Augustinus (*d*) suo quisque pacto ad *octavum Kalendas Apriles*. Ex quibus quis unquàm, qui probè cunctas rei difficultates attenderit, visurum se liquidò quid sit unicè verum, sperare audeat? Nos saltem hactenùs non vidimus. Et si Pagium ad annum Periodi suæ Græco-Romanæ 5525. num. 6. adiveris, erit etiam, opinor, cur vel sciri unquàm posse quid sit verisimilius, desperes.

Lin. 3. *Kalendarum Aprilis.*] Malim *Aprilium*. Sic enim Prisci loquebantur, & noster etiam alibi nomine plurali usus est. *Tollius.*

Vulgata lectio potest optimè servari. Nam utcunque frequentiùs hic Auctor, & cæteri forsàn Veteres, *Kalendarum Aprilium*, & hujusmodi alia scripserint, quàm *Kalendarum Aprilis*, *Maii*, *Februarii*, & sic de reliquis, Pompeius tamen olim in suâ ad Domitium Epistolâ *Kalendarum Martii* (*e*) usurpavit, non *Martiarum*. Et Cicero ter ad Pompeium pari pacto in unis iisdemque litteris, *Kal. Martii* (*f*), & ad Atticum, *Id. Maii* (*g*), *Id. Quintii* (*h*); imò alibi ad eumdem, & in unâ similiter Epistolâ, *Non. Maiis*, & *Kalend. Maii* (*i*) promiscuè, idque bis; & rursùs denuò in aliâ, modò *Id. Maias* (k), modò *Idus Maii* (k); ut appareat, utramque loquendi rationem fuisse ab Antiquis indiscriminatim adhibitam, nec esse hîc adeò quidquam temerè immutandum. Præcipuè cùm infrà capite 44. *Kalendas Novembris*, non *Novembres* legamus, obstentque haud leviter allata jam è Ciceronis operibus loca, quin & recepta nostri scriptura [*Kalendarum Aprilis*], ne quis capite illo 44. *Novembris* antiquum esse pluralem adjectivæ formæ accusativum, pro *Novembreis*, vel *Novembres*, in mentem inducat contendere, licèt alioqui Sallustiani istius exordii inter alia meminerim: OMNIS *homines, qui sese student præstare cæteris animalibus, summâ ope niti decet* . . . Sed in re dispari dispar facilè ratio esse potest.

Ibid. *Duobus Geminis Consulibus.*] Ita ex aliorum Veterum numero, quos quidem in eam rem dispertos viderimus, Tertullianus adversùs Judæos (*l*), Lactantius lib. 4. Institutionum (*m*), Sulpitius Severus lib. 2. Historiæ sacræ (*n*), Augustinus de Civitate Dei (*o*), Prosper Aquitanus in Chronico (*p*) ex *usitatiore*, uti loquitur, *traditione*, denique conterraneus ejus Victorius in Canone Paschali (*q*): quanquàm jure merito, ut de Prospero taceam, Bucherius (*r*), Labbæus (*s*), atque alii mirentur, *cur Victorius primum suæ Periodi annum, id est, Julianum septuagesimum tertium, Christi verò vulgarem vigesimum octavum, cum Geminorum Consulatu pariaverit, quem in sequentem primum incurrere, satis constet* (*t*). Sed & Christum duobus Geminis passum esse, inter Recentiores asseruit clarissimus Pagius in Dissertatione Hypaticâ, pag. 199. & nuperrimè in Criticâ Annalium Baronii, ad annum suæ Periodi Græco-Romanæ 5525. Imò, ait ille ibi loci num. 3. *veteres Patres, Augustinus, Hieronymus, alsique, cum Consulatu duorum Geminorum anno Æræ Christianæ* XXIX. *gesto illigarunt. Et Eusebius inter primos fuit, qui mortem Dominicam ab eo anno removerit, sed cui Epiphanius hæresi* 51. *aliique posteà adhæsere; adeò ut,*

(*a*) Vid. *sup.* p. 16. *nu.* 2. (*b*) V. *Edit. Antverp.* p. 15. 207. *&c.* (*c*) V. *Tertull. lib. contra Jud. cap. De Passione Christi &c.* (*d*) V. *Aug. De Civit. Dei*, *l.* 18. *c.* 54. (*e*) Vid. *lib.* 8. *Epist. ad Atticum. pag.* 256. *Ed. Rob. Steph. A.* 1543. (*f*) V. *ibid. pag.* 250. *&* 251. (*g*) V. *lib.* 4. *p.* 124. (*h*) V. *lib.* 4. *p.* 125. (*i*) V. *lib.* 4. *p.* 121. (k) V. *lib.* 5. *p.* 139. (*l*) *Sect. de Passione & vastatione Hierusalem.* (*m*) *Cap.* 10. (*n*) *Pag.* 366. *Edit. Lugd. Bat.* 1647. (*o*) *Lib.* 18. *cap.* 54. (*p*) *In principio.* (*q*) *Ipso etiam initio.* (*r*) *Cap.* 12. *Comment. in Victorii Canon. Pasch. p.* 208. (*s*) *Ad annum* 28. *seculi primi Æræ Christianæ.* (*t*) *Bucherii verba sunt p.* 208. *Comment. in Can. Pasch. Victorii.*

Digitized by Google

apertâ semel, ut pergit, *eâ portâ*, *alii Passionem in annum Æræ Christianæ trigesimum primum*, *alii in annum trigesimum secundum contulerint*: colligente etiam inferiùs totidem verbis Pagio (*a*), *ex eclipsi, quæ Christo patiente visa*, *annum Passionis determinari non posse alium*, *quàm annum Æræ Christianæ vigesimum nonum*, quo duo Gemini Consulatum gesserunt.

Nos quòd attinet, jamdudùm sanè eamdem, quàm Pagius, sententiam sequimur: sed nec propter laudatam ab illo Hieronymi auctoritatem, nec quòd rursùm ex iis, quas suæ de illâ eclipsi conclusioni præmisit, hypothesibus ratiocinationibusque adstrui posse credamus rem ita esse, ut ponit, de anno Christi emortuali.

Primò enim quoad Hieronymum, quomodò ei Passionem sub duobus Geminis Consulibus accidisse, potuit esse persuasum, qui in De Scriptoribus Ecclesiasticis (*b*), *annum post Passionem Domini vicesimum quintum* explicat per *secundum Neronis?* Omninò si annus demùm post Passionem Domini vigesimus quintus fuit Hieronymo secundus imperii Neroniani, non ergò Christus sub duorum Geminorum Consulatu mense Martio, vel Aprili, in crucem actus est, quia ab illo Consularis ipsorum Potestatis tempore usque ad annum imperantis Neronis secundum vel leviter initum anni sunt toti viginti sex, cum quinque, aut sex ampliùs mensibus. Sed ei contrà, cum suo Eusebio in Chronicis, Christus palàm passus anno decimo octavo imperii Tiberii Cæsaris à morte Augusti, Consulibus Cn. Domitio Ahenobarbo & M. Furio Camillo Scriboniano; quandòquidem si quis ab illius anni Paschate annos, qui proximè ad Neronis usque secundum fluxerunt, numeret, annus reapsè vigesimus quintus post Passionem Domini cum secundo Neronis; aliquantulùm saltem provecto, decurrerit. Et indè est igitur, quòd cùm priscos opinionis, quam usque hodiè cum Pagio in hâc re tuemur, duces putemus, Hieronymum illis annumerare abstinemus. Quin nec eum modò, sed nominatim quoque Paulum Orosium, contra disertam Columbi sententiam (*c*), quia scilicet cùm Orosius lib. 7. in ipso capitis 4. primordio scribat, *Tiberium Cæsarem anno ab Urbe conditâ 767. imperium post mortem Augusti adeptum esse*, subjiciatque in sequentibus, *Christum anno* [imperantis] *Tiberii decimo septimo sese tradidisse Passioni*, *& fuisse suffixum patibulo*, ea nunquàm Passio cadere possit in Consulatum duorum Geminorum, hoc est, in annum vigesimum nonum Æræ Dionysii, sed in illam tantummodò ὑπατείαν, quâ, duobus post annis, Tiberius Cæsar, Collegâ Ælio Sejano, Consul quintùm processit; proindèque in annum ejusdem Æræ trigesimum primum.

De eclipsi verò, quæ sub Christi mortem conspecta, [nam Thallus (*d*), Phlegon (*e*), atque alii innumeri tenebras horribiles, quæ tunc temporis terræ incubuerunt, ἔκλειψιν ὅλην nominarunt, iique nos post se, reclamante licèt Syncello (*f*), quoad loquendi genus rapient,] quinam pariter, si vel tria Africani loca, qualia laudat Pagius (*g*), alicubi Græcè apud Syncellum legantur, non poterit alius annus Passionis determinari, quàm Æræ Christianæ vigesimus nonus. Certè Pagii in eo argumento magnus Auctor, ne & unicus dicam, Julius Africanus est, qui cùm apud Syncellum, affirmante Pagio, dixerit in uno loco (*h*), *eam eclipsin anno 4. Olympiadis 202. accidisse*, in altero autem (*i*), *anno 2. Olympiadis 202.* tùm porrò in tertio (k), *anno 2. Olympiadis 202. eclipsin à Phlegonte numeratam contigisse*; in primo, inquit Pagius (*l*), mendum est, legendumque *anno 4. Olympiadis 201.* & communem Olympiadum dispositionem Africanus fuit secutus. In secundo verò & tertio nullus occurrit error, ait idem Pagius (*m*): sed Africano Olympiades annique Olympiadici biennio citiùs, quàm aliis exordiuntur, ita ut annus 4. Olympiadis 201. ex vulgatâ methodo, & annus 2. Olympiadis 202. ex propriis Africano calculis, concurrerint, ac in mediam utriusque partem initium Consulatûs duorum Geminorum inciderit. Omnia planè, quò & ego, & res ipsa meliùs intelligamur, sicuti in diagrammate subjecto videre est:

(*a*) V. ejus Critic. Ann. Bar. ad Ann. Per. Gr. Rom. 5525. num. 14. (*b*) *Voce*, Paulus. (*c*) *Vide eam infrà*, P. 2. pag. 270. (*d*) Pag. 322. Chronogr. Georgii Syncelli. (*e*) *In Chronico Latino Eusebii*, *ad annum* 3. Ol. 202. (*f*) *In Chronographiâ*, pag. 322. (*g*) *In Criticâ Annal. Baron. ad ann. Per. Gr. Rom.* 5525. *num.* 13. & 11. (*h*) *Id est*, pag. Syncelli 308. Pagio. (*i*) *Ibidem*, *secundùm Pagium.* (k) *Id est*, pag. 323. Syncelli. (*l*) *In Crit. ad A. Per. Gr. Rom.* 5525. *num.* 11. (*m*) *Ibid. num.* 11. & *seq.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Anni ab Urbe conditâ Varroniani.	An. Æræ Christianæ communes.	Qui Consulatum gesserint iisdem annis.	Africana annorum Olympiadicorum series ab anno 1 Olympiadis 201. hoc est, Julio Africano, secundùm Pagium, propria, seu, quâ pro suo more Africanus vulgarem toto biennio anticipabat.	Vulgata eorumdem & ab eodem anno serica.
776	23	C. Asinius Pollio. C. Antistius Vetus.	Ol. 201. A. 1 incipit.	
777	24	Ser. Cornel. Cethegus. L. Vitellius Varro.	annus 2 incipit.	
778	25	Cn. Lentul. Isauricus. M. Asinius Agrippa.	annus 3 incipit.	Ol. 201. A. 1 incipit.
779	26	Cn. Corn. Lentul. Get. C. Calvisius Sabinus.	annus 4 incipit.	annus 2 incipit.
780	27	M. Licinius Crassus. L. Calpurnius Piso.	Ol. 202. An. 1 incipit.	annus 3 incipit.
781	28	Ap. Junius Silanus. P. Silius Nerva.	annus 2 incipit.	annus 4 incipit.
782	29	C. Fusius Geminus. L. Rubell. Geminus. †	† desinit.	† desinit.

††† *Ex tribus istis crucibus, prima Christi mortem ad duorum Geminorum Consulatum, altera ad annum secundum Olympiadis* 202. *tertia ad annum quartum Olympiadis* 201. *refert.*

At esto, inquio ego, futuros, qui nobis fortunatiores singula, de quibus agitur, Africani loca in Græcâ Syncelli Chronographiâ reperiant. Nos enim hactenùs nusquàm primum potuimus invenire, nisi in Latinâ versione paginæ 323. sed quæ evidenter sit mendosa, cùm pro Latinis istis, *ad Tiberii Cæsaris annum* 16. *qui Olympiadis* 202. ANNO QUARTO *æqualis est*, Græca habeant, μέχρις ἔτους τοῦ δικάτου Τιβερίου Καίσαρος, ὅπερ ἦν Ὀλυμπιάδος σβ' ἔτος ΔΕΥΤΕΡΟΝ, ad verbum, *usque ad sextum & decimum Tiberii Cæsaris, qui fuit Olympiadis* 202. ANNUS SECUNDUS. Quinimò futuri sint posteà, quantùm libet, qui Pagii judicia de repertis sæpe mel Africani locis prorsùs approbent, tamen quid olim Epiphanius, nostroque sæculo Keplerus & Petavius de anno Passionis senserint, nullus ignorat; Christum nempè morte affectum fuisse eo anno, qui in Ærâ Dionysianâ trigesimus primus est. Et quid, si igitur ex illorum sectatoribus aliquis id ipsum volens, illùc quoque eadem Africani loca eatenùs pertinere affirmet, quòd ex vulgatis hypothesibus annus secundus Olympiadis ducentesimæ secundæ anno Æræ Dionysianæ trigesimo primo ex parte responderit, & idem tamen ex peculiaribus Africani supputationibus quartus ejusdem Olympiadis extiterit? Profectò ex illâ tunc eclipsi annus Æræ Dionysii alius, quàm vigesimus nonus constitutus fuerit annus Dominicæ crucifixionis; idque, quod magis est, sine ullâ verborum Africani correctione, & ipsum aliàs Pagium sequendo. Rem, si necdùm sat perspicua est, sequens diagramma claram & edissertatam dabit:

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Anni ab Urbe conditâ Varroniani.	Anni Æræ Christianæ vulgares.	CONSULES eorumdem annorum.	Africana, secundùm Pagium, annorum Olympiadicorum series ab anno primo Olympiadis 202.	Vulgata eorumdem, & ab eodem anno series.
780	27	M. Licinius Crassus. L. Calpurnius Piso.	Ol. 202. A. 1 incipit.	
781	28	Ap. Junius Silanus. P. Silius Nerva.	annus 2 incipit.	
782	29	C. Fufius Geminus. L. Rubellius Geminus.	annus 3 incipit.	Ol. 202. A. 1 incipit.
783	30	L. Crassus Longinus. M. Vinicius.	annus 4 incipit.	annus 2 incipit.
784	31	Tiberius Augustus V. L. Ælius Sejanus. †	definit.	definit.

† *Christus ineunte hoc anno crucifixus, secundùm Petavium, & alios.*

Colligimus itaque, ni alia in subsidium vocentur, & ut maximè tria, quæ Pagius Africano tribuit loca, Africani sint, inefficax semper fore viri docti argumentum, quo ab extraordinariâ illâ Solis defectione desumpto liquere credidit, Passionem ad annum Æræ Dionysii vigesimum nonum propriè atque unicè pertinere.

Sed euge, ecce opportunè, si vel cætera, quæ in eam rem diù ante editum recens Pagii in Annales Baronianos volumen publicè differueramus, & per Tabulas etiam Chronologicas, quò major nostris disputationibus fax alluceret, digesseramus, quæque adeò fuisse ab ipso magnam partem confirmata gavisi sumus, & de quibus tamen ultimam nostram tandiù sententiam ferre supersedimus, donec præclaras aliquot Eruditorum lucubrationes (*a*) in contrarium plùs minùs facientes comparare & perpendere potuerimus, omnia & singula, quod non putamus, nihil forent, ecce, inquam, undè vel nunc obiter tota sua Pagii argumento efficacia postliminiò sarta tectaque servetur.

Apud Hieronymum (*b*), Julio Africano Christus non *anno* simpliciter *secundo Olympiadis ducentesimæ secundæ passus est*: sed *anno* simul *quintodecimo Tiberii Cæsaris.*

Et primùm igitur, inquio ego, ex eo quòd secundùm Africanum, Christus *anno quintodecimo Tiberii Cæsaris* fuit crucifixus, sequitur, velis nolis, Christum non anno Æræ Dionysianæ trigesimo primo, quod Keplerus ac Petavius volebant, & diagramma secundum in speciem evincebat, mortuum esse, sed vigesimo nono, quod Pagius posuit, & ex Pagio primum diagramma proponit ob oculos. Ratio est evidens, quia nempè nullus annus quintodecimus Tiberii Cæsaris in annum Æræ Dionysii trigesimum primum cadere potest: at cadit idem rectâ in vigesimum nonum ejusdem Æræ, si à morte Augusti, ut vulgò solent, numeraveris.

Et rursùs ex eo quòd, secundùm Africanum, Christus *anno simul quintodecimo Tiberii Cæsaris, & secundo Olympiadis ducentesimæ secundæ passus est*, consequitur pariter invictissimè, pergo ego, Julium Africanum, ubicunque loci Christi mortem ad annum 2. Olympiadis 202. retulit, non putare, ut moris est, Olympiadas, sed modo sibi proprio & peculiari, eoque verè, quem primus Orbi

(*a*) *Epistolas v. gr. Ecclesiasticas Pompeji Sarnelli, Neapoli A. 1681. excusas, de quibus in Actis Eruditorum Lipsi. Mensis Maji A. 2687. p. 248. fit mentio; & Joan. Harduini Antirrheticum De Nummis &c. nuperrimè vulgatum.* (*b*) *Commentar. in cap. 9. Danielis, fol. 278. litt. F G H, edit. Bas. A. 1516.*

Digitized by Google

litterâ indicavit Pagius, id est, quo Africanus receptum illius & cujuscunque aliûs Olympiadis initium biennio solet antevertere. Ratio itidem manifesta, nimirùm, quòd nullus denuò quintodecimus annus Tiberii Cæsaris possit dici cum secundo Olympiadis 202. vulgariter numerando concurrisse. At contrà quintodecimus Tiberii ab Augusti obitu totus ferè concurrit cum anno 2. Olympiadis 202. ex ordinariis Africani anticipationibus Pagio observatis.

Quæ cùm ita sint, maneat, ut patet, contra Petavii & suî similium sententiam, necesse est, Christum ex genuinis Africani testimoniis inter se collatis passum esse anno Æræ Christianæ XXIX. duobus Geminis Consulibus. Nec committendum adeò, ficubi reverà inveniatur Africanus eadem apud Syncellum scripsisse, quæ Phlegon apud Eusebium in Chronico Latino, *Solis* scilicet *defectionem magnam, & inter omnes excellentem anno 4. Olympiadis 202. factam esse*, aut aliquid tale, ut non continuò recordemur corrigendum apud utrumque, Pagii imitatione, *anno 4. Olympiadis* 201. Alioquî nunquàm secum concordaret Julius Africanus, nec unquàm inter Julium Africanum & Phlegontem conveniret, aut, quod omnium pessimum foret, Africanus foret respuendus, dicereque haberemus ob Phlegontis, Josephi, Dionis, & aliorum loca, Christum anno ætatis XXXVII. labente fuisse crucifixum; quæ sententia semper erit absurdissima, uti alibi, Deo dante, ostendemus. Sequenda igitur indicata modò Pagii methodus, in Phlegontis, verbi gratiâ, loco apud Eusebium, itemque in cunctis Africani, quæ aliorsùm primo aspectu abeunt. Sed dum tu eâ de causâ Criticam Annalium Baronii pag. 27. num. 10. & pag. 28. num. 13. & 14., quandò voles, adibis, nos ad ampliorem iterùm totius rei elucidationem, tertium tibi diagramma, quo meliùs licebit loco, excudi, è re tuâ esse, censemus.

Et quod hîc porrò Cæcilio nostro, ne de aliis loquar, concisè *duobus Geminis Consulibus* dictum est, id apud Tertullianum (*a*) pleniùs extat his verbis: *Quæ passio perfecta est sub Tiberio Cæsare, Consulibus Rubellio Gemino & Rufio Gemino.* Et benè sanè, quòd isto modo Consulum cognominibus eorumdem nomina majoris perspicuitatis & accurationis ergò voluerit adjicere. Posteriorem tamen non *Rufium*, uti nec *Fusium*, sed *Fufium* fuisse appellatum, ex Familiâ quippè *Fufiâ*, nos hodiè viri doctiores (*b*) commonefaciunt; nec aliter forsàn scripserat Tertullianus. Pessimè utiquè Epiphanius, qui in Hæresi 51. (*c*) ex unico illo Consulum pari duplex fecerit, hoc est, unum ex *duobus Geminis*, alterum autem ex *Rufo & Rubellione*. Imò nec simpliciter Tertullianus, *Quæ passio perfecta est sub Tiberio Cæsare, Consulibus Rubellio Gemino & Rufio Gemino*: sed præterea in sequentibus, *die* VIII. *Kal. Aprilium*; ut jam ideò quòd ita ferat ejus locus, noster contrà *post diem decimum Kalendarum Aprilis*, liqueat, totam nostri κεφαλὴν non fuisse descriptam à Tertulliano, sed ex alio quovis sæculi primi, secundi, tertii, quartive ineuntis Scriptore, seu pluribus. Vide suprà p. 16. num. 2. Infrà verò ab amplissimo Cupero (*d*) plurimi nominantur ex iis, qui de Christo sub duobus Geminis crucifixo non consentiunt, sed variè in contraria scindintur; & Columbus, suo ordine, (*e*) unam atque alteram è præcipuis eorumdem opinionibus inter alia affert & exponit.

Ibid. ... *duobus Geminis Consulibus, cùm resurrexisset* ...] Longè meliùs editio Aboensis, τελεία στιγμὴ post *Consulibus* positâ, ibique adeò primam hujus capitis periodum claudens, & secundam inchoans: *Extremis temporibus Tiberii Cæsaris, ut scriptum legimus, Dominus noster Jesus-Christus à Judæis cruciatus est post diem decimum Kalendarum Aprilis, duobus Geminis Consulibus. Cùm resurrexisset die tertio, congregavit discipulos, quos*, &c. Nam & post *discipulos* distinguit; quod fecit quoque Cantabrigiensis. Utraque non malè.

Lin. 4. *Congregavit discipulos.*] Dato scilicet duabus Mariis præcepto, uti discipulis resurrectionem suam indicarent, monerentque, ut in Galilæam abirent ipsum isthic visuri; Matth. c. XXVIII. 10. 16. Marcus enim jam congregatis supervenisse Christum refert cap. 16. 14. ut & Lucas cap. 24. 36. *Tollius.*

Habet aliquid tale Theodorus Metochita in libro Hist. Rom. (*f*), ubi scilicet καὶ πρῶτα μὲν, inquit; ὅφθη δυσὶ γυναιξὶν ἑῴα καὶ τὰς πόδας αὐτῆς κρατήσασαι κατησπάζοντο. ἔπειτα τοῖς Μαγδαληνῇ μόνῃ ἐπέστειλε. μετὰ δὲ τοῦτο τῷ κηρυφαίῳ

(*a*) *Lib. adversùs Judæos, Sect.* De Passione Christi, *in fine.* (*b*) *Henr. Noris in Epistolâ Consulari, pag.* 9. & 10. *Pagius in Critică Annal. Bar. ad A. Per. Gr. Ro.* 5522. (*c*) *Num* 23. (*d*) *P.* 2. *pag.* 125. (*e*) *P.* 2. *pag.* 270. & 271. (*f*) Vid. *fol.* 50. & 51.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Ἑτέρᾳ ; *At primùm quidem mulierculis* [Malim *mulieribus*] *duabus viſus eſt, cùm pedibus illæ comprehenſum amplecterentur. Indè ſoli Magdalenæ eſt conſpectus, poſteà Petro illi ſummo* : quæ clariſſimi editoris Joannis Meurſii verſio eſt. Sed cùm ab unâ parte, ſecundùm S. Joannis Evangelium (*a*), Maria Magdalena ſola ad ſepulchrum eſſet, quandò ſuam illi Chriſtus reſurrectionem manifeſtam fecit, & *Abi*, ait, *ad fratres meos ; dic illis : Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, & ad Deum meum & Deum veſtrum* ; ab alterâ verò, ſecundùm Matthæum (*b*), mulieres, quibus Chriſtus ſuos pedes amplexatis, *Ite*, inquit, *ac fratribus meis renuntiate, ut in Galilæam me iſtic viſuri proficiſcantur*, à ſepulchro jam longè, quandò id ad Diſcipulos mandati acceperunt, abeſſent ; & denique ſecundùm diſertiſſimam Marci affirmationem, (*c*) *Chriſtus, cùm reſurrexiſſet manè, primo poſt Sabbatum die, apparuerit primùm Mariæ Magdalenæ* ; his, inquam, de cauſis dicenda illa mihi planè videtur & vidiſſe prima omnium, dum ſola ſepulchro adeſſet, Dominum noſtrum è mortuis redivivum, & habuiſſe quoque prima omnium tunc temporis mandatum ab illo de ſuâ reſurrectione diſcipulis indicandâ. Ad phraſin quòd attinet, Lactantianam eſſe, monet & probat infrà Baluzius, P. 2. p. 9.

Ibid. *Quos metus comprehenſionis.*] Videntur Apoſtoli, recollectis poſt primam illam fugam animis, poſtridiè & tertio die conveniſſe in unum, & ſollicitos triſteſque tragœdiæ hujus expectaſſe cataſtrophen. Vide cap. xx. Joannis, & Lucæ xxiv. ubi Chriſtus Hieroſolymis ipſo reſurrectionis die, cùm Cleopas cum ſodali apparitionem Chriſti diſcipulis xi. aliiſque narrarent, ad ipſos in cœnaculum acceſſiſſe narratur, in quod ſe metu Judæorum contulerant, incluſerantque, magnâ ſanè & tantùm non inextricabili à Matthæi Marcique diverſitate, quorum ille profectos in Galilæam diſcipulos ad illum montem tradit, quem Jeſus indicarat, hic poſteà Chriſtum diſcipulis apparuiſſe tradit, quàm hi duo, quid ſibi accidiſſet, ad alios retulerant. *Tollius.*

Qui ea cuncta, quæ antecedens viri clariſſimi obſervatio complectitur, uno ut ipſe intuitu, ſimulque tanquàm eventa trium dierum Julianorum reſpexerint, hoc eſt, diei Paſſionis, quo ſub veſperam Jeſus-Chriſtus ſepulchro conditus eſt ; poſteri, quo toto jacuit ſepultus ; & reſurrectionis, quo illuceſcente revixit ; næ illi priorem Tollii difficultatem, haud *magnam* modò, & *tantùm non inextricabilem*, ut eam vocavit, ſed reverà inſolubilem reperient. Ita quippè, ex Matthæo (*d*), Apoſtoli illo ipſo die reſurrectionis, quo primâ luce Angelus ad mulieres, *Citò*, inquit, *euntes dicite diſcipulis ejus, quia reſurrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam* ; dein Jeſus ipſe paulò poſt ad eaſdem (*e*) : *Abite, renuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam ; ibi me videbunt*, profecti fuerint omnes in Galilæam, in montem, quem eis condixerat Chriſtus, ibique Dominum viderint & adoraverint. At contrà, ex aliis Evangeliſtis, jam *veſpera erat* (*f*), & *cœnabant Apoſtoli* (*g*), ni jam etiam cœnaverant (*h*), quandò ſe Chriſtus eorum Collegio primùm exhibuit. Quandònam igitur profecti eo die in Galilæam, & Chriſtum in dicto ſibi monte conſpicati & venerati ? An poſt cœnam deniquè, quia non antè ? Sed ante cœnam non alia ipſis eundi cauſa in Galilæam per mulieres ſignificata fuerat, quàm ut ibi Chriſtum conſpicerent. Cur ergò poſt cœnam, quo jam eum tempore viderant, in Galilæam viſendi gratiâ exiviſſent ? Quorsùm, dico, tam intempeſta profectio ? Operæpretium itaque, quoniam non ignobilis nodus eſt, ut eum, occaſione datâ, pro virili ſolvamus.

Chriſtus, ſi quid cernimus, die reſurrectionis ſemel (*i*) atque iterùm (*k*) per alios mandari Apoſtolorum familiæ juſſit, ut *in Galilæam* ſuî causâ videndi proficiſcerentur ; qui quoniam de ejus à mortuis ſuſcitatione dubitabant, per totum diem dare ſe eò versùs in viam neglexerunt : quamobrem venit tandem ad ipſos Chriſtus de nocte ; neque illi ampliùs eo die, ullove è proximè ſequentibus, ob dictum Chriſti juſſum in Galilæam ire cogitaverunt, multò minùs contenderunt. Factum id ergò demùm ab iis poſt octo ad minimum dies, idque ſive ex caſu merè fortuito, ut vulgò loquimur, ſive potiùs ex novo Chriſti mandatu. Confer Joannis xx. 19. 26. cum xxi. 1. & ſeq. Et Chriſtus, dum id temporis in Galilæâ verſarentur, injunxit illis, non abſens & aliorum operâ, ſed ipſe & coràm, ut ad ſe in certum Galilææ montem certâ die, ſive etiam horâ convenirent. Atque eâ vice Apoſtoli ma-

(*a*) Vid. *Evang. Joann.* xx. 11. *& ſeq.* (*b*) *Cap.* xxviii. *comm.* 8. *& ſeq.* (*c*) *Cap.* xvi. *comm.* 9. (*d*) *Bap.* xxviii. *comm.* 1. 2. 5. 7. (*e*) *Ibid. comm.* 10. (*f*) *Luc.* xxiv. 29. 33. *Joann.* xx. 19. (*g*) *Marc.* xvi. 14. (*h*) V. *Luc.* xxiv. 41. 42. (*i*) *Matth.* xxviii. 2. §. 7. (*k*) *Ibid. comm.* 10.

Digitized by Google

giſtri ſui dictis obtemperantes *in montem Galilæa profecti ſunt, quem eis præſcripſerat*, Matth. XXVIII. 16. & ad quem cæteroqui *cùm etiamnùm è longinquo accederent, pleriſque quamprimùm Jeſum videre non adraverunt*, comm. 17. *quidam verò abſtinuerunt*, (ibidem) *quòd an is reapsè foret, hæſitarent*, viſu nimirum reliquis minùs pollentes, nec ejus reſurrectionem, quam tot certiſſimis teſtimoniis confirmatam vidiſſent, in dubium denuò vocantes, ſed ſolam ejus præſentiam, de quâ ni ſibi planiſſimè conſtaret, nolebant ei ipſi homini, quem ſtrictim oculis obſervarent, & alii coram ſe ut Jeſum & Deum venerarentur, religioſum ullum exhibere honorem. Confer Joan. XXI. 4. & ſeq. Adeò ut illud jam nobis, quod totiès à Chronologis ſacris uſurpatum eſt, inculcandum veniat, *Diſtingue tempora, & conciliabis Scripturas.* Aliquatenùs utiquè in hocce argumento clariores futuras, fateor, ſi quemadmodùm apud Lucam XXIV. 36. legimus: Ταῦτα δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν; *Hæc autem ipſis loquentibus, ſtetit* IPSE JESUS *in medio eorum*; ita verba Matthæi forent: οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς; *Undecim autem illi diſcipuli profecti ſunt in Galilæam, in montem, ubi* JESUS IPSE *conſtituerat eis, ut adeſſent.* Verùm, ne quid aliud dicam, eòdem quoque facere hodiernam lectionem, nemo vel mediocriter Græcè doctus negabit.

De iſtâ autem alterâ queſtione, quî verum ſit, Chriſtum Hieroſolymis ipſo reſurrectionis die ad diſcipulos in cœnaculum acceſſiſſe, *dum Cleopas & ſodalis, quo pacto ſibi Chriſtus apparuiſſet, undecim Apoſtolis aliiſque narrarent*, tradente in contrarium Marco, *Chriſtum non antè diſcipulis apparuiſſe, quàm illi duo quid ſibi accidiſſet, ad alios retuliſſent*, ecce iſtum etiam nodum, ne, cùm opus eſt & poſſumus, Hiſtoriæ ſacræ deſimus, ſic extricamus. Ex Marco (a) *Chriſtus duobus è fidelium cœtu rus euntibus apparuit aliâ formâ*, quàm ante mortem conſueverat. Iidem autem, ſi ad Lucam nos conferimus (b), vix Jeſum ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου cognoverant, & è ſuo conſpectu evaniſſe viderant, cùm ſine morâ Hieroſolymam rediere, ubi congregatos invenerunt Apoſtolos, eorumque ſocios, qui dicerent: *verè ſurrexit Dominus, ſeque Simoni oſtendit.* Atque ibi tum Cleopas & ſodalis, quæ ſibi quoque in viâ & in cœnâ contigiſſent, narrarunt, loquendique finem eo temporis articulo fecerunt. Sed jam ſi ad Marcum revertimur (c), plurimi ex iis, quibus iſta recitabantur, quique ſimilia prius ab aliis audiverant, nec credideranr, ne Cleopæ quidem ejuſque comiti fidem habuerunt; indèque de iſtis omnes denuò ac magis magiſque diſſerere ac colloqui. *Et dum ita illi*, inquit Lucas (d) [tam quos Cleopas ejuſque ſocius convenerant, quàm ipſummet cum itineris comite Cleopam intelligens] *eadem loquebantur, ſtetit ipſe Jeſus in medio eorum*; ut ſimul Chriſtus ſat diù poſt primam Cleopæ & ſodalis narrationem ſeſe vivum conſpiciendumque Apoſtolis repræſentaverit, & dum unà adhùc omnes de memoratis à Marco apparitionibus inter ſeſe agerent & diſceptarent. Quòd ſi pluribus opus eſt, tria ſunt, quæ hanc totam ſolutionem comprobant. Unum, ταυτὰ, cum gravi accentu, non *hæc*, ſed *eadem*, haud rarò apud idoneos Auctores ſonare, pro τὰ αὐτὰ ſcilicet (e). Alterum verò, nullos in antiquioribus Novi Teſtamenti manuſcriptis codicibus occurrere accentus; ut proindè ſi loci ſenſus, vel veritatis commoda requirant, tam facilè in iis legere queas ταυτὰ cum gravi, quàm ταῦτα cum circumflexo. Tertium denique, neutiquàm veriſimile eſſe, ut ad primam Apoſtolorum aliorumve incredulitatis ſignificationem Cleopas, & qui cum eo rure redibat, ibique Chriſtum ſuis ipſe quoque oculis conſpexerat, frigidè conticuerint, vel ad alia omnia, de ſibi factæ apparitionis veritate & gravitate parùm ſolliciti, ſermonem converterint. Potiùs itaque etiam atque etiam pro rei merito inſtiterint, itemque qui ipſis in cœnaculum intrantibus, *Chriſtus verè reſurrexit, & à Simone viſus eſt*, dixerant. Quamobrem vertere equidem, ut ſuprà, non dubitaverim, *Eadem autem illis loquentibus*, id eſt, agitantibus & diſputantibus, *Chriſtus ipſe conſtitit in medio ipſorum.*

Verùm iſta nos longiùs abduxerunt: ad Auctorem noſtrum redimus, qui de Chriſti diſcipulis inquiens, *quos metus comprehenſionis ejus in fugam verterat*, nullatenùs Apoſtolorum metum, ne Chriſtus comprehenderetur, intellexit; nam eos nonniſi poſt ejus comprehenſionem aufugiſſe, ex Evangelio certum eſt; ſed metum ſanè iisdem ex ipſo comprehenſionis eventu obortum. Vide Matth. XXVI. 50. 56.

(a) Cap. XVI. 12. (b) Cap. XXIV. comm. 13. 31. & ſeq. (c) Cap. XVI. 12. 13. 11. (d) Cap. XXIV. comm. 36. (e) Vid. *Theſ. L. Gr. Henr. Steph. tom. 2. pag. 604. in* τὸ αὐτὸς

Adde quòque, quæ nos infrà ad num. 36. notabimus.

Lin. 7. *Fuerunt.*] Lege *fuerant.* Bochellus.

Adeò in eâ re doctissimo amico non repugno, ut ita ipse semper putaverim emendandum, inductus scilicet tam præcedentibus verbis, *congregavit discipulos, quos metus comprehensionis ejus in fugam* VERTERAT, [tempore plusquàm perfecto, non tempore perfecto *vertit*] quàm istis maximè Lactantii, lib. 4. Inst. cap. 20. *Discipulis iterùm congregatis, Scriptura sancta litteras, id est, Prophetarum arcana patefecit, quæ antequàm pateretur, perspici nullo modo* POTERANT. Nam neque etiam ibi reperias *potuerunt.* Sed istam fortè correctionem præripuit utrique nostrûm Columbus. Haud enim aliter excusum hoc loco in editione Aboensi, ac nostræ conjecturæ legendum ferunt, licèt rationem frustrà quæras in ejusdem Notis.

Ibid *Ordinavitque eos.*] Ordinati jam erant à Christo Matthæi c. x. sed restricta missione ad Judæos. Ut igitur & Gentibus verbum Dei prædicaretur, novâ rursùs ordinatione indigebant, quæ se ad πάντα τὰ ἔθνη extenderet, Matth. XXVIII. 19. Lucæ XXIII. 47. *Tollius.*

Unicè probo, totusque, ita me Deus amet, posse gaudeo hinc agnoscere virum celeberrimum, me, quidquid hactenùs ab ipso dissentiens animadverterim, nullâ vel malignitate, vel invidiâ fecisse, absit: sed ex solo summoque meo erga veritatem studio & candore, ut Litteratis licet ac Criticis. Cæterùm, utì noster, *ordinavit eos*, indubiè pro eo, quod Paulus, *Christi Ministros Dispensatoresque mysteriorum Dei constituit*, dixisset, aut aliquid tale; [vide enim Epistolam priorem ad Corinth. cap. 4. comm. 1.] ita Suetonius in Vespasiano cap. 23. *Quendam è caris ministris dispensationem cuidam, quasi fratri, petentem cùm distulisset, ipsum candidatum ad se vocavit, exactâque pecuniâ, quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine morâ* ORDINAVIT, hoc est, ut patet, dispensatorem instituit, vel creavit. Et infrà apud Cuperum, P. 2. p. 193. Hugo Floriacensis narrat, *Constantium* ORDINASSE *Licinium Cæsarem Hispaniarum*: quod etsi vir summus alienissimum pronuntiet à veritate, exemplum tamen est certissimum locutionis, quam hîc habemus, licèt in recentioris ævi Scriptore. Tertium affert infrà è Lactantio Baluzius, P. 2. p. 10.

Lin. 8. *Testamenti Novi solennem disciplinam.*] Id est, Baptismum. Hujus enim collatio in veteri Ecclesiâ solennis erat tempore Paschatis; quâ de re nonnulla in Notis ad Ausonii Carmen Paschale. *Tollius.*

Accepit de *totâ novi Testamenti disciplinâ* clarissimus Interpres Gallicus *(a)*. Sed, ut opinor, malè. Primò enim haud alia attingit hic Scriptor in antecedentibus, quàm quæ à Christo post resurrectionem facta sunt. At nequaquàm, verbi gratiâ, Eucharistiam post suî suscitationem à mortuis instituit, [id ante mortem præstiterat] sed Baptismum, saltem quoad omnes gentes, Matth. XXVIII. 19. Et præterea, cùm in nostro Auctore, post *Ordinavitque eos, & instruxit ad prædicationem dogmatis ac doctrinæ suæ*, rursùmque post proximum *disponens Testamenti Novi solennem disciplinam*, confestim sequatur, *Quo officio repleto, circumvolvit eum procella nubis, & subtractum oculis rapuit in cœlum. Et indè discipuli . . . dispersi sunt per omnem terram ad Evangelium prædicandum, sicut illis Magister Dominus imperaverat*; quid primùm omnium manifestius est, quàm τὸ *Ordinavit eos, & instruxit ad prædicationem dogmatis ac doctrinæ suæ*, illud ipsissimum esse, quod apud Matthæum legimus: *Et accedens ad eos Jesus locutus est, dicens, Data est mihi omnis auctoritas in cœlo & in terrâ; profecti ergò discipulas facite omnes gentes (b)?* Posteà verò quid clarius, quàm τὸ dehinc *disponens Testamenti novi solennem disciplinam*, illud pariter esse, quod apud eumdem Matthæum proximè occurrit *(c)*, *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti?* Ac denique quid hoc evidentius, quàm τὸ *Quo officio repleto, circumvolvit eum procella nubis, & subtractum oculis hominum rapuit in cœlum*, id ipsum quoque denuò esse, quod apud Marcum scriptum est *(d)*, *Postquàm hæc locutus esset, assumptus est in cœlum*: apud Lucam autem in Actis *(e)*, *Et cùm hæc dixisset, adspicientibus illis, elevatus est, & nubes susceptum eum abstulit ab oculis eorum.* Per illam itaque *disciplinam*, quæ hoc loco *solennis* & *Novi Testamenti* vocatur, haud videmus, quid aliud melius, non quidem propter Christi institutionem, vel praxin primulorum Christianismi temporum: sed ex usu sæculi, verbi gratiâ, quarti, quo noster Cæcilius scribebat,

(a) *Manceaux, Canonicus Rhemensis comm.* 19. (b) *Matth.* XXVIII. 18. 19. (c) *Ibid.* d) *Cap.* XVI. 19. (e) *Cap.* I. *comm.* 9.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

scribebat, possit intelligi, quàm Baptismus.

Cave modò, etsi Burdegalensis Ausonii versus Paschales incipiant,

Sancta salutiferi redeunt solennia Christi,

& olim in Thessalia, teste Socrate (*a*), *solis diebus Paschæ baptizarent*, & secundùm Zonaram (*b*), *soleret Ecclesia in magno Sabbato Baptismata celebrare*, nec postremò aliorsùm abeat Basilius, Homil. in S. Baptismum, ne ob ejusmodi loca Baptismi collationem existimes non alio anni tempore usitatam fuisse solenniter in priscâ Ecclesiâ, quàm tempore Paschatis. Plerisque enim in locis, qui in Paschate baptizabant, baptizabant etiam in Pentecoste, & alicubi die quoque Epiphaniæ, imò *numerosiùs in die Epiphaniæ, quàm in Paschali tempore*, ut ex Decretis Leonis I. Papæ discimus, Tit. 7.

Tantùm qui ita die *Epiphaniæ*, seu, ut aliàs loquuntur, *Epiphaniorum*, vel interdùm etiam *Epiphaniarum*, pro ritu sibi à prædecessoribus peculiari frequentiùs tingebant, à prædicto Pontifice damnati sunt, utpotè *qui irrationabilem novitatem usurparent*, ait ille, *& confuso temporis utriusque mysterio, nullam esse differentiam crederent inter diem, quo adoratus est Christus à Magis, & diem, quo resurrexit Christus à mortuis* (*c*). Quin imò, inquit Petrus Blesensis, *Ecclesia sub anathemate interdixit, ne aliquis die Epiphaniarum baptizet, si articulus necessitatis non intercidat* (*d*).

Eorum verò superstitio, qui Thessalis illis, de quibus paulò antè è Socrate, similes, nolebant nisi ὡ τῇ Πάσχα accedere ad Baptismum, à nullo quidem, quod noverim, Concilio, vel Ecclesiæ Romanæ Episcopo insigniter condemnata est: sed præstricta est tamen à Joanne Chrysostomo, Homil. 1. in Acta Apostolorum.

Qui autem diebus simul Paschatis & Pentecostes baptizare solebant, ii diem Paschatis altero solenniorem existimabant: undè & forsàn *solennis* nostri loci *disciplina* κατ' ἐξοχήν. Tertullianus (*e*): *Dein Baptismo* SOLENNIOREM *Paschæ præstat, cùm ... Passio Domini, in quâ tingimur, adimpleta est ... Exindè Pentecostes ordinandis lavacris latissimum*, seu, ut alii legunt, *latissimum spatium est.*

Ac denique consuetudo, quâ uterque dies Baptismo consecrabatur, nobis videtur fuisse omnium usitatissima, recepta quippè ab Ecclesiis Africanis, secundùm Tertulliani testimonium antè allatum; & de quâ disertè Siricius in Epistolâ Decretali ad Himerium Episcopum Tarraconensem: *Sequitur*, inquit, *de diversis baptizandorum temporibus, prout cuique libitum fuerit, improbabilis & emendanda confusio, cùm hoc sibi privilegium*, ET APUD NOS, ET APUD OMNES ECCLESIAS, *Dominicum specialiter cum Pentecoste suâ Paschæ defendat, quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia Baptismatis tradi convenit Sacramenta.*

Pag. 184. lin. 1. *Quo officio repleto.*] Malim *impleto*. Ideò Christus à Patre in terras missus fuerat, πίστις τῇ ποιήσαντι αὐτὸν, ad Hebr. 11. 2. ubi & ἀπόστολος ἡ ἀρχηγὸς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν appellatur. *Tollius.*

Habet Lingua Gallica plurimas istiusmodi locutiones. Quapropter, & quia simul infinita dicendi genera Latinis accepta referre debemus, vix mendum equidem τῷ *repleto* subesse, assentiri ausim. De *officio* verò, quid hîc sonet, adi Columb. P. 2. p. 271.

Ibid. *Procella nubis.*] Πρηστὴρ νεφῶν hoc Lactantii, qui hîc artis, quam docebat, non oblitus est, respondetque aliquantulùm τῷ ἀνεμοφόρῳ, quod est apud Lucam, c. 24. 51. *Tollius.*

Alias, nec iniquiores, hujus loci censuras habes infrà apud Cuperum, P. 2. p. 125. & Columbum, p. 271.

Lin. 4. *Dispersi sunt per omnem terram, ad Evangelium prædicandum, sicut illis Magister Dominus imperaverat, &c.*] Locus, si quid Auctor per *omnem terram*, moxque per *omnes provincias & civitates* intellexerit, curiosiùs, ut licet, & ob antè dicta (*g*) necesse est, scire velimus, valdè notabilis. Nam *dispersi sunt Discipuli per omnem terram*, incipit ille, *sicut eis Magister Dominus imperaverat.* Atqui Dominus non injunxerat Apostolis, ut per solas gentes Romanis subjectas Evangelii causâ dispergerentur, sed ut ad omnes sine ullâ limitatione populos eo nomine abirent. Hinc apud Matthæum, XXVIII. 19. *Profecti*, ait, *docete* OMNES GENTES: apud Marcum verò disertiùs (*h*), *Euntes in* MUNDUM UNIVERSUM, *prædicate Evangelium* OMNI CREATURÆ; Redemptor scilicet totius Mundi, non illius unicè portionis, quæ Romanis parebat. Et noster ergò, cùm dicit,

(*a*) *Lib.* 5. *Hist. Eccles. cap.* 22. (*b*) *Ad Canon.* 45. *Conc. Laod.* (*c*) V. *Decr. Leon.* 1. *Tit.* 7. (*d*) *Serm.* 13. (*e*) *Lib. de Baptismo, sub finem.* (*f*) *Tit.* 2. (*g*) V. *supra, pag.* 8. *num.* 9. (*h*) *Cap.* XVI. *comm.* 15.

Digitized by Google

Apoſtolos jam indè ab Aſſumptione Domini *diſperſos fuiſſe per omnem terram ad Evangelium prædicandum, ſicut eis Magiſter imperaverat*, tum de iiſdem continuò poſt, *& per annos* XXV. *uſque ad principium Neroniani imperii per omnes provincias & civitates Eccleſia fundamenta miſerunt*, omnem totius Orbis terram habitatam, omneſque pariter omnis terræ provincias & civitates lato ſenſu intellexit, non Imperium ſtrictè Romanum, omneſve provincias & civitates Orbis ſimpliciter Romani. Atque ita prorsùs in διαλέξει *De Legibus* Theodoretus (*a*). *Noſtri illi*, inquit, *piſcatores ac publicani, ſuterque ille noſter* [ὁ σκηνοπόμος, Paulo hâc voce indigitato] *cunctis nationibus legem Evangelicam detulerunt. Neque ſolùm Romanos, quique ſub Romano vivunt imperio*, [ἢ τῶν ὑπὸ τοῦτον τελούντων] *ſed Scythas quoque ac Sauromatas, Indos præterea, Æthiopas, Perſas, Seras, Hyrcânos, Britannos, Cimmerios, & Germanos, utque ſemel dicatur, omne hominum genus, nationeſque omnes induxerunt Crucifixi leges accipere.*

Adde, ſi paucis ad ſpecialiora quædam deſcendimus, Scythiam, verbi gratiâ, atque Indiam nunquàm cenſas fuiſſe ſub Neronis deceſſore Claudio inter Imperii Romani provincias, & eſſe è cæteris Patribus, qui utcunque ex parte Pſeudonymi, non modò *Philippum poſt Aſcenſionem Salvatoris Evangelium per annos tantùm viginti & unum Gentibus per Scythiam prædicaſſe, ſcripſerint* (*b*), *indèque per revelationem in Aſiam reverſum eſſe*: de Thomâ verò, *Evangelium fuiſſe ab illo prædicatum Parthis, & Medis, & Perſis, Hircaniſque, Bactrianis, & Indis, tenente* ſcilicet *Orientalem plagam, & interna Gentium penetrante* (*c*); [longè enim præferenda Freculphi lectio, quam ſequimur, Iſidorianæ (*d*):] ſed quibus, quod magis eſt, *Philippus anno* XII. *Claudii crucifixus fuerit & lapidibus obrutus* (*e*); imò eſſe, qui ſub Melitonis Sardenſis nomine (*f*) tradiderint, *anno ſecundo ab Aſcenſione Domini Apoſtolos per Orbem diviſos in externis Provinciis Evangelium promulgaſſe*: quorumque proindè omnium ſententia, ſi non planè eadem, quæ hujus Scriptoris, ſaltem quàm ſimillima fuerit, neceſſe eſt, hoc eſt, Chriſti fidem fuiſſe ante principium Neroniani imperii longè ultra Romani fines annuntiatam. Jure, an injuriâ, longum eſſet diſquirere; & quouſque tandem tum temporis perveniſſet, nemo unquàm forsàn paulò prudens definire audebit, ita res obſcura eſt, & de illâ ſibi invicem adverſantur, exempli causâ, Cecilius noſter, hîc loci, Euſebius, lib. 3. Hiſt. Eccl. cap. 1. collato cum ultimo libri ſecundi; Origenes, Tractatu 28. in Matthæum; Tertullianus adversùs Judæos, Sect. de Nativitate Chriſti, ſub finem; ac denique Auguſtinus in Epiſtolâ ad Heſychium, quæ octogeſima eſt, haud procul quoque à calce. Jam ſatis ſit ergò Auctoris noſtri mentem, capite tamen tertio meliùs adhùc declarandam, pro virili aperuiſſe.

Lin. 5. *Magiſter Dominus.*] De Chriſto, citra controverſiam. Quarè maluit ſine dubio Columbus utramque vocem litterâ majuſculâ inchoari. Sed id nihili. Alicujus verò momenti eſt, quòd ita *Magiſter Deus* de eodem apud Lactantium (*g*) occurrat his verbis: *Diſcipuli per provincias diſperſi fundamenta Eccleſiæ ubique poſuerunt, facientes & ipſi in nomine* MAGISTRI DEI *magna & penè incredibilia miracula.* Sic enim firmantur, quæ à nobis ſuprà, pag. 11. num. 17. ad hujus conjecturæ fulcimentum allata ſunt, *Qui illuſerant Deo, ſtrati jacent.*

Ibid. *Et per annos* XXV. *uſque ad principium Neroniani imperii.*] Conſtat ratio. Nam huic Scriptori (*h*) *Jeſus Chriſtus poſt diem decimum Kalendarum Aprilis cruciatus eſt duobus Geminis Conſulibus*; & ſub iiſdem, *commoratus cum Diſcipulis diebus duntaxat* 40. *poſt reſurrectionem, fuit in cœlum raptus. Et indè*, ſecundùm eumdem, *Apoſtoli per omnem terram diſperſi, per annos* 25. *uſque ad principium Neroniani imperii Eccleſia fundamenta miſerunt.* Atqui ab anni tempore, quo ſub duorum Geminorum Conſulatu Jeſus Chriſtus in cœlum receptus eſt, uſque ad primordia Principatûs Neronis, anni tantùm ſunt XXV. cum men-

(*a*) *Aliter, De curandis Græcorum affect. Serm.* 9. *p.* 125. *edit. Commel.* 1592. (*b*) *Abdias Babylonius, de Vitis Apoſtolorum, lib.* 10. *p.* 118. *& 119. edit. Baſ.* 1552. (*c*) *Ita Freculphus, tom.* 2. *Chronic. lib.* 2. *cap.* 4. (*d*) *Iſidoriana eſt* ..... Hircaniſque, ac Trajanis, & deſtinans Orientalem .... *Apud Iſidorum Hiſpalenſem ſcilicet, lib. De vitâ & obitu Patrum, num.* 75. (*e*) *Ita quadam exemplaria Chronici Euſebiani. Confer Centur. Magdeb. lib.* 2. *cap.* 10. *De vitis Doctor. pag.* 442. *in v.* Philippus, *cum Animadverſionibus Joſ. Scal. ad annum* MDLXIX. *& Sabellico, Ennead.* 7. *lib.* 2. *pag.* 137. (*f*) Vid. *Baronii Annales ad An. Chr.* 44. *num.* 13. (*g*) *Lib.* 4. *Inſtitut. cap.* 20. (*h*) *Initio hujus cap.*

Digitized by Google

ſibus v. & aliquot diebus. Sed noſter numerum, ut ſolet fieri, rotundavit. Diſtinguit porrò non malè poſt *per annos* XXV. editio Aboenſis, habetque complura Baluzius, nec parvi momenti, ad eadem verba P. 2. p. 10.

Lin. 6. *Per omnes provincias & civitates.*] Id eſt, ſi vernacula Maucroixii tralatio audienda ſit, *per omnes provincias & civitates* IMPERII ROMANI. Nec dubitandum quidem, quin infrà, cap. 23. *Cenſus in provincias & civitates ſemel miſſus*, de Cenſu in provincias & civitates Imperii Romani miſſo pari modo ſit intelligendus, nec quin pariter, cap. 7. per *conciſus in fruſta provincias, ſingulaſque regiones, ac propemodùm civitates multis Præſidibus & pluribus officiis oppreſſas*, intelligendæ quoque veniant Imperii Romani provinciæ, regiones & civitates. Sed quoad nos, hîc ſanè, ob antè dicta num. 14. non poſſumus non ſupplere potiùs ex præcedentibus *omnis terra*, latè loquendo, ſicuti recèns obſervabamus; ita ut denique, quem admodùm apud noſtrum *Eccleſia conſtituta* uno modo c. 1. ſub finem, & altero c. 12. circa medium, debet accipi: ſic apud eumdem uno loco *per omnes provincias & civitates*, altero verò *ubique in provincias & civitates*, pro locorum naturâ res diverſas connotent. Adde quæ hoc ipſo capite, num. 21. & 31. ad vocem *juſtitiam*, itemque num. 41 & 47. ad *translatum* [*Neronem*] & *tranſlatos* [*duos Prophetas*] dicemus.

Lin. 7. *Eccleſia fundamenta miſerunt.*] Vide omninò & Lactantii verba, quæ ſuprà num. 15. exſcripſimus; & Baluzium infrà P. 2. p. 10. Columbum verò, p. 271.

Ibid. *Cùmque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit.*] En tibi, Lector, locum, quem contra Baronium, cæteroſque innumeros & acriores diuturnæ S. Petri in urbe Româ Cathedræ defenſores, verè pugnacem & invictum dicere poſſumus. Baronius enim in Annalibus ad annum Chriſti 44. num. 13. *Omnium*, inquit, *teſtimonio certum exploratumque habetur, jam anno ſecundo ejuſdem* [*Claudii*] *Auguſti Petrum, Apoſtolorum principem, veniſſe Romam.* At noſter contrà, *Petrus Romam advenit, cùm jam Nero imperaret.* Hincque adeò, poſt repertum vulgatumve ſemel hoc opus, gravia illa doctorum tam Proteſtantium, quàm Pontificiorum judicia, quæ partim ſubjicere, partim indicare properamus.

» Hujus Tractatûs interventu, tandem aliquandò ab inveterato errore liberamur, de S. Petri 25. annorum Pontificatu. » *Præfatio editionis Oxonienſis, ſeu veritàs pilſſimi & Reverendi, dum viveret, Oxonienſis Epiſcopi, Joannis Felles, cujus, uti morum ſanctitas excellens, & effuſiſſima in pauperes beneficentia, miruſque animi in promovendis melioribus litteris ardor, juſtam ſemper à me venerationem habuerunt: ita memoria ſit æternùm precor benedicta.*

» The Account that he gives of Saint » Peter's coming to Rome, cuts of the Fa» ble of his being there for five and twenty » years.« *Præfatio, quam Reverendus ipſe quoque jure meritiſſimo Epiſcopus Sariſburienſis, Burnetus, ſua olim vernacula Tralationi, nuperùm Præſul, præfigebat. Quæ fermè ſonant:* Quod Lactantius in hoc libro de B. Petri in urbem Romam adventu recitat, omnem ſerpendi ampliùs poteſtatem præcidit fabulæ, quâ ipſum Romæ XXV. annis ſediſſe nugabantur.

» Euſebius in Chronico Petri in urbem » Romam adventum refert anno ſecundo » Claudii, quam ſententiam ſecutus eſt Ba» ronius. Sed, ut inquit Valeſius in Notis » ad Euſebium lib. 2. cap. 16. ſententia hæc » refelli videtur ex Actibus Apoſtolorum; ex » quibus conſtat, Petrum in Judæâ ac Syriâ » ſemper manſiſſe uſque ad ultimum annum » Agrippæ Regis. Qui cùm Hieroſolymis » Petrum in vincula conjeciſſet, paulò poſt, » divinâ eum inſequente juſtitiâ, extinctus » eſt Cæſareæ, ut refert Lucas. Cùm igitur » anno quarto Claudii mortuus ſit Agrippa, » ut inter omnes convenit, Petrus ante hunc » annum Romam proficiſci non potuit. Sed » Auctor Chronici Alexandrini adventum » Petri in urbem Romam adhùc tardiùs re» fert. Scribit enim, Paulum veniſſe Hieroſo» lymam ob controverſiam de Circumciſio» ne anno ſexto Claudii; eoque anno cele» bratum eſſe Concilium Hieroſolymitanum, » Apoſtolis nondùm à ſe invicem disjunctis. » Itaque ex ejus ſententiâ, Petrus non ante » annum VII. Claudii Romam profectus eſt. » Denique Lactantius lib. de Mortibus Perſe» cutorum cap. 2. ait, Petrum, *cùm jam Ne*» *ro imperaret*, Romam veniſſe, quæ opinio » veroſimilior videtur. Neque enim in Chro» nologiâ Pontificiâ Euſebio magna fides ha» benda, ut inferiùs oſtendemus. Præſtat » hîc Lactantii citati verba in medium af» ferre. Apoſtoli *per annos* XXV. *uſque ad* » *principium Neroniani imperii* &c.... *Cùm*» *que jam Nero imperaret, Petrus Romam* » *advenit*, &c.... Ex his viginti quinque » annis, qui ad prædicationem omnium

Digitized by Google

» Apoſtolorum ex æquo pertinent, orta videtur opinio de xxv. annis, qui vulgò tribuuntur S. Petro in Sede Romanâ. Qui Claudio imperante Petrum Romam venisse volunt, coguntur duplicare profectionem ejus in Urbem, & duplex item ejus cum Simone Mago certamen comminiſci, primò quidem temporibus Claudii, dein principatu Neronis; quod tamen à nullo Veterum proditum, ut ait Baluzius in Notis ad Lactantium. Hanc etiam ſententiam tuentur Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum veterum Pontificum, & Ludovicus *Du Four* in Obſervationibus MSS. ad Chronologiam Pontificiam, quas mecum pro ſuâ benevolentiâ communicavit.« *Pagius, in Critică Annal. Baron. p. 39. & 40. ad ann. Per. Gr. Rom. 5536. num. 3. & 4.* Ubi utinàm pari accuratione locum Papebrocii, quem in animo habebat, indicaſſet. Nos enim nullum hactenùs in dicto Conatu, nec in ejus Appendicibus, potuimus reperire, in quo Papebrocius duplicem eam Petri in Urbem profectionem confutet, vel ſimpliciter neget. Et contrà, *Dicam igitur*, inquit ille pag. 12. num. 4. *(a), Petrum quidem Romam veniſſe 2 anno Claudii, (qua res Euſebium deceperit) ſed prævalente apud Imperatorem gratiâ Simonis Mâgi..... mox rediiſſe in Syriam, ibique manſiſſe, quoad Divino admonitu (ſi Metaphraſti credimus) vel ſuâ propriâ ſponte, iterùm Romam revertit..... Itaque opinari volo, ſub initium anni 50. Romam advolaſſe Apoſtolum, & menſe Januario ibidem Cathedram ſibi & ſucceſſoribus ſuis conſtituiſſe*: duplicato proindè ibi loci à Papebrocio Petri in Urbem adventu, quemadmodùm moris eſt, quin & utroque ad tempora Claudii relato; imò, priore uſque ad annum illius ſecundum, poſteriore autem non inferiùs, quàm ad decimum. Ubinàm ergò Papebrocii conſenſus cum noſtro Scriptore & Pagio, ponentibus Petrum Romam nonniſi Neronis principatu veniſſe? Sed in eo forſàn ex mente Pagii agnoſci debet, quòd quidquid Papebrocius de geminâ Petri ſub Claudio in Urbem profectione ſtatuerit, non ideò Petrum Romæ 25. annis Pontificem ſediſſe cum vulgo agnoverit, ſed *quindecim tantùm (b)*, *integrumque* adeò, ut ipſe locutus eſt (c), *decennium exorbitanti numero viginti quinque annorum ſubtraxerit.* At, ſi ita eſt, locutus ergò fuiſſet paulò aliter, quàm fecit, clariſſimus Pagius. Notam porrò Baluzii, ad quam ſuprà reſpiciebat, extare obiter moneo, P. 2. p. 10. ad hæc verba, *Per annos* xxv. Et ob eandem, longè ante Pagium editiones Oxonienſis & Cantabrigienſis »: Ex » hoc loco eos redarguit Baluzius, qui viginti » quinque annos Petro aſſignant, quibus Ec» cleſiæ Romanæ præſideret, & cùm excuſſa » ſibi viderint omnia ferè ſubterfugia, eò » redacti ſunt, ut duplicem Petri profectio» nem in Romam comminiſcantur, unam » Claudii temporibus, principatu Neronis » alteram, contra omnium fidem, qui de eâ » aliquid litteris mandarunt.

Videantur nunc, ſi quid reſtat, Cuperus & Columbus ſuis locis (d): ſed omnium maximè, quandò in rei veritatem penitiùs inquirere libebit, docta meherculè & laborioſa clariſſimi Frider. Spanhemii de temerè creditâ Petri in urbem Romam profectione Diſſertatio, nec non Illuſtris Salmaſii Tractatus de Primatu Petri.

Ibid. *Petrus Romam advenit.*] Vide de eo Petri adventu Scaligerum ad Novum Teſtamentum. *Tollius.*

Scaligeri locus eſt ad iſtum Joh. xxi. 22. ἐμὲ θέλω ἔρχεσθαι ἀποκτεῖναι αὐτόν. Ubi mirum quantâ, non dicam confidentiâ, ſed ἐυτυχίᾳ & ſagacitate vir ſummus, cui nunquàm noſter innotuerat, id ipſum ferè totidem verbis, quod noſter olim dicturus erat, occupaverit. ſub finem in hunc modum.: *A Chriſti in cœlum receptu ad* xv. *annum Neronis certo certius eſt, Petrum Romam non veniſſe.*

Lin. 8. *Et editis quibuſdam miraculis quâ virtute ipſius Dei datâ ſibi ab eo poteſtate faciebat.*] Meliùs ante omnia cum Aboenſi editione diſtinxeris, *& editis quibuſdam miraculis, qua virtute ipſius Dei, datâ ſibi ab eo poteſtate, faciebat....* Quæ hîc autem ſecundo loco debeant miracula intelligi, ingenuè dicam, non mihi conſtat. Sive quia quidquid Arnobius (e), Sulpicius Severus (f), Georgius Metochita (g), atque alii, de Petri miraculis apud Romanos patratis ſpeciatim recitent, noſter ad nil tale deſcendat: ſed de quibuſdam tantùm meminerit generatim; *editis quibuſdam miraculis....*

(a) *Conatûs nempè Chronico-Hiſtorici &c. qui extat in Propylæo Sanctorum Maji.* (b) V. *Indicem Materiarum Tomi 5. Maji*, p. 178. (c) *Pag. 12. num. 3. Conatûs ſuprà dicti.* (d) *Cuperus*, P. 2. *c.* 125. *Columbus*, p. 271. (e) *Lib. 2. adverſ. Gentes.* (f) *Lib. 2. Sac. Hiſtor.* (g) *In Hiſt. Rom. p. 78. & ſeq.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Sive posteà, quoniam dum Arnobius & Sulpicius Severus (*a*) *nonnisi Simonis Magi de cœlo in terram, orante Deum Petro, vel etiam Paulo* (*b*), *præcipitati*, mentionem faciunt, adjicit exertè Georgius Metochita (*c*), *fuisse in ejus præstigiatoris vestibulo canem catena alligatum, qui quoties ad dominum injussu intrantes devoraret: voluisse autem aliquandò Petrum ad Simonem Magum adire; tuncque jussisse cani, ut prior intraret, & voce humanâ Magistro de Petro pro foribus stante nunciaret: id verò confestim factum fuisse à cane, cunctis, qui in ædibus erant, obstupefactis.*

Sive tertiò, quia cùm ista miracula fabulam merè redoleant, (undè & primum doctissimus Cuperus *fabulam* infrà (*d*), tametsi altero probabilius, appellabit) Christus autem miracula longè aliùs naturæ promisisset editum iri per Apostolos (*e*), quæque illi adeò ediderunt, imò quæ & Patres edita esse ab Apostolis crediderunt, sicut vel ex eorum Homiliis & Commentariis ad Acta Apostolorum liquet: idcircò, inquam, admodùm possibile sit, Cecilium nostrum respexisse potiùs ad aliqua melioris notæ miracula tanquàm Romæ per Petrum facta, quàm ad modò recitata, quæ mendacii suspicione non carent.

Sive denique, quòd etsi Patres solis variorum miraculorum narrationibus fidem habere debuerint, sæpiùs tamen quàm par fuit, etiam fabulosis accommodaverint, uti eadem exempla plus satis ostendunt.

Verumenimverò, quæcunque demùm miracula noster dicere voluerit, Patres certè, dum *dubia*, seu quis malit *apertè fabulosa*, pro veris sine malo dolo amplectebantur, eadem quoque, quod decuit, divinitùs edita credebant. Nec aliter de vero miraculo Petrus in Actis (*f*), id est, post celebrem illam pauperis cujusdam ab utero claudi sanationem: *Viri Israelitæ, quid miramini de hâc re? aut quid intentos oculos in nos habetis, quasi propriâ potentiâ vel pietate effecerimus, ut hic ambulet? Per fidem in nomen Principis vitæ hunc, quem conspicitis ac nostis, confirmavit nomen ipsius.* Et Orosius similiter (*g*) de cunctorum Apostolorum miraculis: *Pilatus .... ad Tiberium Imperatorem atque ad Senatum retulit de passione & resurrectione Christi, consequentibusque virtutibus, quæ vel per ipsum facta fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine ejus fiebant.* Imò, præ cæteris omnibus testimoniis, Præfatio Julii, ut ajunt, Africani in Historiam Abdiæ Apostolicam (*h*): *Verùm utrùm magna Apostoli ostendissent prodigia in populis, an minora, non hæc fragilitati humanæ sunt adscribenda, sed à nobis fideliter confitendum, quia operatur ea unus atque idem Dominus Jesus Christus, quâ in eis per bonam voluntatem & sensûs puritatem habitat.*

Lin. 9. *Convertit multos ad justitiam.*] Locutio desumpta, ni fallor, ex istâ Gabrielis ad Zachariam de Joanne Baptistâ (*i*), *ut convertat ... incredulos*, vel, ut alii malunt, *rebelles ad prudentiam justorum.* Undè & erunt fortassis, qui primo intuitu censeant, *justitiam* nil hîc esse aliud, quàm eam ipsam *justorum prudentiam.* Sed meliùs proculdubiò quid nunc *justitiæ* nomine intelligere oporteat, docet infrà ex Lactantio & Sulpicio Severo Baluzius, P. 2. p. 10.

Ibid. *Deoque templum fidele, &c.*] Hoc est, Christianorum corpus. *Editio Oxon. & Cant.* Optimè. Confer Baluzium, P. 2. pag. 11. Item pag. 8. & 9. Columbum autem, pag. 272. §. 1.

Pag. 185. lin. 1. *Ac stabile collocavit.*] Vide Bal. P. 2. p. 12. Cuper. p. 126. & Col. p. 272.

Ibid. *Quâ re ad Neronem delatâ.*] Ita hîc agit Lactantius, ut bonam in eo fidem desiderem. Longè enim alia ratio fuit, quàm quæ hîc adfertur. Facta namque persecutio, ut incensæ urbis invidia in Christianos derivaretur. Sed nec tempora congruunt: imò, ut paucis dicam, manifestè hæc falsa sunt. *Tollius.*

Rectè sanè, quibus Cornelius Tacitus & Sulpicius Severus lecti fuerint, visique magni, aut soli auctores, ad quos liceat attendere. Tacitus enim (k) de Romæ incendio ad annum V. C. DCCXVII. quo C. Lecanius & M. Licinius Consules erant, differens: *Sed non ope humanâ*, inquit, *non largitionibus Principis, aut Deûm placamentis decedebat infamia, quin jussum incendium crederetur. Ergò abolendo rumori Nero subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat.* Parique modo

(*a*) *Ubi suprà.* (*b*) *Sulpic. Sever. ibid.* (*c*) *Ubi suprà, p. 78. item p. 77. ex versione ferè Joan. Meurs.* (*d*) P. 2. p. 125. (*e*) Vide *v. gr. Matth.* x. 8. (*f*) *Cap.* III. 12. 16. (*g*) *Lib. 7. cap. 4.* (*h*) *Edit. Basil.* 1552. (*i*) *Luc.* 1. 17. (k) *In Annalib. lib.* 15.

Digitized by Google

Sulpicius Severus (a) : *Abundante jam Christianorum multitudine, accidit ut Roma incendio conflagraret. Nerone apud Antium constituto. Sed opinio omnium invidiam incendii in Principem retorquebat, credebaturque Imperator gloriam innovandæ urbis quæsisse. Neque ullâ re efficiebat, quin ab eo jussum incendium putaretur. Igitur vertit invidiam in Christianos, actaque in innoxios crudelissima quæstiones; quin & novæ mortes excogitatæ, [ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi, aut flammâ usti. Plerique in id reservati, ut cùm defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.] Hoc initio in Christianos sæviri cœptum.* Ita igitur ambo.

Sed vel indè primò plus satis liquet, Cornelium Tacitum & Sulpicium Severum non esse in hoc negotio nisi pro uno & eodem homine numerandos, quòd quæ in Sulpicii verbis uncinulis inclusimus, singula totidem ferè syllabis apud Tacitum, post illa quæ ex ejus Annalibus descripsimus, legantur; quod ideò ante omnia observatum volumus, ne quis nos nunc temporis propter utrumque geminâ propriè credat auctoritate premi, non unicâ.

Posteà verò, si maximè geminâ urgeremur, certè agnoscet, scio, ipse Tollius, nunquàm potuisse hunc auctorem in Historiam Sacram Sulpicii Severi incidere, eamque legere. Quid ita? Quia nempè ipsemet Tollius hoc quidquid est operis ubique Lactantio adscribit (b); nec ignorat quo tempore fuerit conscriptum, nimirùm, cùm nondùm Licinius sævire cœpisset in Christianos (c), id quod anno demùm Æræ Dionysii CCCXX. aggressus est (d): nec quousque pariter Lactantius ætatem ad summum produxerit, hoc est, ad annum circiter CCCXXVI. (e): nec postremò, post quem definitè annum Historiam suam Sulpicius Severus absolverit; id est, non ante quadringentesimum, Consulibus Stilicone & Aureliano (f), octoginta fermè annis post mortem Lactantii. Sicque nulla hactenùs in nostro Scriptore mala fides.

De Tacito autem, qui sub Adriano Principe Annales suos exarabat, næ illum legere potuit noster Cecilius. Sed quid, si eum tamen nunquàm viderit? aut legerit quidem, verùm ejus, cùm oportuit, non meminerit? aut etiam legerit, probèque illius meminerit, quandò ea, de quibus agitur, scriberet, verùm alios sequi maluerit auctores? An, quidquid ex istis tribus dicatur, jurè tandem bona fides desiderabitur in nostro, aut manifestè falsa erunt quæ hîc loci leguntur? Profectò dixerit cum viro docto qui volet, mihi, ut res esse video, religio est.

Primùm enim Suetonius, Scriptor æquè, ac quisquam alius, gravis & idoneus, ita incensam fuisse à Nerone urbem Romam, & Christianos sub eo persecutionem passos esse commemoravit, ut non modò non utriusque eventûs mentionem fecerit conjunctim in uno eodemque capite, vel prioris utique eventi alicubi ante posterius, & tanquàm ejus quod posteriori occasionem præbuerit, ut contrà posterioris capite decimo sexto meminerit in hunc modum: *Afflicti suppliciis Christiani, genus hominum superstitionis novæ ac maleficæ;* prioris verò capite demùm tricesimo octavo, his verbis: *Sed nec populo aut mœnibus patriæ pepercit. Dicente quodam in sermone communi,*

ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί:

IMO, *inquit*, ΕΜΟΥ ΖΩΝΤΟΣ; *planèque ita fecit: nam quasi offensus deformitate veterum ædificiorum, & angustiis flexuris que vicorum, incendit urbem tam palàm*, & quæ deinceps, Suetonio, ut breviter dicam, ne tantillulùm quidem innuente in alterutro loco, Christianorum persecutionem natam esse ex illâ Romæ conflagratione: sed tradente solùm generaliter in primo, *Christianos afflictos fuisse sub Nerone, ut hominum genus novæ ac maleficæ*, si Diis placet, *superstitionis.*

Deindè, quanquàm in Latino Eusebii, vel potiùs Hieronymi Chronico, uterque casus diverso ordine recitetur, incendium tamen Hieronymus haud aliò refert, quam ad annum X. Neronis hâc notulâ: *Nero, ut similitudinem Trojæ ardentis inspiceret, plurimam partem Romanæ urbis incendit.* Christianorum verò persecutionem quòd spectat, illam ad annum demùm ejusdem Neronis XIV, hâcque adeò simplicissimâ narratione posteritati traditam reperimus: *Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem inter Christianos facit, in quâ Petrus & Paulus gloriosè Romæ occubuerunt:* ut manifestò Hieronymus incendium & persecutionem tanquàm res planè disjunctas retulerit, quas-

(a) *Lib. 2. Sac. Hist.* (b) *Verbi gr. ad hunc locum, & suprà, num. 13.* (c) Vide *infrà, à cap. 48. ad finem libri.* (d) *Adi Baluz. P. 2. p. 6.* (e) Vide *eund. ibid. pag. 6. 7.* (f) V. *Sulpic. Sev. lib. 2. Hist. Sac. cum Notis Drusii, & aliorum.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

que nullam habuiſſe ad ſe invicem cauſæ & effectûs χρέαν exiſtimaret. Quod meliùs tamen haud dubiè intelligemus, ſi nos jam à Latino, ut ita pergam dicere, Hieronymi Chronico ad Græcum Euſebii Chronicon, vel ejuſdem etiam Euſebii Hiſtoriam Eccleſiaſticam, in quâ fuiſſe eum *accuratiorem, quàm in Chronico*, viri eximiæ eruditionis (*a*) non injuriâ pronunciant, contulerimus, ſolius quippè Neronianæ perſecutionis mentionem in Chronico primùm his verbis reperturi: Νέρων ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀδικήμασιν ἀῤῥᾳ τὸν πρῶτον κατὰ χριστιανῶν ἐνεδείξατο διωγμόν, ἐνίκα Πέτρος μὲν Παῦλος δὲ θεόπτοις ἀποστόλοις τῷ ὑπὲρ χριστοῦ μαρτυρίσαντες ἐτέθησαν ἀγῶνι. Quorum modò verſionem ſat idoneam ex Hieronymo deſcribebamus. In Hiſtoriâ autem Eccleſiaſticâ, Ἐνίδει ὃ ἄρα πᾶσι πᾶσι ... id eſt, interpretante Henrico Valeſio, *Verùm hoc unum adhùc illi deerat, quod cæteris ejus in titulis adſcriberetur, ut ſcilicet primus* [*Romanorum*] *Imperatorum hoſtis Chriſtianæ Religionis diceretur fuiſſe... Sic igitur omnium divini Numinis hoſtium princeps & anteſignanus Nero in ipſos Apoſtolos ſæviit*, abſque ullâ iterùm incendii commemoratione, undè iſta Neronis perſecutio exarſerit.

Præterea, quid Oroſius, quem utriuſque cladis cum Hieronymo, & eodem quoque, quo Hieronymus, ordine, mentionem feciſſe, certum eſt? An ei Nero ad perſequendos fideles, ut incenſæ Urbis invidia in Chriſtianos retorqueretur, prorupit? Minimè gentium, ſicut omnibus, quibus vel ſemel caput ſeptimum libri ſeptimi fuerit lectum, conſtabit; ubi nempè Oroſius poſt longam Neronianorum facinorum enumerationem, (& in quorum extremo agmine *urbis Romæ incendium* ante omnia, tum *imperata Senatui vis ingens ſeſtertiûm ad expenſas*, mox *plurimorum Senatorum ſpoliatio*, dehinc *omnium Negotiatorum expilatio*, proximè autem *permultorum ex iiſdem Senatoribus cædes*, dein porrò *integri ferè equeſtris ordinis deſtitutio*, ac deniquè *matris, fratris, ſororis, uxoris parricidia, cæterorumque omnium cognatorum & propinquorum jugulatio* comparent & recenſentur) ſtatim ſubjungit: *Auxit hanc molem facinorum ejus* TEMERITAS IMPIETATIS IN DEUM. *Nam primus Romæ Chriſtianos ſuppliciis & mortibus affecit, ac per omnes provincias pari perſecutione excruciari imperavit; ipſum quoque nomen extirpare conatus, beatiſſimos Chriſti Apoſtolos, Petrum cruce, Paulum gladio occidit;* Oroſio proindè totam Chriſtianorum perſecutionis cauſam culpamque ita apertè ſoli Neronis in Deum impietati aſſignante, ut ſi quis ex rerum ſerie, quam poſt illum exhibuimus, conficere vellet, Chriſtianos fuiſſe ſecundùm Oroſium ad vertendam in eos combuſtæ Urbis invidiam à Nerone vexatos, poſſet idem ſimili, imò meliori jure, illùc quoque Neronis parricidia trahere; de quibus ſcilicet propior in dictâ Oroſii πεῖρα mentio fit.

Adhæc, dum de cauſâ, propter quam Nero Chriſtianos perſecutus eſt, Tacitus & Oroſius à ſe invicem tam diverſi abeunt, aliò etiam Pſeudo-Hegeſippus (*b*) lectores ſuos ducit, Neronem quippè idcircò *adversùs Chriſtianos inſurrexiſſe*, tradens, quòd *Petrus & Paulus, Chriſtianorum doctores, virtute ſuorum operum Neronem ſibi adverſum feciſſent*; hoc eſt, ut poſteà loquitur, *Simonem Magum, Imperatori utilem, & Reipublicæ neceſſarium, ſuſtuliſſent.*

Poſtremò, quod magis eſt, è Theodoro Metochitâ (*c*), Nero longè etiam ante Romæ incendium Chriſtianos fuerat inſectatus. Accidit enim ea clades *C. Licanio & M. Licinio Conſulibus*, ait Tacitus (*d*), quo tempore, monente Suetonio (*e*), Nero annum ætatis agebat XXVII. Atqui, ſecundùm Theodorum Metochitam (*f*), *poſt Claudium Nero ... imperium* XIV. *annos tenuit. Et hic impuriſſimus* ἐπῶν δὲ δέκα ἐξ ἐπὶ δὲ, πρῶτος τὸν διωγμὸν ἤρξατο, ANNOS SEPTENDECIM NATUS, PRIMUS PERSECUTIONEM INCHOAVIT. Nec quiſquam tamen hactenùs, quod noverim, bonam horum omnium fidem (Suetonii dico, Euſebii, Hieronymi, Oroſii, & ſic de cæteris) deſiderare ſe in hoc negotio teſtatus eſt.

Quæ cùm ita ſint, abſit, ut eam magis huic Auctori deeſſe ſuſpicari velimus, multòque minùs affirmare; quanquàm fieri quidem facilè queat, ut non malâ fide malas merces ab aliis acceperit, eaſdemque poſteà uti bonas in hoc ipſo opere expoſuerit. Quid plura? *Deliros & deliramenta* ipſemet ſtrenuè explodit ſub finem hujus capitis. Et initio quinquageſimi ſecundi: *Quæ omnia*, inquit,

(*a*) *Pagius in Criticâ Annal. Baron. ad an. Chriſti* 90. *num.* 6. *& ante eum Dodwellus in Diſſertat. De Succeſſione primorum Romæ Epiſcoporum.* (*b*) *Lib.* 3. *de Exc. Urb. Hieroſ. cap.* 1. *&* 2. (*c*) *Pag.* 76. *&* 77. *Hiſt. Pom.* (*d*) *In Annal. lib.* 15. (*e*) *In Nerone cap.* 6. (*f*) *Ubi modò dictum.*

Digitized by Google

secundùm fidem scientium loquor, [*&*] *ita ut gesta sunt mandanda litteris credidi, ne aut memoria tantarum rerum intereat, aut si quis historiam scribere voluisset, non corrumperet veritatem, vel pectata illorum adversùm Deum, vel judicium Dei adversùs illos reticendo.* Ecquis verò meliora bonæ fidei indicia in ullo Auctore requirat?

Atenim *tempora non congruunt*, instat vir clarissimus. Esto verò, inquio ego. Num id perpetuò certum & indubitatum est argumentum malæ fidei, nec quandòque etiam non voluntariæ ἀνισοχρονίας? Omninò, haud minùs posterioris, quàm prioris. Sed præterea, *non convenire tempora*, cur dabimus? cùm ne quidem quid ista sibi velit objectio, divinemus, & indè aliàs videantur non malè congruere, quòd quæ hîc quatuor ad doctrinam temporum pertinentia à nostro Cecilio ponuntur, (Petrum, quandò jam Nero imperabat, Romam venisse: eumdem posteà multos ibi ad justitiam convertisse: Neronem deindè primum omnium post Ecclesiam semel constitutam persecutum esse Dei Servos: denique, Servos Dei Petrum & Paulum fuisse Neronis jussu in eâ persecutione interemtos) haud solùm isto pacto inter se cohæreant quotquot sunt, verùm singula insuper talia sint, ut nullum ex iis ulli anno certo alligetur ab Auctore, possintque adeò, servatâ dicti ordinis ratione, tam benè, si sit opus, cum hoc, quàm cum illo anno connecti; id est, verbi gratiâ, Petri in urbem Romam adventus cum anno 4. imperii Neronis, si *à Christi in cœlum receptu ad quartum annum Neronis certo certius sit, Petrum Romam non venisse*, quod olim ponebat Josephus Scaliger (*a*); tunc quippè Petrus bellè huic Scriptori, cùm jam Nero imperaret, Romam advenerit, vel cum primo utique Neroniani imperii, si secundùm recentissimam Pagii sententiam (*b*), *primus Petri in urbe Româ sedentis annus cum primo imperantis Neronis inchoandus est*, quia tunc quoque egregiè à nostro: *Cùm jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit*, scriptum fuerit. Uno igitur verbo, ut, exempli causâ, luce meridianâ clariùs ostendatur, *Petrum nunquàm fuisse Romæ*, quod non videtur contendere Tollius, vel *nullam unquàm extitisse sub Nerone persecutionem*, quod Tollius non negat, aut *Petrum & Paulum nunquàm esse sub illâ martyrio affectos*, quod à nemine, opinor, potest probari, tempora, meo judicio, congruent semper hîc loci, quantùm satis est.

Pag. 185. lin. 3. *Idolorum.*] Vide Cuperum, P. 2. p. 126.

Ibid. *Ad religionem novam.*] Vide eumdem ibidem, & Columbum p. 272.

Ibid. *Damnatâ vetustate.*] Non ut *vetustate* simpliciter, &, quod aiunt, sine addito: sed ut *vetustate erroris*, quomodò locutus est alicubi S. Cyprianus (*c*). Atque ita superiori sæculo Majores nostri, *damnatâ vetustate errorum Ecclesiæ Romanæ*, ad eamsse *Religionem novam*, de quâ modò noster Cecilius, transiverunt. Eant ergò, qui nos Majoresve nostros *damnasse vetustatem* clamitant. Habemus, quorum exemplo, plaudentibusque purioris Ecclesiæ Patribus, gloriemur esse Novatores, Novatorumve filii. *

* Ergò, fu tiùm ipsis, l veteres fi & Nova rum filii. flans Ecc Romana e logia Re Christi fu confistura, roris effuni tor nescia, vitatem in semper dam vit.

Lin. 4. *Ut erat execrabilis .... tyrannus.*] Sic cap. IV. *execrabile animal Decius*, de Imperatore Decio.

Ibid. *Ac nocens.*] Nil leve, nunc quidem, hoc epitheto significari, jam monuimus (*d*); nec immeritò, liceat dicere. Nam præterquàm Tyranno, & omnium fortè Tyrannorum maximo Neroni tribuitur, præcedit de eodem elogium alterum *execrabilis*, id est, omnium elogiorum odiosissimum. Et deinque: *Nec tamen*, ait Cicero (*e*), *ut hoc fugiendum est*, [*eloquentiam* scilicet *ad bonorum pestem perniciemque convertere*] *item habendum est religioni*, NOCENTEM *aliquandò*, MODO NE NEFARIUM IMPIUMQUE, *defendere*. Quo ex loco cùm *nocentem* quandòque *de nefario & impio* apud Romanos dictum esse, nemo non videat, & apud nostrum totiès *impii* (*f*), *impia manus* (*g*), *sacrilegi* (*h*), & similia de Persecutoribus occurrant, quid clarius, quàm hîc τὸ *nocens* idem esse, atque *nefarius*, *impius*, *sacrilegus*? En tamen, quominùs dubites, elegantissimum Martialis Epigramma, ubi apertissimè eadem vox *impium & sacrilegum*, quasi dicas *insigniter nocentem*, indigitat. Lege modò:

De piscibus Bajanis.

Bajano procul à lacu monemus,
Piscator, fuge, ne NOCENS recedas.
SACRIS piscibus hæ natantur undæ,

(*a*) *Vide ejus Notas in N. Testament. Joann.* 18. 31. (*b*) *In Critic. Annal. Baron. ad ann. Christ.* 54. *num.* 3. (*c*) *In Epist. ad Pompeium, quæ est* 74. *edit. Pamel. an.* 1574. *p.* 1973. (*d*) *Suprà, p.* 12. *num.* 20. (*e*) *Lib.* 2. *de Offic. cap.* 14. (*f*) *Verbi gr. cap.* 1. *bis.* (*g*) *Ex. causâ, cap.* 3. *&* 5. (*h*) *Putà cap.* 5.

Qui,

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Qui norunt dominum, manumque lambunt
Illam, quâ nihil eſt in orbe majus.
Quid, quòd nomen habent, & ad magiſtri
Vocem quiſque ſui venit citatus.
Hoc quondàm Lybis improbus profundo,
Dum prædam calamo tremente ducit,
Raptis luminibus repentè cœcus
Captum non potuit videre piſcem;
Et nunc SACRILEGOS peroſus hamos,
Bajanos ſedet ad lacus rogator.
At tu, dum potes, INNOCENS recede,
Jactis ſimplicibus cibis in undas,
Et piſces VENERARE DEDICATOS (*a*).

Quarè ſint igitur quoque, cap. 1. NOCENTES ANIMÆ, *quas, qui juſtos excarnificaverunt, cœleſtibus plagis & cruciatibus meritis profuderunt*, animæ impiæ & nefariæ, quæ nec verum Deum, nec ejus ſervos veneratæ ſint; itemque, cap. 49. NOCENS SPIRITUS, *quem Maximinus deteſtabili mortis genere efflavit*, ſpiritus impius & ſacrilegus.

Lin. 5. *Excidendum.*] Editio Oxonienſis & Cant. *excindendum.* Sed ſtare manuſcripti codicis lectio optimè poteſt. Vide Columbum, P. 2. p. 272.

Ibid. *Delendamque juſtitiam.*] Quid jam noſter propriè per *juſtitiam* intelligat, interpretatur capite ſequenti his verbis: *Poſtquàm verò ad perſequendum* JUSTUM POPULUM, &c. quin & iſtis capitis 4. *Extitit poſt annos plurimos execrabile animal Decius, qui* VEXARET ECCLESIAM. *Quis enim* JUSTITIAM, *niſi malus*, PERSEQUATUR? *Juſtitia* itaque hîc loci *Eccleſia* eſt, ſeu *juſtus populus*, quem & mox, hoc ipſo capite, *populum Dei & ſervos Dei* appellari videbis. Norunt Rhetorum filii, quâ orationis figurâ *ſcelus* pro *ſceleſto homine*, & ſimilia ſexcenta quotidiè in quibuſvis Auctoribus offendantur. Sed hîc quidem vix ullum, opinor, iſto Petri exemplo aptius eſt: *Cœlos novos ac terram novam ſecundùm promiſſum ejus expectamus, in quibus* JUSTITIA *habitat* (*b*); quippè cùm ibi quoque *juſtitia*, ut verba jacent, nil aliud ſit, quàm *juſtus Dei populus.* At nunc ubinam, ſi non conſummatam, tentatam ſaltem fuiſſe dicemus iſtiuſmodi *juſtitiæ* delectionem à Nerone? An *Romæ ſolùm*, cum doctiſſimo Dodwello in Diſſertationibus Cyprianicis (*c*)? Aut num verò *ubique per Imperium Romanum*, cum eruditiſſimo pariter Pagio, in ſuâ Annalium Baronianorum Criticâ (*d*)? Omninò, quin noſter, ex Pagii ſententiâ, *ubique per omnes Imperii Romani provincias* dicere voluerit, non dubitamus; ob hanc ſcilicet orationis ſeriem: *Quâ re ad Neronem delatâ, cùm animadverteret*, NON MODO ROMÆ, SED UBIQUE *quotidiè magnam multitudinem deficere à cultu idolorum, & ad religionem novam, damnatâ vetuſtate, tranſire, ut erat execrabilis ac nocens tyrannus, proſilivit ad excidendum cœleſte templum, delendamque juſtitiam.* Ubi enim terrarum excidendum videri debuit Neroni templum cœleſte, delendaque juſtitia, quàm ubi magnam quotidiè multitudinem à cultu idolorum deficere, intelligebat, & ad religionem novam, damnatâ vetuſtate, tranſire? Atquì, ſecundùm noſtrum, Nero id *non modò Romæ, ſed ubique* quotidiè accidere animadvertebat. Et *ubique* igitur, *non Romæ tantùm* Nero, ſecundùm eumdem, proſilivit per ſua Edicta, & per Præfectos ad delendam juſtitiam.

« Sed enim, inquit Dodwellus (*d*), non » aliorum certè Chriſtianorum illa potuit eſſe » perſecutio, quàm eorum, qui Romæ ver» ſarentur. [Nam] utcunque *iniquos* perſe» cutores exiſtimemus, qui Româ aberant, » in illos nulla erat vel ſpecie tenùs veriſimi» lis ratio, cur intentaretur *urbis incendium.* » Aliam itaque perſecutionem comminiſcan» tur, neceſſe eſt, quàm illam, cujus me» minit *Tacitus*, ſi quos *alios* præter quàm » *Romæ Chriſtianos* in eâ paſſos comminiſ» cuntur. At quo illam tandem idoneo teſti» monio fuiſſe confirmabunt?

Verùm ecce, ut hinc meritò exordiar, quæ Pagius ad iſta ruperrimè reſponderit: » Dodwellus, inquit, num. XI. imò XIII. » Diſſertationis Cyprianeæ XI. agnoſcit qui» dem, ingentem multitudinem in perſecu» tione Neronianâ paſſam, ſed eorum tan» tùm Chriſtianorum, qui Romæ verſaban» tur; cùm qui Româ aberant, in illos nulla » eſſet vel ſpecie tenùs veriſimilis ratio, cur » intentaretur Urbis incendium. Sed levis hæc » ratio. Nero quippè, non verò Chriſtiani, » auctor incendii; ideòque Edictum non tan» tùm ad Chriſtianos Romæ agentes vexan» dos, ſed ad univerſam ſectam per Impe-

(*a*) *Martial. Epigram. lib.* 4. *Ep.* 30. (*b*) *V. Diſſert.* XI. *ſub hoc titulo, De Paucitate Martyrum, &c. num.* 13. (*c*) *Ad annum Periodi ſuæ Gr. Rom.* 5557. *num.* 4. (*d*) *In laudatâ modò Diſſertatione* XI. *eodemque numero.* (*e*) *In eâdem Criticâ, & ad eumdem annum, num.* 4.

» rium Romanum abolendam emissum, ut » ex his Lactantii lib. de Mortibus Persecu- » torum cap. 2. verbis intelligimus : *Cùm* » *ubique duceret* [*Nero*], *non modò Romæ*, » *sed ubiquè quotidiè magnam multitudinem* » *deficere à cultu idolorum . . . prosilivit ad* » *exscindendum cœleste templum*, &c. Hæc » itaque persecutio non localis, sed univer- » salis fuit. Nec refert, quòd Tacitus de iis, » quæ in provinciis adversùs Christianos ge- » sta, sermonem non habeat, cùm Sueto- » nius in Nerone cap. 16. persecutionem ad » urbem Romam non restringat. *Affecti sup-* » *pliciis Christiani, genus hominum superstiti-* » *tionis novæ ac maleficæ*, inquit Suetonius. « Hæc ergò & totidem verbis Pagius in dictâ Criticâ, suo loco.

Imò, cùm subjectam Inscriptionem Gruterus (*a*) inter alios, & Josephus Scaliger (*b*), ipse tamen de ejus sinceritate dubitans, protulerint, eamdemque ille *in ruinis pagi Marquesiæ, in Lusitaniâ*, hic verò *in Hispaniâ, loco Pisverga vocato*, extare monuerint :

NERONI CL. CAIS.
AVG. PONT. MAX.
OB PROVINC. LATRONIB.
ET. HIS. QUI NOVAM
GENERI. HVM. SVPER
STITION. INCVLCAB.
PVRGATAM;

vel ut Scaliger edidit :

NERONI CLAVDIO
CÆSARI AVG.
PONT. MAX. OB
PROVINCIAM LA-
TRONIBVS ET HIS
QUI NOVAM GE-
NERI HVMANO
SVPERSTITIONEM
INCVLCARANT
PVRGATAM.

Pagius superioribus contra Dodwellum argumentis non contentus, haud simpliciter præterea Scaligeri de dictâ Inscriptione dubitationem in eo vanitatis arguere, quòd nullam planè Scaliger suæ suspicionis rationem in medium attulerit : sed contendere simul, nunquàm etiam cum fundamento posse afferri. Quin & idem alibi (*c*) observare, in illâ sine dubio Inscriptione generalem, quam posuit, Neronis in omnes ubique Christianos crudelitatem idcircò tangi, quòd ibi Christiana Religio, quemadmodùm & à Suetonio recèns citato, & in antiquâ Inscriptione Diocletiano dictâ (*d*), SUPERSTITIO appelletur ; & ex eâ itaque deducendum, non tantùm in Hispaniis ejusmodi de prostratâ Christi Religione trophæa fuisse erecta : sed & in aliis provinciis similiter factitatum esse. Præsertim, cùm Orosius [libro, ait Pagius, 9. verùm *septimo* dicendum erat, *cap.* 7. videndumque aliàs, cur subjecta ab ipso Orosii verba tantoperè à vulgatis editionibus initio & in fine differant (*e*)] de Nerone scripserit : *Denique omnibus flagitiis suis hoc etiam addit, quòd primus* ROMÆ CHRISTIANOS SUPPLICIIS ET MORTIBUS AFFECIT, AC PER OMNES PROVINCIAS PERSECUTIONE EXCRUCIARI IMPERAVIT, IPSUM QUOQUE NOMEN EXTIRPARE CONATUS, *beatissimos Apostolos Petrum cruci affixit, Paulum capite gladio secuit.* Ubi etiam denuò Pagius pro clausulâ : » Quod martyrium, ait, » anno sequenti contigit ; ideòque persecu- » tio, quæ hoc anno Romæ cœpit, intra il- » lud tempus in alias provincias propagata : » ni, quod verisimilius, Edictum in omnes » statim provincias missum fuerit. «

Et nos jam, ut de nostro quoque aliquid cunctis istis addamus, [quatenùs nimirum validè confirmant, Neronem ad excidendum ubique Dei populum prorupisse] ideò minùs habere Dodwellum, quæ iis regerat, arbitramur, quòd, dùm pugnat, *nullam vel specie tenùs verisimilem fuisse rationem, cur Christiani, qui Româ aberant, Urbis incendio arguerentur*, securè ille ob Taciti auctoritatem ponit, primò id incendii Neronianæ Christianorum persecutioni præviisse, deindè autem eidem simul vexationi occasionem dedisse. At præterquàm hujus Scriptoris hypothesis manifestò ab illis Taciti diversæ sunt, mul-

(*a*) *Inscriptionum pag.* 238. *num.* 9. (*b*) *Lib.* 5. *de Emendat. Temp. pag.* 471. (*c*) *Hoc est, paulò antè, in edd. Crit. ad an. Christi* 64. *num.* 4. (*d*) *Melius dixisset Pagius :* In antiquis Inscriptionibus Diocletiano dicatis. *Baronius enim, quem Pagius laudat, non unam tantùm, sed duas refert ad annum Christi* 304. *num.* 8. (*e*) *In meâ enim, verbi gratiâ, editione, quæ Moguntiæ anno* 1615. *prodiit, legitur :* Auxit hanc molem facinorum ejus temeritas impietatis in Deum. Nam primus Romæ . . . . beatissimos Christi Apostolos ; Petrum cruce, Paulum gladio occidit. *Confer Pagium pag.* 551. *num.* 3.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

ta paulò antè à Suetonio, Hieronymo, Oroſio, atque aliis, adduximus, quæ vel Neronis perſecutionem incendio anteriorem faciunt, vel poſteriorem quidem, ſed quam ab illo ortam non dicunt. Et, ut maximè anteriorem fuiſſe, non contendamus, haud videmus, fateor, quînam pulchrè & perſpicuè oſtendere quiſquam valeat, impoſſibile eſſe, ut poſt Romæ incenſionem Nero fideles ubique per Imperium Romanum ſolo Chriſtianiſmi nomine fuerit perſecutus; aut ſi non ſolo, Romæ tandem *ut incendii reos*, propter Taciti teſtimonium, ubique verò, è re natâ, *tanquàm homines maleſica ſuperſtitioni addictos*, propter alia aliorum loca, licèt reapsè utriuſque culpæ inſontes. Prorsùs uti Suſis Mardochæum *ob neglectum ſalutationis officium*, omnes autem Judæos, occaſione datâ, per centum & viginti ſeptem provincias Imperii Aſſueriani *tanquàm hominum nationem, qui leges ab omnium gentium legibus alienas haberent, neque regiis parerent Edictis*, Aman Aſſueri nomine decreverat interfici (*a*).

Notandum ſedulò, quod ſupereſt, noſtrum quidem de Nerone, *Proſilivit ad excidendum cœleſte templum, delendamque juſtitiam*, dicere; neutiquàm verò, *excidit*, vel *delevit*. Voluit enim reverà excidere & delere. Imò, ut cum Oroſio loquar, *ipſum quoque nomen extirpare conatus*: ſed fruſtrà; quæ & ſors poſteà Diocletiani, niſi ſuum fortaſſis finem Nero in illâ aſſecutus ſit Provinciâ, de quâ allatæ ſuperiùs Inſcriptiones meminerunt. Videant qui nuperrimè numiſmatibus & ſimilibus Inſcriptionibus de *Hareſi*, quam vocant, *extinctâ* gloriati ſunt, annon incaſsùm quoque ad excidendum cœleſte templum proſiliverint.

Ibid. *Et primus omnium* [*Nero*] *perſecutus Dei ſervos.*] Rotundè dicam. Nil minùs verum, ſi res ipſa ſpectetur, & ad ſingularia, qualia hic Scriptor ſubjicit, exempla attendamus (*b*). Cur illi enim Nero *primus omnium*, non dico cum Euſebio (*c*) *Imperatorum*, nam id noſter nuſpiàm addidit, vel innuit: ſed *primus omnium* ſimpliciter, adeòque *hominum*. *Dei ſervos perſecutus eſt?* Quia, ut habetur in ſequentibus, *Petrum cruci adfixit, & Paulum interfecit.* Atqui longè anteà, ſub Tiberio, Herodes Antipas Joannem Baptiſtam iniquiſſimè decollaverat (*d*); & ſub eodem, vel, ut alii volunt, ſub Caligulâ, Judæi Stephanum lapidibus obruerant (*e*): ſub Caligulâ autem, vel, ut rursùs aliis placet, ſub Claudio, Jacobus, Joannis frater, ab Herode Agrippâ fuerat interfectus (*f*), & Petrus conjectus in vincula (*b*). Imò, ſi à ſingularibus iſtis quorumdam fidelium martyriis, aut vexationibus, ad generaliores Eccleſiæ perſecutiones tranſierimus, Tiberii, vel Caligulæ certè, ſi quis cum vulgo malit, principatu, ipſoque die, quo Stephanus ille Protomartyr lapidatus eſt, *Facta eſt*, ait Lucas in Actis (*b*), *perſecutio magna adversùs Eccleſiam, quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ, & Samariæ, præter Apoſtolos*: undè Georgius Syncellus ad annum mundi 5537. Divinæ verò Incarnationis 37. imperantis autem Tiberii 20. aut 21. *Hoc anno*, inquit, *perſecutione in Eccleſiam excitatâ, fidelium plerique diſperſi ſunt, ad quos, fidelium in diſperſione conſtitutorum præfixo titulo, Catholicam Epiſtolam Jacobus frater Domini ſcripſit.* Quid? quòd infrà (*i*) perilluſtri Cupero, itemque Lipſio ad Taciti Annales (*l*), videntur non immeritò Chriſtiani, qui ſub Claudio Romæ degebant, Judæis illis accenſendi, qui à Claudio malè habiti ſunt, id eſt, quos Claudius, Lucâ (*m*) & Suetonio (*n*) teſtibus, Româ coëgit excedere. Cur ergò utrumque morum Cecilius noſter non numeravit inter perſecutiones, nec aliter tandem in ſpeciem de Nerone locutus, quàm cùm de eodem Sulpicius Severus (*o*): *Qui, non dicam, inquit, regum, ſed omnium hominum, & vel immanium beſtiarum ſordidiſſimus, dignus exſtitit, qui perſecutionem in Chriſtianos primus incipe-ret.* Nempè quòd hic Auctor *nequaquam Imperatorum aliorumve qualeſcunque perſecutiones, eorumque pœnas jam indè ab Eccleſiâ poſt Chriſti Aſſumptionem conſtituendâ exponere fuerit aggreſſus*: ſed tantùm *à principio, ex quo eſt Eccleſia conſtituta.* Vide caput primum ſub finem, & ibi dicta num. 31. pag. 15. Ex hoc autem ſecundo Eccleſia Chri-

(*a*) *V. lib. Eſthera, cap. 3. comm. 5. 6. 8. & ſeq.* (*b*) *2. Petr. 3. 13.* (*c*) *Euſeb. lib. 2. Hiſt. Eccl. c. 25.* ὡσὶν ὃ ἅπας πᾶς τῶν ἐν τῷ τότ' ἐπιγεγραφῆναι αὐτῷ [Νέρωνι], ὡς ἂν πρῶτος αὐτοκρατόρων τὸν εἰς τὸ θεῖον ἐυσεβείας πολέμιον ἀναδειχθείη. (*d*) *V. Matth. 14. 1. & ſeq. uſque ad 10.* (*e*) *V. Act. 7. 57. & ſeq.* (*f*) *V. Act. 12. 1. 2.* (*g*) *V. ibid. comm 3. 4.* (*h*) *Vide Act. 8. 1.* (*i*) *V. P. 2. p. 126.* (*l*) *V. Juſti Lipſii Commentarium ad lib. 15. Annal. Tacit. pag. 455. edit. Ant. 1581.* (*m*) *V. Acta Apoſt. 18. 2.* (*n*) *In Claudio, cap. 25.* (*o*) *V. lib. 2. Hiſt. Sac.*

ſtiana haud antè *conſtituta* fuiſſe cenſenda eſt, quàm *poſtquàm Apoſtoli per annos* XXV. *uſque ad principium Neroniani imperii per omnes provincias ac civitates fundamenta Eccleſiæ miſerunt.* Et noſtro igitur Scriptori *Nero* optimè, cæteris cæterorum perſecutorum per illos XXV. annos vexationibus de induſtriâ prætermiſſis, dicitur *primus omnium Dei ſervos perſecutus.* Supple, *poſt Eccleſiam ſemel conſtitutam.* Vin' auctoritate, quæ noſtrâ ſit major, urgeri? Extat apud Auguſtinum de Civitate Dei, libro 18. caput 52. cum hoc lemmate: *An credendum ſit, quod quidam putant, impletis decem perſecutionibus, quæ fuerunt, nullam ſupereſſe, præter undecimam, quæ in ipſo Antichriſti tempore ſit futura.* Lege illud; & an aliud, quàm quod jam monuimus, opus ſit facto, tecum cogita, cùm ad hæc veneris: *Primam* [*perſecutionem*] *computant à Nerone .... Sed ... quid ... qui hoc ſentiunt, dicturi ſunt de perſecutione, quâ ipſe Dominus crucifixus eſt? In quo eam ſunt numero poſituri? Si autem, hâc exceptâ, exiſtimant computandum, tanquàm illa numeranda ſint, quæ ad corpus pertinent, non quâ ipſum caput eſt appetitum & occiſum, quid agent de illâ, quæ poſteà quàm Chriſtus aſcendit in cœlum, Hieroſolymis facta eſt, ubi beatus Stephanus lapidatus eſt, ubi Jacobus, frater Joannis, gladio trucidatus eſt, ubi Apoſtolus Petrus ut occideretur incluſus eſt, & per Angelum liberatus; ubi Saulus, qui poſteà Paulus factus, vaſtabat Eccleſiam; ubi ipſe quoque jam fidem, quam perſequebatur, evangelizans, qualia faciebat, eſt paſſus, ſive per Judæam, ſive per alias gentes, quàcunque Chriſtum ferventiſſimè prædicabat? Cur ergò eis à Nerone videtur ordiendum, cùm ad Neronis tempora inter atrociſſimas perſecutiones, de quibus nimis longum eſt cuncta dicere, Eccleſia creſcendo pervenerit? Quòd ſi à Regibus factas perſecutiones in numero exiſtimant eſſe debere, Rex fuit Herodes, qui etiam poſt aſcenſum Domini graviſſimam fecit.* Hactenùs ergò Auguſtinus, poſt quem nunc Baluzium infrà adeas licet, P. 2. 11. & Cuper. p. 126.

Ibid. *Et primus omnium* [*Nero*] *perſecutus Dei ſervos.*] Neque enim illud verum eſt, quod illi Martyrologiorum Menologiorumque Conſarcinatores putant, tam multos Imperatorum fuiſſe perſecutores. Qui ſcripſit ſub Conſtantino Lactantius, paucos ante Diocletianum in eo perſecutorum Albo recenſuit; Neronem duntaxat, Domitianum, Decium, Valerianum, atque Aurelianum. Convenitque, pro ætate ſuâ, cum Lactantio Tertullianus; nec enim alios ille ante ſe, quàm quos Lactantius, perſecutores Imperatores agnoſcit, Neronem atque Domitianum. *Dodwellus (a).*

Lin. 6. *Petrum cruci adfixit.*] Hoc in Petro ſupplicii genus Joannes c. XXI. 19. confirmare videtur, reſpiciens ad Chriſti verba, ὀπτεγεῖς τὰς χεῖράς σου. Aliàs enim ὁ τῷ ζώνυσθαι ἐγ τῷ ἀπάγεσθαι ὅπου τε ἡ θέλει, genus mortis ſignificari non poterat, ſed quidem in carcerem & vincula conjectio, etiam abſque capitali ſupplicio. *Tollius.*

Ibid. *Et Paulum interfecit.*] Tria ſunt, ob quæ non injuriâ videri poſſit ſcriptum quondàm fuiſſe, *& Paulum gladio interfecit.* Unum, quòd Paulum gladio periiſſe, collo ſcilicet deciſo, communis ſit Veterum ſententia. Alterum autem, quia cùm noſter oratorias leges calluerit, & in antecedentibus martyrium Petri memorans inſtrumentum ſimul martyrii nominaverit, *Petrum cruci adfixit*, vix potuerit non continenter, *& Paulum gladio interfecit*, ſubjicere. Præſertim, cùm ex eſuſmodi regulis apud Sulpitium Severum (*b*) legamus: *Paulus ac Petrus capitis damnati, quorum uni cervix* GLADIO DESECTA, *Petrus* IN CRUCEM SUBLATUS EST; parique modo apud Oroſium (*c*): [*Nero*] *beatiſſimos Chriſti Apoſtolos, Petrum* CRUCE, *Paulum* GLADIO *occidit*; rurſùmque itidem apud Pſeudo-Hegeſippum (*d*): *Alter* CRUCE, *alter* GLADIO *necatus eſt*: Græcè autem apud Theodorum Metochitam (*e*): ὁ Νέρων τὸν Πέτρον ΕΣΤΑΥΡΩΣΕ, τὸν δὲ Παῦλον ΔΙΑ ΞΙΦΟΥΣ ἐτελείωσεν. Tertium denique, quoniam tantùm abeſt, ut Latinis Patribus *interficere*, vel *interficici*, curtâ locutione ſpecialiter & propriè *decollare*, vel *decollari* ſignificent, ut ii contrà quandòque, verbi gratiâ, interficere breviter, pro *crucifigere* poſuerint, nonnunquàm autem *interfici*, pro *præcipitari in flumen, & mergendo necari.* Tertullianus de Synagogâ, quæ Chriſtum, quod omnes norunt, ſecuri non feriit, ſed crucifixit: *Omnis*, inquit (*f*), *Synagoga filiorum Iſraël eum* [*Jeſum*] INTERFECIT, *dicentes ad Pilatum*, & quæ ſequun-

(*a*) *Diſſert. Cypr.* XI. *num.* 8. (*b*) *Lib.* 2. *Hiſt. Sac.* (*c*) *Lib.* 7. *cap.* 7. (*d*) *Lib.* 3. *de Excidio, &c. cap.* 3. (*e*) *In Hiſt. Rom. fol.* 80. (*f*) *Adversùs Judæos, Sect. de Paſſione Chriſti.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

tur. Latinum verò Eusebii Chronicon (*a*) de Quirino Martyre, quem totum, hoc est, non priùs decollatum, Ethnici in fluvium præcipitarunt, & hi posteà vel illi mergendo interemerunt: *Quirinus, Episcopus Sciscianus, pro Christo gloriosè* INTERFICITUR. *Nam manuali molâ ad collum ligatâ, è ponte præcipitatus in fluvium diutissimè supernatavit, & cum spectantibus collocutus, ne suo terrerentur exemplo, vix orans, ut mergeretur obtinuit.* Cogitent interim Eruditi, nî molestum est, an hoc ipso, quòd ita *interficere* in *crucifigendi* & *submergendi* significatione, manante nimirùm à generali, quâ pro *occidere* & *è medio tollere* ponitur, usurpatum invenimus, non potuerit quoque hic Auctor, neglectis rigidioribus Oratorum præceptis, *interfecit*, sine ullâ gladii mentione, de Paulo securi cæso adhibere.

Lin. 7. *Nec tamen abiit impunè.*] Simili phrasi noster infrà de sene Maximiano: *Quia semel abiit impunè, &c.* initio cap. xxx.

Ibid. *Respexit enim Deus vexationem populi sui.*] Pauci, credo, alludi hoc loco ad istum Exodi (*b*): *Vidi, vidi afflictionem populi mei*, si non jam ex sese intellexerunt, nunc à me admoniti negabunt. Eò magis, quòd cùm olim 70. Interpretes Hebræa verba reddiderint, Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τῆς λαοῦ μου, Beza superiori sæculo illorum tralationem Act. vii. 34. expresserit in hunc modum: *Vidi, vidi* VEXATIONEM POPULI MEI, quæ & forsàn veteris editionis Italæ versio erat. Extare certè etiamnùm pluribus locis *vexationis* vocem in Vulgatâ, durioreque sensu, quod magis est, hoc est, pro *graviori afflictione & persecutione*, nemo nisi injuriâ dubitaret. Nam apud Jeremiam (*c*) v. c. de Sedeciâ ejusque Principibus, *Dabo eos*, inquit Dominus, *in* VEXATIONEM *afflictionemque omnibus regnis terræ.* Sicque alibi apud nostrum, vel Sulpicium saltem Severum, ne de aliorum testimoniis sim sollicitus, *vexatio* & *vexationes*, pro *persecutionibus*; itemque *vexare* & *vexari*, pro *persequi*, aut *persecutionem pati.* Sulpicius etenim ipse quoque libro 1. Hist. Sac. (*d*): *Visum est mihi*, ait, *non absurdum, cùm usque ad Christi crucem Apostolorumque actus per sacram Historiam cucurrissem, etiam . . . excidium Hierosolymæ*, VEXATIONESQUE *populi Christiani, &c.* decem, quas vocant, persecutiones intelligens. Undè postquàm libro 2. de singulis dicere aggressus, & ad quartam usque progressus, *Quarta*, inquit, *sub Hadriano persecutio numeratur*; moxque similiter de quintâ: *Sub Aurelio, Antonini filio, persecutio quinta agitata*; sextam deindè *vexationis* nomine, tanquàm prorsùs synonymo, indigitat his verbis: *Sexta, Severo imperante, Christianorum* VEXATIO *fuit. Vexationis* aliàs vocabulum in istâ Tertulliani (*e*) Oratione *morbum* significare, non ignoramus: *Plerosque hoc opus* [*exomologeseos*] *ut publicationem sui aut suffugere, aut de die in diem differre præsumo, pudoris magis memores, quàm salutis; velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis* CONTRACTA VEXATIONE, *conscientiam medentium vitant.* Sed quid cuique loco conveniat, attendendum. Et de cætero, quin in eo, qui nobis verè præ manibus, noster *vexationem populi sui* passivo sensu, pro *vexatum suum populum*, idque de Ecclesiâ Dei Christianâ dixerit, nullus ambigendi locus est, tam ob hæc verba cap. 4. *Extitit enim execrabile animal Decius, qui vexaret Ecclesiam*, & ista simul Jeremiæ (*f*), *Ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum*, quæ certissimè ad novi fœderis fideles pertinent, quàm quòd de aliâ quâvis interpretatione, non dicam cogitare, sed vel somniare, foret absurdissimum. Et sic suprà (*g*) passivè quoque: *Quos metus* COMPREHENSIONIS EJUS *in fugam verterat*, pro *Quos, eo comprehenso, metus in fugam egerat.*

Lin. 8. *Dejectus itaque fastigio imperii.*] Cave, ne ob proximè sequentia, *ac devolutus A SUMMO tyrannus impotens*, legendum hîc pariter necessariò credas, *Dejectus itaque E FASTIGIO imperii.* Sæpiùs enim post id verbi in melioribus Auctoribus Latinis præpositio *de*, vel *ex*, eleganter relicta est subaudienda. Cicero in Oratione pro Murænâ: *His hœdinis pelliculis Praturâ dejectus est*; & 2. in Verr. *Pollicitus est quantum vellent pecuniæ, si me Ædilitate dejecissent.* Ibidem alio loco, *dejicere honore* reperies, utì & apud Livium plus semel.

Lin. 9. *Nusquàm repentè comparuit.*] Fabulæ. Miror autem, Christianos veteres tam splendidè mentiri solitos, quorum mendaciorum si contexere catalogum luberet, totæ iis plaustra impleri possent, atque unà cum Sibyllinis carminibus ad anus vetulas mitti. *Tollius.*

(*a*) *Ad annum* 1. *Olymp.* 272. (*b*) *Cap.* III. 7. (*c*) *Cap.* XXIX. 18. (*d*) *Ferè initio.* (*e*) *In lib. de Pœnit. cap.* 9. (*f*) *V. cap.* XXXI. 33. (*g*) *Cap.* 2. *p.* 23.

Digitized by Google

Licèt quæ hîc & proximè quoque de Nerone, non à noſtro ſolùm Cecilio, ſed à quibuſdam prætereà Chriſtianis, ejus, uti nil ponere vetat, æqualibus dicuntur, talia ſint, ut ea ego ſine morâ fabuloſiſſima eſſe, viro docto concedam; vellem nihilominùs, acrem iſtam in noſtrum cæteroſque antiquiores eccleſiaſticos Scriptores cenſuram non ſtrinxiſſet, aut in aliam ſaltem occaſionem magis opportunam diſtuliſſet. Nam nunc quidem, ſi non undiquè, haud parùm tamen tam noſtri, quàm quorumvis inſuper veterum Chriſtianorum candorem honoremque tuetur inſignis Taciti locus, quem infrà (a) Columbus ex libro 2. Hiſtor. cap. 8. [nobis *tertio*] adduxit. Res tota, quoniam non indigna eſt quæ paulò accuratiùs explicetur, ſic habet.

Ex hoc Scriptore, *Nero*, ſeu, ut veriùs dicam, ***Neronis à ſeſe interfecti cadaver nuſquàm repentè comparuit, ut ne ſepulturæ quidem locus in terrâ tam malæ beſtiæ appareret.*** Eaque reapsè & unicè ipſius ſententia. Contrà autem, ex illis *quibuſdam*, quos perſtrinxit, Chriſtianis, non Neronis cadaver jam extincti, ſed ***Nero ipſe vivus videnſque nuſquàm repentè comparuit, & certum in locum tranſlatus, vivus ibi reſervatus eſt.*** Tacitus verò in laudatâ Pericope: *Sub idem tempus*, ait, [factâ non longè antè mentione ſacramenti Othonis, quod uterque exercitus, hoc eſt, unus Veſpaſiani, alter Muciani, octavo circiter menſe ab obitu Neronis acceperant] ***Achaia atque Aſia falſo metu exterrita, velut Nero adventaret, vario ſuper exitu ejus rumore, eòque pluribus eum vivere fingentibus credentibuſque.*** Quarè primùm omnium, ex Tacito, poſt Neronis mortem ſparſi fuerunt varii ſuper illâ rumores, unuſque aliquis inter cæteros hujuſmodi, ut ſi cui ejus occaſione vivere adhùc Neronem fingere liberet, poſſet facilè apud multos fidem invenire. Deindè, qui id fingerent, octavo, plùs, minùs, menſe, quàm obierat, inventi ſunt. Tertiò, complures ſimul reperti, qui non modò fabulam non reſpuerent & confutarent, ſed fide adeò bonâ admitterent, ut miſerrimè exterrerentur, velut Nero adventaret. Et denique, qui rem ita tum finxerunt & credere cœperunt, ii duplici de causâ nequaquàm Chriſtiani, verùm manifeſtè Ethnici erant. Una, quoniam multorum quidem ex Ethnicis intereſſe poterat fingere, Neronem fuiſſe adhùc ſuperſtitem, non verò pariter Chriſtianorum. Altera autem, quia Tacitus in allato loco nullam planè Chriſtianorum mentionem facit, ſed Achaiæ tantùm & Aſiæ, in quibus plures Neronem poſt ejus exitum viviſſe finxerint, crediderintque: undè palàm nonniſi Ethnicos debere intelligi, colligendum eſt. Quæ cùm ita ſint, ubi jam noſter, oro, vel deliri, de quibus mox loquetur, Chriſtiani tam ſplendidè mentiti ſunt?

Omninò ſi, ut decet, de fictionis auctoribus ante omnia quæſtio eſt, nulla iſtius culpæ portio vel in hunc, vel in illos conjicienda: ſed, ut liquet, Ethnicis imputanda tota quanta eſt. Sin autem poſteà de fide, quæ fictioni habita, creditam certè; quin & cum inſigni valdè ἐπιμέτρῳ admiſſam fuiſſe eam fabulam à delirantibus noſtri Cecilii Chriſtianis, agnoſcimus.

Sed primò, noſter nec fictionem, nec ἐπιμέτρον admittebat; credenſque, uno verbo, Neronis ſemel defuncti cadaver nuſpiàm apparuiſſe, negabat aliàs, tam Neronem nunquàm priore Chriſti ſæculo obiiſſe, quàm eum adhùc ſæculo quarto alicubi terrarum ſuperfuiſſe, adeò, dum utrumque negaret, ab omni ſplendido mendacio alienus, ut pro ipſiſſimâ veritate contra vanas nænias pugnaret.

Secundò verò, quòd ad ejus æquales utriuſque fabulæ defenſores, eorum ſanè cauſa longè minùs favorabilis. Sed tamen quòd octo ferè poſt Neronis obitum menſibus plures in Achaiâ & Aſiâ Ethnici, nimiâ quidem credulitate, ſed nullâ utiquè egregiè mentiendi deliberatione, Neronem adhùc vivere, in animum inducebant, [id enim, puto, mentiri nullo pacto voluiſſent, ut falſo dehinc metu exterrerentur] quidni ita quoque ejus ætatis Chriſtiani, & indè alii, in animum induxerint? Per errorem, inquam, potiùs quàm verâ ipſorum culpâ. *Credulitas error eſt magis, quàm culpa*, ſcribebat olim Plancus Ciceroni (b), *& quidem in optimi cujuſque mentem facillimè irrepit*; ut vel hîc, ubi de Chriſtianis ſermo eſt, cavere ſedulò oporteat, ne illos ſplendidè mentitos eſſe dicamus. Et quantò igitur ampliùs, ubi de iſto Auctore agitur? Qui cùm fictionem, fictioniſque appendicem ſannis exceperit, id unum evidenter peccavit, quòd ei præ cæteris rumori fidem ſuper Neronis exitu putaverit adhibendam, qui olim Neronem nuſquàm ſubitò comparuiſſe ſparſerat in vulgus, quemque de Neronis cadavere ſine dubio intelligendum Ethnici, quorum inter-

(a) *V. P. 2. p. 272.* (b) *V. lib. 10. Epiſt. Ciceronis ad familiares, Ep. 23.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

erat æquivocatione abuti, ad Neronem ipsum paulò post ejus mortem quasi etiamnùm vivum retulerant, & Christiani posteà eorum exemplo aliis de causis. Adde quòd, cùm etiam Romæ, è Suetonii loco plenè mox describendo, non defuerint, qui vel post Neronis funera *modò ejus imagines prætextatas in Rostris proferrent, modò edicta, quasi viventis & brevì magno inimicorum malo reversuri*, haud possent illi aliter Neronem in vivis adhùc esse dicere, quàm unà affirmando, eum, dum more majorum puniendus quæreretur, derepentè evanuisse, & justa, quæ nativo Neronis corpori soluta fuisse putarentur, nonnisi supposititio facta esse: neque porrò talia affirmare, quin viventibus victurisque posteà Christianis plus æquo facilioribus tales de Nerone fabulas credendi asserendique occasionem darent, quales in hoc capite noster ponit, aut oppugnat.

Ibid. *Ut ne sepultura quidem locus in terrâ tam malæ bestiæ appareret.*] Contra Suetonium, qui docet, eum funeratum fuisse impensâ ducentorum millium. *Ed. Ox. & Cant.*

Ita dictæ editiones è Baluzio, ut videre est infrà P. 2. p. 11. Neque verò negandum, quin Suetonius in Nerone sub finem capitis 49. & initio quinquagesimi disertissimè habeat: *Nihil priùs ac magis* [*Nero*] *à comitibus exegerat, quàm ne potestas cuiquam capitis sui fieret: sed ut quoquomodò totus cremaretur. Promisit hoc Seius, Galba libertus .... Funeratus est impensâ ducentorum millium stragulis albis auro intextis, quibus usus Kalendis Januarii fuerat. Reliquias Ægloge & Alexandra nutrices cum Acte concubinâ gentili Domitiorum monumento condiderunt, quod prospicitur è campo Martio impositum colle hortorum;* nec quia pariter initio quinquagesimi septimi legamus: *Obiit secundo & trigesimo ætatis anno, die, quo quondam Octaviam interemerat. Tantumque gaudium publicè præbuit, ut plebs pileata totâ urbe discurreret. Et tamen non defuerunt, qui per longum tempus vernis æstivisque floribus tumulum ejus ornarent.* Sed quid multa? Ista, quod quis fortè opinetur, Cecilium nostrum cum suo, *ut ne sepultura quidem locus in terrâ tam malæ bestiæ appareret*, penitùs non jugulant; quippè cùm Suetonius uno tenore post hæc ultima: *Et tamen non defuerunt, qui per longum tempus vernis æstivisque floribus tumulum ejus ornarent*, addiderit, *ac modò imagines prætextatas in Rostris proferrent, modò Edicta, quasi viventis, & brevì magno inimicorum malo reversuri;* quos ergò Neronis tumulum pro mero Cenotaphio habuisse, perspicuum est. Undè ea nostri, quâ de agitur, narratio non solùm non perimitur, sed juvatur.

Pag. 186. lin. 1. *Tam malæ bestiæ.*] Orosius (*a*) simili modo de Tiberio Cæsare: *Ex mansuetissimo Principe* SÆVISSIMA BESTIA *exarsit.* Et Paulus ipse, quod jamdudùm à viris magni nominis dictum est, non alium innuebat leonem, quàm Neronem, in hoc loco secundæ Epistolæ ad Timotheum (*b*), *Ereptus sum ex ore leonis.* Hinc, ut cæteros prætermittam, Eusebius (*c*) ... ἐρρύσθην, φησὶν, ἐκ στόματος λέοντος ... τὸν Νέρωνα ταύτῃ ὡς ἔοικε διὰ τὸ ὠμόθυμον προσειπών; id est, interpretante Valesio, *Liberatus sum de ore leonis, Neronem scilicet ita designans propter animi crudelitatem.* Plura addere vetant nos, quæ infrà à Baluzio P. 2. p. 22. & Cupero p. 127. observata sunt, quos tu ergò suis locis consule.

Lin. 2. *Translatum.*] Quò? Mira enim hîc nostri breviloquentia, & ista se quæstio, velis, nolis, objicit attentis lectoribus. Respondeo *in fines terræ*, propter sequentia. Perge legere.

Ibid. *Vivum reservatum.*] Vide Baluzium ad hæc ipsa verba, P. 2. p. 11. Cuperum p. 227. ad istam periochen, *Adventum ... nefas;* Columbum denique, p. 272. & seq. ad hanc rursùm, *Nusquàm repentè comparuit.*

Ibid. *Sibyllâ dicente matricidam profugum.*] Nonnulli persuasum habuere, Neronem ipsum vel Antichristum fore, vel iisdem temporibus per Occidentem sæviturum, quibus ille in Orientem grassaretur. Ex Casaubono Baluzius. Sibyllini versus ab eodem citati sic se habent:

Ἦξει δ' ὁπ πεφάτων γαίης ματροκτόνος ἀνὴρ
Φεύγων ὑδὲ τόον [Credo rescr. τίσιν] ὀξὺ σύμεν μαμαλίζων,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν καθελεῖ, ἐν πάντα κρατήσει.

Sic *editio Oxoniensis cum Cantabrigiensi;* nisi quòd vir doctus, qui posteriorem curavit, inclusam uncinulis conjecturam prætermisit prorsùs, memoratâque ejus loco aliâ, cujus auctorem non nominabat, nos verò jam indicabimus, & loquentem inducemus, eam sibi quoque displicuisse, testatus est.

Ἦξει δ' ὁπ πεφάτων γαίης ματροκτόνος ἀνὴρ
Φεύγων ὑδὲ τόον ὀξὺ σύμεν μαμαλίζων,
Ὃς .....

Lego secundo versu:

(*a*) *Lib. 7. cap. 4.* (*b*) *V. 2. Tim. IV. 17.* (*c*) *V. lib. 2. Hist. Eccles. cap. 22.*

Φεύγων Η'ριδανῦ ὄξυ τόμα μορμυλίζον.

Padus oritur ex Alpibus. Hunc cum Eridano eumdem faciunt Æschylus & Apollonius in Argon. & cum Rhodano quoque confundunt. Intelligoque oraculum de Julio Cæsare, qui ex Galliâ per Rhodanum & Alpes in Italiam descendebat: Ματροκτόνον, Cæsar Julius. *Gale.*

Autumat vir reverendus, hoc oraculo designari Julium Cæsarem, quæ ultima vox Matricidam notat, & sic putat legendum:

Φεύγων Η'ριδανῦ ὄξυ τόμα μορμυλίζον.

Rationem conjecturæ suæ hanc affert, quòd Eridanus ab Æschylo & Apollonio in Argon. pro Pado, Padus itidem pro Rhodano usurpetur, quem Italiam petens Cæsar trajecit. Sed quanquàm hæc conjectura oraculi sensum fortè assequatur, cum Lactantii mente non congruit, qui disertè hæc de Nerone intelligit. *Anonymus Auctor editionis Cantabrigiensis.*

Lactantii mentem miramur contra viri reverendi emendationem appellari & urgeri. Quippè quia non Lactantius, vel noster, uti solemus dicere, Cecilius, sed, quos obiter castigavit deliri ii sunt, qui laudata Sibyllæ carmina de Nerone intellexerunt. Quarè non hæc proculdubiò fuerit præstantissimo Jamblichi Commentatori sententia, debere eos versus ex Sibyllæ nostrique simul Cecilii mente de Julio Cæsare accipi: verùm ista, Sibyllæ oraculum rectà ad Julium Cæsarem pertinere, & fuisse tamen, secundùm hujus Scriptoris narrationem, quosdam deliros, qui quod Sibylla de Julio Cæsare vaticinata erat, ad Neronem perperàm retulerint; ut stare quidem possit optimè eatenùs conjectura, quam cum reliquis deinceps memorandis vir clarissimus è suo exemplari per doctissimum & communem simul utriusque nostri amicum Eliam Boherellum descripsi humanissimè passus est: sed quas deniquè seriùs ex Angliâ accepimus, quàm ut hactenùs nonnullarum ex iis mentionem in tempore & loco potuerimus facere; legendarum igitur, quandò semel nobis invitissimis suâ sede exciderunt, ad hujus tantùm libelli calcem. Gaudemus interim, posse virum celeberrimum ex recèns dictis intelligere, quàm rectè confiderit non futurum, quin simus candidi, cùm oportebit, ipsius cogitationum interpretes.

Lin. 3. *A finibus.*] Excidit vox *terra*. Est enim in Græco, ἐκ περάτων γαίης. *Tollius.*

A finibus terra esse venturum. Gale. Nec aliâ, ut liquet, de causâ.

Planè assentior. Nam non semel modò, quod ob præcedentia videri possit, sed bis vocem γαίης Græci Sibyllarum versus exhibent. Vide infrà apud Baluzium P. 2. p. 12.

Ibid. *Ut quia primus persecutus est.*] Malim, *Ut qui Ecclesiam persecutus est.* Tollius.

Ego vulgatam lectionem haud mutandam censeo. Nam licèt noster hoc ipso capite scripserit: *Primus omnium persecutus Dei servos;* & cap. 2. *Postquàm ad persequendum justum populum incitatus;* & iterùm paulò post: *Senatus ita nomen ejus persecutus est;* rursùmque cap. 4. *Quis justitiam, nisi malus, persequatur,* & si qua sunt alia deinceps hujusmodi exempla, id est, in quibus τὸ *persequi* cum subsequente vel præeunte proximè accusativo aliquo compareat: extat tandem in fine capitis noni locus alter ei, de quo nunc agitur, planè similis, hoc est, ubi idem verbum *absolutè*, quod aiunt Grammatici, positum reperitur; nempè hìc; *Quam verò causam persequendi habuerit, exponam,* ibique ne ipsi quidem Tollio aliud quidquam legere in mentem venit. Adde, huic Scriptori familiare fuisse, *Ecclesiæ persecutores* simplici *persecutorum* vocabulo indigitare. Hinc, verbi gratiâ, in libri titulo nil, nisi *De Mortibus Persecutorum;* & cap. 1. *mortem persecutoribus irrogare.* Imò, ut videbitur in sequentibus, solet noster ea verba sine accusativis adhibere, quæ sibi accusativos adjungi maximoperè postulant, putà *agere, facere.*

Lin. 4. *Adventum ... nefas est credere*

Adventum ... nefas ESSE *credere.*
Editio Cantabr. in verbis Auctoris: sed mendâ proculdubiò typographicâ.

Adventum (QUOD *nefas est credere.*)
Editio Oxon. & Cant. in Notulis, cum eâ, quam repræsentamus, parenthesi.

Adventum: QUOD *nefas est credere.*
Cuperus, P. 2. p. 127. sine parenthesi.

Adventum NON *nefas est credere.*
Abbas à S. Hilario.

Mallem

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Mallem equidem, ut liberè dicam, *adventum*. ALII, QUOD NEC *fas est credere*. Ita quippè duas delirorum classes hic Auctor perstrinxerit. Unam eorum, qui crassâ & rudi Minervâ posuerint, Neronem jam olim, ut cum nostro loquar, translatum, vivumque ab eo tempore in terræ finibus reservatum, indidem ὡν τῇ πᾶσι συντελείᾳ venturum, ut Ecclesiam persequatur, & Antichristi præcedat adventum. Alteram verò illorum, qui rem totam præclarâ, quod quidem putarent, observatione, sed reverâ futili, confirmatum iverint in hunc modum: duos quondàm Prophetas, hoc est, Enochum & Eliam translatos fuisse vivos in ea loca, undè die Judicii reversuri sint ad epinicium Christi sanctum ac sempiternum in ultimâ tubâ, cùm descendere cœperit, inchoandum; nec aliter Diabolo, cùm ad vastationem terræ & humani generis eversionem veniet, Neronem præiturum, ejusque præcursorem fore. Agnosco, nos ita pluribus conjecturis necdùm suo loco propositis niti, nedùm ut jam illas extra controversiam pro virili statuerimus. Sed ad eas festinamus, & plenam interim cuique potestatem suas nostris symbolas præferendi libentissimè facimus.

Lin. 5. *Sicut duos Prophetas vivos esse translatos in ultima . . . initium Christi sanctum ac sempiternum, cùm descendere cœperit . . . . pronuntiant.*] Locus fœdè mutilus & obscurus, quemque adeò quinque columnis, ex aliorum & nostrâ quoque sententiâ suis locis expletum & illustratum, subjicere operæ pretium judicavimus, quò cujusque mentem de totâ pericope semel & faciliùs, Lector, percipias, simulque meliùs eligere queas, quam sequaris.

Ex editionibus Oxonienſi, p. 6. & Cant. p. 524.	Ex ampliſſimo Cupero, infrà, P. 2. p. 127.	Ex Columbo, infrà, P. 2. p. 273.	Ex eodem Columbo, ibidem, aliâ ratione.	Ex noſtrâ ſententiâ.
Sicut duos Prophetas vivos esse translatos in ultima SÆCULA PRÆCURSUROS *initium Christi sanctum ac sempiternum cùm descendere* SANCTIS SUIS COMITATUS, *pronuntiant.*	*Sicut duos Prophetas vivos esse translatos*, ET *in ultimO* SÆCULO *initium Christi sanctum ac sempiternum, cùm descendere cœperit*, PRÆCESSUROS *pronuntiant.*	*Sicut duos Prophetas vivos esse translatos*, ET *in ultimâ* ÆTATE *initium Christi sanctum ac sempiternum, cùm descendere cœperit*, PRÆCURSUROS *pronuntiant.*	*Sicut duos Prophetas vivos esse translatos*, Et *in ultima* SÆCULA, *initium Christi sanctum ac sempiternum cùm descendere cœperit*, REDITUROS *pronuntiant.*	*Sicut duos Prophetas vivos esse translatos, in ultimâ* UT TUBA EPiniCium *Christi sanctum ac sempiternum, cùm descendere cœperit*, INCHOENT vel PRÆCINANT, *pronunciant.*

Ibid. *Translatos.*] Non quidem *in terræ fines*, quomodò paulò antè *translatum* explicuimus: sed *è mundo*, sive *in cœlum*, aut, quod etiam eòdem debet redire, *in Paradisum*; vel si adhùc aliter mavis, πρὸς τὸ Θεῖον. Quid enim de duobus, qui hîc sine dubio (*a*) intelliguntur, Prophetis Enocho & Eliâ Thesbite Scriptores sacri eorumve Interpretes, aliique homines id genus? De Enocho: *Translatus est in Paradisum*, verterunt Interpres Arabs & Latinus, ille Hebr. xi. 5. hic Syriac. xliv. 15. *Translatus fuit in cœlum*, habet Vatablus, Gen. v. 24. ἀνεχώρησε πρὸς τὸ Θεῖον, ἔθνη δὲ τελευτὴν αὐτὸν ἀναγεγράφασιν: *Discessit ad Deum, undè nec ejus mortem, seu finem conscripserunt*, inquit Josephus lib. 1. Ant. c. 4. Quòd ad Eliam verò Thesbiten: *Helias non ex decessione vitæ, sed ex translatione venturus est, nec corpori restituendus, de quo non est exemptus: sed mundo reddendus, de quo est translatus*, ait elegantissimè Tertullianus in libro de Animâ (*b*). Scriptura autem Sacra, 2. Reg. 2. 11. *Ascendit Elias per turbinem in cœlum*: undè & 1. Macch. 2. 58. Ἠλίας ἐν τῷ ζηλῶσαι ζῆλον νόμου ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν.

Ibid. *In ultima . . .*] Quòd hîc neque *sæcula*, neque *ætate*, cum doctis modò laudatis, sed *ut tuba* supplendum putaverimus, causa sunt tam quæ proximè dicemus ad vocem *initium*, quàm iste in primis Apostoli locus: πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλα-

(*a*) *Vide loca Patrum, quæ Cuperus infrà, P. 2. p. 127. & Columbus p. 273. indicarunt.* (*b*) *Sectione mihi septimâ decimâ, cui titulus*, Ad Carpocratis opinionem.

γησόμεθα οὐ πάντες, ἀλλὰ πάντες ἀλλαγησόμεθα, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ΕΝ ΤΗ ΕΣΧΑΤΗ ΣΑΛΠΙΓΓΙ. σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα; *Non omnes quidem obdormiemus, ſed omnes mutabimur in momento, in ictu oculi*, IN ULTIMA, ſeu, ut vulgatus Interpres, IN NOVISSIMA TUBA. *Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur*; 1. *Cor.* xv. 51. 52. Ne etiam dicam, non infrequens fuiſſe Patribus ad eamdem *ultimam tubam* reſpicere in ſcribendo. Tertullianus, verbi gratiâ, in de Animâ (*a*): *Quò ergò animam exhalabis? In cœlum, Chriſto adhùc ſedente ad dexteram Patris? Nondùm Dei juſſu per Tubam Archangeli audito? Nondùm illis, quos Domini adventus in ſæculo invenerit obviam ei, ereptis* [pot. *raptis*] *in aëream, cum his, qui mortui in Chriſto primi reſurgent?* Ita enim hunc locum legimus & diſtinguimus.

At cur potiùs apud noſtrum, *in ultimâ ut tubâ*, quàm *ut in ultimâ tubâ?* Partim, propter lacunam, cujus nulla pars ante *in ultimâ* videtur, quæque tota poſt occurrit: partim verò propter Latinæ linguæ indolem, cui ejuſmodi metatheſes uſitatæ ſunt. Sic elegantèr Cicero contra Verrem (*b*), *verè ut dicam*, pro *ut verè dicam*; & in Epiſtolis ad Atticum, *Quod vereor, tibi ipſi ut probem*, ſimiliter pro *Quod vereor, ut tibi ipſi probem.*

Ibid. *In ultima initium Chriſti.*] In Ultima & Judicium Chriſti. *Abbas à S. Hilario.*

Lin. 6. *Initium Chriſti ſanctum & ſempiternum.*] Id eſt, ut hi boni viri putabant, regnum Chriſti millenarium. Cujus inanis perſuaſionis opinio, quæ etiam apud plures Patrum obtinuit, ex his Pauli ad Corinth. xv. 23. 24. 25. fluxiſſe videtur: Ἀπαρχὴ [ſcilicet ἀπ᾽ ἐκείνων ἀναστάσεως] Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Præcedit enim ἡ παρουσία Chriſti τὸ τέλος, ſeu finem mundi, cùm traditurus eſt Deo & Patri regnum, atque ipſe ei ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ut ait commate 28. Inter eam παρουσίαν & τὸ τέλος intercedit ἡ βασιλεία, id eſt, regnum Chriſti, cujus regni tempore καταργήσει πᾶσαν ἀρχὴν, &c. καὶ θήσει πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ; & erit adverſarius ultimus ipſa mors: ſic ut dein ſemper victuri ſint electi, & mortem poſt victoriam Chriſti ignoraturi. Ex hoc igitur loco Veteres illud regnum Chriſti in terris expiſcati ſunt. Tempus verò millenarium ex Apocalypſi Joannis c. xx. 3. ubi Diabolus ab Angelo vinctus dicitur χίλια ἔτη; & comm. 4. ubi ſancti Martyres, & qui ſignum beſtiæ non admiſere, βασιλεύσαι dicuntur μετὰ Χριστοῦ τὰ χίλια ἔτη, reliqui verò mortui minimè revixiſſe. Illa verò reſurrectio ſanctorum *prima* ibidem dicitur; *felix*que & *ſanctus, qui ejus fuerit particeps*: quippè in quos mors altera poteſtatem non ſit habitura. Quod apprimè convenit cum illis Pauli, ubi ultimò devictum ſubactumque iri mortem dicit. Duos illos Prophetas quòd attinet, Henochum & Eliam, præcurſores Chriſti ad regnum millenarium de cœlo deſcendentis, hi mihi è cap. xi. Apocal. periti videntur, ubi duo teſtes memorantur, qui poteſtatem habebunt claudendi cœlum, ne pluat, [quod Eliam præcipuè reſpicit] & aquarum in ſanguinem mutandarum; quæ duo Lactantius noſter lib. vii. cap. 17. Div. Inſtitut. uni tantùm homini, ſeu Prophetæ magno tribuit. Sequitur tandem poſt devictum triumphatumque Diabolum, Principatus, Imperia & Poteſtates, de quibus Paulus, ſive poſt Gog & Magog cœleſti igne abſumtos, ut eſt apud Joannem c xx. 8. 9. judicium extremum, ſive ſecunda reſurrectio, cùm terra, mare & infernum ſuos mortuos dabunt, iique dein, qui damnati fuerint, unà cum morte & inferno in lacum ignis conjicientur, quæ *ſecunda mors* eſt. Ex hoc Joannis viſo tot enata ſunt hominum vigilantium ſomnia, [& unum legiſſe libro vii. cap. 16. 17. Lactantium ſufficit] ut non tam multa ex eburnâ inferorum portâ Æneidos Scriptor emiſerit, aut Hermetis noſtri filii per omnes gentes ac populos diſperſerint. Sed de his aliàs uberius. *Tollius.*

Rectè, inquio ego, modò duas ſimul meminerit vir doctiſſimus enodare difficultates, quibus ſententia, quam ſequitur, laborat, quaſque hactenùs intactas prorsùs reliquit. Unam, quâ ratione futurum illud regnum Chriſti millenarium, ad quod ipſi, viroque etiam ampliſſimo (*c*) hic Auctor reſpicere viſus eſt, vocari queat commodè *initium Chriſti*, cùm jam per tot ſæcula Chriſtus in cœlo & terris ad dextram Patris ſemel elatus & conſidens regnaverit. Alterum verò, quinam verè pariter poſſit *initii ſempiterni* appellatio bono ſenſu eidem regno congruere. Quid enim

(*a*) *Sect. cc. in quâ De infeſtis, & An illùc omnes animæ compellantur.* (*b*) *In 7. Verr.* (*c*) *Infra p.* 2 *p.* 128.

Digitized by Google

sempiternum initium in eâ re, quæ non æternum initium habitura est: sed quales ses reliquæ, hoc est, fluxum ac evanidam, finemque adeò post mille annos! Ego certè, qui me aliter in summo utriusque viri clarissimi de utràque difficultate silentio extricare non possem, cœpi jamdudùm visii aliquid in voce *initium* suspicari, &, quid si potiùs *epinicium* legatur, dicere; moxque quàm multa eò faciant, sigillatim aspectare in hunc modum.

Narrare primùm omnium Joannem in Apocalypsi (a), vidisse se olim post alia multa, quæ sæculorum lapsu eventura erant, *turbam multam, quam numerare nemo posset, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, qui ante solium & Agnum starent, stolis amicti candidis, palmas gestantes in manibus, & magnâ voce clamantes*, SALUS DEO NOSTRO, QUI SEDET IN THRONO, & AGNO. *Omnes autem Angeles, qui ipsi quoque tum temporis in circuitu throni, & Seniorum, & quatuor animalium starent, procubuisse ad ea verba ante solium in facies suas, & adorasse Deum, dicentes*: AMEN. BENEDICTIO, ET GLORIA, ET SAPIENTIA, ET GRATIARUM ACTIO, ET HONOR, ET POTENTIA, ET ROBUR DEO NOSTRO IN SÆCULA SÆCULORUM. AMEN.

Istas porrò utrorumque acclamationes, cùm palmæ à prioribus gestarentur in manibus, non minùs verum esse ἐπίνικον, quàm cantica illa palmaria & laureata, quæ Veteres victoribus canebant, & *epinicia* vocabant.

Deindè, fuisse illa quidem plerùmque, ut vel è Suetonio in Julio Cæsare constare potest (b), impurissima, &, si non semper singula unius tantùm diei, ad summum certè paucissimorum: sed eas rursùm, de quibus agitur, acclamationes sanctum ab omni parte ἐπίνικον esse; & verè catenus sempiternum, quod hominum sint, qui, sicut patet ex sequentibus (c), *Deum in omne ævum in ejus Templo colent.*

Adhæc, inter cætera, quæ Apostolus in priore ad Thessalonicenses (d) cum ipso Christi de cœlis descensu conjunxit, nominari difertissimè, κέλευσμα. Αὐτὸς ὁ Κύριος ΕΝ ΚΕΛΕΥΣΜΑΤΙ, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ, καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ; ad verbum, *Ipse met Dominus* CUM CELEUSMATE, *cum voce Archangeli, & tubâ Dei descendet à cœlo.*

At allusisse sine dubio Apostolum, cùm ita scriberet, ad genus illud *Celeusmatum*, quod *Militare* vocare est, quodque à victricibus, quondàm copiis cantabatur. *Super muros Babylonis levate signum, augete custodiam, levate custodes, preparate insidias, quia cogitavit Dominus, & fecit quæcunque locutus est contra habitatores Babylonis. Qui habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. Juravit Dominus exercituum per animam suam, Quoniam replebo te hominibus quasi bruchо, &* SUPER TE CELEUSMA CANTABITUR; Vulgata, capite 51. Hieremiæ, commatibus 12. 13. 14. Quanquàm si vel maximè Paulus ἀλλαχοῦ ad illa Veterum *Celeusmata*, seu hortamenta, quæ in uvarum calcatione, aliàs autem in remigatione adhibebantur, respexisset, certum sit legi alibi apud Vulgatum Interpretem de prioribus, CELEUSMA *quasi calcantium* CONCINETUR *adversùs omnes habitatores terræ*, Hier. cap. 25. commat. 30. & cap. iterùm 48. comm. 33. *Nequaquàm calcator super solium* CELEUSMA CANTABIT. Nautica verò, seu quæ quondàm remigibus dabantur, & speciali quodam usu ἐκλήθησαν nuncupabantur, cani interdùm solita fuisse per Symphoniacos pueros, & per assam vocem, id est, voce prolatam, testis est Pædianus in libros Ciceronis de Divinatione (e).

Præterea, vocem *epinicium*, licèt origine Græcam, usurpari quandòque Latinè à melioribus Scriptoribus profanis, dicemus, verbi gratiâ, Suetonio in Nerone (f): *Affirmavit . . . . se . . . suquenti die lætum inter lætas cantaturum* EPINICIA, *qua jam nunc sibi componi oporteret.* Ob quam indubiè auctoritatem Laurentius Humfridus ad caleem Disputationis Origenicæ de Resurrectione, quam è Græcis interpretatus est (g), EPINICION, *seu Triumphalis Eutropii aliorumque, ut appareat, auditorum acclamatio in Adamantii victoris laudem celebrata*, O DIVINE, OMNIQUE SAPIENTIA ET INTELLIGENTIA ORNATE, &c.

Tum autem, post *initium Christi sanctum ac sempiternum*, sequi proximè in nostro Cæcilio, *cùm descendere cœperit.* At hæc ultima verba nunquàm posse idoneè, nisi ad futu-

(a) *Apoc. 7. comm. 9. 10. 11. 12.* (b) *Cap. 49.* (c) *Id est, Apoc. VII. 14. 15.* (d) *Cap. 4. comm. 16.* (e) *V. Budæi Annotationes in Pandectas, fol. 89. edit. 1527.* (f) *Cap. 4.* (g) *Extat illa in fine secundi tomi Oper. Orig. edit. Basil. 1571.*

rum Christi è cœlo descensum totiès in novo Fœdere memoratum referri; nec quidquam jam meliùs cum gloriosâ illâ Christi descensione quadrare, quàm hinc *tubam ultimam*, cujus modò è Pauli Epistolis meminimus, illinc verò vocabulum *epinicium*, cujus tot litteræ in voce *initium* occurrant.

Deniquè, negari sanè ab Apostolo in priore ad Thessalonicenses, cap. IV. comm. 15. fore unquàm, ut ii, quos Christus die Judicii vivos deprehendet in terris, *præveniant illos, qui in Domino obdormierint;* hoc est, obviam ei priores, in cœlum rapti, ëant: sed negari nuspiàm ab eodem, aut ab alio quovis Scriptore sacro, Enochum & Eliam, qui vivi olim in cœlos translati sunt, ex iisdem eodemque die in Christi comitatu descensuros, ut ejus sint prævii ac præcursores; & eò magis igitur deliris, quos hic Auctor suggillat, licuisse asserere rem ita futuram, addereque insuper, eosdem in *ultimâ tuba* laudatum Christi epinicium, aut aliquod tale, præcenturos. Sicque nostra tandem de hoc loco conflata sententia est, interim dum meliora doceamur.

Ibid. *Cùm descendere cœperit.*] Sic lib. VII. 19. *Tunc aperietur cœlum medium intempestâ & tenebrosâ nocte, ut in orbe toto lumen descendentis Dei tanquàm fulgur appareat.* Et mox: *Cadet repentè gladius è cœlo, ut sciant justi ducem sanctæ militiæ descensurum, & descendet, comitantibus Angelis, in medium terra.* Tollius.

Auctorem nostrum scilicet accipiens, quasi totidem verbis scripserit, *cùm Christus descendere cœperit.* Nil magis probo. Nam quid ista, verbi gratiâ, constructio Columbi (*a*), *cùm initium Christi sanctum ac sempiternum cœperit descendere?* Præsertim, si per sanctum ac sempiternum Christi initium Columbus nil aliud, ut verisimile est, quàm *regnum Christi millenarium* intelligebat. Non solent sanè regna, regnorumve initia hominum ritu moveri, descendere & ascendere.

Ibid. *Cùm descendere cœperit .... pronuntiant.*] *Cùm descendere cœperit, anteversuros pronuntiant.* Abbas à S. Hilario. Qui quem sensum ex hoc loco cum illis supplementis elicitum cupiat, vellem indicasset. Non enim assequor.

Lin. 7. *Venturum putant .... cursor diaboli ac prævius sit.*] En breviter, ut hæc lacuna expleta fuerit hactenùs à doctis viris:

Venturum putant { *ut qui præ-* (*b*) / *qui futurus præ-* (*c*) / *ut præ-* (*d*) } cursor diaboli ac prævius sit.

Lin. 9. *Humani generis.*] Non jam strictè & impropriè, ut suprà (*e*), pro *Imperio Romano* accepti, id est, pro *cunctis provinciis omnique Româ*, quemadmodùm definitur tacitè *Imperium Romanum* ab Aurelio Victore (*f*) his verbis: *Adeò cuncta provincia omnisque Roma interitu ejus exultavit*: sed sumti citra controversiam latissimè & propriè pro *toto genere humano*, uti Florus lib. 4. Historiæ Rom. (*g*): *Ubique*, ait, *cuncta atque continua totius generis humani ante pax fuit, aut postea*; cùm non omnes tantùm gentes intelligeret, quas olim Augustus ad occasum & meridiem pacaverat, itemque ad Septentrionem intra Rhenum atque Danubium, & ad Orientem intra Taurum & Euphratem, populique proindè Romani imperio subjectas: sed illas etiam reliquas, quæ, ut pergit, *immunes erant imperii*, Scythas, Sarmatas, Seres, Indos, Parthos, qui omnes in χάει ad Imperium Romanum in pace erant. Vide locum, si vacat.

CAPUT III.

Pag. 186. lin. 1. *Post hunc.*] Neronem nempè. Undè rotundè, majorisque perspicuitatis gratiâ, Anglica Reverend. Episcopi Saris. versio, *After Nero*, ad verbum, *Post Neronem.*

Ibid. *Interjectis aliquot annis.*] Hoc est, tredecim. Anni enim totidem integri, quin & cum tribus insuper mensibus diebusque, à decimâ die Junii, quâ Nero anno Æræ Christi vulgaris sexagesimo octavo miserè periit, usque ad diem decimam quartam Septembris, quâ alter, de quo mox, tyrannus anno Christi Dionysiano octogesimo primo regnare exorsus est, lapsi sunt.

Ibid. *Alter non minor tyrannus.*] *Domitien.* Gallica Maucroixii tralatio, in margine. *Another Tyrant, Domitian, not much inferior to him.* Anglica recèns laudata, Domitiani nomine, commentarii vice, inferto Auctoris verbis.

(*a*) *V. suprà, pag. 46. num. 47. col. 4.* (*b*) *Edit. Oxon. & Cant.* (*c*) *Cuperus P. 2. p. 127.* (*d*) *Allix.* (*e*) *Vide pag. 9. num. 14.* (*f*) *In Epitome, de Nerone.* (*g*) *Sub finem.*

www.libipol.com.ar

Digitized by Google

Domitianus, calvum dixit quem Roma Neronem. Editiones Oxon. & Cant. ex ſubjectis, credo, Auſonii verſibus (*a*):

Et Titus imperii felix brevitate. Secutus
Frater, quem CALVUM *dixit ſua Roma*
NERONEM.

www.libtool.com.cn

Favent omnibus Hiſtoria Eccleſiaſtica & profana, quippè cùm è proximis Neronis poſt Galbam, Othonem & Vitellium ſucceſſoribus, putà Veſpaſiano, Tito, Domitiano, Nervâ, nullus ſit præter Domitianum, cui quæ hoc capite narrantur, conveniant. Confer Baluzium, P. 2. p. 12. & Columb. p. 273. præcipuè verò Euſebii caput à Baluzio indicatum.

Ibid. *Tyrannus.*] Domitianum eodem elogio Aurelius Victor (*b*) ſic infamavit: *Igitur metu crudelitatis* [*Domitiani*] *& conſcientia ſuæ conjuravere plerique ... adſcitâ etiam in conſilium tyranni uxore Domitiâ.*

Ibid. *Ortus eſt.*] Pro *imperare cœpit*, noſtri ſcilicet Scriptoris locutionem de natali die Domitianei imperii accipiendo, non de nativitate Domitiani propriè dictâ. Atque ita facto opus eſſe, ex eo inſigniter apparet, quòd tantùm abeſt, ut Domitianus poſt Neronis obitum fuerit in lucem ſuſceptus, ut jam annum ætatis ageret decimum ſeptimum, cùm Nero morte occubuit. Confirmatque adeò egregiè, ſi quid judico, hic locus, neſcio quo fato ab ampliſſimo Cupero prætermiſſus, illius ſententiam, quâ de natalitio Conſtantini ſolo diſputans (*c*) contendit, voces *ortus* & *oriri* adhiberi non rarò ſingulari elegantiâ de iis, qui Reges fiunt, vel Imperatores, aut Cæſares.

Pag. 187. lin. 1. *Qui cùm exerceret inviſam dominationem.*] Πολλὴν nimirùm εἰς πολλὰς ἐπιδεικνύμενον ἀμότητα, ὡς ὀλίγου τι τῶν ἐπὶ Ῥώμης ἐπιτετελεσθῆναι τῷ θηριώδει καὶ μισανθρώπῳ καὶ μετ' ἐμπλήκτου χρίσεως ὑποκτείναντι, μυρίους τε ἄλλους ὑπὲρ τὰς οὐσίας ζημίαις φυγαῖς, καὶ ταῖς τῶν ἀνδρῶν ἀποκοπαῖς ἀναιτίους, ut loqui licet poſt Euſebium, lib. 3. Hiſt. Eccl. cap. 17. Hoc eſt, ſi Valeſii verſionem imitemur: *Multa in multos crudelitatis ſuæ ſpecimina edendo, nec paucos nobilium atque illuſtrium virorum urbis Romæ injuſtè interimendo, alios præterea innumerabiles ſummæ dignitatis viros, tametſi inſontes, exilio & bonorum proſcriptione multando.*

Exercere autem *dominationem*, ut id obiter moneam, una eſt ex locutionibus illis, quas è Latinis majores noſtri Gallicas fecerunt, & qualium infinitam eſſe apud noſtrates multitudinem ſuperiùs (*d*) ponebamus, ne facilè Tollio concederemus, debere *quo officio repleto* in *quo officio impleto* mutari.

Ibid. lin. 2. *Cervicibus incubavit.*] Sic c. 7. *Multi Præſides & plura officia ſingulis regionibus ac penè jam civitatibus incubare*; ad quæ verba vide Tollium. Confer capite xv. *In cæterum populum perſecutio violenter incubuit.* Adi quoque Columbum, P. 2. p. 273.

Ibid. *Quàm diutiſſimè.*] Annis videlicet xv. & menſibus v. ſi Græcus Euſebii Canon Chronicus (*e*), Latinuſque Hieronymi (*f*), & utroque opere longè poſterior Jornandes (*g*) audiendi ſunt. Ex priori quippè, verbi gratiâ, Ῥωμαίων βασιλεύων ὁ Δομετιανὸς ἔτη ιε, μῆνας ε; id eſt, vertente & commonente Hieronymo, *Romanorum nonus regnavit Domitianus, Titi frater junior, ann.* xv. *menſ.* v. Sed mirum, ni olim Euſebius pro ἔτη ιε, μῆνας ε, ſcripſerit ἔτη ιε, ἡμέρας ε, *annos quindecim, dies quinque.* Xiphilinus enim è Dione in Domitiano, Ἐμοναρχησε δὲ [Δομετιανὸς] ἔτη πέντε καὶ δέκα, καὶ ἡμέρας πέντε; *imperavit annos quindecim, & dies quinque.* Ac præterea, ab Idibus Septemb. anni Æræ Chriſti Dionyſianæ LXXXI. quibus Titus, Domitiani deceſſor, vivere & imperare deſiit, uſque ad XIV. Kalend. Octob. anni ejuſdem Æræ XCVI. quibus Domitianus vitam & imperium cum morte commutavit, putandi tantùm veniunt anni xv. & dies v. ſive ad ſummum, quod Petavio placebat (*h*), anni xv. dies VI. Imò, *Domitianum annos quindecim imperaſſe* Epitome Aurelii Victoris; *anno imperii decimo quinto occiſum fuiſſe* Suetonius (*i*); πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ὑπερατῆσαι, ipſe quoque Euſebius quodam loco (*l*), ſine ullâ menſium dierumve, qui excurrerint, mentione ſcripto reliquerunt. Sed numerum proculdubiò rotundabant. Confer Latinam Euſebiani Chroni-

(*a*) *In de Cæſaribus.* (*b*) *In Epitome.* (*c*) Vide *Cuperi Præfationem, fol.* 4. (*d*) Vide *ſuprà pag.* 27. *num.* 12. (*e*) *Ad annum* 1. *Olymp.* 215. (*f*) *Ad annum* 4. *Olymp.* 214. (*g*) *Lib.* 1. *de Regnorum ac temporum ſucceſſione.* (*h*) *Lib.* 13. *de Doct. Temp. ad annum Ch.* 96. (*i*) *In Domitiano, cap.* 17. (*l*) *In Hiſt. Eccl. lib.* 3. *c.* 20. *in fine.*

Digitized by Google

ei editionem, in quâ ad an. Dom XCVII. cernitur decimus sextus Domitiani è regione notatus; quod is nempè iniverit, etsi permodicè. Addo, vel hinc numeri rotundationem in Aurelii Victoris loco, de quo agitur, patere, quòd pro disertis istis illius verbis, *Domitianus... imperavit annos quindecim*, exstet alibi apud eumdem in libello de Cæsaribus: *Pœnas luit... anno... dominationis circiter quinto decimo*; quod non simpliciter pro *plus, minùs, quinto decimo* commodè accipi potest, sed pro *paulò plusquàm quinto decimo*, ob Xiphilini locum modò adductum.

Ibid. *Donec impias manus adversùs Dominum tenderet.*] De anno, quo Domitianus in Christianos sævire cœpit, magna est inter Chronologos opinionum diversitas, quorum alii ad annum Æræ Christi vulgaris nonagesimum (*a*), alii ad nonagesimum primum (*b*), alii ad nonagesimum tertium (*c*), alii ad nonagesimum quartum (*d*), atque alii denique ad nonagesimum quintum (*e*) illius persecutionis primordia quocumque modo referunt. Et eam quidem controversiam non infirmis, ut videbatur, rationibus dirimere hoc loco in gratiam Dodwelli contra Pagium & cæteros proposueramus, resque jam diù erat confecta. Sed quis erit finis, inquiunt, si ita perrexerimus ut cœpimus? Dandum igitur deinceps plurimis nostris *προθυμίαις*, ut quæ in hunc Auctorem fusiùs annotavimus, aut observare adhùc volebamus, in pauca, quantùm fieri poterit, contrahantur. Tractat infrà hoc argumentum Cuperus in priore ad magnum elegantiorum Musarum cultorem Voetium, pag. 9. & seq. Dodwellus verò in Dissertatione Cyprian. 11. num. 16. & post eum Pagius ad annos Christi 90. num. 5. 6. 91. num. 4. 93. num. 2. 94. num. 5. 95. num. 2. De phrasi autem, quam hic noster adhibet, Cuperum vide, P. 2. p. 128.

Ibid. *Tutusque regnavit, donec impias manus adversùs Dominum tenderet.*] Proximus post Neronem Christianos persecutus est Domitianus.... At sanè multi esse non poterant, qui in eâ [persecutione] coronati sunt. Erat enim ea persecutio brevissima, ut vix unum annum implere potuerit. Statim extinctum innuit Lactantius. *Tutus*, inquit, *regnavit, donec impias manus adversùs Dominum tenderet. Postquàm verò ad persequendum justum populum instinctu dæmonum incitatus est, tunc traditus in manus inimicorum luit pœnas.* Dodwellus (*f*).

Ibid. lin. 3. *Ad persequendum justum populum.*] Explicat quid suprà (*g*) per *delendam justitiam* intellexerit. Vertit illustris Interpres Anglicus *the holy seed*, id est, *Sanctum semen*, quomodò sese olim Judæi appellitabant. V. 1. Esdr. IX. 2. & 3. Esdr. VIII. 71.

Ibid. lin. 5. *Luit pœnas.*] Ita de eodem Domitiano, & in eodem argumento apud Aurelium Victorem: *Pœnas luit quinto & quadragesimo anno vitæ.* Neque aliter Lactantius de Antichristo: *Et captus, tandem scelerum suorum luat pœnas;* De Vitâ beatâ c. 19.

Ibid. *Interfectus domi.*] Id est, in palatio. Vide dicta ad caput XIV. Domitianum autem fuisse occisum in palatio, quod ei in urbe Româ pro domo erat, & ubi adeò inter cætera cubabat, non est, meo judicio, quòd dubitetur: ita Eutropius, Jornandes, Suetonius & Xiphilini Dio rem unanimi consensu contra Alexandrini Chronici Auctorem narrant, secundùm quem, laudante ante nos Cupero (*h*), Domitianus ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Δίος, *in fano Jovis* fuit trucidatus. E contrario enim *interfectus est suorum conjuratione in palatio*, ait, verbi gratiâ, Eutropius; nominantibus etiam specialiùs partim Suetonio, partim Zosimo, palatii locum, ubi cædes patrata, *cubiculum Domitiani* ad *domum Palatinam* pertinens (*i*), *in quo volebat interdiù, ut consueverat, requiescere* (*l*), & *ad cujus januam Parthenius* (*m*), tanquàm *cubiculo præpositus* (*n*) *aderat.*

Ibid. lin. 6. *Etiam memoriæ nominis ejus eruta est.*] Aurelius Victor in Cæsaribus: *Senatus gladiatoris more funus* [*Domitiani*] *ferri*, seu, ut in Epitome, *efferri*, RADENDUMQUE NOMEN *decrevit.* Quod quomodò factum fuerit, si videre & probè nosse cupis, en tibi insigne exemplum è Criticâ Historico-Chronologicâ Pagii cum viri doctissimi Annotatione:

A. P. R. C. DCCC. XII.

Ex. S. C. LUDI SÆCULARES. FACTI.

(*a*) *Baronius.* (*b*) *Drusius.* (*c*) *Pagius.* (*d*) *Hieronymus, & Cuperus quoque intelligendum.* (*e*) *Dodwellus, & libentiùs cum eo Cuperus.* (*f*) *Ibid. num.* 16. (*g*) V. *pag.* 26. *num.* 31. (*h*) *In Epist. ad ampl. Voet. p.* 9. (*i*) *Sueton. in Domit. c.* 16. & 17. (*l*) *Zosimus in Domit. sub finem.* (*m*) *Zosimus, ibid.* (*n*) *Sueton. ubi suprà, cap.* 17.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Eo in marmore Domitiani nomen non legitur, quia, ut inquit Suetonius in Domitiano, cap. 23. Senatus Domitiani *erasurus ubique titulos, abolendamque omnem memoriam* decrevit. *Plagius* (a).

Adde Baluzium, P. 2. p. 12. Cuperum, p. 129. Columbum, p. 274. quin & noſtrum cap. 52. exclamantem: *Ubi ſunt modò magnifica illa & clara per gentes Jeviorum & Herculiorum cognomina, quæ primùm à Dioclete ac Maximiano inſolenter aſſumta, ac poſtmodùm ad ſucceſſores eorum tranſlata viguerunt? Nempè delevit ea Dominus, & ERASIT DE TERRA*; quanquàm id quidem alio ſenſu, quàm hoc loco.

Ibid. *Cùm multa mirabilia opera fabricaſſet, &c.*] Ecce, ſecundùm Caſſiodorum in Chronico, non accuratiſſimam tantùm illorum operum recenſionem poſt Euſebium, cujus ſimilis Catalogus laudatur infrà Columbo, P. 2. p. 274. ſed ſub quibus etiam Conſulibus ſingula facta fuerint; quod ab Euſebio prætermiſſum, ſeu, ut verius dicam, peſſimè conturbatum.

Aſprenas & Clemens.

His Conſulibus multa munia & celeberrima Roma facta ſunt; id eſt, Capitolium, Forum tranſitorium, Divorum porticus, Iſium, Serapium, Stadium, Horrea piperatoria, Veſpaſiani templum, Minervæ Chalcidicæ, Odeon.

Domitianus IX. & Clemens II.

His Conſulibus inſigniſſima Romæ facta ſunt opera; id eſt, Forum Trajani, Thermæ Trajanæ & Titianæ, Senatus, Ludus matutinus, Meta aurea, Meta ſudans & Pantheon.

Ibid. lin. 7. *Nobilia monumenta feciſſet.*] Vellejus Paterculus de P. Scipione Æmiliano: *Fecit ſua virtutis monumentum, quod ſuorum ævi ejus clementia.*

Ibid. lin. 8. *Nomen ejus perſequutus eſt.*] Vide Col. P. 2, p. 274.

Ibid. *Ut neque imaginum, neque titulorum, &c.*] *Senatus adeò lætatus eſt, ut repletâ verbatim curiâ non temperaret, quin mortuum contumelioſiſſimo usque acerbiſſimo acclamationum genere laceraret, ſcalas etiam inferri, clypeoſque & imagines ejus coram detrahi & ibidem ſolo affigi juberet; noviſſimè eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret.* Edit. Oxon. & Cant. è Suetonio, poſt Baluzium, apud quem plura vide, P. 2. p. 13.

Ibid. lin. 10. *Reſciſſis igitur actis tyranni.*] Quod ſub Nervâ contigit. Καὶ ὁ Νερούας τὰς τῶν προγόνων ἐν διωγμοῖς, hoc eſt, Chriſtianos, δρῶντας ἀνῄρει τοὺς φονεύοντας πανταχοῦ. *Editiones Oxon. & Cant.* ex Xiphilino ſcil. poſt Dionem in Nervâ.

Ibid. *Reſciſſis igitur actis tyranni, non modò in ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta eſt, ſed etiam multò clariùs ac floridiùs enituit.... Sed enim poſtea longa pax rupta eſt. Extitit enim poſt annos plurimos execrabile animal Decius, qui vexaret Eccleſiam.*] Si Lactantium audimus, à Domitiano ad Decium uſque nulla erit omninò perſecutio. Ita enim ille: *Reſciſſis igitur actis tyranni* [*Domitiani*] *non modò in ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta eſt; ſed*, &c. Ex quibus conterranei ſui verbis intelligimus, *longa Cypriani pax* quibus ſit limitibus includenda. *Dodwellus* (b).

Omne quod [*Domitianus*] *conſtituerat, Romani irritum fecere;* Jornandes lib. 1. De Regn. Succ. Et quod hîc porrò noſter de *actis tyranni reſciſſis* loquitur, id ſuprà, capite 1. non diſſimili locutione, vel ſenſu, *tyrannorum imperia veſtindere* dixerat.

Ibid. lin. 11. *In ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta eſt.*] Quàm citò id poſt Domitianum contigerit, habuiſti modò duobus verbis ex editionibus Oxon. & Cant. num. 17. initio: tradunt verò fuſiùs infrà Baluzius, P. 2. p. 13. & Cuperus, p. 129. & ſeq.

Ibid. lin. 13. *Multi ac boni principes.*] Nec hoc ex fide hiſtoriæ. Sed mentiendum erat, ut Perſecutoribus omnibus triſtem obtigiſſe mortem probaret; cùm Trajanus & Antonius tranquilliſſimè vitâ defuncti ſint. Vide ſis Sarisberienſis Polycraticum l. VIII. p. 646. & ſeq. *Tollius.*

Aliud vitium doctum, cùm hæc ſcriberet, egiſſe, parùm abfuit quin dicerem. Sive quia multos ac *bonos principes* proximè poſt Domitianum Romani imperii clavum tenuiſſe, Zoſimus, præter Euſebium & Lactantium, qui jam à Baluzio in eam rem laudati (c), teſtatus eſt his verbis: *Domitianus peremptus à Stephano libero... Ab hoc tempore viri boni,* (ἀνδρες ἀγαθοὶ) *principatum adepti, Nerva, Trajanus, & poſt eum Hadrianus, & Antoninus Pius, & per illud fratrum, Verus atque Lucius.* Sive deindè quoniam, ut ut maximè Trajanus & Antonini tranquillâ morte defuncti ſint, quod certè nollem negaſſe, haud id magis utiquè negavit noſter Cecilius, qui ne γρῦ quidem de illorum morte, ſeu bona, ſeu triſtis fuerit, memînit; quique proindè

(a) *Ad ann. Chriſti* 88. *num.* 11. (b) *Diſſ. Cypr.* 11. *num.* 17. (c) *V. P.* 2. p. 13.

Digitized by Google

nonnisi summâ injuriâ videatur dici posse mentitus, ut persecutoribus omnibus tristem obtigisse mortem probaret. Præsertim, cùm nec Trajanum, nec Antoninos, nec ullos alios à Domitiano usque ad Decium Imperatores Romanos in numero persecutorum posuerit, sicut sequentia firmabunt. At ecce id ipsum Tollio displicuisse nunc cogito, quòd noster, inquam, Trajanum & Antoninos, qui ab Eusebio & aliis inter Ecclesiæ persecutores censentur, *bonos* contrà *principes* vocaverit: haud inficiante nimirùm viro clarissimo, fuisse illos Romanis, cæterisque Ethnicis quibus imperarunt, bonos, sed negante fuisse tales Christianis; nec aliam sibi denique fingente præclari illius elogii causam, quàm malam hujus Scriptoris fidem, qui quòd iis tristem contigisse obitum ostendere non posset, mentitus sit fuisse bonos. Quasi verò probandum sumpserit, *magna* SEMPER *edi à Domino exempla in persecutores*; ac non potiùs, *adversarios Dei* SÆPE *dignam scelere suo recipere mercedem*, ut suo ipse loco loquetur. Aut quasi itegrùm ex Eusebii scribendi methodo, apud quem Adrianus Imperator Justini verbis μέγιστος καὶ ὑπερφυέστατος, *maximus & illustrissimus* vocatur (*a*), quique aliàs eundem Adrianum, non cum Sulpicio Severo (*b*) *Dæmonum simulacra in templo ac loco Dominicæ Passionis, perimendæ Christianorum fidei causâ, constituentem* induxit, sed è contrario *Sereni Granii litteris in Christianorum gratiam datis commotum* (*c*); imò ita commotum, *ut statim Proconsuli* Asiæ scriberet, *non esse Christianos sine objectu criminum condemnandos*, quique postremò nullâm quartam, Sulpicii ritu, persecutionem sub Adriano numeravit, sed quartam suam usque ad M. Antonini & L. Au. Commodi tempora memorare distulit (*d*), sequatur, mentitum esse in his omnibus Eusebium, nec nisi malâ mente res Adriani tractasse. Fuerint ergo potiùs & Cecilius noster, & Eusebius, bonæ in istis fidei Scriptores: sed quibus gravi aliquâ de causâ singulæ Christianorum vexationes non visæ sint in persecutionum catalogum referendæ, nec singuli etiam Imperatores, sub quibus & ex illorum quandoque imperio acciderunt, in persecutorum albo scribendi. Planè quemadmodùm ipsemet Sulpicius lib. 2. Historiæ Sacræ: *Sanè tum*, inquit, *Licinius, quia adversùm Constantinum de imperio certavit, militi-*

www.libtool.com.cn

lites suos litare PRÆCEPERAT; *abnuentes; militiâ rejiciebat. Sed id inter persecutiones non computatur; adeò res levioris negotii fuit, quàm ut ad Ecclesiarum vulnera pervenisset.* Seu, ut meliùs dicam, quomodò, dùm Hieroymus in Chronico decem Ecclesiæ persecutiones usque ad Licinii tempora recenset, Sulpicius in Historiâ Sacrâ novem tantùm numerat, quin nec singulas easdem cum Hieronymianis, imò, illam Aureliani inter alias prætermittens, quam huic Auctori *cruenta Aureliani scripta* ab unâ parte, ab alterâ verò *crudelia ejusdem facta* insignem meritò reddiderunt; haud ea propter tamen malæ fidei accusatus, quòd ad brevem & irritum Aureliani impetum sine dubio respexerit, *cui ne perficere quidem quæ cogitaverat licuit, protinùs inter initia sui furoris extincto*, ut noster brevi loquetur (*e*). Adde Cup. p. 2 p. 129, ad hæc verba, *Extitit enim post*, &c.

Pag. 188. lin. 1. *Nullos inimicorum impetus passa.* Non quòd nil prorsùs à Domitiani obitu ad Decium usque fuerit perpessa. Passa enim v. gr. sub Trajano, sub Adriano, sub Severo, sub Philippis, ut videre est apud Eusebium atque alios: sed quòd impetus in illam per ea tempora facti nulli fuerint, id est, inanes & levioris momenti; quique, ut cum nostro dicamus, non obstiterint, quominùs *Ecclesia ambas simul in Orientem & Occidentem porrigere posset manus*: sicut omninò in Philipp. 5. Tullius, *Nulla ista sunt*, ait, *excusationes*; non quòd nulli prorsùs excusationi occurrendum sibi esse videret, sequuntur enim continuò tres, *Meus amicus est. Sit patriæ prius. Meus cognatus*: sed quòd, ipsius judicio, tres illæ vanæ essent ac nauci; & sicut idem iterùm Philipp. 13. *Quid est autem, scelerate, quòd gemas, hostem Dolabellam judicatum à Senatu, quem tu erdinem omninò esse nullum putas?* Non quòd pariter Antonius nullum esse crederet Senatum in urbe, vel in orbe; eam enim, ut sequitur, *sibi causam belli gerendi proponebat, ut Senatum funditùs deleret*: sed quòd nulla esset Senatûs auctoritas apud Antonium. De re ipsâ vide Dodwelli Dissert. Cyprian. xi. nu. 17. & seq. usque ad 25. Quid? quòd germana fortè nostri scriptura fuerit, *nonnullos inimicorum impetus passa*; id est, paucos, nec valdè graves.

Ibid. *Manus suas in Orientem & Occiden-*

(*a*) *Lib.* 3. *Historiæ Ecclesiast. cap.* 8. (*b*) *Lib.* 2. *Historiæ Sac.* (*c*) V. *Eusebii Chronicon ad annum Domini* 127. *& Historiam Eccles. lib.* 4. *cap.* 8. *&* 9. (*d*) *Euseb. Chron. ad ann. Dom.* 168. (*e*) *Cap.* 6.

Digitized by Google

est perrexit.] Eusebius lib. 4. Historiæ Eccl. cap. 2. de rebus ad Trajani imperium pertinentibus disserens : Καὶ τὰ μὲν τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας τε καὶ ἐκκλησίας, ὅσῳπερ ἀνθρώπους θαυμάζειν ἔχοντα τετύχηκε; *Ac Servatoris quidem nostri doctrina atque Ecclesia magis ac magis in dies efflorescens, continuis incrementis augebatur.* Idem rursùs eod. lib. c. 7. sed jam de Adriani temporibus verba faciens : Ἤδη ὅ λαμπρότατον δίκην φωτὸς τῶν ἀπὸ τὴν οἰκουμένην ὑποκαβυσῶν ἐκκλησιῶν, ἐκμαζούσης τε εἰς ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος τῆς εἰς τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστεως ... *Porrò Ecclesiis jam per universum orbem instar clarissimorum siderum fulgentibus, & vigente apud totum hominum genus fide in Dominum ac Servatorem nostrum Jesum Christum*, & quæ deinceps. Quòd ad locutionem, adi sis Columbum, P. 2. p. 274.

Ibid. lin. 2. *Ut jam nullus esset terrarum angulus, &c.*] Nolebat ergò superiùs (*a*) hic Scriptor, cùm de Christi discipulis statim post ejus in cœlum ascensionem dispersis mentionem faceret, illosque, Nerone necdùm regnante, Ecclesiam per omnes provincias ac civitates fundasse adderet, intelligi quasi de totâ terrâ habitabili sine ullâ limitatione loqueretur : sed aliquot, plus, minùs, terrarum angulos in Oriente & Occidente excipiebat, ad quos ne quidem sub toto Neronis imperio religionem Christi penetrasse putabat; nonnullasque itidem ferissimas nationes, quæ nonnisi diù post Neronem Dei cultum susceperint, & ad justitiæ opera mansuefactæ sint : undè & illæ nostræ suis locis restrictiones, *lato sensu, latè*, cùm ad Auctoris verba de omni terrâ ante Neronem εὐηγελισμένῃ differeremus.

Sed num saltem in Americâ generaliter sumptâ Apostoli ex nostri Cecilii hypothesibus Evangelium ante Neronis dominationem prædicaverunt? Affirmare debet Pagius, post illa, quæ in Criticâ suâ ad annum Domini 42. num. 2. tam in margine, quàm alibi, observavit. Sed ego quidem negare non dubitaverim; & negare aliàs debet ipsemet Pagius, quoniam Lactantius, quem omnes, & Pagius ipse cum cunctis verum hujus libri parentem esse censent, & nos quoque credimus, libro tertio Institutionum, cap. 23. doctrinam Antipodum asperè exagitat; ut sint proindè inter Veteres, ne jam Augustini & aliorum auctoritatem congeram, qui Pagio negitent, Apostolos ad extrema mundi climata perrexisse. Ut meo utar instituto, habet aliquid in hunc locum Baluzius, P. 2. P. 13.

Ibid. lin. 3. *Nullæ denique natio, &c.*] Ὑπερβολικῶς hæc dicta sunt, & interpretatione lenienda. Cæterùm, non aliter ferè lib. 5. cap. XIII. loquitur, ubi : *Cùm verò*, inquit, *ab ortu Solis usque ad occasum lex divina suscepta sit, & omnis sexus, omnis ætas, & gens, & regio unitis ac paribus animis Deo serviant*, Tollius.

Ibid. *Nullæ denique natio.*] Præstaret, opinor, ex veteri codice legere, *Nulla denique Dei natio*, ob hunc Apostoli locum ad Romanos III. 29. *An Judæorum Deus tantùm? Nonne & Gentium? Imò & Gentium.* Indè quippè nulla in mundo natio, quæ non sit *Dei natio*. Præter quàm quòd cùm perrexerit Paulus, *Quoniam quidem unus est Deus, qui justificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem*, eo ipso nulla natio potuit tam feris moribus vivere, quæ non esset Evangelii prædicatione Deique cultu miteſcenda ad justitiæ opera. Vide tamen Baluzium, P. 2. p. 13.

Ibid. lin. 4. *Susceptо Dei cultu.*] Tale est apud Lactantium de Vitâ beatâ, cap. 27. *Suscipere sapientiam cum verâ religione*; & de Justitiâ, cap. 13. *Suscipere Legem divinam*; & in Epitome, cap. ultimo, *Suscipere quem Deus misit.*

Ibid. *Sed enim posteà longa pax rupta est.*] *Posteà*, id est, *sub Decio*, sicut patet ex sequentibus. *Longa* autem proindè est *annorum circiter centum & quinquaginta trium.* Cave tantùm, ut quæ suprà diximus sunt, ne hîc pacem ὁν πασῃ ἐκκλησίᾳ βαθεῖαν intelligas, hoc est, *altissimam in totâ Ecclesiâ*, qualis apud Eusebium (*b*) ponitur ab Hegesippo sub Nervâ extitisse. Nam noster contrà de pace, quam leves aliquot persecutiones quandòque turbarunt, loquitur, & cujusmodi adeò habebat ob oculos Sulpitius Severus, cùm scriberet (*c*) : *Interjectis deindè annis* VIII. *&* XX. *pax Christianis fuit; nisi quòd medio tempore Maximinus nonnullarum Ecclesiarum clericos vexavit* : ubi pacem triginta & octo annorum haud meram ac continuam, sed aliquâ vexatione interruptam vides, vocante etiam rotundè Hieronymi Chronico eam pacis sub Maximino interruptionem, *Sextam Ecclesiæ Persecutionem.*

CAPUT IV.

Pag. 188. lin. 1. *Extitit enim post annos plu-*

(*a*) *Cap.* 2. *p.* 184. (*b*) *Lib.* 3. *Hist. Eccl. cap.* 32. (*c*) *Lib.* 2. *Hist. Sac.*

www.libnol.com.cn

Digitized by Google

vimos.] Id est, post annos plurimos tranquillitatis. *Maucroixius;* ut sonat quidem Gallica ejus versio.

Indubiè ob *longa pacis* mentionem recèns factam, quam hic aliquatenùs ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendam putavit. Sed integra igitur locutio repetenda foret hoc modo: *Post annos plurimos longa pacis*, seu *tranquillitatis;* quæ mera περισσολογία, cùm qui *pacem* dicit *plurimorum annorum*, *longam* eo ipso *pacem* extitisse ponat. Mallem itaque *post annos plurimos* simpliciter de *elapsis plurimis annis* accipere, quos jam porrò centum & quinquaginta tres fuisse diximus. Adde Cuperum, P. 2. p. 129.

Ibid. *Execrabile animal Decius.*] Haud aliâ arte Neronem tractabat noster p. 185. Sed aliud planè diversum Cuperus habet infrà de Decii proximis, P. 2. p. 129.

Ibid. lin. 2. *Quis enim justitiam, &c.*] Redit ad loquendi genus, quod antè (*a*) explicuimus, cujusque simile apud Lactantium (*b*) his verbis: *Hæc sæpè causa præcipua justitiam persequendi malis Regibus fuit.* Videndus de reliquo Columbus, P. 2. p. 274.

Ibid. lin. 3. *Ad illud principale fastigium.*] An quo sensu *principale* interdùm *primum & præcipuum est?* Seu quo, verbi gratiâ, Romanorum Imperatorum potestas vocata à Trebellio Pollione (*c*) *maximum in terris culmen*, & infrà à nostro (*d*) *sublime fastigium?* Haud crediderim: sed quo potiùs *principalis auctoritas* & *principalis notio* in Zenonis Lege *de Causis criminalibus* (*e*), propriè *Principis auctoritatem & notionem* significant secundo paragrapho: *Hoc solummodò in hujusmodi viros vice quoque Principis auditori licebit, ut intentatum apud se crimen si patefactum fuerit, ad principalem referat notionem: ultionis autem tantis inferendæ dignitatibus modus non nisi in Principis residebit arbitrio; & rursùm paulò post: In hoc namque casu super coërcendâ hujusmodi accusatoris calumniâ, non immeritò consulenda erit principalis auctoritas.*

Ibid. *Furere protinùs contra Deum cœpit.*] Statim equidem à *suscepto* imperio *incœptam* constat ab eo persecutionem. Quasi hujus rei gratiâ provectus esset ad illud principale fastigium, furere protinùs contra Deum *cœpit*, *ut protinùs caderet*, inquit Lactantius. Et ad Alexandrinos unus idemque nuntius retulit, & successisse in imperio Decium, & edidisse persecutionis edicta, ut è Dionysii Alexandrini Epistolâ (*f*) constat ad Fabium Antiochenum. Nempè Romæ fuit ipse sub finem A. D. CCXLIX. quo circiter mensem Julium imperare exorsus (*g*); & primi omnium capti sunt cum sociis Moyses, & Maximus, & Celerinus, ipso adhùc Romæ versante Decio. *Dodwellus*, Dissert. Cyprian. XI. num. 53., è quo & quinque proximis (*h*), cætera, quæ ad hanc Decii persecutionem spectant, peti possunt.

Ibid. *Et quasi hujus rei gratiâ provectus esset ad illud principale fastigium, furere protinùs.*] Ita, narrante Ammiano Marcellino (*i*): *Cæsar Gallus ex squalore nimio miseriarum, in ætatis indulta* (aut *adulta*) *primitiis, ad principale culmen insperato cultu provectus, ultra terminos potestatis deletæ procurrens, asperitate nimiâ cuncta fœdabat.*

Ibid. lin. 4. *Nam profectus adversùm Carpos.*] Constantinus in Oratione ad Sanctorum cœtum *Getas* sive *Gothos*, Zozimus *Scythas*. Quæ res ita conciliari potest, ut quia Carporum Gothorumque eadem origo erat, & quia utrique propter Istrum fluvium sedes habebant, facilè eorum nomina permutarentur. *Editiones Oxon. & Cant.* è Baluzio, quem plura vide sis annotantem in eam rem, P. 2. p. 13. Adi quoque Cuperum, p. 130. & Columbum, p. 274.

Ibid. lin. 5. *Statimque circumventus à barbaris, &c.*] Mortis modum ita narrat Zosimus: Τῷ δ' ἑλόντι διὰ τῆς τέλματος ἐπ' αὐτὸν, id est, Scythas, ἐρρύησαν τῷ Δεκίῳ συμπαταγοῦντες, ἀγνοίᾳ τῶν τόπων ἀπειρηκόσιν ἐπιλαβόντες, ἐμπαγέντι τε ἅμα τῷ ὕδατι καὶ βαρυνθέντι τῇ πολλῇ, ᾗ παντοχόθεν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐκπηδώντων, μετὰ τῶν συνόντων αὐτῷ διεφθάρη, διαφυγεῖν οὐδενὸς δυνηθέντος. *Editiones Oxon. & Cant.*

Pag. 189. lin. 1. *Nec sepulturâ quidem potuit honorari.*] Malim, *Ne sepulturâ quidem*, nam hæc vulgata loquendi ratio; & sic cap. VI. *Illi ne perficere quidem qua cogitaverat licuit.* Fatendum tamen, capite VII. priori pacto occurrere: *Cùm disperderet omnia, nec à Deo quidem manus potuit abstinere;* itemque apud Lactantium, de Vitâ beatâ, cap. 1. *Qui verò ambitione inflati, aut amore potentiæ inflammati, omne studium suum ad honores acqui-*

(*a*) Pag. 36. num. 31. (*b*) Lib. 4. Institut. cap. 17. (*c*) In Valeriano patre & filio. (*d*) Cap. 18. (*e*) Lib. 3. Cod. Tit. 24. (*f*) Apud Euseb. Hist. Eccles. VI. 41. (*g*) Ex Pagii Criticâ, ad annum Christi 249. num. 5. (*h*) Id est, 52. 54. 55. 56. & 57. (*i*) Lib. 14. initio.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

rudes contulerunt, nec si Solem quidem ipsum gestemus in manibus, fidem commodabunt; quin & apud Plinium, lib. 8. cap. 36. de ursis: *Procedunt verò, sed mares prapingues; cujus rei causa non prompta est, quippè nec somno quidem saginatis prater* 14. *dies.* Sed consultus à me de his, inter alia, magnus Grævius sic respondit. Rectè te vidisse puto, cùm rescribendum censes, *ne sepulturâ quidem;* & sic quoque rescribendum in cap. 7. & Plinio, & Lactantio de Vitâ beatâ. Sæpè Librarii confuderunt *ne* & *nec*, cùm tamen suus cuique locus sit proprius. Memini, Gronovium varia loca in Suetonio sic quoque correxisse. *Grævius.*

Alia in hunc locum Baluzius, P. 2. p. 14. & Cuperus, pag. 131. observarunt.

Ibid. lin. 2. *Ut hostem Dei oportebat.*] Supple, *esse.*

Ibid. lin. 3. *Volucribus*] *Des vautours.* Maucroix. Perindè atque scriptum fuerit à nostro, *vulturibus.*

CAPUT V.

Pag. 189. lin. 1. *Non multò post, &c.*] Id est, non multò post Decium Imperatorem. *Versio Anglica.*

Anno Æræ Christi communis CCLI. Decius Abruti, quæ Mœsiæ civitas, periit; idque in fine Novembris, aut initio Decembris, ut è clarissimi Pagii Observationibus (*a*) constare potest. Anno autem ejusdem Æræ CCLVI. quod multi (*b*) volunt, vel ad summum, uti Pagius (*c*) maluit, CCLVII. Valeriani persecutio cœpta. Reverà igitur non multò post Decii interitum Valerianus simili persequendi furore fuit correptus.

Tantùm persecutionem, quam anno Christi CCLII. Gallus & Volusianus sub finem mensis Junii commoverunt (*d*), noster, qui aliquot alias tacuit, silentio quoque, uti patet, prætermisit. Sed *eam*, ut hîc meritò Pagium (*e*) exscribamus, *neque Eusebius in Chronico, neque Divus Augustinus lib.* 18. *de Civitate Dei, cap.* 51. [potiùs 52.] *neque Sulpitius Severus numerarunt*, localem quippè ac Romæ solùm excitatam; *neque Eusebius in Historiâ Martyres sub Gallo & Volusiano passos memoravit. Imò*, pergente eodem, *Orosius, qui lib.* 7. *decem persecutiones, quibus Ecclesia afflicta, cum decem plagis, quibus percussa est Ægyptus, confert, septimam plagam sub Gallo & Volusiano deducit ex pestilentiâ, qua omne propemodùm genus hominum & pecudum neci dedit, non verò ex tormentis Fidelibus inflictis.* Hæc ergò *Pagius.*

Ibid. *Valerianus.*] Senior nempè, qui anno Christi CCLIII. statim post Gallum & Volusianum interfectos, ab exercitibus Noricis ac Rhæticis electus Imperator, & mox Augustus factus. Idem aliàs non solùm P. Licinii Valeriani pater, sed simul P. Cornelii Valeriani Salonini avus extitit. Vide Pagium ad annum Christi 259. num. 3. 4. & ad ann. 253. num. 8. 9.

Ibid. *Valerianus.*] Qui initio Principatûs sui erga Christianos se benignissimum præstitit, dein verò cum hâc indole fortunam etiam mutavit. *Edit. Oxon. & Cant.* Adde Baluzium, P. 2. p. 14.

Lin. 2. *Impias manus in Deum intentavit.*] Capite 3. *Donec impias manus adversùs Dominum tenderet.* Estque priòr locutio apud Virgilium, & Tacitum, aliosque perfrequens.

Ibid. *Quamvis brevi tempore.*] Id est, spatio duorum circiter annorum, ex Pagii calculo (*f*), quem bonum putamus. Non quòd biennio tantùm Valerianus imperaverit; inchoaverat enim annum imperii septimum, quandò à Sapore captus est: sed quòd cum Reverendissimo Episcopo Sarisb. *breve*, de quo agitur, *tempus* accipiendum credamus de duratione persecutionis, potiùs quàm cum Maucroixio (*g*) de duratione imperii. Confer Dodwellum, Dissert. Cyprian. XI. num. 59. & 60.

Lin. 3. *Justi sanguinis.*] Multùm pro *temporis brevitate*, multùm pro *passorum qualitate* intellexit. *Dodwellus* (*h*).

Alii aliter, ut ex eodem patet, qui tibi adeundus. Sed quem, verbi gratiâ, sanguinem vir doctissimus fusum fuisse contendit in Ægypto *ultra Edicti modum*, quod Valerianus ad Senatum misit, & cujus summam Cyprianus nobis in Epistolâ ad Successum (*i*) conservavit, quidni potiùs & propriè fusus

(*a*) *In Criticâ, &c. ad ann. Christi* 251. *num.* 29. (*b*) *Baronius, v. gr.* (*c*) *In eâdem Criticâ, ad ann. Christi* 256. *num.* 15. & 257. *num.* 4. (*d*) Vide *Pag. ibid. ad ann. Christi* 252. *num.* 7. 8. *& seq.* (*e*) *Ibid. num.* 14. (*f*) Vide *ejus Criticam, ad ann. Christi* 256. *num.* 15. 257. *num.* 4. *&* 259. *num.* 7. (*g*) *Son régne, quoique de peu de durée, coûta beaucoup de sang aux fidéles.* (*h*) *Dissert. Cyprian.* XI. *num.* 61. (*i*) *Quæ est* LXXXII. *edit. Pamel. &* LXXX. *edit. Oxon.*

Digitized by Google

dicetur ex ſpeciali reſcripto ad Ægypti Præfectum Æmilianum ? Diſputat enim ex ſolo Valeriani ad Senatum Edicto Dodwellus : at præter illud, imò & ante illud, quod urbi Romæ, ſeu ad ſummum Italiæ proprium fuit, quamplurima alia ad Provinciarum Præſides ab eodem Valeriano Imperatore miſſa fuerant, ut ex dictâ Cypriani Epiſtolâ certum eſt ; in quâ, poſt deſcriptam Valerianei ad Senatum Edicti ſummam, ſequitur : *Subjecit etiam Valerianus Imperator orationi ſuæ*, id eſt, Legi (*a*), *exemplum litterarum, quas ad Præſides provinciarum de nobis*, hoc eſt, in genere de Chriſtianis, *fecit*. Et, quod magis eſt, non modò apud Euſebium Ægypti Præfectus Æmilianus τῆς τῶν Σεβαστῶν κελεύσεως, quaſi ad verbum dicas, *Auguſtorum juſſionis*, ad ſe miſſæ meminit : ſed id reſcriptum diverſum fuiſſe ab eo, quod ad Senatum Valerianus miſit, duæ res inter alias monent : una, quòd illud ad Senatum ſolius Valeriani fuerit, ſi Epiſtolam Cypriani non uno loco audiverimus ; illud verò ad Æmilianum non ſolius Valeriani, ſed Auguſtorum, id eſt, Valeriani & Gallieni : altera autem, quòd ex Auguſtorum κελεύσει ad Æmilianum miſſâ, debuerit ille ante omnia Chriſtianos ſuæ Provinciæ in quendam Libyæ locum nomine Cephro relegare, quâ de re ne verbum quidem in Cyprianico Valeriani ad Senatum reſcripto ; nec injuriâ ſanè, cùm ea res ad Ægypti Præfectum ſpecialiter pertineret, non ad Senatum, & jam Valerianus de Chriſtianis, qui in provinciis degebant, ad earum Præſides ſcripſiſſet. Acta publica Confeſſionis Dionyſii & aliorum apud Euſebium : *Æmilianus Præfectus dixit : Video vos ingratos eſſe ſimul ac ſtupidos, qui clementiam Auguſtorum minimè ſentiatis. Quamobrem non manebitis in hâc urbe : ſed mittemini in partes Libyæ ad locum, qui dicitur Cephro. Hunc enim locum ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν σεβαστῶν ἡμῶν, juſſu Auguſtorum noſtrorum elegi ;* ad quem igitur ſingulare aliquod reſcriptum allatum fuerat ab Imperatoribus, & qui proindè ſanguinem, quem fudit poſteà copiosè in Ægypto (*b*), fudiſſe meritò ex eodem Auguſtorum mandato cenſendus eſt. Pluſque adeò ſanguinis, ne nunc alia adferam, Valerianus fuderit, quàm Dodwello viſum.

Lin. 4. *Ut eſſet poſteris documentum, &c.*] Sic ſuprà, cap. 1 *Diſtulerat . . . pœnas eorum Deus, ut ederet in eos magna & mirabilia exempla, quibus & poſteri diſcerent . . . Deum . . . mortem dignâ ultione ſuperbis, & impiis, ac perſecutoribus inrogare.*

Ibid. *Adverſarios Dei ſapè, &c.*] Audin' ut, ex hujus Auctoris hypotheſibus, *dignam ſuo ſcelere mercedem Dei hoſtes*, non SEMPER, ſed SÆPE *recipiant ?* Firmat ergò validè hic locus quæ ſuprà à nobis (*c*) contra Tollium diſputata ſunt. Potuiſſetque adeò Trajanum & Antoninos noſter, vel ſi maximè tranquillâ morte obierint, Eccleſiæ perſecutoribus accenſere, ſi quæ ſub illis perſecutiones contigerunt, ab eorumdem Edictis manaſſent : ſed quoniam aliundè ortæ ſunt, idcircò illi per noſtrum in *bonorum Principum* catervam fuerunt relati. Quæ cùm ita ſint, vellem ſi *ſapè* clariſſimi Interpretes non ſuppreſſiſſent.

Lin. 5. *Hic captus à Perſis.*] Quo anno Valerianus à Sapore captus fuerit, hactenùs in controverſiam vocatum . . . Certum eſt, currenti anno Chriſti 259. Valerianum *ad mancipii fortunam*, ut Zoſimi verbis utar, redactum fuiſſe, inchoato ſeptimo imperii anno . . . æſtate circiter ineunte. *Pagius*, qui omninò videndus.

Captus eſt ſub finem anni CCLXI. *Dodwellus*, Diſſert. Cyp. XI. num. 59.

Valerianus, in Chriſtianos perſecutione commotâ, ſtatim à Sapore, Perſarum Rege, capitur. *Hieronymus* in Chronico, ad annum Æræ ſuæ Domini CCLVIII. ſecundùm Scaligeri editionem. Sed non unico errore. Vide ſuprà, num. 4. & Pagium ſuis locis.

Lin. 8. *Si quandò libuerit.*] *Si quandò libuerat.* Editio Abo. ſeu caſu, ſeu conſilio. Nihil enim eâ de re Columbus in ſuis Notis.

Latinum magis, *liberet*, vel, quod propiùs ad veteris libri ſcripturam, *libuerat*. Tollius.

Poſteriorem malim conjecturam. Nam nec aliter ferè, cap. XXI. *Quotiens delectari libuerat.* Cogitavi etiam, pleniorem fortè noſtri manum fuiſſe, non, *ſi quandò libuerat aut vehiculum aſcendere, aut equum*, cum gemino *aut*, ſed cum unico, *ſi quandò libuerat vehiculum, &c.*

Ibid. *Vehiculum aſcendere, aut equum.*] Ita ſine præpoſitione Terentius, *aſcendere navem ;* Cæſar, *aſcendere jugum ;* & uti hîc denique Livius ac Suetonius, *aſcendere equum :* quamvis præpoſitio in talibus adhiberi ſoleat, & Livius ipſe alibi *aſcendere in equum* dixerit.

(*a*) Vide *Notas edit. Oxon.* (*b*) Vide *Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. XI.* (*c*) *Cap. 3. num. 19.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Lin. 9. *Inclinare ſibi, &c.*] Quam contumeliam ultrò diſſimulat Treb. Pollio, qui aliam non memorat contumeliam, niſi quòd Sapores cum Romanorum Rege ut vili & abjecto mancipio loqueretur, quaſi intra verba ſolùm ſtetiſſet hoc dedecus. *Edit. Oxon. & Cant.*

Ibid. *Inclinare ſibi ...*] Eutropius, in Vitâ Pontii manuſcriptâ, ex Bibliothecâ doctiſſimi P. Puteani: *Valerianus ſcilicet Imperator in captivitatem ductus à Sapore, Rege Perſarum, non gladio; ſed ludibrio, omnibus vita ſua diebus merita pro factis percepit; ita ut quotieſcunque Rex Sapor equum conſcendere vellet, non manibus ſuis, ſed incurvato dorſo, & in cervice ejus pede poſito, equo membra levaret.* Gale; & Baluzius infrà, P. 2. p. 14. cum variantibus tamen aliquot lectionibus non ſpernendis.

Ibid. *Romanum.*] *The Roman Emperour.* Id eſt, Romanum Imperatorem. *Verſio Anglica.*

Ibid. *Romanum.*] Supple, *Regem*, *διὰ τὸ κατὰ τὸν*. Quod ne dubitanter facias, vide ut jamdudùm Trebellius Pollio præiverit. [*Valerianus*] inquit, *victus eſt à Sapore, Rege Perſarum ..... quem cùm glorioſâ victoria ſucceſſu minùs honorificè, quàm deceret, ſuperbo & elato animo detineret, atque cum* ROMANORUM REGE *ut vili & abjecto mancipio loqueretur, &c.* Ut Græci ergò tam Auguſtos ſeu Imperatores, quàm Cæſares ab Auguſtis diverſos ſexcentiès βασιλίας vocarunt: ita Latini quoque non rarò poſt primi & ſecundi ſæculi Imperatores, Auguſtis & Imperatoribus *Regum* nomen dederunt; quin & alterum in ſpeciem multò minùs nobile, uti mox videbimus.

Ibid. *Impoſito pede ſuper dorſum ejus.*] Phraſis, cujus nulla nunc mihi occurrunt exempla, niſi apud Vulgatam, ubi, verbi gratiâ, 2. Reg. 12. 30. *Et* [*diadema*] *impoſitum eſt ſuper caput David*; & Act. 15. 10. *Quid tentatis Deum, imponere jugum ſuper cervicem Diſcipulorum?* Adde Cuperum, P. 2. p. 138. & ſeqq.

Pag. 190. lin. 1. *Illud eſſe verum dicebat.*] Loci ſenſum non aſſequor, niſi innuat Lactantius illud à Sapore exprobrati verum eſſe, Valerianum ſibi eſſe Mancipii loco, utpotè qui ſcalæ vel ſtapedis vicem præſtaret; non ea utiquè, quæ Romani in tabellis depingunt, hoc eſt, *devictos Perſas triumphoſque ab illis reportatos.* Edit. Oxon. & Cant. à quibus diverſus non abit elegantiſſimæ verſionis Pariſienſis Auctor.

Malim, *Illud eſſe verum ſpectaculum dicebat*; quomodò capite XVI. *Hic eſt verus triumphus cùm, &c.* Gale.

Ibid. *Illud eſſe verum dicebat.*] Nimirùm, quòd pedem dorſo Valeriani impoſuiſſet, atque illud etiamnùm loquens premeret. Tota enim ſeries orationis eſt, *& impoſito pede ſuper dorſum ejus, illud eſſe verum dicebat ..... non quod in tabulis aut parietibus Romani pingerent*: ut ad eum tandem utriuſque corporis ſitum, non fictitium, ſed reipsà conſtantem, Cecilius noſter poſt Saporem reſpexerit, quo Sapores Valeriani dorſum, inclinare ſe & terga præbere ſemel juſſi, ſuo pede calcabat. *Inclina te mihi, ac terga prabe*, aiebat igitur imperioſiùs Rex Perſarum Romano. Quod cùm dictum factum Valerianus præſtaret, pedem illicò Sapores ejus dorſo imponebat, *Hoc verum eſt*, inquiens, *non quod in tabulis aut parietibus Romani pingunt.* Quaſi dixiſſet: Auſi ſunt aliquandò Romani tui Perſas ſibi hoc pacto ſubjectos depingere. Sed illa ad libitum efficta erant, & merè imaginaria. At quod jam tibi, terga præbenti, pedem impono, id pura puta veritas, Valeriane. Sicque tota, meo judicio, hujus loci difficultas hinc orta, quòd Auctor non integra ſeu ipſiſſima Saporis verba, quæ jam, credo, attulimus, repræſentaverit, verùm interpolata, & quibus uſus ſit pro ſuis. Adde Cuperum, P. 2. p. 131. & Col. p. 274.

Ibid. *Exprobrans ei cum riſu.*] Multùm, ni fallor, lucis & elegantiæ afferri poſſit his verbis, ſi cum proximè præcedentibus ac ſequentibus connectantur in hunc modum: *illud verum eſſe dicebat, exprobrans, & cum riſu, non quod in tabulis*, &c. Neque adeò dubito, quin ipſiſſima ſit auctoris manus: ut haud, inquam, ſcripſerit *Saporem Valeriano exprobraſſe cum riſu*; nam iſta ſanè locutio obſcura, & minùs Latina: ſed *id quod Valeriano Sapores dicebat, dictum illi fuiſſe exprobrando, & ridendo ſimul.*

Lin. 3. *Digniſſimè triumphatus.*] Hoc eſt, ut meritus erat. Sic enim *dignus* & *dignè* veteribus. Noſter capite 1. *Deum mortem dignâ ultione perſecutoribus invogare*; & hoc ipſo, *adverſarios Dei ſæpè dignam ſcelere ſuo recipere mercedem.* Aliàs, *indigniſſimè* ſoret legendum. *Triumphatus* autem, propter ſequentia, *ad memoriam clariſſimi triumphi*, videtur omninò *per triumphum ductus* ſonare. Nec aliò, opinor, Anglica verſio referenda, *Being thus led about in triumph.*

Ibid. *Aliquandiù vixit.*] Vixit in eâ ſervitute Valerianus uſque ad annum CCLXIX.

Digitized by Google

Auctore Chronici Alexandrini teste, cui hâc in re fides habenda : *His Coss.*] Claudio nempè & Paterno] *Valerianus Augustus à Persis oppressus periit.* Pagius.

Nimirùm, ad An. Chr. CCLIX (*a*) quo Valerianum captum fuisse à Sapore, Pagio (*b*) certum est. Fuitque adeò Valeriani servitus decem annorum.

Lin. 5. *Cùm filium haberet Imperatorem.*] Seniorem scilicet Gallienum, quem jam ab anno Christi 251. consortem imperii fecerat, & qui, capto patre, summam rerum solus per multos annos administravit. Quò hæc Anglicæ Tralationis verba pertinent : *Tho he had a Son, upon whom the Empire had devolved by his misfortune.* Adde Baluz. P. 2. p. 14. & Cup. p. 138.

Ibid. *Servitutis extremæ.*] Eodem proculdubiò sensu, quo *extremi ingenii homo* apud Livium, pro *homine ingenii infimi*, & *extremi homines*, pro *infimis ac humillimis*, occurrunt.

Lin. 6. *Nec omninò repetitus est.*] Id verissimum. *Et Bactriani tamen, atque Hiberi, & Albani, & Tauroscythæ, ad Romanos duces stripserant, auxilia pollicentes ad Valerianum de captivitate liberandum*, ut scripto reliquit Trebellius Pollio in Valeriano Seniore.

Lin. 7. *Directa est cutis.*] Sententia Nicolai Heinsii fuit, scribendum esse, *derepta est ei cutis.* Aliud enim Latinis est *diripere*, ut *diripere agros, urbes*; aliud *deripere*, quod est *detrahere, auferre*, ut multis ostendit vir ille magnus in Notis ad Ovidium, idque probat fide & auctoritate vetustissimorum librorum. *Gravius.*

Confer Cuperi Præfationem, fol. 5. & eundem, P. 2. p. 138. & 197. itemque Baluzium, p. 14.

Lin. 8. *Infecta rubro colore.*] *Qu'ils peignirent de rouge.* Maucroix.

Tanquàm noster, *picta rubro colore* scripserit.

And both it and its being tainctuied with a red colouring. Versio Anglica.

Perindè jam ac si apud nostrum *tincta rubro colore* legatur, nec de solâ Valeriani cute, verùm de ejus intestinis quoque agatur. Quod posterius vereor, ut facilè cum isto narrationis complexu conciliari possit, *& exuta visceribus pellis, infecta rubro colore, ut poneretur*.... De cæteris, vix ausim quid potiùs sequar eligere. Credo tamen, secundam præstare interpretationem ob hunc Plinii locum (*c*) : *Mulieribus etiam palpebræ* INFECTÆ *quodammodò : tantæ est decoris affectatio, ut* TINGANTUR *oculi quoque.*

Ib. *Infecta rubro colore.*] Uti donaria ἀγάλματα solebant minio obduci. Quâ de re Servius ad Virgilium. Ruber enim color Diis sacer, propter igneam eorum naturam. *Tellius.*

Accederem libens viri docti sententiæ, nî proximè sequeretur, *ut in templo barbarorum deorum* AD MEMORIAM CLARISSIMI TRIUMPHI *ponneretur.* Sed ex verbis, fateor, *ad memoriam clarissimi triumphi*, mihi ante omnia suspicio est, indutum fuisse purpureâ veste Valerianum eâ die, quâ de illo triumphavit Sapores; quò nempè asperiùs Valeriano insultaret, & se de Imperatore triumphum agere omnium oculis ostenderet. Nam nec aliter Christum purpureâ veste Romani milites, cùm ei impensiùs illudere vellent, induerunt (*d*). Deindè verò suspicor quoque, non aliâ de causâ placuisse Sapori, ut Valeriani, tandem mortui & corio exuti, cutis rubro colore inficeretur, quàm ut clarissimæ illius diei memoria in perpetuum duraret, quâ Valerianum in triumpho eduxerat purpuratum. Confer Baluzium ad eadem verba. P. 2. p. 15.

Lin. 10. *Cùm exuvias capti principis.*] Non quo igitur sensu apud Virgilium lib. 2. Æn.

.... *exuvias indutus Achilleï* :

sed quo propriè apud eundem (*e*) *exuvias serpentis* habemus in his versibus :

Cùm positis novus exuviis, nitidusque juventâ
Volvitur.

Itemque apud Plautum (*f*) *exuvias bubulas*, pro corio, vel pelle bubulâ ; & rursùs apud Actium in Bachiis :

Tunc pecudum exuvias lævo pictas lateri accommodans.

Qui locus an quod jam præcessit, *infecta rubro colore*, aliquatenùs illustrare queat, judicent Docti : mihi non videtur, sed pertinere potiùs ad pictas veterum vestes. Et de reliquo, quem noster paulò ante Imperatorem tacitè *Regis* nomine donavit, exertè nunc *Principem* appellat : quod primâ, ut dixi, specie multò minùs habet nobilitatis. Sed id nolito Valeriani captivitati tribuere. Latinis maxima feliciorum Imperatorum dignitas & potestas nonnunquàm *principa-*

(*a*) *Num.* 6. (*b*) *Ad annum Christi* 259. *num.* 7. (*c*) *Lib.* XI. *cap.* 37. (*d*) *Matth.* XXVII. 28. (*e*) *Georgic. lib.* 3. (*f*) *In Mostell. Act.* 4. *Sc.* 1.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

tus dicta, ipsique *Principes* nuncupati. Hinc noster Capite 3. *Multi ac boni Principes Romani Imperii clavum regimenque tenuerunt.* Indèque mox eidem, Cap. 4. de illorum ὑπεροχῇ, *fastigium illud principale.* Sed & ita apud Plinium & alios, *Claudii principatu*, & *Divi Augusti principatu*, pro *Claudio & Divo Augusto imperantibus.* Denique, de ipsissimo nostro Valeriano, cùm jam captivus esset, Balerus Rex Caduſiorum ad Saporem scribens: *Captum*, inquit, *Valerianum principem principum, non satis gratulor (a)*; ut vel indè pateat, quid ex cæcâ & pravâ Ethnicorum adulatione *Princeps*, cùm de Romano Imperatore dicitur, sonet, idem scilicet, quod de Dei Filio in Apocalypsi *(b)*, *Princeps Regum terræ.* Apage sis.

Lin. 11. *Apud Deos suos cernerent.*] Sexcenta sunt in Latinorum libris exempla, ubi *apud me*, & *in ædibus meis*, unum & ide mprorsùs notant. Atque ita nunc *apud Deos suos*, & *in templo barbarum Deorum*, quòd recèns præcessit, eòdem mihi redeunt.

Lin. 13. *Facere... adversùs majestatem Dei.*] En quod suprà (*c*) diximus, *facere* apud nostrum absolutè, hoc est, sine accusativo, quem regat, reperiri. Neque aliter in fine Capitis 6. *contra Deum fecerunt.* Quod ut minùs mireris, sciendum τὸ *facere* in utroque exemplo nil aliud esse, quàm quod quotidiè neutraliter dicimus *agir*, Græci ferè πολιτίνεσθαι: quo & sensu hic Auctor, Cap. 11. de Maximiano loquens, *Exindè insolentissimè agere cæpit.*

Ibid. *Singularis Dei.*] Vide Cuperum, P. 2. p. 139.

Lin. 14. *Continentis universa.*] Vide eund. ibid.

CAPUT VI.

Pag. 190. lin. 1. *Aurelianus.*] Quintilli, seu, secundùm Hieronymi Chronicon, Quintilii Imperatoris, qui die imperii decimo septimo interfectus est, successor; idque anno Christi 270. mense Novembri, aut insequenti. Eundem aliquot locis *L. Domitium Aurelianum* Indiculi Consulum nominant; modò etiam nonnullæ Inscriptiones, *Valerium Aurelianum*, à familiâ Valeriâ, quæ ipsi erat gentilis. V. Hieronymum in Chronic. ad A. Dom. CCLXXI. Criticam Pagii ad A. Chr. CCLXX. nu. 3. & CCLXXI. nu. 1. Petavium denique De Doct. Temp. ad annos Chr. 274. & 275.

Ibid. *Naturâ vesanus, &c.*] *Aurelianus, quod negari non potest, severus, truculentus, sanguinarius fuit princeps.* Edit. Oxon. & Cant. ex Fl. Vopisco. Adde Baluz. P. 2. p. 15 & Col. p. 276.

Ibid. *Quamvis captivitatem Valeriani meminisset.*] Si quis, undè id noster sciverit, cogitet rogare, responsio in promptu. Potuit meminisse, quia res erat adeò recens & illustris, ut illius non posset non recordari; mortuo quippè novissimè Valeriano apud Persas post annos decem captivitatis, seu, quod eòdem redit, anno demùm Christi 269. Vide suprà, cap. 5. p. 581.

Pag. 191. lin. 1. *Iram Dei crudelibus factis lacessivit.*] Non *intentata* igitur duntaxat persecutio ab Aureliano, quod clarissimo Dodwello visum est (*d*), sed *executioni mandata*, ut loquitur & multis probat Pagius in Criticâ Historico-Chron. ad annum Christi 272. nu. 5. & 6. Conferantur insuper tertius, quartusque: quin & Baronius ad annum Christi 273. nu. 9. 10. & 275. nu. 4. 5. & seq. ubi, si non *innumera* illa *Martyrum millia* recensentur, quos Leo Magnus in octavâ sub Aureliano persecutione passos esse posuit (*e*), nominantur saltem plurimi, eorumque pœnæ, ex fide Martyrologiorum, & similium Scriptorum auctoritatibus.

Ibid. *Aurelianus... iram Dei crudelibus factis lacessivit. Verùm illi ne perficere quidem quæ cogitaverat licuit: sed protinùs inter initia suæ furoris extinctus est.*] Edictum itaque *indulgentiæ* emiserit Gallienus Ægyptiis An. Dom. CCLXII accuratissimè, instante solennitate Paschali... Indè nemo est de persecutione suspectus usque ad Aurelianum. Eum tamen ipsum prætermisit Sulpicius Severus, vir alioqui fabulis addictissimus. Et meritò quidem ille. Intentata enim duntaxat erat ab Aureliano, non item executioni mandata. Id satis manifestè indicant Scriptores illis temporibus proximi Lactantius (*f*) & Eusebius (*g*). Ecquid illis Lactantii verbis clarius? *Verùm illi ne perficere quidem quæ cogitaverat licuit: sed protinùs, &c.* Similiter Eusebius de eodem Aureliano... ἤδη πού βυλαῖς ὡς ἐν διαγμῷ ἐγείρειν ἀνεκτέον· πολύς τε ἦν ὁ φθὰς πᾶσι δεῖ τύτε λόγου. μάλιστα δὲ ἤδη, ἐν χρόνοις εἰπεῖν τοῖς καθ' ἡμᾶς γεγενημένοις ὑποσημήνασθαι θεία μήνυσις δίκη, μο-

(*a*) Vide *Trebell. Pollion. in Valeriano.* (*b*) *Cap.* 1. 5. (*c*) *Pag.* 45. *num.* 5. (*d*) *In Dissert. Cyprian.* 11. *num.* 64. (*e*) *Serm.* 2. *de Pentec.* (*f*) *De Mort. Persec. cap.* 6. (*g*) *Lib.* 7. *Hist. Eccl. cap.* 30.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

γοντος ἐξ ἀγκῶνος τῆς ἐγχειρήσεως αὐτοῦ ὑποδεισθέντα... Impulsus itaque erat duntaxat Aurelianus, ut persecutionem adversùs Christianos commoveret; & de eâ rumor solùm, quasi de re nondùm ad exitum perductâ ferebatur. Μέλλοντα etiam dixit, & edictis χεῖρον ἤπειν ὑποπτευόμενον, à Deo esse occupatum. Nondùm igitur persecutionem excitaverat: vixdùm etiam subscripserat edictis, cùm à Deo punitus est. Constricto cubito Deus conatum ejus repressit. Nondùm igitur res erat ultra conatum perducta; nondùm etiam plagam inflixerat, quam fuerat elevato brachio minatus. *Dodwellus* (*a*).

Lin. 2. *Verùm illi ne perficere quidem, &c.*] Producit [hunc] Lactantii locum Dodwellus (*b*), aitque: *Si* [*Aureliano*] *perficere qua cogitaverat non licuit, ut tradit Lactantius, nullos itaque ejus decreto factos Martyres fuisse necesse est.* Verùm, ex hoc ipso loco, & sequentibus, Dodwelli sententia jugulatur. Lactantius enim, qui istis temporibus fuit proximus, dicit quidem Aurelianum, quæ cogitaverat, perficere non potuisse, non verò ei illa inchoare non licuisse; persecutionem verò inchoasse statim subdit: *sed protinùs inter initia sui furoris extinctus est*: non itaque ante ejus initium, sed antequàm eam perficere & ad finem perducere posset, quod sequentibus verbis magis confirmat: *Nondùm ad Provincias ulteriores cruenta ejus scripta pervenerant, & jam cruentus ipse humi jacebat.* Pervenerant ergò ad Provincias viciniores Thraciæ, ubi interfectus est. Quibus etiam verbis Lactantius confirmat quod in Chronico Eusebii (*c*), & apud Orosium (*d*) traditur, inter decretum persecutionis & Aureliani cædem aliquod temporis spatium intercessisse. *Pagius*, apud quem plura in eam rem digna lectu (*e*).

Lin. 3. *Sed protinùs inter initia sui furoris extinctus est.*] Occisus Aurelianus uno aut altero mense, ut videtur, postquàm persecutionis edictum emisit. *Idem Pagius* (*f*).

Brevissimæ igitur eatenùs, quo & illam nomine appellavit (*g*), duorumque ad summum mensium. Sed, pergente viro docto, eadem post Aureliani interitum per aliquot menses, id est, per sex mensium interregnum duravit; & quicunque Christiani martyrium tunc passi sunt, sub Aureliano in Martyrologiis passi dicuntur, quia videlicèt virtute ejus decreti occisi. Ita ergò rursùm *Pagius*.

Ibid. *Extinctus est.*] Vide Baluzium, Par. 2. pag. 15.

Lin. 4. *Ad Provincias ulteriores.*] Id est, ultimas. Thracia enim nondùm à nostro nominata est, ut possis cum Pagio *Provincias ultra Thraciam sitas* intelligere. Maucroixius, *Aux provinces les plus eloignées*, eodem nobiscum sensu.

Ibid. *Scripta.*] Hoc est, *Edicta*, quæ Maucroixii versio; vel, *Edicta contra Christianos*, quæ plenior Episcopi Sarisber. interpretatio. Scito tantùm videri, ejusmodi *Scripta* Cap. X. num. 22. alio nomine *litteras* vocari his verbis, *datisque ad Præpositos litteris, etiam milites cogi ad nefanda sacrificia præcepit*; ubi lege quæ notavimus.

Ibid. *Coenofrurio.*] *Sed cùm iter faceret, apud Coenophrurium, mansionem quæ est inter Heracleam & Byzantium, malitiâ notarii sui, & manu Mucaporis interfectus est.* Editio Ox. & Cant. ex Vopisco.

Adde Baluzium, P. 2. p. 15. & Col. pag. 276.

Lin. 5. *Qui locus est Thraciæ.*] Sed quis locus? *Un Bourg*, ait Maucroixius, id est, *pagus*. Præiverat Ferrarii Lexicon Geographicum: *Canophrurium, Castelnovo, ut ipsum nomen Græcum significat, pagus Thraciæ, ad Propontidem, inter Byzantium... & Heracleam... ubi Aurelianus Imperator interfectus est, teste Eutropio.* Vopiscus *mansionem* vocavit in verbis modò allatis: de cujus vocis significatione dicetur suo loco in sequentibus.

Ibid. *Falsâ quâdam suspicione.*] Vide Baluz. P. 2. p. 15.

Lin. 6. *Ab amicis interemptus.*] Edit. Ox. & Cant. ex Vopisco: *Incidit autem, ut se res fataliter agunt, ut Mnestheum quem pro Notario secretorum habuerat, libertum, ut quidam, suum, infensiorem sibi minando redderet, quod nescio quid de quodam suspicatus esset. Mnestheus qui sciret Aurelianum neque frustrà minari solere, neque, si minaretur, ignoscere, breve nominum conscripsit,, mixtis iis, quibus Aurelianus verè irascebatur cum iis de quibus nihil asperum cogitabat, &c.*

Quem Vopiscus Mnestheum vocat, à Zosimo Ἔρως dicitur, τῶν ἐξωθεν φροντίστων ὑπογράφων μυστηρίων ταττόμενος, uti olim ad primum Zosi-

(*a*) *Diss. Cypr. XI. num. 63. & 64.* (*b*) *In Diss. Cypr. loco proximè laudato.* (*c*) *Ad annum Christi 275. & 276.* (*d*) *Lib. 7. cap. 23.* (*e*) Vide *ejus Criticam, ad ann. Chr. 272. num. 6.* (*f*) *Ibidem.* (*g*) *Ibid.*

mi librum

Digitized by Google

mi librum annotavimus. *Eadem editiones.*

Adde Columbum, P. 2. p. 276.

Lin. 8. *Contra Deum... fecerunt.*] Versio Anglica: *They acted against God.*

Ad verbum *Egerunt contra Deum*; quod illa, quæ à nobis in fine Capitis V. num. 25. dicta sunt, firmat. Conferatur Columbus, P. 2. p. 276. Sallustius (*a*) non dissimili ratione de veteribus Romanis: *Optimus quisque facere, quàm dicere... malebat.*

CAPUT VII.

P. 191. lin. 1. *Diocletianus.*] Qui anno Christi 284. malè enim Scaliger seriùs (*b*), Imperator renunciatus est; idque, non Palilibus, seu die 21 Aprilis, ut quamplurimis ante Petavii Doctrinam Temporum persuasum fuit, sed die 17 Septembris, si cum Pagio auctorem Chronici Alexandrini libeat sequi, vel XII. Kal. Decembres, id est, die 20 Novembris, si Diocletianeam Baluzii Chronologiam prætuleris. Vide infrà, P. 2. ad calcem; Petavium autem, lib. XI. de Doct. Temp. C. 30; denique Pagii Criticam in Annales Baronii ad annum Christi 284. nu. 3. & 4.

Ibid. *Qui scelerum inventor & malorum machinator.*] Maucroix: *Mauvais Prince, & auteur de tous nos maux.*

Quasi postrema hujus loci verba sint, *& omnium nostrorum malorum machinator.*

Versio Anglica: *That was the Contriver of all our late miseries.*

Perindè etiam atque recepta lectio sit, *Inventor postremorum omnium nostrorum malorum.* Occurrunt, opinor, ambæ tralationes difficultati, quam ad caput IX. num. 38. tanget Tollius. Adde Col. P. 2. pag. 276.

Lactantius in lib. de Mortibus Persecutorum cap. 7. quibus moribus Diocletianus imbutus fuerit, nos edocet.... Diocletianum tamen prioribus Imperii annis Christianis favisse testatur Eusebius lib. 8. cap. 1. ubi quantam gloriam ante persecutionem anno CCCIII. excitatam Religio Christiana consecuta esset indicans, ait: *Argumento esse possit Imperatorum benignitas ergà nostros, quibus regendas etiam Provincias committebant, omni sacrificandi metu eos liberantes ob singularem, quâ in Religionem nostram affecti erant, benevolentiam. Quid opus est dicere de iis, qui in Imperatorum palatiis versabantur? Quid de Imperatoribus ipsis, &c.* quæ hùc referenda. *Pagius ad annum Chr. 284. nu. 9.*

Lin. 2. *Nec à Deo quidem.*] Vide dicta ad cap. IV. nu. 8.

Lin. 3. *Orbem terræ.*] Quem mox *Diocletiani regnum* appellari videbis, & qui proindè simpliciter de Imperio Romano intelligendus, uti & vox *Orbis* paulò post sine addito posita.

Ibid. *Avaritiâ & timiditate.*] Avaritiæ exemplar occurrit apud Vopiscum in Numeriano, cùm apud Tungros diverteretur. *Editio Ox. & Cant.*

Affert Vopisci locum Baluzius, P. 2. pag. 15. Vin' hîc verò insigne Diocletiani timiditatis argumentum? Perge quæ noster dicit legere. *Tres enim*, inquit, *participes regni sui fecit.* Ratio, si quæ ulla unquàm, peremptoria. Confer Aurelii locum mox adducendum num. 8. *Quoniam bellorum moles acriùs urgebat, &c.* Item clarissimum Græcium ad caput VIII. nu. 6. Postremò, quæ ad nonum dicimus, num. 39. & ad X. nu. 2.

Ibid. *Subvertit* [*orbem terræ.*] Acta Latina Passionis SS. Martyrum Tarachi, Probi, & Andronici (*c*), quos sub Diocletiano & Maximiano Herculio seriùs ociùs passos esse certum est: *Maximus dixit, Maledicis Principes, ô malum caput, qui diuturnam & almam pacem præstiterunt. Andronicus dixit, Ego maledixi & maledico potestates & sanguibibulos, qui* SÆCULUM EVERTERUNT. Quod cùm magno animo, viventibus iis Principibus, & apud Præsidem Romanum dictum fuerit, major sanè huic Scriptori, dum post utriusque mortem similia affirmat, fides est habenda.

Ibid. *Tres enim participes regni sui fecit.*] Maximianum cognomento Herculium anno Ch. 285. Constantium cognomento Chlorum, & Galerium Maximianum cognomento Armentarium, anno 293. *Editio Ox. & Cant.*

Adde Baluzium, P. 2. p. 15. Cuperum, p. 139. Columbum, p. 277. & Pagii Criticam ad annum Ch. 292. quo videlicèt secundùm Pagium, non sequente, Constantius Chlorus & Galerius Maximianus à Diocletiano Cæsares facti.

Lin. 4. *Regni sui.*] Tanquàm de *Regis* propriè dicti ditione & potestate agatur, non verò de Imperatore, qui *orbem terræ* administrabat.

(*a*) *In Bello Catilinario.* (*b*) *Lib. 5. de Emend. Temp. pag. 467.* (*c*) *Cap. 9. p. 283. edit. Bigot. ad calcem Vitæ S. Chrys. per Palladium.*

Sed quia, ut jam vidimus, Romani Imperatores, tertio saltem sæculo, *Reges* vocati, idcircò etiam quandòque illorum ditio ac potestas *regni* nomen sortitæ sunt. Aurelius Victor (*a*) de ejusdem Diocletiani Imperio : *Celebrato* REGNI *vicesimo anno, valentior curam* R. P. *abjecit.* Confer ex Hieronymianâ Eusebiani Chronici versione *Tiberius Drusum consortem* REGNI *fecit.* Item, *Philippus Philippum filium suum consortem* REGNI *fecit. Imperium* sine circuitione Interpretes nostro loco reddiderunt.

Ibid. *In quatuor partes orbe diviso.*] En quo pacto, ex Aurelii Victoris pericope (*b*) verè insigni : *Quoniam bellorum moles .... acriùs urgebat, quasi partito imperio, cuncta qua trans Alpes Gallia sunt, Constantio commissa ;* [Hæc prima pars.] *Africa, Italiaque Herculio.* [Hæc secunda.] *Illyricique ora ad usque Ponti fretum, Galerio :* [Ecce tertiam.] *Cætera Valerius retentavit.* Hîc quartam habes. Vide an non itaque *Hispania* Valerio Diocletiano inter alia cesserit.

Lin. 6. *Quàm priores Principes habuerant cùm soli ; &c.*] Tralatio Anglica : *The former Emperours.* Id est, priores Imperatores.

Optimus Commentarius. Promiscuæ enim apud antiquos *Imperatoris* ac *Principis* appellationes, etiam cùm de Imperatorum maximis loquuntur. Confer dicta ad caput XIV. num. 10.

Lin. 7. *Accipientium.*] Anglica Versio : *of those who received hispay.* Hoc est, eorum qui stipendia ab eo accipiebant.

Lin. 8. *Dantium.*] Eadem, *of those who payed his taxes.* Id est, illorum qui imperata sibi tributa solvebant.

Ibid. *Enormitate indictionum.*] Sic apud Spartianum in Caracallâ (*c*), *enormitas stipendii ;* & in Vitâ S. Cypriani per Pontium, *enormitas spatii longioris ;* & in Theodosii Novellis (*d*), *Palatina exactionis enormitas ;* Denique, apud Jul. Capitolinum in Gordiano tertio, de Philippo Arabe, *qui se in novitate atque enormitate fortuna non tenuit,*

Ibid. *Indictionum.*] Tributorum. *Edit. Ox. & Cant.*

Adde Baluz. P. 2. p. 15. Cup. p. 139. & Col. p. 278.

Lin. 9. *Desererentur agri.*] Vide Baluzium, P. 2. p. 16.

Ibid. *Et cultura.*] Fortè scriptum, *& cultæ rura :* quanquàm nec vulgata lectio mala est. *Tollius.*

Lin. 10. *Provincia quoque in frusta concisa.*] Reliquit Augustus Senatui imperii *Breviarium*, quod quale fuerit ex Strabone (*e*), & Tacito (*f*), & Plinio (*g*) intelligimus ; nec ullus memoratur Imperatorum, qui provinciarum distributionem innovarit usque ad Hadrianum. Mutata equidem nonnulla ab Hadriano discimus ex Appiano. Sed quamcunque tandem ille provinciarum distributionem reliquerit posteris, ea rursùs permansisse videtur usque ad Diocletianum. Novam enim ille cum suis Cæsaribus provinciarum partitionem fecit. Provincias, eo imperante, *in frusta concisas* tradit in aureolo de Persecutorum mortibus libello Lactantius. *Dodwellus, in Diss. Cypr.* XI. *num.* 23.

Ibid. *Multi præsides.*] Vide Cup. P. 2. p. 139 & Col. p. 278.

Lin. 11. *Officia.*] Pro, *officiarii.* Edit. Ox. & Cant.

Confer Cangii Glossarium, v. *Officium* ; & Grævium infrà, capite VIII. num. 10.

Sed omninò debere hîc inferioris ordinis *officia* intelligi, ostendit, cùm antecedens mentio *Præsidum*, quibus scilicèt *officia* illa suberant, tùm collatus Pollionis locus in duobus Gallienis, ubi *palatinorum officiorum præfecti & magistri* sic commemorantur : *Cùm iret ad hortos nominis sui, omnia palatina officia sequebantur. Ibant & præfecti ; & magistri officiorum omnium adhibebantur.*

Ibid. *Incubare.*] Sic & lib. VII. de vitâ beatâ, cap. 19. *Si quidem capto mundo cum magnis latronum exercitibus incubabit,* & suprà cap. III. *Subjectorum tamen cervicibus incubavit quàm diutissimè.* Florus l. II. c. VI. de Scipione : *Sic factum est, ut inhærentem, atque incubantem Italiæ extorqueret Hannibalem.* Sed plura video clarissimum Columbum jam ad caput tertium, P. 2. p. 273. congessisse. *Tollius.*

Pag. 192. lin. 1. *Rationales.*] Procuratores principum, quorum cura erat, ut in provinciis bona caduca & vacantia fisco vindicarent. *Editio Ox. & Cant.*

Rationales eosdem revera esse atque Principum procuratores, perspicuè ostendit Lampridius in Alex. Severo his verbis : *Ubi aliquos voluisset vel rectores provinciis dare, vel præpositos facere, vel* PROCURATORES, ID EST RATIONALES, *ordinare, nomina*

(*a*) *In Cæsaribus.* (*b*) *In Cæsaribus quoque.* (*c*) *Initio.* (*d*) *Tit. 45. in principio.* (*e*) *Lib. ult. Georg. in fine.* (*f*) *Lib. 4. Annal.* (*g*) *In Hist. Nat. lib. 3. 4. 5.*

Digitized by Google

eorum proponebat. De iisdem *Rationalibus* reperio in Codice (*a*), *ad fiscum pertinentes causas Rationalis decidat, omnibus concussionibus prohibendis*; & alio loco (*b*), *Rationalis noster, si res quæ à fisco occupatæ sunt, Domini tui esse probaveris, jus publicum sequetur.*

Ibid. *Magistri.*] Vide Columbum, P. 2. p. 279. itemque dicenda ad caput XIV. num. 18.

Ibid. *Vicarii Præfectorum.*] Non ea erat vicariorum Præfectorum urbium regiarum potestas, ut his idem quod Præfectis liceret quorum vicem tuebantur. Ergò amplior hîc nunc potestas data est, quò voluntatem Principis exsequerentur. *Tollius.*

Ibid. *Quibus omnibus.*] Legendum fortè, *sub quibus omnibus.* Gale.

Lin. 2. *Civiles actus.*] Id est, acta in civilibus causis decretoria; & ita mox *condemnationes & proscriptiones*, pro actis decretoriis condemnationum & proscriptionum. Qui ejusmodi *Acta* faciebant, *Actuarii* & *Actuales* dicti à veteribus. Aurelius Victor (*c*): *Tantùm* ACTUARIORUM.... *in exercitu factiones vigent.* Glossæ Philoxeni & aliorum, *Actuarius*, ὑπομνηματογράφος. *Actualis scientia*, πραγματική. Confer Cuperum, P. 2. p. 139. Col. p. 279. & Cangii Glossarium, v. *Actuarius.*

Ibid. *Sed condemnationes tantùm, &c.*] Quomodò *tantùm condemnationes & proscriptiones?* Id est, quomodò nil aliud, quàm condemnabant & proscribebant, si, ut sequitur, proscriptiones *frequentes* solùm erant? Et rursùs, quomodò *tantùm condemnationes & proscriptiones*, ubi *civiles actus* fuisse apparet, etsi admodùm raros? An legendum, *quibus omnibus civiles actus admodùm rari, sed condemnationes & proscriptiones frequentes*, sine *tantùm*? Abesset certè tota loci difficultas. Sed erunt, credo, quibus id adverbii videbitur potiùs παράλειπτον, ut in istâ Justini Perioche (*d*): *Ingrati civis officium existimans* [*Trogus*], *si, cùm omnium gentium res gestas illustraverit, de solâ tantùm patriâ taceat;* etsi loca haud perfectè similia sint.

Ibid. *Proscriptiones.*] Ea vox tam de hominibus in exilium ejectis, quàm de bonis eorum fisco addictis accipi potest. *Tollius.*

Lin. 3. *Exactiones.*] Vide Baluz. P. 2. p. 15. & 16. & Col. p. 280.

Lin. 4. *Hæc quoque.*] Legendum, *Haud quoque.* Allix.

Imò potiùs, *Nec quoque*, quod à veteri codice minùs recedit. Atque id jamdiù antequàm viri doctissimi conjecturam vidissem, mirabar, ut amici norunt, nemini in mentem venisse, adeò emendatio facilis erat & necessaria. Quænam enim ad Diocletianeam Reipublicæ gubernationem pertinentia nominantur & recensentur in antecedentibus? An res ullo pacto tolerabiles, ut noster catalogum pertexendo addere potuerit, *Hæc quoque tolerari possunt?* Minimè: sed res è contrariò planè intolerabiles: putâ *enormitas indictionum, perpetua rerum innumerabilium exactiones, & in exactionibus injuria* NON FERENDÆ: undè liquet, subjiciendum statim fuisse, *Nec quoque tolerari possunt.*

Lin. 5. *Ad exhibendos milites.*] Id est, ad præstanda militibus stipendia. *Pagius* (*e*). Item *Edimes Oxon. & Cant.* è Baluzio, apud quem alia etiam in eam rem, P. 2. p. 16.

Ibid. *Ad exhib. mil.*] *Exhibere* Latinis posteriorum temporum est *alere, sustentare.* Justin. lib. XI. 10. *miserè vitam exhibentem;* hoc est, *miserè se sustentantem.* Grævius, qui & tibi videndus eâ de re ad caput XI. num. 2.

Lin. 8. *Variis iniquitatibus.*] Sic Salvianus lib. 5. *Quibus enim aliis rebus Bacauda facti sunt, nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitatibus judicum, &c.*

Lin. 9. *Legem pretiis rerum venal.*] Vide Baluz. P. 2. p. 16. & Col. p. 280.

Lin. 11. *Donec Lex necessitate ipsâ.*] Vide eosdem, ibid.

Lin. 13. *In exhibendis oper. & artif. & plaustris omnibus, quacunque sint &c.*] Copulam excidisse puto. Videtur enim Lactantius scripsisse, *In exhibendis operariis, & artificibus, & plaustris, omnibusque, quacunque sint fabricandis operibus necessaria.* Tè que absorpsit syllaba sequens in *quacunque.* Non tantùm coacti fuerunt operarios, artifices & plaustra exhibere, sed & omne aliud instrumentum, quod requirebatur ad opera condenda. *Gravius.*

Lin. 14. *Omnibus quacunque.*] Et hîc copula deest. Lege igitur, *omnibusque.* Tollius.

Lin. 15. *Hic basilica, hîc circus, hic, &c.*] Pro *hîc*, legendum ubique credam *hinc.* Gale.

Ibid. *Hîc moneta.*] Vide Cuperum, P. 2. p. 139. & Columbum, p. 286.

(*a*) *Lib.* 3. *Tit.* 26. *Lege* 5. (*b*) *Lib.* 4. *Tit.* 12. *Lege* 2. (*c*) *In Cæsaribus.* (*d*) *Lib.* 41. 3. (*e*) *Ad annum Christi* 284. *num.* 9.

Digitized by Google

Ibid. *Hic armorum fabrica.*] Vide Cuperum, P. 2. p. 140.

Lin. 16. *Magna pars civitatis exceditur.*] Pro *magnâ parte civitatis exceditur.* Expulsi namque cives privatis ædificiis, quorum areæ in ædificationes Principis cessuræ erant, tanquàm urbe captâ, excedere cogebantur, & alias sedes quærere. *Tollius.*

Ibid. *Magna pars civ. exced*] Lege, *magnâ parte civitatis exceditur*; aut *magna pars civitatis exciditur.* Allix.

Ibid. *Exceditur.*] *Exeditur.* Gale. Itemque Allixius, alio loco.

Ibid. *Civitatis.*] Nicomediæ, quam Diocletianus Romæ studuit æquare, ut infrà. *Edit. Oxon. & Cant.*

Adstipulantur doctissimi Translatores, qui ne vocis quidem *civitatis* meminerunt, sed ejus loco *Nicomediam* posuerunt. Confer Baluz. P. 2. p. 17.

Lin. 20. *Ita semper dementabat.*] *So madly expenceful was he.* Versio Anglica.

Ad verbum, *Adeò stultè impendiosus erat.*

Ibid. *Dementabat.*] Insaniebat, infinitâ scilicet ædificandi cupiditate. *Tollius.*

Nec aliter ferè *Maucroixius* (*a*). Adde Cuperum, P. 2. p. 280. in Columbi Notâ ad hunc locum.

Ibid. *Dementabat.*] An *dementabatur*? Allix, qui alibi tamen rotundè, legendum *dementabatur.*

Mihi, quin noster compositum *demutabat*, pro simplici *mutabat*, ob adhibitum recèns *mutari* scripserit, non dubium est, in hunc sensum: *Quòd ita autem Diocletianus plus semel opera jam perfecta diruebat ac mutabat, indè ortum, quòd is Nicomediam studeret urbi Romæ coæquare*; ut primo loco frequentes Diocletiani circa sua ædificia mutationes memoraverit, dein porrò illarum causam attulerit, quam dixi, eamque valdè planam & idoneam. *Demutare* idem, quod *mutare.* Plautus (*b*):

.... *aut si* DEMUTANT *mores ingenium tuum*;

pro *mutant*, vel *immutant*, ut è præcedenti versu apparet:

Sive immutare vis ingenium moribus.

Sed & verbo *demutare*, ejusque verbali nomine *demutatione*, solutæ orationis Auctores usi sunt. Apuleius (*c*), nisi quòd sensu ab eo, quem hîc sequimur, paulùm diverso: *Quanquàm*, ait, *teterrimum os tuum minimum à Thiestâ tragico* DEMUTET, hoc est, *differat.* Plinius verò *demutationem* in eâdem prorsùs significatione, quâ *mutatio* à Latinis usurpari solet, adhibens (*d*): *Nullum animal [Chamaleone] pavidius esse existimatur, & ideò versicoloris esse* DEMUTATIONIS, saltem secundùm vetustiores editiones (*e*); fatendum enim excusum fuisse in recentioribus (*f*) *mutationis*, propter insolentiam vocis forsitàn inter alia. Mirum certè, Editores nullam feciisse mentionem priscæ lectionis.

Pag. 193. lin. 1. *Licitum consuetudine.*] Vide Baluz. P. 2. p. 17.

CAPUT VIII.

Pag. 193. lin. 1. *Quid frater ejus.*] Nempè Diocletiani. *Pagius ad ann. Chr. 291. num. 2.*

Rectè, quanquàm id nomen usque ab initio capitis 7. sit repetendum.

Ibid. *Frater ejus Maximianus.*] Non naturâ, sed imperio; siquidem Diocletianus Dalmata, Maximianus Pannoniâ oriundus fuerit. *Diversum sanguinem*, inquit Mamertinus in Panegyrico, *affectibus mistuistis. Non fortuita in vobis germanitas est, sed electa.* Ed. Ox. & Cant.

Maximien son associé à l'Empire, Maucroix. Id est, Maximianus ejus in Imperii administratione socius; quocum Anglica concinit Translatio: *His Colleague in the Empire*, ejus in Imperio Collega. Confer Baluzium, P. 2. p. 17. Cuper. p. 140. & seq. & Columbum denique, p. 281.

Ibid. *Qui est dictus Herculius.*] Claudit hîc primam hujus capitis periodum Maucroixii versio: *Maximien son associé à l'Empire, quel rapport n'avoit-il pas avec lui?* Claudit quoque editio Aboensis isto pacto: *Quid frater ejus Maximianus, qui est dictus Herculius?* Sed hæc quidem ex optimo præmonstratore ampl. Cupero, quem vide sis, P. 2. p. 142.

Ibid. *Qui est dictus Herculius.*] Compendium Historiæ Romanæ à Pomponio Læto vulgatum (*g*), ubi & rem pluribus exequitur: *Cognomina sibi indidere* [*Diocletianus & Maxi-*

(*a*) Ainsi sa manie [des bâtimens] n'avoit point de bornes. (*b*) *In Trinum. Act. 1. Sc. 2. v. 35.* (*c*) *In Apolog. p. 344. edit. Raphel. 1610.* (*d*) *Lib. 28. Hist. Nat. cap. 8.* (*e*) *Unam, v. gr. in Folio, anni* M.D.XXIII. *apud Sanctam Ubiorum Coloniam Agrippinam, in ædibus Eucharii Cervicorni. Alteram, anni* M.CCCCC. *incerto loco, in formâ, ut loquuntur, 8.* (*f*) *Putà, Lugdunensi, anni* M.D.LXIII. *in Fol. & novissimâ Parisiensi Harduini, in 4. ann. 1685.* (*g*) *In Diocletiano.*

Digitized by Google

mianus). *Diocletianus* JOVIUS, *Maximianus* HERCULIUS *appellati sunt, velut ille Jovis, hic Herculis hæres.* Sed aliter, & magis credibiliter Aurelius Victor in Cæsaribus: *Huic* [*Maximiano*] *postea cultus numinis*, HERCULEI *cognomentum accessit, uti Valerio* [*Diocletiano*] JOVIUM: *undè etiam militaribus auxiliis longè in exercitum præstantibus nomen impositum.* Adde Cuperum, P. 2. p. 142. ad *Qui est dictus*, & Columbum, p. 281. v. *Herculius.*

Ibid. *Non dissimilis ab eo?*] Dele interrogationis notam. *Gale.*

Eamdem meritò translatam hinc voluit Cuperus, loco recèns laudato; ut postquàm hic Scriptor ad Maximianum Herculium cum istâ interrogatione transiverit: *Quid frater ejus Maximianus, qui est dictus Herculius?* sibi ipsi breviter respondeat: *Non dissimilis ab eo;* hoc est, non dissimilis fuit à Diocletiano.

Lin. 2. *Nec enim possent in amicitiâ tam fideli cohærere, nisi esset, &c.*] Oratoriè dictum, pro *Nec enim potuissent in amicitiâ tam fideli cohærere, nisi fuisset*, & quæ sequuntur. Illi enim non vivebant ampliùs; optimèque adeò versio Anglica: *Nor could thei ave been cemented into so entire a friendship, if thei had not been, &c.* Eòdem redit Maucroixiana (*a*).

Ibid. *Nec enim possent in amicitiâ.*] Notum illud Sallustii in Catilin. *Nam idem velle atque idem nolle, ea demùm firma amicitia est.* Tollius.

Lin. 3. *In utroque mens una.*] Vide Baluzium, P. 2. p. 20.

Lin. 4. *Hoc solùm differebant, quòd avaritiâ minori, &c.*] *Quòd avaritia minori.* Editio Aboensis, cum Oxoniensi anni 1684. & Cantabr. anni sequentis.

Legendum, *avaritia.* Vossius, cui mox adstipulabuntur alii.

Ibid. *Hoc solùm differebant, quòd avaritiâ minori, &c.*] Subesse hîc loci mendum cum Baluzio suspicor; luxata est enim verborum structura: sed assentiri non possum viro doctissimo, qui ideò corrupta hæc censet ac depravata, quòd aliàs secum pugnaret Lactantius, qui subindè scribit, non admodùm diligentem fuisse Maximianum in conservandis opibus, quas ei Africa & Hispania opulentissimæ provinciæ subministrabant. Quidni enim rapacior Maximianus, tenacior Diocletianus haberi possit? Præsertim cùm Maximianus fuerit *ferus animo, avaritiâ crudelis;* atque hâc saltem parte consortem imperii vicerit. Locum itaque ita restituo, donec de illius sensu melius constiterit: *Hoc solùm differebant, quòd avaritia minori*, id est, Maximiano, *altero fuit plus* [*majori verò minùs, sed plus timiditatis*], *plus verò animi, non ad benè faciendum, sed ad malè.* Ita ut intermedia verba uncis inclusa, & à præcedentibus sejuncta, videantur mihi sensum illum suppeditare, quem hic locus postulat. *Editio Oxon. anni* 1680. à quâ Tralationem Anglicam non nisi verbis discrepare dici potest.

Episcopus Asaphensis legit: *Quòd avaritia minori altero fuit plus, sed plus timiditatis; majori verò minùs, sed plus animi, &c.* Quæ quidem lectio distinctior est: sed si admittatur, sibi non constabit Lactantius, quippè qui Diocletianum infrà describit tanquàm in omni tumultu meticulosum animique disjectum. *Sparkius* in edit. Oxon. anni 1684. itemque in Cantabr. post illa, quæ modò ex priore Oxoniensi repræsentavimus.

Locum hunc corruptum & luxatum esse, quicunque in hoc libello emaculando elaborarunt, vidêre, variisque usi sunt remediis. Fortè scripsit Lactantius: *Hoc solùm differebant, quòd avaritia major in altero fuit, sed plus timiditatis; in altero verò minor avaritia, sed plus animi, non ad benefaciendum, sed ad malè.* Non ausim præstare hanc manum esse Lactantii; non tamen longiùs aberrare ab eâ hanc lectionem mihi persuasi, si præcedentia inspicias, & quæ sequuntur. Diocletiani dicit fuisse majorem avaritiam, sed & majorem timiditatem. Indè in capite præcedenti dixit, *illum orbem terræ simul & avaritiâ, & timiditate subvertisse.* Propter illam timiditatem tres in consortium imperii adscivit, qui multiplicatis exercitibus exhausêrunt Imperium Romanum; dein subjicit avaritiæ exempla. Maximianum autem minùs avarum fuisse, sed prodigum: animosiorem autem in agendo malè, nimirùm in locupletissimis Senatoribus interficiendis, & virginibus abducendis. Vidi postea in eâdem ferè sententiâ doctissimum Columbum esse. *Gravius.*

Lego: *Hoc solùm differebant, quòd avaritia minori altero fuit plus, sed & plus timiditatis: majori verò minùs, plus verò animi, non ad benè faciendum, &c.* Gale.

Et nobis quoque liceat ad hujus loci intel-

(*a*) A moins que d'avoir les mêmes inclinations, les mêmes pensées, les mêmes désirs, auroient-ils vécu dans une si parfaite intelligence?

Digitized by Google

lectum ac restitutionem conjecturis indulgere. Quid si igitur *minori* & *majori* Notulæ antiquitùs fuerint, quæ ex orâ libri, ubi primulùm de more adscriptæ essent, posteà in Auctoris verba malo fato irrepserint? Auctor verò ab origine scripsisset: *Hoc solùm differebant, quòd avaritia in altero fuit plus, sed plus timiditatis; in altero minùs, plus verò animi, non ad benè faciendum, sed ad malè?* Tunc certè pronum fuerit prius *altero* de *minori*, scilicèt *fratre*, posterius autem de *majori*, pariter *fratre*, accipere; quòd agat citra controversiam hic Scriptor de Diocletiano & Maximiano Herculio tanquàm *fratribus*: pronum itidem posuisse confestim suis locis in margine *minori* & *majori*, modò certis Veterum fundamentis superstruens Annotator crederet, Diocletianum fuisse minorem natu, Herculium majorem. Fundamenta verò, quæ nunc potissimùm habeo ob oculos, duo sunt. Unum est, ex Cassiodori Chronico (*a*), Diocletianum & Maximianum Herculium eodem anno *ob ætatis defectum* purpuram deposuisse; postquàm videlicèt, narrante Eutropio (*b*), Diocletianus auctor fuisset Herculio, *ut in privatam vitam concederent, & stationem tuendæ Reipublicæ viribus juvenilibus juvenibusque mandarent.* Alterum autem, quòd ex Zosimo (*c*), non tantùm Maximianus Herculius morte simplici obierit æquè ac Diocletianus, sed prior pluribus annis. Quàm frequenter porrò conquerantur Docti, marginales Notas in Auctorum verba perperàm irrepsisse, nemo nescit; & erit, credo, exemplum rei manifestissimum in proximè sequentibus. Scimus aliàs ex Victoris Epitome, *Diocletianum vixisse annos sexaginta octo; Maximianum verò Herculium ætate tantùm sexagenarium interiisse.* Addantur Baluzius, P. 2. p. 20. & Columbus p. 281.

Lin. 6. *Subjacerentque opulentissima provincia vel Africa, vel Hispania.*] Quid? si sola, verbi gratiâ, Africa subjacebat, subjacebantne plures ditissimæ provinciæ, ac non potiùs unica tantùm? Ferret ergò manuscriptus codex: *Subjacerentque opulentissima provincia Africa & Hispania*, sicut clarissimis Interpretibus contra illius, & Aurelii simul Victoris auctoritatem legere in mentem venit (*d*). Aut ferret saltem: *Subjacerentque opulentissima provincia vel Africa, vel Hispania*, in genitivo casu. Verùm vulgata lectio ejusmodi est, ut postquàm initiò, non unius, sed plurium provinciarum mentionem injecit, illæ subitò in unicam Africam, vel Hispaniam recidant. Deindè, cùm Aurelius Victor, qui de Cæsaribus sub Imperatore Juliano scribebat, probè noverit, *quasi partito imperio, cuncta quæ trans Alpes Gallia erant, fuisse Constantio commissa*, AFRICAM ITALIAMQUE HERCULIO, *Illyricique eram ad usque Ponti fretum Galerio: cætera verò Valerium* [*Diocletianum*] *retentasse* (*e*), [& inter quæ igitur Hispaniam putare oportet] quis credat, nostrum Cecilium, qui Maximiani Herculii temporibus multò vicinior extitit, paria nesciviſſe; seu, quod idem est, non potuisse utrùm Africa, vel Hispania Herculio præter Italiam subjacuerit, invenire & dicere? Scripserat ergò simpliciter, ut res clamitat: *Nam cùm ipsam imperii sedem teneret, subjacerentque opulentissima provincia*, [Africæ scilicet generalis, in quâ plures minores provinciæ continebantur] *non erat in custodiendis opibus tam diligens*, &c. Sed ad voces *opulentissima provincia*, nescio quis longè post nostrum natus, & qui, quas præcisè provincias noster intellexisset, ignorabat, aut non satis meminerat, & locum tamen sibi, vel aliis volebat obiter illustrare, notaverat per compendium ad marginem, *vel Africa, vel Hispania*, hoc est, *velut Africa, vel Hispania*; & indè posteà confecta & exarata in libri contextu lectio, ad quam hæc annotamus. Aliter tamen, quod fatendum, viri docti, ut sequentia ostendent.

Dodwellus in Dissertatione XI. Cypriani-cà de Paucitate Martyrum, num 75. existimat, nullos Martyres in Hispaniis hoc tempore fuisse, quòd eas Constantius regeret. Victor enim de Cæsaribus, qui scribit, Italiam & Africam Maximiano Herculio paruisse, de Constantio ait: *Quasi partito Imperio, cuncta, quæ trans Alpes Gallia sunt, Constantio commissa.* Quarè cùm Hispaniam aliis ditionibus Victor non accensuerit, putat Dodwellus vir eruditissimus, Hispanias, Britannias & Gallias Constantio Cæsari creditas fuisse; indèque infert, nullos in Hispaniis Martyres fuisse, cùm nullum acceſſe-

(*a*) *Ad decimum Diocletiani Consulatum, Collegâ Maximo* VII. (*b*) *Lib.* 9. *Hist. Rom. in fine.* (*c*) *Lib.* 2. *Histor. pag.* 674. *edit. Francof. anni* 1590. *Confer. pag.* 672. 673. &c. (*d*) *Maucroixius, verbi gratiâ*: Comme Maximien avoit établi le Siége de son Empire en Italie, & qu'il étoit maître de l'Afrique & de l'Espagne, provinces très-opulentes. (*e*) *Ex Aurelio Victore in Cæsaribus.*

Digitized by Google

rit Conſtantii Edictum, & Urbici Magiſtratus, cùm gladii poteſtate carerent, nullos martyrio coronare poſſent. Verùm Victoris verba citata tantùm oſtendunt, Conſtantium Gallias rexiſſe. Hiſpanias autem Maximiano Herculio ſubditas fuiſſe, docet Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum, cap. 8. *Nam cùm ipſam Imperii ſedem teneret Italiam* [nempè Herculius], *ſubjacerentque opulentiſſima provincia vel Africa, vel Hiſpania, non erat in cuſtodiendis opibus tam diligens, quarum illi copia ſuppetebat.* Pagius ad annum Chriſti 303. num. x.

Lin. 7. *Non erat in cuſtodiendis opibus tam diligens.*] *He was not ſo careful in the management of his Treaſure as was neceſſary.* Verſio Anglica.

Id eſt, non erat in cuſtodiendis opibus tanta, quanta oportebat, diligentia. Poſſit ſimpliciùs *tam diligens*, pro *valdè diligens* ſumi. Haud rarò enim idonei Auctores eleganter *tam*, pro *valdè* poſuerunt. Plinius lib. 7. Hiſt. Nat. cap. 49. *M. Cacilius Rufus & C. Licinius Calvus eâdem die geniti ſunt, Oratores quidem ambo, ſed* TAM DISPARI *eventu;* ubi ne aliud quidem unquàm *tam diſpari* queat eſſe, quàm *valdè diſpari.* Plautus pariter in Moſteſl. Act. 4. Sc. 2. v. 9.

Ferocem facis, quia te herus TAM AMAT.

Ad quem verſum jure merito Taubmannus, *tam, id eſt valdè*: quod & confirmat laudato Plinii loco, atque aliis.

Lin. 9. *Non deerant locupletiſſimi Senatores, &c.*] Artificium Aureliano ſatis notum, Vopiſco referente. *Dicitur præterea hujus fuiſſe crudelitatis, ut pleriſque Senatoribus ſimulatam ingereret factionem conjurationis ac tyrannidis, quò facilius eos poſſet occidere.* Edit. Ox. & Cant. Confer Baluz. P. 2. p. 21.

Ibid. *Qui ſubornatis indiciis, &c.*] Hæſerat mihi aqua hoc loco, quem eapropter ex iſto inter alios Livii (*a*) explicandum credideram: *Ad invidiam* [*Marco Fulvio*] *faciendam, legatos Ambracienſes in Senatum* SUBORNATOS CRIMINIBUS *introduxit;* hoc eſt ad criminandum, prout *crimen* frequenter Ciceroni ipſa *criminatio* eſt, ſive *criminum accuſatio.* Sed nodus aliundè multò meliùs ſolvi poteſt, ut jam videbis.

Subornare indicia eſt *ſubornare indices.* Sic *conjugia*, pro *conjugibus; ſervitia*, pro *ſervis; officia*, pro *iis, qui funguntur officiis*, & mille talia, quæ facilè poſſunt congeri. Nihil certius. Suetonius, verbi gratiâ, in Auguſto, *Conſilia ſemeſtria*, pro *Conſiliariis ſemeſtribus.* Grævius.

Aſtipulatur verſio Anglica. *Accuſed by ſome Witneſſes, that were ſuborned to ſwear againſt them, &c.* id eſt, accuſati à ſubornatis aliquot teſtibus.

Lin. 10. *Effoderentur aſſiduè lumina ſenatûs.*] Juſtinus de Athenis à Lacedæmoniis captis eâdem ferè phraſi utitur. Et noſter, l. 5. cap. 12. *Manus ei deniquè auferantur, effodiantur oculi.* Infrà cap. 36. *Itaque Confeſſoribus effodiebantur oculi.* Tollius.

Adde Baluzium, P. 2. p. 21. & Cuperum, p. 142.

Lin. 11. *Jam libido in homine peſtifero.*] Rectè Heinſius legendum vidit: *Jam libido in homine peſtifera, &c.* Grævius.

Lin. 12. *Non modò ad corrumpendos mores, &c.*] Senſus erit magis nitidus, ſi legeris *mares.* Et licèt gradatio videatur minùs congrua à crimine Sodomiæ ad raptus virginum, apud Romanos tamen hoc crimen illo majus habebatur. *Burnetus.*

Longè antequàm Sarisberienſis eſſet Epiſcopus, ac ſubjiciendam paulò poſt Colomeſii Notulam cum cæteris accepiſſemus. Confer Cuperum, P. 2. p. 142.

Nihil certius conjecturâ pulcherrimâ doctiſſimi Burneti. *Grævius.*

Eò magis, liceat hoc addere, quia, ſi rem propiùs conſideraverimus, Auctoris gradatio non ſimpliciter *à crimine Sodomiæ ad raptus virginum* procedit, quod aliquantò nimis innuit viri celeberrimi locutio, ſed *à crimine corruptorum marium ad crimen violatarum nobilium filiarum:* ut his adeò Maximianus, rem cum eis habendo, vim inferret, maribus minimè, quos nempè ſibi priùs vel prece, vel pretio, aliis-ve lenociniis conciliaſſet. *Corrumpere* certè eo ſenſu minùs eſt, quàm *violare;* præſertim, quandò de violatis primorum filiabus agitur, uti nunc. Neque aliter ſine dubio diſtinguenda apud Aurelium Victorem, MATRIMONIA NOBILIUM CORRUPIT (*b*), de Carino, *qui militarium nuptias affectabat* (*c*); & CONSTUPRATIS VI PLERISQUE (*d*), de Victorino.

Pro *mores, mares* legendum eſſe ſagaciſſimè odoratus eſt amicus noſter Johannes Battely, Suffolcienſis Archidiaconus, vir clariſſimus, idemque Reverendiſſimo Archiepiſcopo Cantuarienſi à ſacris domeſticis. A quo diverſus non abit Reverendus Doctor Burnetus in

(*a*) *Lib.* XXXVIII. (*b*) *Aurel. Vict. in Epit.* (*c*) *Idem in Cæſar.* (*d*) *Idem ibid.*

Digitized by Google

Anglicâ suâ libelli hujus translatione. *Colomesius.*

Pag. 194. lin. 1. *Verùm etiam ad violandas prim. fil.*]Vir ergò reapse τὰ εἰς ἀφροδίτην παιδικὰ ἀδικήματα, ut loquitur de illo Julianus Imperator in Cæsaribus.

In the debauching the daughters... Anglica versio.

Auribus, opinor, parcens, cùm vox *violandas* hoc loco multò plus notet.

Lin. 2. *Statim præsto.*] Columbum adi, P. 2. p. 282.

Lin. 3. *Felicitatem imperii.*] Vide Cuperum, P. 2. p. 142.

Lin. 4. *Si libidini, & cupiditati mala nihil denegaret.*] Hi mores hominis, qui posteà Ecclesiam persecutus est. *Pagius*, ad annum Chr. 291. nu. 2.

Ibid. *Si libidini.*]Cic. apud Nonium. *Graves enim domina cogitationum libidines infinita quadam cogunt, atque imperant; quæ quia expleri, atque satiari nullo modo possunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris suis incenduntur.* Tollius.

Lin. 5. *Constantium.*] Intellige Constantium Chlorum, unum ex tribus illis, quos capite 7. num. 6. Diocletianus dicitur participes fecisse sui regni. *Tres enim participes regni sui fecit.* Ad quæ verba, quo id anno singulis post Christum natum contigerit, notavimus. Confer Baluz. P. 2. p. 21. & Col. p. 282.

Lin. 6. *Orbem.*] Eum nempè, quem capite 7. num. 8. Diocletianus narratur in quatuor partes divisisse; *in quatuor partes orbe diviso.* Vide notas.

The whole Empire. Versio Anglica.

Id est, *totum Imperium*: sensu optimè, si quid video, expresso. Accepit contrà de toto seu universo terrarum orbe Maucroixius, *Digne de commander à tout l'univers.*

CAPUT IX.

P. 194. Lin. 1. *Alter verò Maximianus, &c.*] *Pour ce qui est de Galerius, gendre de Diocletien.* Maucroix.

Latinè, De Galerio, genero Diocletiani. Non malè, si ad alios Historicos respexerimus: sed haud ita forsan, si ad nostrum. Quod ut explicem, fuit certè *alter ille Maximianus*, ad quem jam nostri properat narratio, vocatus sæpissimè *Galerius* ab Historicis Latinis, quò ipsum meliùs à Maximiano Herculio distinguerent; idque, sive nomen simul Maximiani adjunxerint, sive non. Prioti modo, apud Eutropium libri IX. legimus: *Diocletianus* MAXIMIANUM HERCULIUM *ex Cæsare fecit Augustum*..... MAXIMIANUS GALERIUS *in Daciâ haud longè à Sardicâ natus*; & rursùs apud Aurelium Victorem (*a*) licèt diverso ordine, GALERIUM MAXIMIANUM, *cui cognomen Armentario erat, &c.* Posteriori verò ratione, apud eundem pauculis interjectis: *Illyrici ora ad usque Ponti fretum* GALERIO *commissa.* Sed, quod videtur Maucroixius non observasse, accidit nescio quo pacto, ut à *Galerii* appellatione hic Scriptor per totum librum abstinuerit; & vel alios distinctionis, de quâ agitur, characteres adhibuerit, putà in proximè sequentibus, *quem sibi generum Diocletianus* ascíverat, capite autem X. *Maximianus Cæsar*, & sic de cæteris: vel nullos, ut cum capite XIX. *Erat*, inquit, *locus altus... in cujus summo Maximianus ipse purpuram sumpserat*, quod ad Galerianum Maximianum pertinet, ut ex reliquâ libelli serie patebit. Atque hoc ultimo modo de duobus simul Maximianis Julianus Imperator in Cæsaribus: *Deindè Diocletianus secum ducens* MAXIMIANOS DUOS, *& avum meum Constantium*; ubi nulla alia vides utriusque Maximiani nomina.

Adde Baluzium, P. 2. p. 22. & Cup. p. 143. Quo anno verò is, de quo nunc sermo, Maximianus, admotus fuerit Reipublicæ regimini à Diocletiano, & Cæsar factus, dictum suprà, quantùm satis est, ad caput VII. num. 7.

Ibid. *Quem sibi generum Diocletianus, &c.*] Eutropius, lib. 9. Hist. Rom. *Diocletianus Maximianum Herculium ex Cæsare fecit Augustum: Constantium & Maximianum Cæsares... atque ut eos etiam adfinitate conjungeret, Constantius privignam Herculii Theodoram accepit, Galerius, filiam Diocletiani Valeriam.*

Lin. 2. *Non his duobus tantùm, &c.*] Ordo & sensus sunt: *pejor* [*fuit*] *non tantùm his duobus malis* [*principibus*] *quos tempora nostra senserunt, sed omnibus qui fuerunt.* Confer doctissimos Translatores.

Ibid. *His duobus.*] Id est, Maximiano & ejus socero, prout explicare studuit in suâ versione *Maucroixius.*

Lin. 3. *Huic bestiæ.*] Vide Baluzium, P. 2. p. 22.

Ibid. *Efferitas.*] Legendum, *& feritas.* Editio

(*a*) *De Cæsaribus.*

Ox. &

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Ox. & Cant. Item Voſſius, Boherellus, Gale.

Adde etiam Columbum, P. 2 p. 282.

Lin. 4. *Cum mater ejus.*] *Ortus parentibus agrariis, paſtor armentorum, unde ei cognomen.* Edit. Ox. & Cant. ex Epitome Aurelii Victoris.

Addendus Baluzius, P. 2. p. 22.

Ibid. *Tranſdanuviana.*] Cæteræ editiones, *Tranſdanubiana.* Vide omninò Cuperum, P. 2. p. 148. ad hæc verba, *Romulam matrem.*

Lin. 5. *In Daciam novam.*] Id eſt, Daciam Aureliani; nimirùm eam Moëſiæ partem, in quàm Aurelianus populos tranſtulerat, quos ex Daciâ Trajani abduxerat... *Ed. Ox. & Cant.*

E Baluzio ſcilicèt, apud quem reliqua vide, P. 2. p. 22. Videatur quoque Cuperus, p. 148.

Ibid. *In Daciam novam.*] Adi Anonymi Excerpta de Conſtantino, p. 659. lib. 1. *Gale.*

Ibid. *Amne.*] Legendum, *Amne Danubio.* Editio Oxon. anni 1680. p. 108. in Emendationibus quæ ſeriùs occurrebant.

Confer Baluz. P. 2. p. 22.

Ibid. *Conſugerat.*] Lege, *conſugerit.* Tollius.

Nil neceſſe. Terentius [*a*]:

Per caſtor, ſcitus puer natus eſt Pamphilo.

Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes: quandòquidem ipſe eſt ingenio bono,

Cùmque huic veritus eſt optuma adoleſcenti facere injuriam.

Ubi poſt *cùm*, à Lesbiâ ad reddendam ſui voti rationem adhibitum, non *veritus ſit*, ſed, *veritus eſt* legis: quia nempè ibi loci *cùm* pro *quoniam* uſurpatum. Noſter alibi (*b*) ſimili pacto, *Cùm libertatem populi Romani ferre non* POTERAT, *prorupit:* quo in loco fruſtrà aliquis ex communi loquendi genere emendari vellet, *non* POSSET. Alibi rursùm (*c*), *Cùm indè... ſibi nihil prater nomen videbat accedere, reſpondit, &c.* non, *videret.* Adi loca.

Lin. 6. *Statu celſus.*] Editio Aboenſis, *Status celſus.* Confer Columbum, P. 2. pag. 282.

Rectiùs, *Status celſus*, ut & alii vidère. *Tollius.*

Ibid. *Caro ingens.*] Vide Baluz. P. 2. p. 22.

Pag. 195. lin. 1. *Actibus.*] *Ses actions.* Maucroix.

Qui ità ſine dubio illos corporis motus geſtuſque intelligebat, à quibus Donato in Terentium *Scena actuoſa* dicta eſt, *quæ magis in geſtu, quàm in oratione conſtituta.*

Lin. 2. *Metuebat acerrimè.*] Virgilius lib. 1. Æneid. *Aut metus acer erat.* Gale.

Lin. 3. *Narſeus Rex Perſarum.*] Vide Ampliſſ. Cuperum, P. 2 p. 143. & Epiſt. 1. ad Ampliſſ. pariter Voetium, p. 11.

Ibid. *Concitatus domeſticis exemplis, &c.*] *Being encouraged by the ſucceſſ that his Grand father Sapores had againſt Valerian.* Verſio Anglica.

Ad verbum ferè: animatus proſpero ſucceſſu expeditionis avi ſui Saporis contra Valerianum; optimâ paraphraſi & ſententiâ.

Lin. 4. *Avi ſui Saporis.*] Vide Cuperum, P. 2. p. 143. & ſeq.

Lin. 6. *In omni tumultu meticuloſus.*] *Tumultus*, ex Ciceronis Philippicâ 8. *perturbatio tanta eſt, ut major timor oriatur, undè etiam nomen ductum eſt tumultûs.* Quæ verba non mediocriter illuſtrare incipiunt hunc locum, ubi Diocletiani *timiditas*, atque, ut ità dicam, *meticuloſitas*, non tantùm *cum omni tumultu juncta*, ſed *ex omni tumultu orta* apparet. At potuitne Narſei expeditio, ad occupandum Orientem cum magnis copiis adventantis & inhiantis, *in tumultuum* numero poni? Probè, inquam, ſi non ex illo Romanorum uſu, quo jam indè à Ciceronis temporibus *tumultus* vulgò aliquid minus quàm *bellum* & *prælium* ſignificabat: (Florus enim l. III. 18. *Sed hic tumultus magis fuit, quàm bellum;* Curtius, VI. 5. *Tumultus magis quàm prælium fuit;* laudata Philippica, *Belli nomen ponendum in ſententiâ quidam non putabant; tumultum appellare malebant.*) ſaltem ex eâ loquendi conſuetudine, quâ vetuſtiores Romani graviſſima ſua bella, Italica ſcilicèt & Gallica, *tumultus* ſpecialiter, ob *majorem timorem* qui ex iis populo Romano oriebatur, vocabant (*d*). Rationes ſunt, quòd primùm Cicero in Epiſtolis ad Atticum (*e*), *maximum illud bellum Parthicum*, quod in

(*a*) *In Andriâ, Act.* 3. *Sc.* 2. (*b*) *Capite* XVII. (*c*) *Capite* XVIII. (*d*) *Cicero, Philipp.* 8. *Itaque majores noſtri tumultum Italicum, quòd erat domeſticus, tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant.* (*e*) *Lib.* V. *Epiſt.* 21.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ſuo Ciliciæ Proconſulatu imminere Reipublicæ videbat, *tumultûs* nomine, priſcam Romanorum loquendi conſuetudinem ad alia bella quàm Italica & Gallica extendendo, appellaverit. Verba ſunt: *Hodiè* [Parthi] *hyemant in Cyrrheſticâ, maximumque bellum impendet. Nam & Orodes, Regis Parthorum filius, in provinciâ noſtrâ eſt; nec dubitat Dejotarus, cujus filio pacta eſt Artavaſdis filia... quin cum omnibus copiis ipſe primâ æſtate Euphratem tranſiturus ſit. Quo autem die Caſſii littera victrices in Senatu recitatæ ſunt, eodem meæ* TUMULTUM *nuntiantes.* Deinde autem, ſi ſubjecta noſtri & aliorum loca vel leviſſimè conferantur, apparebit *Perſicum* noſtri *tumultum*, hoc eſt, illam Narſei ſub Diocletiano expeditionem, quam videtur hic Scriptor *meris tumultibus* annumeraſſe, ab Aurelio Victore modò *Perſarum impetus*, modò *Perſarum gravem Orientis concuſſum*, modò rotundè *bellum* nuncupari; & rursùm id, quod Eutropius videtur ſimpliciter *Perſarum ſub Caro tumultum* nominaſſe, appellatum fuiſſe ab eodem Aurelio *Perſarum bellum, qui Meſopotamiam invaſiſſent.*

Noſter in loco quem præ manibus habemus: *Diocletianus, ut erat in omni* TUMULTU *meticuloſus.*

Aurelius Victor in Cæſaribus: *Eodem tempore* ORIENTEM PERSAE, *Africam Julianus ac nationes Quinquegentanæ* GRAVITER QUATIEBANT... *Et quoniam* BELLORUM *moles, de quâ ſuperiùs memoravimus, acriùs urgebat... Illyrici ora ad uſque Ponti fretum Galerio* [*commiſſa*] ... *provinciaque credita Maximiano Cæſari, utì, relictis finibus, in Meſopotamiam progrederetur, ad* ARCENDOS PERSARUM IMPETUS.

Eutropius lib. IX. *Dum* [*Carus*] *bellum adversùm Sarmatas gerit, nuntiato* PERSARUM TUMULTU, *ad Orientem profectus res contra Perſas nobiles geſſit.*

Aurelius Victor, denuò in Cæſaribus: *Quoniam, cognitâ Probi morte,* BARBARORUM QUIQUE OPPORTUNE INVASERANT, [*Carus*] *miſſo ad munimentum Gallia majore filio, Numeriani comitatu in Meſopotamiam pergit protinùs, quòd ea* PERSARUM QUASI SOLENNI BELLO *ſubeſt.*

Noſter denique, cap. 23. *Cenſus*, ait, *in provincias & civitates ſemel miſſus, Cenſitoribus ubique diffuſis & omnia exagitantibus, hoſtilis tumultûs & captivitatis horrendæ ſpecies erant;* ubi, dum cum *horrendâ captivitate hoſtilem tumultum* copulavit, vix aliud *hoſtilis tumultus* poſſit eſſe, quàm *hoſtile bellum*. Quarè nec dubitandum credimus, quin hoc etiam capite Narſei expeditionem *tumultûs* voce complectatur.

Ibid. *Animique disjectus.*] Rectè clariſſimus Columbus, *dejectus.* Infrà ſcilicet P. 2. p. 282. Nam *animi disjectus* idem eſt, quod *diſſolutus animi*, ſine intentione animi, & curâ rerum neceſſariarum. *Tollius.*

Idem viderunt viri doctiſſimi *Boherellus, Gale.*

Lin. 7. *Non auſus eſt obviàm tendere: ſed hunc, &c.*] Vellem, qui mox vix ullum unquàm *majoris animi Principem* Diocletiano extitiſſe, affirmabunt, probarent ex idoneis Scriptoribus, auſum id fuiſſe Diocletianum, quod noſter negat. Nam ſi illud nequeunt oſtendere, & conſtat contrà ex Aurelio Victore, rem, utì hîc narratur, abiiſſe, quidni Diocletianum *meticuloſum* fuiſſe credemus *& animi dejectum*? *His tempeſtatibus*, ait (*a*) ergò Aurelius Victor, *interim Jovio Alexandriam profecto, provinciâ creditâ Maximiano Cæſari, utì, relictis finibus, in Meſopotamiam progrederetur, ad arcendos Perſarum impetus*; & rursùm paulò poſt, indicanſque verum tempus ſuſceptæ à Galerio Perſicæ expeditionis, *Qua terra*, inquit, *cùm acriùs repoſcuntur, bellum recens ſuſceptum eſt, grave admodùm perniciosumque*; per *terras*, quas dicit *acriùs repetitas fuiſſe*, Ægypti terras intelligens, quas Valerius Diocletianus haud aliter, poſt ſuperatum ſemel Achilleum, repopoſcit, quàm *Ægyptum totam proſcriptionibus cadibuſque fœdando*, ut infrà ex Eutropio audiemus: per *bel-*

(*a*) *Lib. 9. Hiſt. Rom.*

Digitized by Google

lum autem *grave admodùm perniciosumque, quod, dum illa repetebantur, susceptum est*, significans bellum Galerio contra Persas commissum, in eo grave admodùm & pernicioſum, quòd *à Persis primâ vice Galerius graviter vexatus fuerit.* Ubi si quis regerendum credat, eâ ipsâ de causâ Galerium contra Persas missum fuisse à Diocletiano, quòd ipse adversùs Achilleum, qui Ægyptum invaserat, profectus esset: primò, insitum semper fuit à naturâ Principibus majoris animi, ut sibi majores hostes propulsandos debellandosque sumerent. Carus, ut jam ex Eutropio audivimus, *dum bellum adversùm Sarmatas gerit, nuntiato Persarum tumultu, ad Orientem profectus, res contra Persas nobiles gessit.* Et debuit omni tempore Diocletianus Ægyptiacam expeditionem ignobilem censere præ Persicâ. Ex Aurelio quippè Victore, bellum Persicum, *quod interea dum acriùs Ægypti terra per Diocletianum reposcebantur, susceptum est*, fuit *bellum admodùm grave. Sed in Ægypto Achilleus facili negotio fusus.* Deindè verò, si ad laudata Victoris verba, simulque cum Pagio (*a*) ad Eumenii Panegyricum Constantio Cæsari post victoriam Britannicam dictum, itemque ad Idacium, & Auctorem Chronici Alexandrini, Libaniumque, ut oportet, attenderimus, vel Ægyptus jam tum planè, posito furore, quieverat, & eam tantùm Diocletianus, debellato Achilleo, proscriptionibus & cædibus polluebat, quandò provinciam credidit Maximiano Cæsari, ut, relictis finibus, in Mesopotamiam proficisceretur ad arcendos Persarum impetus: aut si necdùm penitùs quieverat, tota certè pacata fuerat longè antequàm verè superati fuissent Persæ à Galerio; & Diocletianus tamen *in Oriente subsitit*, quo jam sensu dicemus.

Lin. 8. *Per Armeniam misit.*] Persæ Mesopotamiam, Imperii Romani provinciam, invaserant. Undè, narrante Eutropio, primum Galerii Maximiani prælium cum illis inter Callinicum Carrasque factum est. Jam autem, cùm Diocletianus tam sibi & Constantio, quàm duobus Maximianis quasi partiretur imperium, Galerio Illyrici oram ad usque Ponti fretum commiserat; ita ut Galerius non meliùs contra Persas exercitum movere posset, relinquendo fines, quàm per Armeniam, cui contigua erat Mesopotamia, in quam ii irruperant. Alia vide apud Baluzium, P. 2. p. 23.

Ibid. *Ipse in Oriente subsistens.*] Locutio haud dubiè valdè emphatica, sed quâ, nî admodùm fallor, huic Scriptori neutiquàm propositum fuit vel Armeniam, per quam Diocletianus Galerium adversùs Persas misit, vel Mesopotamiam, in quam illi irruptionem fecerant, ab Oriente distinguere. De istâ quippè expeditione Aurelius Victor, *Orientem Persa quatiebant*; & Eutropius similiter, *Narseus Orienti bellum inferebat.* Nostro itaque propositum potiùs Diocletiani pusillanimitatem acriter arguere & ostendere, qui dum *Orientem Persa graviter quatiebant*, (addidit enim id adverbii Aurelius) non moverit Alexandriâ, quò profectus erat, & quæ ipsa quoque *Orientis*, aut, si quis malit, *Orientalium Provinciarum* nomine comprehendebatur, legatum, uno verbo, contra Persas misisse contentus, cùm debuisset ipse obviàm ire hostibus: ut hoc denique loco *ipse in Oriente subsistens* idem sonet, quod *ipse in ipsissimâ sede belli Oriente pedem procul & immensum quantùm ab hostibus figens.* Credo tamen, ut ingenuè dicam, scriptum potiùs fuisse eo sensu, *ipso in Oriente subsistens*, quàm *ipse*, ut hactenùs editum. *Oriens* autem *in dispositione Imperii Romani, ne nos nimis Orientem extendere videamur, eas provincias omnes complectitur ab ipsius Vespasiani temporibus, quæ à Thraciâ per Ægyptum & Asiam minorem usque ad Euphratem & Tygrim pertinent*, inquit illustrissimus de Marcâ in Concordiâ, lib. 1. cap. 4. Confer Notitiam Imperii, in quâ inter provincias subjectas olim Præfecto Orientis, Ægyptus, & utraque Armenia, & Mesopotamia recensentur.

Ibid. *Aucupans exitus rerum.*] Idem hîc valet *aucupari exitus rerum*, quod initio capitis x. *scrutari* [*sacrificiis*] *res futuras, & ventura quærere.* Dodwellus Dissertatione Cyprianicâ XI. num. 68.

Malim *ut aucupans* simpliciter pro *observans* sumere, vel ob hæc Ciceronis verba: *Cùm præsertim tam multi occupationem* [*L. Sylla*] *observent, tempusque aucupentur, ut, simul atque ille despexerit, aliquid hujusmodi moliantur.* Quo in loco quin *observent* & *aucupentur* synonima sint, vix ullus, credo, poterit dubitare

Lin. 9. *Ille insidiis suis.*] Præstare videtur, *insidiis usus.* Tollius.

Ibid. *Quibus mos est cum omnibus suis, &c.*] Nimirùm uxore, pellicibus, & familiâ regiâ. Mos hic antiquus Persarum, de quo vide

(*a*) Vide *ejus Criticam, ad annum Christi 297. num. 4.*

Digitized by Google

sis Curtium in Vitâ Alexandri. *Tollius.* Confer Columbum, P. 2. p. 282.

Lin. 11. *Difficiliter.*] Rara sunt forsàn hujus adverbii exempla. Non desunt tamen. Cicero lib. 4. Academic. *Cur non etiam ut valdè verisimile? Cur deindè non ut difficiliter à vero internoscatur?* Idem alibi, eodem libro: *Quomodò autem sumis, ut si quid cui simile esse possit, sequatur, ut etiam difficiliter internosci possit?* *Difficilè* ergò & *difficulter* frequentiora tantùm. Glossæ, verbi gratiâ, Polixeni & aliorum, *Difficulter*, δυσκόλως, δυσχερῶς.

Ibid. *Fugatoque Narseo Rege.*] Primus tamen conflictus Galerio non adeò feliciter cessit. *Interim*, inquit Baptista Egnatius, *adversùs Narseum, Persarum Regem, Galerius infeliciter primò, mox reparatis copiis, irâ etiam animos illi faciente, quòd ad Diocletiani carpentum post cladem acceptam per mille passus pedes currere coactus est, egregiè vicit, Narseo fugato, & castis magnâ ex parte Persis, pellicibusque cum gazâ omni regiâ captis.* Edit. Oxon. & Cant.

Alii aliter. Nam Dodwello, verbi gratiâ, *Jam duobus præliis superatus fuerat à Narseo Galerius*, cùm Narseum Galerius vicissim superavit & fugavit. Cætera, quæ hùc pertinent, pete ex Cupero, P. 2. p. 145. è Baluzio, p. 23. & è Pagio denique, ad annum Christi 297. quo Persas à Galerio Cæsare victos fuisse, si nunc satis video, demonstrat.

Ibid. *Reversus, &c.*] Anno Christi CCCII. ut ponit quidem vir clarissimus in Dissertationibus Cyprianicis.

Sed, dum hunc Galerii reditum ex expeditione Persicâ Dodwellus in Dissertatione Cyprianicâ XI num. 68. [imò 70.] in annum trecentesimum secundum differt, à recto tramite deviat, ait *Pagius* in Criticâ suâ Historico-Chronologicâ; rejicitque ipse ad annum Christi 297. num. 4. quem adi sis.

Ibid. *Cum præda & manubiis ingentibus.*] Vide Cuperum, P. 2. p. 146. & 147.

Lin. 12. *Sibi attulit superbiam, Diocletiano timorem.*] Metuenti scilicet, ne successu nimio elatus Galerius contumeliam sibi ab ipso factam aliquandò ulciscereturque eum, re malè contra Persas gestâ, ad carpentum suum per mille passus currere coegisset; uti & post accidisse, nostet inferiùs docebit. *Tollius.*

Ibid. *Diocletiano timorem.*] Ab eâ potiùs, nî fallor, superbiâ, quam, ut modò legebas, *Maximianus sibi attulit.* Namque *illâ*, sicut proximè sequitur, *Galerius in tantos fastus post hanc victoriam elevatus est, ut jam detrectaret Cæsaris nomen;* & indè Diocletiano miserè timendum erat, ne brevi Galerius Augusti potestatem invaderet, eamque, propter memoratum Tollio curriculum, vel suo socero eriperet, quod posteà factum. Aliter etiam Cuperus, P. 2. p. 147.

Lin. 13. *Ut jam detrectaret, &c.*] Ita quoque editio Aboensis, & nostet iterùm capite X. *si detractasset.* Reliquæ omnes, *detrectaret.* Videndus, vel si nolis, Columbus, P. 2. p. 283.

Ibid. *Ut jam detractaret Cæsaris nomen.*] Qui hactenùs igitur neque in Epistolis ad ipsum missis, neque in aliis salutationibus, neque postremò in communi sermone *Imperator* vocari consueverat, quod valdè notandum. Nam ex Pagio (*a*), *Cæsares quidem anno Christi* 197. *nondùm Imperatores nuncupabantur . . . sed ab anno insequenti*, proindèque 198. *quo Severus Quinquennalia exhibuit, Getam, aliosque deinceps Cæsares, licèt nec Tribunitiâ potestate, nec imperio Proconsulari exornati essent, Imperatores appellatos fuisse, certum est*, inquit κατ' ἐξοχὴν vir doctissimus. At hîc contrà Cecilius noster de Galerio, qui Narseum anno Christi, secundùm Pagium, 297. superavit, *ut jam detractaret Cæsaris nomen*, quo se nimirùm Galerius ante eam victoriam per sex circiter annos non recusaverat appellari. Sed res aliundè ex hoc Auctore multò certior. Is quippè in proximè sequentibus: *Quod* [*nomen*, inquit, *Cæsaris*] *cùm* [*Maximianus*] *in litteris ad se datis audisset, truci vultu ac voce terribili exclamabat, Quousque Cæsar?* Et ex capite XVIII. Diocletianus Galerio socerum ad Imperii abdicationem cogere volenti respondens, *aiebat, indecens esse, si post tantam sublimis fastigii claritatem in humilis vitæ tenebras decidisset . . . Verùm si nomen Imperatoris cuperet adipisci*, qui illud itaque hactenùs non obtinuerat, *impedimento nihil esse, quominùs omnes Augusti nuncuparentur.* Imò, Galerium haud antè vocatum fuisse *Imperatorem*, quàm purpurâ socerum exuisset, disertissima hujus capitis affirmatio est sub finem his verbis: *Sed differo de factis ejus dicere, ne confundam tempora. Posteà enim, quàm nomen Imperatoris accepit, exuto Socero, tum demùm furere cœpit;* quorum indubiè genuinus or-

(*a*) Vide *ejus Criticam, ad annum Christi* 161. *num.* 7. & 198. *num.* 6.

do: *Posteà enim, quàm, exuto socero, nomen Imperatoris accepit, tum demùm, &c.* Quid? quòd si, ut operæ pretium est, singula capita, in quibus noster ante Diocletiani abdicationem de Galerio Maximiano jam Cæsare facto loquitur, cum illis, in quibus de eodem Galerio, post depositam à Diocletiano purpuram, mentionem facit, conferantur, patebit sanè, Galerium Maximianum plus semel *Imperatorem* nominatum fuisse à nostro post dictam Diocletiani abdicationem, uti capite, verbi gratiâ, XXIV. nunquàm verò ante eamdem: sed vel *alterum Maximianum, quem sibi generum Diocletianus asciverat*, ut hujus capitis initio; vel *Maximianum* simpliciter, ut semel capite XX. & in decimo nono bis; vel *Maximianum Cæsarem*, ut in fine capitis X. vel postremò simplicissimè *Cæsarem*, ut semel in singulis capitibus IX. XVII. & XVIII. bis ad calcem undecimi, ter denique in decimo quarto. Quæ cùm ita sint, videat clarissimus Pagius, quo pacto undequàque certum sit quod illimitatè posuit, *Cæsares ab anno Christi* 198. *licèt nec Tribunitiâ potestate, nec imperio Proconsulari exornati essent, fuisse Imperatores appellatos*, cùm tam multa in contrarium faciant apud nostrum de eo ipso Maximiano, qui, ex Pagii calculis (a), Cæsar creatus ann. Ch. 292. & Tribunitiâ simul potestate donatus. Nam nos quidem verba ista capitis XIV. ad Diocletianum & Galerium Maximianum adhùc Cæsarem pertinentia, *duos Imperatores domi suæ penè vivos esse combustos*, conciliabimus facilè suo loco cum iis, quæ hùc usque ex nostri locutionibus observavimus. Vide ergò quæ ad caput XIV. dicentur.

Lin. 14. *Cæsaris nomen.*] *César étoit le présomptif héritier de l'Empire.* Maucroix.

Quasi dicat: Qui Cæsar erat, futurus Imperii hæres censebatur. Adi, si plura cupis, clarissimum Baluzium, P. 2. p. 23. amplissimum Cuperum, p. 145. ad *Fugatoque Narseo*; eumdem in Præfatione, folio ultimo, doctissimi denique Notisii Epistolam memoratæ Præfationi subjectam.

Lin. 16. *Insolentissimè agere cœpit.*] Dictum jam suprà, quid hoc sit; id ipsum nempè, quod vulgò apud nostrates: *Il commença à agir très-insolemment.* Nec aliter ferè capite XXI. *Et quia id apertè jubere non poterat, sic agebat, ut & ipse libertatem hominibus auferret.* Est tantùm, ubi eodem sensu *se superbissimè agere* reperias. Julius Capitol. in Gordiano 3. *Susceptо igitur Imperio, cùm Philippus se contra Gordianum superbissimè ageret, &c.* Nec ab eodem dicendi genere recedunt ejusdem verba de M. Antonino Philosopho: *Præfectus feriarum Latinarum fuit. In quo honore præclarissimè se pro Magistratibus agentem..ostendit.*

Ibid. *Ut ex Marte se procreatum.*] Paulò aliter, nisi quòd de insolentiâ idem ferat, Victoris Epitome: *His insolenter affirmare ausus est, matrem, more Olympiadis Alexandri Magni creatricis, compressam draconе semet concepisse.* Edit. Ox. & Cant.

Magis igitur ad rem faciant, quæ suprà ab eruditissimo Cupero ad hunc locum notantur, P. 2. p. 147.

Lin. 17. *Romulam matrem.*] Ab eâ Romulâ, tanquàm à proaviâ maternâ nomen fuit; secundùm Pagium, Romulo, alteri illi Maxentii filio, cujus nullibi, uti loquitur, mentio, & quem aliàs Constantini jussu occisum fuisse, existimat. Vide sis ejus Criticam, ad annum Christi 312. num. 5. Adi quoque de eâdem Romulâ Cuperum, P. 2. p. 148.

Lin. 20. *Exuto socero.*] Adiri & hîc debet Cuperus, P. 2. 149.

Ibid. *Et contemnere omnia.*] Uti consueverunt scilicèt, qui *insolentissimè agunt*; quod Galerii vitium fuisse, à nostro paulò antè ponebatur.

Ibid. *Omnia.*] Malim *nomen.* Gale.

Lin. 21. *Diocles enim ante imperium vocabatur. Cùm rempublicam, &c.*] Locus malè affectus. Maucroixii, ut ex ejus tralatione apparet, distinctio & emendatio est, *Diocles (ita enim Diocletianus ante imperium vocabatur) cùm rempublicam*; & quæ posteà: *Diocles (c'étoit le nom que portoit Dioclétien, quand il n'étoit qu'une personne privée) se servit de tels conseils.* Non damno. Sed potuit etiam Auctoris manus esse: *Diocletianus, Diocles enim ante imperium vocabatur, cùm rempublicam*, & quæ deinceps. Confer Baluzium, P. 2. p. 23.

Ibid. *Contemnere omnia. Diocles enim, &c.*] Ista non cohærere benè, viderunt docti viri; puto quoque rectè correxisse Galeum, *contemnere nomen.* Sic autem locus videtur constituendus: *Contemnere nomen Diocli. Sic enim ante imperium vocabatur. Diocli*, pro *Diocliæ*, est quoque apud Ciceronem, Act. V. in Verr. ut apud Cornelium Nepotem, *The-*

(a) Vide Criticam *Pagii*, *ad annum Christi* 292. *num.* 2.

miſtocles Neocli filius. Sic & *Ariſtoteli* dixerunt pro *Ariſtotelis*, *Ulyſſi* pro *Ulyſſis*, & ſexcenta talia. *Gravius.*

Ibid. *Rempublicam talibus conſiliis & talibus ſociis everteret.*] Et hoc falſum. Vix enim melior, reipublicæ-ve utilior, ac prudentior, & majoris animi princeps Diocletiano fuit, exceptâ illâ motæ crudeliterque exercitæ perſecutionis labe. *Tollius.*

Aliquid eſt ſanè, Lector, quod hîc ultrò vir doctiſſimus concedit. Sed quia, quandò Diocletianum fuiſſe aliàs principem *optimum*, *Reipublica utiliſſimum*, *prudentiſſimum*, ac *maximi* denique *animi* aſſeverat, id unicè agit, ut omnem noſtro fidem abroget, vide, oro, uter majorem mereatur Tollius, an hic Scriptor.

Diocletianus, teſtante totidem verbis Eutropio (*a*), *obſeſſum Alexandriæ Achilleum octavo ferè menſe ſuperavit, eumque interfecit. Victoriâ acerbè uſus eſt: totam Ægyptum gravibus proſcriptionibus cædibuſque fœdavit.* Quibus quàm ſimillima legas apud Suidam, voce Διοκλητιανὸς, & inhumaniora etiam apud Baptiſtam Egnatium in Diocletiano & Maximiano Auguſtis. *Quid hoc eſſe dicam*, exclamat jam Vopiſcus in Aureliano, *tam paucos bonos extitiſſe principes, cùm jam tot Cæſares fuerint?* Mox addens: *Nam ab Auguſto in Diocletianum Maximianumque principes, quæ ſeries purpuratorum ſit, index publicus tenet. Sed in his optimi, ipſe Auguſtus, Flavius Veſpaſianus, Titus, Coccejus, Nerva, divus Trajanus, divus Adrianus, Pius & Marcus Antonini, Severus Afer, Alexander Mammæa, divus Claudius, & divus Aurelianus. Valerianus enim, cùm optimus fuerit, ab omnibus infelix apparuit. Vides, quæſo,* Terentiane, *quàm pauci ſint principes boni.* At ibi, quod valdè notabile, non tantùm Diocletianus inter bonos non numeratur: ſed manifeſta ejus rei cauſa eſt, quòd ille, ut ex antecedentibus liquet, clementiâ, Imperatorum dote primariâ, fuerit deſtitutus. Nam *Aurelianum quidem* (pergit Vopiſcus, ad divum ſuum Aurelianum, quem paulò antè inter optimos putaverat, rediens), *multi neque inter bonos, neque inter malos principes ponunt, idcircò quòd ei clementia, Imperatorum dos primaria, defuerit*; ut jam apertè non ea extiterit in Diocletiano bonitas, quam innuit Tollius, cùm ſolam motæ crudeliterque exercitæ perſecutionis labem in Diocletiani vitâ excipit.

Deindè, ex illâ Imperii partitione, quâ ſuprà vidimus Diocletianum Africam & Italiam Herculio commiſiſſe, INVECTUM PARTI ITALIÆ TRIBUTORUM INGENS MALUM, inquit diſertiſſimè Aurelius Victor in Cæſaribus. *Nam cùm omnis eâdem functione, moderataque ageret, quò exercitus atque Imperator, qui ſemper aut maximâ parte aderant, ali poſſent, penſionibus inducta lex nova. Quæ ſanè illorum temporum modeſtia tolerabilis* IN PERNICIEM PROCESSIT. Et ex Eutropio: *Herculius propalàm ferus, & incivilis ingenii, aſperitatem ſuam etiam vultûs horrore ſignificans, naturæ ſuæ indulgens*, DIOCLETIANO IN OMNIBUS EST SEVERIORIBUS CONSILIIS OBSECUTUS. *Talibus* igitur *conſiliis, talibuſque ſociis*, ut noſter loquitur, Diocletianus rempublicam reverà evertebat, pernicioſus, inquam, reipublicæ cum illis, ſi vel maximè futurus fuiſſet utilis reipublicæ abſque iiſdem. Urgeri enim hîc loci ſocietatem, ad quam reſpicio, apertiſſimum eſt; quod non videtur attendiſſe vir clariſſimus. Confer Andronici reſponſionem ad Ægypti Præfectum ſuperiùs allatam: *Ego maledixi, & maledico poteſtates & ſanguibibulos, qui ſæculum everterunt.*

Præterea, auctore rursùm Eutropio (*b*): *Hic* [*Conſtantius*] *non modò amabilis, ſed etiam venerabilis Gallis fuit; præcipuè quòd* DIOCLETIANI SUSPECTAM PRUDENTIAM *& Maximiani ſanguinariam temeritatem imperio ejus evaſerant.* Nec erat itaque Diocletianus prudentiâ verè laudabili, cùm eam Eutropius *ſanguinaria Maximiani temeritati* conjunxerit, ac malo ſenſu *ſuſpectam prudentiam* vocaverit, hoc eſt, ſuſpicioſam, ſive quæ ſemper neſcio quid miſerè ſuſpicaretur & timeret; adeò ut qui eam evaderent, pro feliciſſimis haberentur.

Poſtremò, quòd Diocletianus tres regni ſui participes fecit, id, ſi Aurelium Victorem (*c*) conſulimus, idcircò factum, quia BELLORUM MOLES ACRIUS URGEBAT. Nec fuit igitur magno illo animo Diocletianus, quem laudabat v. gr. Horatius (*d*) in Auguſto:

Cùm tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes. . . .

(*a*) *Lib.* IX. *Hiſt. Rom.* (*b*) *In Breviario Hiſt. Rom. lib.* X. *initiò.* (*c*) *De Cæſaribus.* (*d*) *Lib.* I. *Epiſt.* 2. *Epiſt.*

Digitized by Google

sed contrà mente verè pusillanimâ, & quæ impar esset oneri reipublicæ ferendo. Alterum infrà, quin & gravius, ad eam rem argumentum afferetur à nobis, Capite x. p. 600.

www.libtool.com.cn

Lin. 22. *Cùm pro sceleribus suis nihil non mereretur.*] Vide quid acerbitas odii, quid assentandi Principibus libido possit. Quarè in illis, quæ sequuntur, plerisque ea nostro fides habenda est, quæ Eusebio in Vitâ Constantini, atque illâ parte Historiæ Ecclesiasticæ, quæ Constantini tempora complectitur. *Tollius.*

Imò verò, vide potiùs quò præconcepta semel opinio ferat. Nam quòd, narrantibus Aurelio Victore (*a*), Eutropio (*b*), atque aliis, *Diocletianus*, multò ante persecutionem, *se primus omnium Caligulam post Domitianumque Dominum palàm dici passus, &* ADORARI SE, APPELLARIQUE UTI DEUM JUSSIT; quòd etiam, secundùm Eutropium (*c*), debellato Achilleo, TOTAM ÆGYPTUM CÆDIBUS FOEDAVIT; quòd illi prætereà, teste Aurelio Victore (*d*), PARUM HONESTA IN AMICOS FIDES ERAT; denique, tot illa inhumana & aspera, ob quæ Diocletianus, quandò ea facere decreverat, & *suam* simul *severitatem alienâ invidiâ volebat explere*, Herculium præ cæteris in consilium advocabat, quid cuncta, precor, esse possunt nisi scelera, & qualia hîc perstringuntur, hoc est, Diocletiano propria, *cùm pro sceleribus suis nihil non mereretur.*

Adde quòd, si vel noster planissimè de Diocletiani sceleribus esset mentitus, non omnem eapropter fidem amittere deberet in reliquis. Aut nulla certè in posterùm debebitur Livio, Salustio, Cornelio Tacito, & similibus. Quid ita? Quoniam, monente Vopisco, nemo Scriptorum, quantùm ad historiam pertinet, non aliquid fuerit mentitus. *Me contrà dicente, neminem Scriptorum, quantùm ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum; prodente quin etiam in quo Livius, in quo Salustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifestis testibus convincerentur.* Locus est in Aureliano, sub initium ferè, isque, ut vides, non ad rem tantùm, sed valdè notabilis.

Lin. 23. *Summâ felicitate regnavit.*] Baluzium vide, P. 2. p. 37. ad hæc verba Capitis XVII. *Felicitas ab eo recessit.*

Lin. 24. *Quam verò causam persequendi habuerit.*] Firmantur quæ de conciso isto loquendi genere superiùs (*e*) diximus, simili Tertulliani loco in libro ad Scapulam, cap. 4. *Arrius Antoninus in Asiâ cùm persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia ejus se manu factâ obtulerunt.*

CAPUT X.

Pag. 196. lin. 1. *Cùm ageret in partibus Orientis.*] Fortè, Alexandriæ: sed & fortè quoque alibi, seu in Ægypto, seu extra Ægyptum. Licèt enim, ex nostrâ sententiâ (*f*), Diocletianus Alexandriæ, aut si minùs forsàn in eâ Metropoli, alicubi saltem in Ægypto degeret, quandò Galerium jussit per Armeniam exercitum ducere contra Persas, non perpetuò utique posteà Alexandriæ, vel in Ægypto commoratus est: quod patet, ut cætera omittam, primùm ex eo quòd postquàm, narrante Eutropio (*g*), Galerius primo prælio pulsus esset à Persis, & ad Diocletianum profectus, Diocletiano *iter facienti* occurrerit. *Pulsus igitur & ad Diocletianum profectus, cùm ei* IN ITINERE *occurrisset, &c.* Tùm ex eo etiam quòd, pergente eodem, locus, in quo post illa Galerius, pulso vicissim Persarum rege, & in ultimas regni solitudines coacto, honore magno à Diocletiano exceptus est, fuerit in Mesopotamiâ situs. *Mox tamen... contractis copiis... rursùs cum Narseo... in Armeniâ majori pugnavit successu ingenti... Pulso Narseo... ipsum in ultimas regni solitudines coegit: quarè à Diocletiano,* IN MESOPOTAMIA *cum præsidiis* TUM MORANTE, *ovans regressus, ingenti honore susceptus est.* Sive jam ante alterum illud prælium Diocletianus in Mesopotamiam venisset; sive, quod magis crediderim, post auditam Galerii victoriam, & interea dùm Narseum in ultimum regnum propelleret. Præstiterit itaque, opinor, hîc loci *in partibus Orientis* cum clariss. Interpretibus (*h*) accipere generaliter de *Oriente*, quàm ullam specialem Orientis partem divinare, ubi memoranda proximè sacrificia, poscente timido superstitioso Diocletiano, facta sint. Nam & ita in Saracenicis, pag. 102. editionis, quam Sylburgius procuravit, ἐως Δαμασκοῦ, *usque Damascum*; & ἐπὶ τὰ μέρη Δαμασκοῦ, *contra partes Damasci*,

(*a*) *In Cæsaribus.* (*b*) *Lib.* IX. *Hist. Rom.* (*c*) *Ibid.* (*d*) *In Cæsar.* (*e*) *Pag.* 45. *num.* 45. (*f*) Vide *suprà*, *pag.* 594. & 595. (*g*) *Lib.* 9. *Hist. Rom.* (*h*) Dioclétien étant en Orient. *Maucroix.* While he was in the East. *Versio Anglica.*

Digitized by Google

idem prorsùs, aut propemodùm valent. Vide tamen Cuperum, P. 2. p. 149.

Ibid. *Ut erat pro timore*, &c.] Nondùm ergò Narſeum ſuperaverat Galerius, vel eapropter fuerat honorificentiſſimè acceptus in Meſopotamiâ à Diocletiano, quandò quæ jam noſter referet, in Orientis partibus contigerunt; id eſt, quandò Diocletianus ad tot pecudum immolationes recurrit, ut *ventura noſceret*.

Omninò maximo erat in metu Diocletianus, cùm jam duobus prælìis ſuperatus fuiſſet à Narſeo Galerius, ut proindè ad nativam ſibi ſuperſtitionem duxerit eſſe confugiendum. *Dodwellus, Diſſert. Cyp.* XI. *num.* 68.

Ibid. *Pro timore.*] Poſſit & *pra timore* legi. Mirificè verò Lactantius cuncta Diocletiani facta in ſequiorem pravamque partem detorquet. Quod Magnus Alexander, quod Cæſar Julius, quod optimi & fortiſſimi Principes ac duces ex more ſolenni fecerunt, id huic tanquàm timoris argumentum vitio vertit. Mihi ſanè à timore alieniſſimus fuiſſe videtur Diocletianus, qui ſe virtute ſuâ ad ipſum ſummi imperii faſtigium admovit, eoque non invitus & coactus, quod vix vero ſimile, licèt hoc Lactantius ita tradat, ſed ſponte ac volens, contemptâ rerum humanarum vanitate, quod maximi animi eſt, abdicavit. *Tollius.*

De viri docti emendatione, videndus ſuprà Columbus, P. 2. p. 283. Videat verò Tollius ipſe, quòd ad reliqua attinet, quid occipiat. Contendit enim, Diocletianum *ſolenni more, non metu, fuiſſe imminentium ſcrutatorem;* eundemque *maximo animo, non timore, imperium abdicaſſe.* At contrà Aurelius Victor in Cæſaribus, Diocletianeam illam imminentium ſcrutationem, & imperii ſimul abdicationem cum metu conſocians: *Neque tamen*, inquit, cùm hæc [*Herculius & Valerius Diocletianus*] *agerent, extra vitia fuerunt: quippè Herculius... Valerio parùm honeſta in amicos fides erat, diſcordiarum ſanè* METU, *dùm enunciationibus poſſe agitari quietem conſortii putat.* HINC *etiam quaſi truncata vires urbis, imminuto prætoriarum cohortium atque in armis vulgi numero.* QUO QUIDEM PLURES VOLUNT IMPERIUM POSUISSE. *Namque* IMMINENTIUM SCRUTATOR, *ubi fato inteſtinas clades, & quaſi fragorem quemdam impendere comperit ſtatûs Romani, celebrato regni viceſimo anno, valentior curam R. P. abjecit.* Quod, quidquid dicere poſſit Tollius, vel Aurelius ipſe in ſequentibus, meticuloſi fuit animi, nec illius denique, quem Horatius in viro ſuo magnanimo requirebat, cùm caneret inter alia (*a*):

Juſtum, & tenacem propoſiti virum,
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Ibid. *Scrutator rerum futurarum.*] Baluzium vide, P. 2. p. 24. Cuperum, p. 151. & Columbum, p. 283.

Lin. 2. *Et in jecoribus earum.*] Lege, *earum.* Boherellus.

Rectè, cùm præceſſerit, *immolabat pecudes*; nec obſtet per Ennii verſum (*b*),

Pecudi dare viva una marito,

quin *pecus, pecudis*, ut nomen fœminini generis in uſu fuerit apud omnes.

Lin. 3. *Tùm quidam miniſtrorum*, &c.] Ex hoc loco argumentum ducit Baluzius (ſuprà ſcilicèt, P. 2. p. 24.) genuinum hunc eſſe Lactantii librum, eò quòd ſimilia occurrant libro Inſtit. 4. cap. 27. quæ ſic habent: *Nam cùm diis ſuis immolant, ſi adſiſtat aliquis ſignatam frontem gerens, ſacra nullo modo litant, nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates. Et hæc ſæpè cauſa præcipua juſtitiam perſequendi malis regibus fuit. Cùm enim quidam miniſtrorum noſtrorum ſacrificantibus dominis aſſiſterent, impoſito frontibus ſigno, deos illorum fugaverunt, ne poſſent in viſceribus beſtiarum futura depingere. Quod cùm intelligerent aruſpices, inſtigantibus iiſdem dæmonibus, quibus proſecrant, conquerentes profanos homines ſacris intereſſe, egerunt principes ſuos in furorem, ut expugnarent Dei templum.* Editio Oxon. A. 1680.

Quod tamen argumentum non eſt tanti roboris, ut ſuâ ſolùm vi hunc librum Lactantio aſſerat, ſiquidem, ut rectè monet vir doctus, alius quiſpiam hæc potuerit Lactantio mutuari. *Editio Oxon. A.* 1684.

Ibid. *Tùm quidam miniſtrorum.*] Locus haud parùm difficilis, ſi de ſupplemento, quo nunc opus eſt, cogitare attentè voluerimus; neceſſariò enim vel *aliqui ex Diocletiani miniſtris* intelligendi, quatenùs tales; vel *aliqui ſacrificiorum miniſtri*, propriè loquendo; & alterutri quidem, *Dominum* ſimul *ſcientes*, ſeu *Chriſtiani. Tùm quidam miniſtrorum ſcientes Dominum, &c.*

(*a*) *Lib.* 3. *Carm. Ode* 3. (*b*) *In Menalippâ.*

Digitized by Google

Si prius, hoc est, si potiùs *quidam ex Diocletiani ministris*, vel aulicis, ut Interpretes acceperunt (*a*), quàm *quidam ex veris sacrificiorum ministris*, non repugnant sanè allata modò Lactantii verba, *cùm* QUIDAM MINISTRORUM *nostrorum sacrificantibus* DOMINIS ASSISTERENT. Sed verò sequentia ista in hoc capite videntur graviter adversari: *Tunc irâ furens sacrificare non eos tantùm qui* SACRIS MINISTRABANT, *sed universos qui erant in palatio jussit.* Audis enim, *qui sacris ministrabant*; non, *qui Diocletiano ministrabant*: undè in superioribus, *quidam ministrorum scientes Dominum*, vix aliud quidquam esse queant, quàm nonnulli è sacrificiorum ministris propriè dictis, eò magis quòd ibidem cernuntur *adsistentes immolanti*; atque eàpropter Comico illi Pseudo-Sosiæ similes, cui Jupiter apud Plautum in Amphitruone (*b*):

> . . . . . *hæc curata sint*
> *Fac sis, proindè adeò, ut me velle intelligis,*
> *Atque ut ministres mihi, mihi cùm sacrificem.*

Sin verò jam de sacrificiorum ministris, eisque Christianis, hunc locum accipere oportet, quomodò impetrare à seipsis fideles potuerunt, ut ejusmodi sacris ministrarent? Sed de his rursùm, col. seq.

Ibid. *Scientes Dominum.*] Id est, qui quis esset Dominus Jesus sciebant, & in illum quoque credebant; *Christiani*, uno verbo, sicut rectè Interpretes. Atque ita apud Lactantium De Vitâ Beatâ, cap. xx. *Judicabuntur ergò qui Deum scierunt*: pro quo paulò antè, *qui sunt in Dei religione versati*; & contrariâ locutione, Cap. xxvi, *Qui Dominum mundi nescierunt.* Neque aliter in novo Fœdere, sive Græci fontes, sive vulgatus Interpres adeantur, Act. xix. 15. τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι, *Paulum scio*; & Joan. 1. 31. 33. κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτόν. Vulgata denuò, *Et ego nesciebam eum.* Quæ & fortassis causa, cur noster eo, quo fecit, modo fuerit locutus. Certum sanè, quod hîc clarissimus Grævius observabat, pro, *Ego nesciebam eum*, dixisse cultiores Scriptores, *Ignorabam eum.* Cornelius Nepos in Aristide, *Respondit, se ignorare Aristidem.* Suetonius in Vitellio, *Scisitantes quisnam esset. Nam ignorabatur.* Addo viri amicissimi exemplis Terentii locum ex Eunucho(*c*):

> *Quid, isti te ignorabant. Postquàm eis mores ostendi tuos,*
> *Et collaudavi secundùm facta & virtutes tuas,*
> *Impetravi.*

Ibid. *Cùm adsisterent immolanti.*] Facinus sanè Christianis indignissimum: sed eò magis credibile, quòd ad Imperatoris aulam pertinerent, & odiosiora etiam adferre in promptu sit. Adriani Epistola apud Vopiscum in Saturnino: *Adrianus Augustus. Serviano Cos. S. Ægyptum quam mihi laudabas . . . totam didici; levem, pendulam, & ad omnia fama momenta volitantem. Illi, qui Serapin colunt, Christiani sunt; & devoti sunt Serapi, qui se Christi episcopos dicunt. Nemo illic archisynagogus Judæorum: nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter: non mathematicus*: NON ARUSPEX: *non aliptes.* [Hoc est, qui non sit mathematicus, & aruspex, & aliptes.] *Ille ipse Patriarcha, cùm Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.* Origenes, Homil. VII. in Josue: *Sed & illi, qui (verbi causâ) cùm Christiani sint, solennitates Gentilium celebrant, anathemata in Ecclesias introducunt, Qui de astrorum cursibus vitas hominum & gesta perquirunt, qui volatus avium, & cætera hujusmodi, qua in sæculo priùs observabantur, inquirunt, de Hiericho anathema inferunt in Ecclesiam, & polluunt castra Domini.* Vide nunc, oro, an qui de Christianorum grege licere sibi Diocletiani immolationibus adsistere arbitrati sunt, non licere sibi iisdem ministrare, in animum facilè induxerint. Noster certè non contradicit.

Lin. 4. *Imposuerunt frontibus suis, &c.*] Hoc est, interpretante Lactantio in Institutionibus (*d*), *Signum sanguinis, id est, crucis, qua sanguinem fudit, in suâ fronte conscripserunt*; aut si planiùs, & cum Tertulliano maximam partem, mavis, *frontem, impositio digito, signaculo crucis triverunt.* Tertullianus enim in Coronâ militis (*e*): *Ad omnem*, ait, *progressum, atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque* [seu, quod malim, *quacunque*] *nos conversatio exer-*

(*a*) Quelques-uns de ses Officiers, qui étoient Chrétiens. *Maucroix.* But some of his Courtiers, that were Christians. *Tralatio Anglica.* (*b*) *Act.* 3. *Sc.* 3. *in fine.* (*c*) *Act.* 5. *Sc.* 9. *in fine.* (*d*) *Lib.* 4. *c.* 26. (*e*) *Cap.* 3.

cet, FRONTEM CRUCIS SIGNACULO TERIMUS. Ubi dum non ex unâ, sed multis, & antiquissimis, gravissimisque auctoritatibus hodiernam illam tot Christianorum consuetudinem, nemini non notam, jamdiù in Ecclesiâ obtinuisse vides, cave, Lector, ne qui nostrûm ab eo more abstinent, esse tibi eàpropter penitùs extra Ecclesiæ sinum putentur, vel dicantur. *Hujus quippè disciplina si legem expostules Scripturarum, nullam invenies*, pergit continenter Tertullianus. Et quod is porrò ad dicti ritûs defensionem denuò subjicit, *Traditio tibi pratendetur autrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix*, id, inquam, si nostros, qui sibi frontem signo crucis non terunt, fidei renuntiasse evinceret, adversarios quoque convinceret ejusdem rei; quippè qui plures alias veteris Ecclesiæ disciplinas ibidem loci memoratas, atque eodem Tertulliani ratiocinio defensas non observent. Ubinàm enim ii hodiè *infantibus, vel adultis ter mergitatis, lactis & mellis concordiam praguslandam porrigunt*? vel *die Dominico de geniculis adorare nefas ducunt*? Et de his tamen ritibus Tertullianus non minùs disertè: *Harum & aliarum ejusmodi disciplinarum si legem expostules Scripturarum, nullam invenies. Traditio tibi pratendetur autrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix.* Fateantur ergò vel ingratiis, qui se κατ' ἐξοχὴν *Catholicos* nominant, eos omnes non alienos esse necessariò à Christi fide, qui singularum primitivæ Ecclesiæ disciplinarum traditionumve nolunt esse observatores. Sed hæc obiter, & ut duobus verbis Auctori Gallico sic satis recenti (*a*) responderemus, * qui *Neophytos* illos, quos vocant, cæterosque Protestantes haud aliter posse *Catholicos* dici, autumat, quàm si *crucis signum frontibus suis imponere* didicerint. Utitur, quod supereſt, eâ ipsâ locutione Græcus Auctor Theodoretus, lib. 3. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 4. Verba sunt: Ἐπεὶνων ὃ (supple δαιμόνων) μετὰ τῆς συνήθους φαντασίας ὑπεφαίνετο, ἀναγκαῖον τὸν [Ἰουλιανὸν] τὸ σημεῖον τῷ μετώπῳ τοῦ σταυροῦ ἐντυπῶσθαι; *Cùm isti verò Dæmones solitâ specie apparuissent, coegit Julianum timor imponere fronti crucis signum.*

Ibid. *Immortale signum.*] Hoc est, si Maucroixium adire voluerimus, *adorandum signum crucis*. Ita enim ejus versio: *Quelques-uns de ses Officiers, qui étoient Chrétiens, & qui assistoient à ces cérémonies profanes, marquerent leurs fronts du signe adorable de la croix.* Sed quis ferat? *Immortale est, quod per se non est capax mortis, aut quod procuratione alterius à morte defenditur*, inquit Macrobius in Somnio Scipionis. Glossæ autem Philoxeni & aliorum: *Immortales*, ἀθάνατοι; *immortalia*, ἀθανάτοια; *immortalis*, ἀθάνατος; *immortalitas*, ἀθανασία. A nemine verò usquàm *immortalis*, vel *immortale*, per *adorandum*, seu προσκυνητὸν exposita *. Deindè, *Cruces* nec colimus, nec oramus*, ait exertè Minutius Felix in suo Octavio; & Ambrosius pariter (*b*): *Habeat Helena, qua legat, undè crucem Domini recognoscat. Invenit ergò titulum;* REGEM ADORAVIT, NON LIGNUM UTIQUE, *quia hic gentilis est error, & vanitas impiorum. Sed adoravit illum, qui pependit in ligno, scriptus in titulo.* Quæ si verè Ambrosius de ligno crucis, Minutius autem de omnibus sine exceptione crucibus, ut dubitare non licet, pronuntiarunt, quantò magis de signo crucis vera sunt. Abstinuisset ergò à suâ tralatione Maucroixius, quam nemo paulò æquior infidam esse, & à nimio partium studio profectam diffitebitur, qui de motis jamdiù circa crucis adorationem controversiis vel per transennam audiverit. Sed ad rem propiùs. Ex Lactantio (*c*): *Futurum est in principio regni sancti, ut à Deo princeps dæmonum vinciatur. Sed idem, cùm mille anni regni, hoc est, septem millia cœperint terminari, solvetur denuò, & custodiâ emissus exibit; atque omnes gentes, qua tunc erunt sub ditione justorum, concitabit, ut inferant bellum sanctæ civitati; & colligetur ex omni orbe terra innumerabilis populus nationum, & obsidebit & circumdabit civitatem: tunc veniet novissima ira Dei super gentes, & debellabit eas usque ad unum; ac primùm concutiet terram quàm validissimè, & à motu ejus scindentur montes Syriæ, & subsident colles in abruptum, & muri omnium civitatum corruent, & statuet Deus Solem, triduò ne occidat, & inflammabit eum, & desæviet æstus nimius, & adustio magna supra perduelles, & impios populos, & imbres sulfuris, & grandines lapidum, & gutta ignis, & liquescent spiritus eorum in calore, & corpora conterentur in grandine, & ipsi se invicem gladio feriens; & re-*

* *Inanis responsio: quis enim discrimen non sentiat inter usus illos, quorum hi indifferentes, ille verò mysterium principale Religionis exprimens.*

* *Lactantiacinatio.*

* *Solus sumptus.*

(*a*) *Libelli titulus est*: Les honneurs de la Sainte Croix justifiés par l'Ecriture & par les Peres, &c. pour la conversion des Protestans, pour l'instruction des nouveaux Convertis, & pour l'édification de tous les Catholiques. A Bourdeaux, 1636. (*b*) *Orat. funebri de obitu Theodosii Imperat.* (*c*) *Lib. 7. Inst. cap. 27. & lib. 4. cap. 26.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

plebuntur montes cadaveribus, & campi operientur ossibus. Populus autem Dei tribus illis diebus sub concavis terræ occultabitur, donec ira Dei adversùs gentes extremum judicium terminet. Tunc exibunt justi de latebris suis, & invenient omnia cadaveribus, atque ossibus tecta. Qui ita verò *in extremâ totius orbis necessitate ac plagâ tuti sunt futuri*, tantùm erunt, *qui signum veri & divini sanguinis in summo corporis sui notaverint*; quod jam signum Lactantius alibi (*a*) *immortale* cum noſtro Cecilio appellavit. *Sed quoniam neque* [*dæmones*] *accedere ad eos possunt, in quibus cœlestem notam viderint, nec iis nocere, quos* SIGNUM IMMORTALE *munierit, tanquàm inexpugnabilis murus, lacessunt eos per homines.* Manifeſtum itaque, quid ambo, ſi non unus, ſed duo ſunt Auctores, per *immortale signum crucis* intellexerint; rem nempè, per quam, bonorum Patrum judicio, Dei populus contra mortem temporalem & æternam protegi. Id illis, fateor, * non credimus: ſed cùm ſine controverſiâ nec ipſimet adverſarii Lactantio de omnibus, quæ proximè è libro 7. Inſtitutionum ſtudioſè adduximus, fidem habeant, condonent nobis neceſſe eſt, ſi nec Lactantium, nec noſtrum, nec ſimiles de immortalis ſui ſigni virtute audimus quantùm cupiunt.

* Pro Paam ſacunquos lioſe, ares idem ae nos; bus, iis eamur.

Ibid. *Quo facto, fugatis dæmonibus.*] De ejuſmodi ſigni potentiâ videre poſſunt, qui talia amant, Theodoretum inter cæteros, libro 3. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 3. ubi Julianus ille Apoſtata dicitur ſimili pacto dæmones fugaſſe, poſtquàm à Divino quòdam fuiſſet in idolorum templum perductus, atque ibi ſeductores dæmones ad arioli invocationem terribili, ut ſolebant, ſpecie apparuiſſent. Videndus quoque, ne nunc plures nominem, Lactantius lib. 4. Inſtit. cap. 27. cujus bona pars ſuprà ab aliis eſt allata.

Lin. 5. *Sacra turbata ſunt.*] Vide Cuperum, P. 2. p. 151.

Ibid. *Trepidabant aruſpices.*] Hoc eſt, caput, manus, totum denique corpus circa victimam motitabant, & cum perturbatâ quâdam feſtinatione agitabant, ut ſolitas in extis notas viderent, quod mirè Galli dicerent unâ voce: *Les Aruſpices ſe trémouſſoient;* abſque *diſcurſitatione* tamen, ſicut manifeſtum erit è ſequentibus: quin nec neceſſariò cum *formidine*, ut ibidem oſtendemus; quanquàm longè veriſimilius ſit, veritos fuiſſe Aruſpices, ne quas in extis notas quærebant, non invenirent. Sed hîc quidem ad nativam vocis ſignificationem attendimus. Palmericus (*b*): *Trepidare eſt feſtinare, & ſatis agere, ac ... circumagi.* Varro lib. 3. de Re ruſticâ, cap. 16. *Eximendorum favorum ſignum ſumunt ex ipſis, cùm plenas alveos habent, & cùm illas geminaverint, ex apibus conjecturam faciunt, ſi intùs faciant bombum, & cùm eunt, ac foràs* TREPIDANT; pro quo ultimo verbo cùm ſit apud Ariſtotelem (*c*) ΚΙΝΕΙΣΘΑΙ, [illegible] ἐξίενα, ἢ εἰσίενα] Græca vox eleganter per VERTIGINOSAM AGITATIONEM à Theodoro Gazâ reddita eſt, *exeundi, ingrediendique vertiginoſa agitatio.* Accedat non levis confirmatio ex Feſto, & etymologiâ. *Trepit, vertit*, inquit Feſtus (*d*): *undè trepido, trepidatio, quia trepidatione mens vertitur. Trepit* itaque à Græcorum τρέπω eſt, apud quos reverâ milliès τὸ τρέπειν, pro Latinorum *vertere* offendimus. Quod cùm ita ſit, quidni indè quoque *trepido* & *trepidatio* tanquàm totidem frequentativa, hoc eſt, tanquàm *trepito* & *trepitatio*, & quaſi Latinè dicas, *verſito* & *verſitatio*, orta ſint? Itaut, inquam, ab origine primâ *trepidare* per *d*, pro *trepitare* per *t* exaratum, nil aliud fuerit, quàm ſe hùc & illùc frequentiùs τρέπειν; quod quia perpetuò ferè meticuloſi homines faciunt, itemque non rarò qui aliquid feſtinantiùs agunt, hinc poſteà Romani *trepidare*, pro *timere* & *feſtinare* uſurpaverint. Sic certè Varroni ex uſu Linguæ proprio, optimoque ſenſu, *foràs trepidant* dictum fuerit, pro *ſeſe in omnes partes convertunt, vel motitant, ut foràs exeant.* Pulchrè etiam poterit apud noſtrum τὸ *trepidabant aruſpices* id, quod jam diximus, notare. Vide cap. XII. & XVII.

Ad Varronis locum de voce *trepidare* pertinet illud Phædri lib. IV. fab. 5.

Cùm victi mures muſtellarum exercitu
Fugerent, & arctos circum trepidarent cavas;

ubi malè nuperrimus Interpres [illegible], *paverent prope cavernas obſcuras*, cùm ſit anguſtos cavernarum introïtus irrumpere feſtinantes. Sic & Salluſt. Jug. 67. *Trepidare ad arcem oppidi, ubi ſigna & ſcuta erant.* Græv.

At quid erunt *Aruſpices*? Maucroixii enim verſio ſic habet: *Les Sacrificateurs étonnés s'écrierent;* id eſt, *Sacrifici attoniti exclama-*

(*a*) *Lib. 4. Inſt. cap. 27.* (*b*) *De verborum ſignific. voce* Trepid. (*c*) *Lib. 9. de Anim. cap. 40.* (*d*) *In Martinii Lexico, voce* Trepido.

runt. Paulò post verò in eâdem, *Magister ille aruspicum Tagis* transfertur : *Tagis un des Augures ; Tagis unus ex Auguribus ;* & in Anglicâ denique neutro loco similem alterutri trationem legas, sed hanc in ambobus, *The Diviners* (*a*), *Divini*.

Harjuga, auctore Festo, *dicebatur hostia, cujus adhærentia inspiciebantur exta. Aruspices* itaque, seu potiùs cum aspiratione, *Haruspices*, id propriè Divinorum genus fuerunt, qui ab *harjuga*, aut, ut alii scribunt, *haruga*, id est, hostiæ conspectu futura prædicebant: quod prorsùs cum iis, quæ sequuntur, convenit. Sed quoniam jamdudùm voces *Haruspicum* & *Haruspicina* apud populos obsoletæ sunt, maluerunt proculdubiò clarissimi Interpretes notiora vocabula, licèt minùs propria, adhibere, quàm barbara, de verbo ad verbum vertendo. Cuperem tantùm à vocabulo *Augurum* abstinuisset posteriore loco Maucroixius; quippè cùm nunquàm *Augures*, *Haruspicum* ritu, ex immolatarum avium extis futura prædixerint, sed ex illarum volatu, aut cantu, vel denique gustatu, quandò pullis gallinaceis è caveâ depromptis esca porrigebatur, ut indè tripudium solistimum foret. Cicero ad A. Cecinam (*b*) : *Non igitur ex alitis involatu, nec è cantu sinistro oscinis, ut in nostrâ disciplinâ est, nec è tripudiis solistimis . . . tibi auguror.*

Ibid. *Nec solitas in extis notas videbant.*] Id est, exempli gratiâ, exta cum capite. Colligo ex hoc loco Ciceronis (*c*) : *Cùm enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur sæpè pulcherrimè.* Eam verò notam præ pluribus, quas facile foret adducere, ideò attigi, quòd idem Tullii locus, qui ejus meminit, tacitè moneat, non litatum fuisse quotiès illa nota desiderabatur in immolatis hostiis. De *litatione* autem & *immolatione* agendum mox in sequentibus.

Lin. 6. *Quasi non litassent, sæpiùs immolabant.*] *Litare* ergò & *immolare*, si accuratiùs loqui velimus, à se invicem differunt. Firmat Plautus in Pœnulo, Act. 2.

Dî illum infelicent omnes, qui post hunc diem
Leno ullam Veneri unquàm immolarit hostiam,
Quive ullum thuris granum sacrificaverit.
Nam ego hodiè infelix dis meis iratissimis
Sex immolavi agnos ; nec potui tamen
Propitiam Venerem facere ut èsset mihi.
Quoniam litare nequeo, abii illinc illicò
Iratus. . . . . .

Idem paulò post, in eodem Actu :

Si herclè isthùc unquàm factum est, tum me Jupiter
Faciat, ut semper sacrificem, nec unquàm litem.

Cicero denique, lib. 2. de Divin. *Quid ? cùm pluribus diis immolatur, quî tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur ?* Et verò *immolare*, secundùm Festum, est *molâ, id est, farre mollito, & sale hostiam perspersam sacrare : litare* autem, *propitium facere*, uti recèns Plautus explicuit ; vel, *facto sacrificio numen placare*, quæ Macrobii verba in Saturnalibus (*d*). Et tamen haud rarò *litare* simplici *sacrificare* invenias apud Patres. Pitius Severus de libro Levitici, qui tot in sacrificandi ritibus præscribendis : *Exin*, ait, *Leviticus liber sequitur, in quo litandi præcepta traduntur.* Idem alio loco, multòque disertiùs : *Rursùm* [*Hebræi*] *corrupti longa pacis malo, idolis litaverunt ;* quod ita verè pro *sacrificaverunt*, absque ullâ propitiationis & impetrati voti notatione accipiendum, ut proximè sequatur, *moxque aderat pœna peccantibus*, præcedat autem paulò antè synonyma phrasis, *profano ritu populus idolis sacrificare occæpit.*

Lin. 7. *Magister ille aruspicum Tagis.*] Doctissimus Baluzius hæc autumat oratorio more dicta esse, eò quòd Tages olim apud Tuscos maximâ inclaruerit aruspicii famâ. *Edit. Ox. & Cant.*

Tages that was set over the Diviners ; Tages, qui præpositus erat Divinis. *Versio Anglica.*

Adde Baluzium, P. 2. p. 25. & Cuperum, p. 151.

Ibid. *Tagis.*] Ita ambæ editiones Parisienses ; Latina, dico, Baluzii, & Gallica Maucroixii ; quibus addenda Aboensis. Cæteræ, *Tages*. Priorem lectionem tuetur Columbus, P. 2. p. 283. Secundam autem, si, ut censeo, ad antiquum illum Tuscorum Haruspicem pertinet, sequentia loca defendunt. Fulgentius (*e*) : *Labeo, qui disciplinas Hetruscas* TAGETIS *& Bacchetidis quindecim volumi-*

(*a*) The diviners being likerwisse in discorder. *Id est*, turbatis pari pacto Divinis. *Alterum exemplum inferiùs exscribetur.* (*b*) *Libro 6. Epist. ad Familiares, Epist. 6.* (*c*) *Lib. 2. de Divin.* (*d*) *Lib. 3. cap. 5.* (*e*) *De prisco sermone, initiò fermè, voce* Manales.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

nibus explicavit. Cicero, Lib. 1. de Divin. *Sed quid plura? Ortum videamus haruſpicina....* TAGES *quidam dicitur in agro Tarquinienſi, cùm terra araretur, & ſulcus altiùs eſſet impreſſus, extitiſſe repentè, & eum affatus eſſe, qui arabat. Is autem* TAGES, *ut in libris eſt Etruſcorum, &c.* Tum paucis interjectis: *Si autem homo ille* TAGES *fuit, quonam modo potuit terrâ oppreſſus vivere?*

Ibid. *Ait idcircò, non reſpondere ſacra, quòd, &c.*] Idem Juliano Imperatori dixit Aruſpex. *Gale.*

Magicis operationibus Chriſtiani adverſiſſimi habebantur. Ideò Alexander pſeudomantis (*a*) Chriſtianos à ſuis myſteriis ſummovendos curavit. Ideò Valerianum Macrianus Magus (*b*) ad perſecutionem adegit. Ideò Diocletianum ſuus quoque, quem appellat Lactantius, Tages. Ideò Julianus (*c*) Babylam Martyrem è Daphne tollendum curavit, quòd Chriſtianos inviſos Diis ſuis cenſuerit, ut proindè nulla ſua ſacra poſſent, niſi ſublatis Chriſtianis, ritè procedere. *Dodwellus, Diſſ. Cypr.* XI. *num.* 30.

Lin. 9. *Profani homines.*] Pervulgata illa ſacra facientium formula: *Procul hinc, procul ite, profani.* Tollius.

Adde Cuperum, P. 2. p. 152. & Columbum, p. 283.

Ibid. *Tunc irâ furens.*] Diocletianus nempè; etſi de Haruſpicum Magiſtro agatur in proximè præcedentibus, & ne ſemel quidem hactenùs nominatus ſit Diocletianus in hoc capite, quod ſatis notandum. Sed quid facias? Ita poſcunt neceſſariò ſequentia, utì nemo non fatebitur. Hincque meritò Maucroixius, quò omnem tolleret amphibologiam: *Dioclétien en fureur;* & poſt eum pariter verſio Anglica: *Upon which Diocletian being enraged.*

Ibid. *Sacrificare non eos tantùm, qui ſacris miniſtrabant, ſed univerſos, &c.*] Maucroix: *Commanda non ſeulement à tous les aſſiſtans, mais encore à tous ceux qui ſe trouverent dans ſon palais, de ſacrifier.*

Id eſt, *haud cunctos duntaxat, qui aderant, verùm etiam univerſos, qui in palatio reperti ſunt, ſacrificare juſſit.*

At primò, cùm olim non quicunque Gentilium ſacris aderant, ſacris miniſtrarent, neque etiam hujus loci initium *de iis omnibus, qui ſacris intererant*, loquatur, ſed *de iis* tantùm, *qui ſacris miniſtrabant*, jam hinc manifeſtè latiùs patet, quàm debuit, viri docti verſio.

Deindè verò, cùm, ex eâdem, Diocletianus irâ ſemel accenſus non omnes ſolùm, qui primò ſacris adfuerant, ſacrificare voluerit, ſed, nemine dempto, univerſos, qui in palatio inventi ſunt, appareat autem in contrarium è capite XV. Diocletiani furorem non in omnes, ſed in ſolos domeſticos ſæviiſſe: *Furebat ergò Imperator jam non in domeſticos tantùm, ſed in omnes; & primam omnium filiam Valeriam, conjugemque Priſcam ſacrificio pollui coëgit*: indè rurſùm perſpicuum eſt, noſtri loci ſententiam extenſam fuiſſe à Maucroixio longiùs, quàm oporteat.

Poſtremò, in univerſos illos, de quibus agitur, id eſt, qui Diocletianei ſacrificii tempore in palatio erant, & à Diocletiano ſacrificare juſſi ſunt, juſſit idem, ut verberibus animadverteretur, ſi recuſaſſent; ſequitur enim: *& in eos, ſi detractaſſent, verberibus animadverti.* Atquì non omnes, ſeu non omnium ordinum homines flagris & verberibus excipi conſueverant, cùm deliquerant; nec vel leviter veriſimile, eam pœnam in Diocletiani, verbi gratiâ, filiam Valeriam, conjugemve Priſcam, aut illos etiam Aulicorum, qui Imperatoris aulam officii causâ frequentabant, vel nobilioribus domeſticorum turmis præerant, fuiſſe decretam. Quarè ob hæc omnia, & quia quoque in principio ferè hujus capitis mentio fit quorundam miniſtrorum, qui immolanti Diocletiano adſiſtebant: *Tum quidam miniſtrorum, cùm adſiſterent immolanti;* nequimus, fateor, quin nunc ſequentia iſta: *ſacrificare non eos tantùm, qui ſacris miniſtrabant, ſed univerſos, qui erant in palatio juſſit*, pertinere putemus ad omnes & ſolos Diocletiani miniſtros, hoc ſenſu: Tunc irâ furens Diocletianus non eos ſolùm è ſuis miniſtris, quorum alii Chriſtum ſcientes, alii ignorantes adſtiterant hactenùs immolanti, ſacrificare voluit & coëgit: ſed & reliquos omnes, qui ad eamdem miniſtrorum familiam pertinentes hìc illìc in palatio variis rebus occupati reperiri poſſent. Videverò quam rectè, ſi hæc ita ſumantur, ſcriptum poſteà fuerit capite XV. *Furebat ergò Imperator jam non in domeſticos tantùm, ſed in omnes, primamque omnium filiam, &c.*

Pag. 197. lin. 2. *Si detractaſſent.*] Eamdem exhibet lectionem editio Aboenſis. Aliæ, *ſi detrectaſſent*, legunt. Vide ſuprà, cap. 9.

(*a*) *Apud Lucianum, in* Ἀλέξανδρῳ. (*b*) V. *Dionyſ. Alex. apud Euſeb. lib.* 7. *Hiſt. Eccl. c.* 10. (*c*) V. *Socratem, lib.* 3. *Hiſt. Eccl. c.* 18. *& Sozomenum, lib.* 5. *c.* 19.

Digitized by Google

Ibid. *Verberibus animadverti.*] Maucroix: *Il condamna au foüet.*

Tanquàm Auctoris verba essent, *flagris*, seu *virgis cædi*. Nec aliter tralatio Anglica: *and ordered those to be whipped who should refuse to do it.* Idem prorsùs sentio, vel ob locum capitis XXI. ubi distensio cum verberatione conjuncta. Distensos enim de more fuisse servos, quandò flagris, aut virgis cædendi erant, quis, qui vel unum Plautum legerit, ignorabit? Adde, apud Eusebium, lib. 8. Hist. Eccl. cap. 3. in quo de variis certaminum generibus, quibus Martyres, sæviente Diocletiani persecutione, certarunt, differit, mentionem fieri nonnullorum, qui flagellis concisi sint: ὁ μὲν μάστιξιν ἀπολιζόμενος τὸ σῶμα. ὁ δὲ, &c.

Ibid. *Datisque ad Præpositos litteris.*] Non uni itaque homini, quòd apertè posuit Dodwellus (*a*), curam persecutionis illius, quæ in milites exercenda erat, commisit Imperator, sed pluribus. Eò magis, quòd cùm Eusebii verba, quibus vir doctissimus innixus est, ista sint: ὡς γὰρ ὁ στρατοπεδάρχης ὅς τις τοτὲ ἦν ἀνὴρ, ἅρτι πρῶτον ἐπιχειρῶν τῷ κατὰ τῶν στρατιωτικῶν διωγμῷ, Eusebius quidem in iis ad verbum dicat, *Stratopedarcham nescio quem, cùm primulùm cœpisset milites persequi*, & quæ posteà; at non pariter, *eum Stratopedarcham solum fuisse Præpositum, ad quem Diocletianus litteras eâ de re miserit.*

Ibid. *Præpositos.*] Nomen id quidem dignitatis militaris, & post Tribunos, qui tamen præerant cohorti perindè ac Tribuni. *Ed. Ox. & Cant.*

Aux Généraux de ses armées. Maucroix.

Plura vide apud Baluzium, P. 2. p. 25.

Ibid. *Litteris.*] Hoc est, si quis velit, *Edictis.* Edicta enim, quæ à Diocletiano post has ad militares præpositos litteras quaquaversùm in Christianos missa sunt, & quorum primum plus semel in hoc opere *Edictum* vocatum est, Eusebius lib. 8. Hist. Eccl. cap. 2. nominavit simpliciter γράφων & γράμματα, vel ad summum βασιλικὰ γράμματα: quo fit, ut nec ultimo loco Valesius dubitaverit vertere: *Sed non multò post alia rursùs* LITTERÆ *supervenerunt.* Malim ipse aliquid discriminis ponere inter *litteras ad Præpositos*, de quibus noster hoc loco, & *Edictum*, de quo idem capitibus XIII. & XIV.

Lin. 3. *Etiam milites cogi, &c.*] Primum persecutionis gradum in milites fuisse tradit Eusebius in Historiâ, ex Chronico omninò intelligendus. Ad annum [enim] Diocletiani XVII. num. Abrahami MMCCXVII. *Veturius*, inquit, *magister militiæ, Christianos milites persequitur; paulatim ex illo jam tempore persecutione adversùm nos incipiente.* Biennio anteriorem ponit editio Pontaci; triennio Prosper Aquitanus, & Acta Marcelli centurionis, si tamen sinceri sint illius anni in actis Coss. *Faustus & Gallus*; quod negat Antonius Pagi. Sed rectè omninò constituit editio Scaligeriana. Convenit enim Lactantius, qui omnia ordine temporis accuratissimo disposuit.... Quæ enim in contrarium profert ex actis Marcelli doctissimus Pagi, ea certè suspecta sunt, nec cum Lactantii fide ullâ ex parte conferenda. *Dodwellus (b).*

Persecutio adversùs Christianos à militibus cœpit, ut non tantùm Eusebius in Chronico de *Veturio* militiæ Magistro loquens, & in Historiâ lib. 8. capitibus 1. & 4. sed etiam Lactantius lib. de Mortibus Persec. capitibus 9. & 10. testantur... Cùm verò Veturius milites anno 298. persequi cœperit, ea persecutio ante eum annum non contigit. *Pagius ad An. Chr.* 297. *nu.* 3.

Persecutio adversùs milites anno CCXCVIII. inchoata, ut rectè Prosper in Chronico. *Idem Pagius, ad An. Chr.* 298. *nu.* 2. & 302. *nu.* 3. quos vide sis propter rationes, ob quas contra Dodwellum contendit, Martyrium S. Marcelli Centurionis non esse ab eo anno removendum.

Sed hîc occurrit aliqua difficultas; utrùm scilicet rectè scribere potuerit inter alios Eusebius (*c*), Diocletiani persecutionem orsam primùm fuisse ab iis qui militabant, ὡς τῶν ἐν στρατείαις ἀδελφῶν καταρχομένου τὸ διωγμοῦ, cùm ex nostro Cecilio, inchoaverit verùs ab illis ministris Dominum scientibus, quos Diocletianus sacrificare jussit & adegit. Respondere facile est, cœpisse illam quidem ab iis Diocletiani ministris: sed Eusebium, quòd ea res tumultuariò & quasi intra privatos parietes, tùm & in pauciſſimos fortitan Christianos fuisset suscepta, tantùm enim *quidam scientes Dominum* Diocletiano sacrificare incipienti adstiterant, maluisse persecutionis initium arcessere à militum persecutione, quam vel solæ Diocletiani litteræ ad Præpositos datæ, & Edictorum naturam referentes, tantò alterâ illâ domesticâ

(*a*) *In Dissert. Cypr.* XI. *num.* 69. (*b*) *In Dissert. Cypr.* XI. *num.* 68. (*c*) *Lib.* 8. *Hist. Eccl. cap.* 1.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

perſecutione notiorem & omnibus modis memorabiliorem reddebant, quantò publicata Principum Edicta privatis eorumdem mandatis notiora & notabiliora ſunt.

Adde Baluzium, P. 2. p. 25. & Cup. p. 152.

Lin. 4. *Ut qui non paruiſſent, militiâ ſolv.*] Ita, ſicut antè è Sulpicio Severo (*a*) in aliâ re laudavimus: *Licinius, quia adversùm Conſtantinum de imperio certavit, milites ſuos litare præceperat; abnuentes, militiâ rejiciebat.* Sed, quæ nunc magna inter noſtrum & Sulpicium Severum diſcrepantia, *id inter perſecutiones non computatur*, pergit Sulpicius; *adeò res levioris negotii fuit, quam ut ad Eccleſiarum vulnera perveniret*; & è contrario, ſecundùm noſtrum, ſicut mox videbimus, ideò inter alia Diocletianus perſequendi Chriſtianos principium feciſſe dicendus eſt, quòd datis ad Præpoſitos litteris, milites ad nefanda ſacrificia cogi præceperit, ut qui non paruiſſent, exauctorarentur.

Ibid. *Ut qui non, &c.*] Emiſſa itaque ſunt adversùs milites perſecutionis Edicta, nondùm tamen ſanguinaria. Ita enim ſequitur: *Hactenùs furor ejus & ira proceſſit, nec amplùs contra legem aut religionem Dei fecit.* Paſſos tamen aliquos, licèt non pro Imperatoris Edicto, at pro miniſtri propriâ ſævitiâ, docet Euſebius: ſed ita docet, ut innuat omninò fuiſſe pauciſſimos. *Dodwellus, in Diſſ. Cypr. XI. nu. 69.*

Ibid. *Hactenùs furor ejus & ira proceſſit, &c.*] Tunc temporis nempè, & in dictis litteris. Poſteà enim longè graviora Diocletiani Edicta, nec in ſolos militantes Chriſtianos, ſed in omnes fideles condita ſunt, & ad Provinciarum Præfectos miſſa: ita ut, ſi quandòque ex optimâ doctiſſimi viri Jo. Frid. Gronovii obſervatione (*b*), *hactenùs, non poſthàc* valet, ea tandem ſignificatio huic loco minimè poſſit convenire, ſicut ſequentia demonſtrabunt.

Lin. 6. *Deindè.*] Poſt decretam ſcilicet militum perſecutionem. *Pagius, ad An. Ch. 302. nu. 4.*

Ibid. *Interjecto aliquanto tempore.*] Annis nempè quatuor. Decepti enim viri doctiſſimi, qui autumarunt, Lactantium indicare, militum perſecutionem anno 302. cœptam, ſequentique adversùs omnes Chriſtianos decretam fuiſſe. Nam in hâc Hiſtoriâ explicandâ Euſebius & Lactantius inter ſe conferendi, alterque ex altero explicandus; in pauciſſimis quippè diſſentiunt. Cùm itaque Euſebius in Chronico militum perſecutionem cum anno Ch. CCXVIII diſertè conjungat, & in Hiſtoriâ indicet etiam, inter initium perſecutionis adversùs milites, & perſecutionis univerſalis, aliquot annos fluxiſſe, non dubium, quin hæc Lactantii de Diocletiano verba: *deindè* [, hoc eſt, ut jam dictum, poſt decretam militum perſecutionem], *interjecto aliquanto tempore, in Bithyniam venit*, de intervallo aliquot annorum, non verò de intervallo aliquot menſium interpretanda ſint. *Pagius, ad Annum Ch. 302. nu. 3. & 4.*

Ibid. *In Bithyniam venit hyematum.*] Diocletianus nempè; idque in urbem Nicomedienſem, quæ ſedes Regia erat, quò ſub hujus anni finem [intellige 302.] ſe contulit, & ubi perſecutio univerſalis adversùs Chriſtianos deſtinata fuit. Quòd enim non tantùm Baronius, ſed & Petavius in lib. de Doct. Temp. aliique plures viri docti perſecutionis Diocletianæ initium in hunc annum 302. contulere, liber Lactantii de Mortibus perſecutorum controverſiam tandem diremit, & Valeſii ſententiam certam eſſe oſtendit. Is quippè in Notis ad librum 8. Euſebii eam anno tantùm 303. cœptam adeò ſolidè demonſtravit, ut mirum mihi acciderit, poſt ejus Notas in lucem emiſſas, inventos fuiſſe qui contrarium ſenſerint. *Pagius, ad An. Ch. 302. nu. 3.*

Adde Baluzium, P. 2. p. 25.

Lin. 7. *Maximianus quoque Cæſar.*] *Galerius Maximian.* Anglica verſio.

Ibid. *Inflammatus ſcelere advenit.*] Sic Lactantius, lib. 7. Inſt. cap. 1. *inflammati amore potentiæ.* Sic ibidem cap. 17. & apud noſtrum, cap. 14. *inflammatus irâ*: ſed ſic præcipuè Cicero de Verre (*c*), *Ipſe inflammatus ſcelere, & furore, in forum venit*; & alio loco, *Procedit iſte repentè è Prætorio, inflammatus ſcelere, furore, crudelitate.*

Lin. 8. *Senem vanum.*] Id eſt, Diocletianum, ut antecedentia oſtendunt: quem & deinceps modò *inconſideratum ſenem* (*d*), modò *ſenem languidum* (*e*), modò etiam ſimpliciter *ſenem* (*f*), appellari videbis.

Lin. 9. *Principium fecerat.*] Livius (*g*) ſimili phraſi: *Principium conjurationis factum ab Harmonia... nuptiis.*

CAPUT XI.

Pag. 197. lin. 1. *Erat mater ejus, &c.*] Lego:

(*a*) *Lib. 2. Hiſt. Sac.* (*b*) *In Obſerv. Eccl. cap. 22.* (*c*) *Lib. 5. Accuſ. in Verrem.* (*d*) *Cap. XIV.* (*e*) *Cap. XVIII.* (*f*) *Cap. XIX.* (*g*) *Lib. 24.*

Digitized by Google

Erat mater ejus mulier admodùm superstitiosa. Quæ cùm esset deorum montium cultrix, dapibus, & quæ deinceps. *Allix.*

Ibid. *Mater ejus.*] Id est, *Maximiani Cæsaris*, de quo noster paulò antè. Nam ut ad *senem vanum*, de quo idem posteà, referamus, obstat undique historiæ ratio & veritas. Confer dicta paginâ 605.

La mere de ce Prince. Maucroix. Hoc est, *mater ejus Principis, manente etiamnùm rei obscuritate & ambiguitate.*

Adde Baluzium, P. 2. p. 25.

Ibid. *Deorum montium, &c.*] Locus contaminatissimus. Scio quid viri docti afferant, sive ad illum emendandum, sive ad explicandum. Certum est, ut flumina, arbores, ferram, sic & montes deos esse habitos & cultos. Notus est Deus Carmelus ex Tacito & Suetonio, de quo dissertationem pererudítam edidit illustrissimus vir Gaspar de Montoza, Marchio de Agropoli, qui inter summos Hispaniæ proceres dignitate variâque & diffusâ doctrinâ eminet. Notum promontorium in Syriâ, quod propter hanc causam dicebatur θεοῦ πρόσωπον. Valdè tamen dubito sic scripsisse Lactantium. Quis enim omnium montium deorum cultricem illam mulierem fuisse sibi persuadeat? Itaque censeo, scripsisse Lactantium *Dea montium cultrix.* Sic Cybelen vocari à Mecœnate, jam antè Vir Amplissimus Gisbertus Cuperus annotavit; aut *Deorum matris cultrix.* Sequentia verba confusa sunt, ut multa alia hujus libelli. Sic verò mihi videntur refingenda, suoque restituenda ordini. *Erat mater ejus Dea montium cultrix. Quæ cùm esset mulier admodùm superstitiosa, sacrificabat penè quotidiè, & dapibus ac epulis suis vicanos exhibebat.* Cùm veteres Gentiles sacra faciissent, ex parte, quam non adolebant, epulas instruebant, ad quas invitabant, quibus volebant benè; quod fecisse ferè quotidiè superstitiosam illam Cybeles cultricem, & ideò quasi his dapibus aluisse vicanos, cum quibus degebat, narrat Lactantius. Vicani sunt, qui in eodem vico habitant Quæ vox apud Livium & Ciceronem legitur. *Exhibere* est alere. Justin. IX. 2. *Atheas inclementiam cœli, terræ sterilitatem causatus, quæ non patrimoniis dites Scythas, sed vix alimentis exhibeat...* Idem lib. XXII. *Vitam stupri patientiâ exhibuit.* Sic & locuti sunt veteres Jurisconsulti, ut exemplis ostendit ille dignitate & doctrinâ illustris Jacobus Bongarsius ad locum priorem Justini. *Gravius.*

Ibid. *Deorum montium cultrix.*] *Avoit une dévotion particuliére pour les Dieux des montagnes.* Maucroixii versio. Hoc est, *specialiter colebat deos montium*: in quem sensum tralatio quoque Anglica, *was particularly addicted to the devotion of the Gods of the mountains*; neutrâ proindè hunc locum de *diis montibus*, sed de *diis montium* intelligente: quâ de re atque aliis videndus suprà Cuperus, P. 2. p. 152. & sequentibus. Adde eundem, pag. 163. Baluz. p. 25. Columb. p. 283.

Ibid. *Mulier admodùm superstitiosa. Quæ cùm esset.*] Malim: *Quæ cùm esset mulier admodùm superstitiosa.* Gale.

Lin. 2. *Quæ cùm esset.*] Excidit nomen urbis. Fortè an ea *Nicomedia* fuerit. *Tollius.*

Ibid. *Quæ cùm esset dapibus sacrificabat penè quotidiè, ac vicariis suis epulis exhibebat.*] Locus est apud Julium Capitolinum in Antonino Pio, quem, quia forsan aliquid lucis afferre potest huic pericopæ, describam: *Convivia cum amicis & privata communicavit, & publica; nec ullum sacrificium per vicarium fecit, nisi cùm ager fuit.*

Ibid. *Dapibus.*] Legere malebat *Dæmonibus* clarissimus *Gale.* Quale quid etiam Maucroixio in animum venisse suspicandi locus est, cùm verterit: *Il se passoit peu de jours qu'elle ne sacrifiât à ces divinités fabuleuses.* Id est, *fabulosis illis Numinibus sacrificabat penè quotidiè.*

Ibid. *Vicariis suis epulis exhibebat.*] Subesse mendum suspicor, licèt illud vel dissimulaverit, vel ultrò prætermiserit Baluzius. Paulâ mutatione legi potest, *vicariis suis epulas exhibebat*: nisi si istud mavis, *vicarios suos epulis adhibebat*; alterutrum enim admittendum videtur. *Edit. Ox. & Cant.*

Ibid. *Vicariis suis, &c.*] Lege, *vicarios suos epulis exhibebat*; id est, in eodem vico habitantes excipiebat. Sarisberiensis in Polycratico l. VIII. cap. 22. *Quàpropter docet etiam collationes facere paganos ad talia ministeria, paganorumque vicos offerre primitias frugum. Vicani* igitur, qui in istiusmodi *vicis* habitabant. *Tollius.*

Ibid. *Vicariis suis.*] *à ses domestiques.* Maucroix. Id est, *suis domesticis.*

Her Officers. Anglica versio. Hoc est, si Salviani voce uti liceat, *suis Officialibus.*

Ibid. *Vicariis suis.*] Rescribo, *victimariis suis.* Gale.

Lin. 3. *Epulis exhibebat.*] Legendum, *epulas exhibebat.* Gale. Allix.

Ibid. *Christiani abstinebant.*] *Les Chrétiens évitoient sa table.* Maucroix. Hoc est, *Christiani*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Christiani abstinebant ab ejus mensâ.

Malim ego, ut antecedentia sunt, subaudire cum Anglicâ versione, *ab iis epulis. The Christians would not assistat those entertainments.* Sed cur, putas, abstinebant? An propter ipsamet idola, quæ crederent *esse aliquid*, uti Paulus in priore ad Cor. x. 19. locutus est? Aut num verò quoniam eorum judicio observari adhuc deberet in Ecclesiâ celebre illud Decretum Apostolicum de Idolothytis & similibus: *Visum est Spiritui Sancto & nobis nihil ultrà imponere vobis oneris quàm hæc necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum*, &c. Act. xv. 28. 29. Difficile procul dubio rem divinare. Sed si prius, causa certè abstinentiæ necessaria fuit & æquissima. Nam si, ex Apostoli præceptis (*a*), propter alterius conscientiam, cui non benè persuasum est *Idola nihil esse*, debet aliquis abstinere ab Idolothytis, quantò magis propter suam propriam?

Sin autem posterius, adeò non tenebantur Seculi quarti *fideles* ab omni Idolothytorum esu propter Apostolorum Decretum temperare, ut quia jam per unum & alterum Seculum eversa fuerat Judæorum Respublica, neque ampliùs habuerat Moses, qui illum de more oppidatim singulis Sabbatis legerent & exponerent, cassum pridem eo ipso evasisset illud Decretum, nec Christianis in reliquum observandum, haud alio quippè innixum fundamento ab origine primâ, quàm isto, quòd Mosi ab ætatibus antiquis κατὰ πόλιν supperetent, qui ipsum prædicarent, lectus nempè per singula Sabbata in Synagogis. *Symeon exposuit, quomodò primùm Deus respexerit Gentes, ut sumeret ex ipsis populum nomini suo; & huic rei consonant verba Prophetarum... Quamobrem ego censeo non esse obturbandos eos, qui ex Gentibus ad Deum se convertunt. Sed ad eos scribendum, ut abstineant à pollutis per simulacra, & scortatione, & suffocatis rebus, & sanguine. Moses enim ab ætatibus antiquis oppidatim habet qui ipsum prædicent, cùm in Synagogis per singula Sabbata legatur* (*b*). Quarè cùm post istam Jacobi sententiam pateat nunquàm futurum fuisse, ut interdicerentur Christianis Idolothyta, ni tot illæ Mosis lectiones & expositiones, quæ à priscis temporibus uno quoque Sabbato per omnes urbes & Synagogas usitatæ fuerant, adhuc post ipsam Christi in Cœlum Ascensionem sine ullo Divinæ Providentiæ obstaculo perseverassent, sequitur necessariò, licuisse Christianis ab interdictionis observatione abstinere simul ac desiit Moses ita habere, qui ipsum legerent & explicarent in Synagogis: quod longè ante Diocletiani Persecutionem contigit. Sublatâ scilicèt causâ, tollitur effectus. Quæ res utique, tam à Patribus, quàm à Græcorum Ecclesiis minùs animadversa, multiplices illos canones ususque produxit, de quibus breviter Suicerus in Thesauro Ecclesiastico voce αἷμα, & nos alibi forsan fusiùs, si vixerimus.

Lin. 4. *Jejuniis hi & orat. insistebant.*] Vide Baluz. pag. 292. col. 1.

Ibid. *Hinc concepit odium.*] Quia ei tacitè vanam superstitionem exprobrabant. Vide quæ nos ad Lucianum de Calumniâ in hanc sententiam congessimus. *Tollius.*

Lin. 6. *Ad tollendos homines.*] Brevis locutio, quales istæ Justini, XXXVIII. 1. *Mythridates parricidia nece uxoris auspicatus, sororis alterius Laodices filios cujus virum... insidiis occiderat, tollendos statuit*, id est, *occidendos*, mutato verbo, ne idem sæpiùs usurparet; & paucis interjectis, *per eundem, filium tolli posse*, hoc est, interfici, *per quem interfecerat patrem*, posteriore verbo jam priùs declarante. Plena phrasis fuisset, *ad tollendos è medio homines*, vel *de medio*, vel *ex rerum naturâ*. Livius enim, verbi gratiâ, lib. 4. Belli Punici, *Thrasone sublato è medio*; Cicero autem pro Roscio: *Demonstrant... perfacilè hunc hominem de medio tolli posse*; & rursùs ibidem: *Nonne videntur hunc hominem ex rerum naturâ sustulisse?* Sed & alii quandòque simpliciter *tollere*, pro *è medio tollere*, seu *occidere* dixerunt. Vulgata, Joan. XIX. 15 *Tolle, tolle, crucifige eum*; & incertus auctor apud Suetonium (*c*) Neronis impietatem, qui matrem interemit, & Æneæ pietatem qui patrem humeris Trojâ extulit, eodem verbo notans:

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Quod hic Scriptor quasi imitatus, *scuta tollunt*, inquit capite 46. pro *attollunt*, seu *è terrâ attollunt*; & in nostro deinceps, *hostes religionum publicarum tollendos esse censuerunt*, id est, *interimendos.*

Ibid. *Habito inter se, &c.*] Solos hîc Diocletianum, & Galerium Diocletiani generum, meritò intelligunt Baluzius (*d*), &

(*a*) 1. Cor. x. 27. *& seq.* (*b*) Act. xv. 14. *ac seq.* (*c*) *In Nerone*, c. 39. (*d*) P. 292. col. 1.

ambo Interpretes, cùm, ut proximè de Romulâ, matre Maximiani Cæsaris, habuerimus, *illam à Christianorum à suis epulis alsti-nentiâ concepisse odium adversùs eos, ac filium suum ad tollendos homines incitasse*, certum sit tamen, ne Romulam quidem adhibitam fuisse ad id consilii capiendum, cujus nunc historia inchoatur: sed habitum esse reverà tantummodò inter *Senem*, seu *Imperatorem*, ab unâ parte, id est, Diocletianum, & *præcipitem hominem*, *Cæsarem*, ab alterâ, hoc est, Galerium Maximianum. Hînc paulò post, singulari numero: *Diù senex furori ejus repugnavit*, non *eorum*; & iterùm in sequentibus: *Nec tamen deflectere potuit præcipitis hominis insaniam*, absque ullâ *matris* mentione.

Quòd autem ita hic locus de consilio *per totam hyemem* inter Galerium & Diocletianum habito loquitur, indicio est, Maximianum Cæsarem in Bithyniam quamprimùm advolasse, cùm eò Diocletianum scivit venisse hyematum: quâ de re caput decimum sub finem.

Ibid. *Per totam hyemem.*] Anni scilicet 302. secundùm Pagium, cujus hæc verba ad dictum annum, num. 3. *Hoc anno* per totam hyemem *de Christianis persequendis actum.*

Pag. 198. lin. 1. *Senex.*] Id est, interpretante Maucroixio, *Diocletianus. Dioclesien résista long tems*, &c.

Rectè. Nam de Maximiano Herculio, altero sene ex Imperatoribus, nulla hîc loci quæstio esse potest. Erant enim per ea tempora in Imperio Romano *duo senes* κατ' ἐξοχὴν, Valerius Diocletianus, & Herculius Maximianus, uterque *Augustus* & *Imperator*. Hînc capite XII. *agentibus Consulatum* SENIBUS AMBOBUS *octavum & septimum*; & cap. XX. *Maximianus* [intellige, *Galerius*] *postquàm*, SENIBUS EXPULSIS, *quod voluit effecit.* Sed quoniam hoc loco de solis Diocletiano & Galerio Maximiano, cujus potissimùm ratione Diocletianus senex erat, sermo est, non dubitavit noster Diocletianum simpliciter *senem* vocare; quod & cap. XIX. simili de causâ iterabit. Confer quæ diximus, p. 608.

Ibid. *Ejus.*] Hoc est, *Maximiani.* Versio Anglica. Vide suprà, pag. 608.

Ibid. *Ostendens quam*, &c.] Mirum non peti sse hoc loco, quibus hujus libri fides suspecta est, undè hæc auctori nostro nota fuerint, *cùm nemo*, quemadmodùm præcedentia monent, *admitteretur, & omnes de solo summo statu rei publicæ tractari arbitrarentur*, uti recentissimè positum. Sed parata erat responsio, si quæsivissent. Nam, quamvis Diocletianus & Galerius Maximianus neminem diù ad sua consilia admiserint, *admissi tandem judices pauci & pauci militares, quorum placuit sententiam experiri*, sicut patebit è sequentibus. Quo facto, non modò plus quàm probabile est Diocletianum, cujus animus à sanguinolentâ Christianorum persecutione abhorrebat, & cui etiam *severitatem suam alienâ invidiâ explere velle* solenne erat, cœpisse ante omnia exponere in eo cœtu, quibus, uti hîc, argumentis tentasset per totam hyemem Galerium à persequendi proposito deflectere, & quæ sibi constanter regessisset Galerius; dicerent ergò candidè, utrius rationes potiores esse crederent: verùm valdè etiam verisimile, extitisse postea ex advocatis illis seu Judicibus, seu Militaribus, unum aliquem vel plures, qui ergà Christi populum benè affecti, (sentiebant enim nonnulli haud tollendos fuisse Christianos) rem totam nostro Cecilio, aut aliis suis denique familiaribus seriùs ociùs retulerint, à quibus deinceps ad hujus Scriptoris notitiam pervenerit.

Lin. 2. *Inquietare orbem terræ.*] Ut suprà, capite VII. *Hic orbem terræ subvertit*: quod utrobique Interpretes de *Imperio Romano* accipere, uti decuit, non obliti sunt.

Ibid. *Fundi.*] Pro, *& fundi*; uti sæpè alibi copula deesse videtur. *Tillius.*

Lin. 3. *Illos libenter mori solere.*] Hînc voces spontaneæ: *Christianus sum, mori volo.* Qui furor pius eousque incaluit, ut Mensurius Episcopus Carthaginiensis iis negandum censeret martyrii honorem, qui inconsultò se morti obtulerint. *Edit. Ox. & Cant.*

Ibid. *Illos libenter mori.*] Imò mortem, etiam non intentatam, appetere. Vide eâ de re Tertullianum adversùs Scapulam, aliosque illorum temporum Scriptores. *Tillius.*

Sabinum Ægypti præfectum cum assessoribus, cùm quidam [Christianus] cedere nonnihil cruciatibus sensimque remittere videretur de pristinâ animi firmitate, repressérunt alii eodem tempore ad subsellium accurrentes, sesequè Christianos, nemine interrogante, confessi (a). Idque ipsum Galerio ad persecutionem stimulanti opposuit Diocletianus, quòd Christiani *libenter mori solerent.* Dodwellus, Diss. XI. num. 92. Adde Baluzium, pag. 292. col. 1.

(a) *Euseb. Hist. Eccl. l. 6. c. 41.*

www.libool.com.cn

Digitized by Google

Ibid. *Si palatinos tantùm ac milites ab eâ religione prohiberet.*] *Omnes qui in palatio militant, possunt appellari Palatini*, inquit Scholiastes Juliani Antecessoris apud Cangium in Glossario, voce *Palatini*. Sed cùm hîc *Palatini* à *militibus* distinguantur, patet de aliâ significatione cogitandum esse.

« *Palatini*, pergit Cangius, *Proceres Optimates Palatii*, qui *primores Palatii* in » vitâ sancti Genulphi, *Palatini Principes* » apud Poëtam Saxonicum, an. 781. *Palatinus Senatus* apud Claudianum, de » quarto Honorii Consulatu, *Proceres Palatii* in Chartâ Roberti Regis Francorum, » an. 1029. appellantur; paulò post addens, *Palatini* dicti sub Impp. Romanis, » qui rei privatæ & largitionales titulos exigebant, de quibus est titulus in utroque » Codice, *De Palatinis sacrarum largitionum* : quod & statim è Scholiaste Juliani Antecessoris confirmat, apud quem *Palatini* dicuntur, *qui pertinent ad Comitem rerum privatarum*, vel *ad Comitem sacrarum largitionum*. Verùm jam, si hoc loco per *Palatinos* nihil aliud quàm Palatii Proceres, aut ejusmodi Comites intellexerimus, quid illis fiet Magistris & Judicibus, quos infrà videbimus in palatio Diocletiani? Capite XIV. *omnes denique qui erant in palatio Magistri, datâ potestate, torquebant*; & capite XVII. *Luctus repentè in palatio, mœstitia, lachryma, judicum trepidatio & silentium.* An, inquam, nolebat eos Diocletianus ullo pacto à Christianâ Religione prohiberi, sed magnos tantùm Palatinos & milites? At hoc absurdum.

Et rursùm, si hîc loci *Palatinorum* nomine solos Palatii Proceres vel utriusque ordinis Comites intelligere debemus, ne minimùm quidem igitur cogitaverit ampliùs Diocletianus de domesticis & ministris, à quibus persecutionem inchoaverat: quæ non minor absurditas. In præsentiâ itaque per *Palatinos* denotari putamus, & omnes Diocletiani domesticos, tanquàm totidem Palatii incolas, & quotquot insuper dignitate aliquâ ad Palatium pertinente ornati erant.

Lin. 4. *Deflectere.*] Malim, *flectere*. Sic mox, *Nec siquidem flexus est Imperator ut accommodaret assensum*; & capite XXV. *Nisi eum amici ab illo furore flexissent*, ubi contrà *deflexissent* prætulerim. *Tollius.*

Ibid. *Præcipitis hominis.*] Id est, inconsiderati; pro quo sine circuitione Maucroixius *Galerium*, qui hîc certè perstringitur & intelligitur, interpretatus est: *Toutes ces raisons ne pouvant fléchir l'opiniâtreté de Galerius*: de quo interpretationis genere diximus paulò antè ad cap. IX. pag. 592.

Lin. 5. *Nam erat hujus malitiæ.*] Hînc apud Vopiscum in Numeriano vir audit *callidus, & consilii semper alti, nonnunquàm effrontis.* Edit. Oxon. & Cant.

Adde Columbum, pag. 370. col. 2.

Lin. 8. *In consilium multos advocabat.*] Sed si ita est, quarè noster post sex septem verba: *Admissi ergò Judices* PAUCI & PAUCI *militares*? Putamus scriptum primitùs fuisse, *in consilium alios advocabat*: id est, alios quàm seipsum. Favent proximè sequentia, *ut aliorum culpa ascriberetur quicquid ipse deliquerat*; nec obstat purior Latinæ Linguæ genius. Cicero lib. 1. Offic. *Nos autem quantùm in utroque genere profecerimus, aliorum esto judicium*: hoc est, aliorum quàm mei. Adde hujus locutionis elegantiam, *in consilium* ALIOS *advocabat*, ut ALIORUM *culpa*, &c. Quid? quòd in *multos*, si prima littera, tanquàm ex fine præcedentis vocabuli *consilium* temerè repetita, abjiciatur, non obscura apparent vestigia lectionis, quam, ni fallor, restituimus, vel quam doctis saltem cum nostro scrupulo proponimus. Hactenùs enim nemini, quod videam, hærere hîc loci contigit.

Ibid. *Ut aliorum culpa ascriberetur.*] Vide Baluzium, pag. 292. col. 2.

Lin. 9. *Admissi ergò Judices pauci, & pauci militares.*] Ut hîc meritò *judices* à *militaribus*, ita, quod eòdem recidit, *judices* à *militibus* capite XVII. distinguuntur his verbis: *Judicum vultus alacritate mutari. Non defuerunt qui suspicarentur celari mortem ejus donec Cæsar veniret, ne quid fortè à militibus novaretur.* Et ecce tamen è capite XXII. *Judices militares* conjunctim & elegantissimè de unis atque iisdem personis: *Judices militares, humanitatis litterarum rudes, sine adsessoribus in provincias immissi.*

Lin. 11. *Tollendos esse.*] *Qu'il falloit exterminer.* Maucroix.

Vide suprà, pag. 609. & Baluzium, pag. 292. col. 2.

Lin. 12. *Et qui aliter sentiebant.*] Ita omnes editiones præter primam, in quâ ex MS. Codice reperitur, *& qualiter sentiebant*: sed mendosè, uti primus vidit & monuit ipsemet Baluzius.

Confer Columbum, pag. 371. col. 1.

Ibid. *Hominis.*] Id est, Maximiani. *Versio Anglica.* Hùc pertinent quæ diximus, p. 608.

Digitized by Google

Lin. 13. *Vel timentes.*] Vide Baluzium, pag. 292. col. 2.

Ibid. *Vel gratificari vol.*] V. eundem ibidem.

www.libtool.com.cn

Lin. 14. *Imperator.*] Rotundè & clariùs ambo interpretes, *Diocletianus.*

Lin. 15. *Miſitque aruſpicem ad Apollinem Mileſium.*] Hanc hiſtoriam narrat Euſebius in lib. 2. de Vitâ Conſtantini, capite 1. *Pagius, ad An. Ch.* 302. *num.* 3.

Adde Baluz. pag. 292. col. 2. Cup. p. 452. col. 1. & Columb. pag. 371. col. 1.

Lin. 16. *Traductus eſt itaque à propoſito.*] Nimis concisè, ut optimè viderunt Interpretes; qui ambo, etſi non obſcurum ſit ad quem hæc debeant referri, tamen quia ultimo loco mentio facta eſt Apollinis Mileſii, & proximè antè aruſpicis ad eum miſſi, ſupplendum idcircò in ſuâ tralatione vel vocabulum Imperatoris, vel proprium *Diocletiani* nomen putarunt. *Ainſi l'Empereur fut contraint de céder.* Maucroix.

Upon this Diocletiani yelded. Tralatio Anglica.

Lin. 19 *Cùm Cæſar vivos cremari vellet, &c.*] Crudeliſſimus itaque Galerius, & de quo meritò, licèt aliis verbis, Dodwellus(*a*):

Nam ſi hîc mali eſt quidquam, hem illic eſt huic rei caput.

Doctiſſimi viri verba ſunt: « Succeſſerunt » deindè anno CCCIV. ſi Euſebio (*b*) credi- » mus, Edicta ſæviora, quibus πάντας παιδεύειν » τοὺς κατὰ πόλιν θύειν τε ἠ σπένδειν τοῖς εἰδώλοις » ἠνάγκαζον. Quo tempore Timotheum tradit » Euſebius poſt innumera tormenta, tandem » tenui ac lento igni fuiſſe conſumptum. » Planè hæc Edicta Galerium ſapiunt auctorem, quem Lactantius ait *vivos illos cremari voluiſſe qui ſacrificio repugnaſſent*, » etiamnùm imperium adminiſtrante Diocle- » tiano. »

CAPUT XII.

P. 198. lin. 1. *Felix.*] *De bon augure.* Maucroix. Id eſt, boni ominis: *Auſpicioux*, Verſio Anglica; hoc eſt, auſpicatus. Adde Cuperum, pag. 453. col. 1.

Ibid. *Terminalia.*] Terminalia, inquit Varro, quòd is dies anni extremus conſtitutus. Duodecimus enim menſis fuit Februarius; & cùm intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur menſe. *Feſtus.* Terminus deus ſecundùm Varronem à T. Tatio conſecratus eſt, ſecundùm alios à Numâ Pompilio: *ut Romani contenti propriis aliena non concupiſcerent, Numa lege cavit de prædiis terminandis.* Edit. Oxon. & Cant.

Ibid. *Terminalia.*] *The Feſtivity of the God Terminus.* Tralatio Anglica. Id eſt, Feſtum Dei Termini.

Lin. 2. *Ad ſeptimum Kalendas Martias.*] 23. *Janvier.* Maucroixii verſio; id eſt, die XXIII. Januarii, errore manifeſto Typothetarum, eoque prorsùs intolerabili, pro 23. *Février*, ut vel è ſequentibus Doctorum obſervationibus conſtare poteſt.

Within five days of the end of February. Interpretatio Anglica: quaſi dicas, ſexto die ante finem Februarii.

Ibid. *Ad ſeptim. Kal. Mart.*] Cœpit itaque perſecutio die XXIII. Februarii, ut patet etiam ex cap. 48. ejuſdem libri. Et certum hujus perſecutionis non tantùm annum, ſed menſem ac diem, Lactantius libro de Mort. Perſ. poſt longam tot ſeculorum ignorationem nos docuit. *Pagius ad annum Ch.* 302. *num.* 5.

Confer Baluz. pag. 293. col. 1. Cup. pag. 453. col. 1. Col. pag. 371. col. 1.

Ibid. *Ut quaſi terminus imponeretur huic religioni.*] Mens Auctoris apertiſſima. Sed quis cum eo *terminum imponere*, pro *finem imponere* uſurpavit? Mihi enim exemplum deeſt.

Quamvis *terminum imponere* fortè nemo dixerit, ut *finem imponere*, patet tamen Lactantium hoc loquendi genere alludere ad vocem *terminalia*, quibus hæc perſecutio cœpta eſt. Cùm videret autem id loquendi genus eſſe durius, ideò illud emolliit voculâ *quaſi*. Grævius.

Adde Cuperum, pag. 453. col. 1.

Pag. 199. lin. 1. *Ille dies primus, &c.*] Ex Virgil. 4. Æneid. *Baluzius*, ad marginem primæ editionis.

Lin. 3. *Et ipſis & orbi terrarum.*] Id eſt, *Imperatoribus & omnibus Nationibus*, ſecundùm Maucroixium; hæc enim ejus verſio, *aux Empereurs & à toutes les Nations.* Meliùs verò cum Anglicâ Tralatione acceperis, quaſi Auctoris verba forent, *& ipſis & univerſo Imperio: not enly on them, but on the wgole Empire.* Quâ de re jam alibi ſatis diximus.

Ibid. *Agentibus Conſulatum ſenibus ambobus octavum & ſeptimum.*] Anno ſcilicèt 303. quo Diocletianus VIII. & Maximianus VII. Conſules proceſſere, quoque ideò per-

(*a*) *Diſſert. Cypr.* 11. *num.* 74. (*b*) *De Mart. Pal. cap.* 3.

Digitized by Google

secutio certò cœpit. *Pagius ad An. Ch.* 302. *num.* 5.

En nonnihil lucis ampliùs è Maucroixii versione. *Sous le huitiéme Consulat de Diocletien, & le septiéme de Maximien Herculius.* Hoc est, sub octavo Consulatu Diocletiani, & septimo Maximiani Herculii, pro quibus Tralatio Anglica: *in the seventh and eighth Consulate of the two Ancient Emperours*; hoc est, in septimo & octavo Consulatu duorum seniorum Imperatorum, mutato, nescio quam ob rem, ordine quo noster utrumque Consulatum nominavit ac numeravit simul.

Ibid *Senibus ambobus.*] Rectè: sed nondùm tamen decrepitis. Utrumque probo ex Cassiodoro, qui ad decimum Diocletiani Consulatum, id est, quem deinceps Diocletianus anno Ch. 307. inivit, hæc habet:

Dioclet. X. *& Maximus* VII.
His Coss. Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt ob ætatis defectum. Probo iterùm ex libro IX. Eutropii, cujus verba sunt: *Cùm... ingravescente ævo, parùm se idoneum Diocletianus moderando imperio esse sentiret, auctor Herculio fuit, ut in privatam vitam concederent, & stationem tuendæ Reipublicæ viridioribus junioribusque mandarent, cui ægrè Collega obtemperavit.* Quid? quòd uterque non paucos annos post depositam purpuram vixerunt. Adde quæ suprà diximus, pag. 610. item Baluzium, pag. 293. col. 1. & Columb. pag. 371. col. 1.

Lin. 5. *Ad Ecclesiam.*] Fuit hic loquendi mos jam seculo quarto post Christum natum inductus, ut *Ecclesia* nomen Latini Græcique Patres de æde Christianorum sacris dicatâ usurparent. Noster paulò post: *Ecclesia ex palatio videbatur.* Eusebius lib. 7. Hist. Eccl. Θεότεκνος δὲ τῆς Ἐπίσκοπος ἀφίκετο [Μαξίμου] προσλαθῶν δι' ὁμιλίας, ἐν τῇ χειρὶ λαβὼν ὅτι τὸν ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ προάγει. ἔστω τι πρὸς αὐτῷ σίσας τῷ ἀγιάσματι, &c. Hoc est, vertente Valesio: *Theotecnus civitatis Episcopus ad Maximum accedens, & sermocinando longiùs eum abstrahens, prehensâ manu ad* ECCLESIAM *perducit. Cùmque interiùs ad ipsum altare eum statuisset*, & quæ posteà. Similia exempla in Eusebio, & seculi quinti Scriptoribus frequentissima sunt. Tantùm, iisdem seculis quarto & quinto, Christiani ædes suas sacras *Templa* quoque vocabant. Lactantius, libro 5. Inst. cap. 2. *Ego cùm in Bithyniâ oratorias litteras accitus docerem, contigissetque, ut eodem tempore Dei* TEMPLUM *everteretur*.... Augustinus, Serm. 255. De Temp. *Quamvis sancta sint* TEMPLA, *quæ vidimus de lignis & lapidibus fabricari, tamen plus apud Deum pretiosa sunt templa cordis & corporis nostri*... TEMPLA *de lignis & lapidibus humano ingenio componuntur; templa corporum ipsius cœlestis artificis manu fabricantur.* Et promiscuè Imperatores Theodosius & Valentinianus Augusti Antiocho PP (*a*): *Pateant summi Dei* TEMPLA *timentibus; nec sola altaria & oratorium* TEMPLI *circumjectum, qui* ECCLESIAS *quadripartito intrinsecùs parietum septu concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita*; & sic sæpiùs in sequentibus.

Ibid. *Profectus cum ducibus.*] Ita editiones omnes præter Oxonienses anni 1684. & Cantabrigiensem anni sequentis, in quibus, *ad Ecclesiam prefectus cum ducibus.* Imò qui illarum primam procuravit Sparkius, optimè ad hunc locum. Priùs, inquit, legebatur *profectus*, cum quâ voce nihil occurrit quod congruat.

Ibid. *Profectus cum ducibus.*] Nullus est sensus. Legendum ergò est, *prefectus*, &c. Rever. Episc. Sarisb. Burnetus, cujus adeò versio, *the Prefect*, & quæ posteà.

Ibid. *Profectus.*] Lege, *prefectus.* Sic cap. 16. mentio fit *Flaccini Prefecti.* Gale.

Lego, *Prefectus.* Allix.

Ibid. *Ad Ecclesiam Prefectus.*] Vide Plinii Epist. ad Trajanum, & Justinum Martyrem in Apol. *Tollius.*

Confer Cuperum, pag. 453. col. 2. & Columb. pag. 371. col. 1.

Ibid. *Rationalibus.*] *Les Officiers du fisc.* Maucroix.

The Receivers. Tralatio Anglica.

Vide suprà, pag. 586. & seq.

Lin. 6. *Simulacrum Dei quæritur.*] Ut inter Paganos, qui putabant templa non posse sine simulacris esse. *Editio Oxon. & Cant.*

Uti à Romanis sub Pompeio, expugnatis Hierosolymis. *Tollius.*

Ex hoc indubiè loco Taciti: *Romanorum primus Cn. Pompeius Judæos domuit, templumque jure victoriæ ingressus est. Indè vulgatum, nulla intùs Deum effigie, vacuam sedem & inania arcana.*

Ib. *Simulacrum Dei quæritur.*] Episcopus Sa-

(*a*) *In Cod. Theod. lib. 9. Tit.* 45. De his, qui ad Ecclesias confugiunt, L. 4.

risberiensis : *Nor that the Christians had any images in their Temples, as Lactantius himself testifies, de Origine Erroris, lib. 2. p. 65. 66. 67. 107. but the heathens having images in all their Temples were ready to conceive the like of them.* Id est, non quòd Christiani ullas haberent imagines in suis templis ; testatur enim contrarium Lactantius ipse de Origine erroris, lib. 2. &c. sed quia cùm in cunctis Ethnicorum fanis imagines extarent, idem facilè Ethnici in animum de Christianis induxerint.

Ibid. *Simulacrum Dei quaritur.*] Benè : sed non invenitur ; quod valdè notandum. Nullum enim nominatur proximè in catalogo rerum repertarum, sed solæ scripturæ. *Scriptura reperta incenduntur.*

Hùc pertinent duæ Pagii conclusiones, haud illaudabiles certè, nec inutiles nostris hominibus, quanquàm necdùm utraque fidei candidissimæ. Una est : *Credibile itaque, imagines parùm à Christianis usurpatas fuisse primis ferè quatuor saculis, per qua nefanda dæmonum in idolis religio, & Christiani nominis crudelissima vexatio cursum suum tenuit.* Altera autem : *Quarè in controversiâ de imaginibus, citerioris Ecclesia potiùs exemplorum & institutorum, quàm antiquioris duci rationem oportet.* Qui priorem locum adibunt, videbunt, cur in isto quidem argumento aliquantò plus bonæ fidei voluissem in viro clarissimo repertum, qui gratis scilicèt addiderit, *imagines tamen ante quintum saculum in usu aliquo fuisse, quamvis non promiscuo ac frequenti*, quod nullo exemplo probavit.

Adde Baluzium, pag. 293. col. 2.

Ibid. *Simulacrum Dei quaritur.*] *On cherche l'idole du Dieu.* * Maucroix. Ad verbum, *Quaritur idolum Dei.* Benè habet. Nam *idolum* igitur etiam veri Dei simulacrum est. Quarè videant, qui ad tuendas Sacro-sanctæ Trinitatis imagines verti volunt in secundo Decalogi præcepto, *Non facies tibi idolum*, quomodò vel cum suâ interpretatione probare possint, illicita quidem esse idola, hoc est, rerum deorumve ὐκ ὄντων simulacra : sed probè licitas esse imagines veri Dei, cùm nostro loco Maucroixius *simulacrum Dei*, summi nempè & solius veri, per *idolum Dei* reddiderit, nec aliâ voce appellaverit ad marginem imagines, quas ait Paganos credidisse extare in Christianorum templis : *Ils croyoient que les Chrétiens avoient des* IDOLES *dans leurs Temples.* Hoc est, *Credebant, Christianos habere idola in suis Templis.* Quid ? quòd quæ habebant idola Pagani, illa nequaquàm τῶν ὐκ ὄντων, sed τῶν ὄντων imagines esse, persuasi erant.

* *Loquitur in mente Paganorum, & apposite ad illorum systema. Unde infirmum prorsùs hinc eruitur argumentum.*

Ibid. *Scriptura reperta incenduntur.*] Undè natum est *traditoris* vocabulum adversùs eos, qui pœnarum metu S. litteras Judicibus imperialibus tradidere. *Editio Oxon. anni* 1680. item *Cantabrigiensis.* Confer Baluzium, pag. 293. col. 2. apud quem de eâ re plura.

Lin. 7. *Datur omnibus præda.*] Potiùs, *dantur omnia præda.* Tollius.

Ibid. *Rapitur, trepidatur, discurritur.*] *Trepidare* ergò eo sensu, quem suprà (*a*) tetigimus, aliquid à *discursitatione* diversum sonat, sicut ibidem observavimus ; ut trepidetur adeò in uno loco, nisi si etiam quandòque circa eumdem locum, discurratur verò per plura. Firmat Terentii versus (*b*) :

Trepidari sentio, cursari sursùm versùm ;

quod manifestissimam invehit *trepidationis* distinctionem à *cursationibus*, tanquàm longè minoris motûs à majori.

Sed præterea, planissimè etiam *trepidatur* nonnunquàm sine ullâ formidine, quemadmodùm insuper ad caput decimum posuimus, p. 603. cùm iis, de quibus nunc noster, *rapitur, trepidatur*, data priùs fuerit Diocletiani nomine securissima prædandi rapiendique potestas. *Datur omnibus præda. Rapitur, trepidatur.* Firmat pariter antè laudata Varronis apium trepidatio (*c*), quas certò certiùs nullus magis metus incessit, cùm in alveis suis forâs trepidant, quàm cùm eosdem introeunt. Ne & ista Livii (*d*) eòdem referam : *Quid ? quòd hostes per summum otium instruxerant aciem, reparaverant animos, stabant compositis suis quisque ordinibus ; nobis tunc repentè* TREPITANDUM *in acie instruendâ erat.* Et iterùm paulò post : *At ne illo ipso quidem die, aut Consule, aut Rege optante, pugnatum est : Rege, quòd nec fessos, ut pridiè, ex viâ, neque* TREPIDANTES *in acie instruendâ, & vixdùm compositos aggressurus erat ; Consule, &c.*

Rectè notas, *trepidare* sæpè accipi sine formidinis notione. Nam trepidare sæpè est tumultuari, & ab omni parte niti ad ingrediendum, aut egrediendum, aut invadendum, & magnâ vi aliquid infestandum. *Grevius.*

(*a*) *Cap.* x. *pag.* 603. (*b*) *In Hecyrâ, Act.* 3. *Scen.* 1. (*c*) *Eâdem pag.* 603. (*d*) *Lib.* 44. *sub finem.*

Digitized by Google

Confer dicta ad caput x. pag. 603.

Ibid. *Rapitur, trepidatur, discurritur.*] Maucroixius : *Les uns ravissent, les autres se pâment de crainte, les autres fuient.* Quasi primùm Latina sint : *Alii rapere, alii terrore exanimari, alii diffugere;* & quasi deindè jam in templum Nicomediæ Christiani summo mane convenissent, atque eorum alii præ terrore, revulsis foribus, exanimati sint, alii verò in fugam hùc illùc acti, quò & reliquæ redeunt tralationes. Sed, ut præter illa, quæ antè adversùs istas hypotheses obiter notavimus, hoc ampliùs afferamus, Auctoris verba neutiquàm sunt : *Rapitur, trepidatur, diffugitur;* detur venia verbo : sed *Rapitur, trepidatur, discurritur*, ut haud proprie ad diffugientes homines pertineant, sed ad discurrentes. Adde, quòd Nicomedienses Christiani adeò nondùm eâ die in Ecclesiam suam convenerant, ut necesse fuerit revellere fores, quòd necdùm fuissent apertæ. Dicere enim revulsas fuisse, quia intùs Christiani Religioni suæ, clausis januis, vacabant, absurdum foret; partim quoniam nulla repertorum intùs Christianorum mentio fit in nostro loco post forium revulsionem, sed Scripturarum tantummodò; partim autem quoniam, cùm Nicomediæ Christiani templum propalàm & permittente magistratu hactenùs habuissent, nil causæ erat, cur cœtus suos clausis foribus celebrarent; partim denique, quoniam apertissimè hæc tria, *Rapitur, trepidatur, discurritur*, non ad diversas, sed ad easdem personas pertinent, hoc est, ad illos omnes, quibus data fuerat præda; ut proindè multò potiùs vertendum credam Gallicè : *Les uns ravissent, les autres se tremoussent, les autres courent deça & delà*, quàm quomodò Maucroixio interpretari placuit. Doctorum tamen judicium esto.

Lin. 8. *In alto enim constituta Ecclesia.*] Fortasis casu, sed fortasis quoque consilio. Nam & olim consilio Judæi Synagogas suas in excelsis locis, etsi haud ita sueviſſent ab initio (*a*), construebant : Gentiles verò magnam partem suorum templorum. De Judæis, res certissima è permultis Juris, ut ita dicam, Rabbinici canonibus, quibus præscriptum, *ut in altissimo urbium loco Synagoga ædificarentur, eaque cæteris ædificiis excellsiores* (*b*); ad imitationem nimirùm templi Hierosolymitani, quod in monte fuerat conditum. Gentiles autem quod attinet, Græci, verbi gratiâ, in excelsis ac puris locis Æsculapii templa, quem sanitati præfecerant, collocabant. *Cur Æsculapii fanum extra urbem est?* quærit Plutarchus in Quæstionibus Romanis. *An quia salubriùs extra, quàm intra urbem degi putant? Nam Græci quoque non absurdè locis puris & sublimibus posita habent Æsculapii sacraria.* Et Vitruvius (*c*) : *Ædibus*, inquit, *sacris, quorum Deorum maximè in tutelâ civitas videtur esse, ut Jovi, Junoni, & Minervæ, in excelsissimo loco, undè mœnium maxima pars conspiciatur, area distribuantur.*

At incredibile, dicet aliquis, Christianos ullâ simili de causâ Ecclesiam, quâ de agitur, in alto constituisse. Fateor : sed potiùs igitur (si quid in eâ re volueris de industriâ factum) quoniam priores Christianorum cœtus ἐν ὑπερῴοις, hoc est, ut vulgò transferunt, *in cœnaculis*, ad verbum ferè, *in supernis*, celebrati fuerint. Vide Act. 1. 12. & seq. item xx. 7. 8. Malim ego causam in incerto prorsùs relinquere, vel hoc ipso, quòd sicut non omni tempore Judæi Synagogas suas in excelsis locis, neque semper Gentiles sua fana in alto extruxerunt; Vitruvius enim, ut alios taceam, continuò post illa, quæ suprà laudavimus : *Mercurio autem*, ait, *in foro, aut etiam, uti Isidi & Serapi, in emporio; Apollini patrique Libero, secundùm Theatrum; Herculi, in quibus civitatibus non sunt Gymnasia, neque amphitheatra, ad circum; Marti, extra urbem, sed ad campum; itemque Veneri, ad portam*: ita nec Christiani perpetuò sua templa in cacuminibus montium, sed interdùm quoque in imis vallibus, interdùm quoque in littoribus maris & fluminum, aliisque locis collocarunt, quemadmodùm jamdiù monuit Hospinianus (*d*). Tantùm itaque constet, etiam ab Evagrio (*e*) mentionem factam fuisse τεμένους, seu νέω, id est, templi, quod sæculo quinto Simeoni Stilitæ, trecentis ferè stadiis à Theopoli, in ipso montis vertice conditum viserit.

Lin. 9. *Utrùm ignem potiùs supponi oporteret.*] *Potiùs* quàm quid? Videtur enim ea vis esse hujus adverbii, & communis usus loquendi apud Latinos, ut non potuerit hìc Auctor non scribere : *utrùm ignem potiùs supponi oporteret, quàm eam dirui;* vel, quod malim, *utrùm illam dirui, an ignem potiùs supponi oporteret;* quarè quin alterutro modo

(*a*) Vide *Burmanni Disput. de Synagogis.* (*b*) Vide *Mosen Maimon. Halac Thephilla, cap.* xi. *&c. Item Burmanni Disp.* 2. *de Synag. num.* 10. *&* 12. (*c*) *Lib.* 12. *cap.* 7. (*d*) *De Origine Templor. cap.* 6. (*e*) *Lib.* 1. *cap.* 14.

Digitized by Google

aut consimili legendum sit, non dubitamus.

Lin. 10. *Incendio facto.*] Latinissimè dictum. Cæsar de Bello Gall. *Et tantùm in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur.* Alia quoque exempla in promptu.

Lin. 12. *Prætoriani.*] *A considerable Body of the Guards.* Anglica versio. Id est, magna manus stipatorum & protectorum Imperatorii corporis.

Ibid. *Acie structâ.*] Phrasis Virgiliana, Æn. 9. *Colomesius.*

Adde Cuperum, pag. 453. col. 2.

Aciem instruere communiter prosaïcæ orationis est. Exempla vide complura, p. 614.

Lin. 13. *Tamen* (vel *fanum*) *illud editissimum paucis horis solo æquarunt.*] τὸ *tamen* ferri non posse hoc loco, qui Latina doctus est, non ignorat, ne dicam, *editissimum* desiderare nomen aliquod. Non probo *tutamen*, quod alii (*a*) substituendum censent. Cogitavi, scribendum esse *culmen illud editissimum. Culmina* enim sunt templa, & omnes ædes editiores, qualis erat hæc Ecclesia. Justin. XXIV. 8. *Advenisse Deum, eumque se vidisse desilientem in templum per culminis aperta fastigia.* Idem XXVIII. 3. *Ubi dies adventare cœpit, editissimisque culminibus urbis oriens splendere.* Statius in Genethliaco Lucani:

Dices culminibus Remi vagantis
Infandos Domini nocentis ignes.

Culmina Remi sunt templa, aliæque domus, quibus ignem immisit Nero, cùm Romam incenderet. Idem IX. Theb.

..... seu jam sub culmine fixus
Excubat, antiquo seu pendet gloria luco.

Hoc est, seu exuvias leonis capti suspenderunt in templo, sive in luco. Exempla sunt & alia in promptu. *Gravius.*

Templum Maucroixius, *ædificium* Burnetus in suâ quisque versione (*b*) supplevérunt.

Ibid. *Tamen illud editissimum, &c.*] Pro *tamen*, quin reponendum sit *templum*, nullus ambigo. Conjecturam meam stabilitum it Lactantius ipse, lib. 5. Instit. cap. 2. ubi ædificium à Christianis cultui divino dicatum *Dei templum* appellat. Sic etiam in limine hujus libelli. *Colomesius.*

Ibid. *Tamen illud editiss.*] Potest vulgata lectio defendi. Præferam nihilominùs *tandem*, pro quo *tamen* aliquandò positum usurpatumque memini. Sed & *templum illud editissimum* non incommodè legi possit, vel *fanum.* Nam τὸ *tutamen* vix hic locum inveniat. *Tollius.*

Ibid. *Tamen.*] Legendum *culmen*, vel *cacumen.* Gale.

Ibid. *Tamen illud.*] Ibi est hiatus, aut corruptio. *Allix.*

Ita planè sentio. Incertum verò miris modis, utrum potius. Mihi olim, quod posterius arrideret, non displicebat legi, *fanum*, quod & Tollio in mentem venit, aut Latinis litteris Græcum *temenos*, id est, templum; nec me hactenùs utriusque conjecturæ pœnitet. Nam quòd *Fanum pro Gentilium Templis Christianos proprio vocabulo usurpasse*, posuit Ducangius (*c*), id, quanquàm multa Veterum loca innuant, perpetuum non est. De Judæorum templo, Christianus Interpres libri 2. Macch. XIV. 33. pro Græcis istis, ἐαν μὲ δώσωσίν μοι τὸν Ἰούδαν σεσιδηρωμένον, πάντα τὸν τοῦ θεοῦ οἶκον εἰς πεδίον ποιήσω, hæc habet: *Nisi Judam mihi vinctum tradideritis, istud Dei* PHANUM *in planitiem deducam.* Et tam de templo corporis Christi, quàm de Hierosolymitano, Auctor Opusculi de montibus Sina & Sion adversùs Judæos conscripti (*d*): *In cujus*, inquit, *Templi* [*Salomonici*] *similitudinem Jesus carnem suam esse dixit, dicens Pharisæis: Destruite* FANUM *istud, & ego in tribus diebus excitabo illud. Et Pharisæi dicebant: Quadraginta sex annis ædificatum est* FANUM *istud, & hic in tribus diebus excitabit illud? Dicebat autem Jesus* FANUM *de corpore suo.* Adde ex Aldhelmo, seu verius ex Gronovii Observatis in Scriptores Ecclesiasticos (*e*):

Nescitis quòd templa Dei sint illa vestra?

Membranæ:

Nescitis quòd fana Dei, &c.

De nomine autem *temenos*, quæ altera nostra τοῦ *tamen* emendatio est, non solet quidem id vocabulum nisi Græcis litteris & apud Græcos pro *templo* occurrere; putà, apud Dionem Cassium de Hierosolymitano, his verbis: ὑπὲρ τοῦ ΤΕΜΕΝΟΥΣ τοῦ θεοῦ ἀμυνόμενοι, *pro templo Dei sui propugnantes*; & apud Evagrium, de Templo Simeonis Stiliræ: Ἐπεθύμουν τὸ τέμενος τοῦτο δι' οὗ θεάσασθαι, *Cupiebam videre templum Sancti illius.* Sed, uno verbo, nil frequentius in scriptis Patrum,

(*a*) *Columbus scilicèt, pag. 271. col. 1.* (*b*) Quoique ce temple soit fort haut. *Maucr* That lofty Building. *Burn.* (*c*) *In Glossario Media & Inf. Latin. voce* Fanum. (*d*) *Apud Cyprianum, ad calcem ferè editionis Paris.* 1574. (*e*) *Cap.* XV.

quàm

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

quàm Græcas voces Latinis litteris exaratas reperire. Joannes Frideric. Gronovius, Obſerv. in Scriptores Eccleſiaſticos (*a*): » Cerda, inquit, vetat *cyclus* ſcribi: vult autem » *ciclus*, quaſi contractum ſit ex circulis. » Miror rationem. An difficilius erat petere à » Græcis *cyclus*, quàm *orama*, & *protus*, & *tetra*, & hujuſmodi innumera »? Lactantius lib. 7. Inſtitut. cap. 23. *quâ de anaſtaſi*, pro *quâ de ἀναστάσει*, id eſt, reſurrectione; & iterùm paulò poſt: *Anaſtaſim mortuorum futuram eſſe conſentiunt*, pro *ἀνάστασιν*, eodem ſenſu. Noſter infrà, cap. 23. *Apollo & Aſclepius orantur*, ex Græco Ἀσκλήπιος, pro Latinorum *Æſculapius*. Idem apertiſſimè, capite 2. *epinicium ſanctum & ſempiternum*, pro ἐπινίκιον. Oroſius lib. 7. cap. 7. de Nerone: *Cerices, cithariſtas, tragœdos & aurigas ſæpè ſibi ſuperaſſe viſus eſt*; non pro *Ceritos*, vel *Scenicos*, quomodò primæ editiones ferebant: ſed pro *Cerycas*, Græcis κήρυκας, ut germanus iſte Hieronymiani Chronici locus oſtendit: *Nero in Olympiade coronatur, cericas, citariſtas, tragœdos, aurigas vario certamine ſuperans.* Paſſio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Benè veniſti tegnon*, pro τίκνον. Alibì in ſequentibus: *Pridiè quàm pugnaremus, video in horomate*, pro in ὁράματι. Alibì rursùm: *& illum contra Ægyptium video in aſâ volutantem*, pro in ἀφῇ; atque iterùm deinceps: *audivimus vocem unitam dicentem: Agios, Agios, Agios, ſine ceſſatione*; pro ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. Confer initium Orationis Cypriani pro Martyribus; item ejus, quam ſub die Paſſionis ſuæ dixit: ne jam equum Lucretii *duratеum*, id eſt, δρύϊνον ſeu *ligneum*; Plinii *probata*, hoc eſt, πρόβατα ſeu *oves*, & ſexcenta alia id genus laudem. Verùm hic locus potiùs forsàn mutilus, quàm corruptus.

Adde Cuperum, pag. 453. col. 2. & Columbum, pag. 371. col. 1.

CAPUT XIII.

Pag. 199. lin. 1. *Poſtridiè.*] Die videlicèt XXIV. Februarii. Euſebius tamen lib. 8. cap. 2. ſcribit, propoſitum fuiſſe Edictum menſe Martio, appetente die feſto Dominicæ Paſſionis. Auctor verò Chronici Alexandrini die XXV. Martii, ipſo die Paſchæ. Verùm hæc ſic conciliat Baluzius vir clariſſimus, ut primò Edictum illud propoſitum fueri *Nicomediæ*, ubi agebat Lactantius, velut in civitate Regiâ, die XXIV. Februarii; deindè miſſum ad cæteras Imperii civitates; menſe quidem Martio propoſitum in eo loco, ubi tum Euſebius habitabat, & in Palæſtinâ menſe Aprili; *Alexandriæ*, vel alibì, ipſo die Paſchæ. Quam conjecturam certam eſſe, mox oſtendo. *Pagius, ad Annum Chriſti* 302. *num.* 5.

Confer Baluzium, pag. 293. col. 2.

Ibid. *Propoſitum eſt Edictum.*] *Proponere* æquè ut *proſcribere*, eſt, publicè affixo titulo, decreto, aut alio ſcripto, aliquid ſignificare. *Symbolos proponere*, apud Juſtinum, lib. 2. eſt inſcriptiones in publico loco ponere legendas in cippis. Sed quis hæc ignorat? *Gravius.*

On publia un Edit. Maucroix. Ad verbum, & ut hodiè loquuntur, *publicatum eſt*; quo & modo Verſio Anglica, *An Edict was published.*

Proponere in publico, & in publicum, dixêre interdùm melioris ævi Scriptores (*b*), pleniùſque.

Ibid. *Ut Religionis illius homines.*] Quam noſter ſcilicèt *divinam* in fine cap. XI. appellavit: *Reſpondit ille ut divinæ Religionis inimicus*, intellectis, uno verbo, *Chriſtianis*, quos & ita ter paulò antè ſine circuitione vocaverat; undè etiam rotundè hoc loco Maucroixius: *Tous ceux qui faiſoient profeſſion de la Religion Chrétienne*; quotquot profitebantur Religionem Chriſtianam. Et ſimpliciùs adhùc tralatio Anglica, *The Chriſtians*, Chriſtiani.

Lin. 2. *Carerent omni honore.*] Adi Baluzium, pag. 294. col. 1.

Ibid. *Tormentis ſubjecti eſſent, &c.*] Anteà itaque, ut à *verberibus*, quod ſuprà tangebamus (*c*), ſic à *tormentis* immunes erant varii hominum ordines & gradus. Confer Cuperum, pag. 453. col. 2.

Lin. 3. *Adversùs eos omnes actio caleret.*] Imò potiùs, *adversùs eos omnis actio caleret.* Gale.

Quæ emendatio non mihi tantùm præteréa, ſed & clariſſimo Auctori verſionis Anglicæ in animum venerat, ut apparet ex his verbis: *All Actions were to be received againſt them.* Nî etiam inſuper pro *caleret*, hoc eſt, acriùs urgeretur, legendum cenſuerit *valeret* cum ampliſſimo Cupero. Nam id quoque Anglica verba præ ſe ferunt. Fuit & cùm ſuſpicarer, ſcriptum primitùs fuiſſe cum majore emphaſi, *adversùs eos omnes omnis actio caleret*, vel *valeret.* Neque aliter ſanè cun-

(*a*) *Cap.* 20. *pag.* 218. (*b*) *Cicero, verbi gratiâ, & Livius.* (*c*) *Ad Caput* X. *pag.* 605. *col.* 2.

ctis occurritur exceptionibus in verbis, quæ proximè præcedunt: *Carerent* OMNI *honore ac dignitate, tormentis subjecti essent, ex* QUOCUNQUE *ordine, aut gradu venirent.*

www.libtool.com.cn

Cuperum vide, pag. 453. col. 2.

Lin. 4. *De rebus ablatis agere.*] Supple *jure*; ut in notissimo versu:

Fastus erit, per quem JURE *licebit* AGI.

Alio enim sensu, quanquàm simillimâ phrasi, noster infrà, capite 39. *Respondit illa ... non posse de nuptiis in illo ferali habitu agere.* Sed ut hîc *agere*, pro *jure agere & in foro*, ita modò *actio*, pro *forensi actione* in istis, *adversùs eos omnes actio caleret* Hincque meritò Versio Anglica, *might not sue for thefts or robberies.*

Lin. 5. *Libertatem denique, &c.*] Baluzium vide, pag. 294. col 1. Cuperum, pag. 453. col. 2. Columbum, pag. 371. col. 2.

Ibid. *Quod Edictum quidam, &c.*] Historia apud Eusebium occurrit lib 8. Historiæ Eccles. cap. 6. (potiùs 5.) Nulla tamen magis, quàm hîc loci fit nominis mentio. *Edit. Ox. & Cant.*

Ibid. *Quidam.*] *Un particulier.* Maucr.

Quasi dicas: *Homo quidam privatus;* quod minimè cum Eusebii verbis convenit: τῶν ἐκ δόμων τις, ἀλλὰ ἐν ἄγαν κατὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ τετιμημένας ὑπερεχόντως ὠνόμασται. Sed videndus omninò de ea re Baluzius, pag. 294. col. 1.

Lin. 6. *Etsi non rectè.*] Adeantur idem ibidem, & Columbus, pag. 371. col. 2.

Ibid. *Magno tamen animo.*] Columbum vide, ibid.

Ibid. *Diripuit.*] Lege: *deripuit;* ut infrà, cap. XXVIII. *Tollius.*

Adde dicta ad cap. 5. pag. 582. col. 1.

Ibid. *Diripuit & consicidit.*] Referri hùc non incommodè potest Simeonis Metaphrastæ narratio de Polyeucto, qui, imperantibus Decio & Valeriano, illorum contra Christianos Edictum è Nearchi manibus acceptum perlegit, inter legendum consputt, & tunc demùm in frusta minuta confregit, ventisque mandavit.

Ibid. *Cùm irridens diceret, victorias Gothorum & Sarmatarum præpositas.*] Hoc est, nî fallor, Imperatores æquè barbaros esse, ac Gothos Sirmatasque, è quibus devictis sibi titulos compararunt. *Edit. Oxon. & Cant.*

En se moquant des surnoms de Gotiques & de Sarmatiques, que les Empereurs s'arrogeoient. Maucroix. Ad verbum, Cognomina Gothicorum ac Sirmaticorum, quæ sibi Imperatores arrogabant, irridendo.

And rallied the Emperours, who had put amond their Titles, that they had triumphed over the Goths and the Sarmatians, that they acted like those whom they pretended that they had subdued. Versio Anglica. Quasi dicas: Et Imperatoribus; qui in Edicti sui Præfatione se de Gothis & Sarmatis triumphasse inter alia gloriati fuerant, illudebat, quòd haud aliter agerent, quàm ii, quos à se subjectos esse jactitabant.

Ibid. *Præpositas.*] Lego: *propositas.* Ironicè dictum. Id est, Christianos, quamvis subditos, jam loco esse Gothorum & Sarmatarum debellandorum. *Boherellus.*

Firmare possit editio Aboensis, in quâ jampridem non *præpositas*, sed *propositas* excusum. At, ne nescias, eximius & conjunctissimus Collega Grævius latere hîc loci putabat aliquid ὕπουλον gravioris momenti, quod sine emendatiore codice non possit elui, ut multa hujus scripti alia loca; idemque sentio.

Lin 7. *Statimque productus.*] In jus scilicet, seu ad Magistratus. Interpretes simpliciter pro *captus est*, sumpserunt.

On le prit. Maucroix.

He was presently seised on. Tralatio Anglica.

Pag. 200. lin. 1. *Extortus.*] Id est, torquendo excarnificatus. Sic & capite XXVII. *Extorti parentes & mariti, ut filias, ut conjuges, ut opes suas proderent.* Tollius.

Ibid. *Legitimè coctus.*] Secundùm leges, quas Augusti tulerant, inquit Baluzius. *Editio Cantabr.*

ὡς ἂν μὴ συγκόμως ἀπαλλαγείη, καταδεχὺ ἀπολήγειν, Eusebius loco citato, hoc est, lib. 8. Historiæ Eccl. cap. 6. pergunt *editiones Oxonienses;* etsi allata Eusebii verba neutiquàm ad eum, de quo agitur, Martyrem pertineant: sed ad alium nomine Petrum, τῶν βασιλικῶν παίδων ἕνα; id est, vertente Valesio, unum ex Imperatoris cubicularibus.

Ibid. *Legitimè coctus.*] *On le mit sur le gril.* Maucroix. Ad verbum, *impositus est craticulæ;* quod quomodò ferri defendive possit, non video.

Ibid. *Legitimè coctus.*] Potiùs, *lentissimè coctus.* Cap. XXI. *Datis legibus, ut post tormenta damnati lentis ignibus urerentur.* Gale.

Adde Baluzium, pag. 295. col. 1. Cup. pag. 454. col. 1. Col. pag. 371. col. 2.

Ibid. *Cum admirabili patientiâ, &c.*] Eusebius, lib. 8. Hist. Eccles. cap. 5. τὸ ἄλυπον καὶ ἀπαθὲς ἐν αὐτῇ τελευταίᾳ διετήρησεν ἀναπνοῇ. *Lætitiam ac tranquillitatem animi usque ad ultimum spiritum conservavit.* Adjicendus Baluzius, ubi suprà.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Pag. 200. lin. 1. *Sed Cæsar.*] Brevior & obscurior personæ notatio, cui malo ita jam docti variè medicinam fecerunt.

But Maximian. Id est, *Sed Maximianus.* Versio Anglica.

Galerius Maximien César. Maucroix.

Ibid. *Sed Cæsar.*] *Galerius* nempè *Maximianus.* Pagius ad Annum Christi 302. n. 6.

Confer quæ nos suprà diximus, ad cap. IX. pag. 592.

Ibid. *Non contentus est.*] Eleganter atque oratoriè, pro *non contentus fuit;* cujus rei indicium certissimum proxima periodus: *Aliter Diocletianum aggredi parat*, non *paravit;* à quâ aliàs lectione vix licitum foret abstinere manum. Nec malè tamen utrobìque doctissimi Interpretes per verba præteriti temporis: *Galérius Maximien César ne se contenta pas de la rigueur de cet Edit. Il dressa, &c. But Maximian was not satisfied with the severity of this Edict, so he resolved . . .*

Ibid. *Edicti legibus.*] Erant in Edicto, de quo noster loquitur, si non variæ Sectiones, saltem varia genera & capita persecutionis contra Christianos instituendæ: putà, *ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate; ut tormentis subjecti essent, ex quocunque ordine, aut gradu venirent;* & sic de reliquis in præcedenti tmemate recitatis. Atque nunc singula ista capita hìc Auctor *Edicti leges* argutè, meo judicio, nominat. *Edicti severitatem & acerbitatem* laudatæ recèns Tralationes intellexerunt, sicut è superioris Notæ clausulà apparet.

Ibid. *Aggredi parat.*] Ita cap. 36. *Facere autem parabat, quæ in Orientis partibus fecerat;* & Terentius in Phorm. Prologo:

Maledictis deterrere, ne scribat, parat.

Confer dicta modò, hâc eâd. col.

Lin. 2. *Ut illum ad propositum crudelissimæ persecutionis impelleret.*] An cum Interpretibus exponendum, ut illum ad decernendam & animo proponendam sævissimam persecutionem adigeret? *Afin que cette audace obligeât l'Empereur à jurer la ruine des Chrétiens.* Maucroix. *That so he migth engage him to an unrelenting persecution.* Tralatio Anglica. Malim equidem accipere, quasi noster planissimè scripsisset: *Nam Galerius Maximianus, ut ad crudelissimam persecutionem, quam ipse sibi primus proposuerat, Diocletianum induceret, &c.*

Lin. 3. *Occultis ministris palatio subjecit incendium.*] Credo, Lactantium scripsisse: *occultis ministeriis;* quod & Nicolao Heinsio in mentem venerat. *Gravius.*

Legendum esse cum minori post *ministris* distinctione censeam: *occultis ministris, palatio, &c.* Gale.

Ita quoque cogitaveram, in hunc sensum: Palatio subjecit incendium ministrorum operâ, quos eàpropter occuluerat; id est, quos sese diligenter occultare jusserat. Nec obstat quidquam, opinor, quominùs hìc loci *occultis* tam benè participium sit, pro *occultatis*, quàm vulgò censetur nomen ex participio.

Adde Cuperum, pag. 454. col. 1.

Ibid. *Occultis ministris palatio subjecit incendium.*] Eusebius lib. 8. cap. 6. nescire se fatetur, quo casu excitatum fuerit: Constantinus verò in Oratione ad Sanctorum cœtum, cap. 25. ait, palatium fulmine ictum conflagrasse. *Pagius, ad Annum Christi* 302. *num.* 6.

Confer Baluzium, pag. 295. col. 1.

Lin. 4. *Christiani arguebantur.*] Sicut sub Nerone, incensâ ab eo Româ. *Tollius.*

Præstiterit, ni fallor, ad Galerium Maximianum Cæsarem referre, quàm ad incertà urbis Nicomediæ ora; ut nempè Galerius, exustâ semel aliquà palatii portione, Diocletianum, quò ipsum efficaciter ad propositum crudelissimæ persecutionis impelleret, convenerit, & Christianos illicò velut hostes publicos ad Sqcerum detulerit, magno impetu, utì mox audiemus, pergens, *illos, consilio cum eunuchis habito, de extinguendis Principibus cogitasse, duos Imperatores domi suæ penè vivos esse combussos.*

Lin. 5. *Et cum ingenti invidiâ, &c.*] Dele præpositionem. Simpliciter enim, *ardere invidiâ, irâ, odio*, Latini dixere. *Tollius.*

Certa est viri docti observatio. Livius enim, verbi gratiâ (*a*), *cùm arderent invidiâ . . . patres.* Et similiter Cicero ad Quinctum fratrem (*b*), *Res ardet invidiâ.* Sed malim tamen ex præpositione, quam deleri vult Tollius, adverbium temporis *tùm* facere. *Et cùm pars quædam conflagrasset, Christiani arguebantur velut hostes publici; & tùm ingenti invidiâ simul cum palatio Christianorum nomen ardebat.*

Lin. 6. *Illos consilio, &c.*] Incipiunt

(*a*) *Lib.* 5. (*b*) *Lib.* 2. *Ep.* 14.

Digitized by Google

communis famæ verba, ſecundùm clariſſimos Interpretes (a): mihi verò potiùs Galerii, ſicut jam tetigimus, & ſequentia confirmabunt. Melior autem diſtinctio editionis Aboenſis: *Illos, conſilio cum Eunuchis habito, de extinguendis principibus cogitaſſe*, & quæ deinceps.

www.lintool.com.cn

Ibid. *De extinguendis principibus.*] Diocletiano ſcilicèt Auguſto, & Galerio Maximiano Cæſare. Nam tunc temporis Galerius haud ſolùm Nicomediæ verſabatur cum Diocletiano, ſed in eodem ſimul palatio degebat, ut quamplurima oſtendunt. Sique aliàs Galerius, ita loquendo, *Principis* nomen commune ſibi faciebat cum ſocero Auguſto, id ei primò per uſum ſeculi licebat, quo Cæſares æquè *Principes* nuncupabantur ac ipſiſſimi Auguſti. Et nobis deindè de eo Cæſare res eſt, qui Cæſaris appellationem jam ab aliquo tempore non poterat ferre; undè hæc illius in capite IX. interrogatio: *Quousque Cæſar?* Nil miri igitur eatenùs; nî mirum fortè, de *extinguendis Principibus* ſermonem ibi loci fieri, in quo de iiſdem comburendis, quin & penè combuſtis, mentio ſit. Verùm id facilè ſolvitur. Apud bonos Auctores *extinguntur, qui vitam amittunt*, quocunque modo amittant, morbo, incendio, aut aliâ re. Cicero in Somnio Scipionis, capite 3. *Quæſivi tamen, viveretne ipſe & Paullus pater, & alii, quos nos extinctos arbitraremur*; id eſt, mortuos. Livius, lib. 8. *In alio tractu orbis* [*magnum Alexandrum*] *invictum bellis juvenem fortuna morbo extinxit*: quarè *extingui* pariter poterant noſtri Principes, vel comburendo.

Lin. 7. *Duos Imperatores.*] *Two Emperours.* Verſio Anglica, ſine articulo; cùm integra ſit, *and that two Emperours wer well nihh burnt alive.*

Les deux Empereurs. Maucroix, cum articulo: *& que peu s'en étoit fallu qu'ils n'euſſent bruſlé tout vifs les deux Empereurs.*

Innuit, Lector, ſi neſcis, ac velis nolis, memorata articuli adjectio, tam Diocletianum & Galerium Maximianum fuiſſe tunc ex Imperii Romani diſpoſitione Imperatores, ſeu Auguſtos, quàm neminem præterea fuiſſe per idem tempus ſimilis poteſtatis & tituli compotem. At contrà Galerius Maximianus necdùm propriè Auguſtus erat, ſed Cæſar, uti monet ampliſſimus Cuperus, pag. 454. col. 1. Et qui duo tunc, ſecundùm recentiorem Imperii diſpoſitionem, veri & ſoli Imperatores erant, hi Diocletianus & Herculius Maximianus fuerunt. Malè itaque Verſio Gallica Pariſienſis, & optimè è contrario Anglica. Verùm, inquis, accenſet ſe Galerius Imperatoribus: *duos Imperatores domi ſuæ penè vivos eſſe combuſtos.* Rectè, accenſet ſe. Allata enim verba non noſtri Cecilii, vel vulgi Nicomedienſium, ſed Galerii reapſe ſunt. Cur verò, putas, ſe accenſuit, niſi quia jam indè à ſuperato Narſeo Cæſaris nomen, ut ut Cæſar, detrectabat, & de ſe loqui volebat. Confer dicta, pag. præc.

Ibid. *Domi ſuæ.*] Id eſt, in palatio; tùm ob ea quæ ad caput tertium obſervavimus de Domitiano *domi interfecto*, & quem præſtantiſſimi quique Hiſtorici occiſum fuiſſe *Romæ in palatio* tradiderunt; tùm præcipuè ob iteratam ejus vocis interpretationem, quam in hoc ipſo capite legere eſt; unam paulò antè, his verbis: *cum palatio Chriſtianorum nomen ardebat;* alteram verò in iſtis, *Denique qui erant in palatio...* quæ diſertiſſima *& domi ſuæ* explicatio eſt. Interpretes vel pluſquàm ad verbum, *dans leur propre maiſon; in their own houſe*, hoc eſt, domi ſuæ propriæ.

Lin. 8. *Qui ſemper ſe volebat, &c.*] Talis à Terentio in Heautontim. Chremes deſcribitur, deriſus eàpropter à Menedemo. *Tollius.*

Uſitatior loquendi ratio erat, *qui ſemper volebat videri æſtutus & intelligens.*

Lin. 9. *Nihil potuit ſuſpicari.*] *Ne ſe doute pourtant point de cet artifice.* Maucroix; quaſi dicas, ne vel minimùm quidem de ſubdolâ Galerii perfidiâ cogitavit.

Coula not he brought to give any credit to this. Anglica verſio. Hoc eſt, adduci non potuit, ut his ullam fidem haberet.

Ibid. *Iræ inflammatus.*] Vide dicta capite X. pag. 607. col. 2.

Ibid. *Excarnificari omnes ſuos protinùs præcepit.*] Prætulerim cum Columbo, *excarnificare omnes ſuos protinùs cœpit.* Cauſas vide apud Baluzium, pag. 295. col. 1. & Col. pag. 272. col. 1.

Ibid. *Omnes ſuos.*] Id eſt, omnem ſuorum domeſticorum familiam; quod patet, ſi hunc locum cum verbis paulò poſt ſequentibus, & initio quoque capitis XV. contuleris. Nam quid iſta primò: *Excarnificari omnes ſuos præcepit... cùm familiam Cæſaris nemo torqueret*, niſi Diocletiani familiam excarnificatam fuiſſe, cùm familia Galerii à nemi-

(a) L'on diſoit, &c. *Maucroix.* It was given out. *Burnetus.*

Digitized by Google

ne torqueretur? *Omnes ſui* itaque jam Diocletiani familia ſunt.

Deindè verò; *Furebat ergò Imperator*, ait noſter initio capitis xv. *jam non in domeſticos tantùm, ſed in omnes, primamque omnium filiam Valeriam, conjugemque Priſcam ſacrificio pollui cogit.* Undè nunc haud ſimpliciter quàm multi primam illam Diocletiani carnificinam evaſerint, apertiſſimum eſt; omnes nempè qui non erant è Diocletiani domeſticis propriè dictis, puta *filia Valeria, conjux Priſca, Judices*, quod mox ſubjecturus eſt, *univerſi, item omnes qui erant in palatio magiſtri*: ſed perſpicuum ſimul, noſtro loco *omnes ſuos* nil aliud eſſe, quàm omnem familiam domeſticorum Diocletiani; eorumque, non magiſtrorum, ſed inferioris ordinis: quo & modo antiquiùs *familia* vox propriè ſervos complectebatur, haud pariter ſobolem ſeu liberos.

Adde Cuperum, pag. 454. col. 2. & Col. pag. 372. col. 1.

Lin. 10. *Sedebat ipſe, atque innocentes igne torrebat.*] *De ſa chaiſe il voyoit bruſler ces innocens.* Maucroix.

Hoc eſt, ex cathedrâ ſuâ videbat innocentes igne torreri. Sed, ut Latina ſonant, & ſequentia ſunt, non merè videbat torreri Diocletianus; torrebat ipſe.

Lin. 11. *Omnes denique qui erant in palatio magiſtri.*] *Tous ceux qui avoient puiſſance de vie & de mort.* Maucroix. Ad verbum, Omnes qui poteſtatem vitæ ac necis habebant.

Non probo. Id enim apertè *magiſtros* cum *judicibus*, de quibus mentio præceſſit, confundere eſt. Præter quàm quòd ſi, ut innuit Maucroixius, Magiſtris illis, ex ſuâ inſtitutione, vitæ neciſque poteſtas erat, cur data iiſdem extra ordinem poteſtas ut torquerent? Sequitur enim continuò, *datâ poteſtate torquebant*, cujuſmodi itaque nullam priùs habuerant, undè *Magiſtri* dicerentur: quarè id *magiſtrorum* genus omninò malim intelligere, qui, verbi gratiâ, ab inferioris ævi Scriptoribus (*a*), *Magiſtri cubiculariorum, Magiſtri oſtiariorum, Magiſtri ſervorum*, & ſic de aliis, vocati ſunt. Fateor difficultatis aliquid oriri poſſe ex Pollionis loco quem ſuprà laudavimus: *Cùm iret ad hortos nominis ſui, omnia* PALATINA OFFICIA *ſequebantur. Ibant &* PRÆFECTI; *&* MAGISTRI OFFICIORUM OMNIUM *adhibebantur*: quippè cùm in iis verbis intelligi, verbi gratiâ, non debeant *Magiſtri familiæ ſervorum*, quæ in Imperatoris palatio verſabatur, ſed *Magiſtri omnium palatinorum officiorum*; id eſt eorum, qui officiis fungebantur in palatio. Verùm reſpondendum credimus, vel palatina ipſa officia ſub generali Imperatoriæ familiæ nomine comprehendi; atque ita Cecilium noſtrum de iis quoque egiſſe, cùm de *Diocletianea familia miniſtris*, ut ſequentia oſtendunt, diſſerat: vel eum potiùs *minoris Imperatoriæ familiæ miniſtros* ſpecialiter à *Palatinorum miniſtris* diſtinxiſſe. Neque ei tunc adverſari poterunt Pollionis verba, cùm alter nonniſi palatinorum officiorum magiſtros intellectos voluerit; alter verò nonniſi magiſtros minoris familiæ Diocletiani, qui & ipſi in palatio vixerint. *All the Officers of his Houſehold.* Verſio Anglica. Quaſi dicas, omnes familiæ ſuæ Præfectos. Confer ſuprà Cuperum, Epiſt. 1. p. 519. Elegantiùs porrò totum hunc locum ex Aboenſi editione diſtinguere poſſis, ſi volueris, iſto pacto: *Item Judices univerſi, omnes denique, qui erant in palatio magiſtri, datâ poteſtate, torquebant*: ad quæ ultima verba, videndus duobus locis Baluzius, pag. 295.

Pag. 201. lin. 1. *Erant certantes quis prior aliquid inveniret.*] Hoc eſt, aliquid exprimeret ex iis, qui torquebantur, quiſnam auctor incendii eſſet. Sed nihil ex quoquam audiebant, quia familia Cæſaris non torquebatur, in quâ erant ii occulti miniſtri, quorum operâ palatio faces ſubjecerat Galerius, ut hujus facinoris invidiâ Chriſtianos oneraret. *Gravius.*

Ibid. *Erant certantes.*] Pro *certabant.* Sic capite xv. *Eorum ſententia in tantis rebus expectata non erat*, pro *non expectabatur.* Nec diſſimili ratione Vitruvius, lib. 2. cap. 8. *De lateritiis verò* [*parietibus*] *dummodò ad perpendiculum* SINT STANTES, *nihil deducitur.*

Adde Baluzium, pag. 295. col. 2. & Col. pag. 372. col. 1.

Lin. 2. *Reperiebatur.*] Quo ſenſu nempè res aliqua dicitur *reperiri*, quandò palàm & comperta nobis eſt: ut haud ideò tamen ullum ejuſmodi proprium diſcrimen agnoſcere oporteat inter præcedens verbum *invenire*, & *reperire* hoc loco, quale nonnunquàm alibi à viris doctis jure vel injuriâ inter utrumque verbum fuit poſitum. Sunt hîc itaque ſynonyma; nec poſterius noſter uſurpavit, quàm quia prius proximè adhi-

(*a*) Vide *Gloſſar. Cangii, voce* Magiſter.

Digitized by Google

buerat. Confer quæ ad caput VII. notavimus.

Ibid. *Cùm familiam Cæsaris nemo torqueret.*] Jactitantis scilicèt, Christianos mali caput certò certiùs esse; eorumque tam nullum unquàm à se admissum toleratumve fuisse inter suos domesticos, quàm magnus è contrario eorumdem numerus jam diù toleraretur, & tunc temporis extaret in familiâ Diocletiani. Nam quin per *familiam Cæsaris*, domesticos Galerii Cæsaris intelligere oporteat, non dubitamus. Ulpianus (*a*): *Familiæ appellatio servos continet: hoc est, eos qui in ministerio sunt, etiamsi liberi esse proponantur, vel alieni bonâ fide nobis servientes.* Et apud Terentium in Heaut. Act. 4. Sc. 3. Syrus:

Ancillas omnes Bacchidis traduce hùc ad vos properè.

Chremes verò scenâ sequente:

Illanccine mulierem alere cum illâ familiâ?

Adde dicta, pag. 620. & seq. & Baluzium, pag. 295. col. 2.

La maison de Galerius. Maucroix. Ad verbum, *domum Galerii*: positâ, utì liquet, *domo* pro *domesticis;* quod nostratibus haud infrequens.

Maximians family. Tralatio Anglica; hoc est, *Maximiani familia*, cum aliâ personæ designatione, sed necdùm satis, ut quod res est dicam, sufficienti, cùm per ea tempora non unus tantùm Maximianus celebris fuerit in Imperio Romano, sed duo; alter Cæsar, quem & ideò Maximianum Cæsarem, amplioris distinctionis ergò, vocare expediverit, alter Augustus.

Lin. 3. *Aderat ipse & instabat.*] *Il se trouvoit présent à tout.* Maucroix. Servatâ vi temporis imperfecti, & Maximianum Cæsarem jam autè præsentem fuisse palàm innuens.

He came and stood by Diocletian. Versio Anglica. Ad verbum, *Venit ille & Diocletiano adstitit*; ac si tunc demùm Galerius advenisset, nec adfuisset priùs, contrà quàm à nobis non uno loco superiùs positum est. Sed id ob nativam, inter alia, utriusque imperfecti indolem & significationem posuimus; nec quidquam videmus, cur ab illâ sit recedendum. Vide pag. 619. col. 2. & seq.

Ibid. *Iram inconsideratì senis deflagrare.*] Elegantissima hæc tralatio est. Tantò verò hîc loci suavior, quòd de incensò palatio; atque hinc accensâ irâ Diocletiani sermo est. *Inconsideratum* autem vocat, quòd ita turpiter sibi à Galerio imponi passus fuerit. *Tollius.*

Ibid. *Deflagrare.*] Quo videlicèt sensu id verbum quandòque pro *deferveſcere* occurrit; putà in his Philippi Macedoniæ regis, sedentis apud Livium (*b*) judicis inter duos filios: *Interdùm spes animum subibat* DEFLAGRARE IRAS VESTRAS, *purgari suspiciones posse. To be abated*, Anglica versio nostro loco; quasi dicas, *imminui, decrescere*, quod eòdem redit. Aliàs certè, ut multa Ciceronis loca ostendunt, *deflagrare, penitùs comburi* sonat. *Phaeton ictu fulminis deflagravit*, lib. 3. Offic. Et contra Antonium: *Illa faces, quibus incensa L. Bellieni domus deflagravit.*

Lin. 4. *Quindecim diebus interjectis.*] *A fortnight after.* Versio Anglica, singulari Linguæ idiotismo. Quasi dicas, *post quatuordecim noctes*, vel *post noctem decimam quartam.*

Ibid. *Incendium molitus.*] Sic capite 37. *Hæc ille moliens*; & 29. *fugam moliebatur.*

Lin. 5. *Sed* (vel *id*) *celeriùs animadversum.*] Editio Aboensis; *id celeriùs animadversum*: quæ Columbi emendatio; imò, secundùm virum doctum, *non dubia*, quia proximè præcessit *sed.* Verùm ea ratio levissima est. Amat noster hanc particulam, illamque multis locis identidem usurpavit. Capite 23. SED *alii super alios mittebantur, tanquàm plura inventuri. Et duplicabatur semper illis non invenientibus*, SED *ut libuit addentibus.* Capite 25. SED *illud excogitavit, ut Severum, qui erat ætate maturior, Augustum nuncuparet, Constantinum verò non Imperatorem, sicut erat factus*, SED *Cæsarem, &c.* Capite 27. sub finem, & initio simul sequentis, *ut non Romanum Imperium*, SED *Dacisicum cognominaretur. Post hujus fugam, cùm se Maximianus alter è Galliâ recepisset, habebat imperium commune cum filio.* SED *juveni*... Ita quoque alibi.

Ibid. *Tunc Cæsar.*] *And then Maximian.* Versio Anglica. Id est, *Tunc Maximianus.* Vide dicta suprà.

Lin. 6. *Medio hyemis profectione paratâ prorupit.*] At verò capite XI. dicitur Diocletianus per *totam hyemem* cum Galerio consilium habuisse: porrò capite 12. cœpit persecutio sub finem Februarii; post 15.

(*a*) Vide *Dig. lib.* 47. *Tit.* 8. *L.* 2. §. 14. (*b*) *Lib.* XII.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

dies conflagravit palatium, ut proficiſci non potuerit Galerius ante expletum ferè Martii menſem. *Sparkius, in edit. Oxon. An.* 1684. & ex illâ poſtea *Cantabrigienſis.*

Optimæ viri docti difficultates, non graviſſimæ tamen, utì nec mihi novæ, ſed quarum fruſtrà ſolutionem quæras in verſionibus, aut aliis eruditorum lucubrationibus. Maucroixius enim, verbi gratiâ: *Céſar, quoi qu'au milieu de l'hiver, précipita ſon départ.* Id eſt, *Cæſaris, quamvis medio hyemis, ſubitus fuit diſceſſus & præceps profectio*; & ſimili pacto tralatio Anglica: *Maximian, tho it was in the midſtof winter, left Nicomedia on the ſame day in which this ſecond firewas raiſed, proteſting, &c* Hoc eſt, *Maximianus, quamvis media ageretur hyems, Nicomediam eo ipſo die reliquit, quo ſecundum illud incendium conflatum eſt* Quæ, ut vides, propoſitos nodos potiùs ſtringunt, quàm expediunt. Diſtinguendum, quò evaneſcant: *Tunc Cæſar medio hyemis profectione paratâ, prorupit, eodem die conteſtans, &c.* Senſus eſt. Tùm Cæſar, qui per mediam hyemem omnia, quæ ad profectionem opus erant, peſſimâ mente clanculùm parari curaverat, quaſi de improviſo prorupit: quin & hanc ſimul cauſam, cur erumperet, ſceleratè afferens, quòd nollet vivus ardere, cùm jam ante illud incendium conſtituiſſet abire Nicomediâ. Adde dicta ad caput XVII.

Ibid. *Profectione paratâ.*] Baluzium vide, pag. 295. col. 2.

CAPUT XV.

P. 201. l. 1. *Imperator.*] Is nempè qui verè, imò & ἐξόχως Imperator erat; *Diocletianus*, uno verbo, ſicut ſuo nomine in antecedenti capite nuncupatus eſt. Quod non monerem, niſi ibidem quoque præceſſiſſet, *duos Imperatores domi ſuæ penè vivos eſſe combuſtos*: hoc eſt, niſi ſe quoque Maximianus Cæſar *Imperatorem* iis verbis vocaſſet. *Nec ſiquidem flexus eſt* IMPERATOR, *ut accommodaret aſſenſum*, dixit pariter hic Scriptor de Diocletiano capite XI. etſi, ſecundùm eundem capite VII. jam tunc temporis *Diocletianus tres participes regni ſui feciſſet*, atque unum ex illis *Imperatorem*; Maximianum ſcilicèt Herculium. Sed is tandem non fuit niſi Diocletiani ſecundarius. Confer Epiſcopum Meld. ad initium cap. 13. Apoc.

Ibid. *Jam non in domeſticos tantùm.*] Euſebius, lib. 8. cap. 6. confirmat quod ſcribit Lactantius, Diocletianum in domeſticos ſæviiſſe. *Pagius ad An.* 302. *nu.* 8.

Adde quæ nos ſuprà diximus, pag. 611. col. 1. & pag. 620. col. 2.

Ibid. *Sed in omnes.*] Hoc eſt, in omnia genera perſonarum, ſeu hominum, ut optimè Interpretes.

Lin. 2. *Filiam Valeriam conjugemque Priſcam ſacrificio pollui coëgit.*] Erant ergò Chriſtianæ. Sic certè Acta ſancti Marcelli & Paſſio ſanctæ Suſannæ, in quibus Diocletiani uxor *Serena* vocatur, filia verò *Arthemia*. Fuerunt forsàn binomines. De quo viderint eruditi. *Colomeſius.*

Adeundus ergò eâ de re Baluzius, p. 295. col. 2. & ſeq.

Ex Lactantii verbis diſcimus, tam uxorem Diocletiani *Priſcam*, cujus etiam nomen ignorabamus, quàm *Valeriam* ejus filiam & Galerii Maximiani conjugem Chriſtianas fuiſſe ... Atque id quidem Euſebius, lib. 8. cap. 1. indicarat, ſed verbis obſcurioribus, & ab ejus Interpretibus plerùmque non intellectis. Hæc ejus verba: Τί δεῖ λέγειν τὰ κατὰ τοὺς βασιλικοὺς λέγειν οἴκους, ἢ τοὺς ὅλῃ πᾶσιν ἀρχοῦσιν οἵ τοῖς οἰκείοις εἰς πρόσωπον ὅλῃ τῷ θεῷ παῤῥησιαζομένοις λόγῳ τε ἢ βίῳ, συνεχώρουν γαμεταῖς ἢ παισὶ ἢ οἰκέταις, μονουχὶ ἢ ἐγκαυχᾶσθαι ὅλῃ τῇ παῤῥησίᾳ τῆς πίστεως θαῤῥοῦντες. *Pagius, ad An.* 302. *nu.* 7. & 8.

Ibid. *Valeriam.*] Valeria, Diocletiani ex uxore Priſcâ filia, Galerio Maximiano juncta fuit matrimonio anno CCXCII. ætatis ſuæ, ut minimùm, duodecimo. Quam diù ſupervixiſſe Galerio conſtat, ut obſervavit Baluzius vir doctiſſimus in Notis ad librum Lactantii de Mort. Perſec. cap. 15... Imò tam *Valeria*, quàm *Priſca*, Maximiano Auguſto anno CCCXIII. extincto ſuperſtites fuerunt, ut infrà ex eodem Lactantio, cap. 50. demonſtrabo. *Pagius, ad an. Chr.* 294. *nu.* 2. & 3.

Ibid. *Priſcam.*] Priſca Diocletiano nupſit antequàm is fieret Imperator: cùm Valeria, ſicut jam dictum, Galerio Maximiano juncta matrimonio ſit anno CCXCII. ætatis ſuæ, ut minimùm, duodecimo. Vixiſſe autem tùm Priſcam, matrem ejus, hînc certò colligitur, quòd diù poſteà ſuperſtes fuit; & anno tantùm CCCXIII. extincta eſt, poſt victoriam quam Licinius de Maximiano reportavit. Certum quoque, Diocletianum toto Principatûs ſui tempore aliam uxorem non habuiſſe, quàm Priſcam, quidquid in contrarium ex nonnullis Sanctorum Actis poſuerint Baronius, Henſchenius, & Pape-

Digitized by Google

brocius; qui nempè librum Lactantii de Mort. Perſ. non viderant. *Pagius ad an. Ch. 294. nu. 3.*

Ibid. *Filiam Valeriam conjugemque Priſcam, &c.*] Illuſtrantur egregiè, quæ de duabus hiſce Auguſtis illuſtris Cuperus ad cap. 1. notavit, illis Lactantii, lib. v. cap. 13. *Quoniàm peccare homines & inquinari poſſunt: averti autem non poſſunt à Deo; valet enim vi ſuâ veritas.* Ubi & mox ſequuntur, quæ huic loco quoque lucem adferunt: *Nam & in hoc quoque malitia illorum convincitur, qui evertiſſe ſe funditùs religionem Dei opinantur, ſi homines inquinaverint: cùm & Deo ſatisfacere liceat, & nullus ſit tàm malus Dei cultor, qui datâ facultate ad placandum Deum non revertatur, & quidem devotione majori. Peccati enim conſcientia, & metus pœna religioſiorem facit; & ſemper multò firmior eſt fides, quam reponit pœnitentia.* Ita ut Valeria & Priſca in hunc numerum referendæ videantur pœnitentiam agentium, quandòquidem eas Diocletianus vi ad thus aris imponendum coegerat. Egregia verò ſunt, quæ ibidem ſtatim noſter ſubjicit: *Si ergò*, inquit, *ipſi, cùm deos ſibi arbitrantur iratos, tamen donis, & ſacrificiis, & odoribus placari eos credunt, quid eſt tandem, quòd Deum noſtrum tam immitem, tam implacabilem putent, ut videatur is jam Chriſtianus eſſe non poſſe, qui diis eorum coactus invituſque libaverit? niſi fortè contaminatos ſemel putant animum tranſlaturos, ut ſuâ ſponte jam facere incipiant, quod per tormenta fecerunt.* Vide infrà de novo Maximiani inſtituto cap. XXXVII. *Tollius.*

Adde Baluzium, pag. 295. & ſeq. & Cuperum, in Epiſtolâ, quam proximè ante noſtras Notas reperies, pag. 519.

Lin. 3. *Eunuchi necati.*] Inter quos erat Petrus, qui ἀπὸ ἐχόμενος τῆς περθίσεως, ὃν αὐλαῖς τοῖς βασιλείοις τικυφόρος ἀπέδυσε τὴν ψυχήν. *Editiones Ox. & Cant.* ex Euſebio, lib. 8. Hiſt. Eccl. cap. 6.

Confer Baluz. pag. 297. col. 1.

Ibid. *Per quos palatium & ipſe antè conſtabat.*] Locus obſcurus. *Allix.*

Imò, ſi quid judico, corruptus; & legendum fortè, *per quos palatium, & ipſe antè, conſtabat*, eo ſenſu, quo noſtratibus dicere familiare eſt: *Il ne reſpire que par lui*; ad verbum, *non reſpirat niſi per illum*: de homine ſcilicet qui non per ſe, ſed per alium vivere videtur, tanta eſt illius ad alterum applicatio, &, ut ita dicam, *viviſicatio* prioris per poſteriorem. *Conflare* certè, propriè loquendo, *ſimul flare* eſt. Gloſſarium vetus, *Conflare*, συμπνεῖν. Et *flare*, pro *animam eam, qua ducta eſt ſpiritu, reſpirare & efflare*, dixerunt Latini. Plautus in Moſtellariâ (*a*):

> *Heus tu, ſi verbum hoc cogitare voles,*
> *Simul flare ſorbereque haud facile eſt.*

Palatium, ſi hæc arrideant, fuerit pro *Palatinis*, ſeu hominibus ad Diocletiani palatium pertinentibus, poſitum; quomodò tot locis apud priſcos *oppidum* pro *oppidanis*, *domus* pro *domeſticis*, *regnum* pro *regni incolis*, & ſi quæ ſimilia ſunt.

Dont les conſeils lui avoient été ſi utiles. Maucroix. Id eſt, quorum conſilia fuerant ei adeò utilia.

By whoſe directions the whole affairs of the palace had been conducted before this Edict. Anglica verſio. Quaſi dicas, quorum operâ & moderamine ante illud Edictum cuncta palatii negotia adminiſtrabantur.

Adde Cuperum, pag. 454. col. 2.

Lin. 4. *Comprehenſi Preſbyteri ac Miniſtri.*] Ejuſmodi *comprehenſionis* meminit noſter ſuperiùs, capite. 3. ubi de Domino noſtro Jeſu Chriſto à Judæis, ut in ipſum animadverterent, comprehenſo: *Congregavit*, inquit, *diſcipulos, quos metus comprehenſionis ejus in fugam verterat.* Cicero Philipp. 2. *Cùm comprehenſio ſontium, mea: animadverſio, Senatûs fuerit.*

On arrêtoit les Prêtres & les Miniſtres de l'Autel. Maucroix. Ad verbum: *Comprehenſi Preſbyteri ac Miniſtri Altaris.* Sed *Altaris* nulla mentio apud noſtrum; & tam benè *menſa* ſupplere potuiſſet clariſſimus Canonicus, ſi quo fuiſſet opus ſupplemento. Chryſoſtomus Homil. 3. in Epiſt. ad Epheſ. Πῶς ἔμεινας, ἢ μετέχεις τῆς τραπέζης; *Quomodò manſiſti, neque tamen* MENSÆ *fis particeps?* Imò, *interrogate eos*, (aiebat Baſilius Magnus, Ep. 73. de illis loquens, qui ſe ante aliquot annos pro Orthodoxis geſſerant) *ſi jam orthodoxus eſt Baſilides... quarè cùm Dardaniâ redirent*, ALTARIA IPSIUS *in agro Gangrenorum ſubverterint*, MENSASQUE *ſuas ſubſtituerint.* Ἐρωτήσατε ἢ αὐτὸς, ὁ ὀρθόδοξος τὴν Βασιλείδης, ὁ κατασκευὴν Ἐκδικίας,

(*a*) *Act.* 3. *Sc.* 2. *v.* 104. *& ſeq.*

Sid

διὰ τὸ ἀπὸ Δαμασίου ἐπισκόπου, ΤΑ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΑ ΕΚΕΙΝΟΥ ὡς τῇ χώρᾳ τῶν Γαγγραίων κατέγραφον, ἢ ΕΑΥΤΩΝ ΤΡΑΠΕΖΑΣ ἐπίθεσαν. Ac si usus Seculo 4 invaluisset, ut sacræ Hæreticorum mensæ, θυσιαστήρια seu *altaria*, Orthodoxorum verò simpliciter τράπεζαι & *mensæ* vocarentur: quod nolim tamen à me affirmatum. Unicè volo, Maucroixium nullam habuisse causam, cur nomen potiùs *altaris* quàm *mensæ* suppleret in nostro loco, quin nec cur alterutrum, cùm *Ministri* de quibus agitur, sine controversiâ *diaconi* sint, & diaconi à Patribus modò *Episcopatûs & Ecclesiæ Ministri*, modò *Ministri Dei*, modò *Ministri Christi*, & quandòque etiam simplicissimo nomine *Ministri* appellati sint, ut mox patebit.

Ibid. *Presbyteri ac Ministri.*] *Presbyteris and Deacons.* Versio Anglica. Id est, Presbyteri & Diaconi.

Rectissimè. Vide Cup. p. 454. col. 2. & seq. & Cangium in Glossario, voce *Minister*, ubi inter cætera, quæ profert, exempla, hoc insigne è Commodiani carmine inscripto, *Ministris*:

Ministerium Christi Zacones, (id est, *Diacones*, seu quod magis Latinum, *Diaconi*), *exercete castè*;
Idcircò MINISTRI *facite præcepta Magistri*, *&c.*

Ibid. *Et sine ullâ probatione ad confessionem damnati.*] *Et sans preuve ni confession.* Maucroix. Id est, *& sine ullâ probatione aut confessione.* Quæ, uti liquet, emendatio non soli viro clarissimo, sed aliis quoque in animum venit.

Lin. 5. *Ad confessionem.*] Lege, *aut confessione.* Notum quid in jure sint *confessi rei*; & sine confessione damnari neminem solere. *Tollius.*

Emendo, *aut confessione.* Gale.

Cum bonâ doctissimorum virorum veniâ, mendum mihi alibi cubat; & pro *sine ullâ probatione*, legendum censeo *sine ullâ prolatione*: hoc est, procrastinatione, seu ἀναβολῇ. Plautus in Mil. Glor. (*a*):

Facile est: *trecenta possunt causa colligi*;
Non domi est, *abiit ambulatum*, *dormit*, *ornatur*, *lavat*,
Prandet, *potat*, *occupata'st*, *opera non est*, *non potest*:

Quantùmvis PROLATIONUM, *dummodò nunc primâ viâ Inducamus...*

Ad quem locum meritò Taubmannus: *Quantùmvis prolationum*, *procrastinationum*, ἀναβολῶν. Nota etiam Ciceronis in Epistolis ad Atticum (*b*) *rerum prolatio*, pro negotiorum suspensione.

Sed quid erit tandem sine ullâ morâ vel procrastinatione *ad confessionem damnari?* Facilis responsio. Presbyteri, verbi gratiâ, qui comprehendebantur, statim atque se Presbyteros esse confessi erant, nullâ interpositâ morâ damnabantur. Hoc fuit *damnari ad confessionem.* Neque alio dicendi genere Christus apud Matthæum XII. 41. narrat Ninivitas εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ μετενόησαν; hoc est, *ad Jonæ prædicationem pœnituisse.* Vel si tu nunc fortè, quod olim cogitaveramus, & nobis jam minùs arridet, mavis, *Damnari ad confessionem*, est *damnari ad Martyrium*; quia, ut optimè monuit & variis auctoritatibus probavit Cangius: *Confessores* etiam *dicti olim, qui martyrio vitam pro Christo, quem palàm confessi & contestati sunt, finierunt.* Quod adeò verum, ut indè, secundùm cæremoniale Episcop. lib. 1. cap. 12. *locus qui in plerisque Ecclesiis sub altari majore esse solet, ubi Sanctorum Martyrum corpora requiescunt*, non MARTYRIUM duntaxat, sed & CONFESSIO vocetur. *Qui Martyrium*, inquit, *seu Confessio appellatur*, *&c.*

Ibid. *Cum omnibus suis.*] De simili phrasi diximus suprà (*c*) quid nobis videretur. Hîc verò latiùs patet illius significatio, quàm anteà. Ibi quippè non liberi, aut uxores, sed omnes ad summum domestici intelligendi erant: hîc autem, ut è sequentibus colligendum, domestici, & alii insuper; qui quid sint, nisi uxores & liberi?

Adde Cuperum, p. 455. col. 1.

Ibid. *Deducebantur.*] Meliùs, *ducebantur*, ut sæpè alibi. *Tollius.*

Favet in primis hic locus capitis 11. *Ducta igitur mulieres cum ingenti spectaculo & miseratione tanti casûs ad supplicium.* Nam & ii, de quibus nunc noster loquitur, ad supplicium ducebantur, ut ex proximis liquet: *Omnis sexûs & ætatis homines ad exustionem rapti.* Sed cùm nihilominùs apud idoneos auctores *deducere in carcerem* (*d*), *deducere ad extremum casum* (*e*), & ejusmodi alia oc-

(*a*) *Act.* 2. *Sc.* 2. *v.* 95. *& seq.* (*b*) *Lib.* 7. *Ep.* 12. (*c*) *Pag.* 620. *col.* 2. *& seq.* (*d*) *Cicero.* (*e*) *Hirtius apud Cæsarem.*

currant, haud sollicitanda fortè lectio ordinaria. Propriè utique, si veterem nostram de toto loco sententiam præferendam duxeris, subaudiendum ἀπὸ τῆς κοινῆς ante alteriusmodi scripturam, *ad confessionem*, id est, ad Martyrium. Nec dissimili sensu Interpretes: *On les faisoit passer par les mains des bourreaux.* Maucroix. *vvere condemned and executed.* Versio Anglica. Sed nos quidem credimus hodiè, ipsummet *deducebantur* accipi rectè posse pro deducebantur ad supplicium. Vide dicta ad hæc verba, cap. 40. sub finem, *ita media inter Cuneos*, &c.

Lin. 6. *Omnis sexûs & ætatis homines*, &c.] Locus, quantùm ad Historiæ seriem, intellectu difficillimus, nî quemadmodùm, secundùm eruditos (*a*), in isto commate Apocal (*b*), ἐν κτίνη, ἐν πεδάτῃ, ἐν ἵπποις, ἐν βαΐδαις, ἐν σωμάτων, ἐν ψυχαῖς ἀνθρώπων; ἀνθρώπων, ad verbum *homines*, distinguntur à σώματα, tanquàm liberæ conditionis homines à mancipiis: ita hîc, per *omnis sexûs & ætatis homines*, cunctas intelligamus personas conditionis liberæ, quæ ad familiam Presbyterorum ac Diaconorum, quorum noster cœpit mentionem facere, pertinebant, singulasque adeò à *domesticis*, de quibus idem paulò post, diversas: ut nunc nempè persecutionis historiam continuando, & quomodò Presbyteri ac Ministri ad martyrium cum omnibus suis ducti sint, accuratiùs explicando, inquiat, *Presbyteros ac Diaconos cum uxoribus suis, liberisque cujusvis sexûs & ætatis, ad exustionem raptos esse & catervatim combustos*; paulò post verò de eorumdem domesticis, *illos, ligatis ad collum molaribus, fuisse mari mersos*; deinceps autem de cætero Nicomediensium populo, *persecutionem in eum atque violenter incubuisse*; ac denique de Provinciis, quæ seni Maximiano parebant vel Constantio, sævitum quoque fuisse in illis, sive contra Christi servos, sive contra eorum conventicula, non minùs quàm Nicomediæ, jubente altero, altero tantùm connivente.

Ibid. *Ad exustionem rapti.*] Vide Baluz. p. 297. col. 1.

Lin. 7. *Et gregatim*, &c.] Ita videtur legendum: *At gregatim circumdato igni ambiebantur domestici, & alligatis*, &c. Edit. Ox. & Cant.

Lege, *sed gregatim*; & distingue post *ambiebantur*. Simile quid noster habet lib. v c. xi. *Sicut unus in Phrygiâ, qui universum populum cum ipso pariter conventiculo concremavit.* Tollius.

Ibid. *Et gregatim.*] Τὸ & ex *set*, pro *sed*, ortum credo; estque, meo animo, totus hic locus ita constituendus: *Nec singuli, quoniam tanta erat multitudo, sed gregatim circumdato igni ambiebantur; domestici (alligatis ad collum molaribus) mari mergebantur.* Gale.

Ibid. *Domestici.*] *Their servants.* Versio Anglica. Ad verbum, *Eorum servi* aut *famuli*: quod quæ jam ponebamus in eo validè firmat, quòd neque vir doctissimus cogitandum esse hoc loco de Imperatoris domesticis putaverit. Videtur enim cæteroqui non Presbyterorum & Diaconorum, sed aliorum hominum domesticos intellexisse. *Some Presbyters and Deacons were seised on... Persons of all ages and of both sexes were burnt.... and their servants were cast into the sea.*

Lin. 8. *Alligatis ad collum molaribus, mari mergebantur.*] Supplicio itaque, quod Palæstinis peculiare non fuit, uti falsò posuit Hieronymus ad Matt. xviii. 6. itemque post illum Casaubonus, saltem quòd ad καταποντισμὸν modum: sed quod rectè vir doctissimus ostendit è Polybio, non fuisse inter gravissima putatum à Græcis. Hieronymi verba sunt: *Quod autem dixit: Expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, secundùm ritum Provinciæ loquitur, quo majorum criminum ista apud veteres Judæos pœna fuerit, ut in profundum ligato saxo demergerentur.* Locus verò Casauboni est: » Matt. xvii. 6. Καὶ καταποντισθῆναι ἐν τῷ πελάγει. » Quod notat D. Hieronymus, peculiare Pa- » læstinis supplicium hîc intelligi τὸν καταποντι- » σμὸν, non ita accipiendum est, quasi aliæ » gentes eo supplicio non uterentur, sed ad » καταποντισμὸν modum potiùs referendum, qui » hîc indicatur; nam fuisse usos Græcos » hoc supplicii genere ergà sceleratissi- » mos homines, apparet satis ex Historiis. » Diodorus Siculus lib. 16. Ὁ δὲ Φίλιππος » τὸν μὲν Ὀλύμπιον ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἄλλους ὡς » ἠθέλησε κατεστήσατο. Ratio verò & modus » fuit alius, quàm apud Palæstinos. Non enim » saxum collo alligabant Græci, sed scutem » in plumbeum vas conjiciebant: quod ex » Athenæi hoc loco didicimus, libr. 14. » Πάτροκλος δέ τις Πτολεμαίου γραμματεὺς ὠκίσατο » τῇ τέχνῃ λαβὼν αὐτὸν, καὶ εἰς μολιβδίνην ποτὲ ἀσπίδα » ἐμβαλὼν, καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὸ πέλαγος κατεπόντισε.

(*a*) *Piscat. Cotter*, &c. (*b*) *Cap.* xviii. 13.

» Non fuisse porrò habitum hoc supplicium » inter gravissima, docet Polybius, lib. 2. » Ἀλλ' ὅμως πιθανὸν ὂν ἐδόκει ἔτυχε δικῆς, πλὴν » τῷ καταγνωσθῆναι διὰ τῶν ὀνείρων καὶ παῖς Κεγχρέαις » πεπραγμένον. « Etiam Græci igitur, quod non putabat Hieronymus, & saxo ad collum alligato, contrà quàm credidit Casaubonus, fontes suos quandòque mari mergebant. Adde Baluzium, p. 297. col. 1. & Columbum, p. 372. col. 1.

Lin. 9. *In caterum populum.*] *In all other places.* Versio Anglica. Hoc est, *in omnibus aliis locis.*

Malo de cætero Nicomediæ populo, qui Christum quidem coleret, accipere. Confer Cup. p. 454. col. 1.

Ibid. *Incubuit.*] Vide suprà, pag. 586. col. 2.

Ibid. *Nam Judices per omnia templa, &c.*] Illustrem vide Cuperum, pag. 512. col. 1. ac seq. prioris Epistolæ ad amplissimum Voetium.

Lin. 10. *Pleni carceres erant.*] Iis nempè, quos ad sacrificia coegerant; id est, quos viderant magnoperè renuisse, & indè Christianæ fidei addictissimos esse cognoverant. *Les prisons étoient pleines de misérables.* Maucroix. Ad verbum, *Pleni carceres erant miseris.*

Adde Cuperum, p. 455. col. 1.

Lin. 11. *Ne cui temerè, &c.*] Hoc est, ne cui non perspecto & cognito jus diceretur. Et videnda hîc Acta Crisp. apud Mabillon. Annal. vol. 3. p. 423. *Gale.*

Edicto, cujus noster capite XIII. mentionem fecit, cautum inter alia fuerat, ut Christiani *non de injuriâ, non de adulterio, non de rebus ablatis agere possent.* Hinc illud, quod jam præ manibus habemus, ortum arbitror, *& ne cui temerè jus diceretur;* id est, & ne cujus fortè Christiani causam Judices imprudenter audirent ac dijudicarent. Assentitur planissimè Maucroixius: *De peur que sans y penser on ne leur rendît justice;* quin & obscuriùs Versio Anglica: *And that no man migth have the benefit of the Law that was not a Heathen.*

Pag. 202. lin. 1. *In secretariis.*] *In curiis judicialibus.* Ed. Ox. & Cant.

In the very Courts if Justice. Tralatio Anglica, eodem sensu.

Dans les Greffes. Maucroix.

Malè. *Secretaria* enim fuerunt propriè loca, in quibus Judices de causis civilibus, vel criminalibus cognoscebant, sedebantque; cùm ibidem ex altercantibus alii sederent, alii starent, pro personarum dignitate, aut vilitate. Codex, lib. 3. Tit. 24. l. 3. *Sedendi quoque in aliquâ* SECRETARII *parte, quæ Judicibus inferior, altercantibus verò superior esse videatur, habituro licentiam;* & §. ult. *Sedendi, cùm celebratur cognitio* [*querimonia criminalis*] *in* SECRETARIIS *judicantium jus consequantur.*

Ibid. *Ut litigatores priùs sacrificarent, atque ita, &c.*] Poscunt omninò cùm adverbium ordinis *priùs*, tum liquidi sensûs ratio, ut hîc τὸ *ita* non pro *eâ ratione, hoc modo*, vel similibus, sicuti vulgò solet, sumatur, sed pro *deindè*, Græcè ἔπειτα, vel ἔπειτεν. Quid esset enim, *ut litigatores priùs sacrificarent, atque suas causas, ita sacrificando, dicerent?* Poterantne, inquam, causas suas sacrificando dicere? Et quorsùm etiam τὸ *priùs*, quod, ut jam dictum, adverbium ordinis est, inseruisse in hanc phrasin, *positâ arâ, ut litigatores priùs sacrificarent*, si vel inter sacrificandum dicendæ causæ fuerunt, ac non potiùs posteà? Positæ igitur manifestò, ut *priùs*, id est, *ante omnia*, litigantes falsis numinibus thus, aut aliud quidpiam sacrificarent, ac deindè causas suas, peractis jam sacrificiis, orarent. Neque aliter in fine capitis 47. *Ita vestem resumpsit*, pro *deindè vestem*, scilicèt purpuream, *resumere ausus est*: disertiùs verò capite 49. *Sed priùs cibo se inferfit, ac vino ingurgitavit, ut solent hi, qui hoc ultimò se facere arbitrantur. Et sic hausit venenum*; hoc est, *& posteà*, vel *deindè venenum hausit.* Accedat, confirmationis ergò, Act. locus XXVIII. 14. qui & ipse ex istis illustrandus: ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους, ὃ ἐυρόντες ἀδελφοὺς, παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτὰ, καὶ ΟΥΤΩΣ εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν. Id est, *Venimus Puteolos, ubi repertis fratribus, rogati sumus, ut maneremus apud eos diebus septem. Et* DEINDE *venimus Romam*; non ut vulgata: *Et* SIC *Romam venimus*; nisi τῷ *sic* vis quoque τῷ *deindè* tribuatur. Accedat rursùm hoc comma prioris Epist. ad Cor. XI. 28. δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ ΟΥΤΩΣ ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω. Ubi pariter novâ ratione vertendum: *Exploret autem quisquis se, & DEINDE de pane illo edat.* Accedat denique, ne plura nunc adducam, istud quoque primæ ad Thess. IV. 17. Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ ΟΥΤΩΣ πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. Hæc est, si rectè interpretari voluerimus: *Deindè nos vivi, qui reliqui erimus, rapiemur simul*

eum eis in nubes, in occursum Domini in aera; & POSTEA *semper cum Domino erimus:* quæ & vis versionis Æthiopicæ (*a*).

www.libtool.com.cn

Lin. 3. *Et jam litteræ ad Maximianum atque Constantium commeaverant, ut eadem facerent.*] Verum itaque est, Edictum priùs in civitate Regiâ, quàm in aliis Imperii urbibus, imò priùs in Oriente, quàm in Occidente propositum fuisse. *Pagius, ad Ann. Christi* 302. *num.* 7.

Ibid. *Ad Maximianum.*] Mirum, ni noster, qui mox hunc ipsum Maximianum, distinctionis causâ, *senem Maximianum* nuncupabit, eumdem hîc, loco multò convenientiore, similis discriminis gratiâ, *senem* quoque cognominaverit, vel potiùs *Herculium*, aut *Augustum*. Non intelligitur certè alius quisquam Maximianus, nisi qui istis nominibus notus est.

Ibid. *Ad Maximianum.*] *To the other Emperour.* Versio Anglica. Id est, ad alterum Imperatorem.

Lin. 4. *Commeaverant litteræ.*] Vide Columbum, pag. 372. col. 2.

Lin. 5. *Expectata non erat.*] Hoc est, *non expectabatur*, utì jam dictum suprà ad similem locum. pag. 621. col. 2.

Lin. 6. *Homo non adeò clemens.*] Baluzium vide, pag. 297. col. 2.

Ibid. *Ne dissentire à majorum præceptis, &c.*] Breviter dictum, pro *ne videretur dissentire à præceptis majorum*; hoc est, ab iis, quæ Diocletianus Imperator, & Maximianus pariter Augustus [uterque Constantio, qui merè per ea tempora Cæsar erat, majores] præcipiebant fieri in provinciis sibi subjectis. Nam ut ea potiùs, quæ iidem Imperatores, vel Diocletianus Imperator, & Maximianus Cæsar, Constantio Cæsari præceperint, intelligamus, à rectæ rationis dictamine alienum est. Primò, quia nusquàm legitur Maximianus Augustus Constantio mandasse per litteras, ut eadem secum faceret. Secundò autem, quia tantùm aberat, ut tunc temporis Maximianus Cæsar Constantio Cæsare major esset in Imperio Romano, ut contrà eo ipso, quòd erant ambo Cæsares, essent æquales. Interpretes difficultatem declinarunt (*b*).

Lin. 7. *Conventicula.*] *Conventiculi* & *Conventiculorum* vocabula, quæ nunc dierum odiosissima sunt, & *propriè olim de hæreticis dicta esse*, posuit incautè clarissimus Cangius (*c*), interdùm etiam loca cœtuum civilium, aut ecclesiasticorum melioris notæ, utì hîc, vel cœtus ipsos sonarunt. De civilibus, Cicero pro Domo suâ: *Quoniam plebi quoque urbanæ majores nostri* CONVENTICULA, *& quasi consilia quædam esse voluerunt.* Idem pro Sextio: *Qui primi virtute, & consilio præstanti extiterunt, ii, perspecto genere humanæ docilitatis atque ingenii, dissipatos unum in locum congregarunt . . . tum res communem utilitatem continentes, quas publicas appellamus, tum* CONVENTICULA HOMINUM, QUÆ POSTEA CIVITATES NOMINATÆ SUNT, *tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento, & divino, & humano jure, mœnibus sepserunt.* De Ecclesiasticis verò, ne plures laudem, Lactantius lib. 5. Institut. cap. 11. *Aliqui ad* [*justos*] *occidendum præcipites extiterunt, sicut unus in Phrygiâ, qui universum populum cum ipso pariter conventiculo concremavit.* Meritò itaque hîc loci Maucroixii versio: *quelques Eglises*, aliquot Ecclesias; Anglica autem: *the houses where the Christians held their Assemblies;* domus, in quibus Christiani suos cœtus celebrarunt.

Lin. 8. *Diruti passus est.*] A populo nimirùm, vel à Præfectis. Undè Lactantius cap. 24. de Constantino jam Augusto loquens: *Suscepto imperio, Constantinus Augustus nihil egit priùs, quàm Christianos cultui ac Deo suo reddere. Hæc fuit prima ejus sanctio sanctæ Religionis restitutæ.* Nam, ut rectè observat Dodwellus in Dissertatione XI. Cyprianicâ, quæ est de Paucitate Martyrum, num. LXXV. nihil habuit agendum Constantinus, si nihil fuisset à patre ejus Constantio in Christianorum causâ innovatum. Quarè verum est quod scribit Lactantius: *Constantius, ne dissentire à majorum præceptis videretur, conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, diruti passus est.* Pagius, ad Annum Christi 303. num. 7. & 8.

Adde Baluz. pag. 297. col. 2.

Ibid. *Verum autem Dei templum, quod est in hominibus, incolume servavit.*] Non accensendus ergò sævissimis primævæ Ecclesiæ per-

(*a*) *Ut licet quidem colligere ex editione Biblior. Polyglott. Londin.* (*b*) *Pour Constance, de peur qu'on ne crût qu'il n'approuvât la résolution des Empereurs.* Maucroix. *But Constance, that he might not seem to dissent from those that were in rank above him.* Versio Anglica. (*c*) Verbo *Conventiculum.*

Digitized by Google

secutoribus, sicut haud pridem à clarissimo Episcopo Meldensi Bossueto sæpiùs factum(a), cùm per septem κεφαλὰς cap. XIII. Apocal. & septem βασιλεῖς cap. XVII. hanc Imperatorum Romanorum Pleiadem, uti Persecutorum, hâc aut illâ de causâ notabilium, intelligendam esse scriberet, Diocletianum, Maximianum Herculium, Constantium Chlorum, Galerium Maximianum, Maxentium, filium primi Maximiani, & Licinium. Sed audiat, se à magno suarum partium Critico & Historico simul, sub Baronii nomine, confutari.

Existimavit Baronius, durante persecutione, Gallias Martyrum sanguine exundasse. Certum tamen videtur, eam in illis, ubi Constantius imperabat, locum non habuisse, Id enim diserte affirmat Lactantius de Mortibus Persecutorum, cap. XV. &c. *Pagius, ad Annum Christi* 303. *num.* 7.

Adde eumdem ibid. num. 8. in quo reclamantes in contrarium historias concisiat. Item Baluzium, pag. 297. col. 2. & seq. Cuperum, pag. 455. col. 1. & mox dicenda cap. XVI.

CAPUT XVI.

Pag. 202. lin. 1. *Universa terra.*] Id est, omnes Imperii provinciæ, ut rectè Maucroixius. Non enim sæculo IV. totus Orbis, quantus quantus est, ab Oriente usque ad Occasum, à Meridie usque ad Septentrionem, Augustis & Cæsaribus erat subjectus: sed magna pars tantùm. Quarè si vel maximè, quæ jam excipientur Galliæ, in censum venirent, nil quidquam, præter *universum Imperium Romanum*, intelligendum foret. Alias hujus generis ὑπερβολὰς suis locis superiùs tetigimus.

Ibid. *Præter Gallias.*] Quàm tunc felices, Deus bone! & quantis dignas gratulationibus de istâ, si non simplici & plenissimâ exceptione, saltem qualem noster habebat ob oculos! Nam Constantius, ut paulò antè narratum, *conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, diruì passus est: verum autem Dei templum, quod est in hominibus, incolume servavit.* Quarè, ut hæc sunt, expertæ quidem Galliæ persecutionem, quòd ad templa attinet, furentibus nimirùm populis, nec obstante Constantio: nullam verò, quòd ad sanguinem; quia renitebatur idem Constantius.

Sed Eusebius in fine libri de Martyribus Palæstinæ (b), inquiunt Docti, affirmat, *Italiam totam & Siciliam, quin* GALLIAM QUOQUE, *duobus primis persecutionis annis integris πόλεμον ὑπομεῖναι, bellum* [supple *persecutorum*] *sustinuisse.* Fateor. Verùm facilè potuit Eusebius nullum aliud bellum intelligere, quòd ad Galliam spectat, quàm quod in eâ per biennium sine ullo Constantii mandato, & præcipiti populorum licentiâ gestum fuerit in solos sacrarum ædium parietes, non in homines. Primò, quia etiam impetus contra Basilicas & inanima templa facti, si ad hujus, aut aliorum loquendi rationem respexerimus, *bella* sunt. Actus Martyrum Saturnini, Felicis & aliorum (c): *Placet igitur... causam ipsius* BELLI *tractare.... Temporibus namque Diocletiani & Maximiani*, BELLUM *diabolus Christianis indixit isto modo, ut sacrosancta Domini testamenta Scripturasque divinas ad exurendum peteret*, BASILICAS DOMINICAS SUBVERTERET, *& ritus sacros, cœtusque sanctissimos celebrari Domino prohiberet.* Et noster, suprà, capite XII. primum Diocletianeæ persecutionis impetum, qui merè in Templum Nicomediæ factus, referens, *Qui dies*, ait, *cùm illuxisset, repentè... Præfectus cum Ducibus, & Tribunis, & Rationalibus venit, & revulsis foribus... Scriptura reperta intenduntur, datur omnibus præda.... Veniebant igitur Prætoriani acie structâ, &c.* Deindè autem, quoniam in libello Precum, quem ante nos clarissimus Baluzius (d) ex Optato citavit, asserunt pleno ore Donatistæ: *Constantium nullam inter cæteros Imperatores persecutionem exercuisse, & ab hoc facinore immunem fuisse Galliam.* Tertiò denique, quia apud Eusebium (e), quem sibi ipsi constare necesse est, laudatur totidem verbis Constantius, ut Princeps, *qui concitati adversùs Christianos belli particeps nusquàm fuerit; qui veri Dei cultores sub suo imperio viventes immunes ab omni noxâ & calumniâ servarit; postremò, qui* NEC ECCLESIARUM ÆDES SUBVERTERIT, *nec quidquam adversùs fideles molitus sit;* τοῦτι καθ' ὑμῶν πολέμιν μηδαμῶς ὑπομεινάντα, ἀλλὰ ἐκ τῆς ὑπ' αὐτὸν θεοσεβείας ἀβλαβεῖς, καὶ ἀνεπηρέαστους φυλάξαι, καὶ ΜΗΤΕ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ ΤΟΥΣ ΟΙΚΟΥΣ ΚΑΘΕΛΟΝ, μήθ' ἕτερόν τι καθ' ὑμῶν καινοργήσαι: *passus itaque tantùm*, ut hîc meritò ad nostri verba redeam, *templa dirui*, nihil ipse circa eadem, vel Christianos aggressus.

(a) *In libro nempè, cui titulus: L'Apocalypse, avec une Explication, par, &c.* (b) Cap. XIII. (c) *Apud Baluz. tom.* 1. *Misc. p.* 57. *num.* 5. & 2. (d) Vide *pag.* 297. *col.* 2. (e) *Lib.* 8. *Hist. Eccl. cap.* 13.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Scio, quàm multæ hiſtoriæ Gallicarum urbium provinciarumque à Baluzio memoratæ aliò prorsùs abeant. Sed illas, credo, pauci Eruditi dignas judicabunt, quæ præ hoc Auctore & Euſebio, qui tam commodè ſecum & cum noſtro in concordiam adduci poteſt, audiantur. Adi nunc, ſi libet, Baluzium, pag. 297. col. 2. Dodwellum, Diſſertatione Cypr. XI. num. 75. & 77. denique Pagium ad Annum Chriſti 303. num. 7. & 8.

Ibid. *Et prater Gallias ab Oriente, &c.*] Melior diſtinctio editionis Aboenſis, *&, prater Gallias ab Oriente* ... vel iſta Galei, *& (prater Gallias) ab* ...

Lin. 2. *Tres acerbiſſimæ beſtiæ.*] Perſecutorum, quos noſter intelligit, nomina extant ſuprà apud Baluzium, pag. 298. col. 1. En hîc verò, quibus de cauſis veteres Chriſtiani licitum ſibi crediderint, ejuſmodi maledictis invehi in ſuos cujuſcunque gradûs perſecutores. Lactantius lib. 5. Inſtitut. ſeu de Juſtitiâ, cap. XI. *Iis igitur hominibus, qui Deorum ſuorum moribus congruunt, quia gravis eſt & acerba juſtitia, eamdem impietatem ſuam, quâ in cæteris rebus ſtuuntur, adversùs juſtos violenter exercent. Nec immeritò à Prophetis* BESTIÆ *nominantur. Præclarè itaque M. Tullius: Etenim ſi nemo eſt, inquit, quin emori malit, quàm converti in aliquam figuram beſtiæ, quamvis hominis mentem ſit habiturus; quantò eſt miſerius, in hominis figurâ animo eſſe efferato? Mihi quidem tantò videtur, quantò præſtabilior eſt animus corpore. Aſpernantur itaque corpora belluarum, quibus ſunt ipſi ſæviores; ſibique adeò placent, quòd homines nati ſunt, quorum nihil niſi lineamenta & ſummam figuram gerunt. Nam quis Caucaſus, qua India, qua Hyrcania tam immanes, tam ſanguinarias unquàm beſtias aluit? Quoniam ferarum omnium rabies uſquo ad ventris ſatietatem furit, fameque ſedatâ, protinùs conquieſcit. Illa eſt vera beſtia, cujus unâ juſſione*

Fundiſur ater ubique cruor, crudelis ubique

Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.

Nemo hujus tanta bellua immanitatem poteſt pro merito deſcribere, qua uno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis ſævit, & non tantùm artus hominum diſſipat, ſed & oſſa ipſa comminuit, & in cineres furit, ne quis extet ſepultura locus; quæſo verò id aſſecutent, qui Deum confitentur, ut ad eorum ſepulchra veniatur, ac non ut ipſi ad Deum perveniant. Quænam illa feritas, qua rabies, qua inſania eſt, lucem vivis, terram mortuis denegaſſe? Dico igitur, nihil eſſe miſerius iis hominibus, quos miniſtros furoris alieni, quos ſatellites impia juſſionis neceſſitas aut invenit, aut fecit. Non enim honor ille, aut provectio dignitatis fuit: ſed hominis damnatio ad carnificinam, Dei verò ad pœnam ſempiternam. Dicant nunc, qui noſtrates de illâ piâ, ſcilicèt *Bimachorum* expeditione ſcriptitantes ad primorum Chriſtianorum patientiam ac moderationem revocant, eccui noſtrûm tale quid uſpiàm exciderit.

Adde Columbum, pag. 372. col. 2.

Lin. 3. *Non mihi, &c.*] Reſcribe confidenter cum Galeo & tribus editionibus (*a*):

Non, mihi ſi lingua centum ſint, oraque centum.

Verſus enim Virgilianus eſt è lib. 6. Æneidos, ut annotatum à Baluzio ad marginem, ſed is quidem mutilus Librarii oſcitantiâ, vel fortaſſis etiàm ignorantiâ, qui neſciret, debere hîc eſſe verſum. Habes certè in iſto exemplo cauſam manifeſtiſſimam, cur non ad ſolas corruptas voces, quæ in hoc Auctore inveniri poſſunt, attendere illos oporteat, qui ipſum lectitant, ſed & ad omiſſas.

Lin. 5. *Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem, qua judices intulerunt.*] Scribe *quas.* Neque enim *pœna nomen alicui inferre* poteſt eſſe Latini commatis, quanquàm vir doctiſſimus ſuprà laudatus juxtà habeat *pœnarum nomina & pœnas.* Sparkius in editione Oxon. An. 1684. & ex illâ Cantabrigienſis.

Pag. 203. lin. 2. *In Flaccinum Præfectum.*] Bithyniæ. *Ed. Ox. & Cant.*

Adde Baluzium, p. 298. col. 1.

Ibid. *Non puſillum homicidam.*] Mieux eſt, quam optimè ſenſit Maucroixius (*b*); & talis illa capitis XV. *homo non adeò clemens*, de Maximiano Herculio, quem Eutropius *propalàm ferum fuiſſe, & ad omnem aſperitatem ſævitiamque proclivum*, diſertiſſimè tradidit (*c*). Similis illa quoque Matthæi (*d*), ſecundùm Vulgatum Interpretem: *Et Bethlehem terra Juda, nequaquàm minima es in principibus Juda.*

Ibid. *Deindè in Hieroclem, &c.*] Hinc

(*a*) *Oxon. An.* 1684. *Cant. & Aboenſis.* (*b*) Ce fameux meurtrier. (*c*) *Lib.* 11. *&* 12. (*d*) *Cap.* 2. *comm.* 6.

Digitized by Google

apprimè illustratur Lactantius Institut. lib. v. cap. 2. ubi Hieroclis, tacitè licèt, mentionem fieri vidit lynceus Præsul Joannes Pearson, ὁ μακαρίτης, Prolegomenis doctissimis in Hieroclem. *Colomesius.*

Imò viderat ante Pearsonium Baronius (*a*), ut ex Baluzio, pag. 298. col. 2. discere est.

Is Hierocles, Judex Ethnicus, dum Dei templum (Nicomediæ) everteretur, adversùs Christianos scripsit, & Bithyniæ Præsidatum gessit, antequàm Præfecturam Ægypti, quâ eum ornatum fuisse docet Valesius in Annotationibus ad Eusebium, in libro de Martyribus Palæstinæ, cap. 5. *Pagius, ad Annum Christi* 302. *num.* 9. 10. & 8. *sub finem.*

Adde Columbum, pag. 373. col. 1.

Lin. 3. *Auctor & consil. ad faciendam persecutionem.*] *Persecutionem facere*, phrasis fuit illorum temporum, ut constare potest ex Actorum loco, VIII. 1. *Facta est autem in illâ die magna persecutio in Ecclesiâ*; atque iterùm è Lactantii verbis à Baluzio allatis ad hunc locum, p. 298. col. 2.

Lin. 4. *Prisicillianum.*] Vide Baluzium, pag. 298. col. 2. & Columbum, pag. 373. col. 1.

Lin. 5. *Noviès enim tormentis cruciatibusque variis subjectus.*] Quomodò noviès tantùm sub toto trium dictorum Præsidum magistratu, qui sibi invicem successerunt?

Præsides Romani illos præsertim supplìciis dies constituebant, quibus frequentissimi totius provinciæ conventus pro more essent expectandi. Hoc erant in numero dies, quibus *ludi & munera* essent *Circensia* edenda... Si qui igitur ad *bestias*, vel ad *munus gladiatorum* in se invicem damnati essent, illis ipsis ludis omninò proferebant. Nec alio ipsos, quàm ludorum ipsorum diebus, pati potuisse, ex Epistolâ Smyrnæorum de martyrio Polycarpi colligimus. Petebant Asiarcham Philippum Smyrnæi, ut Polycarpo leonem immitteret. Respondit Philippus, μὴ ἔξειναι ἐξεῖναι αὐτῷ, ἐπειδὴ ἐκτελεῖσθαι τὰ κυνήγια... Atque ut non admodùm frequentes redire poterant *publicorum ludorum* vices: ita nec frequentes redibant vices *suppliciorum publicorum.* Toto biennio, quo retentum incustodiâ tradit Eusebius (*b*) Agapium, à secundo nimirùm anno persecutionis ad quartum, ter duntaxat è carcere eductus, & cum maleficis solenni pompâ traductus in stadio. Et toto sexennio Donatus, & tribus Præsidibus sibi invicem succedentibus, Flaccino, Hierocle, & Priscilliano, noviès tamen, nec sæpiùs tormentis cruciatibusque variis subjectus est. *Dodwellus, in Diss. Cypr.* XI. *nu.* 89.

Lin. 6. *Adversarium glor. conf. vicisti.*] Baluzium vide, p. 298. col. 2. & Columbum, p. 373. col. 1.

Lin. 7. *Zabulum.*] Diabolum. Sic *Zacones* usurpari legimus, pro *Diacones* (*c*): quin & *Zeta*, si quid memini, apud Plinium juniorem occurrit, pro *Dieta.* Edit. Oxon. & Cant.

Adde Baluzium, p. 298. col. 2. Cup. p. 455. col. 2. & Col. p. 373. col. 1.

Lin. 8. *Seculum cum suis terr. triumphasti.*] Vulgata (*d*), *triumphans illos* [*principatus*] *in semetipso.* Aurelius Victor (*e*), *Achæos bis prælio fudit: triumphandos Mummio tradidit.* Denique Tertullianus (*f*), licèt quidem compositum verbum adhibens: *Illos* [*dæmones*] *nunquàm magis detriumphamus, quàm cùm pro fidei obstinatione damnamur.*

Lin. 9. *Jocundum illud spectac.* [Adeundi Baluzius, pag. 299. col. 1. & Columb. pag. 373. col. 1.

Lin. 10. *Non Candidos equos, aut immanes eleph.*] Vide Baluzium ibidem, & Cup. p. 455. col. 2. & seq.

Lin. 11. *Triumphatores currui tuo subjugantem.*] Hoc suspectum erat Nicolao Heinsio τῷ νῦν ὦ ἀγίοις, non modò *quia currui subjugare equum* apud Latinos Scriptores vix inveniatur, quamvis ratio Latinæ Linguæ non repugnet: sed & quia *subjugare* statim sequitur: *Victi enim tuâ virtute & subjugati sunt.* Malebat itaque vir ingeniosissimus, *triumphatores currui tuo subjungentem. Jungere* enim & *subjungere currui, vel ad currum jumenta*, Latinis dici quis ignorat? Virg. Eclog. v.

Daphnis & Armeniat curru subjungere tigres
Instituit. Græv.

Lin. 12. *Cùm dominatores dominantur.*] Lego, *cùm dominatores domitantur.* Gale.

Interpretes in eundem sensum, & propter similem proindè correctionem: *C'est un triomphe véritable, que de vaincre les vain-*

(*a*) *In Annal. ad Annum* 302. *num.* 44. 47. 51. & 58. (*b*) *In Martyr. Palæst. cap.* 6. (*c*) Vide *suprà*, *pag.* 625. *col.* 1. (*d*) *Coloss.* 2. 15. (*e*) *De Viris illustr. in Quinctio Cæcilio Metello.* (*f*) *In Apolog. cap.* 27. *in fine.*

queurs des Nations. Maucroix. *This is true Victory, when those that have conquered the World, subduer.* Rever. Episcopus Sariſb.

Aliter Baluzius, p. 299. col. 1. & Columb. p. 373. col. 1.

www.libtool.com.cn

Lin 13. *Nefandâ juſſione.*] *Juſſionis* vox, ſecundùm Cangium (*a*), *præceptionem* notat, *ſed maximè Principis* : quod veriſſimum, ſicut exempla, quæ vir doctiſſimus attulit, ſtabiliunt, & nos iſtis confirmamus. *Proconſul Anulinus* ad Saturninum (*b*) : *Tu contra juſſionem Imperatorum & Cæſarum feciſti* ; & Lactantius lib. v. Inſt. cap. xi. *Illa eſt vera beſtia, cujus unâ juſſione*

Funditur ater ubique cruor.

Græci Patres in ſimili re, ſimili nomine κελεύσματι uſi ſunt. Euſebius, lib. 7. Hiſt Eccl. c. 11. ὁπότε τῆς κελεύσεως τῶν Σεβαστῶν ἡμῶν. Et ut hîc porrò noſter *Imperiale præceptum*, de quo loquitur ſuo nomine, *nefandam juſſionem* appellavit : ita alibi veteres Chriſtiani, ne recentiores bonorum exempla non habere putentur, *ſcapham, ſcapham* in ejuſmodi negotio vocarunt. Actus Martyrum Saturnini & aliorum (*c*) *ſacrilegam juſſionem perhorruit* [*exercitus Domini Dei.*] Lactantius autem, loco proximè laudato, *Satellites impia juſſionis.*

Adde Columbum, p. 373. col. 1.

Ibid. *Terriculas tyrann. pot.*] Vide Cup. p. 456. col. 1. & Columbum, p. 373. col. 2.

Lin. 14. *Fide ſtabili.*] Id eſt, firmâ, ſeu quâ olim, verbi gratiâ, Confeſſores & Martyres *in fide ſtabiles* erant. Cyprianus in Epiſtolâ de Mappalico (*d*) : *Iſtum nunc beatiſſimum martyrem & alios participes ejuſdem congreſſionis & comites*, IN FIDE STABILES, &c. qui & paulò poſt ejuſmodi fideles unicâ, ſed notabili voce, STANTES nuncupavit. *Opto pariter, & exhortor ... ut lachrymas matris Eccleſiæ, quæ plangit ruinas & funera plurimorum, vos veſtrâ (* malim, *veſtri) latitiâ tergeatis ; & caterorum quoque* Stantium *firmitatem veſtri exemplì provocatione ſolidetis* ; & rursùs in Epiſtolâ viii. *qui ſint poſiti ... inter numeroſam languentium ſtragem, & exiguam* STANTIUM *pancitatem*: ortâ primùm, credo, locutione ex illâ *plurimorum, qui ruerant ſtrativè ſuerant*, ideâ, quibus eleganter *Stantes* opponendos putavit ; tùm ex verbis prioris Epiſtolæ ad Cor. xvi. 13. στήκετε ἐν τῇ πίστει ; *State in fide* : poſtremò, ex eo quòd in multis locis ſtare Latinorum *ſtare* & Græcorum στῆναι vim reſiſtendi impugnantibus denotant.

Mulciber in Trojam, pro Trojâ ſtabat Apollo.

Paulus in Epiſtolâ ad Gal. v. 1. Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν ἧ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν στήκετε ; *State igitur pro libertate, quâ Chriſtus nos liberavit.* Ita enim hoc comma vertendum credimus, potiùs quàm ut vulgò, *State igitur in libertate*, & quæ poſteà.

Adde Columbum, p. 373. col. 2.

Lin. 15. *Verbera.*] *Les fouëts.* Maucroix. Vide dicta ad cap. x. pag. 606. col. 1.

Ibid. *Ungulæ.*] Adeantur Cuperus, p. 456. col. 1. & Col. p. 373. col. 2.

Ibid. *Ferrum.*] *Swords* : Anglica verſio ; hoc eſt, *enſes.*

Pag. 204. lin. 1. *Hoc eſt militem.*] Malim, *hoc eſſe militem*, ſupple *eſt.* Tollius.

Ita quoque legendum conjeceram ; vel ſaltem, *hoc & militem Chriſti.* Vulgata certè ſcriptura præ utrâque lectione parùm elegans videtur, & vix digna polito iſto opere. Potuit tamen & antiquitùs fuiſſe exaratum, *Hoc eſt eſſe diſcipulum Dei, hoc eſt eſſe militem Chriſti.*

Lin. 3. *Nullus laqueus inducat.*] Potius videtur, *induat.* Tollius.

Prætulerim ego, *nullus equuleus inducat* ; hoc eſt, perſuadeat, aut aliquid tale. Sequitur quippè, *nullus dolor vincat, nullus cruciatus affligat ;* quibuſcum *equulei* notio optimè cohæret, non illa pariter *laquei.* Cicero pro Roſcio : *Pretio, gratiâ, ſpe, promiſſis induxit aliquem* ? Id eſt, perſuaſit, pellexit ; & in Philip. 2. *Nihil queror de Dolabellâ, qui tùm eſt impulſus, eluſus, inductus* : hoc eſt, perſuaſus. Nobis autem eò magis hæc emendatio arridet, quòd eam etiam doctiſſimo Galeo in mentem veniſſe aliquis ſit ſuſpicandi locus.

Lin. 5. *Non eſt auſus ulteriùs congredi tecum.*] Chriſtianorum monſtroſa fortitudo fregit plerùmque ferociam perſecutorum, ne ultrà ſævire auderent ... Atque ut victoriâ ſupra modum efferebantur, ita viciſſim ſpe victoriæ dejecti, oppugnatione omni abſtinebant. Ita de Donato ſuo Lactantius : *Denique poſt illas novem gloriſiſſimas pugnas, quibus à te Zabulus victus eſt, non eſt auſus*

(*a*) *In Gloſſar. voce* Juſſorium. (*b*) *In Actibus Martyrum Saturnini, &c. apud Baluzium, tom. 2. Miſcellan. cap. 7.* (*c*) *In Miſcellaneis Baluzii, tom. 2. cap. 2.* (*d*) *Nona eſt editionis Pariſ. 1574.*

ulteriùs

alterius congredi tecum, quem tot præliis expertus est non posse superari, &c. Dodwellus, in Diss. Cypr. XI. num. 92.

Ibid. *Congredi tecum.*] Sic suprà, pag. præc. in primis Cypriani verbis, *Istum nunc beatissimum martyrem & alios participes ejusdem* CONGRESSIONIS. Et alio loco (*a*), *Ipse* [*Dominus*] *luctatur in nobis, ipse* CONGREDITUR, *ipse in certamine agonis nostri, &c.*

Lin. 6. *Victrix corona.*] *The crovvn of victory.* Versio Anglica. Ad verbum, *corona victoria*, sensu planissimè expresso: eodem Actus Martyrum Saturnini Presbyteri, Felicis, & aliorum (*b*), *victricem palmam in passione gestantes*; & Cicero in Epistolis ad Atticum (*c*), *quo die Cassii littera victrices in Senatu recitatæ sunt*: Ambrosius denique Epistolâ XXIX. *Et huic vexilla committes victricia, huic labarum.*

Sed ne hînc citiùs quàm par est abeamus, quamnam coronam voluit noster Cecilius Donato suo *paratam* fuisse, postquàm tot præliis congressus esset cum diabolo? Utrùm *purpuream*, an *candidam*? Clarissimus enim Beckius de Sanctorum Martyrum & Confessorum Memoriis in genere disserens, posuit (*d*), *His strenuis Christi militibus atque Athletis coronam paratam esse, Martyri quidem de rosis purpuream, Confessori verò de liliis candidam, juxta Cyprianum, Epistolâ* VIII. *& Commentatorem ejus Rigaltium in Notis.* Verùm, ignoscat mihi quod jam dicam vir doctissimus, non videtur Cypriani Epistolam, quam laudat (*e*), legisse unquàm, vel saltem attendisse. In eâ quippè Cyprianus *candidam*, de quâ loquitur, *coronam* adeò non propriam fecit Confessoribus, adeò non solis Confessoribus proposuit tanquàm accipiendam specialiter *de confessione*, ut eam primum omnium proposuerit accipiendam *de opere*; deindè, *singulis fratribus*, seu Ecclesiæ membris; postremò, tanquàm illam, *undè jam tùm temporis Ecclesia fuerit candida, cùm necdùm per Decii persecutionem Confessores haberet aut Martyres, sed solùm fratres bonis operibus insignes.* Cyprianicus, de quo agitur, locus illustrior est, quin & hîc nimis necessarius, quàm ut, licèt paulò longior, non producatur. Sic habet: *Si vos acies vocaverit, si certaminis vestri dies venerit, militate fortiter, dimicate constanter, scientes vos sub oculis præsentis Domini dimicare, confessione nominis ejus ad ipsius gloriam pervenire: qui non sic est, ut servos suos tantùm spectet; sed & ipse luctatur in nobis, ipse congreditur, ipse in certamine agonis nostri & coronat pariter, & coronatur. Quòd si ante diem certaminis vestri de indulgentiâ Domini pax supervenerit, vobis tamen manet* [malim, *maneat*] *voluntas integra, & conscientia gloriosa. Nec contristetur aliquis ex vobis, quasi illis minor, qui ante vos tormenta perpessi, victo & calcato sæculo, ad Dominum glorioso itinere venerunt: Dominus scrutator est renis, & cordis; arcana perspicit, & intuetur occulta. Ad coronam Dei promerendam sufficit ipsius testimonium solum, qui judicaturus est. Ergò utraque res, fratres carissimi, sublimis est pariter & illustris. Illa securior, ad Dominum victoria consummatione properare; hæc latior, accepto post gloriam commeatu, in Ecclesiâ laude florere. O beatam Ecclesiam nostram, quam sic honor divinæ dignationis illuminat, quam temporibus nostris gloriosus Martyrum sanguis illustrat! Erat antè in operibus fratrum candida; nunc facta est in martyrum cruore purpurea. Floribus ejus nec lilia, nec rosa desunt. Certent nunc singuli ad utriusque honoris amplissimam dignitatem. Ut accipiant coronas* VEL DE OPERE CANDIDAS, VEL DE PASSIONE PURPUREAS. *In cœlestibus castris & pax, & acies habent flores suos, quibus miles Christi ob gloriam coronetur.* Mala itaque cœlestium coronarum divisio, quam è Cypriano suggerere & stabilire voluit clarissimus Beckius, in *purpureas de rosis Martyribus paratas, & candidas de liliis accipiendas à Confessoribus*: perindè ac si *candidas* illas Cyprianus tam proprias & peculiares censuerit esse *Confessoribus, qui à Judice interrogati, Christum confessi sunt, neque tamen vel carceres, vel tormenta, nedùm ipsum supplicium mortis senserunt*, quàm *purpureas* Martyribus, qui pro Christo sanguinem fuderunt: cùm è contrario in *candidas*, secundùm Cypriani mentem, vel strenuissimis Confessoribus nihil sit juris, nisi bonis operibus fulgeant; & in *candidas* rursùm tantùmdem juris competat quibusvis fratribus, modò eximiè sancti sint, quantùm vel glorioſissimis Confessoribus, quibus bona opera non defuerint.

Ibid. *Desit ampl. provoc.*] Videndus Baluzius, p. 299. col. 1.

(*a*) *Epist.* 12. *editionis Paris.* 1674. (*b*) *Tom.* 2. *Miscell. Baluz. pag.* 57. (*c*) *Lib.* V. *Epist.* 21. (*d*) *Cap.* 7. *Commentarii in Martyrolog. Eccles. German.* §. 1. (*e*) *Ipsi octavam, mihi nonam editionis Paris.* 1574.

Lin, 7. *In præsenti.*] Quid ? *sæculo*, an *tempore* ? Possit certè *ὁ sæculo* deesse ex nimiâ librarii properantiâ ; & fatendum, majorem aliquam apparere oppositionem inter *præsens sæculum* & *Regnum Dei*, de quo proximè in sequentibus, *tamen integra tibi in Regno Dei reservatur*, quàm inter *præsens tempus* & idem *Dei regnum*. Sed quia sæpè Græci breviter & eleganter *ὁ τῷ παρόντι*, pro *ὁ τῷ παρόντι χρόνῳ* dixerunt, atque itidem Latini *in præsenti*, pro *in præsenti tempore*, satiùs, nî fallor, fuerit similem hoc loco agnoscere locutionem. Cicero, verbi gratiâ, ad Cœlium (*a*), *Hæc ad te in præsenti scripsi, ut sperares te assequi id quod optasses.*

Tho it vvas not given to you then. Versio Anglica ; quasi auctoris verba sint, *quam licet tunc*, vel *tempore tùm præsenti non acceperis.*

Lin. 8. *Integra tibi pro virtutibus tuis & meritis in regno Dei reservatur.*] De similis coronæ reservatione extat insignis locus in secundâ Pauli Epistolâ ad Timot. IV. 7. & 8. *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illâ die, justus judex : non solùm autem mihi, sed & iis qui diligunt adventum ejus.* De causâ verò seu ratione, quam noster tangit, illius reservationis, (*pro virtutibus tuis & meritis*) dicemus aliquandò, Deo dante, in dissertatione singulari, quòd ea res fusiùs tractanda sit,

CAPUT XVII.

Pag. 204. lin. 1. *Hoc igitur scelere perpetrato.*] De quo noster scilicet capitibus XIII. XV. & XVI. seu quo factum, ut *vexaretur universa terra*. Conferant, qui Anglicè sciunt, versionem Rever. Episcopi Sarisberiensis (*b*).

Ibid. *Cùm jam felicitas, &c.*] Baluzium vide, p. 299. col. 1.

Lin. 2. *Perrexit statim Romam.*] Anno nempè 303. *Pagius, ad dictum annum, nu.* 2.

Adde Baluzium, p. 299. col. 1. & 2.

Ibid. *Vicennalium diem.*] Quæ agenda erant ineunte vigesimo imperii anno (*c*) ; quibus Diocletianus, ut clariora fierent, triumphum de Persis hùc usque dilatum conjunxit. Rationem temporis ita subducit Baluzius. In confesso apud omnes esse, Diocletianum imperare cœpisse anno CCLXXXIV. exeunte, quod Petavius luculenter probavit ; commotam verò persecutionem anno CCCIII. ex plurimis Lactantii locis constare, ita ut incidat in annum Imperii Diocletiani XIX. utì fusiùs eadem differit vir doctissimus, statim ante acta vicennalia. *Edit. Ox. & Cant.*

Vicennalia & id genus festa die natali Imperii celebrari solita. Quòd si contingeret, ea vel anticipari, vel differri, quod non rarò factum, dies similis denominationis cum die natali, quo susceptum fuerat Imperium, eligebatur, vel festum die natali Collegæ imperii assumebatur. *Pagius, ad an. Chr.* 284. *nu.* 7.

Vicennalia, observante Maucroixio ad marginem suæ versionis (*d*), festum fuerunt multorum dierum, ad celebrandum annum vicesimum regni Diocletiani.

Adde Baluzium, p. 300. col. 1. & Col. p. 373. col. 2. & seq.

Lin. 3. *Qui erat futurus ad duodecimum Kal. Dec.*] Hinc Diocletianum tali die, id est, nostro putandi modo, vicesimâ Novembris, ante XIX. annos creatum fuisse Imperatorem, memorat tralatio Anglica ad hunc locum (*e*) ; & defendit Baluzius, P. 300. col. 1. & 2. Aliter verò Pagius, ut sequitur.

Positâ regulâ, quam in primâ parte Diss. Hypat. (*f*) statuimus ex Lactantio, lib. de Mortibus Persecutorum, cap. 17. Decennalia nempè & id genus festa exhibita fuisse vel die natali Imperii, vel die natali Collegarum, vel saltem die ejusdem denominationis cum eo, in quem Natale Imperii inciderat, constat . . . Diocletianum, qui XV. Kal. Octobris Imperator dictus fuit, ideò anno CCCIII. *ad duodecimum Kalendas Decembres* Vicennalia distulisse, quia hoc anno eodem die Maximianum Herculium Imperio Cæsareo exornarat ; alioquin non XII. Kalendas Decembris, sed XV. Kalendas Octobris ea solennia exhibuisset.

(*a*) *Lib.* 2. *Epist. ad Familiares, Epist.* 10. *edit. Lambin.* (*b*) Diocletian being now engaged ento this wicked design, hand having succeeded so well in the execution of it. (*c*) *Eòdem pertinent ista verba tralationis Anglicæ* : That so he might celebrare there his entring upon the twentieth year of Empire. (*d*) Fêtes de plusieurs jours pour célébrer la vingtiéme année du régne de Dioclétien. (*e*) That so se might celebrare there his entring upon the twethietn year of is Empire, that he was to open upon the Anniversary of his coming to it, which was the twentieth of November. (*f*) *Cap.* 2. *num.* 8.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Certus itaque nunc dies natalis Imperii Cæsarei Maximiani Herculii, quem die vicesimâ mensis Novembris, seu XII. Kalendas Decembris, Cæsarem appellatum fuisse ostendi (*a*). *Pagius, ad an. Chr.* 284 *nu.* 7. *sub finem & initio.*

Videatur idem ad an. 298. nu. 2. ad an. 303. nu. 2. & ad an. 304. nu. 12. item Columbus suprà, p. 374. col. 1.

Lin. 4. *Cùm libertatem populi Romani ferre non poterat.*] Rectiùs, *quòd libertatem*, &c. Aliàs enim *posset* pro *poterat* legendum. *Tollius.*

Imò, sana veteris schedæ lectio; & hîc *cùm* pro *quoniam*, ut jàm ad caput IX. pag. 593. col. 1. notatum est. Alia vide apud Baluzium, p. 300. col. 2. & seq.

Lin. 5. *Prorupit ex urbe.*] Paulò aliter suprà in fine capitis XIV. *Tunc Cæsar, medio hyemis profectione paratâ, prorupit*: quod nempè absolutè positum, & ut illud ferè Ciceronis in 2. Catilin. *Abiit, excessit, evasit, erupit.* Adde Baluz. p. 301. col. 1.

Ibid. *Quibus illi novus Consulatus defer.*] Is gestus anno 304. *Pagius, ad eum annum, nu.* 2.

Confer Baluz. p. 301. col. 1. duobus locis; & Cup. p. 456. col. 1. & 2.

Lin. 7. *Ravenna procederet Consul.*] Ravenna ad mare Hadriaticum erat; fuitque olim urbs ex primis Italiæ. Adde Baluz. p. 301. col. 1. & Cup. p. 456. col. 2.

Ibid. *Profectus hyeme.*] Vide Baluz. p. 301. col. 2.

Lin. 8. *Morbum levem ac perpetuum traxit.*] An sic Latini loquantur, *trahere morbum*, pro incidere in morbum, videant peritiores. *Trahere morbum* iis est morbum producere, protrahere, ut sit diuturnior; ut *trahere bellum, obsidionem, iter.* Mihi syllaba videtur excidisse, & secundùm emendatè scribentium consuetudinem scripsisse quoque Lactantium, *morbum levem ac perpetuum contraxit.* Grævius.

Ibid. *Morbum levem ac perpetuum traxit.*] Scribe, *morbum levem, ac perpetuum contraxit.* Boherellus. Tollius.

Ibid. *Ac.*] Lego, *at.* Gale.

Lin. 9. *Vexatusque per omne iter.*] Morbo scilicet, cujus mentio præcessit. Eò magis, quòd ipsum *vexationis* vocabulum usurpatum suprà (*b*) viderimus à Tertulliano pro *morbo*, his verbis: *velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis* CONTRACTA VEXATIONE, *conscientiam medentium vitant.* Quæ perioche, ne id taceam, antecedentem Doctorum mutationem *traxit* in *contraxit* plurimùm juvat.

Ibid. *Sic æstate transactâ.*] Anni nempè Christi 304. *Pagius, ad dictum annum, nu.* 2.

Lin. 10. *Per circuitum ripæ strigæ Nicom. venit.*] Mendo laborat hic locus. Baluzius tamen nescio quâ fretus auctoritate per *ripam strigam* intelligit oram Propontidis. Mihi autem, cùm conjecturis agendum sit, videtur verisimilior elici posse ex eo, quòd *Strigonium*, Pannoniæ urbs ad Danubium sita, quà fertur versùs Pontum Euxinum, paulâ mutatione depravato loco aliqualem saltem medelam præbeat. Cui conjecturæ illud imprimis favet, quod Diocletianus non recto cursu, sed *per circuitum* Nicomediam venit. Scribendum itaque *ripa Strigonia*, donec aliud sese offerat, cui loco cedat hæc conjectura. *Sparkius, in edit. Oxon. An.* 1680.

Locum hunc mendo laborare credideram. Jam autem meliora edoctus nihil mutandum censeo; cùm *Striga* sit vox gromatica, seu Agrimensorum propria, & ab iis, quod in latitudinem longius fuerit, *scamnum* appelletur, quod in longitudinem, *striga*. In re enim rusticâ, secundùm Festum, sulcum significat qui uno ductu peragitur. Idem *Sparkius, in Edit. Ox. An.* 1684.

Ibid. *Ripa striga.*] Ripæ scilicet *Danubii*, ad quam ait Galerius, Sect. sequente, luctasse se per quindecim annos cum Gentibus barbaris. De vocis *Strigæ usu*, tam *grómatico*, quàm *castrensi*, vide luculentam doct. Dodwelli Dissertationem, ad calcem Edit. Ox. Lactantii editam, An. 1684. Hujus *Ripæ Strigæ* memoria hodiè constare videtur in *Strigonii* nomine, quæ urbs ad Danubii ripam sita est. *Edit. Cant.*

Ibid. *Per circuitum ripæ strigæ.*] Hoc est, per ripam Danubii, qui antiquus erat Imperii limes, ubi erant prætenturæ Illyricianæ, *Strigæ* dictæ, ut doctè ostendit Dodwellus in singulari Dissertatione de *Ripâ Strigâ*. *Pagius, ad An. Chr.* 304. *nu.* 2.

Ibid. *Ripa striga.*] Lego, *ripa Istrica*, sive de Istro fluvio, sive de Istris ad Sinum Adriaticum intelligas. Diocletianus enim, Ravennâ Nicomediam iter moliens, debebat navem conscendere: sed, qui æger esset, maluit, ut navigationis incommoda vitaret,

(*a*) *In* 1. *parte Dissert. Hypat. cap.* 2. *num.* 8. (*b*) *Pag.* 565. *col.* 2.

per circuitum Adriæ tendere in Venetos & Istros, aut ad ipsam etiam Istri, seu Danubii ripam. *Boherellus.*

Ibid. *Per circuitum ripa strigæ.*] *Ripa Istrica* Heinsium verè emendasse censeo, ut significet illum per Illyricum, Pannnoniam, Daciam, venisse Constantinopolin, indèque, trajecto Bosphoro, Nicomediam. Ripa Istrica, undè *Dacia Ripensis.* Non rectà illum contendisse Nicomediam, vox *circuitûs* est indicio, quod significat, illum per ambages iter traxisse. *Gravius.*

Pro *strigæ*, malim, *Istricæ.* Gale.

Ibid. *Per circuitum ripæ strigæ.*] Notissius nullus dubitat, quin verba Lactantii exponi debeant ex Itinerario Antonini, in quo describitur iter Viminiaco *per ripam* Nicomediam: videlicet per ripam, ut addit, Danubii, in quâ stativa habebant legiones Joviæ & Herculeæ, ac ab ipso Diocletiano extructa fuerunt militaria castra adversùs barbaros, præcipuè Sarmatas *Cuperus.*

Legendum: *Frigia.* Vossius.

Emendandum: *Phrygia.* Edit. Oxon. anni 1680. pag. 108. atque indè forsàn clarissimus Auctor Versionis Anglicæ: *Having come roud the Coast of Phrygia.*

Adde Baluzium, p. 302. col. 1. & Cuperum, p. 457. col. 1 item Toinardum, pag. 406. col. 2. & seq.

Ibid. *Morbo jam gravi insurgente.*] Lege: *Morbo jam gravius insurgente.* Antè enim *levis* erat. *Tollius.*

Levis erat, fateor; & videtur etiam viri docti emendatio non parùm firmari duobus Virgilii locis, quorum unus in lib. XII. Æn.

Ille manu raptum trepidâ torquebat in hostem
ALTIOR INSURGENS.

Alter verò in lib. XI.

Tum validam perque arma viro, perque ossa securim
ALTIOR INSURGENS *oranti & multa precanti*
Congeminat vulnus.

Sed vel ob hunc tertium ejusdem libri:

Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisque horret squamis, & sibilat ore
ARDUUS INSURGENS.

Servari potest optimè vulgata lectio; eâm præsertim, sicut in Virgilianis illis exemplis verus ordo verborum est, *insurgens altior*, *insurgens arduus*, ita quoque in nostro loco non de morbo gravi, eoque insurgente agatur: sed de morbo insurgente gravi, hoc est, qui è levi, quod erat priùs, evadebat gravis.

Lin. 11. *Quodcunque* (vel *Quocunque*) *se premi videret*] Hîc cubat mendum. *Allix.*

Ibid. *Quodcunque*] Lego: *utcunque.* Editio Oxon. anni 1680.

Lego: *Quo utcunque.* Editio Oxon. anni 1684. & Cantab. post illam.

Ibid. *Quodcunque se.*] Lege: *Quo cùm se.* Colomesius.

Emenda: *Quo cùm se*, vel *Quo utcunque se*; nam *Quo* retinendum est. *Boherellus. Gale.*

Ibid. *Quodcunque se premi videret.*] Hæc nihili sunt. Rectè olim Nicolaus Heinsius & Joannes Columbus viderunt legendum esse: *Quo utcunque se premi videret.* Aut fortè scripsit: *Quo cùm undique se premi, &c.* Grævius.

Columbi locus extat suprà, p. 374. col. 1.

Ibid. *Prolatus est.*] Scilicèt lecticâ in publicum. *Tollius.*

Lin. 12. *Ut circum, &c.*] Glossæ veteres: *Circus & circuitus;* κίρκλος ἢ ὁ ἱπποδρομίας χῶρος. ἱππικὸς τόπος. Eædem alibi: ἱππικὸς τόπος, *Circus circensis;* ἱππικὸν, *Circum;* ἱπποδρόμος, *Circus circensis, Circus;* ἱπποδρομία, *Circenses.* Atque hinc sine dubio in Anglicâ Versione, pro *Circo*, *the Hippodrome.* In circis tamen, ut id obiter dicam, non equi solùm, sed pugiles quoque exercebantur, & alia multa spectacula edebantur. Ovidius lib. 4. Trist. Eleg. IX.

Circus adhùc cessat; spargit tamen acer arenam
TAURUS, *& infesto jam pede pulsat humum.*

Idem lib. 4. Fast.

Proxima victricem cùm Romam inspexerit Eos,
Et dederit Phœbo stella fugata locum:
Circus erit POMPA *celeber* NUMEROQUE DEORUM.

Et Onuphrius Panvinius (*a*) de Circo, verbi gratiâ, Maximo, qui Romæ erat: *In Circo*, inquit, *Maximo multa spectaculorum genera*

(*a*) *Lib. 1. de Ludis Circens.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

fieri ab antiquis consuevisse, veterum Annalium commentaria perscrutanti manifestum erit. Quæ mihi ea accuratiùs ex iisdem monumentis contemplanti & disquirenti ocio sese obtulerunt. Præcipuum & proprium, cursus, sive certamen Curule & Equestre; Gymnicum, seu Athleticum; Pompa; Ludus Troiæ; Venationes; Pugnæ Equestres & Pedestres; Naumachiæ; & aliquandò Ludi Scenici. Quarè melius, nî fallor, Maucroixius vocem *Circi* in suâ Tralatione retinuit. Adde Baluzium, pag. 302. col. 2.

Ibid. *Anno post vicennalia repleto.*] Anno itaque 304. post duodecim. Kal. Decembres, cùm, ut suprà vidimus, Diocletianus Imperii sui vicennalia anno 303. ad duodecim. Kalendas Decembres celebraverit. Ad id autem, quòd ille Circum, de quo agitur, non anno Vicennalium labente, sed jam elapso, dedicavit, ista doctissimi Pagii (*a*) observatio sic satis pertinet: *Thermæ, templa, atque alia opera publica quinquennii initio de more inchoabantur, eoque expleto dedicabantur, ut multis exemplis liquet.*

Ibid. *Repleto.*] Præferam, *expleto.* Tollius.

Lin. 13. *Ita languore oppressus.*] Supple, *est*, ex præcedentibus. *Boherellus.*

Ibid. *Per omnes deos.*] Id est, per omnia templa preces ad deos supplices funderentur. Vide Sueton. & Plutarchum de Pompeii morbo, atque item Velleium. Eâdem phrasi utitur Lactantius cap. XXXVI. *Qui & sacrificia per omnes deos suos quotidiè facerent;* id est, in omnibus templis. *Tollius.*

Mihi quoque, *per omnes deos*, in utroque loco, & *per omnia templa* in isto capitis XV. *Judices per omnia templa dispersi*, eòdem redeunt; ejusmodi scilicet figurâ, quâ in his Martialis versibus (*b*):

Quid petis à Phœbo? Nummos habet arca Minervæ.
Hæc sapit, hæc omnes fœnerat una deos;

per *omnes deos*, uti magnus monuit Gronovius (*c*), intelligenda *omnium deorum dona*, sapientia, pulchritudo, potentia, denique, quæcunque alii dii dare dicuntur; & singula *fœnerat*, id est, confert, tribuit *una arca Minervæ.* Sic nunc igitur, imò meliori jure, *omnes dii* omnia sunt templa deorum. Ratio est, quòd quotidiè non dissimili pacto innumera Sanctorum nomina, verbi gratiâ, *Sanctum Joannem*, pro templo S. Joannis; *Sanctam Mariam*, pro Ecclesiâ S. Mariæ, & sic de reliquis; imò & in Veterum lucubrationibus Μαρίαμ Θεοτόκον, atque etiam in Novo Testamento, secundùm Criticos celeberrimi nominis (*d*), τὸν Δία, pro Ecclesiâ Mariæ Deiparæ, & Templo Jovis usurpari videamus. Cyrillus in Epistolâ ad Clerum populumque Alexandrinum: Ἴστε πάντες, ὅτι κατὰ τὴν ὀχθίνην ἐν ἐκκλησίᾳ τῷ Παύλῳ μυθὸς, ἢ ἄγγελε σύνοδος γέγονεν ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἥτις καλεῖται Μαρία Θεοτόκος; *Itaque scitote, sacram Synodum in magnâ Ephesiorum Ecclesiâ, quæ dicitur* MARIA DEIPARA, *celebratam fuisse die 28. mensis Pauni.* Act. XIV. 13. Ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν, &c. *Sacerdos autem Jovis collocati ante illorum urbem.* Ad quæ verba videantur Critici infrà laudati.

Ibid. *Pro vitâ ejus rogaretur.*] Hoc loquendi genus malè reprehendi à Scioppio, hic quoque locus declarat, & Phædrum optimæ, aut quæ proxima erat optimæ ætatis Scriptorem absolvit barbariei & plebeitatis notâ, quam ei affricat, qui dixit: *Damnum haut recusant, tantùm pro vitâ rogant.* Lactantius enim suprà suæ ætatis captum castigatus est Scriptor. Quid, quòd ipse Cicero sic loquitur in Oratione ad Quirites de reditu suo: *Denique ipse ad extremum pro meâ vos salute non rogavit solùm, verùm etiam obsecravit.*

Pag 205. lin. 1. *Idibus Dec.*] Anni scilicèt 204. *Pagius, ad eum annum, num. 2.*

Lin. 2. *Judicum trepidatio.*] Id est, *terror*, secundùm Interpretes (*e*). Malo ego de crebris illis motionibus & minoribus itionibus intelligere, quæ cùm quis moribundus est, vel recèns mortuus, & cujus mortem aliàs celari interest, extra illius cubiculum videri consueverunt. Confer quæ suprà diximus de nativâ τῆς *trepitandi* notione, pag. 603. col. 1. & 2.

Ibid. *Totâ civitate, &c.*] Sic Suetonius in Julio Cæsare, cap. 39. *Edidit spectacula varii generis: munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe totâ.*

Lin. 5. *Celari mortem ejus.*] Vide Baluzium, p. 303. col. 1.

Ibid. *Dones Cæsar.*] Hoc est, Versionum supplementa (*f*), sicuti decet, conjungendo,

(*a*) *In Criticâ suâ, &c. ad An. 298. nu. 3.* (*b*) *Lib. 1. Epigr. 76.* (*c*) *Lib. 1. Observat. in Eccl. Script. cap. 1. pag. 11. & 12.* (*d*) *De Dieu, Beza, &c.* (*e*) De frayeur. *Maucroix.* The terrour. *Burn.* (*f*) Galérius Cæsar. *Maucr.* Maximian. *Burn.*

donec Maximianus Galerius Cæsar. Is nempè Cæsarum, propter quem, utpotè Diocletiani generum, magis verisimile erat conjecturalem illam Diocletiani mortem celari.

www.libtool.com.cn

Lin. 7. *Kalendis Martiis.*] Anni nimirùm 305. *Pagius, ad an. Ch.* 304. *nu.* 2.

Adde Baluzium, p. 303. col. 1.

Ibid. *Prodiſſet.*] Ita capite ſequenti per geminam contractionem, *quaſiſſet, rediſſe.*

Lin. 9. *Morte ſopitus animam receperat.*] Quomodò *morte* ſopitus animam recipere poteſt, niſi vi quâdam divinâ, ut Lazarus? Aut vocabulum hoc à ſciolo, qui neſciebat vim vocis *ſopire*, interpoſitum eſt perperàm; aut legendum, *pro mortuo ſopitus*: hoc eſt, tanquàm mortuus eſſet, ſopitus tantùm fuit; cùm pro mortuo haberetur, ſopitus tantùm erat. *Pro mortuo*, ut apud Cæſarem, *nihil pro ſano loqui.* Apud Juſtin. *Victor pro victo fugere viſus eſt. Sopiti* dicuntur, qui deliquio animi corporis quoque ſenſum ad tempus amittunt, ut pro mortuis jaceant. Liv. lib. 1. *Populum Tanaquil alloquitur, jubet bono eſſe animo; ſopitum fuiſſe Regem ſubito ictu; ferrum haud altè in corpus deſcendiſſe; jam ad ſe rediſſe.* Qui locus ferè Lactantii geminus eſt. Tarquinius dicitur ſopitus fuiſſe ictu: ſed Diocletianus vi morbi ſopiebatur. Ille dicebatur, *ad ſe rediſſe;* hic verè *recipiebat animam*, quod idem eſt, ac ad ſe rediit. Idem Livius XLII. *Ad corpus Regis primò amici, dein ſatellites ac ſervi concurrerunt, tollentes ſopitum vulnere, ac nihil ſentientem. Vivere tamen, ex calore & ſpiritu remanente in præcordiis ſenſerunt, victurum exigua ac propè nulla ſpes erat.* Qui ſomno ſopiuntur, aut vulnere, aut morbo, evigilant & ad ſe redeunt; qui morte ſopiuntur, ſomnum ferreum illum dormiunt, ex quo nunquàm excitantur his in terris. *Gravius.*

Ibid. *Morte ſopitus, &c.*] Etſi Vulgata, Judic. IV. 21. ſoporem non ineleganter cum morte conjunxerit in his verbis: *Qui* [*Siſara*] *ſoporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt;* mihi certum tamen, geminam hujus loci emendationem meritò propoſitam fuiſſe ab eruditiſſimo Collegâ. Sed quid, ſi interim aliquantò propiùs ad veterem ſcripturam legerimus: *Et ille Idibus Decembr. morti ſopitus animam receperat?* Hoc eſt, ſopitus, ut qui jamjam videretur morti prædæ futurus. Favent certè ſuſpicioni noſtræ cùm illi *debiti morti*, Sapientiæ XII. 20. *Si enim inimicos ſervorum tuorum, & debitos morti cum tantâ cruciaſti attentione*; tum ſubjecti verſus Æn.

Multa boum circà mactantur corpora morti (a).

Ipſe neque adverſos dignatur ſternere morti (b).

Quid enim, quòd ad Syntaxim, imò quòd ad ſenſum quoque attinet, differre queant *morti ſterni*, ſeu *ſternere*, *morti mactari*, ac *morti ſopiri*? Accedant aliæ locutiones Vulgati Interpretis, in quibus homines videas modò *morti deſtinatos (c)*, modò *morti fructificantes (d)*, & quæ inſuper hujus generis.

Ibid. *Nec tamen totam.*] Elegans hoc & facetum. Sic *mente & animo imminuti* dicuntur, quibus integer illius uſus morbo ereptus eſt. Vide ſis Suetonium in Claudio. *Tollius.*

Confer Columbum, pag. 374. col. 1.

Lin. 10. *Demens enim factus eſt.*] Διὰ τὴν τῆς ἀφροσύνης βλάβην, μᾶς ἐνκατασφαγέντα ἐκείνου καθαιρεμῷ ἐπαμυνθῆναι. Conſtantini Oratio ad Sanct. Cœtum, cap. 25.

Adde Baluzium, pag. 303. col. 2.

CAPUT XVIII.

Pag. 205. lin. 1. *Cæſar.*] Nempè Galerius Maximianus. *Pagius (e).* Item *Verſio Anglica.*

Ibid. *Non ut patri gratularetur.*] Id eſt, ſicut optimè Maucroixius *(f)*, *non ut ſocero gratularetur de reſtitutione valetudinis.* Diocletianus enim ſocer tantùm erat Galerii Maximiani, *quem ſibi generum Diocletianus aſciverat*, uti noſter ſuprà, capite IX. locutus eſt. Undè idem paulò poſt: *Socer quoque eum metuebat acerrimè.* Poteſtque adeò hic locus, ubi qui merè ſocer erat, in hiſtoricâ narratione *pater* vocatur, ſolvendis variis Scripturæ ſacræ difficultatibus commodè adhiberi, de quibus aliàs ex profeſſo, Deo dante, agemus.

Lin. 2. *Jam conflixerat nuper Maximiano, &c.*] Sine dubio legendum, *cum Maximiano.* Neque enim Lactantium pro genio ſeculi ſui, ac tam barbarè locutum eſſe, exiſtimandum eſt. *Tollius.* Si, quod puto, prima manus extitit, *Jam conflixerat nuper Maximiano ſemi*, elegantia fuit Latinorum à Græcis deſumpta. Græci enim non rarò inter alia, ἀμφισβητεῖν τινι; ad verbum, *contendere aliquid alicui*, pro

(a) *Lib.* XI. (b) *Lib.* XII. (c) 1. *Cor.* IV. 9. (d) *Rom.* VII. 5. (e) *In Criticis &c. ad annum Chriſti* 304. *num.* 3. (f) Non pas pour congratuler ſon beau-pere du retour de ſa ſanté.

Digitized by Google

contendere cum aliquo de aliquâ re, dixerunt. Atque ita apud Propertium, lib. 1. Eleg. 13.

Non tamen iſta meo valeant contendere amori,

pro cum meo amore contendere; planè ut Ovidius in Metam.

——— Antigonem auſam contendere quondàm
Cum magni conſorte Jovis.

Adde Cuperum, pag. 457. col. 1. & pag. 514. col. 1. Epiſt. 1. ad ampliſſimum Voetium.

Lin. 3. *Eumque terruerat injecto armorum civilium metu.*] Simili metu, quemadmodùm ſuprà (*a*) ex Aurelio Victore audivimus, *Diocletianum quoque imperium poſuiſſe plures olim voluerunt.* Imò, quæ diſerta Aurelii Victoris ſententia eſt: [*Valerius Diocletianus*] *imminentium ſcrutator, ubi fato inteſtinas clades, & quaſi fragorem quendam impendere comperit ſtatûs Romani, celebrato regni viceſimo anno, valentior curam Reipublicæ abjecit;* quod ea, quæ hîc & infrà à noſtro narrantur, non leviter firmat. Aliam abdicationis utriuſque Auguſti rationem, ſed eam ſanè parùm veriſimilem, affert Theod. Metochita in Hiſtoriâ ſuâ Romanâ, libro ferè extremo.

Lin. 4. *Jam ſenem eſſe dicens, jam minùs validum, & adminiſtrandæ reipublicæ inhabilem.*] Saturninus apud Vopiſcum: *Adde, quòd omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex eſt quiſpiam? Inhabilis videtur, &c.* Reliqua, quæ hîc monenda ſint, ſuperiùs diximus, pag. 607. col. 2.

Lin. 6. *Exemplum Nervæ proferebat, qui imperium Trajano tradidiſſet.*] Nervam Trajano imperium tradidiſſe, convenit omninò inter eruditos. Sed utrùm id Nerva ſemet prorsùs abdicando fecerit, an imperium duntaxat communicando cum Trajano, haud pariter conſentiunt viri magnæ doctrinæ Dodwellus, Pagius atque alii. *Abdicavit tunc cùm Trajanum fecit αὐτοκράτορα*, inquit Dodvvellus in Appendice ad Diſſertationes Cyprianicas, num 40. & hoc loco clariſſimi Interpretes: *Il lui allégua l'exemple de Nerva, qui ſe déchargea de l'Empire ſur Trajan.* Maucroix. *He ſet before him Nerva's example, who reſigned the Empire to Trajan.* Anglica verſio. Contrà verò, *non abdicavit*, ait Pagius ad an. Ch. 97. nu. 3. Imò, *Ex Plinio Nervam non abdicaſſe liquet; & omnia quæ Victor de Nervâ ſcripſit, portentoſa ſunt; & Lactantius non dixit, Nervam Imperium depoſuiſſe*, pergit idem Pagius, num. 4. & 5. quanquàm, quod notabile, Victor exertè ſcripſerit in Cæſaribus: *Ubi* [*Nerva*] *proſpexit Imperium*] *niſi à ſuperioribus robuſtioribuſque corpore animoque geri non poſſe, menſe ſexto ac decimo ſemet eo abdicavit*; & noſter itidem hoc capite: *Simul & exemplum Nerva proferebat, qui imperium Trajano tradidiſſet. Ille verò aiebat... Nervam... cùm pondus & curam tantarum rerum, vel ætate, vel inſolentiâ ferre non quiret, abjeciſſe gubernaculum rei publicæ, atque ad privatam vitam rediſſe, in quâ conſenuerat.*

Mihi nullâ ratione videtur meliùs dirimi poſſe iſta controverſia, quàm ſi hînc imperium, id eſt, ipſiſſimam rei publicæ adminiſtrationem, ſedulò diſtinxerimus ab Auguſti nomine, ab Imperatorii corporis Protectoribus, ab habitandi uſu Imperatorum in Palatiis, & ſi quæ ſimilia ſunt; illînc verò Nervam diverſo ſenſu *abdicaſſe* & *non abdicaſſe* poſuerimus: abdicaſſe nempè, quantùm ad rei publicæ gubernationem, totum illius gubernaculum committendo Trajano, redeundoque eatenùs ad vitam privatam; quò allata modò Victoris verba pertineant, *ſemet eo abdicavit*: non abdicaſſe autem quantùm ad Imperatoris nomen, quia illud, vel poſt memoratam imperii depoſitionem, ſervaverit, iſtum Pliniani Panegyrici locum ad eam rem inter alia referendo: *Privatus tibi* [*Trajane*] *videbaris quandiù Imperator & alius eſſet*, Nerva nempè etiamnùm *Imperatoris* nomen gerens; neque rursùs quantùm ad vitæ genus imperatorium, quia illo uti Nerva perrexerit poſt eamdem Trajani adoptionem ad Imperium, vivendo putà cum Trajano in Auguſtorum Palatiis, ob iſtud alterius Victoris in Epitome: *Nerva Trajanum in liberi locum, inque partem imperii adoptavit: cum quo tribus vixit menſibus.*

Sed, objiciet forſàn clariſſimus Pagius, ſi Nerva Trajanum in partem tantùm imperii adoptavit, quînam dici poterit Nerva ſeſe toto imperio, hoc eſt, totâ rei publicæ gubernatione, abdicaſſe? Quoniam, inquio ego, nolebat, verbi gratiâ, purpurâ exui, neque Imperatoris nomen amittere, eàpropter, cùm de Trajani adoptione ageretur,

(*a*) *Pag. 586. col. 1.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

professus est Trajanum à se in partem solùm imperii adoptari; etsi integrum rei publicæ pondus in Trajani humeros deponere posteà decrevisset, & reverà post adoptionem deposuerit: in eo proindè à Diocletiano discrepans, quòd non omnia simul & semel, quemadmodùm deinceps Diocletianus, deposuerit, Imperii scilicet administrationem, purpuram, Imperatoris nomen, Palatia, & reliqua id genus, sed solas imperii curas & sollicitudines, honoribus retentis. Et verò Diocletianum Imperatorum purpuræ, Palatiis, & cæteris ejusmodi prærogativis, jam indè à primâ die abdicationis in perpetuum valedixisse, testes sunt, primò noster capite XIX. his verbis: *Huic purpuram Diocletianus injecit suam, quâ se exuit, & Diocles iterùm factus est*; tùm Eutropius, libro IX. in fine: *Diocletianus privatus in villâ, quæ haud procul à Salonis est, præclaro otio senuit; inusitatâ virtute usus, ut solus omnium post conditum Romanum Imperium, ex tanto fastigio sponte* AD PRIVATÆ VITÆ STATUM CIVILITATEMQUE *remearet. Contigit igitur ei, quod nulli post natos homines, ut cùm privatus obisset, inter Divos tamen referretur.* Relatus certè Nerva quoque inter Divos, ut constat vel è solo Plinii Panegyrico. Sed quia Nerva cum Imperatoris titulo & statu, non similiter *privatus*, obierat; idcircò Eutropius: *Contigit igitur* [*Diocletiano*] *quod nulli post natos homines, ut cùm privatus obisset, inter Divos tamen referretur.* Undè & quæcumque hactenùs ad istam distinctionem diximus, Nervam diverso sensu abdicasse, & non abdicasse, validissimè confirmantur. Sed de his rursùm in sequentibus. Adde Baluzium, p. 303. col. 2.

' Aut sic loca Scriptorum in concordiam redigenda sunt, ut tu scitè facis, aut fatendum est, illorum sententias sic discrepare, ut alterutri sint hallucinati. *Gravius.*

Pag. 206. lin. 1. *Ille verò aiebat, &c.*] Nempè Diocletianus. *Pagius, ad An Chr. 297. nu 3. Item Interpretes.*

Ibid. *Aiebat ei indecens esse.*] Fallor, an potiùs noster scripserat, *aiebat & indecens futurum esse.* Ita jam certè correxit ante nos ex parte Columbus, p. 374. col. 1. Adde Baluzium ibidem, p. 303. col. 2.

Lin. 2. *Sublimis fastigii.*] De fastigio principum ac regum extat insignis locus apud Suetonium in Caligulâ, capite 22. *Nec multùm abfuit quin statim diadema sumeret, speciemque principatûs in regni formam converteret. Verùm admonitus*, ET PRINCIPUM ET REGUM SE EXCESSISSE FASTIGIUM, *divinam ex eo majestatem asserere sibi cœpit.* Ubi *principum & regum excessisse fastigium*, est, supra altissimam illam Regum dignitatem esse evectum. Sic & apud Curtium, *humanum fastigium exceditis*, est, supra summum illum verticem humanæ dignitatis estis elati; & apud Livium *ejusdem cives fastigii* sunt, qui in eâdem altâ dignitate sunt constituti. *Fastigium* itaque in his rebus dignitas est, ἕξις, ὑπεροχή, & alia hujusmodi. Trebellius Pollio in loco, quem antè laudavimus (*a*), summam Romanorum Imperatorum potestatem sublimeque fastigium simili voce *maximum in terris culmen* vocabat. Noster suprà (*b*) Decii *ad principale fastigium*, hoc est Augusteum, *provecti* meminit; & idem paulò post, hoc capite, Constantini, tanquàm *Cæsareo fastigio dignissimi*, mentionem faciet. Ab ejusmodi porrò fastigiis occurrunt *duo fastigatissimi Consulares* apud Sidonium, libro 1. Epistolâ 9. quasi *fastigiatissimi*; id est, ex optimâ Cangii interpretatione, ad suprema dignitatum fastigia educti; & *fastigatissima felicitas* apud eundem Sidonium, libro 2. Epistolâ 4. pro supremâ.

Lin. 3. *Minùs tutum, quòd, &c.*] Non incelebria sunt Syllæ & Augusti consilia & exempla. Adi & infrà, capite XX. extremum. *Tollius.*

Quamvis, ut hîc, sæpiùs periculosum fuerit purpuram deponere, etiam tamen quandòque minùs tutum fuit non sumere. Flavius Vopiscus de Saturnino: *Cùm cogitare cœpisset, tutum sibi non esse si privatus viveret, depositâ purpurâ ex simulacro Veneris, cyclade uxoriâ militibus circumstantibus amictus & adoratus est.* Ubi *depositâ*, pro demptâ & detractâ.

Ibid. *In tam longo Imperio.*] Annorum nempè viginti, & ampliùs.

Ibid. *Quæsisset.*] Id est, acquisivisset. Simplex pro composito; ut vel ex eo certum, quòd nemo sibi ultrò multorum odia conciliet, sed invitus semper sustineat. Confer quæ suprà diximus ad caput 1. p. 534. col. 2.

Lin. 4. *Nervâ verò uno anno imperante.*] Nervam ampliùs quàm uno anno imperasse, ad quemcunque duorum Victorum calculum

(*a*) *Pag. 578. col. 1.* (*b*) *Cap. IV. pag. 578. col. 1.*

respiciamus;

respiciamus, indubium est. *Imperavit* enim *Nerva menses tredecim, dies decem*, ait junior in Epitome. Senior verò de Cæsaribus, uti sanè jamdiù Codices editi & MSS. ferunt: *Quid Nervâ Cretensi prudentius, magisque moderatum? Qui cùm extremâ ætate ad Sequanos... imperium arbitrio legionum cepisset, ubi prospexit, nisi à superioribus robustioribusque corpore animoque geri non posse, mense sexto ac decimo semet eo abdicavit.* Sed, ne multis, posteriore loco scripserat Victor, [*Nerva*] *mense* XIV. *semet eo abdicavit.* Librarius verò, notâ numerali loco mutatâ, posuit *mense* XVI. tandemque progressu temporis notæ numerales omissæ, scriptumque *mense sexto & decimo*, sicut totidem verbis monuit nonnuper doctissimus Pagius (*a*), ambos Victores secum eo pacto felicissimè concilians. Et deindè, licèt jam Nerva ex utroque Victorum loco menses, ut minimum, tredecim imperaverit, & decem dies, potuit tamen Diocletianus, quò suum meliùs generum refelleret, unius tantùm anni, numerum rotundando, mentionem facere. Præterquàm quòd, cùm locus, in quo nunc versamur, mendo manifestè laboret, nil obsit, quominùs auctoris manus fuerit: *Nervam nonnisi ferè uno anno imperasse, & cùm pondus, &c.*

Ibid. *Nervâ verò uno anno imperante.*] Lego, *Nervam verò uno anno imperantem.* Litteram M. sæpè omissam fuisse observare est. *Boherellus.*

Ibid. *Nervâ... imperante.*] Rectè qui, *Nervam imperantem*, præferunt. *Tollius.*

Malim equidem, si nullâ sit opus majori mutatione: *Nervam verò uno anno imperasse, &c...* Adde Columb. p. 374. col. 1.

Lin. 5. *Quiret.*] Pro quo *cuiret* alicubi apud Lucretium per c. & τεσσάκαιδεκα, metri causâ.

Ibid. *Abjecisse gubernaculum rei publicæ.*] Quantùm ad curam scilicet, ac sustentationem ponderis tantarum rerum, de quibus noster proximè antè: non verò quantùm ad nomen & sedem Gubernatoris, prout nos in superioribus.

Lin. 6. *Ad privatam vitam rediisse.*] Quatenùs nempè rem publicam non curabat ampliùs. Alioquin enim adeò istâ curarum depositione privatus factus non est, ut neutiquàm *privatus* obierit, sed Imperator, sicut p. 639. col. 2. ex Victoris Epitome ostendimus.

Lin. 7. *Si nomen Imperatoris cuperet adipisci.*] Quod necdùm igitur Galerius Maximianus adeptus erat, quemadmodùm antè colligimus, pluribusque adstruximus, p. 596. col. 2. & seq.

Lin. 8. *Augusti nuncuparentur.*] Quidni potiùs *Imperatores nuncuparentur?* Haud aliò enim oratio videbatur abitura. *Verùm si nomen Imperatoris cuperet adipisci, impedimento nihil esse, quominùs omnes Imperatores nuncuparentur.* Respondet duobus verbis Maucroixius ad marginem suæ editionis, *Augustum & Imperatorem* idem esse (*b*), vertente præterea eam ob causam viro clarissimo τὸ *si nomen Imperatoris, &c.* tanquàm auctoris verba sint, *si nomen Augusti cuperet adipisci* (*c*); similiterque tralatione Anglicâ τὸ *quominùs omnes Augusti nuncuparentur*, ac si noster, *quominùs omnes Imperatores nuncuparentur* (*d*), scripserit. Non negandum, quin in Codice sexcentæ hujusmodi Præfationes legibus anteeant.

Impp. Diocl. & Maxim. AA. (*e*)
Impp. Carus Carinus & Numerianus AAA. (*f*).
Imp. Constantinus Aug. (*g*)

Sed id ipsum, quòd in illis Præfationibus seu Inscriptionibus Diocletianus, verbi gratiâ, & Maximianus non simpliciter *Imperatores*, sed *Imperatores* primùm, deindè etiam honoris causâ *Augusti* appellati sunt, maximo mihi argumento est, scriptum olim fuisse ab hoc auctore: *Verùm si nomen Imperatoris cuperet adipisci, impedimento nihil esse, quominùs omnes & Augusti nuncuparentur:* quasi dixisset Diocletianus, non modò per me non stat, quominùs vel Cæsaribus *Imperatoris* nomen tribuatur: sed non obstat etiam, quominùs iidem *Augusti* quoque dicantur.

Ibid. *Jam ipse inhiaverat.*] Malo, *jam spe inhiaverat.* Gale.

Ex conjecturâ *inhiaverat* viri Docti hîc posuere, cùm testentur in MS. fuisse, *jam ipse inventerat*; à quibus minùs longè recess-

(*a*) *In Criticâ, &c. ad An. Christi* 97. *num.* 5. (*b*) Auguste & l'Empereur, la même chose. (*c*) Si Galérius affectoit le titre d'Auguste. (*d*) So that they should be all called Emperours. (*e*) *Lib.* x. *Cod. Tit.* xvi. *L.* 3. (*f*) *Ibid. Tit.* xi. *L.* 4. (*g*) *Ibid. Tit.* xiv. *L.* 1.

seris, si scribas, *jam spe invaserat*. Pro *ipse*, Lactantium *spe* scripsisse, ut Columbus vidit, persuasissimum habeo. Sic enim perpetuò loquuntur Scriptores, *spe Imperium affectare, invadere*. *Ipse* sanè quid hîc sibi velit, nemo dixerit. Friget minimùm. *Gravius.*

Legendum, *jam spe invaserat*. Vossius; &, ex ejus indicatione, editio Oxon. An. 1680. p. 108. in emendationibus quæ seriùs occurrerant.

Prætulerim, fateor, partim ob veterem scripturam, partim ob commodiorem, ut videtur, sensum, *jam spe invenerat*. Proponebatur nempè Galerio merum Imperatoris nomen adipiscendum. *Verùm si nomen Imperatoris cuperet* ADIPISCI, &c. At ille *jam totum orbem spe invenerat;* hoc est, sperabat jam se totius orbis imperium inveniisse, seu malis, viam quâ totius orbis compos fieret. Sic initio capitis XX. *Maximianus, postquàm senibus expulsis, quod voluit effecit, & jam solum totius orbis Dominum esse ferebat. Nam Constantium, quamvis priorem nominari esset necesse, contemnebat, quòd & naturâ mitis esset, & valetudine corporis impeditus. Hunc sperabat brevi obiturum; & si non obisset, vel invitum exuere facilè videbatur.* Adde Baluzium, p. 303. col. 2. & Col. p. 374. col. 1. & seq.

Lin. 9. *Cùm indè sibi aut nihil prater nomen, aut multùm, &c.*] Postulat sensus, ut legatur, *aut non multùm*. Editio Oxon. & Cant.

Ita quoque Tollius & Allixius. Vossius verò, Colomesio teste, *cùm indè sibi aut nihil, aut prater nomen haud multùm, videbat accedere*. Galeus denique, utì partim oculis cernere, partim animo conjicere est, *cùm indè sibi nihil prater nomen & tumultum*, quæque posteà. Primam ego correctionem, ut omnium simpliciissimam, cæteris præferendam censeo: nî & hanc tamen potiùs, *cùm indè aut sibi nihil prater nomen, aut haud multùm*...

Ibid. *Videbat.*] Lege, *videret*. Tollius.

Imò *videbat* sat benè habet, sicut jam dictum, p. 593. col. 1.

Lin. 10. *Ipsius dispositionem, &c.*] Id est, ipsius formam regendæ rei publicæ. *Edit. Oxon. & Cant.*

Confer Baluz. p. 303. col. 2. & seq.

Lin. 11. *Ut duo sint in re publicâ majores.*] Hoc est, sicut rotundè versio Anglica, *duo Imperatores*, iidemque Augusti: *majores* autem cum majusculo M. exarari volebat Gale.

Ibid. *Item duo minores.*] Id est, ut nunc fine circuitione Maucroixius, *duo Cæsares*: addente præterea viro docto in margine, si non Spartiani verbis, saltem secundùm Spartiani sententiam in Ælio Vero, *Cæsares fuere designati Augustæ Majestatis haredes. Césars étoient les présomptifs héritiers de l'Empire*; quod & antè ad caput IX. monuerat.

Lin. 12. *Inter duos.*] Supple ex sequentibus, *pares*: *Inter duos pares facilè posse concordiam servari*; de *duobus* propriè *paribus Imperatoribus* intelligendo: cùm Diocletianus Galerio proposuisset, ut in posterùm *quatuor pares Augusti* existerent, Galerius verò socerum super eâ re consutaret. Adde Baluzium, p. 304. col. 1.

P. 207. lin. 1. *Ne amplius minor & extremus esset.*] Hoc est, sicut præcedentia ostendunt, non modò, *ne amplius minor & extremus minorum foret*, verùm, *ne amplius Cæsar & extremus Cæsarum*: unus quippè, non è majoribus qui Imperatores, sed è minoribus, qui Cæsares erant; atque horum etiam non primus, sed secundus, quartusque adeò illorum, quos tunc temporis Orbis Romanus in principali fastigio constitutos videbat. Vis testem locupletissimum? Eusebius libro VIII. Historiæ Ecclesiasticæ, capite 5. edicti, quod Nicomediæ, jubente Diocletiano Augusto, auctore verò Galerio Cæsare, propositum fuit, mentionem faciens: *Simul ac*, inquit, *Edictum contra Ecclesias propositum est, vir quidam minimè obscurus... Edictum illud... tanquàm impium ac sceleſtum manibus suis discerpsit*; δυοῖν ὀπταεόντοιν κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν βασίλειων, τῷ τε πρεσβυτάτῳ τῶν ἄλλων, καὶ τῷ τὸν τέταρτον ἀπὸ τούτου τῆς ἀρχῆς ὅπι κρατύντῳ βαθμόν. Id est, *duobus Regibus in eâdem urbe commorantibus, quorum alter, aliorum respectu, antiquissimus erat*, nimirùm Diocletianus, *alter autem quartum ab illo Imperii gradum obtinebat*: nempè Galerius. Confer Baluzium, p. 304. col. 1.

Ibid *Jam fluxisse annos quindecim in Illyrico vel ad ripam, &c.*] Hæc Baluzii èmendatio in hâc secundâ illius editione. Veteris enim Codicis, ut vir clarissimus monuit, lectio est: *Jam fluxisse annos quindecim Illyricum vel ad ripam*... Quarè ita meritò excusum in editionibus Paris. Oxon. Cantabrig. & Aboensi, licèt locus utique ejusmodi sit, ut medicâ manu egeat, quam sic eruditi variè adhibuerunt.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Jam fluxiſſe annos quindecim, { *quibus in Illyricum, vel (a)* / *ex quo in Illyricum, vel (b)* / *cùm in Illyricum, vel (c)* / *in Illyrico, vel (d)* / *in Illyrico, id eſt (e)* / *in Illyrico, cùm (f)* } ad ripam Danuvii.

www.libtool.com.cn

Et hæ porrò rationes, quas quidam ex illis de ſuis emendationibus reddiderunt.

Scribendum, *in Illyrico cùm ad ripam Danubii.* Scribit Baluzius *in Illyrico, id eſt, ad ripam*, non adeò liquidâ, ut videtur, verborum ſtructurâ; neque enim, utì priùs dicit noſter, *conflixerat Maximiano ſene*, ita illud ſuſtineri poteſt, *luctaret gentibus barbaris.* Siquidem particula *cùm* aut iteratò uſurpanda eſt, quod nos facimus, aut præponenda ſaltem voci [*relegatus*] ſi ſemel. *Sparkius in Editione Oxon. & Cant.*

Ibid. *Annos quindecim in Illyricum.*] Corrige, *annos quindecim cùm in Illyricum*: quæ particula ob præcædentem ſyllabam exciderat. *Tollius.*

Adde Baluzium, p. 304. col. 1. Cuperum, p. 457. col. 1. Columbum, p. 374. col. 2. poſtremò ſubnexam Dodvvelli Diſſertationem.

Lin. 2. *Danuvii.*] Quomodò ſuprà *Transdanuviana*, pag. 593. col. 1. Atque ita prima omnium editio, & Aboenſis: reliquæ, *Danubii.* Vide Cuperum, pag. 443. col. 1. ad *Romulam matrem.*

Lin. 3. *Luctaret.*] Potiùs, *luctaretur.* Tollius.

Sanè ſic capite XI. prope finem, *reluctari*, ut omnes loquuntur, non *reluctare*, quo nemo unquàm uſus, quod ſciam.

Lin. 6. *Scribentis quæcumque locutus fuiſſet.*] Nimis concisè, ut quod res eſt dicam, pro, *ſcribentis quæcumque ſibi Galerius locutus fuiſſet*, aut aliquid tale; in eo nempè ſermonis conflictu, de quo noſter ſub initium hujus capitis: apud quem alibi non pauca ſunt veſtigia vitioſæ brevitatis, quam noto.

Ibid. *Ab eo.*] Hoc eſt, à Galerio Maximiano, ut in Anglicâ verſione licet legere, & vel modò dicta ſuggerere poterant.

Lin. 7. *Lacrymabundus.*] Et hîc ego tantam Lactantio fidem habeo, quantam qui minimam, vel omninò nullam. Totus enim in eo eſt, ut Diocletianum nobis tanquàm fœminam meticuloſam deſcribat, aut effingat. Sed undè hanc ſcenam accepit? Miror ego, eſſe tam credulum quemquam, atque Lactantius mendax eſt. Neque enim vero ſimile, hæc in publica acta relata eſſe, quæ ſoli inter ſe Imperatores agebant. Tum, ſi intra ſecretos cubiculi parietes hæc acta ſunt, quis lacrymantem vidit Diocletianum? quis hunc mirificum, qui ſequitur, dialogum audivit? Credo ego poſt tapetes Lactantium latuiſſe, atque ita in pugillares, quæ audiebat, retuliſſe. Niſi quis eum à ſervulo hæc accepiſſe ſemi-Chriſtiano ſultè velit ſuſpicari. *Tollius.*

Bona verba, quæſo. Quæ tunc Diocletianus Imperator, & Galerius Cæſar inter ſe agebant, non egerunt *ſoli*, utì placuit viro docto ponere: ſed ſive intra ſecretos cubiculi parietes acta ſint, ſive non, coram aliquot teſtibus contigerunt, Conſtantino certè & Daiâ, ſicut patebit è ſequentibus. Atquì illi vel procul diſtabant tum temporis à Diocletiano & Galerio, vel propè aderant. Si propè aderant, cur petit Tollius: *Quis lacrymantem viderit Diocletianum, & mirificum hujus capitis dialogum audiverit?* Viderunt enim duo illi Diocletianum lacrymabundum, & ejus cum Galerio colloquium audiverunt; & uterque exindè, vel alteruter, quæ viderant & audiverant, plus minùs narrarunt. Sin autem (quod, ut ingenuè dicam, veriſimilius) procul diſtabant, nihilominùs tamen, cùm intra cubiculum fuerint, potuerunt Diocletiani lacrymas conſpicere. Et ut denique rerum omnium, quæ à noſtro commemorantur, ne γρῦ quidem viderint, vel audiverint, Tollium rogo, annon ſoleant, quibus ſemel talia facinora ſucceſſerunt, gloriari & profiteri, ſaltem apud neceſſarios, quid admiſerint, imò ſingula ad minutias uſque narrare? Omninò non rarum eſt. Apud noſtrum, exempli gratiâ, capite XXX. Maximianus Herculius ſpadone, quem Conſtantinum eſſe putabat, obtruncato, *proſiliit gloriabundus, ac profitetur quod admiſerit.* Quarè ad hunc modum (dicere bellè poterunt Do-

(*a*) *Cuper. pag. 457. col. 1.* (*b*) *Boherellus, item Dodwellus.* (*c*) *Boherellus iterùm, necnon Gale, Allix.* (*d*) *Baluzius in exemplari ad nos miſſo.* (*e*) *Idem in Indice Erratorum editionis Pariſ.* (*f*) *Sparkius, ut ſuprà.*

Digitized by Google

cti, apud quos hoſter non amiſit fidem) cùm Galerius Imperium tandem ab invito ſocero ſuis artibus extorſiſſet, amicis, utì illo ſenem emunxiſſet, narravit ſuaviter ridens, & utramque agens perſonam, undè poſteà tota res ad noſtrum perlata. De reliquo, Diocletianum reverà meticuloſum fuiſſe, oſtendimus alibì ſuis locis (*a*).

Lin. 8. *Supererat, ut communi conſilio omnium Cæſares legerentur.*] Poſt illud, quod proximè præceſſit, & annuentis ægrè Diocletiani eſt, *Fiat, ſi hoc placet*, perrexerat uno ſpiritu, quemadmodùm ſequentia monent, Diocletianus, ſi non totidem verbis, ſaltem ſimilibus: *Supererit, ut de communi omnium, id eſt, tam mei, & Herculii Maximiani, quàm tui quoque, & Conſtantii Chlori ſententiâ, filius Herculii Maxentius, & Conſtantii filius Conſtantinus hìc præſens Cæſares legantur*; id eſt, eligantur (*b*). Ibique continuò Galerius: *Quid opus eſt conſilio, cùm ſit neceſſe illis duobus placere quidquid nos fecerimus? Ita planè. Nam illorum filios nuncupari neceſſe eſt.* Atque ad eam ſtatim reſponſionem Diocletianus: *Quid ergò fiet?* Galerius verò ſine morâ, & nominatum primo loco Maxentium intelligens: *Ille, inquit, dignus non eſt. Qui enim me privatus contempſit*, & quæ poſteà. Hæc enim germana, integra, nec interrupta ſeries colloquii, cujus partem hactenùs vidiſti, Lector, & reliquæ deinceps ſuccedent. Sed noſter, ut meliùs intelligeretur, quos Diocletianus Cæſares eligendos propoſuiſſet, primùm omnium longiuſculam illam Diocletiani de novorum Cæſarum delectu propoſitionem in pauca contraxit, ſuiſque potiùs, quàm Diocletiani verbis attingendam putavit, cùm ſi verè Diocletianea eſſent, ita forent: *Supererit, ut communi conſilio omnium Cæſares legantur*; quod contrà, *Supererat*, inquit noſter, *ut communi conſilio omnium Cæſares legerentur.* Tum paulò poſt quinam intùs & in cute propoſiti eſſent, hâc multorum verſuum obſervatione illuſtravit: *Erat autem Maximiano filius Maxentius, &c.* ita quidem ſemel atque iterùm hujus Dialogi ſeriem inopinatò, atque etiam, ne diffitear, parùm commodè intercidens. Sed quid facias? Rem ita eſſe manifeſtum eſt; idque, ſcio, non negabunt, qui aliò, quò ſe expediant, confugere voluerint. Adde, quòd non deſunt exempla, cùm ejuſmodi tranſitionum ab oratione directâ ad indirectam, vel vice verſâ, tum ſimilium quaſi παρενθέσεων, elucidandis quidem rebus ſæpiſſimè inſervientium, ſed & nonnunquàm ſatis incommodarum. Ordo, qui obſervatur ſuper iis, qui à Saracenis ad Chriſtianorum fidem ſe convertunt: *Tu ille, qui à Saracenis hodiè ad Chriſtianorum fidem accedis, non vi aliquâ, vel neceſſitate, neque dolo, aut ſimulatione, ſed toto animo, corde puro ac ſedulo, Chriſtum Chriſtique fidem amante: Renuncio toti Saracenorum religioni, anathematizoque Mamedem* (*c*). Geneſ. IV. 25. *Cognovit autem Adam adhùc uxorem ſuam, & peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth: quia poſuit mihi Dominus ſemen alterum, pro Hebel, quem occidit Cain*; nec aliter capite XLI. comm. 51. & 52. ac rursùm 1. Sam. 1. 20. & ſic de aliis.

Ibid. *Supererat, &c.*] Videtur omninò Maucroixius, quo pacto ſuam hujus loci verſionem inſtituit, ex primâ voce *Supererat*, *Supererit* feciſſe, & ex ultimâ *legerentur*, *legantur*, in hunc modum: *Supererit, ut communi conſilio omnium Cæſares legantur* (*d*). Sed multiplici illâ correctione prætermiſſâ, ſi ita ſimpliciter perrexit Diocletianus, hoc eſt, abſque vel minimâ Maxentii & Conſtantini deſignatione, Maxentii nempè, quoniam filius erat Herculii, Conſtantini verò, quoniam filius erat Conſtantii Chlori, quomodò potuit illicò Galerius regerere: *Quid opus eſt conſilio, cùm neceſſe ſit, illis duobus placere, quicquid nos fecerimus? Ita planè. Nam illorum filios nuncupari neceſſe eſt?* Hæc enim evidenter innuunt, Diocletiani de novorum Cæſarum delectu mentionem minimè vagam fuiſſe & generalem: ſed certos certorum hominum filios indigitatos fuiſſe Galerio, eoſque præcisè, qui jam à nobis plus ſemel ſuis nominibus appellati ſunt, & à primo etiam editore nobiſcum, ſicut ſuo loco obſervabimus. Sit itaque hujus lectio, quod & Reverendiſſimo Epiſcopo Sarisberienſi viſa eſt, integra: ſpectetur verò locus ipſe, non tanquàm pars reſponſionis Diocletiani ad Galerium, ſed tanquàm hujus Auctoris verba Diocletianeam illam propoſitionem ſuo modo repræſentantis. Præter quàm quòd admodùm poſſibile ſit, ut proximè poſt iſtam periodum: *Supererat, ut communi conſilio*

(*a*) *Verbi gr. p. 594. col. 1. & ſeqq.* (*b*) Legere, *pro* eligere, *Latinis frequentiſſimum.* (*c*) *Pag. 75. Saracenicorum, edit. Commel.* 1595. (*d*) Dioclétien ... lui répondit, que puiſqu'il le ſouhaitoit, la choſe ſe feroit: mais que d'un commun conſentement il falloit élire des Céſars.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

omnium Cæsares legerentur, subnexum quondàm fuerit à nostro : *Id enim continenter tetigerat Diocletianus ; quin & memoratis in eam rem Maxentio filio Herculii, atque Constantino filio Constantii. Sed alter repentè : Quid opus est consilio, cùm sit necesse, &c.* Deficiunt certè haud ratò in manuscriptis codicibus non voces solùm, sed quandòque versus, interdùmque plures, velut Docti norunt.

Ibid. *Communi consilio omnium.*] Firmantur, quæ jam ad has voces diximus, versione Anglicâ, *by the concurring advices of all the four, communi illorum quatuor consensu ;* cùm non alios palàm intellexerit ejus Auctor, quàm quos Diocletianum, Herculium, Constantium, & Galerium vocitavimus. Confer Eusebii locum de Martyribus Palæstinæ (*a*), in quo Procopius à Præside jussus libare quatuor Regibus, τῶν βασιλέων τέσσαρσι σπένδειν, illi ipsi quaternioni libare jubetur.

Lin. 10. *Quid opus est consilio, &c.*] Galerii verba Diocletiani propositionem respuentis, sicut clarissimi Interpretes plus minùs explanare non obliti sunt (*b*).

Legendum : *Quid opus est, inquit, consilio* ... Gale.

Ibid. *Illis duobus.*] Maximiano Herculio & Constantio. *Tollius.* Item Versiones, aliis verbis.

Lin. 12. *Ita planè. Nam illorum filios nuncupari necesse est.*] Sequitur ergò perspicuè, (quod optimè vidit Baluzius : sed alii obscurant, propter quos hæc retractanda) propositum fuisse à Diocletiano, ut filius Herculii Maxentius, & Constantii filius Constantinus fierent Cæsares, ne Principum filii privati viverent. Et manifestum quoque, non esse igitur ea verba Diocletiani, sicut credidit Maucroixius (*c*), vel hujus Scriptoris, quod alter celeberrimus Interpres censebat (*d*), sed Galerii Diocletianeum illud consilium deridentis. Et verò nonne, ut Diocletiano possent tribui, oporteret, verbi gratiâ, præcessisse : *Quid opus est consilio, cùm futurum sit illis duobus gratissimum quicquid nos fecerimus* ? Et nonne rursùs, ut huic Auctori cum aliquâ veri similitudine tribui possent, sic saltem esse deberent : *Atque sanè illorum filios nuncupari necesse erat ;* cùm verbo, inquam, temporis imperfecti, quod Historico suum de re præteritâ judicium interponenti conveniret. At habemus è contrario per præsens : *Ita planè. Nam illorum filios nuncupari necesse est* : quod jam nullâ ratione judicantis Historici queat esse, sed evidenter hominis alterum cum sannis excipientis sermo est. Adde Baluzium, pag. 304. col. 2. & Columbum, pag. 374. col. 2.

Ibid. *Erat autem Maximiano, &c.*] Seni nempè, ut rectè Interpretes suppleverunt. Confer Baluzium, pag. 304. col. 2. ad *Neque patrem ;* Cuperum verò, pag. 457. col. 2.

Lin. 13. *Maxentius.*] *Ferus* audit apud Aurelium Victorem, & *inhumanus, nulli carus, ne patri, aut socero quidem Galerio.* Edition. Oxon. & Cant.

Ibid. *Hujus ipsius Maximiani gener.*] Hoc est, hujus gener ipsius Maximiani Cæsaris, de cujus cum Diocletiano conflictione nunc agitur, ait tacitè noster Cecilius. Qui quantò tamen meliùs scripsisset : *Erat autem Maximiano seni filius Maxentius, junioris Maximiani gener ;* quæ vis Anglicæ Versionis. Vel, *Erat autem Maximiano seni filius Maxentius, Galerii gener*, quomodò Maucroixius interpretatus est.

Lin. 14. *Neque patrem.*] Vide Baluzium, pag. 304. col. 2.

Lin. 15. *Solitus sit adorare.*] Id est, vertente Maucroixio, *honorare.* Quam interpretationem, etsi nostrarum partium hominibus non inutilem, qui similem nimirùm jamdiù & meritò in multis Veterum locis proposuerunt, & contra adversarios defenderunt, hìc tamen nullo modo possumus admittere, ob delatum olim aliquot Imperatoribus adorationis honorem propriè dictæ. Aurelius Victor in Cæsaribus : *Diocletianus primus omnium Caligulam post Domitianumque Dominum dici passus, & adorari se appellarique uti Deum.* Vopiscus in Saturnino : *Cùm cogitare cœpisset, tutum sibi non esse, si privatus viveret, depositâ purpurâ ex simulacro Veneris, cyclade uxoriâ militibus circumstantibus amictus & adoratus est ;* eâ vice scilicèt, cùm Diocletianus voluerit perpetuò adorari. Adde

(*a*) *Cap.* 1. (*b*) A quoi Galérius répartit, qu'il n'étoit pas néceſſaire d'attendre les avis du vieil Maximien & de Conſtance. *Maucroix.* But the other rejected this, &c. *Anglica Versio, apud quam proximè loquitur Diocletianus.* (*c*) A quoi Dioclétien s'accorda encore, diſant, qu'en effet ni ſon Collégue, ni Conſtance ne pourroient déſapprouver que l'on donnât à leurs enfans la qualité de Céſars. (*d*) And indeed, it ſeemed that there was no room for choice, but that the ſons of the other two muſt have been named for Ceſars.

Digitized by Google

Tralationem Anglicam : *he would not pay the wonted respect of adoration ;* & Cuperum, p. 457. col. 2. Dubitavi aliquandò, annon vulgatæ lectioni *solitus sit*, præferri deberet hæc altera, *solitus esset*, eaque facilè ex *us* & *sit* eruenda. Judicent Docti.

Ibid. *Utrique invisus.*] Cuperum vide pag. 457. col. 2.

Lin. 16. *Constantinus, sanctissimus, &c.*] Elogium longè Christianismo antiquius. Cicero Philipp. XIII. *Ignorans* [*Antonius*] *quacunque falsò diceret in sanctissimum adolescentem* [*Cæsarem*], *ea verè recidere in memoriam pueritiæ suæ.* Idem pro Flacco : *Quem vos modestissimum adolescentem, provinciæ maximè sanctissimum virum . . . cognoverunt.* Et ibidem rursùs : *Homines sunt totâ ex Asiâ frugalissimi, sanctissimi, à Græcorum luxuriâ & levitate remotissimi.* Quæ postrema exempla ideò magis afferenda mihi visa sunt, quòd cùm illa, quid per *sanctissimum* seu *virum*, seu *adolescentem* intelligere oporteat, non obscurè moneant, hominem nempè singulari virtute præditum, quod & propriè sonat Versio Anglica in nostro loco (*a*), in eodem tamen Maucroixius diversissimâ notione *adolescentem magnæ spei* verterit. Adde Cuperum, p. 458. col. 1. duobus locis, & Columbum, pag. 374. col. 2.

Ibid. *Illo fastigio dignissimus.*] Id est, alto illo Cæsareæ dignitatis gradu, in quem novos homines promoveri opus erat.

Pag. 208. lin. 3. *A privatis & optaretur.*] Imò potiùs, *à privatis exoptaretur.* Gale. Quod & ego jam pridem legendum conjeceram. Adde Cuperum, pag. 458. col. 1. & seq.

Ibid. *Eratque tunc præsens.*] Clarè audiat Tollius. Nam non soli ergò agebant inter se Imperatores quæ in eâ Galerii aggressione tractarunt. Scio, secundùm utramque Tralationem, Constantinum fuisse duntaxat alicubi præsentem *in aulâ Diocletiani* (*b*) ; hoc est, inter aulicos, in loco plus minùs distante ab eo, ubi de istis socer ac gener disceptabant, non verò in eodem cum illis. Sed quorsùm hâc, aut illâ verborum adjectione absentem facere Constantinum à colloquii loco, cùm ex Auctore nostro, si ut extat sumatur, fuerit manifestè in eo ipso præsens, neque ulla etiam afferri possit ratio, cur non æquè præsens extiterit ibi loci, ac Daia, quem mox Galerius indigitabit suo socero ?

Lin. 5. *Quid ergò fiet ?*] Diocletiani verba ; nostro nempè, sicut antè monui, redeunte nunc ad reliquam cœptæ disputationis seriem, post prolixam satis digressionem, in quâ curiosè explicandum credidit, quos breviter Cæsares Diocletianus Galerio nominasset de communi omnium sententiâ legendos.

Lin. 6. *Ille, inquit, dignus non est.*] Hæc jam verba Galerii, per *illum*, de quo loquitur, Maxentium intelligentis.

Ibid. *Ille . . . dignus non est.*] Scilicèt Maxentius. *Tollius.*

Rectè ; optimèque etiam Interpretes, qui pronominis loco, nomen ipsum substituerunt. Quod cur Galerius itidem non fecerit, si quis roget, responsio est, non fuisse pariter necesse, quoniam cùm directa Diocletiani propositio, quam noster partim suppressit, partim in indirectam mutavit, hæc propemodùm fuisset : *Supererit, ut communi omnium consilio Herculii filius Maxentius, & Constantii filius Constantinus Cæsares legantur ;* potuit paulò post Galerius super Maxentio sine ullâ sermonis obscuritate, *Ille dignus non est*, regerere, quia qui primus nominatus fuerat à Diocletiano, Maxentius erat.

Ibid. *Qui enim me privatus.*] Vide Cuperum, pag. 458. col. 1. & seq.

Lin. 8. *Hic verò, & amabilis est, &c.*] Responsio Diocletiani pugnantis jam tantùm pro Constantino, quem Diocletianus, quo tempore *Hic verò* & reliqua reponebat, digito monstrabat, præsentem quippè, sive propiùs adstaret, sive non. De illo certè Diocletianus ut præsente loquebatur, si non simul Constantinus ostendebatur. Quarè nollem, Interpretes Constantinum nominare maluissent, quàm vim pronominis servare & exhibere.

Ibid. *Ut patre suo melior & clementior judicetur.*] Id est, *ut vel suo patre melior, &c.* quod optimè explicatum à Maucroixio (*c*). Nam reverà Constantini pater Constantius bonus fuit Princeps ac mitis. Noster capite XX. *Constantium, quamvis priorem nominari esset necesse, contemnebat, quòd . . . naturâ mitis esset, &c.*

Lin. 15. *Illumne saltatorem, temulentum, &c.*] Invidiosissima hæc, & à scenâ petita. Ita Clitipho apud Terentium Heautontim. extremo. *Tollius.*

(*a*) A most vertuous youth. (*b*) Il se trouva alors à la Cour de Dioclétien. *Maucroix.* He was then in Diocletian's Court. *Versio Anglica.* (*c*) Qu'un jour il surpasseroit son pere en bonté & en clémence.

www.libpool.com.cn

Digitized by Google

Lin. 17. *Fideliter prabuit.*] Leg. *prafuit.* Editio Oxon. An. 1680. p. 108. in Emendationibus, quæ ſeriùs occurrerant. Item Gale, Allix. Aliter Cuperus, pag. 459. col. 2. & Columbus, p. 374. col. 2.

Ibid. *Miſi ad Maximianum.*] Subaudi Herculium, vel ſenem, cum Interpretibus. Addatur Baluzius, pag. 302. col. 1.

Lin. 18. *Ut ab eo induatur.*] Juvenalis, *Dictatorem induit uxor.* Gale.

Cætera, quæ hîc opus ſunt, petenda è Baluzio, pag. 305. col. 1. Cupero, p. 459. col. 2. & Columbo, p. 374. col. 2.

Lin. 20. *Oſtendens Daiam.*] Qui tunc igitur ipſe quoque præſens erat, & ſub eorum oculis, ſi non manibus.

Ibid. *Daiam.*] Aurelius Victor: *Sorore Armentarii genitus, veroque nomine ante imperium Daza dictus.* Edit. Oxon. & Cant. Adde Baluzium, pag. 305. col. 1. & Columbum, p. 374. col. 2.

Ibid. *Adoleſcentem quendam ſemibarbarum.*] Inclinat multùm animus, ut credam, ſcriptum potiùs fuiſſe à noſtro: *aduleſcentem quendam ſemibarbatum.* Noti *barbatuli juvenes* Ciceronis in Epiſtolis ad Atticum (*a*), & diſtinctio *barbatorum* à *barbatulis* apud eumdem in Oratione pro Cœlio. *Aduleſcens* autem, pro *adoleſcens*, occurrit ſæpiùs in Veterum monumentis.

Lin. 21. *Maximinum.*] Vide Baluzium, pag. 305. col. 1. ad *juſſerat Maximinum*; item ad *oſtendens Daiam.*

Ibid. *Jam & ipſi.*] Legendum: *Nam & ipſi.* Gale: item reverendiſſimus Epiſcopus Sariſberienſis, ut ex hâc illius verſione apparet, *For Diocletian, &c.* ad verbum, *Nam & ipſi Diocletianus.*

Pag. 209. lin. 1. *Nomen ex parte mutaverat hominis causâ.*] Legendum: *ominis causâ.* Edit. Oxon. & Cant. quas ſecutus eſt Galeus.

Loco horum verborum, *hominis causâ*, legendum cum editione Anglicanâ, *ominis causâ.* Quarè ex hâc emendatione, quæ certiſſima eſt, diſcimus, Diocletianum, quandò Galerium Armentarium hoc anno [292] Cæſarem renuntiavit, ei nomen ex parte mutaſſe, eumque Galerium Maximianum fauſto, ut ſibi videbatur, omine vocari præcepiſſe, quia Maximiani cognomento Herculii erga ſe fides nunquàm defecerat. Quo exemplo motus Galerius Maximianus anno cccv. quo Daiam Cæſarem dixit, huic ex toto nomen mutavit, eumque de ſuo nomine Galerium Maximinum appellari voluit. Galerius enim Maximinus *ſorore Armentarii progenitus, vero nomine ante Imperium Daza dictus*, inquit Victor in Epitome. Indèque factum, ut nec Armentarii, nec Dazæ nomina in Nummis, Inſcriptionibus, cæteriſve monumentis publicis unquàm legantur. *Pagius, ad annum Chriſti 292. num. 2. & 304. num. 3.*

Adde Baluzium, pag. 305. col. 1. & Cuperum, pag. 459. col. 2.

Ibid. *Quia Maximianus.*] Nempè Herculius. *Pagius, ad annum Chriſti 304. num. 3.*

Ibid. *Quia Maximianus.*] Fortè, *quia Maximiano, &c.* Boherellus.

Lin. 4. *Mens, inquit, eſt affinis.*] Vide Cuperum, pag. 460. col. 1.

Lin. 8. *Tu videris.*] Formula improbantium aliquid. Nil frequentius apud Tertullianum & hujus ſæculi Scriptores. *Tollius.*

Lin. 10. *Acceſſerit.*] Potiùs, *acciderit.* Gale.

CAPUT XIX.

P. 609. lin. 1. *Proceditur, &c.*] Hoc eſt, cum magnâ pompâ, & quales, verbi gratiâ, in Conſulum proceſſibus ſpectari ſolebant, exierunt Nicomediâ Diocletianus & Galerius Maximianus primâ die Maii, versùs locum, de quo mox noſter poſt paucula. Confer Cuperum, p. 456. col. 2. ad *Procederet Conſul. Proceditur*, pro *procedunt*; Principes nempè modò nominati cum ſuis. Sic in ſequentibus, *Eò pergitur*, pro *eò pergunt*, ſimili ſenſu; & ſub finem capitis, *Tùm deſcenditur*, pro *Tùm deſcendunt*; quibus alia multa poſſent adjici.

Tout étant arrêté, le premier de Mai l'on en vint à l'exécution. Maucroix. Quaſi dicas; Quod ita conſtituerant, Kalendis Maiis ad rem contulerunt.

All things bing thus concerted in ſecret, on the firſt of May this great affair came to be declared. Verſio Anglica. Ac ſi nunc Latina ſint, quæ cùm eâ ratione ſecretò conſtituta fuiſſent, Kalendis Maiis apertè ac palàm facta ſunt. Quorum ſenſuum vereor valdè ut alteruter poſſit placere. Adde Baluzium, pag. 305. col. 1. & ſeq.

Ibid. *Kalendis Maiis.*] Anni cccv. *Dodwellus* (*b*). Item *Pagius* (*c*).

Confer dicenda, p. 648. col. 1. Adde quoque Cuperum, p. 460. col. 1. & Columb. p. 375. col. 1.

Ibid. *Conſtantinum omnes intuebantur.*]

(*a*) *Lib.* 1. *Ep.* 14. *&* 16. *edit. Amſtel.* 1684. (*b*) *In Diſſert. Cypr.* 11. *num.* 73. *&* 78. (*c*) *In Criticâ, &c. ad annum Chriſti* 306. *num.* 4.

Digitized by Google

In ipso nempè processu, hoc est, dùm iter adhùc haberetur in locum proximè describendum, sparso in vulgus rumore, novos eâ die Cæsares creatum iri. Atque *omnes* hîc, ut alibi sæpiùs, sunt *pletique omnes*: nisi quòd nunc intelliguntur plerique omnes eorum qui comitabantur Principes, & illos eò, quò pergebant, deducebant.

Lin. 2. *Nulla erat dubitatio.*] Quin scilicet Constantinus fieret Cæsar; quod novum nimiæ brevitatis exemplum in hoc Scriptore, rectèque adeò vitatum ab Interpretibus, *Personne ne doutoit de son élévation.* Maucroix, *Not doubting but the nomination must fall on him.* Tralatio Anglica.

Ibid. *Priores militum.*] Imò, *primores militum*, ut capite XXI. *primores etiam civitatum*, &c. Gale; & suprà Columbus, p. 375. col. 1.

Aliter Cuperus, p. 460. col. 2.

Lin. 4. *Extra civitatem.*] Extra Nicomediam. *Maucroixii versio.* Quod subjectus Pagii locus firmabit. Confer dicta, pag. 650.

Lin. 5. *In cujus summo Maximianus ipse purpuram sumpserat.*] Id est, Maximianus Herculius, qui usque ad annum 286. Cæsar fuerat, & eo anno, rerum publicarum necessitate exigente, Augustus dictus, & Tribunitiâ Potestate exornatus, ut ex antiquis Lapidibus constat. Facta ea nuncupatio die Kalendis Aprilis, ut in Fastis Idacii legitur, idque Nicomediæ extra civitatem ad millia ferè tria, ut nos docet Lactantius, libro de Mortibus Persecutor. capite 19. ubi de abdicatione Diocletiani & ejusdem Herculii loquens, ait: *Erat locus altus extra civitatem ad millia ferè tria, in cujus summo Maximianus ipse purpuram sumpserat*, &c. Prope Nicomediam itaque ea nuncupatio facta, ut, antequàm liber de Mortibus Persecutorum lucem vidisset, collegerat clarissimus Norisius (*a*) ex L. 6. *De fide instrum. dat. Nicomedia* XIII. *Kalendas Februarias Maximo* II. *& Aquilino*: hoc nempè anno [286] quo Maximianum Kalendas Aprilis [Diocletianus] Nicomediæ in Hibernis morans, ac bellum adversùs Persas ibidem adornans, Augustum renunciavit. *Pagius, ad an. Chr. 286. nu. 2.*

Ibid. *Maximianus ipse.*] Id est, Armentarius. *Edit. Oxon. & Cant.* Quæ proindè non Maximianum Herculium cum Pagio & Norisio, sed Galerium cum Maucroixio intellexerunt. Vide, ut nostrî breviloquentia eruditos in contrarias partes egerit; quàmque adeò verè scripserit Horatius: *Brevis esse laboro; obscurus fio.* In Maucroixii reverà Tralatione ne nomen quidem *Maximiani* cernitur, verùm unica *Galerii* appellatio. *Au haut de laquelle Galerius avoit été honoré de la pourpre.* Adde Baluz. p. 305. col. 2.

Ibid. *Purpuram.*] Adjicit versio Anglica, *Imperatoriam; the Imperial purplem*, sive eo tantùm consilio, ut hîc loci de Herculio Maximiano Imperatore sermonem esse sciamus, non de Galerio Maximiano Cæsare; sive simul aliquid discriminis ponendo inter Imperatorum purpuram, & purpuram Cæsarum: quâ de re suprà amplissimus Cuperus, p. 461. col. 1. 2. & seq.

Lin. 6. *Cum Jovis signo.*] Id est, *cum Jovis statuâ.* Ambo Interpretes, à quibus meritò non alius abit Cuperus, pag. 460. col. 2.

Lin. 7. *Concio militum convocatur, inquit senex, &c.*] Locus indubiè mendosus, & cujus correctio multiplici ratione à viris doctis tentata, ut nostro modo exhibemus.

Concio militum
- *Convocatur. In quâ senex cum lacrymis alloquitur (b)*
- *Convocatur. Recipit senex cum lacrymis. Alloquitur (c)*
- *Convocatur. Consurgit senex cum lacrymis; alloquitur (d)*
- *Convocetur, inquit senex cum lacrymis. Alloquitur (e)*

} militem.

Lin. 7. *Inquit senex.*] Alii (nimirùm Columbus, p. 375. col. 1.) *in quâ senex*, scilicet concione: sed verbum asyndeton desideratur, utì narratio postulat. Lege igitur, *Consurgit senex.* Tollius. Qui aliter, credo, pronuntiasset, si ultimam conjecturam vidisset.

Ibid. *Alloquitur milites se*, &c.] Potiùs; *Alloquitur milites, se invalidum esse . . .* Gale. positâ cæteroqui, quam nunc representabamus, distinctione post *lacrymis.*

Pag. 210. lin. 1. *Requiem post labores petere.*] Elegantiùs, puto, fuisset, *se requiem*,

(*a*) *In Dissert. 1. De Numismate Imperatorum Diocletiani & Maximiani, cap. 4.* (*b*) *Editio Aboensis.* (*c*) *Anonymus apud Columbum, pag. 375. col. 1.* (*d*) *Tollius.* (*e*) *Gale.*

&c.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

&c. mirumque nî τὸ *se* à postremâ præcedentis vocis syllabâ fuerit absorptum. Adde Baluz. p. 305 col. 2. & seq.

Lin. 2. *Summa omnium expectatio quid, &c.*] Distinguit editio Aboensis, *Summa omnium expectatio, quid afferret;* quo & pacto interpungebat clar. Galeus.

Lin. 3. *Pronuntiat Severum & Maximianum Cæsares.*] Severus & Maximinus anno CCCV. Cæsares nuncupati sunt, non verò anno currenti, [CCCVI.] ut ex iis, quæ anno CCCIV. diximus, certum redditur. Præterea ea creatio non in Italiâ, ut perperàm Socrates, quem Baronius sequitur, sed *Nicomediæ* facta, ut ibidem ex Lactantio lib. de Mortibus Persecutorum ostendi. Unâ itaque eâdemque die, scilicet *Kalendis Maiis* anni CCCV. *Diocletianus* & *Herculius* abdicarunt, & *Galerius* ac *Constantius* Augusti. *Severus* verò ac *Maximinus* Cæsares appellati, ut eo in loco demonstratum. Errarunt tam Socrates & Theophanes, quàm Eutropius, qui scribunt, Galerium utrumque non creasse, nisi postquàm in Italiam adventavit. Errat & Idacius in Chronico, dùm abdicationem anno CCCIV. Kalendis Aprilis factam dicit, quæ omnia ex iis, quæ jam in medium attulimus, certa sunt. *Pagius, ad an. Ch.* 306. *nu.* 4.

Adde eumdem ad an. 304. num 5. & 6. itemque Baluz. p. 306. col. 1. & 2. duobus locis.

Ibid. *Obstupefiunt omnes in Tribunali. Constantinus astabat susum.*] Meâ sententiâ, longè meliùs cum Columbo atque Anglicâ versione (*a*) post *omnes*, simul verò nobiscum post *astabat* distinxeris, in hunc modum: *Obstupefiunt omnes. In Tribunali Constantinus astabat. Sus...* Ratio prioris distinctionis videri ex parte potest apud Columb. p. 375. col. 1. ex parte autem, hujus capitis initio his verbis: *Constantinum omnes intuebantur... Milites qui aderant, & priores militum electi & acciti ex legionibus, in hunc unum intenti gaudebant, &c.* Posterioris rationem proximè subjicimus.

Lin. 4. *Susum.* [In superiori parte. *Susum* veteres dicebant, pro *sursùm.* Edit. Ox. & Cant. post Baluzium ex Dufresnio. V. p. 306. col. 2.

Ibid. *Susum.*] An *sursum*? Id probabile. *Allix.*

Ibid. *Susum,*] Ita Veteres, pro *sursum.* Pagius (*b*).

Mihi neque *astabat susum*, neque *astabat sursùm* legi posse videtur. Quoniam si alterutrum, legeretur, adstitisset ergò Constantinus in superiori parte Tribunalis, uti explicant. At quomodò potuisset ibi obstaculo esse, ne Daja, qui Galerio Maximiano à tergo erat, in medium protraheretur? Repelli enim oportuit Constantinum, quò id fieret, pergente mox nostro: *In conspectu omnium Maximianus manum retrorsùm extendens protraxit à tergo Daiam, Constantino repulso, &c... constituit in medium.* Patet omninò, Constantinum nequaquàm in superiori parte Tribunalis, ut viri docti per suum *susùm* vel *sursùm* intelligunt, adstitisse: sed adstitisse propriè, id est, dextrum vel sinistrum Maximiani nostri latus clausisse; adeò ut Daia, qui à tergo aderat, non posset commodè in medium protrahi, nisi repulso priùs Constantino. Præter quàm quòd, cùm superiorem Tribunalis partem memorant, planissimè innuunt Tribunale fuisse declive, seu devexum, & in anteriori portione Diocletianum sedisse vel stetisse cum Galerio, à tergo verò Daiam. Quæ hypothesis non allatam tantùm difficultatem plurimùm auget, sed indè prorsùs improbabilis est, quòd, ut res sunt, palàm sit, Diocletianum non alibi purpuram deposuisse, quàm ubi Maximianus ipse sumpserat, de quocunque tandem Maximiano volueris intelligere. At, quod jam vidimus, *sumpserat illam* alteruter *Maximianus* in summo loci alti, tribus millibus à civitate distantis; eòdemque, ut novi Cæsares pronuntiarentur, perrectum est: ibidemque adeò Tribunale non declive sanè constructum, sed pro situ loci rectum planumque, absque omni parte superiori vel inferiori. Debet ergò τὸ *susum* schedæ veteris connecti, quale est, cum sequentibus, si quis ex illo sensus confici possit, quod non credo; vel in aliquid aliud mutari, secundùm exempla quæ mox, & post pauca iterùm, subjiciemus.

Ibid. *Susum.*] Lego *confusus*, ut sit, *Constantinus astabat confusus.* Gale.

Ibid. *Scisitari*, vel *hasitare, &c.*] Legendum, *instare.* Vossius.

Scisitari est à conjecturâ viri doctissimi, [Baluzii nimirùm, ut videre licet, p. 306. col. 2. & seq.] MS. *stare*, & in margine *hasitare.* Scripturam quæ in margine habetur, non damnem. Est enim *hasitare* Latinis dubitare.

(*a*) All people were amased; and since Constantine was standing by, &c. (*b*) *In Criticâ, &c. ad annum Christi* 304. *num.* 3.

Cùm *inter ſe*, hoc eſt apud ſe, in animis dubitarent. *Sciſcitari* nimis longè à veſtigiis veteris codicis abeſt. *Gravius.*

Ibid. *Sciſcitari.*] Rectius illud, quod eruditiſſimus Baluzius in margine codicis reperit, *haſitare.* Vix enim hîc ſciſcitationi locus eſt ob Principum reverentiam ſilentium imperantem. Puto autem excidiſſe voculam *illi*, ut fuerit : *Haſitare illi intrà ſe.* Tollius.

De ſciſcitatione quid vir doctiſſimus dicat, audio, nec contrà hiſco. Sed ſi ob Principum reverentiam nullus erat locus *ſciſcitationi*, erat certè *ſuſurrationi.* Quarè jamdiù ex duabus vocibus *ſusùm ſtare* conficiendum credimus *ſuſurrare.* « *Tunc repentè* » *pronuntiat Severum & Maximinum Cæſa-* » *res. Obſtupeſiunt omnes. In Tribunali Con-* » *ſtantinus aſtabat. Suſurrare inter ſe, nùm* » *Conſtantini immutatum nomen eſſet.* Quaſi aliis verbis noſter ſcripſiſſet, concionem totammiris modis ad Severi & Maximini nomina obſtupuiſſe : cùm videlicet non Conſtantinum, in quem unum paulò antè intenti gaudebant, optabant, & vota faciebant, renuntiari Cæſarem audiviſſent, ſed Severum, & neſcio quem Maximinum ; continenter verò, eo ipſo quòd neminem, qui Maximinus appellaretur, cognoſcerent, & Conſtantinum ad alterutrum latus Galerii adſtantem viderent, in ſuſpicionem veniſſe de mutato forsàn *Conſtantini* nomine in *Maximinum*, ſimulque ſuſurraſſe inter ſe : *Num Conſtantini nomen mutatum eſt, & ille dein-ceps Maximinus vocandus* ? Favet egregiè Verſio Anglica. *All people were amaſed ; and ſince Conſtantine wos ſtanding by, ſome began to aſk vvhether he had changed his name into Maximin.*

Lin. 6. *Protraxit à tergo.*] Non diſſimiliter Livius, libro 8. de Bello Punico, *Nudi in medium protrahebantur.* Sunt enim propriè in iſtis exemplis *protrahere & protrahi*, antrorsùm trahere & trahi ; *tirer en avant*, inquiunt quotidiè noſtrates. Nec alia vis ejuſdem præpoſitionis *in progredi* apud Ciceronem (*a*), ubi poſt Quintum Fabium Labeonem, ſeu quem alium, dicit, *ut regredi, quàm progredi mallent* ; vel inferiùs apud noſtrum capite XI. in *promoti* : *Ac ne impetu populi de carnificum manibus raperentur, promoti militari modo, &c.* Locum vide & Notas.

Lin. 7. *Et exutum veſtem privatam.*] Ita hodiè Baluzius, pro, *& exuto veſtem privatam*, quæ veteris codicis lectio, eaque primâ vice à viro clariſſimo repræſentata, & poſt illum à reliquis editoribus. Hînc natæ, quæ ſequuntur, emendationes cum adjunctis Notulis.

Lege, *Exutum.* Hoc enim refertur ad Maximinum. *Baluzius, ad calcem edit. Pa-ris.*

Lege, *Exutum.* Refertur quippè ad Maximinum ſororis Galerii filium. *Editio Ox. An.* 1630. *item Cant. An.* 1685.

Lege, *Exutum veſte privatâ ;* refertur quippè, &c. ut modò. *Sparkius, in edit. Oxon.* 1684.

Sparxium omnium meliùs emendaſſe, indicant proxima iſta, *purpuram ... quâ ſe exuit.*

Ibid. *Conſtituit in medium.*] Quidni poiùs *conſtituit in medio*, ſicut tot locis apud Ciceronem, & alios, *ponere in medio, proponere in medio*, & ſexcenta id genus ? Videtur ſanè ultima littera vocis *medium* originem ſuam primæ litteræ ſequentis vocabuli debere, quod *mirari* eſt.

Lin. 9. *Huic purpuram Diocletianus injecit ſuam, quâ ſe exuit.*] Purpuram Nicomediæ depoſuit Diocletianus ipſis Kalendis Maiis anni CCCV. teſte Lactantio (*b*), cui etiam conſentit ſuî oblitus Euſebius... Quanquàm autem inſtar omnium unus ſit habendus Lactantius, ſunt tamen & alia, quæ fidem ejus hâc in causâ commendant. *Dodwellus, Diſſert. Cypr.* XI. *nu.* 73. Undè tu, quænam alia intelligat & afferat, debes petere : longiora quippè, quàm ut hùc tranſcribantur.

Ibid. *Huic purpuram, &c.*] Purpuram diximus depoſuiſſe Diocletianum A. D. CCCV. Aprilis 1. ſi Idatium, Maii 1. ſi Lactantium (*c*) audiemus. Eodem illo die factus eſt Cæſar Maximinus. Eâdem enim purpurâ, quâ ſe exuit, illum induit Diocletianus ; quod factum etiam innuit Lactantius (*d*) in alio Cæſare Severo à Maximiano Herculio. Et tamen alium illi ab utriſque natalem tribuit Euſebius (*e*) Novembris XI. eundem ſcilicet, quem Diocletiano Lactantius ; niſi fortè quid myſterii illis verbis ſubeſſe ſuſpicemur, κατὰ τὴν λεγομένην αὐτῶν γενέθλιον ἡμέραν, quaſi *diceretur* duntaxat, non item *verè* fuiſſet ejus natalis... Certum è Lactantio, uno eodemque non anno modò,

(*a*) *Lib.* 1. *Offic. cap.* 10. (*b*) *De Mort. Perſ. n.* 19. (*c*) *Ibid. c.* 19. (*d*) *Ibid. c.* 26. (*e*) *De Martyr. Pal. c.* 5.

www.libook.com.cn

Digitized by Google

sed & die depoſuiſſe Diocletianum, ſuſcepiſſe Maximinum. *Dodwellus eâdem Diſſert. Cyp.* XI. *nu.* 78.

Adde Baluzium, p. 307. col. 2. & Cuper. p. 461. col. 1. & ſeq.

www.libtool.com.cn

Lin. 10. *Diocles iterùm factus eſt.*] Redeundo nempè ad vitam privatam, quam ante Imperium, & cùm adhuc *Diocles* vocaretur, duxerat. Sed ſimulne Diocletianus, ut in Anglicâ verſione traditur (*a*), ad antiquum nomen rediit, adeò ut nollet ampliùs niſi *Diocles* appellari? Aut num etiam poſt imperii abdicationem à ſe vel ab aliis *Diocletianus*, ut in iſto Hieronymi loco (*b*), vocatus eſt: *Diocletianus haud procul à Salonis in villâ ſuâ Spalato moritur?* Digna res certè, in quam penitiſſimè inquirat clariſſimus Epiſcopus Meldenſis, Boſſuetus, qui uno loco (*c*), *fatalem numerum Beſtiæ Apocalypticæ in Diocletiani nomine reperiri poſuit*, alibi verò (*d*), eundem ex numeralibus litteris à *Diocles Auguſtus* eduxit, atque oculis ſubjecit in hunc modum, *DIoCLes aVgVſtVs*, *DCLXVI.* Mihi conſtat, nullum unquàm fuiſſe proprium nomen Diocletiano, ſive dùm adhùc foret privatus, ſive poſtquàm imperio potitus eſt, ſive denique poſt imperii abdicationem, in quo, ſi ad numerales Latinorum litteras è celeberrimi Præſulis methodo reſpiciatur, fatalis, quem vocat, numerus inveniatur. Et verò ante imperium, ut noſter ſuprà ponebat (*e*), vocabatur *DIoCLes*: in quâ voce numerales litteræ, quas ideò majuſculas excudi curavimus, conficiunt duntaxat DCLI. Poſt imperium autem, hoc eſt, imperium adeptus, haud ampliùs *Diocles*, ſed *Diocletianus*, ut omnes norunt, appellabatur: cujus rei vel hic Scriptor eximius teſtis, apud quem quotiès de rebus ad imperium Diocletiani pertinentibus agitur, *Diocletianus* ubique nuncupatur, nuſpiàm *Diocles*. Vide capita VII. IX. XII. XIV. XVII. XVIII. & hoc ipſum paulò antè. Sed jam ex nomine *DIoCLetIanVs* nullo pacto numerus DCLXVI, verùm hìc tantummodò DCLVII. emergere poteſt. Ac denique poſt depoſitam à *Diocletiano* purpuram, vel is iterùm priſco more *Diocles*, vel adhùc ſecundùm recentiorem appellationem, *Diocletianus* nominabatur; quæ ambo, ſicut apparet è præcedentibus, nunquàm erunt explendo Beſtiæ numero ſufficientia.

Scio, ſi ex integris Meldenſis Epiſcopi hypotheſibus (*f*), addita ſemel fuerit privato nomini *DIoCLes* dignitatis vox *aVgVſtVs*, appariturum repentè, ſicut loquitur, numerum *DCLXVI.* Sed, ne multa, quis in hoc argumento ferre poſſit dignitatis vocem *aVgVſtVs* aliter conjungi & repræſentari litteratis hominibus, quàm ſit ex omnibus veterum monumentis copulanda & exhibenda, in quibus ſcilicet nuſpiàm, contrà quàm falsò innuit vir doctiſſimus, inveniar de Diocle imperium adepto, *Diocles Auguſtus*, ſed vel *Diocletianus Auguſtus*, ut apud Spartianum: *In animo mihi eſt*, DIOCLETIANE AUGUSTE, *tot Principum maximè, &c.* quibus paria apud Capitolinum in fine Veri (*g*) & Macrini invenies; vel *Imperator Diocletianus Auguſtus*, quomodò ſemper in Codice Tituli Legum, quas Diocletianus, ſive ſolus, ſive cum Maximiano Herculio promulgavit. Codicis, verbi gratiâ, libro VIII. Titulo 7. *Imperator Diocletianus Auguſtus Camerio. Invitus agere vel accuſare nemo cogatur.* Et Titulo XI. libro I. *Imperatores Diocletianus & Maximianus Auguſti.* Sicque alibi mille locis. Atqui numerus, qui Latinis ex *DIoCLetIanVs aVgVſtVs* oritur, adeò non eſt DCLXVI. ut ſit DCLXXII. & qui pariter apud eoſdem ex *IMperator DIoCLetIanVs aVgVſtVs*, conſurgit, adeò

(*a*) He returned to his private name of Diocles, which upon his coming to the Empire he had changed to Diocletian. (*b*) *In Chron. ad an. Abrah.* MMCCCXXXII. (*c*) *In fronte nempè Explicationis capitis* XIII. *Apoc. his verbis*: Le nombre fatal de la Bête dans le nom de Dioclétien. (*d*) *In ipsâ Explic. ad comma* XVIII. (*e*) *Cap.* IX. (*f*) Le nom de Dioclétien avant qu'il fût Empereur, étoit Diocles. Il s'appelloit Diocles devant ſon Empire. *Lact. de Mort.* 9. Et enſuite il quitta la pourpre, & redevint Diocles. *Ibid.* 19. Pour en faire un Empereur, qui eſt ici ce que S. Jean a déſigné par la Bête, il ne faut qu'ajoûter à ſon nom particulier Diocles, ſa qualité d'Auguſtus, que les Empereurs avoient en effet accoutumé de joindre à leur nom; auſſitôt on verra paroître d'un coup d'œil dans les lettres numérales des Latins, ainſi qu'il eſt convenable, s'ag.ſſant d'un Empereur Romain, le nombre 666. *DIoCLes aVgVſtVs*, *DCLXVI.* (*g*) *Cùm adhùc poſt Marcum prater Veſtram clementiam*, DIOCLETIANE AUGUSTE, *Imperatorum talem nec adulatio videatur potuiſſe confingere .... Quæ de pluribus collecta Serenitati tuæ*, DIOCLETIANE AUGUSTE, *detulimus.*

Digitized by Google

* *Falli potest; non fallit: dicit enim, non vera forsàn, sed vero similima.*

rursùm non est Apocalypticus, ut sit ferè triplo major, hoc est, MDCLXXIII. Fallit ergò, falliturque vir clarissimus. Actumque hoc ipso de toto fermè illius Commentario in Apocalypsin, qui confutatâ nunc hypothesi potissimùm nititur.

Ibid. *Tùm descenditur.*] An *è monte*, sicut addidit Maucroixius? Præferam *è tribunali*. Proxima quippè mentio *tribunalis* est. Multòque verisimiliùs magnas illas, quas in eâ scenâ vidimus, personas, Diocletianum, Galerium, Daiam, præcipuè intelligi, quàm easdem cum cunctis insuper Spectatoribus, quod videtur Maucroixius innuisse: *On descend de la montagne.*

Lin. 11. *Per civitatem.*] Et hîc quoque Maucroixii versio pro appellativâ voce *civitatis*, proprium *Nicomediæ* nomen posuit; & ad ejus imitationem Anglica, *thro Nicomedia.*

Ibid. *Veteranus Rex.*] Utpotè qui per viginti annos regnaverat. Ex hoc capite constat, quæ Diocletiano fuerit causa imperio se abdicandi, cujus historiæ arcana primus aperuit Lactantius. Siquidem consilium illud ceperit post persecutionem commotam, reditum à Româ, & peracta vicennalia, cùm illum difficilis morbus mentis suæ statu demoverit. *Edit. Oxon. & Cant.*

Adde Baluz. p. 307. col. 2.

Ibid. *In patriamque dim.*] Videatur Baluzius ibid & Cuperus, p. 462. col. 2.

Lin. 12. *Statim Scutarius.*] Glossaria Labbæi, *Scutarius*, ἀξίωμα στρατιωτικὸν φέρων. *Δαιδοφοιός.* Vox itaque geminæ significationis, modò *scutorum fabricatorem* denotans, quod huic loco non convenit; modò *hominem militari dignitate praditum*, & quem sine dubio eædem Glossæ paulò post *Scutigerulum*, Græcè ὁπλοφόρον, nominant; quod jam ab hoc loco non alienum. Interpretes de *gregario milite* acceperunt (a). Verùm contrà alibi eadem Glossaria, *Scutarium*, ἀξίωμα στρατιωτικὸν. Adde Baluzium, pag. 307. col. 2. & Col. p. 375. col. 1.

Lin. 13. *Protector.*] Glossæ Basilicæ, Παραμονητάριοι, ὑπασπισταί, οἱ τῶν λεγομένων προτίκτορες. Est autem Protector, Stipator Imperatoris. Institutus est hic ordo à Gordiano juniore. *Sparkius, in edit. Oxon. Anni 1684. idque, ut ipsemet adjecit, ex Suicero.*

Ibid. *Protector.*] Glossæ Basilicæ, Παραμονητάριοι, ὑπασπισταί, οἱ τῶν λεγομένων προτίκτορες; *Primoscutarii, defensores, qui nunc dicuntur Protectores.* Dicti autem sunt Protectores, eò quòd Principis latus protegerent. Institutus est hic ordo à *Gordiano Juniore.* Vide Gloss. Meursii; & Vales. Not. in Amm. Marcel. p. 34. Edit. Parisiensis 1681. *Anonymus Auctor editionis Cantabr.*

Videant verò Lectores φιλαληθίστεροι, an quod ita visi docti post Cedrenum ponunt, Protectorum ordinem institutum fuisse à Gordiano Juniore, (habet enim inter alia Suiceri locus: *Instituti sunt à Gordiano Juniore, ut Auctor est Cedrenus*, p. 211. Μετὰ δὲ τοῦτον ἐβασίλευσεν Γ'ντίων μῆνας τρεῖς, ὃς πρῶτος ἐποίησε Κανδιδάτους, καὶ προτίκτορας; *Post hunc*, nempè Pupienum, *imperavit Junior menses tres. Is primus instituit Candidatos & Protectores*) non una sit ex iis rebus, quarum causâ Casaubonus de Gordianis agens exclamaverit: *Cedrenus verò quas nugas blaterat in Historiâ Gordianorum?* Spartianus enim in Caracallo, qui ante Juniorem Gordianum imperavit, *Protectores* Caracallo tribuit. Verba sunt: *Per Thracias cum Præf. Prat. iter feci. Indè cùm in Asiam trajiceret, naufragii periculum adiit, antennâ fractâ, ita ut in scapham cum* PROTECTORIBUS *descenderet.*

Ibid. *Protector.*] *Garde du corps.* Maucroix. Qui ita propriam vim vocis nostratibus accuratè expressit. Adde Baluzium, p. 307. col 2. & Col. p. 375. col. 1.

Ibid. *Accepit Orientem calcandum.*] Possint hæc & similia plura juventuti velut exempla invidiæ concitandæ proponi. *Tollius.*

Simile apud Ciceronem Philipp. 2. *In eodem verò Tribunatu, cùm Cæsar in Hispaniam proficiscens, huic conculcandam Italiam tradidisset, qua fuit ejus peragratio itinerum?* Adde Cuperum, p. 464. col. 1.

Lin. 15. *Jam non pecorum, sed militum pastor.*] Ita ferè Christus Discipulos allocutus est Petrum & Andream, Matth. IV. 19. Δεῦτε ὀπίσω μου, inquiens, ἡ ποιμὴν ὑμᾶς ἀλιεῖς ἀνθρώπων. *Tollius.*

CAPUT XX.

Lin. 1. *Maximianus.*] Pro quo *Galerius* apud Maucroixium, ne qua, ut apparet, errandi foret occasio ex æquivoco nomine *Maximiani.* Vide suprà, p. 592. col. 1. & seq.

Ibid. *Postquàm senibus expulsis.*] Id est, explicante eodem Maucroixio, *post abdicationem Diocletiani & senis Maximiani.* Con-

(a) *Simple soldat.* Maucr. *A comm souldier.* Versio Anglica.

ser quæ antè diximus, pag. 610. col. 1. item Baluzium, p. 308. col. 1.

Ibid. *Quod voluit & fecit.*] *Maximian having now effected which he had projected.* Tralatio Anglica. Undè vel in eorum oculis, qui Anglicè nesciunt, stabilitur optima Columbi emendatio, *d & fecit* in *effecit* mutantis, sicut videre est, p. 375. col. 2.

Ibid. *Se jam solum totius orbis, &c.*] Hoc est, *totius Imperii Romani*, secundùm Anglicam versionem, quam Maucroixianæ (*a*) præferendam esse sequentia ostendunt. Adde Baluzium, p. 308. col. 1. & nos suprà ad caput XVIII.

Lin. 2. *Esse ferebat.*] Vix credam ita primò fuisse exaratum. Malim *esse rebatur*: quod & videri possit Maucroixius legisse. *Galerius se crut maitre de l'Univers.* Aliter Columbus, p. 375. col. 2.

Ibid. *Quamvis priorem nominari, &c.*] Vide Baluzium ibid, p. 308. col. 1.

Pag. 211. lin. 1. *Quòd & naturâ mitis esset.*] Elogium, quo mirum sanè foret Constantium Chlorum hîc loci cohonestatum esse, si, ut nuperrimè à clarissimo Apocalypseos Interprete, Meldensi Episcopo (*b*), ita ab hoc Scriptore is Constantius inter majores Ecclesiæ persecutores fuisset putatus. Quid enim minùs proclive, imò magis præter naturam, quàm ut eum, quem sese in persequendis Fidelibus nobilitasse credas, *naturâ mitem* fuisse cum laude memores? Potiùs igitur, quoniam nunc noster Constantio Chloro ejusmodi naturam non sine elogio tribuit, & disertè alibi (*c*) eundem *dissimilem fuisse Diocletiani amborumque Maximianorum* posuit, quin & *dignum qui solus orbem teneret* (*d*), quarè & ille *verum Dei templum, quod est in hominibus, incolume servaverit* (*e*), neque tandem miserè, ut reliqui omnes Dei adversarii, perierit, sed *in lecto suo requiem vitæ, sicut optabat, acceperit* (*f*): potiùs, inquam, visus sit ob ista omnia huic Auctori unus esse ex Ecclesiæ nutritiis & defensoribus, quàm propter nescio quas vanissimas exceptiones, censeatur unus è Christianorum hostibus ac persecutoribus.

Adde Cuperum, p. 464. col. 2.

Lin. 2. *Valitudine.*] Sic capite XXII. *valitudinis.* Cæteræ editiones, *valetudine.* Quâ de re consulendus Dausquius in orthographicis, voc. *Valetudo, Valitudo.*

Lin. 3. *Exuere.*] Supple, *purpurâ*, quomodò concisè anteà capite XVIII. *ut ab eo induatur*: ad quem locum pluribus quod oportuit notatum est (*g*).

Lin. 4. *Si à tribus.*] Suis scilicet imperii Collegis. Adde Baluzium, pag. 308. col. 2.

Ibid. *Ipse.*] Id est, explanante meritò versione Anglicâ, *Maximianus*: cùm non jam noster de Constantio, sed de Galerio Maximiano, ut sequentia ostendunt, loquatur.

Ibid. *Licinium vet. cont. amicum.*] Videatur loco proximè indicato Baluz.

Lin. 6. *Ad omnia regenda.*] Mihi, pro *regenda*, non displiceret vicina vox *gerendæ*. Neque aliter, credo, apud Orosium, libro VII. capite 4. pro *regi*, emendandum *geri*; id est *fieri* (*h*), his verbis: *Itaque paulatim immutata est illa Tiberii Cæsaris laudatissima modestia, in pœnam contradictoris Senatûs. Nam regi, quacunque voluntate faciebat; voluptas erat.* Confer Ciceronis locum ex Officiis (*i*), ubi cùm alii: *Ego autem quandiù Respublica per eos regebatur*, legant; alii contrà, inter quos vir gravissimi judicii Grævius: *Ego autem quandiù Respublica per eos gerebatur*, malunt.

Ibid. *Ne filium nominaret, ut postea, &c.*] Præferam, *ne filium nominaret, & ut postea in Constantii locum nuncuparet Augustum atque fratrem.* Adde Baluzium, p. 308. col. 2. & Cup. p. 464. col. 2.

Lin. 9. *Vicennalia celebraret.*] Videndus denuò ibidem Baluz.

Ibid. *Ac substituto Cæsare filio suo, &c.*] Locus nimiâ brevitate obscurus. Vult certè noster dicere, consilium fuisse Galerio Maximiano, postquàm illam semel vicennalium celebrationem absolvisset, Severum ante omnia ex Cæsareo gradu ad Augusteum promovere; tùm filium suum Candidianum, sic enim mox appellabitur, Cæsarem substituere, hoc est, Cæsareâ Severi dignitate donare; denique, his peractis, imperium, Diocletiani exemplo, deponere. Nondùm enim Candidianus, cùm hæc Galerius proponeret, potestate vel nomine Cæsaris gaudebat: sed erat olim Severo Cæsari suffi-

(*a*) De l'univers. (*b*) *Ad* 1. *comma capitis* XIII. *Apoc.* (*c*) *Cap.* VIII. (*d*) *Ibid.* (*e*) *Cap.* XV. (*f*) *Cap.* XXIV. (*g*) *Pag.* 647. *col.* 1. (*h*) *Cicero de Senectute*: A rebus *gerendis* senectus abstrahit: Quibus? An iis, quæ juventute *geruntur* & viribus? (*i*) *Lib.* 2. *cap.* 1.

ciendus ; quarè etiam fortaſsis legendum, *ac ſubſtituto Cæſari filio ſuo*, id eſt, in locum unius è Cæſaribus, quòd eum ſcilicet Galerius pater, non Auguſtum poſt vicennalia, alicujus Auguſti loco, ſed merè Cæſarem facere cogitaret.

Lin. 10. *Filio ſuo.*] E concubinâ nato. Nam ex Valeriâ, utpotè ſterili, nullum ſuſcepit. *Edit. Oxon. & Cant.*

Ibid. *Filio ſuo.*] Uxor Galerii Maximiani erat Valeria Diocletiani filia... Nullum ex eâ Galerius Maximianus filium ſuſcepit; ſterilis enim fuit, ut docet Lactantius, capite 50. Loquitur itaque hîc de Candidiano, qui paulò poſt nominatur. *Pagius, ad An. Ch.* 305. *nu.* 6. & 311. *nu.* 12.

Reliqua ex Baluzio petenda, p. 309. col. 1. & ex Columbo, p. 375. col. 2.

Ibid. *Qui tunc erat novennis.*] Scilicet futurus. Ergò eâdem tunc ætate erat Candidianus, quâ Maximini filius, capite 1. nempè annorum octo: ſiquidem ante vicennalia Maximianus diem ſuum obiit, capite XXXV. *Tollius.*

Meliùs ſine dubio Interpretes, uti & ſimpliciùs, *qui tunc annos tantùm novem natus erat* (*a*).

Ibid. *Et ipſe deponeret, ita cùm. &c.*] Diſtingue, *& ipſe deponeret. Ita cùm, &c...* Gale.

Primæva, opinor, ſcriptura fuerat, *& ipſe deponeret, & ita...* hoc ſenſu, *etiam ipſe deponeret, ac deindè, cùm Imperii ſummam*, & quæ poſteà. Adde Baluz. p. 309. col. 2. & nos ſuprà, pag. præc.

Lin. 11. *Secundum Cæſarum nomen.*] Quia nempè alterum primariumque erat; quod etiamnùm Imperatores, ad exemplum, verbi gratiâ, Imperatoris Octavii Auguſti Cæſaris, in Edictorum titulis uſurpabant, ut ex hoc Edicto, quod Galerius Maximianus Anno Chriſti 311. emiſit, manifeſtum eſt: IMPERATOR CÆSAR *Galerius Valerius Maximianus*... AUGUSTUS... *Et* IMPERATOR CÆSAR *Flavius Valerius Conſtantinus*... AUGUSTUS.. *Et Imperator* CÆSAR *Valerius Licinianus*... AUGUSTUS, *&c.* Ideò autem inter alia *Cæſarum nomen*, quandò illud ſibi ſumebant Imperatores, primarium dixi, quia non ſolitarium ſumebant: ſed, ſicut allatus titulus oſtendit, diſertis *Imperatoris* & *Auguſti* appellationibus conjungebant, utpotè *majores illi qui ſummam rerum tenerent*; cùm iidem è contrario, quandò ad *duos minores, qui è Dioclesiani diſpoſitione, majoribus adjumento eſſe debebant*, litteras dabant, ſolitarium Cæſaris nomen Epiſtolis ſuis inſcribebant: undè noſter ſuprà capite IX. *In tantos namque faſtus poſt hanc victoriam elevatus eſt* [*Galerius Maximianus*] *ut jam detrectaret Cæſaris nomen. Quod cùm in litteris ad ſe datis audiſſet, truci vultu ac voce terribili exclamabat: Quòuſque Cæſar?* Atque hinc ergò in præſentiâ *ſecundum Cæſarum nomen*, cum notione quâdam minùs nobili & ſecundariâ. Ad primariam verò iſtæc Theodori Metochitæ obſervatio non malè pertineat (*b*), *à Julio Cæſare omnes Romanorum Imperatores dictos eſſe Cæſares*... Ἴσως Γάλλῳ Καίσαρι, εἰ μὴ γενηθείη τῆς γὰρ μητρὸς αὐτῷ θατέρου τῷ ἑτέρῳ μετὶ τῆς ἐγκωμίας αὐτῆς, τὴν πολλὴν αὐτῆς ἀνατίμησιν, ἢ οἶον αὖθὶς ἐκεῖθεν ἐμβάλλουσι. Θὲν Καῖσαρ ἐλέγετο. ἀφ' ὃ ἠκολούθησε Ῥωμαίοις βασιλεῖς Καίσαρας τὸ σηγορεύθηναι.

Lin. 13. *Hoc conſilia ei oſtendebant.*] Sic ſanè Lactantius non ſcripſit: ne rure quidem ſic loquebantur olim, qui Latinè loquebantur. Manus Lactantii fuit: *Hîc conſilia ejus tendebant.* Ultima ſyllaba in *ejus* à priore vitio Scribæ avulſa adhæſit voci ſequenti *tendebant*, ut primò ſcriptum fuerit *ei uſtendebant*; indè *oſtendebant* natum. *Gravius.*

CAPUT XXI.

Lin. 1. *Adeptus igitur maximam poteſtatem.*] Nempè quia Auguſteam affecutus, quæ jamdiù omnium maxima erat inter humanas. Athenagoras, verbi gratiâ, initio Apologiæ, quam Chriſtianorum nomine Imperatoribus M. Aurelio & L. Vero, an. Chr. 166. obtulit, inſcripſitque, (ſequor enim in eâ re judicium Pagii ac Toinardi (*c*), virorum eruditiſſimorum) ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΣΙΝ, Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Αὐτωνίνῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ τοῖς ὑμετέροις, ΜΕΓΑΛΟΙ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ὐκυμίνι... Hoc eſt, interpretante Geſnero, IMPERATORIBUS, *M. Aurelio, &c.... Qui veſtrum imperium*, MAXIMI REGES, *longè latèque per orbem terrarum agnoſcunt*; Vel potiùs ob ſequentia, IMPERATORIBUS *M. Aurelio Antonino & L. Aurelio Commodo... Quâ parte*, MAXIMI REGUM, *orbis veſter eſt*: legendo ſcilicet, non ſi ſim-

(*a*) Qui n'avoit alors que neuf ans. *Maucroix.* Wo was now only nine years old. *Verſio Anglica.* (*b*) Vide *ejus Hiſtoriam Romanam, initiò.* (*c*) Vide *Criticam Pagii in Annal. Baron. ad annum Chriſti* 177. *num.* 8. *& ſeq.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

pliciter cum aſpero, ſed ῾ cum circumflexo inſuper, & ῑ̃τα ſubſcripto. Adeatur locus. Imò, quo tempore is, de quo hîc agitur, Maximianus è Cæſare Auguſtus factus eſt, (agitur autem, ut optimè ſupplevit Maucrorius (*a*), de Juniore Maximiano ſeu Galerio), tunc, inquam, Auguſtorum poteſtas Cæſaream ex Diocletiani diſpoſitione tantoperè ſuperabat, ut *duo Auguſti*, ſecundùm noſtrum, capite 18. *ſummam rerum tenerent*, *Cæſares* verò *ſolùm eſſent adjumento*: utque deindè, ſi quandò *Auguſti* & *Cæſares* communi vocabulo βασιλῆς, id eſt, *Reges* vocarentur, quemadmodùm, exempli causâ, in iſtis Euſebii (*b*) de Procopio Martyre, ὡς ὅ καὶ πᾶσι ΒΑΣΙΛΕΥΣΙ ΤΕΣΣΑΡΣΙ κατίδειν ἐκελεύετο, *Cùm verò* QUATUOR REGIBUS *libare juberetur*, ea demùm locutio, quatenùs ad *Auguſtos* pertinebat, Βασιλέας τελειοτάτους intelligendos relinqueret, hoc eſt, *Reges perfectiſſimos*, ſeu *ſummos*; at nonniſi imperfectos & inferioris ordinis, quatenùs ſpectabat ad *Cæſares*. Qui iſtam nobis ſuppeditavit diſtinctionem, Euſebius eſt in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, libro 8. capite 13. ubi narrans quomodò Conſtantinus Magnus per milites poſt patris obitum è Cæſaris loco, quem priùs occupabat, ad ſuperiorem fuerit promotus, dicit, illum renunciatum fuiſſe ab eis Βασιλέα τελειότατον ὑπὸ Σεβαστὸν, *Regem perfectiſſimum & Auguſtum*. Βασιλεὺς Κωνσάντιος... τέλος ἐνδὺς πορφύραν ὑπὸ τετρμακάριον ἀπείληφε τῆς βίβ... τελευτήσας. τότε παῖς Κωνσάντιος ὁ ἔνδυς ἀρχόμενος, Βασιλεὺς τελειόταλος ὑπὸ Σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατιάδων.... ἀναγορευθείς.

Ibid. *Ad vexandum orbem quem ſibi patefecerat animum intendit.*] Locus, meâ ſententiâ deteriori modo affectus, quàm ut ſatis ſit illum cum Aboenſi editione, nec non Pagio (*c*) & Galeo, in hunc modum diſtinguere, *ad vexandum orbem, quem ſibi patefecerat, animum intendit.* Interpunges ergò, unàque, ſi mihi credes, emendabis, *ad vexandum orbem, quem ipſi patefecerat, animum intendit.* Hoc eſt, eum animum, quem toti orbi, (Perſarum ſcilicet conſuetudinem, de quâ mox, jam indè à reportatâ de illis victoriâ, palàm & ubique laudando) ita patefecerat, ut nullum eſſet dubium, quin cunctos olim vellet vexare, ad orbem reapſe vexandum applicuit & contendit. Propera quæ ſequuntur legere.

Lin. 3. *In ſervitium ſe addicant.*] *Servitium* nonnunquàm, & frequentiùs *ſervitia*, in numero multitudinis, ſunt ſervi ipſi. Cicero Verrinâ 7. cùm interrogaſſet: *Nulline motus in Siciliâ ſervorum Verre Prætore?* Paulò poſt ſubdidit: *Et tamen cœptum eſſe in Siciliâ moveri aliquot locis ſervitium ſuſpicor.* Idem contra Catilinam, Orat. 4. *Ad evertenda fundamenta Reipublicæ Gallos accerſivit, ſervitia conciliavit, Catilinam evocavit.* Alibi rurſùm: *Sollicitantur Allobroges, ſervitia excitantur, Catilina accerſitur.* Nunc malim per *ſervitium*, ſervitutem intelligere, ob hunc Livii locum: *Rapique in vincula egentem jure libertatis, qui liberum corpus in ſervitutem addixiſſet.* Ubi nempè, quod noſter *addicere ſe in ſervitium* dixit, interpretante Livio eſt, *liberum corpus addicere in ſervitutem.* Adjiciendus Columbus, p. 375. col. 2.

Lin. 4. *Tanquàm familiâ.*] Quin hîc per *familiam* ſervi propriè intelligendi ſint, dubitare non ſinunt cùm præcedentia verba, *ut Regibus ſuis in ſervitium ſe addicant*, tùm quæ antè ad iſta capitis 14. notavimus (*d*), *quippè cùm familiam Cæſaris nemo torqueret.* Adde Cuperum, pag. 464. col. 2. & ſeq.

Lin. 5. *Ex illo tempore victoriæ.*] Ad exemplum Alexandri M. poſt devictos Perſas adorari ſe more Regum Perſarum jubentis, in quorum mores deſciverat. *Tollius.*

Antè & poſt *ex illo tempore victoriæ*, diſtingui non immeritò volebat *Galeus.*

Lin. 6. *Sic agebat.*] An potiùs *ſatagebat?* Gale.

Non credam ego. Nam, ut alibi vidimus & monuimus, haud noſtro inſolens eſt, ut duo iſta verba *agere* & *facere* neutraliter, ac pro eo ipſo, quod quotidiè Gallicâ linguâ dicimus *agir*, uſurpet. Capite 1x, verbi gratiâ, *Exindè inſolentiſſimè agere cœpit.* Ad quem locum, hunc ipſum obiter explicuimus, p. 597. col. 1. & 2. Addo nunc, confirmationis ergò, ſimillimum è Cypriani Epiſtolis (*e*): *& in Actis Apoſtolorum legamus; Turba autem eorum qui crediderant, animâ ac mente unâ agebant.* Confer pag. 583. col. 1. pag. 585. col. 1. Denique Anglica etiam hujus loci verſio pro nobis facit, *yet he behaved himſelf ſo as, &c.*

Ibid. *Ut & ipſe.*) Repone, *ut & ipſam.* Tollius.

Miror quî iſtud viro docto factu neceſſa-

(*a*) Galérius, ou le jeune Maximien (c'eſt le même) étant parvenu, &c. (*b*) *De Martyr. Paleſt. cap.* 1. (*c*) *Ad annum Chriſti* 305. *num.* 7. (*d*) *Pag.* 622. *col.* 1. (*e*) Vide *Epiſt.* 8. *edit. Pamel.* 1574.

Digitized by Google

rium visum fuerit, cùm vulgata lectio sensum planiorem commodioremque suppeditet: *ut & ipse*, hoc est, ut ipse quoque, Persicorum Regum exemplo, &c.

Lin. 7. *Honores ademit.*] Vide Cuperum, pag. 465. col. 1.

Ibid. *Torquebantur ab eo non modò Decuriones.*] Etsi posteà Constantinus legem tulerit, ut liceret Decuriones torqueri in crimine falsi. *Editiones Oxon. & Cant.*

Post Baluzium, ut inquiunt, ex Baronio: verùm, ut ipse quod res est dicam, nimis concisè, & vix ad rem, nî cætera, quæ illæ præterierunt, è Baluzio, p. 309. col. 2. adjungantur.

Pag. 212. lin. 2. *Egregii ac perfectissimi viri.*] Quas dignitates honorarias fuisse liquet ex Codice Theodos. libro 6. tit. 37. *Spectabilium* ordinem à Constantino additum olim diximus ad Zosimi lib. 2. Huic tamen loco præcipuè lucem dabit geminus alter Lactantii locus lib. 5. Instit. capite 14. *Nemo Deo pauper, nisi qui justitiâ indiget; nemo dives, nisi qui virtutibus plenus est; nemo* EGREGIUS, *nisi qui bonus & innocens fuerit; nemo* CLARISSIMUS, *nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit; nemo* PERFECTISSIMUS, *nisi qui omnes gradus virtutis impleverit.* Ut nemini possit in dubium venire, quin Lactantius has voces usurpaverit communi tunc sensu & vulgò recepto. *Edit. Oxon. & Cant.*

Adde Baluzium, p. 309. col. 2. & Col. p. 375. col. 2.

Ibid. *Perfectissimi viri.*] Quos credendum sanè fuisse per ea tempora, de quibus noster loquitur, *ex primoribus civitatum*, sicut idem disertè ponit, *primores etiam civitatum egregii ac perfectissimi viri.* Sed adverte, quæso, ex subjecto Codicis Titulo *De perfectissimatûs dignitate* (*a*), ut posteà vel pistores, & ejusmodi homines, *Perfectissimatûs* Codicillos impetraverint, & edicendum propterea fuerit, ne fruerentur. *Imp. Constantinus A. ad Paternum Valerianum. Codicillis perfectissimatûs fruantur, qui impetraverint, si abhorreant à conditione servili, vel fisco aut curiâ obnoxii non sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo negotio constiterint, nec sibi honorem venali suffragio emerint, nec rem alicujus administraverint.*

Ibid. *Et quidem in causis levibus atque civilibus, &c.*] Locus ab antecedentibus magis quàm debuit separatus, nec melius conjunctus cum sequentibus. Quânam enim ratione *in causis levibus* egregii illi & perfectissimi viri *videri morte digni* potuerunt? Torti ergò potiùs in causis levibus aque civilibus. In gravioribus autem & criminalibus, si morte digni viderentur, cruces stabant. Compedes verò parati, si pœnam morte minorem promeriti fuisse putarentur. Refingenda ergò omnia in hunc modum, tametsi receptam distinctionem ambæ tralationes secutæ sint: *Torquebantur ab eo, non modò Decuriones, sed primores etiam civitatum egregii ac perfectissimi viri; & quidem in causis levibus atque civilibus. Si morte digni viderentur, cruces stabant. Sin minùs, &c.* Statque pro nobis, ne nescias, & in singulis ferè clarissimus Gale.

Lin. 3. *Sin minùs.*] *Pour le moins.* Maucroix (*b*). Quasi noster scripserit: *Si morte digni viderentur, cruces stabant, aut saltem compedes parati.* Sed cur *saltem compedes*, si morte digni? Cur non, inquam, semper cruces? Manifestò itaque non refertur *Sin minùs* ad verba proximè præcedentia, ut sensus sit, *Sin minùs stabant cruces*: verùm, prout antè tetigimus, refertur ad remotiora ista, *Si morte digni viderentur*; sensusque est: *Sin verò pœnam aliquam, quæ morte minor esset, crederentur meriti.* Neque aliud indubiè volebat Reverendissimus Episcopus Sarisberiensis, cùm verteret, *and for lesser transgressions he put them in Irons.* Et propter minores culpas in catenas, vel compedes conjiciebat.

Lin. 4. *In Gynecæum.*] *Gynecæa* ex vi vocis loca significare muliebribus destinata operibus, extra controversiam est. Sed hîc potiùs indigitari crediderim infame illud libidinis servitium, quale etiamnùm in publico suo lupanari à fœminis exigit Ottomannorum Imperator, Neque alia inibi opera præstari, quæ statim sequuntur de Maximiani libidine, satis indicant. *Edit. Oxon. & Cantab.*

Ego verò, cùm illa ne intrà trigesimum quidem caput invenire potuerim, quæ statim sequi dicuntur de Galerii Imperatoris libidine, videamque aliàs propositum propriè huic Auctori capite nostro ostendere, quo pacto Galerius, Augusti semel potestatem adeptus, *orbem terrarum vexaverit, & libertatem hominibus abstulerit*, longè probabilius censue-

(*a*) *Lib. 6. Cod. Theod. Tit. 37.* (*b*) Il y avoit des croix préparées, ou des chaînes pour le moins.

rim Gynecæum, de quo nunc agitur, & in quod noſter *matresfamilias ingenuas ac nobiles raptas eſſe* memorat, textrinum fuiſſe aliquod publicum, quale jam nobis deſcribet Du-Cangius, quàm publicum Galerii lupanar, ut laudatæ editiones locutæ ſunt, ſeu, ut Anglica, *his Seraglio*. Du-Cangius itaque, inter cætera, voce *Gynaceum*, cum diphthongo in ſecundâ ſyllabâ, quæ ſine dubio melior ratio ſcribendi: *Sub Imperatoribus Romanis, extitere* Gynæcea, *ſeu textrina publica, in quibus* Gynæciarii, *opificcs ita dicti, veſtibus texendis operam dabant, obnoxia caterùquin conditionis: adeò ut vice pœnæ in ea interdùm loca noxii ac rei amandarentur; quod de viris teſtatur Sozomenus, lib. 1. c. 8. de fœminis verò Joannes Chryſoſt. in Epiſtolâ ad Juniorem viduam, to. 6. p.* 300. Maucroixio, ut in ſuæ verſionis margine annotavit (*a*), *Gynaceum locus fuit, in quem ad pœnam & ignominiam mulieres concludebantur.* Adde Baluzium, p. 309. col. 2.

Lin. 5. *In ſtabulo.*] Præferam, *in ſabulo.* Gale. Confer Col. p. 375. col. 2.

Ibid. *Ad quos nullus unquàm ſervus diſtendi ſolebat.*] Id eſt, ex Maucroixii verſione, ad quos ne ullus quidem ſervus diſtendebatur; *quoiqu'on n'y attachât pas même les eſclaves.* Ob ſequentia forſitàn, ex quibus videtur ſervorum pœna, quòd nullam haberent dignitatem, fuiſſe ignis. Malebat amicus noſter David Martinus, vir reverendus: *ad quos nullus unquàm, niſi ſervus, &c.* quod nolim damnaſſe.

Lin. 6. *Luſorium.*] Amphitheatra, ubi publici ludi edebantur. *Edit. Oxon. & Cantab.* Theatrum ſeu amphitheatrum, ubi ludi publici edebantur. *Pagius* (*b*).

Ibid. *Luſorium.*] Luſorium hîc non eſt amphitheatrum, in quo ferarum pugnæ edebantur: ſed locus in palatio domeſticus, animi voluptati deſtinatus, & cœnationi, ſeu triclinio Maximiani ſubjectus. Sequitur enim: *nec unquàm ſine humano cruore cœnabat.* Neminem fermè fugit abominabilis illa & fera Romanorum voluptas gladiatorum ſanguine convivas paſcentium; de quâ plura Lipſius in Saturnalibus. Maximianus autem pro his urſorum ſemet immanitate oblectavit: undè & *delicias ejus* hanc humani ſanguinis effuſionem noſter appellat. Fortè an & in ipſum triclinium inductis urſis objecti damnati; quod hîc Lactantius diaſyrticè *Luſorium* vocet. *Toll.*

Adde Baluzium, p. 309. col. 2. & ſeq. Cuperum, pag. 465. col. 1. & Columbum, pag. 376. col. 1.

Lin. 7. *Habebat urſos, &c.*] Vin' ſcire, cur *pedes beſtiæ*, quam Joannes Apocal. XIII. 1. 2. recitat ſe vidiſſe, *fuerint ut pedes urſi?* Quoniam *Galerius Maximianus*, narrante noſtro, *habebat urſos ferocia ac magnitudinis ſuæ ſimillimos*, inquit ad dictum Joannis locum clariſſimus Boſſuetus (*c*); niſi quòd & iſtum in rem ſuam è ſuperioribus (*d*) adducit: *Erat etiam* [*Galerio*] *corpus moribus congruens, ſtatu celſus, caro ingens, & in horrendam magnitudinem diffuſa & inflata.* Imò, ſi qua fides Præſuli, hic libellus quaſi perpetuus Commentarius eſt Apocalypſeos.

Ibid. *Habebat urſos, &c.*] Vide Ammianum Marcellinum, XXIX. 3. *Gale.*

Ad ea proculdubiò verba reſpiciens, quæ extant ſuprà apud Columbum, p. 376. col. 1.

Lin. 8. *Elegerat.*] Quid ſi *aluerat?* Gale. Pauci, credo, admittent. Urſi toto imperii tempore electi, ſunt urſi, non ſimpliciter undique per longum temporis ſpatium conquiſiti ac comparati, ſed plurimis aliis corpulentiores & immaniores, ideòque egregiè ab hujuſmodi ferarum amatore delecti.

Lin. 9. *Adferri nominatim jubebat.*] Non debere *adducendi & adferendi* verba temerè, vel promiſcuè adhiberi, oſtendit liquidò Plautinus locus, an jocus dicam (*e*)? ubi Calidorus de Pſeudolo, quem ad Charinum adducit, *Attuli hunc.* Pſeudolus verò ſtatim reprehendens, & ſuccenſens, *Quid? attuliſti.* Tum Calidorus ſeſe corrigens, atque hominem placans: *Adduxi, volui dicere.* Quod cùm utique conſtare debeat, ſpontaneum fuiſſe errorem Calidori, eumque malitioſum, & facetiæ ergo uſurpatum, quæſtio jam eſſe poſſit, quo animo uſurpaverit; hoc eſt, utrùm Calidorus, non dicendo primâ vice *adduxi hunc*, ſed *attuli hunc*, jocari vellet de Pſeudolo tanquàm de puero; an potiùs, verbi gratiâ, tanquàm de vitulo, cùm vituli & ejuſmodi pecudes adferri ſoleant humeris quadrupedes conſtrictæ. Nobis ſanè in poſteriorem partem inclinat animus. Sed, utcunque ſit, ea erat ferocia & magnitudo urſorum Galerii, *ipſius* quippè *ferocia & magnitudinis*, quemadmodùm paucis antè verſibus ponebatur, *ſimillimorum*, ut nequaquàm probabile ſit, voluiſſe Galerium ita ad ſe urſos quadrupedes conſtrictos afferri. An

(*a*) Gynecée, lieu de peine & de honte pour les femmes. (*b*) *Ad an. Ch.* 305. *nu.* 7. (*c*) *In ſuâ Explic. Apoc.* (*d*) *Nim. ex cap.* IX. (*e*) *In Pſeudolo, Act.* 2. *Sc.* 4. *v.* 21.

Digitized by Google

ergò *adferri* apud nostrum, pro *adduci*, sicut hodiè non paucarum linguarum idiotismus facilè pateretur? Haud crediderim: sed potiùs jussisse Galerium, ut, quo pacto, majorum nostrorum memoriâ, Tamerlanes Bajazetem ferreæ caveæ inclusum circunducebat: ita rursùs hic, aut ille nominatim in caveâ ligneâ, vel ferreâ apportaretur sibi. Tatianus certè de Alexandro Magno in Oratione ad Græcos differens: Οὗτος, inquit, Ἀεσυτελικῶς πάνυ, τὸν ἑαυτῷ φίλον διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν προσκυνεῖν καθείρξας, ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν περιέφερε; *Qui prorsùs Aristotelicè amicum nolentem eum adorare*, TANQUAM URSUM AUT PANTHERAM INCLUSAM CIRCUMFEREBAT. Benè itaque Maucroixius ad verbum, *Quand il vouloit passer le tems, il ordonnoit qu'on en apportât quelqu'un.* Adde Cuperum, pag. 465. col. 2.

Ibid. *His homines, &c.*] Ita ad hunc locum disputat Ruinartus, p. 61. Præfationis, quam finceris suis Actis Martyrum præfixit, quasi qui nunc *homines* dicuntur Galerianis ursis objecti fuisse obsorbendi, nunquàm ex Gentilium sinu, sed singulis vicibus è Christianorum cœtu sumti sint; idque tam frequenter, ut nullâ die fine humano *fidelium* cruore sæviissimus Imperator cœnaret; & quasi iterùm Dodwelli in de Paucitate Martyrum sententia sit, agere quidem nostrum hâc pericope de solis Christianis, sed pauciissimis. Et verò, postquàm semel Ruinartus hæc nostri verba suo modo in medium attulit: *Quotiès delectari* [*Galerio*] *libuerat, horum* [*ursorum*] *aliquem adferri nominatim jubebat. His homines non planè comedendi, sed absorbendi objectabantur, quorum artus cùm dissiparentur, ridebat suaviissimè*, de suo statim subjicit vir doctus: » Nec id rarò fiebat, aut » diebus tantummodò festis, ut contendit » Dodwellus «. Proximè autem ex nostri verbis, *Nec enim unquàm sine humano cruore* [*Galerius*] *cœnabat.*

At primò, Dodwellum nonnisi Christianos intelligi voluisse per hujus loci *homines*, nusquàm invenias in totâ Dodwelli Dissertatione de Paucitate Martyrum, in quâ ne tantillulùm quidem vir clarissimus, fuerintne ii homines Gentiles, an Christiani, discussit vel attigit. Et deindè, quòd ipsos tantùm Christianos fuisse Ruinartus non simpliciter innuit, sed evidenter affirmat, hoc adeò ex Auctore nostro liquidum certumve non est, ut contrà constare possit ex iis, quæ paulò antè sub hujus capitis initium traduntur, fuisse illos multò verisimiliùs Gentiles, quàm Christianos. Quinam enim ibi loci ii *homines*, erga quos sic egisse dicitur Galerius, *ut & ipse libertatem hominibus auferret?* Num unicè, vel præcipuè Christiani? Nequaquàm: sed Romanæ terræ habitatores, proindèque, universè & verius loquendo, Pagani. *Nam*, narrante nostro, *post devictos Persas, quorum hic ritus, hic mos est, ut Regibus suis in servitium se addicant, & Reges populo suo tanquàm familiâ utantur, hunc morem nefarius homo* IN ROMANAM TERRAM *voluit inducere, quem ex illo tempore victoria sine pudore laudabat. Et quia id apertè jubere non poterat, sic agebat, ut & ipse libertatem hominibus auferret. In primis honores ademit*, quæque postea. Nec propriè igitur Christiani, sed verius, uti dixi, Gentiles fuere ii *homines*, quibus ita sub Galerii principatu libertas & honores adempti. Aut si qui etiam forsitàn Christiani ejusmodi vexationes experti sunt, non certè quatenùs Christiani, sed quatenùs Romani soli incolæ, sicut & Pagani. Atquì ob id ipsum Gentiles pariter potissimùm censendi veniunt *homines*, quos jam noster recitat objectos fuisse Galerianis ursis absorbendos. Quarè videat Ruinartus, cujus judicio Dodwellus non parùm veterum manu pro suâ Martyrum paucitate ex partium studio abusus est, an non ipse quoque præsenti loco contra Dodwellum ex simili studio sit abusus? Eodem certè nos non duci ostendere possunt, quæ in superioribus plus semel advertis doctissimum Anglum, diùque antequàm laudata Ruinarti Præfatio lucem vidisset, observavimus (*a*). Sed omninò, in istâ, si quid video, de paucitate Martyrum controversiâ, *intra muros peccatur & extra*, ut ille aiebat; dumque minùs, quàm oporteat, admittit Dodwellus, plures æquo vicissim Ruinartus ingerit.

Lin. 10. *Obsorbendi.*] Editio Aboensis, & novissimè quoque Ruinartus (*b*), *absorbendi.* De quâ emendatione videndus amplissimus Cuperus, pag. 465. col. 2. & seq.

Ibid. *Objectabantur* (*his ursis homines.*)] Noster, c. XXIV. *Sub obtentu exercitii ac lusûs feris illum objecerat*; quo & modo Fragmentum de Constantio Chloro: *Hunc* [*Constantinum*] *Galerius objecit antè pluribus periculis.* Verumenimverò ipsius etiam frequentativi, quod vocant, in simili argumento adhibiti

(*a*) Vide *dicta, verbi gratiâ, ad caput* 2. *pag.* 561. *col.* 2. *& seqq. Item ad caput* X. *pag.* 606. *col.* 2. (*b*) *Pag.* 61. *Præfationis suæ in Acta Martyrum.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

exempla non rara sunt. Virgilius libro 4. Georg.

——— Et corpora bello
Objectant.

www.libtool.com.cn

Idem lib. 2. Æneid.

——Et rursùs caput objectare periclis.

Plura adferre brevitatis causâ supersedeo.

Ibid. *Quorum artus cùm dissiparentur.*] Locutio Lactantiana. Lib. v. Inst. c. 1. *Nemo hujus tanta bellua immanitatem potest pro merito describere, qua .... dentibus ferreis .... non tantùm artus hominum dissipat, sed, &c.*

Lin. 11. *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit, & exilii primò adversùs Christianos permiserat, datis legibus.*] Nisi rescribatur, *permissa*, quid de hujus loci sensu futurum sit, nescio. *Edit. Oxon. & Cant.*

Malè locum hunc affectum esse, nemo non videt. Sed post *fuit*, legendum est, ut quoque vidit Nicolaus Heinsius, *Id exitii primò adversùs Christianos.* Docet sequentis capitis initium, hanc pœnam primùm in Christianos, deiu in alios exercuisse: *Quæ igitur in Christianis excruciandis didicerat, consuetudine ipsâ in omnes exercebat.* Sed nondùm est perpurgatus locus. Quis enim disertissimum Latinorum Ecclesiæ priscæ Doctorum scripsisse credat, *permisit id exitii adversùs Christianos?* Nec *legibus datis*, sed *latis*; & pro *permiserat*, Lactantium exarasse crediderim *promiserat.* Totus itaque locus sic videtur refingendus esse: *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit. Id exitii primò adversùs Christianos promiserat, latis legibus, ut post tormenta damnatis lentis ignibus torrerentur. Promere exitium*, ut *sævissima promere* Tacito XII. Annal. 59. *At Claudius sævissima quæque promere adigebatur ejusdem Agrippina artibus.* Et Annal. IV. 57. *Sævitiam & libidinem cùm factis promeret, locis occultantem.* Grævius.

Ibid. *Dignitatem non habentibus, &c.*] An potiùs, *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit, (& exilium, quod primò adversùs Christianos permiserat) datis legibus*, quæque posteà? Aut num verò, *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit, non exilium (quod primò adversùs Christianos permiserat, &c.?* Malim: *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit, (non exilii, quod primò adversùs Christianos permissum erat) datis legibus*, & quæ sequuntur. *Gale.*

Ibid. *Dignitatem non habentibus, &c.*] Interpungendum, *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit, & exilii. Primò adversùs Christianos ...* Allix.

Ibid. *Et exilii primò adversùs Christianos permiserat.*] Nullus hîc *exilio* locus. Lego: *& exemplum primò adversùs Christianos præmiserat.* Hæc confirmantur primis verbis Sectionis 22. Quæ interjacent, debent omnia de Christianis intelligi. *Boherellus.*

Ibid. *Et exilii.*] Emendatiùs, *& illam*, legas, nempè pœnam ignis; neque enim hîc *exilio* locus, quod è principio capitis sequentis facilè probari potest. *Tollius.*

Præferam ego: *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit. Et ex illis, primò adversùs Christianos permiserat, latis legibus, &c.* hoc sensu. Atque hactenùs de eorum pœnis, qui dignitate aliquâ eminebant. Qui verò nullam habebant, omnes pariter, quandò puniendi erant, comburebantur; nisi quòd cùm istorum ignobilium duæ essent classes, una nimirùm è Christianis constans, altera autem è Gentilibus, Christiani primi fuerint, in quos Galerius cœperit igne animadvertere. *Videtur velle dicere, Galerium pœnam ignis primò adversùs Christianos permisisse*, inquit ad hunc locum amplissimus Cuperus; quod quid aliud, quàm ea ipsa ponere, quæ ponimus? Confer initium capitis proximè sequentis. Aliter porrò Columbus, suprà, pag. 376. col. 1. & Dodwellus in Dissertatione Cyprianicâ XI. num. 74. sed quorum conjecturæ nondùm nobis, ut ex dictis apparet, probatæ sunt.

Pag. 213. lin. 2. *Et extincta.*] Quantùm scilicet ad flammantia priùs lumina, haud verò quantùm ad calorem, cùm non aliâ de causâ faces illæ accenderentur & extinguerentur, quàm ut continuò post extinctionem flagrantes singulis membris igne lento urendis admoverentur; quod quidem in Versione Anglicâ optimè explicatum (*a*), uti contrà pessimè suppressum in Maucroixianâ (*b*).

Lin. 5. *Spiritus redderetur.*] Vide Baluzium, pag. 310. col. 1.

Ibid. *Quod postremò accidebat. Tunc per multum diem, &c.*] Legendum: *Quod postremò accidebat, cùm per multum diem.* Pagius ad annum Christi 305. num. 7. & ante eum editiones Oxonienses & Cantabrigienses. Aboenses, *quod postremò accidebat, cùm per multum diem, decoctâ omni cute, vis ignis, &c.* quæ meliùs, credo, distinxisset, *cùm, per*

(*a*) Then *flambeaux* were lighted and put out, and while they were hot, they clapt them to all the parts of their body. (*b*) On appliquoit ensuite des flambeaux ardens à tous leurs membres.

Digitized by Google

multum diem decoctâ omni cute, vis ignis ad intima viscera penetrasset.

Quod postremò accidebat, cùm per multum diem . . . Ruinarti Præfatio in Acta Martyrum, pag. 61.

Lego: *Quos postremò occidebat, cùm* . . . . Gale.

Lin. 7. *Hinc rogo facto cremabatur. Corpora jam cremata, lecta ossa, &c.*] Legendum: *Hinc rogo facto cremabantur. Corpore jam cremato, lecta ossa.* Editio Oxon. anni 1684. item Cantabr. necnon, monente me clarissimo Grævio, Nicolaus Heinsius, denique Gale.

Ibid. *Corpora jam.*] Desideratur vox *ubi*, vel *postquàm*. Tollius.

Assentirer, nî longè probabilius foret, scriptum olim fuisse à nostro singulari elegantiâ: *Hinc rogo facto cremabantur corpora jam cremata.* Id est, cremabantur acerrimis & amplissimis ignibus corpora, quæ jam lento igne carnifices cremaverant. Præcessit namque proximè: *Quod postremò accidebat, cùm per multum diem, decoctâ omni cute, vis ignis ad intima viscera penetrasset;* paulò superiùs: *datis*, vel *latis legibus, ut post tormenta damnati lentis ignibus urerentur. Qui cùm deligati fuissent, subdebatur primò pedibus lenis flamma tamdiù, donec callum solorum contractum igni ab ossibus revelleretur.*

Scio, nullam disertam præire mentionem de corporibus *jam crematis*, & esse aliàs, rigidè loquendo, aliquid differentiæ inter *uri* & *cremari*, prout ista Minucii Felicis verba indicant: *Quot ex nostris non dexteram solùm, sed totum corpus* URI, CREMARI *sine ullis ejulatibus pertulerunt?* Sed primò non perpetuam esse rigidam illam inter *uri* & *cremari* differentiam, abundè, credo, testantur Glossaria Labbæi, ubi pag. 45. col. 1. & pag. 197. col. 4. legere est, *cremo*, καίω; *cremat*, φλέγει; *uro*, καίω . . . . φλέγω; hoc est, ubi quantoperè interdùm synonima sint *cremare* & *urere*, declarant Græcæ interpretationes, utriusque Latinæ vocis communes, καίειν, φλέγειν. Et deindè, etsi nulla diserta fiat mentio apud nostrum in antecedentibus de corporibus *jam crematis*, fit certè de corporibus, *ad quorum ima viscera vis ignis penetraverat;* & ita uri, non simplicer *uri* est: sed, inter alia, *cremari*. Nam aliud quoque est *cremari* sine addito, & *cremari*, ut cum Plinio (*a*) loquar, *in cineres;* quod majoribus illis, verbi gratiâ, noxiis accidit, qui, rogo facto, cremantur, & quorum eàpropter tota corpora, exceptis vulgò paucis ossibus, in cineres abeunt. Tantùm igitur differunt propriè in hoc Auctore *cremari, rogo facto*, & *cremari lentis ignibus*, seu, quod idem est, *ita lentis ignibus uri, ut omnis tandem decoquatur cutis, & vis ignis ad intima viscera penetret.* Quarè primùm, si quid judico, insignem loci gratiam corrupit præpostera Librarii distinctio; & nunc Docti cum suo *corpore jam cremato* multò magis corruptum eunt. Sequi porrò possit deinceps per majusculam litteram, *Lecta ossa, & in pulverem comminuta, jactabantur, &c.*

Lin. 8. *In flumine ac mare.*] Editio Aboensis, *in flumina ac mare.* Item Gale.

Ibid. *Flumine.*] Fortè, *flumina.* Editio Oxon. anni 1684. & Cantabr. ex illâ.

Ibid. *In flumine ac mare.*] Rectiùs alii, qui, *in flumina, aut mare*, legunt. *Tollius.*

Adeundus hîc omninò Columbus, pag. 376. ad hæc verba, *Cùm per multùm diem.*

CAPUT XXII.

Pag. 213. lin. 2. *In omnes exercebat.*] Id est, *in omnes sibi subjectos*, secundùm Maucroixii versionem (*b*); simpliciter verò, *in alios*, secundùm Anglicam (*c*). Sed ego sanè, cùm propter notata ad caput præcedens, tum propter mox dicenda, interpretari *malim: in Gentiles & Christianos promiscuè, qui quidem puniendi essent, nec ullam haberent dignitatem, neque ex suâ essent familiâ, vel domesticis.*

Ibid. *Nulla pœna penès eum levis, &c.*] Ex emendatione Baluzii, inquiunt editiones Oxonienses & Cantabrigienses, cùm in exemplari legatur, *Nulla pœnis eum levis;* quod suo loco (*d*) agnoscit & profitetur ipsemet Baluzius. Sed nonne posset æquè commodè, imò commodiùs altera ista lectio ex manuscripto codice erui, *Nulla à pœnis eorum levis*, referendo nimirùm ad Christianos, de quibus proximè anteà, *Qua igitur in Christianis excruciandis dicerat?* Haud equidem possum, quin ita credam; quoniam isto pacto noster, qui sub finem præcedentis capitis per occasionem tantùm locutus est de Christianis di-

(*a*) *Plin. in Historiâ Nat. lib. 20. cap. 5. Purgamenta earum cremata in cinerem illinuentes.* (*b*) Il se servoit contre tous ses Sujets de la science qu'il avoit apprise dans les supplices des Chrétiens. (*c*) He began to exercise them upon others. (*d*) Vide *pag. 310. col. 1.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

gnitatem non habentibus, qui Galerii Principatu combusti sunt, descenderit posteà ex professo ad universum Christianorum corpus, ponendo, si non eodem verbis, saltem æquipollentibus, non debere quemquam, ideò quòd nonnisi de gravissimo certorum Christianorum supplicio mentio injecta sit, colligere, actum longè aliter fuisse cum cæteris, ac si, putà, reliqui solummodò ad insulas relegati sint, vel in carceres conjecti, aut ad metalla damnati; nam *nullam è pœnis eorum fuisse levem, non insulas, non carceres, non metalla: sed ignem, cruces, feras.* Quæ cùm dici quidem verissimè potuerint ab hoc Scriptore de Christianis specialiter consideratis, nequit è contrario verum esse de Christianis & Gentilibus simul sumptis, nullâ in ipsos levi pœnâ animadversum fuisse à Galerio. Sunt quippè compedes & carceres ex minorum pœnarum genere; & noster præcedenti capite, de primoribus civitatum, quos nemo Christianos vulgò fuisse contenderit, verba faciens: *Si morte*, inquit, *digni viderentur, cruces stabant. Sin minùs*, COMPEDES PARATI; quæ pœna certè levissima est.

Addo, ne cui jam videatur oratio ad illos nullius dignitatis homines redire, de quibus antè breviter, *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit*, eorum pœnam, ut vel indè patet, ignem fuisse: nostrum verò in præsentiâ ad ejusmodi homines venire, in quos non solo igne sævitum fuerit à Galerio, sed his tribus, *igne, crucibus, feris.* Meliùs itaque, quantùm judico, narratio de toto Christianorum corpore processerit, quàm de aliis quibusvis; quod si verum, tum palàm etiam melius fuerit legere: *Nulla è pœnis eorum levis*, quàm, ut vulgò, *Nulla pœna penès eum levis.* Juvat maximè, quòd cùm, ut de Poëtis taceam, haud rarò prisci solutæ orationis Scriptores *Deûm*, verbi gratiâ, pro *Deorum*, & *Januariûm*, pro *Januariorum*, & ferè perpetuò *nummûm*, pro *nummorum* usurpaverint: ita etiam facilè potuerint Librarii compendiosè *eûm*, pro *eorum* scribere. Mamertinus in Panegyrico Maximiani Herculii: *Bonâ veniâ Deûm dixerim, ne Jupiter quidem ipse*, &c. Ammianus Marcellinus lib. 22. *Allapso itaque calendarum Januariûm die*, &c.

Ibid. *Levis.*] *Lenis.* Ruinarti Præfatio ad Acta Martyrum; sive ita contra ipsius mentem fuerit excusum, sive certo consilio, ut alia alibi. Nolim nimis damnasse. Nec placet tamen, quia cùm noster paulò post, *Jam hæc illis levia fuerunt*, scripserit, clarè appareret, præcessisse potiùs *pœna levis*, quàm *lenis.* De quo nos iterùm aliquid suo loco. Adi nunc sis Baluzium, pag. 310. col. 1. & Columbum, pag. 376. col. 2.

Ibid. *Non insula, non carceres, non metalla*, &c.] Hoc est, sicuti jam post Versionem Anglicam tetigimus, non relegatio in insulas, non conjectio in carceres, non damnatio ad metalla, sed ad ignem, ad crucem, ad feras.

Ibid. *Non metalla.*] Id est, Metalli fodinæ, in quas relegati malefici, uti ab Dionysio tyranno in lautumias. *Tollius.*

Lin. 3. *In illo erant quotidiana.*] Præcessit paulò antè, *in omnes exercebat.* Atque ego libens simili modo scriptum primitùs crediderim hîc loci, *in illos erant quotidiana.* Hoc est, in Christianos, & cum puncto post *quotidiana*; cujus rei ratio proximè sequitur.

Lin. 4. *Et facilia.*] Quo bono sensu potuerit noster dicere, feras, verbi gratiâ, fuisse *in illo*, id est, in Galerio Augusto, *res faciles*, fateor mihi non liquere. Imò, ne quidem legendo, *ignis, crux, fera, in illos erant quotidiana & facilia*, concoquendum magis censeam, feras inter alia dictas fuisse faciles in Christianos. Quamobrem, & quoniam mentio insuper leviorum aliquot pœnarum de Galerii domesticis sumptarum mox occurret, legendum puto: *Ex familiâ, domestici*, &c. ut ita noster ab exterorum supplicüs ad domesticorum pœnas & emendationes transiverit. Cogitavi etiam de istâ correctione, *in illos erant quotidiana & familiaria.* Sed videtur paulò longiùs à veteri libro abesse.

Ibid. *Administratores.*] Glossaria Labbæi, *Administrator*, διοικητὴς; *administro*, διοικῶ, διακονῶ; *administratio*, διοίκησις, διακονία. Quarè hîc facilè *Oeconomi* & hujusmodi ministri intelligi possint. *Ses Officiers.* Maucroix. De iis verò, quibus negotia sua Galerius procuranda committebat, maluit accipere clarissimus Burnetus.

Ibid. *Lanceâ emendabantur.*] Supple, in causis, quæ capitis non erant, & quandò nil nisi mores corrigere opus erat. Sequitur enim: *In causâ capitis*, &c. Adde Cuperum, pag. 467. col. 1. & Columbum, pag. 376. col. 2.

Ibid. *In causâ capitis.*] Baluzium vide, pag. 310. col. 1. & seq.

Lin. 5. *Quasi beneficii [loco] deferebatur.*] Propiùs ad veterem scripturam emendaveris, *Quasi beneficium deferebatur.*] Gale.

Rectè. Est enim *beneficii loco* Baluzii supplemen-

tum. Confer Columbum, pag. 376. col. 2.

Lin. 6. *Banam mortem.*] Adeantur Baluzius, pag. 310. col. 2. Cuperus, pag. 467. col. 1. & seq. Columbus, pag. 376. col. 2.

Ibid. *Jam illa his levia fuerant.*] Malim, *Jam illa hic*, &c. Boherellus.

Emendo, *Jam illa pra his.* Gale.

Vitium ego non in *his*, sed in *fuerant* latitare arbitror; pro quo adeò rescribendum credam, *fuerunt. Jam illa his levia fuerunt*, hoc sensu. Ita graves erant pœnæ, quibus Galerius Maximianus in omnes cùm Gentiles, tum Christianos, extra suam familiam censendos, & relapsè censitos animadvertebat, ut quas de domesticis suis lanceâ emendando, sive etiam caput amputando sumebat, leves ab illis domesticis haberentur. Favent quæ proximè præcesserunt: *Animadversio gladii admodùm paucis quasi beneficium deferebatur.* Estque præterea, quod antè tetigi, palpabilis oppositio inter superiorem istam veteris schedæ lectionem, quocunque tandem modo sit corrigenda, *Nulla pœnis eum levis*; & præsentem locum, *Jam illa his levia fuerant. Ce que je m'en vais dire n'est rien au prix.* Maucroix. Ac si Auctoris verba sint, *Jam verò hæc pra illis levia sunt. Eloquentia omninò*, &c. *Yet all these were small matters.* Versio Anglica. Quasi nunc nostri manus fuerit, *Jam illa levia fuerunt*, absque pronomine *his.*

Lin. 7. *Consulibi sublati*, &c.] Cuperum vide, p. 468. col. 2.

Ibid. *Jureconsulti.*] Id est, ex Anglicâ versione: *Jurisperiti*; *All that were learned in the law.*

Lin. 8. *Littera autem inter malas artes*, &c.] Adeundus iterùm, ubi jam dixi, Cuperus.

Lin. 9. *Exercati.*] Passivè, ut mox, *metiebantur*; & suprà, *dominabantur.* Tollius.

Poterant & ex aliis, melioriscque notæ, Scriptoribus exempla benè multa afferri. Cicero, verbi gratiâ, in Antonium: *Attuleras domo meditatum .. scelus.* Horatius, libro 1. Carm. Od. 1. *bellaque matribus detestata.* Justinus libro 7. capite 3. *executo regis imperio.*

Lin. 10. *Judices militares*, &c.] Hoc est, fuere autem ii Judices, non togati, & legum periti; sed, contra omnem usum ac rationem, homines militaris ordinis, qui ne quidem scirent quid humaniores essent litteræ. Quod istos Ennii versus (a) in animum mihi inter alia revocat:

Pellitur è medio sapientia, vi geritur res.
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis,
Miscent inter sese inimicitias agitantes.
Non ex jure manus consertum, sed magè ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solidâ vi.

Adde Cuperum, p. 468. col. 2.

CAPUT XXIII.

Pag. 214. lin. 1. *Omnium fuit.*] Præferam, *initium fuit.* Gale. Quod mihi valdè placet.

Lin. 2. *Census in provincias*, &c.] Tertullianus libro De Fugâ in Persec. capite 12. *Tanta quotidiè æraria augendo prospiciuntur remedia censuum, vectigalium, collationum, stipendiorùm*: ubi licèt quid is per singula intellexerit non clarè videas, vides tamen cum quibus noluerit census propriè dictos confundi. Maucroixius ad marginem suæ versionis: *Une imposition sur les personnes, sur les bêtes, sur les terres labourables, arbres fruitiers, vignes.* Quasi dicas: Impositum quidpiam hominibus, pecudibus, arvis, frugiferis arboribus, vineis.

Ibid. *Semel missus.*] Imò, *simul missus.* Gale. Quod iterùm maximè probo, vel ob præcedentia ista: *Illud* PUBLICÆ *calamitatis & COMMUNIS luctûs fuit*; ut si nunc cum editione Aboensi, aut etiam aliquantò plus quàm illa, post *missus* distinguas, habiturus sis locum, meâ sententiâ, præclarè constitutum, hoc pacto: *At verò illud publica calamitatis & communis luctûs initium fuit, census in provincias & civitates simul missus.* Tùm, *Censitoribus*, &c. Favet autem in singulis ferè versio Anglica: *He also took care to involve the whole Empire into a general calamity, and under a common grievance, by the new Tax that the laid both on the Cities and Provinces.*

Ibid. *Censitoribus*, &c.] Ulpianus, ne quos alibi sæpissimè nominatos *Censores* videre est, eu nunc miteris à nostro *Censitores* vocari, Ulpianus, dico, ipse quoque nostri

(a) Ex lib. VIII. Annal.

vocabulum, ab antiquo verbo *Censio* derivatum, non semel duntaxat, sed iterùm iterùmque usurpans, *Illam*, ait (*a*), *æquitatem debet admittere* CENSITOR, *ut officio ejus congruat relevari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex causis non possit. Quarè etsi agri portio chasmate perierit, debebit per* CENSITOREM *relevari. Si vites mortua sint, vel arbores aruerint, iniquum, eum numerum inferi censui. Quòd si exciderit arbores, vel vites, nihilominùs eum numerum profiteri jubetur, qui fuit censûs tempore; nisi causam excidendi* CENSITORI *probabit.* Quem nos locum, ut ut longiusculum, eò magis hùc transferendum duximus, quòd alio nomine ad sequentium intelligentiam futurus sit utilis. Adde Cup. p. 469. col. 1. & Col. p. 376. col. 2.

Lin. 3. *Hostilis tumultûs & captivitatis horrenda species erant.*] Sensus facilè esse possit, tunc uno eodemque tempore duæ diversæ rerum imagines sese oculis per totum Imperium Romanum ingerebant: una scilicèt *hostilis tumultûs*, id est belli, sicut antè (*b*) tetigimus ad hæc verba, *ut erat in omni tumultu meticulosus*; altera autem *horrenda captivitatis*. Videat nihilominùs eruditus Lector, an non fortassis epithetum *horrenda* pertineat potiùs ad nominativum pluralem *species*, quàm ad genitivum *captivitatis*, hoc ordine, *erant horrenda species hostilis tumultûs & captivitatis*. Quidquid placuerit, noster rursùm capite XXVI. *Cùm statuisset censibus institutis orbem terræ devovere, ad hanc usque profilivit insaniam, ut ab hâc* CAPTIVITATE *ne populum quidem Romanum fieri vellet immunem.*

Lin. 4. *Agri glebatim metiebantur.*] Quid sit *agros glebatim metiri*, neminem video qui dixerit. Imò Interpretum versio ita est, ac si vox *glebatim* hînc prorsùs abesset (*c*); quam tamen in MS. Codice extare non modò certum est, sed plurimùm etiam ad enormitatem Galeriani censûs hoc aut illo pacto repræsentandam facere. Quid ergò sunt, vel verisimilis esse queant *agri glebatim mensi*? Nam primò sanè res ipsa factu impossibilis, neque omninò qualis illa, cujus mentio apud Jurisconsultum Paulum his verbis (*d*): *Quod autem diximus, & corpore & animo adquirere nos debere possessionem, non utique ita accipiendum est, ut qui fundum possidere velit, omnes glebas circumambulet: sed sufficit, quamlibet partem ejus fundi introire, dùm mente & cogitatione hâc sit, ut totum fundum usque ad terminum velit possidere.* Facillimum certè cuivis, qui vel amplissimum fundum cupiat emere, omnes illius glebas simul ac semel, in nullam fundi partem introeundo, sed per totum circuitum spatiando, circumambulare. At quis unquàm singulas cunctorum imperii Romani agrorum glebas potuit metiri? quæ diserta vis hujus loci, *Agri glebatim metiebantur*. Profectò nemo. Et jam, si quis id invidiosissimâ hyperbole scriptum fuisse existimet, simili igitur hyperbole subjecerit noster, *vites & arbores numerabantur*, cùm hæc ultima tam hyperbolen sapiant, quàm priora. Verùm in his ultimis nullam penitùs esse hyperbolen, ostendit *forma censualis*, jam indè ab Ulpiani temporibus inventa & præscripta, quâ, qui vineas aut olivarum jugera habebant, tenebantur quot in unaquâque vineâ vites haberent profiteri, itemque quot in singulis olivarum jugeribus arbores. *Formâ censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur; Nomen fundi cujusque, & in quâ civitate & quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat, & id arvum quod in decem annos proximos satum erit, quot jugerum sit; vineæ quot vites habeant, olivæ quot jugerum, & quot arbores habeat.* Dig. libro 50. Titulo 15. nu. 4. §. 1. Ne hîc iterùm quæ paulò antè (*e*) ex eodem Ulpiano descripta sunt, adferantur. Quocircà nec magis videtur noster potuisse in præsenti loco per hyperbolen, *Agri glebatim metiebantur* scripsisse; sed historicè potiùs id quod res erat narrasse; quâ de re ipsâ ego nunc sic conjicio.

Genus illud pensitationis, quod olim Senatores suarum possessionum causâ Principi præstabant, *glebæ* nomine inter cætera vocabatur; & *gleba Senatoria*, itemque *aurum glebale*, & *aurum oblatitium*, quia non *canonis* vel *indictionis*, sed quodam *oblationis* genere à Senatoribus exigeretur, sicut partim ex utroque Juris Codice, partim autem è Symmachi & Synesii Epistolis certissimum. Atque ego propterea facilè ante omnia crediderim, agros, pro quibus ita Senatores *glebam* pendebant, *glebatorum*,

(*a*) *Digest. lib.* 50. *Tit.* 15. §. 4. De eo, qui in publicis tabulis delato modo frui non potest. (*b*) *Pag.* 593. *col.* 2. *& seqq.* (*c*) On mesuroit les terres. *Maucroix.* All mens fields were measured. *Versio Anglic.* (*d*) *Digest. lib.* 41. *Tit.* 2. *De acquir. vel amitt. possess. L.* 3. §. 3. (*e*) *Col. prec.*

Digitized by Google

vel *glebaticorum*, aut fortaſſis etiam *glebatitiorum* cognomen eſſe ſortitos. Eoſdem porrò, quia dicta Senatorum gleba ſub *oblatitii auri* nomine, id eſt, quaſi ultrò in ærarium inferebatur, nequaquàm obnoxios fuiſſe menſuræ in priſtinis cenſibus: ſed in illo demùm Galerii ceſſaſſe veterem immunitatem, ut in poſterùm ſcilicèt Senatores pro cujuſque fundi quantitate & modo ſuam *glebam* ſolvere cogerentur; huncque tandem Scriptorem ob ea cuncta ſimul ſumpta, ſpecialiter verò ut, quam dixi, cenſûs enormitatem in quibuſcumque poſſet, notaret, ſcripſiſſe quondam unâ litterâ minùs quàm vulgò, eâque valdè veriſimiliter prognatâ lapſu temporis ex initio ſequentis vocabuli, *Agri glebati metiebantur*. Nî & forsàn potiùs, *Agri glebatici*, aut *glebatitii*. Utcunque ſit, tam benè *glebatus* à glebâ, & à glebatus *glebaticus* ſeu *glebatitius* eſſe poſſint, quàm à barbâ *barbatus*, & ab oblatus, *oblatitius*; ab adſcriptus, *adſcriptitius*. *Aurum* enim *oblatitium* jam antè in hoc ipſo argumento habuimus; & *ſervi glebæ adſcriptitii* omnibus noti ſunt. Quid? quòd ipſummet adjectivum *glebaticus* in Teſtamento Perpetui Turonenſis Epiſcopi, qui ſæculo quinto exeunte mortuus eſt, reperitur; ubi loci *ſervitutis glebaticæ & tranſmiſſibilis* mentionem fecit: ut ſi nunc proindè vice *agri glebatim*, *agri glebatici* legere volueris, non futura ſit ultima vox ſine exemplo. Hæcque mea de hoc loco ſymbola, interim dùm meliores à viris doctis expectamus. Primi enim ſcrupulum de receptâ lectione movimus.

Ibid. *Metiebantur.*] Paſſivè, aiebat ſuprà Tollius; quod ſequentia exempla confirmabunt. Arnobius: *Orbe ſi ſol amplior, an pedis unius latitudine metiatur?* Cato, capite 146. *Modio oleario menſum dato unguinis pondo X.* Curtius, libro 3. *Ex pecuniâ deindè Babylonia ... ducenis* [*denariis*] *pedeſtrium ſtipendium menſum eſt.*

Ibid. *Vites & arbores numerabantur.*] A Cenſitoribus nempè, contra veterem formam cenſualem, quâ, ſicut qui quidpiam poſſidebant, ipſi pro jure res ſuas, putà vites & arbores, æſtimabant deferendo, (*Omnia* enim *ipſe qui defert, æſtimet*, inquit ſuo loco Ulpianus) ita eorumdem erat ſuas quoque vites & arbores profeſſionis gratiâ numerare, & numerum deindè profiteri, ut è ſequentibus iſtis cognoſcitur: *Quòd ſi exciderit arbores, vel vites, nihilominùs eum numerum profiteri jubetur, qui fuit cenſûs tempore* (a). Confer verba *Formæ cenſualis* præcedente paginâ allata.

Lin. 5. *Animalia omnis generis ſcrib.*] Cuperum vide, p. 469. col. 1.

Ibid. *Hominum capita notabantur, in civitatibus urbana, &c.*] Malim, *hominum capita notabantur in civitatibus*, cum duobus punctis. Tùm, *urbana ac ruſtica plebes adunata.* Gale.

Poſſit omninò uterque legendi modus ſuos invenire amatores ac defenſores. Et primus quidem, quoniàm recepta diſtinctio eum ultrò ſenſum ſuggerit, quem ampliſſ. Cuperus ſequitur ſuprà, p. 469. col. 1. ad hæc verba: *Cenſitoribus ubique diffuſis*: altera verò, ob iſtam viciſſim editionum, quæ Oxonii & Cantabrigiæ prodierunt, annotationem: » Hic Lactantii locus confirmat » Gothofredi conjecturam, qui ex libro 2. » Cod. Theod. *De Cenſu* collegit, mutationem » aliquam à Galerio factam eſſe per Lyciam » & Pamphiliam, nimirùm urbanam plebem » capitationi ſubjectam. » Vides enim, ut ea obſervatio priori membro Galeanæ diſtinctioni faveat, *hominum capita notabantur in civitatibus.* Dicam aliquid ampliùs. Præceſſit in ipſo hujus Sectionis initio: *Cenſus in provincias & civitates ſemel miſſus*: quæ ipſa quoque pericope non leviter ſecundam Galei diſtinctionem ſtabilit, *urbana ac ruſtica plebes adunata.* Et vulgatam tamen ſequi malumus cum Cupero, quàm Galeanam, propter dicenda notâ proximâ in fine.

Lin. 6. *Adunata.*] Tanquàm unum ac diverſum corpus eodem modo cenſitæ. *Tollius.*

Ibid. *Adunata.*] Emendo, *adæquata.* Gale.

Quaſi ſententia ſit, olim quidem ejuſmodi diſcrimen inter urbanas ac ruſticas plebes interceſſiſſe, ut agricolæ cenſerentur, non urbium cives: ſed id tandem diſcriminis, cùm in ipſis etiam civitatibus hominum capita notarentur, ceſſaſſe, & utraſque pari modo fuiſſe habitas; quod memoratâ diſtinctionis mutatione prorsùs niti, nemo non videt. Verùm, vel nil mutando, diverſus ab iſto ſenſus commoduſque confici poteſt. *Adunari* quippè apud idoneos auctores dicuntur propriè res & perſonæ, quæ priùs ſparſæ, in unum poſteà faſciculum vel locum coguntur. Plinius, libro 19. capite 2. *Vulſum* [*ſpartum*] FASCIBUS in

(a) *Dig. lib. 50. Tit. 15. num. 4. §. 1.*

acervo

acervo ADUNATUM *biduo, tertio resolutum*, SPARGITUR *in sole siccaturque*, ET RURSUS IN FASCIBUS *redit sub tecta*. Justinus, libro v. capite 9. *Repletur Græcia Atheniensium exulibus; quod etiam ipsum auxilium cùm miseris eriperetur... omnes se Argos & Thebas contulere... Thrasybulus...* ADUNATIS EXULIBUS, *castellum Phylen.. occupat.* Denique noster in fine capitis xv. SPARSI *enim milites per diversas regiones fuerant*, & ADUNARI OMNES *angustia temporis non sinebant*. Quò fit ut facilè noster, & ex opumo Latinitatis usu, tam de plebeiis urbium incolis, quàm de immensâ rusticorum multitudine, quæ à prisco tempore per campos sparsa, in urbes censûs causâ venerat, potuerit dicere, *urbanas ac rusticas plebes adunatas fuisse in civitatibus*; hoc est, coactas. Præsertim, cùm proximè alia loca nominentur, ubi per id tempus ruricolæ cum oppidanis miserrimo modo adunati sint: *fora* nempè *omnia*.

Ibid. *Foras omnia.*] Editio Aboensis, *fora omnia*: quæ & Galei emendatio, nostraque. Adde Col. p. 376. col. 2.

Ibid. *Gregibus familiarum.*] Non jam quomodò noster anteà *familiam* pro servis ponebat hâc pericope (*a*): *Nihil usquàm reperiebatur, quippè cùm familiam Cæsaris nemo torqueret*; atque alibi (*b*): *Hic mos* [*Persis*] *est, ut Regibus suis in servitium se addicant, & Reges populo suo tanquàm familiâ utantur*: sed quomodò nonnunquàm apud veteres vox *familia* unà patrumfamilias, sobolem & servos complectitur, quod sequentia ista clarissimè ostendunt: *Unusquisque cum liberis, cum servis aderant.*

Lin. 8. *Filii adversùs parentes suspend.*] Cuper. vide, pag. 469. col. 2.

Ibid. *Fidelissimi quique servi contra dominos vexab.* [Contra regulam Juris, quæ vetat servos in dominorum caput interrogari. *Edit. Oxon. & Cant.*

Adde Baluzium, p. 310. col. 1. & Cup. rursùs, p. 469. col. 2.

Lin. 10. *Si omnia defecerant, &c.*] Locus obscurus & ambiguus. Aut vult enim noster dicere: Quòd si hæc omnia (filiorum nempè adversùs parentes suspensio, & fidelissimi cujusque servi contra dominos vexatio, uxorumque adversùs maritos) nullam tandem extorserant confessionem, tunc ipsi contra se, quoniàm cætera frustrà fuerant, torquebantur. Vel, ut malim, sensus est: Si qui essent contra quos, quia jam uxoribus, liberis, servis carerent, aut quòd nunquàm istorum quidpiam habuissent, nec uxores, nec liberi, nec servi possent torqueri, ipsi tunc contra sese adhibebantur, & gravissimis urgebantur tormentis.

Ibid. *Ipsi contra se torqueb.*] Vide Columb. p. 377. col. 1.

Lin. 11. *Adscribebantur quæ non habebantur.*] Id est, in tabulas censûs referebantur etiam illa, quæ tormentis coacti possidere se profitebantur, licèt, ea reverà non haberent. Undè mox: *Et duplicabatur semper, illis non inventantibus, sed, ut libuit, addentibus, ne frustrà missi viderentur.* Tollius.

Ibid. *Quæ non habebantur.*] Præferam, *quæ non fatebantur.* Gale.

Sensui, quem nunc Tollius ex vulgatâ lectione eruebat, favet apertissimè Maucroixius, qui verterit: *Et quand la douleur avoit arraché quelque aveu de leur bouche, il passoit pour véritable.* Nec, ut ingenuè dicam, video cur debeat displicere.

Ibid. *Nulla ætatis, valitudinis excusatio.*] Videtur semel excidisse culpâ Librariorum *nulla*, & Lactantii manus fuisse: *Nulla ætatis, nulla valetudinis excusatio.* Malebat Nicolaus Heinsius: *Nulla ætatis aut valetudinis excusatio.* Græv.

Ibid. *Nulla ætatis, valitudinis excus.*] Elegantius: *Nulla ætatis, valetudinis nulla excus.* Sic autem loqui noster amat, ut cap. xvi. *quem nullus hostis expugnet, nullus laqueus induat.* Et simili ferè ratione, capite xxi. *quorum hic ritus, hic mos est.* Tollius.

Ibid. *Valitudinis.*] Et hîc rursùm aliæ omnes editiones, *valetudinis.* Quod cùm ita pergant facere, ac si qui illas curarunt, crediderint scripturam veteris Codicis nullo pacto posse defendi, ecce contra quàm suprà constitueramus, quid in eam rem notatum sit à Dausquio in Orthographicis. » Pro» munt, inquit, ex Horatio, *dura vale*» *tudo.* Amplector. At cùm propè infinita » varient in Orthographiâ, cùm *Genetrix* » scribatur per i, ac per e *Genetrix*, cur » non etiam *valitudo*? Certè Supinum est » *Valitum*, undè *Valiturus* Livio, libro 35. » ne quod aliud per somnium nobis obji» ciant. Et observavi, Vulcanium edere sem» per in Apuleio *Valitudo* per i, Lipsium » scribere, itaque esse correctissimæ Justini » editioni Parisinæ. » Hactenùs Dausquius qui, si hodiè viveret, sanè nosset alterum scri-

(*a*) *Cap. XIV.* (*b*) *Cap. XXI.*

bendi modum scientissimo Latinitatis Græcio magis placere; quem & ideò præferimus, nec dubitaret certè Dausquius ipse Lipsiano & Vulcaniano usui anteponere.

L. 12. *Ægri & debiles deferebantur.*] In sellis putà, aut lectulis, sicut ii de quibus, Act. v. 15. ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς, καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραβάττων. Beza: *Adeò ut in plateas efferrent ægrotos, & ponerent in lectis ac grabbatis.*

Ibid. *Parvulis adiciebantur anni, senibus detrahebantur.*] En tibi utriusque rei causam ex Ulpiano, de Censibus *(a)*, ubi ille: *Ætatem*, ait, *in censendo significare necesse est, quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur. Veluti in Syriis à quatuordecim annis masculi, à duodecim fœmine usque ad sexagesimum quintum annum tributo capitis obligantur. Ætas autem spectatur censendi tempore.* Adde Cuperum, p. 469. col. 2.

Ibid. *Adiciebantur anni.*] Ita jam rursùs è veteri membranâ Baluzius, qui ex eâdem quoque in fine capitis 35. *ut eum de secundo loco reiceret in quartum.* Reliquæ omnes editiones, *adjiciebantur*, & *rejiceret*, suis locis. *Secunda in his verbis* [*adjicio, ejicio, injicio*,] *per duo* ji. *non per unum scribenda est*, inquit Gellius, libro 4. c. 17. Sed *Lapidum & Auctorum tenor non unus*, ait vicissim Dausquius in Orthographicis, *v. Adjicio.*

Imò, *Adicere* antiqua scriptio, pro *adjicere*, quam in omnibus optimæ notæ libris inventam viri docti testantur, ait anonymus Autor Notarum ad Dictyn Cretensem, pag. mihi 188.

Pag. 215. lin. 1. *Quæ victores adversùs victos jure belli fecerant, ea ille, &c.*] Sic hodiè Baluzius, iisque de causis, quas videre licet, p. 310. col. 2. Idem antè cum MS. Codice: *Quæ veteres adversùs victos jure belli fecerant, & ille...* Neque aliter sanè cæteri editores, etsi, quod jam proximè videbitur, neutra emendatio sit recens.

Ibid. *Quæ veteres.*] Lege, *quæ victores.* Prima Baluzii editio in Addendis. Item Oxoniensis, an. 1680. ad calcem; atque suprà Columbus, p. 377. col. 1. Confer dicenda, col. seq.

Ibid. *Et ille.*] Legendum, *ea ille.* Edit. Oxon. & Cant.

Lin. 3. *Quem Trajanus Daciis.*] Sub quo [scilicet] post duas expeditiones (Dacia) in provinciam redacta est, & proindè vectigalis facta. *Edit. Oxon. & Cant.*

Ibid *Pœna gratiâ victor imposuit.*] Rectè ergò paulò anteà vocabulum *victores*, pro *veteres*, quod in MS. legitur, viri docti substituerunt.

Lin. 4. *Pecunia pro cap. pendeb.*] Cup. vide, pag. 469. col. 2. & seq. Columb. verò, p. 377. col. 1.

Lin. 5. *Et merces pro vitâ dabatur.*] Quis hæc, ut sonant, intelligat? Corrige meo periculo: *Et merces pro vitâ dabantur. Merces* nempè à *merx*, *mercis*, non *merces*, *mercedis.* Sensus est: Et quia tanta erat capitatio, ut quidquid pecuniæ habebant pro capitibus penderent, cogebantur illi, quotiès ad victum necessaria comparanda erant, suas merces pro cibis dare. *Merces* itaque vox pluralis est, non singularis. Et quòd ad *vitam*, pro victu seu alimento, exemplum tibi, si requiras, suppeditabit Terentius in Phormione *(b)* his versibus:

> *Pauper, cui opera vita erat, vix ferè*
> *Se continebat.*

Undè meritò novissimus Paraphrastes, *Pauper, qui labore rustico, atque operâ victum quærebat.* Quâ in re palàm Latinorum *vita* Græcorum Βίος, qui *vitam* & *victum* promiscuè notat, respondet. Maucroixius, si ipsum sequi malueris: *La liberté de respirer s'achetoit à prix d'argent.* Ad verbum, Respirandi libertas argento redimebatur. Verùm autem Anglica, si & ipsa forsàn tibi magis placitura sit: *After that all men were thus lifted, then so much money was laid upon every mans head, as if he had been to pay so much for is life.* Id est, postquàm ita omnes descripti sunt, tanta vis pecuniæ in cujusque caput fuit imposita, quanta si vel de redimendâ cujusque vitâ fuisset actum.

Ibid. *Hisdem Censitoribus.*] Sic capite 31. *super hisdem hominibus;* & capite 34. *ut hisdem erat libitum;* & capite 48. *cum hisdem à nobis indultum esse pervideas;* imò, postremo illo capite, *hisdem Christianis*, ter. Quod non observarem, nisi ita hic Auctor & Ennianum *isdem*, & Ciceronianum *eisdem*, & aliorum rursùs *iisdem*, videretur æqualiter damnasse, atque omnibus ut *hisdem*, ut πολλῶν ἀντεξίων ἄλλων, prætulisse; cujus tamen vocis nulla mentio apud Ciceronem in Oratore, quo ipse loco judicium suum de tribus prioribus loquendi modis interponens, sic

(a) Digest. lib. 50. Tit. 15. §. 3. *(b) Act. 2. Sc. 2. v. 16. 17.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

habet : « *In templis iſdem* probavit [Ennius (*a*) :] at *eiſdem*, erat verius ; nec tamen *eiſdem* opimius : malè ſonabat *iiſdem*. Impetratum eſt à conſuetudine, ut peccare ſuavitatis cauſâ liceret. »

Lin. 6. *Et duplicabatur ſemper, &c.*] Nullo ſenſu, confidenter dicam, niſi ſic diſtinxeris : *Et duplicabatur ſemper, illis, non invenientibus, ſed ut libuit, addentibus, ne fruſtrà miſſi viderentur.* Hoc eſt : Et illi quidem tributa, & hujuſmodi alia, ſedulò ſemper duplicabant ; non quòd ſanè plura, ob quæ pendenda eſſent, invenirent : ſed quòd *plura* pro libitu adderent, ne viderentur incaſſùm miſſi. Præceſſit, quippè proximè, *alii ſuper alios mittebantur tanquàm* PLURA *inventuri*. Undè mox τὸ *non invenientibus* breviter dictum, pro *non plura invenientibus*, ἀπὸ τοῦ ποιοῦ ; & mox rursùm, *ſed, ut libuit, addentibus*, pro *ſed plura, ùti libuit, adjicientibus*, eodem pacto.

Lin. 9. *Et nihil minùs ſolvebantur.*] *Et nihilominùs.* Editio Aboenſis. Item Gale.

Lin. 10. *Nec mori ſaltùm gratis.*] Editio Cantabr. *ſaltèm* : de quo ſcribendi diſcrimine conſulendus Dauſquius in Orthographicis. Diſtinguebat porrò non malè totum hunc locum Aboenſis, hoc modo, *ut nec vivere jam, nec mori, ſaltùm gratis liceret.* Adde Columbum, p. 377. col. 1.

Lin. 11. *Ab omni genere injuria tutos.*] Veteris ſchedæ lectio eſt : *ab omni genere injuriâ & atis.* Ex quibus ultimis cùm in primâ editione Baluzius *injurietatis*, non ſine vocis defenſione, feciſſet, ſequentes omnes ad hanc uſque ſimiliter excuderunt. Idem tamen paulò poſt legendum eſſe, *injuria tutos*, monuerat in Addendis, delendamque priorem ſuam notam ad hunc locum : quarè nec illam notam ſuprà videas, ſed aliam pro eâ, p. 311. col. 1. ſicut nec hîc ampliùs vocabulum *injurietatis*, ſed *injuria tutos.*

Ibid. *Injurietatis.*] Leg. *injuria tutos.* Voſſius.

Ibid. *Injurietatis.*] Inſolens hoc verbum juris Latini facere voluit Baluzius exemplorum aliquot auctoritate, ſed vano conatu, uti & ipſe fatetur, qui in emendationibus, quas ad calcem ſui operis adjecit, fide indubitatâ legendum aſſerat, *injuria tutos.* Edit. Oxon. & Cant.

Lin. 12. *Atquin homo impius.*] Acerbius erit, ſi ironicè legas, *atquin homo pius* ; & ſic Lactantium ſcripſiſſe arbitor. *Tollius.*

Nolim negaſſe, quanquàm mox non *miſericordem*, ſed *immiſericordem* legendum eſſe ſim conjecturus. Adde Columb. p. 377. col. 1.

Ibid. *Miſertus eſt illis.*] Locutio hæc illorum temporum eſt. *Tollius.*

Nicolaus Heinſius emendabat : *miſeratus eſt illos.* Grævius.

Diſtinguunt poſt *illis* Aboenſis editio, & Galeus.

Ibid. *Ut non egerent.*] Mirum, ni ſenſus ſit, ut nihil, hoc eſt, ut nullâ re indigerent, quomodò nempè Vulgata in priore ad Corinth. xi. 22. *Pudefacitis eos, qui non habent*, pro, qui nihil habent.

Lin. 13. *Adeò hominem miſericordem.*] Malim : *Video hominem miſericordem.* Gale.

Senſus poſtulat, ut legamus, *O hominem miſericordem !* Aliàs apud Terentium eſt, *Adeon' hominem eſſe invenuſtum & infelicem, &c.* Sed ea ratio loquendi locum hîc non habet. *Tollius.*

Meliùs, meo judicio, emendaveris : *At, ô hominem immiſericordem, qui, &c.* Firmat præcedens lectio, *homo impius*, ſi ſit ſervanda ; nec repugnat *homo pius* Tollii, ſi ſit, ut credo, admittendus, quia poſtquàm noſter Galerium ironicè *hominem pium* appellaverit, eumdem deinceps ſuo vero nomine, & quaſi ſe caſtigans, vocaverit *immiſericordem.*

Lin. 14. *Ita dum cavit,*] Lege : *Ita dum cavet ;* quod & clariſſimus Columbus vidit. Aliàs *ſubterfugeret*, pro *ſubterfugiat*, reponendum. *Tollius.*

Putabam præterea, diſtinctione opus eſſe poſt *Ita*, in hunc modum : *Ita, dum cavet ne . . . .*

Lin. 16. *Virorum miſerorum.*] Quid ? Nullæne tunc temporis *miſeræ* erant inter *miſeros*, ut noſter tantummodò *miſerorum virorum* fecerit mentionem ? Aut num verò *miſeris mulieribus* pepercit Galerius, cùm *miſeris viris* non parceret ? Sed nil iſtis opus eſt. Fuerat indubiè Auctoris manus : *Ita, dum cavet, ne quis ſimulatione mendicitatis cenſum ſubterfugiat ; multitudinem verorum miſerorum contra omne jus humanitatis occidit.* Opponendo ſcilicèt *veros miſeros* miſeris illis ſimulatæ mendicitatis, è quibus nolebat Galerius ut quiſquam cenſum effugeret.

Ibid. *Contra omne jus humanitatis.*] Vide Columbum, pag. 377. col. 2.

CAPUT XXIV.

Pag. 216. lin. 1. *Jam propinquavit.*] Ver-

(*a*) *Probavit quoque poſt Ciceronis tempora Ovidius hoc verſu* : Iſdem ſub dominis adſpiciare domus.

Digitized by Google

bum, quod etsi noster iterùm capite 46. adhibuerit, necnon Vulgata quinquiès suis locis (a), ideò tamen libentiùs crediderim, magis Poëticum fuisse ab origine primâ, quàm solutæ orationis, quia unum, verbi gratiâ, exemplum in Plauti Truculento (b) occurrit, & apud Virgilium quatuordecim: nullum verò è contrario apud Ciceronem, vel Suetonium, aut Justinum.

Ibid. *Jam propinquavit.*] Lege: *Jam propinquabat.* Tollius.

Malè, credo, cùm proximè denuò per præteritum perfectum subjiciatur: *secutumque tempus est.* Maucroixius interim cum Tollio, ne cui sim fraudi: *Mais le tems de la Justice divine approchoit.*

Ibid. *Illi.*] Scilicèt Galerio Maximiano. *Pagius* (c).

Ibid *Judicium Dei.*] Columbum vide, pag. 377. col. 2.

Lin. 2. *Res ejus dilabi ac fluere.*] Virgilius 2. Æn.

Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri
Spes Danaum — Gale.

Adde Columbum, pag. 377. col. 2.

Lin. 3. *Dum est occupatus.*] Quidni potiùs: *Dum esset occupatus?* Nam hæc certè malè invicem videntur cohærere: *Nondùm animum intenderat, dum est* . . . Sed omninò *nondùm animum intenderat, dum esset*, id est, quandò, vel interim dum esset, &c. ejusmodi est quale apud Virgilium initio Æneidos:

Multa quoque & bello passus, dum conderet urbem.

Lin. 4. *Et expectabat obitum ejus.*] Elegans in eo vocabulo jocus est apud Quintilianum, ubi, cùm filius parricidii cogitati reus dixisset, *se non expectare patris mortem*, pater facetè simul & severè respondit: *Imò malo expectes.* Tollius.

Lin. 5. *Qui cùm graviter laboraret.*] Hoc est, sicut optimè Versio Anglica, cùm graviter ægrotaret Constantius. Atque ita Cicero 2. Tuscul. *Artus vehementer laborant*, pro pessimè habent, valdè ægri sunt.

Lin. 6. *Constantinum remitteret.*] Vide Baluzium, pag. 311. col. 1. & 2.

Ibid. *Frustrà repetierat.*] Hæc verba in veteri codice non occurrere, testatur Baluzius: sed quoniam sensus imperfectus fuisset citra aliquod supplementum, commodius nullum addi potuit, quàm quod præbuit Fragmentum de Constantio Chloro, in quo ita legitur: *Constantinus obses apud Diocletianum & Galerium sub iisdem fortiter in Asiâ militavit, quem post depositum imperium Diocletiani & Herculii Constantius à Galerio repetiit. Sed hunc Galerius objecit antè plurimis periculis.* Edit. Oxon. & Cant.

Lin. 7. *Nam & in insidiis sæpè juvenem appetiverat.*] Dele *in*, quemadmodùm alibi quoque. *Boherellus.*

In perperàm repetitur. Lege: *Nam & insidiis, &c.* Grævius.

Ibid. *In insidiis.*] Tolle præpositionem, quæ hîc inepta. *Appetere* enim *insidiis* veteres, non *in insidiis* dixerunt. *Tollius.*

Ibid. *Juvenem.*] Atquì priùs *adolescens* dictus est. Capite enim XVIII. *Constantio quoque filius erat Constantinus, sanctissimus adolescens;* & idem rursùm capite XXIX. *adolescentis* voce significabitur: *Credit adolescens* [*Maximiano Herculio*] *ut perito ac seni.* Rectè. Sed nostro, quod nec apud alios rarum est, *juvenis* & *adolescens* synonyma sunt. Et, quod magis notandum, *juvenem jam annos* 35. *natum* intelligit, aut ad minimum, triginta quatuor plus minùs completos. Constantinus quippè anno Christi 272. natus, sicut ante nos Pagius observavit (d). Et, ex Cyprianicis Dodwelli Dissertationibus (e), anno Christi 306. Constantinum *juvenem* appellat in nostro capite Lactantius. Quod si verum, uti certè verum est „tum profectò etiam non solùm constat annorum numerus, quem diximus: sed possit præterea ex hoc loco magna lux multis Historiæ difficultatibus affulgere. Adde Baluzium, pag. 311. col. 1. & 2. & Columbum, pag. 377. col. 2.

Lin. 8. *Ne contra se arma civilia, &, quod maximè verebatur, odia militum concitaret.*] Nemo igitur, sicut antè diximus, aliter sibi aliorum odia *quærit*, quàm *ingratiis acquirendo*, prout ibidem diversis verbis explicuimus. Repete locum, si tanti est, cap. XVIII. pag. 640. col. 2. Hîc cæteròquin, ne id nescias, operæ pretium meritò duxerunt viri clarissimi Galeus ac Pagius (f), & ante utrumque Editor Aboensis, distinguere post *civilia*, in hunc modum: *Ne contra se arma civilia, &, quod maximè verebatur*, quæque posteà.

(a) *Putà, Judic.* XIX. 9. *Esa.* XLI. 1. (b) *Act.* 2. *Sc.* 6. (c) *In Criticâ, ad annum Christi* 306. *num.* 5. (d) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 337. *num.* 2. (e) *Undecimâ scilicèt, num.* 67. (f) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 306. *num.* 5.

Digitized by Google

Lin. 9. *Sub obtentu exercitii.*] Vide Sallustium in Jugurthino, de Micipsâ vitæ Jugurthæ imminente. Deest autem hîc copula & à præcedente syllabâ absorpta; quarè lege: *& sub obtentu exercitii.* Tollius.

Postulant omninò quæ antecedunt, ut ita legamus. Præcessit quippè: *Nam & insidiis;* post quæ verba alterum & sequi necesse est. Jamque alibì duobus locis (*a*) nos ipsi eamdem copulam simili modo absorptam fuisse suspicati sumus, & pro virili restituimus.

Lin. 10, *Feris illum objecerat.*] *Il avoit exposé Constantin à un lion.* Maucroixius.

Quasi noster non *feris*, sed *leoni*, vel *fera* singulari numero scripserit; cùm contrà multitudinis numerum adhibuerit, & indè admodùm probabile sit, Galerium, qui non semel, sed *sæpè* Constantinum humanis insidiis adpetivit, eumdem quoque non semel, sed sæpiùs objecisse feris. Anglica Versio nobiscum, *he had engaged him to encounter with Wild Beasts.*

Ibid. *Feris illum objecerat.*] Vide Anonymum in fine Marcellini, fol. 658. *Gale.*

Adde Baluzium, pag. 312. col. 1. & Cuperum, pag. 470. col. 1.

Ibid. *Dei manus hominem protegebat.*] Adeatur Columbus, pag. 377. col. 2.

Lin. 11. *In ipso cardine.*] Virgilius Æn. 1.

— *Haud tanto cessabit cardine rerum.* Gale.

Ibid. *In ipso cardine.*] Id est, in ipso articulo, vel in ipsâ liberationis opportunitate. Servius ad præcedentem Virgilii versum: *Aut ἀκμῆς dixit, ne in tantum quidem, hoc est, brevi occasione cessabit. Aut simpliciter intelligendum est: Non poterit in tantâ rerum opportunitate cessare; ut sit de proverbio tractum, de quo dicitur: Res in cardine est, hoc est, in articulo.* Versio Anglica perquàm significanter: *In the last and critical moment;* ad verbum ferè, in ultimo & decretorio momento. Adde Cuperum, pag. 470. col. 1. & Columbum, pag. 377. col. 2.

Ibid. *Namque sapiùs.*] Deest aliquod vocabulum post *sapiùs;* verbi gratiâ, *rogatus*, aut *sollicitatus.* Boherellus.

Deest vox *repetenti*, nempè *Constantino.* Tollius.

Ibid. *Namque sapiùs.*] *Sapiùs* corruptum est. Non enim sæpè, sed semel tantùm sigillum dedit. Legendum: *Namque seriùs.* Grævius, item Gale.

Cum bonâ doctissimorum virorum venià, malebam, *etiamque sapiùs*, annectendo scilicèt præcedentibus, in hunc modum: *Qui illum de manibus ejus liberavit in ipso cardine, etiamque sapiùs.* Tum mox: *Cùm jam diù negare non posset;* ut, uno verbo, sicut noster posuit, Constantinum adpetitum sæpè fuisse Galerii, vel aliorum, quos in eam rem præfecisset, insidiis, itemque non semel feris objectum: ita quoque observaverit, Constantinum ereptum sæpiùs fuisse Galerii manibus, cùm in extremo versaretur periculo.

Lin. 12. *Cùm jam diù (tius) negare non posset.*] MS. liber, atque indè quotquot hactenùs editiones vulgatæ fuerant, *cùm jam diù necare non posset.* Nisi quòd in omnium primâ rescribendum, ut in hâc excusum vides, posuerat ad calcem operis Baluzius in Erratorum Indice. Sequuntur Doctorum judicia de veteris Schedæ lectione.

Ibid. *Cùm jam diù necare, &c.*] Legendum, *cùm clàm diù necare non posset.* Hînc paulò antè tradidit, *sæpè insidiis appetitum eum fuisse.* Grævius.

Lego, *cùm tamdiù negare.* Boherellus.

Emendo, *cùm jam denegare.* Gale.

Legendum, *cùm jam diutiùs negare*: quod & aliis animadversum. *Tollius.*

Præferebam, *Cùm jam diù negare non posset*: ut ordo & sensus sint, *cùm jam non posset diù negare*, Constantinum scilicet suo patri; hâcque de causâ, quòd anteà diutiùs negasset, quàm ut posset adhùc diù negare. Adde Columb. p. 377. col. 2.

Ibid. *Dedit illi..*] Constantino scilicet. *Tollius.*

Ibid. *Sigillum.*] Acceperunt diversâ ratione Interpretes. Maucroixius: *Galerius lui donna son congé, & le signa de sa main.* Quasi nostrî verba sint, *dedit illi libellum commeatûs suâ manu subscriptum.* Tralatio Anglica: *A pass, which had the seal put to it.* Hoc est, libellum commeatûs, sigillo munitum. Addendus Baluz. p. 312. col. 1. & Col. p. 377. col. 2. & seq.

Lin. 13. *Acceptis mandatis.* Cup. vide, p. 470. col. 1.

Lin. 14. *Retentaturus.*] *Retenturus.* Gale.

Quod sanè planissimum, & potuisset optimè à nostro adhiberi. Sed vel *retentandi* voce usus est, quòd illa interdùm pro simplici *retinere* usurpetur. Cicero, libro 1. de Divinat.

Namque omnes memori portentum mente RETENTANT.

(*a*) *Nimirùm cap.* xx. *pag.* 653. *col.* 2. *&* 654. *col.* 1.

Digitized by Google

Id est, retinent. Ammianus Marcell (*a*): *Nec meliora nec monente ullo, nec* RETENTANTE; hoc est pariter, retinente. Postremò, Aurelius Victor de Cæsaribus: *Quoniam bellorum moles... acriùs urgebat, quasi partito imperio, cuncta qua trans Alpes Gallia sunt, Constantio commissa: Africa, Italiaque Herculio: Illyricique ora ad usque Ponti fretum Galerio: cætera Valerius* RETENTAVIT; diserte, si quisquam alius, pro retinuit. Vel quòd, cùm jam sæpiùs Constantinum hoc aut illo pretextu Galerius retinuisset, quædam indè oriretur necessitas utendi potiùs frequentativo verbo, quàm alio. Vel quia denique ipsos etiam conatus, quibus personas à nobis abire contendentes, aut res quaslibet servatu difficiles retinere tentamus, Latini non rarò *retentandi* voce exprimunt. De personis, Plautus in Asinariâ (*b*), *Cur me* RETENTAS *nunc?* Idem in Rudente (*c*), *Etiam* RETENTAS? De rebus autem, Antonii vita apud Athanasium (*d*): *Ad summum, illud perspicere debemus, quòd etsi nostras velimus* RETENTARE *divitias, cum lege mortis ab ipsis divellamur inviti.* Addo obiter, quanquàm id ab hoc loco alienum esse non ignorem, *retentare* quoque apud veteres pro simplici *tenere* inveniri. Spartianus in Ælio Vero (*e*): *In animo mihi est, Diocletiane Auguste, tot principum maxime, non solùm eorum qui principem locum in hâc statione quam temperas,* RETENTARUNT, *&c.* id est, tenuerunt.

Lin. 15. *Ut à Severo teneretur.*] Vide Anonymum Marcellini. *Gale.*

Ibid. *Teneretur.*] Meliùs *retineretur*: sicut paulò antè, *retentaturus*, legitur. *Tollius.*

Lin. 16. *Properavit exire.*] Ovidius, libro 6. Fast... *quamvis properabis vincere, Cæsar.* Sulpicius Severus initio Historiæ Sacræ, *qui divina compendiosâ lectione cognoscere properabant.*

Ibid. *Sublatisque, &c.*] Vide Baluz. p. 312. col. 1.

Ibid. *Per mansiones multas.*] Quin *mansiones & stativa* multa habuerint communia, non potest negari. Primò enim, verbi gratiâ, equi erant publici in utrisque. Noster hoc ipso loco de prioribus: *Sublatisque per mansiones multas omnibus equis publicis.* De *stativis* verò, seu *stationibus*, Thomas Magister apud Du-Cangium (*f*): τοῦτοι δὲ κατὰ πάντες δημόσιοι ἄγουσι (Du-Cangius ὅπου ἔνθα ἢ ἵππου δημόσιοι ἐπιφέρουσι. Deindè autem in utrisque pariter, qui privatâ de causâ iter quodpiam susceperant, cibum vulgò sumebant. Et postremò, uti jam è Lampridio constabit, in ipsis etiam expeditionibus bellicis *Mansiones & stativa* per certa itinerum intervalla dispositæ, excipiendis reficiendisque copiis inserviebant. Sed eædem aliàs, contra quàm videtur sensisse vir clarissimus Du-Cangius, à se invicem differebant. Lampridius in Alexandro Severo: *Expeditiones bellicas habuit... Tacebantur secreta bellorum: itinerum autem dies publicè proponebantur; ita ut Edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: Illâ die, illâ horâ ab urbe sum exiturus, &, si Dii voluerint, in primâ mansione mansurus: deindè per ordinem mansiones, deindè stativa, deindè ubi annona esset accipienda.* In *stativis* itaque circa meridiem, nec per longum tempus, (undè illis *stationum & mutationum*, Græcis ἀπαγῶν, vocabula) tam milites, quàm alii quilibet, qui vel Imperatorum jussu, vel proprio nomine iter facerent, subsistebant, ac cibum capiebant: in *mansionibus* verò sub vesperam, & per noctem totam. *Mansio*, inquit optimè in eam rem Du-Cangius, *Latinis Scriptoribus dicitur locus, ubi confecto itinere per noctem quiescebant; undè ut plurimùm pro diei unius itinere sumitur.* Firmat Archelai Episcopi Mesopotamiæ Disputatio adversùs Manichæum (*g*) in cujus ferè initio: *Turbo... acceptam eam* [*epistolam*] *huic cui à Mane præceptum fuerat, pertulit, omni itinere diebus quinque transacto... in quo plurimùm... laboris ac molestiæ pertulit. Si quandò enim* AD VESPERAM *velut peregrinus ad hospitium pervenisset... Turbonem etiam ipsi hospitiis detrudebant, ne aquæ quidem ipsi ad bibendum facultate concessâ. Quæ cùm singula quotidiè atque horum nequiora perferret ab his, qui per singula loca* MANSIONIBUS *atque hospitiis præerant, &c.*

Pag. 217 lin. 1. *Cùm consultò ad medium diem usque dormisset.*] Quî *consultò*, qui volebat Constantinum persequi? inquiebat olim, testante clarissimo Collegâ Græv io, Nicolaus Heinsius; cujus adeò sententia erat, scripsisse Lactantium *consuetò*. Sed liceat vicissim doctissimos Manes roga-

(*a*) *Lib.* 29. (*b*) *Act.* 3. *Sc.* 3. (*c*) *Act.* 3. *Sc. ult.* (*d*) *Tom.* 2. *pag.* 450. *edit. Commel.* (*e*) *In ipsomet initio.* (*f*) *In Glossar. Latin. voce* Mansio. (*g*) *Extat illa ad calcem Sozomeni, edit. Vales.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

re, quînam voluisset Galerius Constantinum persequi, qui prorsùs nesciebat Constantinum abiisse? Potiùs itaque Galerius *consultò* ad medium usque diem dormiverit, hoc est, in lecto jacuerit, & simulaverit se dormire, quia pridiè præceperat Constantino, ut postridiè manè acceptis mandatis proficisceretur: ita quippè dormiendo die posterâ ad meridiem usque, Constantinum, si non retentabat, quia pridiè post cœnam abierat, saltem retentare se credebat, ejus ignorans profectionem, & sibi dieculam addere cogitans. Proba igitur, nî admodùm fallor, vulgata lectio, & servanda.

Lin. 4. *Ut eum retrahi faceret.*] Spartianus in Caracallo, *fratrem in Palatio fecit occidi.* Neque fermè aliter Mamertinus (*a*): *Laurea illa devictis accolentibus Syriam nationibus, & illa Rhætica, & illa Sarmatica te, Maximiane, fecerunt pio gaudio triumphare.* Vulgata autem, Matt. v. 45. *Ut sitis filii Patris vestri ... qui solem suum oriri facit super bonos & malos.* Quibus similia quoque nonnulla apud Plautum in Persâ, & in Epidico, occurrunt.

Ibid. *Nudatus ei cursus publicus nunt.*] Zosimus, libro 2. Τὸν ὦν τοῖς σταλμοῖς ἵππον, ὃν ἐπὶ δημόσιον ἔτρεφεν, ἅμα τῷ φθάσαι τὸν σταλμὸν, κωλύων ἐχρεῖτο ἐὼν, οὗ ἐξὸν ἐστὶν ἐχρῆν. *Edit. Oxon. & Cant.*

Ibid. *Nudatus.*] An potiùs *Truncatus*, vel, *Jam datus?* Gale: qui & addidit, Vide Ammianum, libro 30. Addo ego, & Baluzium, p. 312. col. 1. necnon Cuperum, p. 470. col. 1. & 2.

Lin. 5. *Vix lacrymas tenebat.*] Videatur rursùm, ibidemque loci amplissimus Cuperus.

Ibid. *Pervenit ad patrem.*] Et hîc etiam te meritò ad Baluzium, p. 312. col. 1. & Cup. p. 470. col. 2. remittimus.

Lin. 6. *Qui ei militibus commendato imperium per manus tradidit.*] Fallor, an sensus est: Qui Constantino (quem, antequàm advenisset, militibus, ut ab ipsis post suî mortem Imperator crearetur, commendaverat) purpuram, Imperatoriæ dignitatis insigne, tradidit ipse in manus? Possit omninò æquè benè ita res esse, ac in istis Estheræ (*b*): *Evenit autem die tertio, ut indueretur Esther regno:* (Sic enim Hebræa ad verbum sonant) sequentia est: *Die autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis*, ut optimè transtulit Interpres Vulgatus; vel, Καὶ ἐγένετο ὡς τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἐνδύσασθαι Ἐσθὴρ βασιλικοῖς, ut Septuaginta verterunt. Nec obstant sanè quæ ex Dodwello pag. seq. col. 2. afferemus. Confer Baluz. p. 312. col. 2. & Cup. p. 471. col. 1.

Ibid. *Imperium per manus tradidit.*] Nimirùm *Augusteum* ... Nec enim aliud *imperii* nomine solet denotare Lactantius. *Dodvvellus, Diss. Cypr.* XI. *nu.* 85.

Solet quidem: verùm ut *Cæsareum* quoque eodem vocabulo nonnunquàm in hoc opere significetur. Quod non ideò dico, quasi nunc nostrum de *Cæsareo* loqui existimem: sed quòd reverà capite 18. cùm de *legendis duobus Cæsaribus* ageretur, & Constantini, tanquàm *illo fastigio dignissimi*, injecta fuisset mentio per Diocletianum, Galerius sine morâ Cæsaream illam potestatem rotundâ *imperii* appellatione donaverit his verbis: *Dignus non est. Qui enim me privatus contempsit, quid faciet cùm* IMPERIUM *acceperit?* Non perpetua itaque ejus vocis usurpatio apud hunc Scriptorem de *Imperio Augusteo*: sed varius est illius usus.

Lin. 7. *Atque ita, &c.*] Hoc est, atque eo pacto. Neque enim hîc *ut ita*, pro *deindè*, sicut alibi (*c*). Sed Constantius Chlorus, qui filio suo purpuram propriâ manu tradere summoperè expetiverat, & se, verbi gratiâ, sine ullo vitæ desiderio, si id semel feciisset, obiturum dixerat, in lecto suo, postquàm reipsâ imperium Constantino per manus tradidisset, *requiem vitæ, sicut optabat, accepit.* Quî jam loquendi modus, ob id maximè quòd in hoc auctore invenitur, non parùm negotii clarissimo Meldensi Episcopo Constantium Chlorum inter magnos Ecclesiæ Persecutores putanti, facessere potest & debet. Nostro quippè, sicut ultima primi capitis verba indicant, haud merè propositum hoc opusculo de Persecutionum auctoribus agere, sed præcipuè, *quibus pœnis in eos cœlestis judicis severitas vindicaverit, exponere.* Undè suprà, capite 2. de Nerone: *Nec tamen*, inquit, *abiit impunè. Respexit enim Deus vexationem populi sui. Dejectus itaque fastigio imperii, ac devolutus à summo tyrannus impotens, usquàm reperiè comparuit, ut ne sepultura quidem locus in terrâ tam malæ bestiæ appareret*; & capite 9. de Domitiano: *Tutus ... regnavit, donec impias manus adversùs Dominum tenderet.*

(*a*) *In Genethl. Maximiani Augusti.* (*b*) *Cap.* V. *sem.* 1. (*c*) *Cap.* XV. *pag.* 627. *col.* 2.

Digitized by Google

Postquàm verò ad persequendum justum populum instinctu dæmonum incitatus est, tunc traditus in manus inimicorum suit pœnas. Nec satis ad ultionem fuit quòd est interfectus domi. Etiam memoria nominis ejus erasa est; & sic deinceps de reliquis. At, qui Constantium Chlorum *vita requiem, sicut optaverat, accepisse* ponit, quid ponit, obsecro, quod cœlestis judicis severitatem sapiat, ac non potiùs magnam Dei benignitatem & misericordiam? Non fuit itaque, ut palàm est, Constantini pater unus ex insignioribus Ecclesiæ Persecutoribus huic Scriptori. Sed nec magis Maucroixio, cujus nempè versio sic habeat: *Il expira doucement, comme il avoit souhaité*; ad verbum, *Placidè, prout optaverat, expiravit.* Quin & longè minùs Eusebio, qui Constantii mortem, τέλος τε βίου εὐδόκιμον καὶ τρισμακάριον, *vitæ finem laudabilem terque beatum* vocaverit (*a*). Scio, ex quinto hujus libri capite, *Dei adversarios non semper dignam scelere suo recipere mercedem.* Sed nec noster, nec Eusebius, Constantium uspiàm inter *Dei adversarios* censuerunt. Quarè videat Doctissimus Præsul, quomodò Constantini patrem ipse meliùs noverit, quàm duo illi Constantii Chlori æquales noscitare potuerint. Nam quod inter alia post Eusebium (*b*) memorat Bossuetus (*c*), *Procopium Martyrem jussum fuisse quatuor Regibus*, adeòque Constantio Chloro, illorum uni, *libare*, id, inquam, cum cæteris quæ pro suâ Persecutorum turmâ protulit, æquè benè Eusebio, ut omnes fatebuntur, innotuerunt, atque Meldensi Episcopo. Et Eusebius tamen Constantium Chlorum Persecutorum numero disertissimè exemit (*d*), eidemque *mortem ter beatam* tribuit. Confer omninò Col. p. 378. col. 1. ad *requiem vitæ*, &c. Imò vide, quod magis est, Ruinarti ad Acta Martyrum Præfationem, in quâ (*e*) *nullum sub Constantii principatu Martyrem extitisse* sat ingenuè concedit, sacra tantùm conventicula, quæ Constantius dirui passus est, & Diocletiani Edicta, quæ, ponente Ruinarto, sub eodem Constantio adhùc Cæsare in Galliis publicata sunt, nec ab illo, postquàm Augustus factus est, revocata, adversùs Dodwellum urgens. Quæ Principis quidem nimiùm facilis, nec persecutioni, ut oportuit, obsistentis, esse possunt, at non itidem persequentis. Quâ de re jam anteà plura diximus (*f*).

Cæterùm, Constantium Chlorum anno Chr. 306. VIII. *Kalend. Augusti.* ut habent Idacius in Fastis & Socrates, vitâ functum esse, quæ in Dissert. Hypat. capite 2. nu. 19. in medium adduxi, evincunt. Neque, ut putarunt aliqui viri doctissimi, contrarius est Socrates in libro 1. capite 1. ubi ait, eum diem obiisse *primo ducentesimæ septuagesimæ primæ Olympiadis anno*, qui currenti Christi anno [306] mense Julio absolvitur. Nam Socrates, multorum Orientalium more, qui Æras omnes mense Septembri auspicantur, annum secundum Olympiadis 271. mense tantùm Septembri hujus Christi anni inchoat, ut alibi ostendo. Nam neque Scaliger, neque Petavius, neque Calvisius hunc nodum solvere potuere. Hankius in libro de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis, parte 1. capite 1. num. 19. & seq. pluribus contendit, Constantium anno præcedenti è vitâ migrasse, eodemque Constantinum Imperatorem levatum esse. Sed ejus fundamenta in laudatâ Dissertatione à nobis eversa, licèt, cùm eam in lucem edidimus, librum illum non vidissemus. *Pagius ad an. Chr.* 306. *nu.* 6. Adde Baluz. p. 313. col. 1. in hæc verba, *requiem vitæ accepit.*

Lin. 8. *Suscepto Imperio, Constantinus Augustus*, &c.] Fecit illum *Augustum* Constantius pater (*g*) *Augustus* Galerio prior. Renunciavit etiam *Augustum* statim à patris decessu exercitus (*h*), cui, pro eorumdem temporum more, jus renunciandi competebat. Refragratus tamen est *Augusti* titulo Galerius, qui *Cæsaream* illi duntaxat dignitatem confirmavit. Quod enim excogitatum à Galerio scribit Lactantius (*i*), ut *Severum Augustum nuncupando, Constantinum, non Imperatorem, sicut erat factus, sed Cæsarem cum Maximino appellari juberet, ut eum de secundo loco rejiceret in quartum*, præposito nimirùm illi ipso quoque Maximino, id etiam seciſſe constat è Fastis Alexandrinis Manuscripti Usseriani, Theone, ni fallor, Alexandrino Auctore, qui illos ad annum usque Dom. CCCLXXII. perduxit. Ibi enim pro anni CCCVII. Consulibus, quos agnovit *Imperium Orientale*, legimus Σεβῆρον τὸ δεύτερον καὶ Μαξιμιανὸν Καίσαρα, nostrum nempè *Maximinum*, cujus primum consulatum reperire

(*a*) *Lib.* VIII. *Histor. Eccles. cap.* 13. (*b*) *De Martyr. Palæst. cap.* 1. (*c*) *Ad caput* 13. *Apocal.* (*d*) Vide *lib.* 8. *Hist. Eccles. cap.* 13. (*e*) *Pag.* 64. *edit. Paris.* (*f*) *Verbi gratiâ, pag.* 653. *col.* 1. (*g*) *Lact. de Mort. Pers. cap.* XXIV. (*h*) *Euseb. Hist. Eccl.* VIII. 13. (*i*) *Ibid. cap.* XXV.

non

non potuit Baluzius (*a*); sæpè enim hæc nomina inter se permiscent illorum temporum Scriptores. Temperavit itaque aliquantisper *Augusti* titulo Constantinus, ut è Panegyrico anonymi discimus coævi illorum temporum auctoris. *Dodwellus*, *Diss. Cyp.* XI. *num.* 85.

Firmare possit egregiè locus iste Eumenii in Constantini Panegyrico: *O fortunata & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Constantinum Cæsarem prima vidisti!* Verius tamen arbitror, quia ita melius tota nostri narratio cohærebit, Constantinum primò creatum fuisse à patre *Galliarum Imperatorem*, sicut Orosius locutus est (*b*). Deindè eundem, jam patre mortuo, renunciatum fuisse à militibus βασιλέα τελεύτατον ἐν σεβαστοῖς, quæ Eusebii verba sunt (*c*). Tertiò, eundem rursus, pro summâ potestate, quam sibi à patre & ab exercitu delatam videbat, sanctionem sine morâ in gratiam Christianorum, qui in Galliis erant, cum præfixo *Augusti* titulo emisisse, quâ illos publico sui Dei cultui redderet; hæcque omnia, priusquàm ex Angliâ nuntium ullum Galerius de Constantini in patris locum successione accepisset, adeòque, antequàm id, quod sequenti capite narrabitur, potuisset comminisci: sed allatâ demùm post paucos dies laureatâ novi *Augusti* imagine ad malam bestiam, cœpisse tùm Galerium excogitare, ut Severum, qui erat ætate maturior, Augustum nominaret, atque ita de Imperatoriâ Constantini potestate Cæsaream faceret: Constantinum autem, Galerii mente aliquantò post intellectâ, ab *Augusti* titulo, quem priùs sumpserat, abstinuisse, donec idem Galerius nomen Cæsarum de medio tollens, Constantinum cum tribus aliis juberet vocari *Imperatores*, sicut in fine capitis 32. videbimus. Adde Toinardi notam in hunc locum.

Ibid. *Nihil egit priùs, quàm Christianos cultui ac Deo suo redderet.*] Quibus ergò cultum Christi publicum Constantius pater fiverat interdici, quemadmodùm suprà explicuimus (*d*), & ante nos etiam viri clarissimi Dodwellus & Pagius collegerant (*e*). Adde Baluz. p. 313. col. 1.

Ibid. *Redderet.*] *Redderet.* Gale; item Toinardus ad hunc locum, in auctoris verbis. Quæ illi proindè accipi volunt tanquàm ordo sit: *Nihil priùs egit, quàm Christianos cultui ac Deo suo redderet.* Paulò aliter, atque sine dubio minùs benè Col. pag. 378. col. 1.

Lin. 9. *Sanctæ Religionis restituta.*] *Restituta.* Editio Aboensis, quo & pacto emendari volebat Boherellus. Confer Baluzium, pag. 313. col. 1. Cuperum, pag. 471. col. 1. & Columbum, pag. 378. col. 1.

Ibid. *Sanctæ Religionis restituta.*] Quid, si potiùs, *sanctæ Religioni sua restituta*, vel *templa restituta*? Gale.

Nihil respuo. Sed quid, si tamen nil sit mutandum, & hîc loci vox *restituta* substantivè *restitutionem* sonet, quomodò apud Apuleium editionis Raphelengianæ, in hoc titulo: *Hermetis Trismegisti de Naturâ Deorum ad Asclepium* ADLOCUTA, *Apuleio, ut quidam volunt, interprete*, vox *adlocuta* planissimè *adlocutionem*, quod & adeò vocabulum in nonnullis codicibus alterius loco legitur, significat? Et quomodò iterùm apud Tertullianum (*f*) *defensam*, pro *defensione*, seu vindictâ reperimus; & apud Cyprianum (*g*) *remissam*, pro *remissione*; & apud Joannem Gerundinensem (*h*) *relatam*, pro *relatione*, ac sic de aliis. Judicent Docti.

CAPUT XXV.

Pag. 217. lin. 1. *Laureata imago ejus adlata est.*] Constantini nempè. *Pagius* (*i*).

Ibid. *Laureata imago ejus.*] Id est, secundùm Tralationem Angliçam, imago ejus cum impositis Imperatoriæ dignitatis insignibus, aut, si ad verbum oporteat, characteribus: *His image, with the caracters of the Imperial digniti upon it.* Undè quid clarissimo Interpreti Constantinus à moribundo patre, vel saltem ab exercitu post Constantii obitum factus fuerit, *Augustus*-ne, aut solummodò *Cæsar*, nemo non potest colligere.

Ibid. *Imago ejus adlata est.*] Ex Herodiano discimus, ritum hunc ab Elagabalo profectum. *Tollius.*

Locus est in Herodiani libro v. pag. mihi 567. tomi 8. Scriptorum Hist. Rom. editionis Francof. anni 1595. Adde Baluzium, p. 313. col. 1. Cuperum, pag. 471. col. 1. & Columbum, pag. 378. col. 2.

Ibid. *Ad malam bestiam.*] Galerium scilicèt Maximianum. *Pagius* (*l*). Qui quod suo

(*a*) *Ad Lactantium, in Not.* (*b*) *Lib. 7. cap. 25.* (*c*) *Lib. 8. Histor. Eccles. cap. 13.* (*d*) *Pag. 628. col. 2.* (*e*) *Ibidem.* (*f*) *Lib. 2. contra Marc. cap. 15.* (*g*) *Epist. 2. edit. Pamel.* (*h*) *In Eusebii Chronico, edit. Scaliger.* (*i*) *In Crit. Bar. ad annum Christi 306. num. 9.* (*l*) *Ibidem.*

modo Interpretes illustrationis gratiâ separatim fecerant, ita conjunxit. Maucroixii enim Versio pro *malâ bestiâ*, *Galerium*; Anglica verò *Maximianum* habet.

www.libtool.com.cn

Lin. 2. *Deliberavit diù, an susciperet. In eo penè res fuit, ut illam, &c.*] Lectio quidem satis ferenda. Sed potuit tamen hæc altera à nostro æquè benè, nî & meliùs adhiberi: *Deliberavit diù, an susciperet, aut illam & ipsum, qui attulerat, exureret. In eo penè res fuit, nisi eum amici*, quæque deinceps.

Lin. 3. *Amici.*] *Ses Ministres.* Maucroix.

Ac si noster scripsisset: *Ipsius in regendo Imperio Administri.* Rectè. Nam, ut ad Justinum 1. 5. clarissimus Collega Grævius observavit, *Amici Regum* dicebantur olim, qui eis à consilio sunt. Vide locum, ubi in eam rem plura exempla congeruntur.

Ibid. *Flexissent.*] Prætulerim, *deflexissent*, inquiebat suprà, pag. 611. col. 1. *Tollius.*

Lin. 4. *Ignoti Cæsares.*] Severus nimirùm & Maximinus Daia; quod ex his capitis XIX. certum ac perspicuum: *Tunc repentè* [*senex Diocletianus*] *pronuntiat Severum & Maximinum Cæsares. Obstupescunt omnes.* Paucisque interjectis: *In conspectu omnium Maximianus manum retrorsùm extendens protraxit à tergo Daiam... & exuto vestem privatam, constituit in medium. Mirari omnes, qui esset, undè esset*, quæque posteà.

Pag. 218. lin. 2. *Imaginem.*] *The statue*, Versio Anglicæ; cujus Auctor, cùm priùs eamdem vocem hujus capitis initio ad verbum reddiderit *image*, *(imago)* ostendit, aut se nullum ponere discrimen inter statuas & imagines, aut sibi saltem videri neutro loco sermonem esse de planæ picturæ imagine, quam Constantinus ad Galerium miserit, sed de statuâ, verbi gratiâ, fusili. At contrà, non debere apud nostrum statuas & imagines confundi, unus & alter locus commonebant, qui hujusmodi sunt. Capite 44. *Imperator Constantinus Maximini perfidiam cognoscit, litteras deprehendit*, STATUAS ET IMAGINES *invenit.* Ac similiter cap. 42. *Eodem tempore senis Maximiani* STATUÆ *Constantini jussu revellebantur*, ET IMAGINES, *cum quo pictus esset, detrahebantur.* Confer quæ ad hunc ultimum locum eruditissimè pro suo more amplissimus Cuperus annotavit, pag. 492. col. 2. & seqq.

Lin. 3. *Purpuram misit.*] Baluzium vide, pag. 313. col. 2.

Lin. 4. *In societatem.*] Imperii scilicèt, quemadmodùm meritò Interpretes suppleverunt.

Ibid. *Jam turbata rationes ejus.*] Quæ capite XX. enarrantur. *Tollius.*

Adde Columbum, pag. 378. col. 2.

Ibid. *Nec poterat alterum extra numerum nuncupare, ut voluerat.*] Voluisse unquàm Galerium *Cæsaris*, vel *Augusti* nomen potestatemque cuiquam extra numerum conferre, non modò nuspiàm videmus apud nostrum, sed contrarium ter in antecedentibus planissimè videmus. Nimirùm capite 18. his verbis: *Respondit* [*Galerius*] *debere ipsius Diocletiani dispositionem in perpetuum conservari, ut duo sint in Republicâ majores, qui summam rerum teneant, item duo minores, qui sint adjumento*; ac deindè capite 20. duobus locis, ubi scilicèt, si primùm de tertio Augusto extra numerum creando agatur, Galerium expectantem reliquimus, dum obiret Constantius, ut eo semel mortuo, Licinium veteris contubernii amicum, & à primâ militiâ familiarem, tum & cujus consiliis ad omnia regenda utebatur, *Augustum* ejus loco nuncuparet fratremque; & ubi rursùs, si jam de tertio Cæsare extra numerum faciendo quæstio sit, ita pariter idem Galerius à nostro relictus est cogitans de conferendâ olim Cæsaris dignitate in filium suum Candidianum, ut non ideò tres Cæsares futuri essent tunc temporis in Imperio Romano, sed duo tantùm, quoniam simul Galerio consilium erat imperium deponere, & ex altero *Cæsarum* Severo secundum facere *Augustum*, *ut cùm Imperii summam tenerent Licinius ac Severus, & secundum Cæsarum nomen Maximinus & Candidianus, inexpugnabili muro circumseptus securam & tranquillam degeret senectutem.* Quæ cùm ita sint, & illùc verè consilia ejus omnia tenderent, quid ista nunc esse queant: *Nec poterat alterum extra numerum nuncupare, ut voluerat?*

Versio Maucroixii est: *Il ne pouvoit nommer un troisiéme César contre la disposition de Dioclétien*; ad verbum, Non poterat tertium Cæsarem contra Diocletiani dispositionem nominare. Sed nunquàm Galerium de tertio Cæsare nuncupando cogitasse, ex modò dictis certum est; & ex his denuò capitis 20. [*Galerius Licinium*] *Cæsarem facere noluit, ne filium nominaret, & ut posteà in Constantii locum nuncuparet Augustum atque fratrem.* Præterquàm quòd hæc duo manuscripti codicis vocabula, *ut voluerat*, nuspiàm in Maucroixii Tralatione comparent.

Anglica fert: *Nor could he now make another Emperour supernumerary*; hoc est, nec poterat alterum Imperatorem extra numerum

Digitized by Google

facere. At neque jam ſemel Galerius ejuſmodi Imperatorem fecerat, quod illa Verſio innuit; neque is unquàm ullum talem creare cogitaverat, ut proximè oſtendimus; neque poſtremò duas voces, *ut voluerat*, eadem Tralatio magis exhibet. Quid ergò? Suntne prorsùs eliminandæ, tanquàm malo fato à Librariis in hunc locum intruſæ? Aut num potiùs ſervandæ, & loci vitium alibi latet? Puto equidem alibi cubare. Meaque, uno verbo, conjectura eſt, veram olim totius loci ſcripturam fuiſſe: *Jam turbata rationes ejus fuerant, nec poterat alterum ſe intra numerum nuncupare, ut voluerat;* hoc eſt, Licinium, maximum ſuum amicum, quemque adeò pro altero ſe habebat. Decreverat enim anteà reàpſe Galerius, uti jam è capite XX. meminimus, *Licinium veteris contubernii amicum, & à primâ militiâ familiarem*, in Conſtantii locum, ſtatim atque Conſtantius obiiſſet, ſufficere, atque Auguſtum nominare, & ita Diocletiani diſpoſitionem per omnia ſervare. Sed, cùm res in eo ſtatu eſſent, Conſtantinus in patris locum, præter Galerii expectationem, ſucceſſit. Nec proindè poterat ampliùs Galerius Licinium, alterum ſe, intra numerum nuncupare, ut voluerat. *Alterum me* ſimili ſenſu, nec ſemel apud Ciceronem reperies in Epiſtolis. Verbi gratiâ, ad C. Cæſarem (*a*): *Vide, quàm mihi perſuaſerim, te me eſſe alterum, non modò in iis rebus, quæ ad me ipſum, ſed etiam in iis, quæ ad meos pertinent;* & ad Atticum (*b*): *Hîc mihi ignoſcas; me enim multò magis accuſo, deindè te, quaſi me alterum.* Rursùm alibi: *Ad omnia me alterum ſe fore dixit;* denuòque ad Brutum: *Ad te, tanquàm ad alterum me, proficiſcens.* Quid? quòd ubi Ciceroni in Lælio *verus amicus, tanquàm alter idem* eſſe ponitur, *eſt enim is quidem*, inquit, *tanquàm alter idem*, nil poſſit unquàm illud *alter idem* ſonare, quàm quod nos Galli quotidiè dicimus, *un autre ſoi-même.* Agnoſco interim, haud leviter in præſentiâ differre vulgatam noſtri loci lectionem, *alterum extra numerum*, ab emendatione, quam proponimus, *alterum ſe intra numerum.* Sed Auctor ſecum, ut vidiſti, neceſſariò conciliandus erat; & conciliationem pro virili ex ipſomet opere eruimus, nec meliorem, ſi quis habeat, recuſabimus.

Lin. 5. *Extra numerum.*] Quia ſervanda erat *diſpoſitio* illa, de quâ ſuprà, cap. 18. *Editiones Oxon. & Cant.*

Confer Baluzium, p. 313. col. 2.

Ibid. *Ut Severum, qui erat ætate maturior.*] Agebat Conſtantinus, quo anni tempore hæc acta ſunt, annum ætatis trigeſimum quintum. Acta enim poſt VIII. Kal. Aug. quo die Conſtantius Chlorus mortuus eſt; & Conſtantinus, ut anteà à nobis cum Pagio poſitum, natus fuerat anno Chriſti 272. III. Kal. Mart. vel, ad ſummum, pridiè Kal. Apr. Conjiciat indè, qui poterit, quot jam annos illo, de quo agitur, tempore vixiſſet Severus. Certè, ſi non plures, vix minùs triginta quinque completis.

Lin. 6. *Auguſtum nuncuparet.*] Adeatur Baluzius, pag. 313. col. 2. & ſeq.

Ibid. *Conſtantinum verò, non Imperatorem, ſicut erat factus, ſed Cæſarem, &c.*] Admodùm perſtat noſter, ut vides, in ſuâ ſententiâ, Conſtantium filio ſuo Conſtantino *imperium per manus tradidiſſe*, & *Auguſtum* feciſſe. Eamque, quò magis cogito, illorum temporum adminiſtratio probabilem reddit, quâ qui primus erat Auguſtorum, omnia vulgò poterat in iſtis. Erat autem Conſtantius *ſenior Auguſtus*, ut ex initio capitis vigeſimi certum eſt. Verba ſunt: *Nam* [*Galerius*] *Conſtantium, quamvis priorem nominari eſſet neceſſe, contemnebat.* Quidni ergò id, quod pro ſuo jure Conſtantius, ſenior Galerio Auguſtus, erga filium Conſtantinum fecerat, confeſtim Galerius, poſt Conſtantii mortem ſenior Conſtantino Auguſtus, licere ſibi mutare crediderit, & illo reverà, qui jam recitatur, modo mutaverit? Aliter tamen, ne diſſimulem, doctiſſimus Cuperus, pag. 471. col. 1. & 2.

Addo, cùm hîc noſter plurimùm diſcriminis inter *Imperatorem* & *Cæſarem* ponat, inquiens, *Conſtantinum, non Imperatorem, ſicut erat factus, ſed Cæſarem cum Maximino appellari juberet*, ſtabiliri indè validè, quæ nos ſuperiùs contra Pagium ex hoc ipſo Scriptore, pag. 596. col. 2. notavimus.

Neque verò jam contrà, ex eo quòd idem Conſtantinus, qui in fine præcedentis capitis vocabatur *Auguſtus*, appellatur nunc in hujus clauſulâ *Imperator*, evertuntur quæ anteà de utriuſque vocabuli differentiâ tetigimus. Quoniam nempè, ſicut quotidiè Chriſtiauis idem Deus diverſo ſenſu modò *Optimus*, modò *Maximus*, & quandòque conjunctim *Optimus Maximus* nuncupatur: ita olim eidem quidem homini *Auguſti* & *Imperatoris* appellationes tribuebantur, ſed ſub diverſâ notione. Hîc autem, ne neſcias, ideò potiùs *Imperatorem*, quàm *Auguſtum* de Conſtantino

(*a*) *Lib. 7. Epiſt. ad varios, Ep. 5.* (*b*) *Lib. 3. Ep. 15.*

habemus, quia in proximè præcedentibus *Augustum* de Severo habuimus, & amat noster phrases & vocabula, quantùm potest, variare.

www.libtool.com.cn

Lin. 7. *Sed Cæsarem.*] Quæ viri doctissimi (*a*) de natali Constantini, ut ita dicam, Cæsareo hîc notarunt, sunt in promptu. Nolim de illo cum eis contendere. Hoc saltem mihi persuadere non possum, in Kalendario vetere Herwarti, in quo VIII. Kal. Januar. adscribitur *Natalis Invicti*, intelligi hunc Constantini natalem, non tantùm ideò quòd cùm trium natalium Constantini in illo Kalendario fiat mentio, semper dicatur *Natalis Constantini*, non *Invicti*: sed in primis, quòd VIII. Kal. Januar. vulgò sit appellatus *Natalis Solis*, & *Sol novus*. Chrysostomus Homiliâ de Nativitate Joannis Baptistæ extremâ: *Quòd dicunt, Solis Natalem esse, & Sol Justitiæ, de quo Malachias Propheta dicit*, & quæ sequuntur. Credebant enim, hâc die VIII. Kal. Januar. quam habebant pro Christi natali, dierum lucem augeri, noctium tenebras minui, & propterea Solem ex Antichtonum hemisphærio ad nos remeare incipientem quasi renasci. Eucherius Lugdunensis, sive is sit Eusebius, Homiliâ II. de Nativitate: *Hodiè enim* (VIII. Kal. Januar.) *noctis damna in diei transeunt lucra. Hodiè nox deficientibus tenebris minoratur, & dies additus luci* (fortè legendum, *additâ luce*) *producitur, ut nascente lucis auctore, omni illâ, quæ totum mundum operuerat & texerat, infidelitatis nocte discussâ, fides nostra velut dies luceat.* Inferiùs: *Omnium sæculorum antecessor & conditor hanc diem sibi, in quâ nasceretur, elegit, ut sicut proficiebat luce, proficeret etiam dignitate.* Propter quam causam hæc dies quoque apud Gentiles erat in magnâ dignitate, ut & apud nonnullos Christianos, non solùm propter natalem Christi, sed & Solis. Leo Magnus Sermone II. de Nativitate Christi: *In fide, quâ fundati estis, permanete, ne idem ille tentator, cujus jam à vobis dominationem Christus excluſit, aliquibus vos iterùm seducat insidiis, & hac ipsa præsentis diei gaudia sua fallacia arte corrumpat, illudens simplicioribus animis, de quorumdam persuasione pestiferâ, quibus hæc dies solennitatis nostræ, non tam de Nativitate Christi, quàm de novi, ut dicunt, Solis ortu honorabilis videtur. Quorum corda tenebris obvoluta, & ab omni incremento veræ lucis aliena sunt; imò buuntur enim adhùc stultissimæ gentilitatis erroribus.* Dictum autem hunc diem *Solem novum*, Ambrosius Sermone XVI. docet; & Censorinus de die natali, cap. 21. *Aliis à novo Sole, id est, brumâ, &c. incipere annus naturalis videtur.* Brumam verò in hunc diem incidere, multi Veterum statuerunt. Plinius lib. XIIX. c. 25. *Omnes ea differentia* (æquinoctiorum, solstitii & brumæ,) *fiunt in octavis partibus signorum. Bruma Capricorni ad* VIII. *Kal. Jan. ferè.* Servius ad I. Virgil. notavit, brumam finiri VIII. Kal. Jan. *Bruma*, inquit, *finitur* VIII. *Kalend. Januarii die.* Hoc igitur die Gentiles natalem Solis, quo Christiani plerique secundo & tertio sæculo epochæ Christianæ natalem Servatoris nostri celebrabant, quod etiam nunc faciunt. Hinc in illo vetere Kalendario dicitur *Natalis Invicti*, scilicèt Solis. Hoc enim perpetuum ejus epitheton, ut in antiquo lapide, qui penès me est, *Soli Invicto, Apollini.* Vide amplissimum Cuperum. *Gravius.*

Nimirùm pag. 472. col. 1. Confer quoque Pagii Criticam in Annales Baronii, ad annum Christi 306. num. 12. Maximè verò Joannis Harduini Antirrheticum de Nummis antiquis Coloniarum & Municip. ad Joannem Foy-Vaillant, pag. 65. & 66. rursùmque sub finem, in Addendis. Quin & denuò in Admonitione ad Lectorem, quam in paulò recentiori Opere (*b*) vir clarissimus post Embolum de Canone Turonensi subjecit.

Ibid. *Maximine.*] *Maximien.* Maurcroix. Id est, *Maximiano.* Quod quidem mirarer, nî id potiùs typothetarum errori tribuendum foret, quàm consilio Interpretis. Agi namque de Maximino Daiâ, & veteris schedæ lectio, & caput XIX. atque alia plurima, partim indicant, partim evincunt.

Lin. 8. *Ut eum de secundo loco reiceret, &c.*] Ita jam prima Baluzii editio. Aliæ omnes, *rejiceret*: quâ de re vide suprà, p. 666. col. 1. Adde quoque Toinardi Notas ad hunc locum.

CAPUT XXVI.

Pag. 218. lin. 1. *Composita ei res.*] Rectè. Nam ex capite XXV. *turbata priùs rationes Galerii Maximiani fuerant*; & inter alia, Latinis *componi* res dicuntur, quandò, postquàm uti hîc *turbata* sunt, cavetur ne in *perturbationem* incidant. *Turbari* enim, & *perturbari*

(*a*) Baluzius nempè, pag. 314. col. 1. & seq. (*b*) Titulus est: *S. Joannis Chrysostomi Epistola ad Cæsarium Monachum, cum Notis Joannis Harduini, & Dissertatione de Sacramento Altaris, Paris.* 1689.

Digitized by Google

non minùs à se invicem, quàm *purgare*, & *perpurgare*, quæque reliqua id genus, differunt. Cicero libro 1. Offic. *Cavere debemus, ne in perturbationem prius incidamus, quàm animos nostros ratio* COMPONAT; & noster infrà, cap. XXIX. cùm in antecedente mentionem feciſſet calamitatum, quas turbata res publica ſuſtineret, *profectus*, inquit, [*Herculius*] *ad hoſtem filii ſui Maximianum, quaſi ut de* COMPONENDO *Reipublicæ ſtatu cum eo diſputaret.* Quibus locutionibus nec illæ veterum abſimiles, ubi, ſive de rebus ſuo loco motis & in priſtinum reſtituendis agatur, ſive de aliis, quæ ad hoc aut illud minùs ordinatæ, meliùs olim diſponendæ eſſent, *componendi* verbum uſurpatum videas. De priori rerum genere Virgilius Æn. 1.

Quos ego. Sed motos præſtat COMPONERE *fluctus.*

De poſteriori autem, noſter capite XLVI. *Pridiè manè aciem* COMPOSUIT. Et Livius: *Acrior impetu atque animis, quàm* COMPOSITIOR *ullo ordine pugna fuit.* Niſi quòd ibi quidem, non ſimpliciter *compoſitior*, ſed *compoſitior ullo ordine* habemus; nec ſine magno forſitàn indicio ablativum *ordine* ſubaudiri ubique proprio, vel metaphorico ſenſu in præcedentibus locis.

Ibid. *Illi alius terror adlatus.*] Hoc eſt, alius nuntius, qui illum terreret. Vix ſiquidem noſter proximè, -ἐπεξηγούμενος causâ, ſubjecerit, *Maxentium Galerii generum Roma factum fuiſſe Imperatorem;* rursùmque inferiùs, aliis quidem verbis, ſed illius utique motûs rationem reddendo, *Maxentium fuiſſe purpurâ indutum*, cùm ſtatim ſequetur: *Quo nuntio allato. Terror* itaque manifeſtè hoc loco, pro nuntio terribili poſitus. Iſque terror Galerio *alius*, id eſt, alter novuſque ſupervenit, quoniam, ut jam vidimus, prior iſte ad malam beſtiam cum laureatâ Conſtantini imagine apportatus fuerat, *Conſtantium filio ſuo imperium per manus tradidiſſe.* Meritò igitur Maucroixius: *On apporta à Galérius d'autres nouvelles, qui le remplirent de terreur;* & breviter verſio Anglica: *he received a new alarm.*

Lin. 2. *Maxentium Roma factum Imperatorem.*] Cave, inquit ad iſta verba clariſſimus Toinardus, intelligas hoc *Imperatoris* ſignificatu *Auguſtum*, uti deindè, cap. 32. in fine, ipſe Maxentius factus eſt, ſtatim addens: Nam hîc [*Imperator*] nihil aliud eſt præter Cæſarem; infrà enim [computato Maxentio] legitur: *Et oderat* [*Maximianus*] *hominem, & tres Cæſares facere non poterat.* Ego verò cautione, quam vir doctiſſimus præſcribit, opus eſſe, fateor me non videre. Et è contrario, pauci illi milites, qui mox dicentur Maxentium Romæ, non repugnante populo, purpurâ induiſſe, mihi multò magis videntur *Auguſtum* è Maxentio, dum ita induerent, feciſſe, quàm *Cæſarem.* Primò, quia cùm imperium, quod ſic Maxentio tradebant, eriperent Severo, qui *Auguſtus* erat, non *Cæſar*, conſequitur indè naturaliter, *Auguſteam* dignitatem collatam potiùs fuiſſe per eos milites in Maxentium, quàm ſimpliciter *Cæſaream.* Illos enim ereptam revera voluiſſe Severo, non portionem tantùm. Imperatoriæ poteſtatis, quæ exindè à Maxentio cum mero Cæſaris nomine adminiſtraretur, ſed poteſtatem integram, hæc verba, quæ paulò poſt ſequuntur, indicant: *Severum* [*Galerius*] *arceſſit, hortatur ad recipiendum imperium*, quod totum igitur Severo in Maxentii gratiam fuerat ablatum. Secundò autem, ſi laudari milites Maxentium ſolo Cæſaris imperio donaſſent, nullo jure potuiſſet Maxentius patrem ſuum Herculium *bis Auguſtum* nominare, cùm ejuſmodi nuncupationes ad Auguſtos propriè, non ad Cæſares pertinerent. Atqui, ſicut iterùm ſequentia teſtantur, *Maxentius Herculio patri purpuram miſit, & bis Auguſtum nominavit.* Poſtremò, ut ex capitibus XXVIII. & XXXII. inter ſe collatis diſcimus, necdùm Galerius Maxentium, eâdemque operâ tres alios, vocitari omnes *Imperatoris* nomine juſſerat, cùm jam Maxentii poteſtas, ut ut noviſſimè *Auguſteam* Herculio patri reddidiſſet, Auguſteam illam ſui patris excedebat; qui non proindè merus erat *Cæſar*, quandò eam Herculio reſtitueret, ſed *Auguſtus*, ac quodammodò etiam pluſquàm Auguſtus.

Totam itaque hiſtoriæ noſtræ ſeriem evidenter turbat Toinardus, liceat dicere, dùm ex eo quod infrà legimus, *& oderat* [*Galerius Maximianus*] *hominem, & tres Cæſares* [computato Maxentio] *facere non poterat*, colligit, Maxentium nil aliud factum fuiſſe à memoratis militibus, quàm Cæſarem. Neque enim attingit noſter vel tantillulùm iis verbis, quo poteſtatis genere donatus fuerit Romæ Maxentius in illâ Prætorianorum ſeditione: ſed quid Galerio ad primum de illorum facto nuntium in mente venerit, & nequiverit tamen duabus de cauſis à ſeipſo impetrare, ut aggrederetur vel faceret.

Ante omnia ergò, quoniàm rem integram ordine recitare operæ pretium eſt,

Digitized by Google

pauci illi milites, qui Romæ in castris relicti, & opportunitatem nacti, Maxentium purpurâ induerunt, non *Cæsarem*, sed *Augustum*, cùm ita inducrent, fecerunt; diserteque est in eam rem Eutropius, libro x. his verbis: *Roma interea, Prætoriani excitato tumultu, Maxentium Herculii filium, qui haud procul ab Urbe in villâ publicâ morabatur*, AUGUSTUM *nuncupaverunt*. Neque pariter iidem Severo solam Imperii sedem, sed imperium integrum pro virili abstulerunt. Paulò post verò, allato semel hujus rei nuntio ad Galerium, cogitavit Galerius, utrùm quâ jam ratione de Constantino, quem Constantius *Augustum* moriendo creaverat, fecerat ipse pro senioris Augusti jure merum Cæsarem, facturus esset similiter merum Cæsarem de Maxentio, quem memorati milites Augustum constituerant. Sed istud tandem consilii postquàm plus minùs animo agitasset, duplici de causâ repudiavit. Una, quoniàm Maxentium valdè oderat, nec, præ eo odio, impetrare à se poterat, ut vel illum *Cæsarem* nuncuparet. Altera autem, quoniàm præterea per venerandam Diocletiani dispositionem capite 18. laudatam, tres simul Cæsares nequibant esse in Republicâ. Quàpropter sese aliò convertens, Severum arcessivit, & hortatus ad recipiendum imperium, misit eum cum Maximiani Herculii exercitu ad expugnandum Maxentium, ut ab omni scilicet imperio Maxentius excluderetur. Ac denique cùm post illam Severi adversùs Maxentium expeditionem, non modò non expugnatus fuisset Maxentius, sed è contrà plusquàm duplicatæ fuissent Maxentii copiæ, periissetque Severus, & Maxentii etiam potestas ipsam Herculii Augusti potestatem recenter in pristinum locum restituti superaret, tunc temporis, inquam, Galerius, qui simplicem *Cæsaris* appellationem tantæ potentiæ homini tribuere velle, nec satis Maxentio, nec sibi ipsi sat tutum fore judicabat, & qui insuper omnem summi imperii spem Maximino Daiæ volebat adimere, se Liciniumque *Augustos*, Maxentium verò & Constantinum *filios Augustorum*, *Cæsarum* nomen de medio tollendo, nuncupavit; concesso tamen iisdem non multò post ipso quoque *Imperatoris* titulo, eâ occasione, quæ in fine hujus capitis memoratur.

Ibid. *Maxentium Romæ factum Imperatorem.*] Maxentius, ut ex Lactantio, capite 46 (imò 44.) liquet, VI. Kalendas Novembris, id est, XXVII. Octobris Imperator Romæ appellatus est; & teste eodem Lactantio, capite 46. (potiùs, 26. & 25.) Galerius Maxentium Imperatorem dictum non accepit, nisi postquàm Severum Augustum & Constantinum Cæsarem appellavit. *Pagius, ad An. Ch.* 306. *num.* XI.

Adde Baluz. p. 315. col. 1. & Cuper. p. 472. col. 2. & seq.

Lin. 3. *Cùm statuisset.*] Galerius nempè Maximianus. Quorum nominum prius à Gallicâ Parisiensi versione, posterius verò ab Anglicâ suppletum.

Lin. 4. *Orbem terræ devorare.*] Figuratarum locutionum συμπλοκὴ, quam feliciter tralatio novissimè laudata explicuit in hunc modum, totius Imperii opes exhaurire; *to exhaust the wealth of the whole Empire.* Possit & hic Ciceronis locus pro Domo suâ vice commentarii esse: *Non enim arbitror, cùm post meum discessum omnium locupletum fortunas, omnium provinciarum fructus, & Tetrarcharum ac Regum bona spe & avaritiâ devorasses, &c.* Adde Col. p. 378. col. 2.

Ibid. *Prosilivit.*] MS. liber, *prosiluit*; ut quidem ex primâ Baluzii editione, quam reliqui posteà editores secuti sunt, colligere est. Vellemque sanè id præteritum secundæ viri clarissimi curæ non mutassent. Quorsùm enim, cùm *ut prosiluit* haud minùs in usu fuerit apud Latinos, quàm *prosilivit*? Livius, libro 8. Belli Punici: *Asdrubal clamore equitum excitatus . . . ex tabernaculo* PROSILUIT. Idem alibi: *Propè attonitus miraculo Rex cùm à sede* PROSILUISSET. Atque ante illum Virgilius, libro 5. Æneidos:

—*finibus omnes,*
Haud morâ, PROSILUERE *suis.*

Quid? quòd si *prosiluit* nequivisset servari, mutandum, credo, potiùs fuisset in *prosiliit*, quod infrà tibi capite 30. occurret, quàm in *prosilivit*. Sed, uti jam dixi, veteris membranæ lectio proba est; habuitque verbum *prosilio* tria simul præterita, *prosiluì*, *prosilivi*, & *prosilii*. Confer dicenda capitibus 30. & 49.

Ibid. *Ab hâc captivitate.*] Id est, ab hoc tributo, si Maucroixii versionem (a), vel

(a) *Galérius passa jusques à ce comble de fureur, de vouloir assujettir le Peuple Romain même à ce tribut.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

ab hâc indictione, si Anglicam (*a*) sequi voluerimus. Neque certè negandum, quin apud undecimi & duodecimi sæculi Scriptores, *captiones* & *captura* talia indigitent (*b*). Sed præter quàm quòd hæ voces ætatis infimæ sunt, differunt etiam plurimùm à vocabulo *captivitatis*. Quarè nunc quidem longè præstiterit, meo judicio, per *captivitatem*, captivitatis signum vel notam intelligere. Non quòd reverà captivus esset populus Romanus, sed quòd ut captivus tractaretur à Galerio. Noster suprà, capite 23. de iisdem censibus, atque apertè quæ nunc de hujus loci sententiâ dicimus, in antecessum firmans: *Census*, ait, *in provincias & civitates semel missus, censitoribus ubique diffusis & omnia exagitantibus, hostilis tumultûs & captivitatis horrenda species erant*. Possit autem, si in istis, *ad hanc usque prosilivit insaniam, ut ab hâc captivitate ne populum quidem Romanum fieri vellet immunem*, captivitatem rectè de captivitatis notâ vel signo accipimus, aliquid indè lucis loco Pauli ad Corinthios accedere, ubi vulgò Interpretes ἐξουσίαν pro potestatis indicio sumunt. Comma est, Ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, 1. Cor. xi. 10.

Lin. 6. *Describerent plebem.*] Col. vide, p. 378. col. 2.

Ibid. *Eodem ferè tempore castra quoque sustulerat.*] Locus variè acceptus à doctis. Id est, *numerum militum prætorianorum valdè imminuerat*. Maucroixii versio, cujus verba sunt: *En même temps il avoit extrémement affoibli le nombre des soldats Prétoriens.*

Hoc est, *aliquot privilegia prætorianis cohortibus ademerat*. Tralatio Anglica, ut ex his patet: *He had also at the same time made an attempt upon some of the Priviledges of the Pretorian Bands.*

Ibid. *Sustulerat.*] Malim, *transtulerat*. Gale.

Ibid. *Castra ... prætoria sustulerat.*] Id est, ex parte. Neque enim eos penitùs dicendus sustuliſse à quibus factus est Imperator. Siquidem secundùm Zosimum, περιελαύνων ὑπερέτας τῆς ἐγχειρίσεως δὲ Παλατιανὰς καλοῦσιν. εἰς τὸν βασίλειον θεσμὸν ἐκ τούτου ἀνεβίβαζεν, μεγάλαις ἀμοιβαῖς δωρεαῖς τὰς τῶν δίκας αὐτῶν κατευηνιλαμένος. *Edit. Oxon. & Cant.* Quibuscum faciunt Baluzius, p. 315. col. 1. & Cup. p. 473. col. 1. & 2.

Mea symbola est, omnia planissima fore, si pro *Eodem ferè tempore*, &c. alio tantùm ordine legerimus, *Eodem tempore castra quoque prætoria ferè sustulerat*. Ita autem faciendum esse, suadent primò quæ proximè sequuntur, *milites pauci qui Romæ in castris relicti erant*. Nam si reverà pauci milites relicti Romæ fuerant in castris, *ferè* ergò *castra prætoria sustulerat* Galerius, quæ nostra lectio est: non verò prorsùs sustulerat, quod recepta vocum dispositio innuit. Et deindè, cùm constet, nequaquàm nostrum numero multitudinis scripsisse in antecedentibus, *Cujus motûs hæ fuerunt causæ*, sed singulari numero, *Cujus motûs hæc fuit causa*, præstat certè duas res, è quibus seditio, quâ de agitur, nata est, eodem præcisè tempore accidisse, quia ita meliùs quasi unica fuerit causa illius motûs, quàm si diversis temporibus evenerint. Quarè ob id quoque legendum potiùs censeam, *Eodem tempore*, &c. quàm *Eodem ferè tempore*.

Lin. 8. *Nancti.*] Ita quoque prima Baluzii editio. Cæteræ, *nacti*. Vide omninò quæ de eâ re observantur suprà Columbo, p. 378. col. 2.

Ibid. *Occisis quibusdam judicibus.*] Inter quos Abellium interfecit τὸν τῆς πόλεως ὕπαρχον. *Edit. Oxon & Cant.* Idque, quod addunt, ex Zosimo. Confer Baluzium, pag. 315. col. 2.

Ibid. *Quibusdam judicibus.*] Judices hi non erant ordinarii & civiles, sed domestici Principum, & militares, de quibus suprà capite XXII. *Judices militares, humanitatis litterarum rudes, sine adsessoribus, in provincias missi*. Fit & eorumdem mentio, cap. XVII. ubi de morbo agitur Diocletiani. *Tollius.*

Lin. 9. *Qui erat concitatus.*] Id est, interpretante Maucroixio, *qui jam contra Galerium malè animatus erat* (*c*); & secundùm Versionem Anglicam, *qui erat valdè irritatus* (*d*). Ego verò explicare malim, *quem eo ipso tempore videre erat concitatum turbasque facientem*; ob illos nempè Censitores, quos audiverat ordinari, ut Romam missi describerent plebem. Gallicè, loquendique modo non minùs proprio quàm brevi, *soulevé*.

(*a*) *Maximian proceeded the that pitch of Madneſs, that he would not ſo much as grant the City of Rome an Exemption from this Tax.* (*b*) Vide *Gloſſar. Latin. Du-Cangii.* (*c*) *Animé déja contre Galérius.* (*d*) *The People, who were now much irritated.*

Ibid. *Maxentium purpuram induerant.*] Emendaſſe videtur, *Maxentium purpurâ induerant*, Galeus.

Pag. 219. lin. 1. *Turbatus eſt, &c.*] Galerius nempè, ſecundùm Maucroixium. Maximianus ſcilicèt, ſecundùm Tralationem Anglicam. Utrumque conjungit meritò Baluz. p. 315. col. 2.

Lin. 2. *Nec tamen nimiùm territus.*] Locutio ſic ſatis notanda, ſed cujus vim forsàn nulli meliùs hodiè ſenſerint, quàm Galli, quibus (etſi, quod miror, aliter verterit Maucroixius,) familiariſſimum eſt totidem verbis dicere, *& toutefois pas trop épouvanté.* Uſurpamus autem propriè, quandò quis, utì hîc, mediocriter turbatur, nec ineptus redditur animus ad diſpiciendum quid opus ſit facto. Similique dicendi genere noſter infrà, capite, XI. *non nimìs Auguſta proxima*: ubi vide Notas. Confer quoque Col. p. 378. col. 2. & ſeq.

Ibid. *Hominem.*] Pro quo *Maxentium* in ſuâ verſione poſuit commentarii vice Maucroixius.

Ibid. *Et tres Cæſares facere non poterat.*] Id eſt, & præterea Conſtantino Maximinoque Dajæ, quos jam ambos, licèt diverſiſſimâ mente, Cæſares fecerat, tertium, evehendo extra ordinem Maxentium ad ejuſdem Cæſareæ dignitatis apicem, addere non ſinebat diſpoſitio, de quâ loquuntur ſuprà Baluzius, p. 315. col. 2. & Cuperus, p. 473. col. 2.

Lin. 3. *Semel feciſſe quod noluit.*] Quandò ſcilicet Conſtantinum *Cæſarem* fecit invitus: quæ Maucroixii interpretatio.

Ibid. *Severum arceſſit.*] Cup. vide, pag. 473. col. 2.

Lin. 4. *Hortatur ad recipiendum imperium.*] Suum ſcilicèt. Eſt enim hîc *recipere*, non rem, quæ tibi demùm detur, accipere, quod Anglica verſio ſuggerit (*a*), ſed rem, quam jam antè habueris, recuperare, ſicut optimè tranſtulit Maucroixius, & doctè tibi explicabit ampliſſimus Cuperus, p. 473. col. 2. & ſeq. Vellem tamen, ne quid diſſimulem, Maucroixii Tralatio, quæ ſimpliciter eſt: *il l'exhorte à recouvrer l'Empire*, (hortatur ad recuperandum Imperium) poſſeſſivo nomine auctior eſſet; *il l'exhorte à recouvrer ſon Empire;*) hortatur ad recuperandum ſuum Imperium,) ne videatur nempè innuere Severum fuiſſe ſeniorem Auguſtum; quod certè non erat.

Ibid. *Mittit eum cum exercitu Maximiani.*] Herculii nimirùm, ſeu ſenioris, quod poſtremum lucis causâ ſupplevit Maucroixius in ſuâ verſione; neque id quidem, ut mox patebit, incaſſùm, monente pariter ad ſequentium intelligentiam Anglicâ, eundem Maximianum fuiſſe Maxentii patrem. Sed is porrò Maxentius, ut proxima oſtendent, neſciebat quid contra ſe Galerius Maximianus moliretur, quandò ita Severus ab illo ad ſeſe expugnandum cum patris ſui Maximiani Herculii exercitu miſſus eſt.

Lin. 5. *Maxentium.*] Lectio de quâ videndus tibi Baluz. p. 315. col. 2.

Lin. 7. *Maxentius tanti facinoris ſibi conſcius.*] Hoc eſt, ſumptæ ſine ſenioris Auguſti conſilio purpuræ, uſurpatique ſimul Italiæ Imperii, quod Galerius Severo cum Occidente ceſſerat.

Lin 8. *Licèt jure hæreditatis paternos milites traducere ad ſe poſſet.*] Senſus eſt, licèt ſibi minimè impoſſibile videretur paternos milites, ſiquidem à Severo contra ſe adducerentur, in ſuas partes hæreditatis jure traducere. Sunt autem *paterni* illi *milites* iidem, qui paucis antè verſibus *exercitus Maximiani* vocabantur. Vide dicta ſuprà, & Baluz. p. 315. col. 2.

Lin. 9. *Maximianus ſocer.*] Hoc eſt, Galerius; quod & maluit Maucroixius, illuſtrandæ narrationis gratiâ, ſuppreſſis auctoris verbis, ponere.

Lin. 11. *Quærebat quatenùs.*] De vi hujus adverbii Columbum conſule, pag. 379. col. 1.

Ibid. *Se à periculo impendente muniret.*] Hanc phraſim idem vir doctus, ibidemque loci, variis tuetur exemplis.

Ibid. *Patri ſuo.*] Seniori nempè Maximiano, ſicut additum à Maucroixio in ſuâ Tralatione.

Lin. 12. *Poſt depoſitum imperium in Campaniâ moranti.*] Περὶ τῶ παιδὸς ἐκείνως ἀγωνιῶν Μαξιμῖνος, inquit Zoſimus, τῆς Λυκανίας ὡς ἤδη τὴν ἐξουσίαν ὑπὸ τὸν Ῥωμύλον ἔτι. Quæ ita conciliat Baluzius, ſeceſſiſſe quidem Herculium in Lucaniam cùm imperium depoſuerat, ſed tùm cùm iſta agebantur, in Campaniam veniſſe. *Edit. Oxon. & Cant.*

Neque ſanè aliter Baluzius ſuprà, pag. 315. col. 2, & ſeq. Sed verò hujus loci verbis, quomodò hactenùs ſumpta ſunt, longè aliud ſignificari, res ipſa, & ambæ clariſſimorum Interpretum verſiones perſpicuè oſtendunt.

(*a*) *So he ſent for Severus, and perſuaded him to aſſume the Empire.*

Gallicâ i

Gallica, *Il envoie présenter la pourpre à son pere le vieil Maximien, qui après son abdication faisoit son séjour dans la Campagne.* Anglica autem, *So he sent the Purple tohis Father, vvho had lived in Campania ever since his Resignation of the Empire.* Quid si igitur in eo loco, ut alicubi apud Ciceronem (a), *& post*, sequente commate, atque alibi aliter mille locis, *posteà* valeat? & in nostro rursùm, Ciceronis imitatione, qui, *Ego morabor te*, pro *Ego te expectabo*, in Epistolis ad Atticum usurpavit, *depositum imperium in Campaniâ morantí*, pro, *expectanti*, dictum fuerit? Tunc profectò nulla magis videbitur superesse difficultas, quàm si planissimè haberemus: *Patri suo posteà, depositum imperium in Campaniâ expectanti, &c.* In quam scilicet Herculius, audito semel quo pacto Romæ filium suum Maxentium Prætoriani *Augustum* nuncupassent, summâ quidem celeritate, nec sine magnâ spe recuperandi imperii advolaverit è Lucaniâ, ubi jam indè à depositâ ingratis purpurâ privatus consenescebat: sed ita tamen, ut intra Campaniæ limites sese tamdiù tenere voluerit, donec utrùm sibi filius resumendæ purpuræ potestatem faceret, rescivisset. Juvatque admodùm, quamvis singula minùs distinctè recitet, Eutropius(b), his verbis: *Roma interea Prætoriani, excitato tumultu, Maxentium Herculii filium, qui haud procul ab Urbe in viâ publicâ morabatur, Augustum nuncupaverunt. Quo nuncio Maximianus Herculius ad spem erectus resumendi fastigii, quod invitus amiserat, Romam advolavit è Lucaniâ, quam sedem privatus elegerat, in agris amœnissimis consenescens.* Placet itaque, quò sic desinam, hæc distinctio: *Patri suo post, depositum imperium in Campaniâ morantí, purpuram mittit.* Neque ista Ciceronis dissimilis est: *Hora post, Antiochum Gabinium nescio quem, &c. condemnarunt.* Confer Baluz. p. 315. col. 2. & seq.

Lin. 13. *Bis Augustum nominat.*] Explicat hanc locutionem Toinardus suo loco.

Ibid. *Et rerum novarum cupidus.*] Baluz. vide, p. 316. col. 1.

Ibid. *Et qui deposuerat invitus.*] Purpuram scilicet, ἀπὸ τῶ κοινῶ, eoque propiore. Præcessit enim & *imperium*, quod æque benè ratio Latinitatis pateretur subaudiri. Sed remotius est. Adde Baluzium, pag. 316. col. 1. & seq.

Ibid. *Et qui.*] Lego, *& quia.* Gale.

Lin. 14. *Libenter arripuit.*] Eandem nempè purpuram. Quâ de re multò plura Baluz. ibidem, col. 2.

Ibid. *Severus interim vadit.*] Vadere nonnunquàm de hostibus qui armati, prælianque animo, procedunt, dicitur. Virgilius, Æn. 2.

> — *Spoliis se quisque recentibus armat.*
> VADIMUS *immixti Danais, haud numine nostro,*
> *Multaque per cæcam congressi prælia noctem*
> *Congerimus;*

& Livius pariter, libro 3. VADUNT *igitur in prælium ab suâ parte omissum, & locum, ex quo cesserant, repetunt; momentoque non restituta modo pugna, sed inclinatur etiam Sabinis cornu.* Imò quandòque etiam usurpatum videas de illis, qui sese hùc aut illùc, jam præliantes, conferunt. Ennius, lib. 8. Annal. versibus suprà laudatis:

> *Non ex jure manu consertum, sed magè ferro*
> *Rem repetunt, regnumque petunt:*
> VADUNT *solidâ vi;*

nec dissimili ratione Livius, libro 26. *Cùm inopinatò in castra Romana Numida Hispanique cum elephantis irrupissent, elephanti per media castra* VADENTES, *stragem tabernaculorum ingenti sonitu ac fugâ abrumpentium vincula jumentorum facerent.* Quarè omninò possis Columbi emendatione carere, quam proponit suprà, p. 379. col. 1.

Lin. 15. *Et se contra quem venerant tradunt.*] Corrige, *ei se contra quem, &c.* Gale.

Ita quoque emendaveram, quia mirè gaudet nosler *dandi*. Sed potuit etiam scripsisse, *& se ei*, vel *illi, contra quem venerant, tradunt*; aliaque id genus.

Lin. 16. *Sed occurr. jam resumpto imperio Maximianus.*] Senior nimirùm; quod non malè ambobus Interpretibus supplendum visum est.

Currenti anno [306.] *Maximianus Herculius*, qui post depositum Imperium in Lucaniâ morabatur, à Maxentio filio, dùm is in Campaniâ esset, Romam vocatus est, ab eoque iterùm Augustus nuncupatus, ut jam ex Lactantii capite 26. diximus: quod præsenti anno factum, non tantùm ex laudato Lactantii capite, sed etiam ex

(a) *In Epist. ad Attic. lib.* IV. 16. (b) *Initio serè libri* X.

ejus Consulatu ordinario anno sequenti [307.] juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam assumpto colligitur. *Pagius, in Crit. Baron. ad An. Ch.* 306. *nu.* 13.

www.libtool.com.cn

Lin. 17. *Cujus adventu Ravennam confugit.* [Zosimus ait, occisum fuisse ad tres Tabernas, ut captus fuerit Ravennæ. *Gale.*

Adde Baluz. p 316. col. 2. & seq.

Lin. 19. *Maximiano.*] Illi nempè, qui mox initio capitis XXVII. nominabitur simpliciter *Herculius*, & ita simul ab alio Maximiano distinguetur. Locus est, *Herculius verò cùm Maximiani nosset insaniam.* Judicet hinc obiter æquus Lector, quàm multis locis hic libellùs sit non subobscurus tantùm, sed obscurus, quàmque satiùs Auctori nobisque fuisset Herculium ubique, verbi gratiâ, *Herculium*, & Galerium pariter ubique *Galerium* nominasse.

Ibid. *Vestemque & purpuram eidem, à quo acceperat reddidit.*] Locus non unâ de causâ notabilis. Nam quod primò suprà vidimus, Severum missum fuisse à Galerio ad Herculium Maximianum, ut eum Herculius purpurâ indueret, (sunt enim *senex Maximianus* Capitis 18. & *Herculius Maximianus* idem homo ;) id hinc discimus fuisse factum, adeòque Severum ab Herculio purpuram accepisse. Et, quod jam secundum præcipuumque est, Severus qui ita purpuram ab Herculio acceperat, nonnisi *Cæsar* factus fuerat, cùm illam acciperet. Sed quandò eandem Herculio reddebat, recenter factus erat *Augustus* à Galerio, ut in fine capitis 25. traditum. Nec videtur proindè *Augustorum* purpura diversa à purpurâ *Cæsarum*, cùm quam Severus ut *Cæsarea potestatis* insigne ab Herculio habuerat, eandem, jam *Augustus* factus, Herculio, à quo habuerat, reddiderit. Addo, quod eòdem pertinet, Diocletianum capite 19. cùm se purpurâ, quam hactenùs ut *Augustus* & *senior Augustus* induerat, exueret, velletque simul convocatæ militum concioni hominem, quem unà cum Severo novum Cæsarem pronunciare tantùm non desinebat, traditâ in eorum oculis purpurâ notum facere, haud diversam ab illâ, quâ se exuit, Maximino Daiæ injecisse, sed eandem. *Huic purpuram Diocletianus injecit suam, quâ se exuit, & Diocles iterùm factus est.* Nescimus porrò, an ita quod satis sit ad amplissimi Cuperi quæstionem superiùs memoratam responderimus. Sed vix certè quæ nunc à nobis observata sunt, prætermitti poterant; nec quidquam meminimus in contrarium, quod valeat præponderare.

Ibid. *Vestemque & purpuram.*] Quærit suprà Columb. p. 379. col. 1. an sit ἐν δυσὶ δυοῖν. Idque negat, credens potiùs *interiorem & exteriorem vestem* intelligi. Ego contrà ἐν δυσὶ δυοῖν esse existimo, eamque unicè vestem significari, quæ simul fuerit purpurea, & exterior, ob hæc nimirùm Auctoris nostri verba secum collata :

Senex Maximianus . . . ut posset [*Constantinum*] *fallere, deposito* REGIAM VESTEM. *cap.* 29.

Senex Maximianus . . . cùm jam Constantinum æstimaret intrasse fines Barbarorum, repentè PURPURAM *sumit*, eodem capite in sequent.

Sed nec manifestè alia mens fuit doctissimis Interpretibus ; quorum Gallicus *vestemque & purpuram* simpliciter verterit, *la pourpre*, ad verbum, purpuram : Anglicus verò, *the Imperial purple* ; Imperatoriam purpuram, in hoc etiam confirmante palàm ultimo, quæ nos modò de indiscretâ Cæsarum Imperatorumque purpurâ diximus, quòd *Imperatoriam* vocaverit eam purpuram, quam Severus, cùm ab Herculio *Cæsar* fieret, accepit : *and gave back the Imperial Purple to him from whom he had received it.* Celebre autem figuræ, quam hîc laudamus, exemplum est, si quis aliquod requirat, Virgilianum illud (*a*), *lactis*, *qualem pateris libamus & auro*, pro *pateris aureis*, inquit Servius ; atque alibi (*b*),

Victori velatum auro vittisque juvencum,

pro *vittis* itidem *aureis*. Necnon in Actibus Apostolicis (*c*), ex meliori Doctorum sententiâ, ταύρους καὶ στέμματα ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ἐνέγκας, id est, vertente inter alios Bezâ, *cùm tauros vittatos*, seu *coronatos*, *ad vestibula adduxisset.*

Pag. 220. lin. 1. *Quo facto, nihil aliud, &c.*] Præstat sine dubio cum Aboensi editione, & ambabus rursùm versionibus, distinctionem tollere post *facto*, atque uno spiritu legere in hunc modum : *Quo facto*

(*a*) *Lib.* 2. *Georg.* (*b*) *Æneid.* 5. (*c*) *Cap.* XIV. *vers.* 13.

Digitized by Google

nihil aliud impetravit, nisi bonam mortem. Cette lâcheté ne put lui obtenir qu'une douce mort. Maucroix. *But all that he could obtain by this submission, was a gentle death.* Tralatio Anglica.

Ibid. *Bonam.*] Id est, lenem, ut modò Maucroixius: quod & proximè sequentia confirmant, *leniter mori coactus est.*

Lin. 2. *Nam venis & incisis.*] Fractis laqueo cervicibus, secundùm Zosimum. *Edit. Oxon. & Cant.*

Confer Baluz. p. 317. col. 1. & Cup. p. 474. col. 1.

Ibid. *Ei.*] Malim *sibi.* Gale.

Ibid. *Leniter mori coactus est.*] Anno scilicet Christi 307. *Pagius, ad An. Ch. 306. num. x. in fine.*

Ibid. *Ab hoc capite suos persequi.*] Lego, *ab hoc cœpit suos persequi.* Cùm anteà scilicet sæviisset in solos Christianos. *Boherellus.*

Ibid. *Ab hoc capite suos persequi.*] Vitio hujus mendosissimi loci facilè remedebimur, si cum Nicolao Heinsio legamus: *Ab hoc cœpit suos persequi. Ab hoc*, est post hoc. In *capite*, pro *cœpit*, ut multi scribebant, peccatum est litterarum transpositione. *Gravius.*

Ibid. *Ab hoc capite suos persequi.*] Adde, *cœperunt.* Sed fortè plura exciderunt. *Tollius.*

Ibi est hiatus. *Allix.*

Adde Col. p. 379. col. 1.

CAPUT XXVII.

P. 220. lin. 1. *Herculius verò cùm Maximiani nosset insaniam.*] Perioche in speciem perspicua, sed indè verè obscura, quòd is primùm, de quo nunc agitur, *Maximianus*, alius planè sit ab eo, qui hoc nomine indigitabatur in proximè præcedentibus. Tùm, quòd idem ille antecedentium *Maximianus* vocetur jam inopinanter *Herculius.* Huicque adeò obscuritati mederi volentes clarissimi Maucroixius & Burnetus, verterunt, ille quidem, tanquàm nostri verba sint: *Senex verò Maximianus cùm Galerii nosset insaniam.* [*Le vieil Maximien, qui connoissoit la fureur de Galerius.*] Hic autem, ac si recepta lectio esset: *Senior verò Maximianus cùm junioris Maximiani nosset insaniam.* [*But Maximian the elder knew wvel the madness of Maximian the younger.* [

Lin. 3. *Adjuncto Maximiano.*] Dazâ vel Dajâ.

Duæ editiones Oxonienses & Cantabrigiensis. Confer Baluz. p. 317. col. 1.

Lege, *adjuncto Maximino.* Editio Oxon. anni 1680. p. 108. in Emendationibus, quæ seriùs occurrerant.

Vulgatam scripturam secutus est Maucroixius in suâ versione, correctionem Burnetus. Vide tu, quid Toinardo de utrâque lectione pronuncietur suprà in Notis ad hunc locum, & ad caput XVIII.

Ibid. *Duplicatis copiis.*] Pro quo *duplicatis viribus* simillimo sensu reperies in fine capitis XLVI.

Ibid. *Quibus resisti nullo modo posset.*] Cum puncto & commate. *Gale.*

Emendandum puto: *Quibus cùm resisti*, &c. Boherellus.

Placet admodùm. Nisi quòd potuit etiam noster scribere: *Quibus resisti nullo modo posset; urbeque munitâ*, vel *& urbe munitâ*; adeò ut copula absorpta sit à præcedente voce. Sed ultimam, scio, legendi rationem teretes aures minùs amabunt.

Lin. 4. *Urbe munitâ, & rebus cœptis inimicis diligenter instruens.*] Hîc mendum cubat. *Allix.*

Locus depravatus, quique vix aliter videtur in integrum restitui posse, quàm si legatur: *Urbe munitâ, & rebus cœptis in itinere diligenter instans*, vel *insistens.* Edit Ox. & Cant.

Locus contaminatissimus. Quî purgari possit, incertum est. Heinsius conjiciebat: *Urbe munitâ, & se super cœptis inimicis diligenter instruens*; hoc est, diligenter rimans & inquirens quid consilii caperent inimici. *Gravius.*

Emenda: *Urbe munitâ, & rebus necessariis non minùs diligenter instructâ*; aut, si hoc non placet, *Et rerentibus copiis non minùs diligenter instructâ.* Tollius.

Corrigo: *Urbe munitâ, & præceptis amicos diligenter instruens*; sive, *Et rebus contra inimicos diligenter instans*, vel *insistens.* Gale.

Malim ego: *Urbe munitâ, & rebus aptis inimicis diligenter instruens*; modò non *res apta inimica*, sed *res apta inimicis* intelligantur, id est, aptæ ad arcendos & propulsandos à muris inimicos; *des choses propres pour des ennemis*, inquiunt quotidiè Galli ad verbum, qualia olim erant scorpiones, catapultæ, & reliqua id genus. Hirtius lib. 5. *Scorpionum, catapultarum, cæterorumque telorum, quæ ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat.* Adde Cuperum, pag. 474. col. 1. & Columbum, pag. 379. col. 2.

Lin. 5. *Proficiscitur in Galliam.*] Baluzium vide, pag. 317. col. 1 & 2.

Lin. 6. *Sua minoris filiæ nuptiis.*] Maucroixii versio, seu verius paraphrasis est: *par le mariage de sa fille Fausta*; suæ filiæ Faustæ nuptiis. Rectè. Confer Baluzium, pag. 317. col. 2. ac Toinardum insuper ad hunc locum.

Ibid. *Ille interea.*] *Galérius.* Maucroix. *Maximianus alter.* Tralatio Anglica. Adde Baluzium, pag. 317. col. 2. & Toinardum, ſuo loco.

Lin. 7. *Ad urbem accedit.*] Romam ſcilicet, quod non immeritò Interpretes è ſequentibus, & communi Latinitatis uſu, ſimpliciter & rotundè in ſuis verſionibus poſuerunt.

Ibid. *Populum trucidaturus.*] Baluzium vide, pag. 318. col. 1.

Lin. 9. *Ad circumſedenda mœnia.*] Malebat, credo, vir doctus, cujus nomen, propter rei incertum, tacebo : *Ad circumdanda mœnia.* Sed nullâ mutatione opus eſt. *Mutinam circumſedere, Coloniam circumſedere, oppidum circumſedere*, aut, ut nonnulli codices habent, *circumſidere*, aliaque id genus, Ciceroni familiaria ſunt in Philippicis, & alibi, pro *obſidere*, & ſimilibus.

Lin. 10. *Æſtimaretque illam.*] Virgilius Eclog. 1.

Illam ego huic noſtræ ſimilem, Melibœe, putavi,
Stultus ego huic noſtræ ſimilem, &c. Tollius.

Lin. 12. *Socer generum oppugnaret.*] Id eſt, Galerius Maximianus Maxentium ; quod vel hæc capitis XXVI. oſtendere poſſint : *Maxentius tanti facinoris ſibi conſcius ... cogitans ... fieri poſſe, ut Maximianus ſocer ... ipſe cum ſuo exercitu ad ſe oppugnandum veniret.* Adjice tamen quæ ex Triſtano memorat ampliſſimus Cuperus, pag. 474. col. 1.

Ibid. *Et quòd Romani milites Romam, tranſlatis ſignis.*] Editio Aboenſis, mutatâ, meo judicio, diſtinctione optimâ in peſſimam : *Et quòd Romani milites, Romam tranſlatis ſignis, imperium reliquerunt.*

Lin. 13. *Imperium reliquerunt.*] Galerii nimirùm ; quod Maucroixio non ſupervacaneum viſum eſt explicare : *Se révolterent contre Galérius.*

Pag. 221. lin. 1. *Dimiſſiſque animis.*] Præſtiterit *demiſſiſque* legere. *Boherellus*, item *Gale*, à quibus nec diverſus abit Columbus, pag. 379. col. 2.

Tam *dimiſſis*, quàm *demiſſis*, hîc legi, & commodè exponi poteſt. Sed prius melius. *Dimittere animos*, id eſt, omittere & abjicere ſuperbiam. *Dejicere animum* potiùs, quàm *animos* dicitur. *Tollius.*

Ibid. *Dimiſſiſque animis.*] Nihil verius Columbi correctione, *Demiſſiſque animis.* Nam quàm demiſſo animo provolutus fuerit ad genua militum, ſequentia docent. *Dimittere animum* quid ſit, Latium ignorat. *Gravius.*

Lin. 3. *Donec promiſſis ingentibus flexit animos eorum.*] Hæc ex ſecundis curis Baluzii. Prima namque editio, quam & cæteræ poſteà imitatæ ſunt, manuſcripti codicis lectionem ad hunc modum in Auctoris verbis repræſentaverat : *Donec promiſſis ingentibus ſelix animus, quorum.* Undè natæ ſequentes Eruditorum notulæ, aut illuſtrationes.

Ibid. *Felix animus, quorum.*] Hîc mendum latet. *Allix.*

Facilis emendatio : *Flexit animos eorum.* Edit. Oxon. & Cant.

Enfin la grandeur de ſes promeſſes en toucha quelques-uns. Maucroix. Ex cujus proindè conjecturâ ſcriptum olim : *Donec promiſſis ingentibus, flexit animos quorumdam*, vel *aliquorum.* Adde Baluzium, pag. 318. col. 2. Columbum, p. 379. col. 2. & Toinardum, pag. 413. col. 1.

Lin. 4. *Fugam trepidus capeſſivit, in quâ opprimi, &c.*] Videre denuò poſſis Baluzium, pag. 318. col. 2.

Lin. 5. *Si cum paucis.*] Variant hîc Interpretes, quorum alter de *paucis equitibus*, alter verò de *parvâ militum manu* accepit. *Si on eût envoyé de la cavalerie après lui.* Maucroix. *If he had been purſued by ever ſo ſmall a body.* Verſio Anglica.

Lin. 7. *Utenſilia.*] Res ad victum neceſſarias. *Edit. Oxon. & Cant.* ſimiliterque Interpretes (*a*).

Utenſilia ſunt cibaria, copiæ neceſſariæ victui. Tacitus I. Annal. 70. *Pernoctavere ſine utenſilibus, ſine igne.* Vide quæ ibi notavit vir ſummus, Joannes Fridericus Gronovius. *Gravius.*

Ibid. *Utenſilia.*] Notabilis hujus hîc vocis notio. *Tollius.*

Adde Cuperum, pag. 474. col. 1.

Lin. 8. *Quò peſtiferum.*] Lege : *Quà peſtiferum.* Tollius.

Lin. 9. *Mulieres corrupta.*] Nempè vi, quomodò in præcedentibus : *Dedit militibus poteſtatem, ut diſperſi quàm latiſſimè diriperent omnia, vel* CORRUMPERENT. Sequitur mox ſynonymâ voce de virginibus : *virgines violata ;* ut non proindè perpetuæ ſit diffe-

(*a*) *Pour ôter le moyen de ſubſiſter à ceux qui le voudroient ſuivre.* Maucroix. *That it might not be poſſible for an army that might purſue him to find were upon to ſubſiſt.* Verſio Anglica.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

tenuia, quam capite VIII. pag. 591. col. 2. occurrere posse credidimus & firmavimus inter *corrumpere* & *violare* in consimili argumento. *Women were forced.* Versio Anglica; quod non nisi de mulieribus vi corruptis, seu violatis in usu est.

Ibid. *Extorti parentes & mariti, ut filias, ut conjuges, ut opes suas proderent.*] *Extorqueri* vulgò, non de personis, sed de rebus usurpatur: *torqueri* verò de personis; ut, uno verbo, *res* communiter *extorqueantur*, *persona torqueantur*. Priori pacto, *extorquere pecuniam*, *extorquere talenta Attica* L. *extorquere ferrum*, *extorquere auxilium*, apud Ciceronem cum quàm plurimis aliis ejusmodi locutionibus occurrunt. Posteriori verò, noster suprà capite XIV. *Judices universi, omnes denique, qui erant in palatio magistri, datâ potestate, torquebant*; & paulò post rursùm: *Nihil usquàm reperiebatur, quippè cùm familiam Cæsaris nemo torqueret.* Item capite XXI. *Torquebantur ab eo non modò Decuriones, sed Primores etiam civitatum*; & pariter capite XXIII. *Si omnia defecerant, ipsi contra se torquebantur.* Quarè vel nunc compositum *extorti* pro simplici *torti* eâdem ratione habeamus, necesse est, quâ Latinis *territus* & *exterritus*, *pavidus* & *expavidus*, cæteraque hujus generis promiscuè ferè adhibentur. Vel sensus est, parentes & maritos adeò in illâ occasione tortos fuisse, ut ab eis tandem, ubi loci filias, conjuges, opes abscondissent, Galeriani milites extorserint; dicente nimirùm haud dissimili sententiâ Cicerone in Tusculanis: *Quoniam extorsisti, ut faterer.* Eligant Docti quod maluerint.

Lin. 11. *Hoc modo se ad suas sedes recepit.*] *C'est ainsi que Galérius regagna les terres de son obéissance.* Maucroix. Hoc modo se Galerius ad ditionis suæ terras recepit.

Lin. 12. *Hostiliter universa vexasset.*] Vera est ergò Vorstii ad Sulpicium Severum, primis Christianorum persecutionibus *vexationum* nomen in Historiæ Sacræ limine tribuentem, annotatio: »*Vexare*, ut Asconius docet, *ingentis calamitatis usum significat.* Et passim Auctores id verbi jungunt talibus, quæ ingentem calamitatem utique significant, scribuntque *vexare & perdere*, *diripere & vexare*, *populari & vexare*, *vexare & spoliare*«. Nam & hîc *hostiliter universa vexare* habemus; minùsque adeò necessaria emendatio, quam proponit suprà Baluzius, pag. 318. col. 2.

Lin. 14. *Cujus titulum immutari volebat.*] Eumdem ibidemque vide.

Lin. 15. *Sed Daciscum.*] Quippè qui ipse Dacià oriundus fuerit. *Edit. Oxon. anni* 1580. Item *Oxon. anni* 1684. *& Cantab. anni* 1685. Nisi quòd hæ duæ legi insuper jubeant, *Dacicum.*

Ibid. *Daciscum.*] Alii legunt, *Dacicum.* Sed vulgata lectio illo Severi apud Hist. Aug. Scriptorem in Maximino defendi potest: *Thraciscum eum compellantis.* Tollius.

Adde Baluzium, pag. 318. col. 2.

CAPUT XXVIII.

Pag. 221. lin. 1. *Post hujus fugam.*] Id est; *Postquàm ita reliquisset Italiam Galerius Maximianus*, ut ex variis, quas Eruditi in hunc locum contulerunt, curis colligere est.

After that he had left Italy in this manner. Versio Anglica.

Après la fuite de Galérius. Maucroix.

Ibid. *Hujus.*] Nempè Galerii Maximiani. *Pagius* (*a*).

Ibid. *Maximianus alter.*] Is ergò, de quo suprà capite 8. *Quid .... Maximianus, qui est dictus Herculius?* quique alibi totiès *senex Maximianus* in hoc libello vocitatur, imò hoc ipso loco in Maucroixii Versione. Adde Baluzium, pag. 318. col. 2. & Columbum, pag. 379. col. 2.

Ibid. *E Galliâ recepisset.*] In Italiam nempè, undè se contrà paulò antè in Galliam receperat. Cap. ult. *Et ab urbe Româ tanquàm superbus alter exactus est.*

Lin. 2. *Habebat imperium commune cum filio.*] Nempè Maxentio. *Pagius* (*b*). Idque secundùm Tralationem Anglicam, *in that part of the Empire*; hoc est, in eâ Imperii parte, quam eadem Versio paulò antè *Italiam* nuncupabat, & in quam noster hujus capitis initio tacitè posuit Maximianum Herculium sese è Galliâ recepisse, id est, rediisse.

Lin. 3. *Quippè cùm prior & major filii potestas.*] Subintelligi potest *a esset*: commodius autem, & ad perspicuitatem aptius addi. *Tollius.*

Ibid. *Quippè cùm.*] Corrigo, *quippè quod.* Gale.

Mea conjectura est, emendandum esse, *quippè tùm*, ut hoc temporis adverbio Cecilius noster significaverit, fuisse olim cùm Maxentii potestas, quæ post redditum suo patri Herculio imperium prior & major erat sui patris potestate, non ejusmodi esset, sed

(*a*) *In Crit. Baron. ad annum Christi* 307. *num.* 5. (*b*) *Ibid.*

Digitized by Google

inferior & minor. Adde Baluz. pag. 318. col. 2.

Ibid. *Qui etiam patri reddiderat Imperium.*] Accipio quasi noster scripserit, *quam adeò exercuit*, vel, *quâ etiam usus imperium patri reddiderat, illumque bis Augustum nominaverat.* Pro *etiam*, editio Aboensis seu casu, seu cujusvis consilio, divisim habet, *& jam.* Mallem, si quid foret immutandum, legere *quâ* pro *qui*, hoc pacto, *quâ etiam* (subaudi *potestate*) *patri reddiderat imperium.* Neque aliter fortè fuerat Auctoris manus.

Lin. 6. *Ut sibi sua vindicaret.*] Hoc est, si Maucroixii versionem paulò liberiùs interpretemur, ut quæ sua fuerant, sibi vindicaret, & reciperet : ad verbum autem, ut antiquam suam hæreditatem recuperaret : *De se mettre en possession de son ancien héritage* ; quod mihi vel ob hunc Victoris locum, jam plus semel allatum, valdè blanditur, *quasi partito imperio, cuncta quæ trans Alpes Gallia sunt, Constantino commissa. Africa Italiaque Herculio.*

Lin. 7. *Quia milites erant, &c.*] Ex veteri Herculii exercitu, quos in suas partes facilè se pertracturum existimavit. *Edit. Ox. & Cant.*

Rectiùs sine dubio, ampliſſimi Cuperi imitatione, legeris, *quia sui milites erant, qui Severum reliquerant*, hoc sensu : quoniam eam partem Maxentianorum militum, quæ paulò antè ab Imperatore Severo, sublatis signis, desciverat, & sese Maxentio, contra quem venerant, tradiderat, Herculius suam propriè esse reputabat, non filii Maxentii ; adeò ut admodùm verisimile esset, illos, qui quoniam olim patris fuerant, ad filium relicto Severo defecerant, defecturos pariter à filio ad patrem, quamprimùm daretur occasio. Confer Baluz. p. 318. col. 2. & Cup. p. 474. col. 2.

Pag. 222. lin. 1. *Ad filium.*] Ad Maxentium. *Maucroixii versio.*

Lin. 2. *Illum principem calamitatum.*] Id est, Anglicæ versioni : *The Chief occasion of all the calamites, &c. precipuam occasionem omnium calamitatum.* Maucroixio *auctor & princeps* non diversa hoc loco sonabant, qui ita nempè verterit, ac si posterius vocabulum hinc prorsùs abesset : *l'ayant appellé l'auteur des calamités publiques, il lui arrache la pourpre.* Certum est non multùm differre, si modò differant. Colligo ex istis Ciceronis locutionibus, *princeps belli, princeps noxæ, princeps atque architectus sceleris* ; similiterque ex istâ Cæsaris, *princeps sceleris, & conciator belli* : in quibus haud tantùm optimo sensu *auctor* pro *princeps* possit ubique substitui, sed in quibus præterea videas *sceleris principem & sceleris architectum* synonyma esse, item, *principem belli & concitatorem belli.* Adde Col. p. 379. col. 2.

Lin. 3. *Quas resp. sustineret.*] Videndus rursùm, ibidemque loci Columbus.

Ibid. *Diripuit, &c.*] Propter quod *seditionem & convitia militum tulit.* Eutr. libro 10. *Edit. Oxon. & Cant.* Confer Baluz. p. 319. col. 1.

Ibid. *Diripuit.*] Lege, *deripuit.* Tollius.

Adde Cuperum, p. 474. col. 2. & quæ superiùs notata, p. 582. col. 1.

Ibid. *Purpuram.*] *The Imperial purple.* Versio Anglica, hoc est, Imperatoriam purpuram ; quod optimè quidem convenit cum initio capitis XXVI. *Subitò illi alius terror adlatus est, generum ipsius Maxentium Romæ factum Imperatorem* : sed non ideò labefactant quæ superiùs, auctorem nostrum cum seipso conferentes, collegimus, pag. 682. col. 1. & 2.

Ibid. *Exsutus.*] Ita quoque editio Aboensis. Cæteræ, *Exutus.* Neque aliter suprà in fine capitis 4. *exutus ac nudus.*

Lege, *Exutus.* Allix.

Lin. 5. *Senex.*] Deest importunè ista vox in editione Aboanâ ; quod propter illos moneo, qui eâ utuntur.

Lin. 6. *Tanquàm Superbus alter.*] Scilicet Tarquinius, Romanorum Rex ultimus. *Pagius* (*a*). Confer Baluz. p. 319. col. 1.

Comme un autre Tarquin. Maucroix. Hoc est, tanquàm alter Tarquinius. *As Tarquin the proud.* Versio Anglica : id est, tanquàm Tarquinius Superbus.

Ibid. *Superbus.*] Editio Aboensis, *Superbus*, cum majusculâ litterâ ab initio : quo etiam modo rescribi volebat Galeus.

Ibid. *Exactus est.*] Delendum hîc verbum substantivum, utpotè inficetum, & abundans. *Tollius.*

Imò servandum esse, neque ullum ipsi vitium inesse, quæ jam dicam, perspicuè, credo, ostendent.

CAPUT XXIX.

P. 222. lin. 1. *Rediens rursùs in Gallias.*] Anno scilicet 307. circa mensem Augustum, ut

(*a*) *In Critic. Baron. ad annum Christi* 307. *num.* 5.

ex libello de Præfectis Urbis, à Cuſpiniano primùm & Onuphrio, tùm à Bucherio in lucem edito, intelligitur. *Pagius* (*a*).

Ibid. *Ubi aliquantulùm moratus eſt, profectus ad hoſtem, &c.*] Elegantiùs verbum ſubſtantivum poſt *profectus* inferatur. *Tollius.*

Vel cum ſupplemento alterius *eſt* legere oportet, *ubi aliquantulùm moratus eſt, profectus eſt ad hoſtem*: vel diſtinguendum, *ubi aliquantulùm moratus, eſt profectus, &c.* Boherellus. Item, quòd ad poſteriorem diſtinctionem attinet, Col. pag. 319. col. 2.

Ego, quin propter afferendas proximè rationes poſterius priori longè præferendum ſit, nullus dubito.

Ibid. *Profectus ad hoſtem filii ſui Maximianum.*] Id eſt, *ad alterum Maximianum.* Verſio Anglica.

Galerium ſcilicet. Pagius (*b*): cum quo conferendus Baluz. p. 319. col. 1.

Hoc eſt, *ad Galerium in Pannoniam*, uti tranſtulit Maucroixius.

Omnia admitto. Agi enim cùm de Galerio Maximiano (qui ab Herculio Maximiano diverſus, verè indè *alter Maximianus* fuerit) tùm de eodem degente tunc temporis Carnunti in Pannoniâ, & ad quem Herculius profectus ſit & pervenerit, è Zoſimo atque aliis certiſſimum eſt. Quæro tantùm, quomodò potuerit Herculius, redeundo, ut fecit, ex urbe Româ in Gallias, Carnuntum proficiſci? Qui enim ex Urbe in Galliam ibant, tergum prorsùs obvertebant Carnunto; Herculiuſque non ſe tantummodò in viam versùs Gallias dedit, adeò ut cùm Mediolanum, verbi gratiâ, perveniſſet, ſuſceptum iter deſeruerit, ibique cœperit in Pannoniam tendere: ſed rediit reapsè in Gallias, quin & aliquandiù in Galliis poſt reditum fuit commoratus; nec niſi poſt eam commorationem ad Galerium filii ſui hoſtem profectus eſt. *Rediens rursùs in Gallias, ubi aliquantulùm moratus eſt, profectus ad hoſtem filii ſui Maximianum*: undè, vel ſi nolim, denuò rogandum, quî potuerit Herculius illo ipſo tempore quo redibat ex Italiâ in Gallias, nec ceſſavit ad Gallias pergere, Carnuntum, Pannoniæ oppidum, cui dorſum vertebat, proficiſci?

Hanc difficultatem eruditorum nemo, non dicam ſolvit, ſed ne quidem tetigit. Solvet verò facilè, opinor, receptæ interpunctionis mutatio, paulò altiùs repetita, in hunc modum. *Quorum* [militum] *irâ & clamore perturbatus eſt ſenex impius, & ab urbe Româ, tanquàm ſuperbus alter, exactus eſt rediens rursùs in Gallias, ubi aliquantulùm moratus, eſt profectus ad hoſtem filii ſui Maximianum.* Ita quippè Herculius concionem, in quâ à Maxentii humeris purpuram deripuit, non in urbe Româ habuerit, ſed extra urbem, & fortaſſis etiam procul ab urbe, & ad hoc vel illud Latii oppidum, Herniconum putà territorii; *advocavit enim populum ac milites*, uti ſuperiùs narratum. Idemque poſteà, irâ & clamore militum de ipſius facto graviſſimè indignantium perturbatus, conſilium ſubitò ceperit in Gallias per urbem Romam revertendi. Mox autem, Româ ipſâ, tanquàm ſuperbus alter, fuerit exactus; idque, cùm ſuum illud conſilium exequeretur, hoc eſt, dùm reapsè in Gallias per urbem Romam rediret, ad quas deindè pervenerit, & à quibus denique, in illis aliquantiſper moratus, contenderit in Pannoniam ad Galerium Maximianum filii ſui hoſtem. Vides, nî admodùm fallor, quàm parvo labore non parva hiſtoriæ ſeries ſecum cohæreat; item, quomodò contra Tollii ſententiam (*c*) *rediens eſt* poſt *exactus* non ineptum ſit & redundans; poſtremò, uti quoque nihil neceſſe ſit alterum *eſt* poſt *profectus* ſupplere, ſed tantùm diſtinguere, *ubi aliquantulùm moratus, eſt profectus, &c.*

Lin. 2. *De componendo Reipublicæ ſtatu.*] Locutio valdè propria, ſicut antè initio capitis 26. p. 676. col. 2. notavimus. Vide ſis. Eſtque aliàs hæc Sulpicii Severi quàm ſimillima, *paulò poſt rebus domi compoſitis.* Locus integer, quò meliùs judices, ſic habet (*d*). *Nec multò poſt Tirchac Rex Æthiopum regnum Aſſyriorum invadit. Quo nuncio Sennacherib ad ſua tuenda converſus, fremens & clamitans, victori ſibi victoriam eripi, bellum omiſit, miſſis ad Exechiam litteris, cum verborum contumeliis denuncians*, ſe paulò poſt, rebus domi compoſitis, *ad excidium Judeæ maturè rediturum.*

Lin. 3. *Cum eo diſputaret.*] Non quo ſenſu vulgò *diſputandi* ſumitur, ſed illo, quem ex Ciceronе ſtabilitum ſuprà videas in Cuperi Notis, p. 474. col. 2. & in Maucroixii Burnetique verſionibus feliciter expreſſum hoc pacto: *Sous pretexte de conferer avec lui des affaires de l'Empire.* Maucroix. *He pretended that the went to concert with him, &c.*

(*a*) *Ibid. num. 6. collato cum* 1. (*b*) *Ibid. num. 6.* (*c*) Vide *pag. prec. col. 2.* (*d*) *Lib. 1. Hiſt. Sac. cap. 50. & 51. edit. Vorſt.*

Digitized by Google

Tralatio Anglica. Quæ in utroque Interprete Latinè sonant, *quasi ut de Imperii negotiis consilia conferrent & caperent.*

Lin. 4. *Regnum ejus.*] Id est, ut optimè versio Anglica, eam Imperii partem quæ Galerio obtigerat: *his share of the Empire. Regnum* enim propriè dictum non fuisse, certum est. Sed, ut illis temporibus Imperatores & Cæsares nonnunquàm *regis* nomine donabantur, ita quoque *regni* appellatione eorum ditiones.

Ibid. *Exclusus à suo, quòcunque venisset.*] Ex Aurelio Victore, quod nec noster capite VIII. negabat, Imperii portio, quam Diocletianus administrandam Herculio commiserat, Italiæ atque Africæ limitibus continebatur. Sed nuspiàm noster, postquàm semel capite XXVI. resumpti ab Herculio imperii mentionem fecit, vel tantillulùm Africam ut Herculii regnum, aut ut regnum ad quod fuerit profectus, & à quo undique, etsi suo, fuerit exclusus, nominavit, verùm unicè Italiam, quam sibi Herculius, ut suam, vindicare voluerit; tùm Galliam, in quam bis fugerit. Quarè non dubitamus, quin *regnum, à quo nunc, quòcunque venisset, exclusus fuisse* dicitur, intelligere propriè oporteat de Italiâ: sive non alia pars prioris imperii reddita fuerit Herculio per filium, quod satis crediderim; sive simul reddita sit Africa, quod videtur suprà præferre amplissimus Cuperus, p. 474. col. 2. nec negaret forsitàn Pagius, qui in Crit. Baron. ad annum Christi 336. nu 12. disertè ponit *Felicem* illum, *Prætorio Prefectum*, ad quem Lex 21. Codicis Theodosiani inscripta est, ita fuisse *Prefectum Prætorio* Italiæ, ut in eâ Africæ quoque Præfectura contineretur.

Ibid. *Quòcunque venisset.*] Nullum habet sensum, nisi dispescas à priori membro, & fiat initium sequentis periodi. *Allix.*

Putabam, sensum optimum sine receptæ distinctionis mutatione elici posse in hunc modum; nullam fuisse urbem in Italiâ, ad quam se Herculius recipere tentaverit, quæ non ei portas obseraverit, atque ità, quòcunque veniret, exclusum fuisse à suo regno, id est, à regno, quod sibi olim Diocletiani dispositione commissum solus rexerat, & habuerat posteà commune cum filio, quasi postliminii jure.

Lin. 5. *Aderat ibi Diocles.*] Hoc est, apud eum Maximianum, ad quem antè dictus est Herculius fuisse profectus, proindèque apud Galerium Maximianum, seu, quod eòdem redit, in aulâ Galerii, si cum Maucroixio ad sensum potiùs, quàm ad præcedentia vocabula volueris respicere: *Galérius avoit depuis peu fait venir à sa Cour Dioclès*, &c. Confer Balusium, pag. 319. col. 1.

Ibid. *Diocles.*] Hæc prima occasio, quæ data sit nostro loquendi de Diocletiano post istam capitis XIX pericopen: *Huic purpuram Diocletianus injecit suam, quâ se exuit, & Diocles iterùm factus est.* Undè, cùm illum jam non *Diocletianum*, sed *Dioclem* nominari audimus, videtur sequi, Diocletianum, purpuram deponendo, ad pristinam suam *Dioclis* nuncupationem rediisse. Præsertim cùm pariter capite 37. legamus: *Nam si quid reliqui vel Diocles, vel Maximianus reliquerunt;* & iterùm capite 52. *Ubi sunt modò magnifica illa & clara per gentes Joviorum & Herculiorum cognomina, quæ primùm à Dioclete & Maximiano assumta?* Vide sis tamen, ne quid tale incautiùs colligas. Noster enim capite 41. non *Dioclem*, vel *Diocletem*, sed *Diocletianum* denuò appellabit his verbis: *Augusta verò in desertas quasdam Syriæ solitudines relegata, patrem suum* DIOCLETIANUM *per occultos gnarum calamitatis suæ fecit;* & Eutropius quoque (a) de eodem ad privatam vitam regresso: DIOCLETIANUS, inquit, *privatus in villâ, quæ haud procul à Salonis est, præclaro otio senuit.* Adde, ne nunc plures adducam, Hieronymi locum superiùs allatum, pag. 651. col. 1. Maucroixius, quasi nostrum corrigens, *Galérius*, aut quid potiùs eligeret ambigens, *avoit depuis peu fait venir à sa Cour Dioclès, ou Dioclétien son beau-pere;* ad verbum: Galerius Dioclem, seu Diocletianum socerum suum recenter in aulam suam acciverat.

Ego sanè quid potiùs eligendum sit, dijudicasse nolim. Sed quocunque tandem nomine Diocletianus post imperii abdicationem vocandus, aut reàpse vocitatus fuerit, erat certè tunc vel *Diocles iterùm*, sine alio addito, ut cùm noster suprà, *Diocles iterùm factus est*, scribebat; vel *Diocles*, seu *Diocletianus iterùm privatus*, si adjicienda sit simul mentio conditionis; vel *Diocles*, seu *Diocletianus secundùm privatus*, eo modo, quo qui olim secundum Consulatum apud Romanos agebant, *secundùm Consules* dicebantur; vel denique *Dioclus*, seu *Diocletianus bis privatus*, sicut suprà Herculius capite 26. *bis Au-*

(a) *Lib. 9. Hist. Rom. in fine.*

gustus

gustus nominabatur. Et jam harum omnium locutionum numerales litteræ nunquàm magis fatalem numerum bestiæ Apocalypticæ, si quis eâ de re Meldensis Episcopi exemplo cogitare velit, conficient, quàm in cæteris superiùs memoratis contigit; quod ideò addo, ne se forsàn aliquò elabi posse crediderit vir clarissimus. Vide notulas imâ paginâ subjectas (*a*).

Ibid. *A genero nuper accitus, ut, &c.*] Diocletianus, si vera essent quæ ab eodem Episcopo ad caput 13. Apocalypseos ponuntur, cæteros omnes Imperatores ad Licinium usque fecerat, fuitque cunctorum quasi pater & origo; quin & Diocli (postquàm is, abdicato Imperio, *Imperatoris* nomini valedixisset) conservata fuit quodam modo, secundùm Cl. Præsulem, potestas alios creandi. Hincque, pergente eodem, Diocletianum Galerius Maximianus ad se, cùm vellet *Augusti* titulum Licinio dare, accersivit. Sed primò, ut liquet ex cap. 24. Constantinum, non *Diocletianus*, sed *Constantius Chlorus* Augustum nominavit, eique imperium per manus tradidit. Neque item Severum *Diocletianus*, sed *Galerius* Augustum nuncupavit, cap. 25. in fine. Neque pariter Maxentium *Diocletianus*, sed *Prætorianorum manus* Imperatorem fecit, cap. 26. Neque magis Severum *Diocletianus*, sed *Galerius* ad recipiendum imperium hortatus est, & reàpse perpulit, ibidem. Neque iterùm magis Herculium *Diocletianus*, sed *Maxentius* bis Augustum nominavit, ibidem rursùs. Neque postremò in sequentibus *Diocletianus*, sed *Galerius* tres derepentè jubebit *Imperatores*, præter se & Licinium jam Augustos, sublatis Cæsarum nomine priscâque simul Diocletiani dispositione, numerari, cap. 32. Imò omnia ista non modò non præsente Diocletiano, sed ne quidem consulto facta esse, apparebit ex iisdem capitibus. Ne & addam, Severum etiam, insciente planè Diocletiano, missum fuisse à Galerio ad Herculium ante ipsam Diocletiani abdicationem, ut ab Herculio purpurâ indueretur. Quarè quæ ex laudati Episcopi in Joannis Apocalypsin Observationibus initio hujus Notæ retulimus, mera sint oportet somnia hominis causæ studio abrepti. Hâcque tandem simplici & propriâ de causâ accitus fuerit Diocletianus à Galerio, quandò, præsente illo, imperium Licinio dare voluit, ut solennior esset inauguratio.

Ibid. *A genero.*] A Galerio. *Mauclerius.*

Ibid. *Quod antè non fecerat.*] Vide Baluzium, pag. 319. col. 2. & Columbum, pag. 379. col. 2.

Lin. 6. *Imperium Licinio daret.*] Baluzius longam instituit hîc loci disceptationem de anno, quo Licinius factus est Imperator, aliis in annum 307. aliis verò in sequentem rejicientibus, quorum palmarium argumentum est, Galerium intra tam paucos menses tot terrarum spatia emetiri non potuisse; quibus tamen id reponi potest, inquietum & ferox Galerii ingenium, imperii præsertim retinendi cupiditate accensum, ea citò perrupisse repagula, quæ animis paulò sedatioribus obicem posuissent. *Edit. Oxon. & Cant.*

Licinium currenti anno (307.) Augustum appellatum, rectè scripsit Baronius, & nos in Dissertatione Hypat. demonstravimus. Quarè errat Idacius in Fastis, ubi hanc dignitatem anno sequenti ei collatam tradit. Rectè tamen uterque annotavit, eam nuncupationem *Carnunti* in Pannoniâ, idque *III. Idus Novembris* peractam. Sed Licinius priùs Cæsar, ac non multò post Augustus appellatus, ut ibidem ostendi. *Pagius, in Critica Baron. ad an. Ch.* 307. *num.* 14. ubi & plura in eam rem.

Adde Baluzium, pag. 319. col. 2. & Cuperum, pag. 474. col. 2. & seq.

Ibid. *Substituto in Severi loco.*] Rectè, qui malunt, *in Severi locum.* Tollius.

Rectiùs quidem crediderim. Nam sic, verbi gratiâ, Florus lib. 1. cap. 6. *Ergò inter Tarquinii mortem, annitente reginâ, substitutus* IN LOCUM *Regis (Servius Tullius).* Sed uno verbo, quod communiter *in manum tradere, in matrimonium postulare*, aliaque hujus generis innumera melioris ævi Scriptores dicebant, noster è contrario, & Sulpicius Severus, & Vulgatus Interpres Bibliorum non rarò *in manu tradere, in matrimo-*

(*a*) DIoCLeS IterVM—MDCLVII.
DIoCLes IterVM prIVatVs—MDCLXVIII.
DIoCLetIanVs IterVM prIVatVs—MDCLXXIV.
DIoCLes seCVnDVM prIVatVs—MMCCLXXII.
DIoCLetIanVs seCVnDVM prIVatVs—MMCCLXXVII.
DIoCLes bIs prIVatVs—DCLXIII.
DIoCLetIanVs bIs prIVatVs—DCLXIX.

nio poſtulare, in matrimonio accipere, & ſic de reliquis, dixerunt. Hinc inferiùs, capite 35. *commendatis Licinio conjuge ſuâ & filio, atque* IN MANU TRADITIS; & capite 39. *Legatis præmiſſis*, IN MATRIMONIO POSTULAT; & apud Sulpicium Severum, lib. 1. cap. 9. *Jacob . . . amore virginis conflagrabat, eamque ſibi* IN MATRIMONIO POSTULANS, *&c.* ac rursùm, cap. 43. *Achab ... Jezabel* (id eſt, Jezabele) *filiâ Baza Regis ex Sidone* IN MATRIMONIO ACCEPTA, *Baali idolo aram lucoſque conſtituit;* qui tamen alibi (*a*), *Moyſes . . . apud Jethro . . . diverſatus, filiam ejus Sephoram* IN MATRIMONIUM ACCEPIT; & alibi rursùm (*b*) *Saul . . . filiam Malchol . . . Faltim cuidam* IN MATRIMONIUM DEDIT; quibus & alia apud eumdem ſimilia, ut quoniam ita quarto Chriſtianiſmi ſæculo politiores Patres promiſcuè utrâque phraſi uſi ſunt, non debeat, meo judicio, hujus loci ſcriptura temerè interpolari. Confer quæ ad capita XXXV. & XXXIX. obſervabimus.

Lin. 7. *Itàque fit utroque præſente.*] Diocletiano nimirùm, & Maximiano ſene, ut non malè tam ex antecedentibus, quàm è proximè ſequentibus ſupplevit, vel explicuit Maucroixius. Mox enim ſequitur *ſenex Maximianus*, & paulò antè præceſſit *Diocles*.

Adde Baluzium, pag. 322. col. 1. & ſeqq.

Ibid. *Sic uno tempore ſex fuerunt.*] Locus ſine dubio corruptus, vel mutilus. Quid hoc enim, *ſex fuerunt?* cùm nulla vox præceſſerit, quæ jam plurali numero intelligi, &, quod aiunt, διὰ τὸ κοινὸν ſubaudiri poſſit. Additum autem ſupplementi vice vocabulum *Imperatores* ab ambobus Interpretibus. *Il y eut donc alors ſix perſonnes qui portoient le nom d'Empereurs.* Maucroix. *And now there were all at once ſix Emperours.* Verſio Anglica. Miror, non propriè ſanè, quòd id vocabuli neutro numero in toto hujus capitis initio, imò nec in toto ſuperiori capite 28. legatur: ſed quoniam qui tunc temporis rem publicam gerebant, nondùm omnes *Imperatores* erant, ſed ex antiquâ Diocletiani diſpoſitione per Galerium confirmatâ, partim *Imperatores*, partim *Cæſares*. Vide modò, ſi quid dubitas, totum caput XXXII. Intelliges, tantùm abeſſe, ut, Licinio ſemel *Imperatore* nuncupato, ſex præfuerint reipublicæ *Imperatores*, ut contrà diſtinctio *Cæſarum* ab *Imperatoribus* obtinuerit adhùc aliquandiù, nec denique nomen Cæſarum verè ſublatum fuerit è medio, niſi poſtquàm temporis lapſu ſcripſiſſet ad Galerium Maximinus, ſeſe ſalutatum fuiſſe *Auguſtum* ab exercitu, &, acceptis iis litteris, juſſiſſet demùm Galerius, ut qui quatuor, præter ſe, hoc aut illo jure & titulo Imperium Romanum adminiſtrabant, *Imperatores* quoque in poſterum nominarentur, ſicut ſuo loco firmabimus. Quæ cùm ita ſint, quomodò horum verborum, *Sic uno tempore ſex fuerunt*, ſenſus eſſe poſſet, *Sic uno tempore ſex fuerunt Imperatores?* Potiùs ergò, detur conjecturæ venia, ſcripſerit noſter: *Sic uno tempore ſex præfuerunt; Reipublicæ* nimirùm, cujus mentio in antecedentibus hâc perioche: *Quaſi ut de componendo Reipublicæ ſtatu cum eo diſputaret.*

Ibid. *Sic uno tempore ſex fuerunt.*] Herculius ſcilicèt, Galerius, Maximinus Daza, Conſtantinus, Maxentius & Licinius. *Edit. Oxon. & Cant.*

Adde Baluzium, pag. 323. col. 2. Columbum, pag. 380. col. 1. & Pagium in Criticâ Baron. ad annum Chriſti 307. num. 6.

Lin. 8. *Impeditis conſiliis ſenex Maximianus.*] *Maximien fruſtré de ſon eſpérance.* Maucroixius. Latinè, Maximianus, quem ſua ſpes fruſtrata fuerat. Præſtiterit ſine dubio ex ſequentibus Terentii verſibus (*c*) explicare:

P. *Ehodùm, bone vir, quid ais? Viden' me conſiliis tuis*
Miſerum impeditum eſſe? D. *At jam expediam.*

Ubi vide, ſi vacat, aut opus eſt, Commentatores.

Ibid. *Tertiam quoque fugam moliebatur.*] Locus variè acceptus ab Interpretibus. Maucroixius per præſens, *ſe prépare à une troiſième fuite.* Ad verbum, tertiam fugam parat. Non malè, cùm in ejuſmodi locutionibus verba præſentis & imperfecti temporis eleganter idem valeant. Serviuſque alias ad illud Æn. 1.

Sæpè fugam Danai Trojâ cupiere relictâ
Moliri, inquit, id eſt, *parare.*

Verſio autem Anglica per præteritum: *Fled again for the third time;* ſe tertiâ vice in fugam dedit, inducto ſic Herculio non fugam poſt plus minùs temporis parante, ſed jam fugiente. Suſpicabar, ſcripſiſſe noſtrum, *Tertiam quoquò fugam moliebatur*, hoc eſt, aliquò fugiendi certus, in quem potiùs locum ex multis, qui in mentem veniebant,

(*a*) *Lib. 1. cap. 13.* (*b*) *Cap. 35.* (*c*) *Terent. in Andr. Act. 3. Sc. 3.*

Digitized by Google

abiturus esset, cogitabat, & res interim, quæ ad fugam necessariæ erant, parabat. Cicero 2. de Divin. *Ita quoquò se verterint Stoici, &c.*

Lin. 9. *Plenus mala contagionis ac sceleris.*] Malebat Heinsius, *Plenus mala cogitationis ac sceleris. Contagioni* hîc nullum esse locum putabat. Cogitationes has malas in verbis sequentibus prodit. *Gravius.*

Ibid. *Contagionis.*] Corrige meo periculo, & lege, *cogitationis. Contagio* sanè hîc locum non habet; nec juvant allata à clarissimo Columbo, pag. 380. col. 1. *Tollius.*

Ibid. *Contagionis.*] *Cogitationis.* Sic lib. 5. Inst. §. 12. de Justitiâ. *Gale.*

In laudato tamen Lactantii loco, non modò nuspiàm *cogitationis* vox ullo casu comparet in meis editionibus: sed videtur etiam recepta lectio, *purum ab omni sceleris contagione præstare*, sensum habere optimum. Judica tu. Locus integer talis est: *Adeòne apud vos perit innocentia, ut ne morte quidem simplici dignam judicetis: sed supra omnia facinora habeatur, nullum facinus admittere, pectusque purum ab omni sceleris contagione præstare?*

Ibid. *Ut Constantinum Imperatorem.*] Quem necdùm tamen Galerii concessu licebat *Imperatorem* vocari, sed tantummodò *Cæsarem.* Verùm noster planè Constantii dispositionem, de quâ in fine capitis XXIV. antiquiorem habuit Galerianâ, de quâ pariter in fine capitis XXV. mentio est. Hinc que, sicut is suprà statim à Constantii obitu, *Suscepto*, inquit, *imperio, Constantinus Augustus*, ita nunc idem post annum & ampliùs ab ejusdem Constantii excessu, *Constantinum Imperatorem* vocat. Cui locutioni mox similes plures hoc ipso capite videbis; ut eòpropter potuerit quidem aliquandò hic Scriptor *quinque*, ante sublatum Cæsarum nomen per Galerium, numerare *Imperatores*, sed non *sex*, quia eòusque Maximinus Daza mero *Cæsaris* nomine seu titulo gaudebat.

Lin. 10. *Generum suum.*] Utpotè qui Faustam Maximiani filiam in uxorem duxerit. *Edit. Oxon. & Cant.*

Adde Baluzium, pag. 323. col. 2.

Ibid. *Generi filium.*] Id est, Constantii, qui, Helenâ repudiatâ, Theodoram, Herculii *filiam*, duxit, seu, ut alii malunt, *privignam.* Edit. Oxon. & Cant.

Confer Baluzium, pag. 324. col. 1.

Ibid. *Dolo malo.*] Qui *bonæ fidei* opponitur. Vide Brissonii formulas. *Tollius.*

Dolus malus est, cùm aliud agitur, aliud simulatur. Julius Paulus lib. Sentent. receptar. Tit. 9.

Pag. 223. lin. 1. *Regiam vestem.*] Quæ mox alio nomine *purpura* vocabitur. *Repentè* PURPURAM *sumit*; & à Lactantio similiter his verbis: *Romanis indumentum* PURPURÆ *insigne est regiæ dignitatis assumptæ*, lib. IV. Institut. cap. 7. ut indè validè firmentur quæ superiùs diximus, pag. 682. col. 1. & 2.

Les ornemens Impériaux. Mancroixius. Ad verbum, ornamenta imperatoria, multitudinis numero. *The Imperial habit.* Versio Angl. Id est, Imperatorium habitum, numero unitatis.

Adde Baluzium, pag. 324. col. 1.

Ibid. *Francorum gens in armis erat.*] Illud Francorum bellum, de quo Lactantius loquitur, non videtur ab eo diversum, de quo Eusebius in Vitâ Constantini, lib. 1. cap. 25. ubi ait, Constantinum adversùs *Britannicas* gentes trajecisse. *Pagius, in Critick Baron. ad annum Christi* 307. *num.* 7.

Sed jam igitur anno Æræ Christi Dionysianæ 307. Franci totam Galliam pervasissent, & in *Britanniâ Gallicâ* consedissent, quod me nuspiàm legere memini; contrà verò, diversissima apud Eginhardum & alios. Adde Baluzium, pag. 324. col. 1. ad hæc verba, *relictâ militum parte*; & quem sequi malim, Cuperum, pag. 475. col. 2.

Britannia Gallica hoc nomen accepit circa annum Christi 460. cùm Placidi Valentiniani tempore, Rivalus Anglorum dominationem fugiens, cum magnâ Britannorum multitudine trajecit in Galliam, & Venetorum, & Osismiorum fines occupavit, ac de suâ gente Britanniam appellavit. *Gravius.*

Lin. 3. *Barbaros.*] *Francos linguâ Atticâ Valentinianus Imperator à feritate & duritiâ atque audaciâ vocari voluit*, inquit Ivo Carnotensis initio Chronici de Regibus Francorum; quod hunc locum (ubi noster eandem gentem, quam paulò antè *Francos* nominavit, simpliciter *barbaros* appellat) valdè illustraret, nisi *Francorum* nomen utriusque Valentiniani temporibus antiquius esse, hic liber, plurimaque alia veterum monumenta, docerent & evincerent. Sed an ideò mollior olim huic auctori *barbarorum* appellatio, cùm de Gallis ageret? Minimè sanè. Nam ita Carpos odiosè capite 4. ita Persas capite 5. *barbaros* nuncupavit, haud aliâ mente alibi *barbaram libidinem, barbariem naturalem, barbarum aliquem generum, barbaram servitutem*, & hujusmodi alia nominans.

Digitized by Google

Lin. 5. *Credit adolescens.*] *Ce jeune Prince.* Maucroixius.

Haud malè, modò non de *Principe admodùm juvene* intelligas. Tunc enim Constantinus annum ætatis agebat circiter tricesimum sextum. Confer dicta ad caput 24. p. 668. col. 2.

Lin. 6. *Relictâ militum parte majore.*] Vide Baluz. p. 324. col. 1.

Lin. 9. *Imperatori.*] Constantino scilicet, quod meritò maluit Burnetus, perspicuitatis gratiâ, repetere, quàm cum nostro, variatâ appellatione, obscuriùs loqui. Adde dicta, pag. præc. col. 1.

Lin. 10. *Cum exercitu revolat.*] Columb. vise, p. 380. col. 1.

Lin. 11. *Opprimitur homo.*] Senex nempè Maximianus, quod ex parte Interpretes declararunt, idemque adeò, qui paulò antè opprimere ipse Constantinum cogitaverat. Præcessit enim: *Persuadet nihil suspicanti* (Constantino) *ne omnem secum exercitum duceret... ut & ipse* (Senex Maximianus) *haberet exercitum quem occuparet, & ille* (Constantinus) *opprimi posset ob militum paucitatem.*

Lin. 15. *Quod ipsum præcipuè non deceret.*] Quia & ipsius Constantini socer erat, & patris fuerat Constantii, & Imperator provectæ ætatis, quem omni honore exceperat, adeòque *patris* loco, quia Augusti *Cæsarum patres* dicebantur. *Tollius.*

Lin. 16. *Tùm subitò à tergo ejus porta reserantur, milites recipiuntur.*] Planissimo sensu, modò neutrum strictius à tergo Herculii accidisse, sed in remotâ urbis parte, cui tergum vertebat, intelligas, cujus observationis ratio & necessitas per se patent.

Lin. 17. *Adtrahitur ad Imperatorem rebellis Imperator.*] Vide ut pergat noster ad aliorum potiùs dispositionem respicere, quàm ad Galerianam. Omninò, si vel locum istum capitis 26. *Patri suo post*, Herculio scilicet, *depositum imperium in Campaniâ moranti*, (Maxentius) *purpuram mittit, & bis Augustum nominat*, cum hoc capitis 32. conferueris: *Victus contumaciâ* (Galerius) *tollit Cæsarum nomen, & se Liciniumque Augustos appellat, Maxentium & Constantinum filios Augustorum*, intelliges adeò, non habitum fuisse per plus minùs temporis Herculium pro Imperatore à Galerio, ut in istâ ferè ultimâ Galerii dispositione nulla fiat Herculii mentio, nedùm ut Imperatoris.

Ibid. *Pater impius.*] Pater nempè, proprièque dictus, ratione filiæ Faustæ, quam Constantinus uxorem duxerat: *Impius* autem, id est, crudelis, inhumanus, immisericors, sicut contrà *pius pater* de patre benigno, humano, & misericorde usurpatur. Cicero: *Non scio in me pius, quàm pater in filios*: ut non proindè solam filiorum erga parentes pietatem vel impietatem Latini memoraverint, sed parentum quoque in filios. Imò, *æternam Dei pietatem*, hoc est misericordiam *in gregem suum* laudabit noster sub finem hujus libri, capite 52.

Lin. 18. *Audit scelera quæ fecit, &c.*] Hoc est, quamprimùm verò ad Constantinum fuit adductus, exprobravit illi Constantinus, quomodò non se pro patre & socero gessisset, sed sceleratè, impiè, perfidè. Tùm autem detracta ei vestis. Ac denique, postquàm ita fuisset increpitus, vitâ donatus est. Adde Col. p. 380. col. 1.

Ibid. *Vestis.*] Regia scilicet, ut noster, p. præc. col. 2. loquebatur. *Purpuram* Maucroixius, *Imperatoriam purpuram* Burnetus, rotundè transtulerunt.

CAPUT XXX.

P. 223. lin. 1. *Sic amisso Imperatoris ac soceri honore.*] Id est, Herculius autem Maximianus, amisso in eum modum honore, quem ei anteà Constantinus atque alii communiter ut *Imperatori*, Constantinus verò insuper ut *socero* exhibebant. Firmant tam sequentia verba, *humilitatis impatiens* (ex quibus liquet, Herculium deinceps non solâ purpurâ, sed cultu quoque & obsequiis aulicorum caruisse, atque ad humillimam denique vitæ conditionem fuisse redactum) quàm quòd in præcedentibus dicitur Constantinus Herculium, nullum ipsi honorem habendo, increpasse ut hominem *scelestum*, ut *patrem impium*, ut *socerum perfidum.*

Maximien privé du titre d'Empereur & de beau-pere. Maucroixius; ita simpliciter de amissis *Imperatoris* & *soceri* appellationibus sermonem esse existimans.

But Maximian having lost both the dignity of an Emperour, and the regard that was payed to him as a Gather in Lavv. Versio Anglica; *amissum* jam *Imperatoris honorem* de Imperatoriæ dignitatis amissione, *amissum* verò *soceri honorem* de amissâ Constantini in socerum Herculium observantiâ explicans. Qui sensus à nostro minùs recedit, idemque ferè cum illo est.

Lin. 2. *Quia semel abiit impunè.*] Punctum quod est ante *Quia*, transfer post *impunè*. Boherellus. Item Gale.

www.tbbook.com.cn

Digitized by Google

Suspicabar ego copulam &, quæ sæpiusculè alibi à præcedentibus vocibus absorpta est, absorptam pariter fuisse hîc loci ante *quia*, ubi proindè legendum putem: *Et quia semel abiit impunè, vocat, &c.* Adde Cup. p. 475. col. 2. & consimilem locum suprà, p. 565. col. 1.

Ibid. *Vocat filiam Faustam.*] *Il flatte sa fille Fauſta.* Maucroixius.

Miror, cùm tantùm sit discriminis inter *vocare (appeller)* & *blandimentis sollicitare, (flatter)*. Præter quàm quòd etiam ex proximè sequentibus manifestum est, *blandimenta* nonnisi secundam Herculii machinam fuisse, quâ filiam suis partibus conciliare tentaverit. Vocavit ergò primum omnium; id est, illam ad se vocari curavit, effecitque ut veniret. Adde Columb. p. 380. col. 1.

Lin. 4. *Digniorem virum pollicetur.*] Videatur ibidem loci Columbus.

Ibid. *Petit cubiculum, &c.*] Paulò aliter editio Aboensis: *Petit cubiculum patens relinqui, & negligentiùs custodiri sinat.*

Lin. 5. *Pollicetur illa facturam, & refert protinùs ad maritum.*] Περικαταλαβόντος δὲ Φαύστου τὸ ἐγχειρούμενον, ἀνὴρ τῆς Κωνσταντίνου τοῦ μητρυιᾶς, ὑπορύμενος δηλονότι τῷ πάντων ἀκριβεῖ Ἐρκυλλίῳ τὸν κατὰ τὸν Ταρσὸν ἐτελεύτησεν. Rectè hæc de insidiis Zosimus: sed utì olim annotavimus, confundit Herculium cum Maximino Dazâ, quem simplici morte apud Tarsum periisse testatur Epitome Victoris. Sed de hoc posteà viderimus. *Editio Oxon. & Cant.*

Ibid. *Refert protinùs ad maritum.*] Ad Constantinum. *Maucroixius.*

Adde Baluz. p. 324. col. 2. & seq.

Pag. 224. lin. 1. *Componitur scena.*] Eumdem vise, p. 325. col. 1. & 2.

Ibid. *Quâ manifestò facinus teneretur.*] Malim, *in facinore.* Tollius. Quod & Maucroixio videtur in mentem venisse. *On disposa toutes choses pour surprendre le perfide dans un attentat manifeste.*

Præferrem, si quid esset emendandum, *quâ manifestò facinorosus teneretur.* Sic enim Cicero 5. Verr. *Teneo... furem manifestò avertentem rem frumentariam omnem.* Sed quidni bellè stare possit lectio recepta, cùm Cicero alibi in eâdem Verrinâ scripserit: *Tenetur igitur jam, judices, & manifestò tenetur avaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas audacia*; & alibi rursùs pro Cluentio: *Exponam vobis Oppianici facinus manifestò compertum atque deprehensum.* Adde Col. p. 380. col. 2.

Lin. 2. *Supponitur quidam vilis Eunuchus, qui pro Imperatore moriatur.*] Factum notabile, sed cujus, ut verum dicam, æquitatem necessitatemve non satis video. Simile tantummodò exemplum scio esse in Historiâ Machabeorum, libro 3. initio ferè primi capitis, in hunc modum: Θεόδοτος δέ τις ἐκπλῆσαι τὴν θηριώλην διανοηθείς, &c. Latinè, *Theodotus autem quidam rem insidiis peragere cogitans, cùm assumpsisset è commissis sibi à Ptolemæo armatis validissimos, contulit se ad tabernaculum Ptolemæi noctù, ut eum interficeret incautum, eoque pacto finem bello imponeret. At Dositheus... cùm hunc subduxisset, ignobilem quemdam supposuit in tabernaculo, quem pro illo multari contigit.*

Lin. 3. *Ille.*] Maximianus, quem & ideò Interpretes nominare maluerunt.

Ibidem. *Insidiis opportuna.*] Hoc est, insidioso suo incœpto. Nimiùm enim simpliciter Maucroixius, *à son deſſein*, suo consilio.

Lin. 4. *Vidisse somnium.*] Locutio, de quâ consulendus tibi Cuperus, pag. 475. col. 2. & in quâ aliàs facilè deesse possit *se* post *vidisse*, absorptum scilicet ab illo.

Lin. 5. *Filio suo.*] Vide sis Toinardum, p. 413. col. 1.

Ibid. *Ingreditur armatus.*] Haud dissimile fuit Darii facinus, patrem Artaxerxem noctù opprimere & interficere volentis, quòd sibi Aspasiam negasset, nec alius exitus. *Tollius.*

Lin. 6. *Spadone obtruncato.*] Id est, ut rectè Interpretes, occiso. Sequitur enim paulò post: *Profertur è cubiculo cadaver occisi*; & Latinis *obtruncare*, quod propriè loquendo *corpus*, mutilatis, verbi gratiâ, capite & brachiis, *truncum reddere* significat, nonnunquàm etiam *quomodòcunque occidere est.* Plautus in Aulularià, Act. 3. Sc. 4.

Capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium.

Ubi vox *manifestarius* propter proximè sequentia debet notari.

Ibid. *Prosiliit.*] Rectiùs, *prosilit.* Tollius.

Ibid. *Profitetur quod admiserit.*] Lege *admiserat*, vel, *quid admiserit.* Idem.

Lin. 8. *Manifestarius homicida.*] Confer Plauti locum modò allatum. Adi quoque Columbum, p. 380. col. 2.

Lin. 10. *Durâ silex, aut stet Marpesia cautis.*] Ex Virgilio libro 6. Æn. *Gale.* Item Paris. editio in margine.

Ibid. *Cautis.*] *Cautes.* Editio Aboana, & Pagius (*a*).

Lin 12. *Ac nodum infirmis loti trabe nectit ab altâ.*] Zosimus contrà, libro 2. Histor. ὁ Ἐπάτλιος νόσῳ κατὰ τὴν Ταρσὸν ἐτελεύτησεν. Id est, *Herculius apud Tarsum morbo obiit.* Sed ad ea verba jamdudum Sylburgius: *Sigonius*, inquit, *ex aliis tradit Massilia strangulatum, jussu Constantini.* Confer dicta, p. præc. col. 1. & mox dicenda, col. seq.

Ibid. *Ac nodum infirmis, &c.*] Virgilii versus è libro 12. Æneidos, quod primus monuit Baluzius ad marginem Editionis Parisiensis.

Ibid. *Leti.*] Editio Aboen. *Lethi*, cum spiritu; quem sanè scribendi modum Festus olim ac Varro, aliique posteà benè multi probarunt, voce nempè ἀπὸ τῆς λήθης, quæ Latinis *oblivionem* sonat, derivatâ. Sed Priscianus *letum* sine spiritu malebat exarare, & à prisco *leo*, pro *deleo*, deducebat: cujus opinionem cùm viri quoque inter recentiores magnæ eruditionis Manutius & Jos. Scaliger verisimiliorem judicaverint, non erat procul dubio, cur veteris schedæ Scriptura interpolaretur.

Lin. 14. *Viginti annorum vota celebravit.*] Hoc est, *Vicennalia.* Alludit enim Lactantius ad Romanorum morem, qui in hujusmodi solennitatibus, vota pro salute ac felicitate Principis concipiebant, ut patet ex Plinii Epistolis ad Trajanum. In nummis quoque veteribus, ejusmodi vota expressè leguntur, VOTIS XX. MULTIS XXX. In aliis verò nummis ita habetur, SIC X. SIC XX. Hoc est, *Sic Decennalia, sic Vicennalia.* Anonymus Auctor editionis Cant. idque, ut addit, ex Valesio in Eusebio de Vitâ Const. libro 4. capite 47.

Ibid. *Viginti annorum.*] Deest ante hæc verba vox *dominatûs*, Aliàs enim *à per* in *post* mutandum foret in præcedentibus. *Tollius.*

Faciunt omninò pro priori aut simili aliquâ conjecturâ ambo Interpretes. *Ainsi ce grand Empereur, vingt ans durant le maître du monde.* Maucroix. *Thus this great Emperour, that in the long course of 20 years Reign.* Anglica versio. Adde Baluz. p. 325. col. 2. & Col. p. 380. col. 2.

Lin. 15. *Elisa & fracto superbissimo gusto.*] Videatur rursùs Baluz. ibidem, & Cap. p. 475. col. 2.

Ibid. *Vitam detestabilem.*] Epithetum odiosissimum, ut hic Ciceronis locus indicat: [*Ea est*] *inter natos & parentes* [*caritas,*] *quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest.* In Lælio, seu de Amicitiâ.

Lin. 16. *Finivit.*] Massiliæ, ut Eusebius in Chronico, Victor in Epitome, & Orosius in Historiâ docent. *Pagius in Crit. Baron. ad An. Chr.* 307. *nu.* 8. Confer dicta superiùs, pag. præc. col. 1.

CAPUT XXXI.

P. 224. lin. 1. *Ab hoc.*] *Imperatore*, an *tempore?* Oratio enim elliptica est; neque res per se tantùm dubia ex præcedentibus usuve Latinæ Linguæ, sed ex hujus quoque loci versionibus, quæ paùlùm alterutro supplemento nituntur. *Après que Dieu eut rengé sa religion & son peuple sur le vieil Maximien.* Maucroixius. Ad verbum, ab hoc seu Maximiano, &c. *In the next place.* Versio Anglica. Planè jam quasi noster scripserit: *Secundùm hæc*, vel *Post hoc.* Præfero, cùm & ita ἀπὸ τούτου *ab hoc* clarissimus Græv. in fine capitis 26. explicuerit (*b*); nec insolens sit Auctoribus Græcis, ἐν τούτῳ similiter, pro ἐκ τούτου χρόνου ponere. Joannes, verbi gratiâ, in Evangelio XIX. 12. Ἐκ τούτου ἐζήτει ὁ Πιλάτος ἀπολῦσαι αὐτόν. Ubi Beza: *Ex eo tempore studebat Pilatus eum dimittere;* Vulgata verò unâ voce: *Exindè quærebat Pilatus, &c.*

Ibid. *Ad Maximianum alterum.*] Id est, ex Maucroixii versione, *ad Galerium.* Rectè, cùm jam noster ad ultimos infaustosque *Galerii Maximiani* casus orationem convertat, *alterius* ideò *Maximiani*, quòd & Imperatori, cujus modò informe letum recitabatur, nomen fuerit *Maximianus.* Sed an rectè pariter editio prima Oxoniensis in Emendationibus, quæ seriùs occurrerant, legendum esse monuit *ad Maximianum alterum, Galerium?* Suspicor voluisse virum doctum, cui vulgata lectio displicebat, ut pro *ad Maximianum alterum, ad Maximianum Galerium* reponatur; quod ratione quidem non caret: sed ita tamen nuspiàm hic Auctor locutus est; & è contrario jam antè Galerius initio capitis 9. *Maximianus alter*, ut ab Herculio distingueretur, fuit vocatus: quarè nullâ nunc mutatione opus esse credimus. Adde Baluz. p. 325. col. 2.

Lin. 2. *Persecutionis auctorem.*] Unum ergò ex illis *auctoribus*, de quibus suprà in fine capitis 2. *Si à principio ex quo est Ecclesia constituta, qui fuerint* ... AUCTORES... *& quibus pœnis in eos cœlestis judicii severitas*

(*a*) *In Crit. Baron. ad an. Chr.* 307. *num.* 8. (*b*) *Pag.* 683. *col.* 1.

vindicaverit exponam. Quo loco, quin post *auctores* vocem *persecutionum*, aut si quis malit, *persecutionis* supplere oporteat, non dubitamus ob plenam hujusce phrasin, *persecutionis auctorem.* Addatur propter alia Bal. ibidem.

www.hotoo.com.cn

Ibid. *Ut in eo etiam vim majestatis ostenderet.*] Tale illud ejusdem capitis 2. *quatenùs virtutem ac majestatem suam in . . . dis delendisque nominis sui hostibus Deus summus ostenderet.* Confer omninò Baluz. p. 326. col. 1.

Lin. 3. *Jam de agendis & ipse, &c.*] Quia nimirùm Vicennalia Diocletianus ante octo annos celebraverat. Maucroixius: *Ce Prince à l'exemple de Diocletien.* Vide caput XVII. & Baluzium quoque, p. 326. col. 1. item Col. p. 380. col. 1.

Lin. 4. *Qui jamdudùm, &c.*] Sic videtur supplenda hæc lacuna, *& qui jamdudùm, &c. ut qua promiserat redderet.* Edit. Oxon. & Cant.

Ibid. *Ut, qua promiserat redderet.*] Ita rectè emendatum. Promissa autem hæc ad milites spectant, quibus, instantibus vicennalibus, congiarium se, sive donativum daturum more solito promiserat, Hæc ut promissa præstaret, novis indictionibus opus erat. *Tollius.*

Lego, *&, ut qui jamdudùm Provincias afflixerat, auri argentique indictionibus factis, qua promiserat redderet; etiam, &c.* Gale.

Malebam, *& qui jamdudùm provincias afflixerat, auri argentique indictionibus factis, is quò qua promiserat redderet, etiam,* & quæ deindè, ut *is* à *factis*, & *quò* à *qua* fuerint absorpta. Vel simpliciter, *& qui jamdudùm provincias afflixerat auri argentique indictionibus factis, quò qua promiserat redderet, etiam . . .* Adde Cuperum, p. 475. col. 2. & Columbum, p 380. col. 2.

Ibid. *Auri argentique indictionibus factis.*] Livineius ad hunc Plinii locum in Trajani Panegyrico: *Nec novis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt*, tria omninò genera pensitationum, inquit; *Canon*, certum & ordinarium tributum; *Oblatio*, quòd sponte præstetur; *Indictio*, quòd de novo imponatur. Meminit Asconius in Verrinam IV.

Pag. 225. lin. 1. *Qua promiserat redderet, etiam in nomine vicennalium, &c.*] Labe multâ sunt hæc verba inquinata, quæ videntur dihui posse, si rescribamus: *Qua promiserat reddere, & inani homine vicennalium securem alteram inflixit. Reddere* nimirùm vicennalia, est agere, celebrare, edere. Sueton. in Domit. 4. *Collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur, redderentque eximias venationes & scenicos ludos.* Terent. Andr. III. 1. *Me si imperatum in veris nuptiis adortus esset, quot mihi ludos redderet? Reddere* enim sæpiùs est *dare*, ut *justa reddere* apud Columellam liv. 8. *Nulla est autem major vel nequissimi hominis custodia, quàm quotidiana operis exactio, ut justa reddantur, ut villicus semper præsto sit.* Et lib. XI. capite 2. *Curabit villicus ut justa reddantur;* hoc est, ut quæ eis injunguntur, agant, dent, præstent. Celsus libro XCIV. de v. s. *Verbum reddendi quandoquàm significationem habet retrodandi, recipit tamen & per se dandi significationem.* Sic *exta reddere*, Virgil. *Fumantia reddimus exta*; & *vota reddere*, pro *facere*, solennis locutio. Posteà ex voce *inani*, ultimæ litteræ *ani* exciderunt, & adhæserunt præcedenti voculæ *&*. Indè natum *etam*, & deindè *etiam. Inane nomen vicennalium* dicitur, quòd vicennalia frustrà promittebat, & horum nomine pecuniam extorquebat, quæ tamen non egit. In fine non potest ferri *adflixit*, quia modò præcesserat, *jamdudùm provincias afflixerat;* ne dicam de insolentiâ locutionis, *securem affligere.* At *securim infligere*, ut in illo trito, *asciam cruri infligere.* Sententiam viderunt Oxonienses, qui exponunt, alterum vulnus inflixit. Nimirùm intelligit acerbissimam illam exactionem, de quâ in sequentibus agit. *Gravius.*

Ibid. *Etiam in nomine vicennalium.*] Deleo *in.* Gale.

Servari fortè posset, ut ut in speciem superfluum, nî alia obessent. Probo ex istis Hieronymi (*a*): *Et erat* [*Cain*] *ædificans civitatem, & cognominavit eam in nomine filii sui Enoch.* Ubi manifestè præpositio abundat.

Lin. 2. *Securem alteram afflixit.*] Nullo sensu. *Allix.* Locus corruptus. *Pagius* (*b*). Id est, alterum vulnus inflixit. *Edit. Ox. & Cant.*

Ibid. *Securem.*] *Securim.* Editio Aboana. Quod, licèt rectius, meritò tamen improbat Columbus, p. 380. col. 2. Adde Cup. p. 476. col. 1.

Ibid. *Quâ vexatione.*] *Vexare*, sicut viri

(*a*) *In suâ Eusebiani Chronici Versione, haud procul ab initio.* (*b*) *In Critică Baron. ad annum Christi* 311. *num.* 10.

Digitized by Google

Docti ex Gellio ad Paſſionem SS. Perpetuæ & Felicitatis (a) poſuerunt, *Verbum leve eſt, & parvi incommodi.* Nec malè ſanè, ſi id duntaxat de certis locis intelligatur; de iſto putà memoratæ Paſſionis (b): *Pater meus hoc verbo, mittit ſe in me, ut oculos mihi erueret: ſed vexavit tantùm.* At eam ſignificationem minimè perpetuam eſſe non ſolùm jam antè (c) oſtendimus, verùm quæ hîc proximè ſequentur, declarabunt etiam & confirmabunt.

Ibid. *Generis humani.*] Pertinet hùc quod apud Florum, aut conſimilem Hiſtoriæ Romanæ Scriptorem, in hæc ferè verba legere memini, *genus humanum, id eſt, populus Romanus.* Nam nunc quidem locum meliùs nequeo indicare, vel adducere.

Ibid. *Exactio celebrata ſit.*] Col. vide, p. 381. col. 1.

Lin. 3. *Officiorum omnium.*] *All the Taxmaſters.* Verſio Anglica. Quaſi dicas, omnium qui exigendis pecuniis præfecti erant, vel unâ voce, *exactorum*; quomodò noſter paulò poſt: *Nulla area ſine exactore*; & apud Cæſarem, libro 3. de Bello civ. *Erat plena Lictorum & Imperiorum Provincia, conferta Præfectis atque Exactoribus.* Sed aliter, & meliùs, credo, Cuperus in fine ſuæ ad hunc locum obſervationis, pag. 476. col. 1.

Lin. 4. *Cui priùs ſatisfieret incertum. Venia, &c.*] Sic adhibet in hâc ſecundâ editione Baluzius diſtinctionem correctionemque, quas in Indice Erratorum prioris propoſuerat. In primâ quippè vir clariſſimus ex MS. Codice excudi curaverat in Auctoris verbis: *Cui priùs ſatisfieret incertum, veniam*, quæque poſteà. Undè nec aliter poſt aliquot annos editiones Oxon. & Cantabrig. Aboenſis ſola diverſo pacto, *cui priùs ſatisfieret, incertum veniam non habentibus.* Quorum equidem verborum ſententiam haud facilè aſſequor.

Emendo, *cui priùs ſatisfieret incertis.* Gale. Id quod egregiè cum antecedentibus cohæret.

Lin. 5. *Venia non habentibus nulla.*] Ita rursùm hodiè Baluzius, cùm is priùs, & cæteri poſt illum Editores, *veniam non habentibus nullas abſtinendi*, & reliqua, edidiſſent; proindèque ſine ullâ prorsùs diſtinctione poſt *nullas*. Quod ſubjectis Doctorum Notulis occaſionem dedit.

Quanquàm vetus Codex exhibeat lectionem, quam nos dedimus, quia tamen conſtat eam non eſſe ſanam, non vana fortaſſis conjectura fuerit, ſi putemus ita legendum eſſe: *Venia non habentibus nulla ſuſtinendi multiplices cruciatus, niſi*, & quæ ſequuntur. *Baluzius, in Indice Erratorum prioris ſuæ editionis.*

Ita emendat hunc locum Baluzius: *Venia non habentibus nulla ſuſtinendi multiplices cruciatus.* Mihi ſic videtur legendum: *Venia, non habentibus, nulla abſtinendi, &c.* Edit. Oxon. & Cant.

Veniam non habentibus nullas; nullo ſenſu. *Allix.*

Corrige: *Quin etiam non habentibus via nulla, &c.* Niſi quis in ſingulari malit, *habenti*, quia mox *circumſepto* ſequitur, quod tamen in *circumſeptis* mutari malim. *Tollius.*

Putabam non poſſe meliùs legi & diſtingui, quàm vel hoc pacto: *Venia à non habentibus nulla ſed abſtinendi. Multiplices cruciatus, niſi exhiberetur, &c.* Id eſt, ſeverè injunctum fuerat exactoribus, ne ſe ab iis abſtinerent, qui *Nihil habeo quod præſtem*, affirmatè dicturi forent: undè quotiès id ex aliquibus audiebant, totiès multiplices adhibebant cruciatus, niſi ſtatim exhiberetur quod non erat; vel, ut hodiè cum Baluzio: *Venia non habentibus nulla.* Supple, *dabatur*; hoc ſenſu: nunquàm qui nihil, quod exhiberent, habebant, impetrare poterant ab *Officiorum militibus*, ut id ſibi condonaretur. Sequentia porrò neutri ſenſui repugnant, ſed alterutrum potiùs firmabunt: uti & quod antè (d), allato Vulgatæ loco, oſtendimus, *non habere* idem eſſe ac *nihil habere.* Pro poſteriori faceret ſpecialiter Quintiliani locus: *Peccavi, veniam peto*: ubi *venia*, culpæ ſeu peccati remiſſio eſt. Tùm & iſte cap. 35. *Nec tamen.... veniam ſceleris accepit à Deo.* Adde Baluz. pag. 326. col. 1. & Columbum, pag. 381. col. 1.

Ibid. *Suſtinendi multiplices cruciatus.*] Priſca ſcheda: *Abſtinendi multiplicis cruciatûs.* Quam lectionem non cunctæ tantùm, quæ hactenùs prodierunt, editiones bonâ fide repræſentarunt: ſed quam etiam explicari commodè poſſe credebat Galeus.

Lin. 6. *Circumſepta.*] Vox Tollio, ut ipſe modò teſtabatur, ſuſpecta; & pro quâ

(a) Pag. 6. edit. Oxon. an. 1681. (b) Ibid. (c) Ad caput 27. pag. 685. col. 1. (d) Pag. 667. col. 2.

utique

usque *circumseptis* mallet reponi. Suspicabar ego totius olim loci scripturam fuisse : *Sustinendi multiplices cruciatus, nisi exhiberetur statim quod non erat, aut erat multis custodiis circumseptum.* Dein proximè : *Nulla respirandi facultas, &c.* Relege tu, si num ita omnia secum aptè cohæreant necne dubitas, quæ præcesserunt.

Lin. 8. *Frequens super hisdem hominibus vel ipsis judicibus vel militibus judicum pugna.*] Distinguo, & suppleo : *Frequens super hisdem hominibus, vel ipsis judicibus militum, vel militibus judicum, pugna.* Gale.

Argutè prorsùs, meo judicio. Sed vel sine supplemento videbatur mihi Galei sensus ex receptâ lectione emergere. De *hisdem* porrò, pro *eisdem*, jam antè dictum, p. 666. col. 2. & seq.

Lin. 9. *Nulla area.*] Columbus suprà, casu potiùs, quàm consilio, *Nulla area.* Adi locum, pag. 381. col. 1. nec non Cuperum, pag. 476. col. 1.

Lin. 10. *Qua quàm tolerabilia sint.*] Locus luxatus. *Allix.*

Fortasse reponendum, *Quanquàm intolerabile sit, &c.* Baluzius ad calcem suæ primæ editionis, qui & tibi videndus suprà, p. 326. col. 1. cum Columbo, p. 381. col. 1.

Baluzius legit : *Quanquàm intolerabile sit*, sensu, ut mihi videtur, interrupto. Quarè sic scribendum : *Qua cùm intolerabilia sint.* Edit. Oxon. & Cant.

Emendo : *Qua quanquàm intolerabilia sint.* Boherellus, item Grævius ad totam periochen, his verbis :

Qua quàm tolerabilia sint, eripi à labore hominum cibos labore quæstos, tamen tolerabile aliquo modo vel spe futurorum. Hæc, ut habentur in libris, quos adhùc vidimus, sunt intolerabilia, quia nihil ex iis sanæ sententiæ elici posse, non sanus jurabit Orestes. Vide, num saniora sint, si, ut Lactantium scripsisse vero simillimum est, legas : *Qua quanquàm intolerabilia sint, eripi à labro hominum cibos labore quæsitos, tamen tolerabile aliquo modo vel spe futurorum.* Pro *labore*, *labro* reposui, nimirùm quo usuri erant. Notum illud : *Multa cadunt intra calicem supremaque labra.* Cibi labore *quæsiti* sunt acquisiti, ut milliès *quærere.* Horatius :

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.

Hanc emendationem olim probavi Heinsio. *Grævius.*

Ibid. *Qua quàm tolerabilia sint.*] Lego : *Qua quanquàm intolerabilia sint.* Respicit enim & ab aratione, & à vindemiâ quæsitos & redeuntes cibos. Nam & vinum inter alimenta numeratur. Primo commate diversitatem respicit alimentorum ; secundo factum ipsum, quod illâ sententiâ, *eripi ab ore hominum cibos labore quæsitos*, exprimitur. *Tollius.*

Corrigo : *Oh ! quàm intolerabile fuit, &c.* Gale.

Qua quantò intolerabilia sint. Pagius ad annum Christi 311. num. 10. sive de industriâ, sive errore typographico.

Præferebam his omnibus : *O nequam, tolerabilia sint*, quæque posteà, cum apostrophe nempè, & interrogatione. Primò, quoniam mox noster cum simili apostrophe & interrogatione : *Undè igitur hoc, ô dementissime tyranne, præstabo ?* Tum, quòd ea emendatio omnium maximè ad veteris codicis lectionem accedat. Quantulùm enim distant, *Qua quàm*, seu verius etiam, uti milliès scripserunt Librarii, *Que quàm*, & *Q nequam* ? Denique, quia cùm non de unico cibi genere erepto, sed de pluribus ereptis agatur, potuit optimo sensu hic Auctor exclamare : *O nequam ! tolerabilia sint, cibos labore quæsitos ab hominum labro*, vel *ore eripi.* Hic enim verus ordo verborum. Pronuncient tamen alii de totâ re, non ego. Addo solùm haud dissimile Ciceronis ὀξύμωρον in Epistolis ad Atticum (*a*) : *O Sestii tabellarium hominem nequam !*

Lin. 11. *Eripi ab ore hominum cibos labore quæsitos.* [Ita jamdudùm ambæ editiones Oxonienses & Cantabrigienses. Nisi quòd etiam præiverat conjecturâ suâ Baluzius in erratorum Indice sæpiùs laudato. Sed vetus tandem liber : *Eripi à labore hominum cibos labore quæstos*, per *e* simplex, atque indè Parisiensis editio cum Aboanâ : *Eripi à labore hominum cibos labore quæsitos*, per diphtongum, & aliquid ampliùs. Cave porrò, alios hoc loco cibos intelligas, quàm quos præcedentia *area* & *vindemia* vocabula suggerunt, panem scilicèt, vinumque, cibos reverà ab aratione & à vindemiâ redeuntes, ut paulò antè Tollius loquebatur ; quin & pariter *ciborum* notione contentos, ut idem meritò observabat. Adde nunc Baluzium, pag. 326. col. 1. & Columbum, pag. 381. col. 1.

Ibid. *Tamen tolerabile* (vel *sustentabile*) *aliquo modo vel spe futurorum.*] Ignoscant mihi quod dicam doctissimi viri, qui hanc lectionem ferunt, & suo quisque ritu exponunt ;

(*a*) *Lib. 16. ep. 14.*

ego illam ferri non posse judico, sed rescribendum: *Tamen tolerabile aliquo modo, vel spe fœturarum.* Qui in regionibus vini & frumenti feracibus terram colunt, famem vulgò triplici rerum genere sustentant, aut queunt saltem sustentare; pane, sive frumento, quod est *area* proventus; vino, quod proventus est *vindemiæ*, seu torcularis; ac denique fœturis, seu proventu animantium. Animantium enim proventus Latinis *fœtura* est; & ipsimet fœtus, *fœtura*. Plinius: *Optima fœtura est post vernum æquinoctium*; & Virgilius Ecl. 7.

Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto.

Ubi Servius: *Si tot agnos habuero, quot oves; hoc est enim gregem suppleri per fœturam. Fœtura enim est proventus, id est, ipse fœtus.* Undè & *superfœtare*, explicante Stephano, dicuntur quædam animalia, dum post unum fœtum ex coïtu conceptum, rursùm alium concipiunt à priore, qui etiam uno aut altero die, vel etiam pluribus post primum emissum, suo tempore emitti solet; quæ emissio secunda, & velutì novus quidam partus *superfœtatio* dicta est. Atquì Agricolis, quibus ordinarii cibi, panis & vinum, uterque magno labore ab aratione & vindemiâ redeuns, si usque ab ore eripiuntur, factum illud, ut ut naturâ intolerabile, tolerabile tamen evadit, si spes sit, se cæteroquin ex animantium *fœturis*, id est, fœtibus victuros; quia nempè diversa est eo sensu *fœtura boum*, verbi gratiâ, à *fœtura ovium*. Facit hùc notabilis locus Cæsaris lib. 7. de Bello Gallico: *Summâ difficultate rei frumentariæ affecto exercitu, ... usque eò, ut complures dies milites frumento caruerint, & pecore è longinquioribus vicis adacto extremam famem sustentarent.* Quòd si fallor, ecce quo pacto Interpretes verterint: *On les consoloit par l'avenir.* Maucroixius. Ad verbum ferè: Illis meliora in posterum speranda esse dicebant, sicque solabantur. *Yet all this was sofned by the hopes that were given of what the Emperour was to do in his twentieth year.* Tralatio Anglica. Id est: Sed ea tamen omnia leniebat injecta spes bonorum, quibus ipsos Imperator suo illo vicesimo anno esset affecturus. Adde Cuperum, pag. 476. col. 1.

Lin. 12. *Quid vestis omnis generis, quid aurum, quid argentum?*] Locus, ut vel ex Interpretum versione apparet, mutilus, aut mendosus. *Peut-on se passer de meubles, ni d'habits?* Maucroix. Quis supellectile vestibusve carere potest? *It was expected that men should appear in rich clothes, and bring much gold and silver along with them.* Burnetus. Quasi dicas: Tenebantur homines memorata vicennalia pretiosis vestibus induti, multoque auro & argento circum se posito decorati celebrare. Idque ita futurum expectabat Galerius.

Mihi videbatur verbum aliquod exigendis indictionibus proprium excidisse, quale est proindè *exigitur*. *Quid vestis omnis generis exigitur? Quid aurum? Quid argentum?* Ad vestiendos nempè & adornandos Imperatoris stipatores, milites, alios, agendorumque solenniùs vicennalium nomine. Sequitur certè: *Undè igitur hoc, ô dementissime tyranne, præstabo?* Id est, exhibebo, dabo; quod præcessisse aliquam rei præstandæ petitionem plusquàm innuit. Et posse nunc optimè de percipiendis indictionibus sermonem esse, clamant pariter hujus capitis initio hæc verba: *Qui jamdudùm provincias afflixerat auri argentique indictionibus factis . . . etiam in nomine vicennalium securem alteram* [novarum scilicèt auri argentique indictionum] *afflixit.* Præsertim si & finis capitis attendatur: *Quis ergò non bonis suis eversus est, ut opes, quæ sub imperio ejus fuerunt, conraderentur ad votum, quod non erat celebraturus?*

Lin. 14. *Undè igitur hoc, ô dementissime?*] Rectiùs *hæc*, ut proximè antè, *Nonne hæc.* De apostrophe jam dictum quod oportuit.

Ibid. *Præstabo.*] Cuperum vide, pag. 476. col. 1.

Lin. 15. *Quis ergò non bonis suis eversus est, ut opes, &c.*] Ex verbis istis liquet, quantâ pompâ Vicennalia & id genus festa ab Imperatoribus ederentur, cùm in eum finem ingentes exactiones fieri solerent. *Pagius* (*a*).

Adde Columbum, p. 381. col. 2.

Lin. 17. *Votum.*] Videatur Baluzius, pag. 326. col. 1.

Ibid. *Quod non erat celebraturus.*] Eò quòd non pervenerit ad vigesimum imperii sui annum. *Edit. Oxon. & Cant.* addente ultimâ, vide Sectionem 30.

Liquet ex iis verbis, Galerium Maximianum Imperii Cæsarei Vicennalia non celebrasse, licèt, si anno legitimo exhibita fuissent, currenti [311.] in quo sextus à celebratis Quindecennalibus incipiebat, edenda fuissent. In hunc enim annum Imperii Cæsarei Galerii Maximiani Vicennalia incidebant,

(*a*) *In Critică Baron. ad annum Christi* 311. *num.* 10.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

quæ tamen in annum ſequentem diſtulit, ut ex Lactantio, cap. 3. videbimus, Conſulatu interim ſuſcepto. *Pagius* (*a*).

CAPUT XXXII.

www.libtool.com.cn

Pag. 226. lin. 1. *Nuncupato igitur Licinio Imperatore.*] Sublato Severo, imperium Licinio dedit Galerius ſubſtituto in Severi loco, *Auguſteum* nimirùm imperium; id enim Severo conceſſum probavimus ... & eodem, ut videtur, conſilio Conſtantinum deprimendi, ut proindè Conſtantino illum anteponeret. *Dodvellus* (*b*).

Adde ex ſuperioribus, pag. 689. col. 2. Pagii locum, quo vix quidquam meliùs hùc pertineat.

Ibid. *Maximinus.*] Qui *vero nomine ante imperium Dazæ dictus.* Verba ſunt Victoris in Epitome.

Ibid. *Iratus, nec Cæſarem ſe, nec tertio loco nominari volebat.*] Non quòd ſanè tres tum temporis forent Cæſares in Imperio Romano, eſſetque tertius ex illis Maximinus; erant enim duntaxat duo, Maximinus ſcilicèt, ex communi Diocletiani & Galerii diſpoſitione, ac Conſtantinus, ex propriâ Galerii ultimam Conſtantii voluntatem improbantis: ſed quia, uno verbo, nolebat ampliùs Maximinus vocari *Cæſar*, verùm *Auguſtus*; quin nec *Auguſtus* tertio demùm loco in Edictorum titulis poſt Galerium & Licinium nominandus, ſed ſecundo, & Licinius poſteà tertio, hoc proindè inter ſeſe ordine: *Galerius Auguſtus—Maximinus Auguſtus—Licinius Auguſtus*— non autem; ut ex noviſſimâ Licinii per Galerium nuncupatione videbat conſequi, *Galerius Auguſtus, Licinius Auguſtus, Maximinus Cæſar.* Verſio Anglica breviter in eumdem ſenſum: *Maximin reſented it extreamly, and would neither be contented any longer with the title of Cæſar, nor allow Licinius the precedence.* Adde Baluzium, pag. 326. col. 2. Cuperum, pag. 476. col. 1. & ſeq. & Toinardum, pag. 413. col. 2.

Ibid. *Iratus.*] Anonymus editor Cantabrienſ. Vide Euſebii Hiſtoriam Eccleſiaſticam, lib. 8. cap. 13. Edit. Valeſ.

Lin. 2. *Mittit ergò ad eum ſæpè legatos.*] Scilicèt Galerius Maximianus. *Pagius.* Conjunctis eo pacto diverſis Interpretum ſupplementis. Confer Baluzium, pag. 326. col. 2. Columbum, pag. 381. col. 2. & Toinardum, pag. 413. col. 2.

Lin. 3. *Diſpoſitionem ſuam ſervet.*] Quâ Licinius renuntiatus eſt Imperator. *Edit. Ox. & Cant.*

Addo: Et quâ olim Maximinus per Diocletianum, ſuggerente & *dante* hominem Galerio, pronuntiatus fuerat *Cæſar.* Vide caput XVII. Adjice quoque Baluzium, pag. 326. col. 2. Cuperum, pag. 476. col. 2. Toinardum, pag. 413. col. 2.

Ibid. *Cedat ætati, &c.*] *And to induce him to pay the reſpect that was due to Licinius, age and to his gray hairs.* Verſio Anglica; hoc ſenſu: Cedat ætati Licinii, & honorem deferat ejus canis. Conſentit Toinardus, pag. 413. col. 2. Sed aliter prorsùs Baluzius, p. 326. col. 2.

Lin. 4. *At ille tollit audaciùs cornua.*] Maximinus ſcilicèt, ut Interpres Anglicus explicuit. Cætera Cuperus, pag. 476. col. 2.

Ibid. *Præſcriptione temporis pugnat, &c.*] Topicum, hodièque celebre in rebus tam civilibus, quàm Eccleſiaſticis; quin & jam olim in utriſque, ut Hiſtoriæ ſacræ & profanæ Periti norunt. Adde Columbum, p. 381. col. 2.

Lin. 6. *Preces ejus & mandata contempſit.*] Lege: *contemnit.* Tollius.

Ibid. *Ejus.*] Maximiani. *Tralatio Anglica.*

Ibid. *Dolet beſtia & mugit.*] Fortè, *Dolet beſtia & rugit.* Nicolaus Heinſius.

Ibid. *Beſtia.*] Pro quâ voce, *Galerium* in Maucroixii Verſione, *Tyrannum* in Anglicâ legas. Multæ ſunt ſimiles locutiones in ſuperioribus, initio, putà, capitis 4. & 9. Conferatur Toinardus, pag 413. col. 2.

Ibid. *Quòd eum ideò ignobilem feciſſet Cæſarem, ut ſibi obſequens eſſet, is tamen, &c.*] Lego: *quod cùm ideò.* Boherellus, item Gale, Allix.

Niſi quis maluerit tranſpoſitione contentus eſſe, legendo: *quod ideò eum ignobilem ...* præſtiterit correxiſſe: *quod cùm eum ignobilem feciſſet Cæſarem.* Tollius.

Fortè: *quòd quem ideò ignobilem feciſſet Cæſarem, ut ſibi obſequens eſſet, is tamen tanti beneficii*, quæque poſteà. *Eum* non poteſt ferri, cùm *is* ſequatur. *Nicolaus Heinſius.*

Sequitur, fateor. At quid, ſi deſit copula & ante *is*, eaque præcedenti verbo [*eſſet*] abſumpta, ut totiès alibi? An necdùm etiam ferri poterit *is eum*? Imò verò, plano & commodo ſenſui non obſtabit. Præcipuè, ſi ſimul pro *ideò*, *adeò* legeris, in hunc modum: *De-*

(*a*) *In Criticâ Baron. ad annum Chriſti* 311. *num.* 10. & 6. (*b*) *Diſſert. Cypr.* XI. *num.* 85.

Digitized by Google

let beſtia, & mugit, vel *rugit*, *quòd eum, adeò ignobilem, feciſſet Cæſarem, ut ſibi obſequens eſſet, & is tamen tanti beneficii ſui oblitus, voluntati ac precibus ſuis impiè repugnaret.* Contemptiſſimam Maximini ignobilitatem paucula iſta capitis 19. extra omnem controverſiam ponunt: *Daia ſublatus nuper à pecoribus & ſylvis.* Quarè nos Auctoris manum utrâque correctione reſtituiſſe credimus.

Lin. 8. *Impiè repugnaret.*] *Pietatem & impietatem* in filios cadere, diximus obiter in antecedentibus. Ab Auguſtis verò Cæſares *filii* vocabantur, ut ex capite xx. (*a*) Doctorumque ad illud obſervationibus (*b*) certum eſt. Hinc jam noſter de Maximino Cæſare, qui Galerii Auguſti mandata contemnebat, *is tamen voluntati ac precibus ſuis impiè repugnaret.*

Ibid. *Victus contumaciâ.*] Quis, & cujus contumacia? Nam de utrâque re eruditi viri in contraria abeunt.

Hoc eſt, *Victus contumaciâ ſuâ Maximinus*, inquiunt unus & alter. Toinardus nempè p. 413. col. 2. ubi vide ſis plura. Item Pagius in Diſſertatione Hypat. pag. 138. & in Criticâ Baron. ad annum Chriſti 307. num. 14. Niſi quòd poſteriore loco mendosè: *Victus contumaciâ* [*Maximianus*] pro *Maximinus* excuſum.

Id eſt, *Victus contumaciâ Maximini Galerius*, inquiunt duplò plures. Columbus ſuprà, pag. 381. col. 2. Baluzius, pag. 326. col. 2. ad hæc verba: *Tollit Cæſarum nomen.* Cuperus denique, pag. 477. col. 1. ad iſthæc: *filios Auguſtorum.*

Nos quod hactenùs fecimus, pergemus facere. Stamus à poſterioribus, idque tribus potiſſimùm de cauſis, Prima eſt, quòd hæc omnia, *nomen Cæſarum tollere*, tum *ſe & Licinium Auguſtos appellare*, poſtremò *Maxentium & Conſtantinum filios Auguſtorum nuncupare*, naturâ ſuâ propriæ & genuinæ *Senioris Auguſti* partes fuerint, non *meri adhùc Cæſaris*, qualem neceſſariò ponunt fuiſſe Maximinum, cùm ſe Auguſtum pronuntiavit. Secunda autem, quòd adeò improbabile eſt, Maximinum tria illa ſuopte Marte unoque auſu aggreſſum eſſe diſponere, ut quanquàm, referente Euſebio, Maximinus *Auguſtum* ſemetipſe nuncupaverit, id tamen nunquàm velut à ſe factum auſus ſit nuntiare Galerio per litteras, ſed utì factum ab exercitu. *Maximinus*, dicet mox noſter, *poſtmodùm ſcribit quaſi nuntians, in campo Martio proximè celebrato Auguſtum ſe ab exercitu nuncupatum.* Tertia denique, quòd cùm, ex ejuſdem narratione, Maximinus Galerio tantùm ſcripſerit, fuiſſe ſe Auguſtum ab exercitu nuncupatum, nec addiderit, inquam, ſeſe exindè Cæſarum nomen ſuſtuliſſe, & Auguſtorum filios Maxentium Conſtantinumquo vocaſſe, jam nequeant duo iſta, *Tollit Cæſarum nomen, Maxentium & Conſtantinum filios Auguſtorum appellat*, referri, niſi vel ad eumdem exercitum, vel ad Galerium. At ut ad exercitum referantur, non ſinit, ne hìc epiſtolæ ſilentium urgeam, id quòd nulla ante præſentem locum Maximini exercitûs mentio apparet. Manifeſtè ergò ad Galerium retulit. His, opinor, nonnihil ponderis additur argumentis Doctorum, quos duces ſequimur.

Lin. 9. *Tollit Cæſarum nomen.*] Galerius nimirùm, ob modò dicta, ut ab eo [nomine] deinceps abſtinerent, qui in imperii ſpem adoptarentur, & ſic excluderetur Maximinus, aiunt ad hunc locum, ex Baluzio, Editiones Oxon. & Cantabrigienſis. Videantur apud Baluzium plura, p. 326. col. 2.

Ibid. *Tollit Cæſarum nomen.*] Quod etiamnùm igitur obtinebat, ut ex his verbis alibi non ſine causâ collegimus. Accedat Euſebius, libro 8. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 13. Λικίνιος ὁ ὁπὶ τύπῳ ὑπὸ καινῆς ψήφου τῶν κρατούντων Αὐτοκράτωρ ἀναφανείς. Ταῦτα Μαξιμῖνον δεινῶς ἐλύπει, μόνον Καίσαρα αὐτὸν πάππον ὄντα τότε χρηματίζοντα. Id eſt, vertente Baluzio: *Poſt hæc Licinius communi Imperatorum ſuffragio Imperator & Auguſtus declaratus eſt. Quod quidem Maximinus ægrè admodùm tulit, qui hactenùs Cæſar duntaxat ab omnibus appellabatur.* Sed an is ſolus? Sic certè, ſecundùm noſtrum, à quo Maxentius, capite xxvi. & Conſtantinus plus ſemel, capite xxix. atque aliis, *Imperatores* vocati ſunt. Verùm aliter Cæſarum & Imperatorum numerum inibat Galerius, & ex ejus mente computat ſuprà Toinardus, pag. 414. col. 1.

Lin. 10. *Maxentium & Conſtantinum filios Auguſtorum.*] *By which Maximin was quite shut out.* Tralatio Anglica. Ad verbum: Quâ re, ſeu quo pacto, Maximinus excludebatur prorsùs. Sed hunc locum in *Maxentii* nomine corruptum eſſe, ſuſpicatur Baluzius, p. 327. col. 1. Mutilum verò judicant Columbus, pag. 382. col. 1. & Cuperus, p. 477. col. 1. Adde Toinardum, pag. 414. col. 1.

Lin. 11. *Quaſi nuntians, &c.*] Notanda

(*a*) *Pag. 653. col. 2.* (*b*) *Baluz. pag. 308. col. 2. Cuper. pag. 464. col. 2.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

vis verborum, quæ sanè longè minor, quàm si noster *denuntians* scripsisset. Cautè itaque etiamnùm, nec sine aliquâ observantiâ Maximinus cum seniore Augusto agebat; minùsque verisimile, Maximinum in tam multis illis, de quibus paginâ præced. diximus, ausum esse ejusdem senioris Augusti jura simul & semel usurpare.

Ibid. *In campo Martio proximè celebrato.*] Putabat Nicolaus Heinsius, excidisse vocem *ludo. In campo Martio ludo proximè celebrato.* Mihi nihil excidisse videtur. Significat, *campum celebratum esse*, à magnâ hominum multitudine frequentatum, aut muneris, aut venationis, aut ludorum causâ. Sic & in vetere Kalendario, *celebratur asylum*; & apud Ovidium, *vicini lucus celebratur Hylerni*, id est, à plurimis aditur, ut solent loca sacra frequentari in solennibus festivitatibus. Non aliter dicitur celebrari campus Martius, ut janua Mutii apud Ciceronem: *Qu. Mutii janua maximâ quotidiè civium frequentiâ celebratur*; & Cicero ipse IV. ad Attic. 1. *Similis & frequentia & plausus me usque ad Capitolium celebravit.* Potuit autem Maximinus etiam absens in campo Martio Augustus nuncupari, ut forsàn extra Romam non sit quærendus Martius campus. *Gravius.*

Ibid. *Campo Martio proximè celebrato.*] Phrasis illius temporis. Id est, die solenni, vel Comitiis, queis Consules creabantur. Factitatum id olim in campo Martio: dies autem hic fuit, quo ipse VIII. & Maximinus iterùm Consules declarati; quâ honoris sui occasione Maximinus ad invadendam Augusti dignitatem usus est. Cæterùm factum hoc in partibus Orientis, ut liquet è cap. XXXVI. *Tollius.*

Adde Cuperum. p. 477. col. 1. & Toinardum, pag. 414. col. 2.

Ibid. *Augustum se ab exercitu nuncupatum.*] Videatur Baluzius, pag. 327. col. 1. & seq.

Lin. 12. *Recepit ille.*] Quid? *Eum nuntium.* Maucroixius. *Id.* Versio Anglica; quod fortè absumptum à præcedenti *Recepit. Recepit id ille, &c.*

Ibid. *Ille.*] Nempè Galerius Maximianus. *Pagius* (*a*).

Ibid. *Universos quatuor Imperatores jubet numerari.*] Vide omninò Toinardum, pag. 414. col. 2. & Columbum, pag. 381. col. 2. ad *Victus contumaciâ.* Ab utroque porrò diversus abit Baluzius, pag. 327. col. 1. ad *Maxentium*: sed perperàm, nî fallor.

CAPUT XXXIII.

Pag. 226. lin. 1. *Jam decimus & octavus annus.*] Ejus regni. *Interpretes.* Imperii nempè Cæsarei Galerii Maximiani, Kalendis Martiis anni Christi CCXCII. (mendosè enim excusum CCCXCII.) initi. *Pagius*, in Criticâ Baron. ad annum Christi 311. num. XI. Item Columbus suprà, pag 382. col. 1. A quibus dissentit Baluzius, pag. 327. col. 2.

Ibid. *Percussit eum Deus insanabili plagâ.*] Ideòque anno CCCIX. quo annum XVIII. inchoavit. *Pagius*, *ibidem.* Sed aliter Baluzius laudato loco. Consulantur super cæteris Cuperus, pag. 477. col. 1. & Columbus, pag. 382. col. 1. & seq.

Lin. 2. *Ulcus malum in*, *&c.*] Zosimus, πρᾶμα δυσίατον. *Edit. Oxon. & Cantabrig.* addente solùm ultimâ: Vide Euseb. Hist. lib. 8. c. 16.

Ibid. *Ulcus malum.*] Cacoethes. *Tollius.*

Adjiciatur Columbus, pag. 382. col. 2. & Baluzius, pag. 327. col. 2. ad *In inferiori.*

Pag. 227. lin. 1. *Medici secant, curant.*] Primo aspectu legendum putaveram, *secant, urunt.* Nunc nihil mutandum videtur. *Boherellus.*

Servari debere verbum *curant*, ostendit, paucis interjectis, hæc pericope, *Nova ex integro cura.* Vide verò, quid hîc loci insertum velit Columbus, pag. 382. col. 2. & seq.

Ibid. *Medici secant, curant.*] *Les Chirurgiens coupent, tranchent.* Maucr. Ad verbum, *Chirurgi secant, exsecant.* Neque certè negandum, quin noster per *Medicos* id propriè *Medicorum* genus intellexerit, qui vulnerarii sunt, & *Chirurgi* à manuum operatione vocantur. Sed quis unquàm *curare*, pro *exsecare* usurpavit? Addo, *fovere* & *curare* paulò post tanquàm synonyma conjungi hoc ipso capite, ubi certo certiùs *fovere*, *secare* non est.

Ibid. *Inductâ jam cicatrice scinditur vulnus.*] Baluzius anteà, & post illum quoque cæteri Editores: *Inductam jam cicatricem scindit vulnus*; nisi quòd quam hodiè præfert emendationem Baluzius, (utraque enim lectio aliquâ ex parte veteris libri correctio est) eam ipse dudùm proposuerat ad calcem primæ suæ editionis, & hâc etiam Notulâ disertè probaverat Oxonienses editio an. 1680. Legendum: *Inductâ cicatrice scinditur vulnus.* Sequitur clarissimi Collegæ de alterâ Baluzii emendatione judicium.

Ibid. *Inductam jam cicatricem scindit vulnus.*] Latinè loquentium consuetudo po-

(*a*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 307. *num.* 14.

ſtulat, ut legatur, *inductam cicatricem reſcindit vulnus.* Simile mendum delevi in Epiſtolis ad Atticum. *Gravius.*

Ibid. *Vulnus.*] De ulcere, quod malè curatum, nec perſanatum, venulam aliquam eroſerat. Aliàs vulnus diviſio cutis eſt, & ſubjectæ carnis cum ſanguine : ulcus cum pure. *Tollius.*

Reliqua, quæ ad hunc locum pertinent, habes ſuprà apud Baluzium, p. 327. col. 2. & apud Col. p. 383. col. 1.

Lin. 3. *Vix tamen cruor ſiſt.*] Imò, *Vix tandem. &c.* Boherellus.

Corrigo *tandem.* Gale. Qui nihilominùs alibi, *Tamen*, inquit, pro *tandem*, ut ſæpè Marcellinus.

Ibid. *Tamen perducitur.*] Legendum, *tamen.* Edit. Oxon. 1684. item Cant.

Iterùm *tamen*, pro *tandem.* Boherellus.

Lin. 4. *Rursùs levi corporis m... &c.*] Sagaciter Nic. Heinſius, & poſteà Oxonienſes lacunam ſic ſupplendam viderunt : *Rursùs levi corporis motu vulneratus.* Grævius.

Supple *motu.* Edit. Oxon. & Cant.

Confer Col. p. 383. col. 1.

Ibid. *Vulneratus.*] Emendo, *vulneratur.* Gale.

Ibid. *Vulneratus.*] Mirum in tam facili conjecturâ hæſitatum. Lege : *Vulnere reſciſſo.* Tollius.

Parebunt imperio qui volent. Sed vereor equidem, ut talia aliis probare æquè facile ſit, ac audere. Aliter certè, tolerabiliùſque, Col. p. 383. col. 1.

Lin. 5. *Albeſcit ipſe.*] Interpres, Palleſcit. Adde Columbum, pag. modò laudatâ.

Ibid. *Tenuatur.*] Et hîc quoque te eòdem remittimus.

Lin. 7. *Cancer.*] Gangræna. *Tollius.*

Confer Cuperum, pag. 477 col. 2.

Lin. 8. *Increſcit.*] Potiùs, *ægreſcit.* Gale.

Favet nonnihil Gallica verſio. *Les remédes l'aigriſſent, loin de l'adoucir.*

Lin. 9. *Ceſſere magiſtri Phyllirides Chiron Amythaoniuſque Melampus.*] Ex 3. Georg. cùm priùs mendosè legeretur : *Phyllides, Cirona, Metonius, Melamphius.* Edit. Cant. item Ox. an. 1684.

Rectè. Sic enim prima Baluzii, & Oxonienſis anni 1680. Sed aliæ poſteà :

—— *Ceſſere magiſtri, Phillyrides Chiron, Amythaoniuſque Melampus,*

ex ſequente, ſine dubio, Notulâ minoris editionis Oxon. ad antiquam lectionem.

» *Phyllides, Cirona, Metonius, Melam-*
» *phius.* Corruptiſſimus locus, & interpun-
» ctio peſſima. Baluzius, quaſi integer eſſet,
» nullum videtur mendum agnoſcere ; quod-
» que imprimis mirandum eſt, priora no-
» mina ſeparata legit, quæ tamen proculdu-
» biò ſunt connectenda. Chironem enim
» Phillyræ filium fuiſſe, Poëtæ paſſim teſtan-
» tur ; hinc apud Virgilium Phillyrides di-
» citur : de eodem Heſiodus in Theog.
» —— τὸν δ' ἔτεκεν καλὴ Χείρων
» Φιλλυρίδης ....
» Legendum itaque *Phillyrides Chiron.* Loco
» verò *Metonius, Melamphius*, quæ poſtre-
» ma nomina quaſi Medicorum fuiſſe agnoſ-
» cere videtur Baluzius, ſubſtitue, *Amytha-*
» *oniuſque Melampus.* Virg. 3. Georg. *Edit.*
» *Oxon.* 1680.

Adde Cuperum, p. 477. col. 2. & Col. pag. 383. col. 1.

Lin. 11. *Undique Medici nobiles trahuntur.*] Nullus dubito, quin æque hîc legendum ſit *contrahuntur*, ut ſuperiùs legendum oſtendi, *contraxit morbum*, pro *traxit*, quod in libris habetur. *Gravius.*

Aliter Columbus, pag. 383. col. 1.

Lin. 12. *Confugitur ad idola.*] *On a recours aux idoles.* Quod omni quidem difficultate caret. Sed quia in antecedentibus (a) haud negligenter prætereundum putavimus, Maucroixium pro, *ſimulacrum Dei quæritur*, vertiſſe : *On cherche l'idole du Dieu*, addendo ſimul ad marginem: *Credebant Chriſtianos habere idola in ſuis Templis ;* videri autem poſſet non nemini clariſſimus Remenſis Canonicus locutus potiùs fuiſſe utroque loco ex Paganorum ſententiâ, quàm ex ſuâ, addimus, ferente nunc occaſione, ſuam ſemper noſtro contra Maucroixium argumento vim permanſuram, donec is, aut alius quivis oſtenderit, *idola* interdùm apud Paganos fuiſſe ſimulacra Deorum, qui nuſpiàm in rerum naturâ exiſterent ; quam rem, credo, nemo unquàm probabit : quæque res ſi reverà ejuſmodi eſt, ut oſtendi nequeat, tùm validum contra celebrem idoli & ſimulacri, vel imaginis, diſtinctionem argumentum eſt, quod ubi noſter, de vero Deo agens, *Simulacrum Dei quæritur* ſcripſerat,

(a) Pag. 614. col. 1.

Digitized by Google

Maucroixius, ut jam dictum, transtulerit: *On cherche l'idole du Dieu.*

Ibid. *Asclepius.*] *Æsculapius.* Interpretes. Quod eòdem recidit. Vide Baluz. pag. 327. col. 2. & Col. pag. 383. col. 1.

Ibid. *Flagitatur.*] Potiùs, *flagitantur.* Gale.

Lin. 13. *Dat Apollo curam.*] Imò, *Non dat Apollo curam.* Idem.

Haud repugnant proxima, *Malum multò pejus augetur.* Sed vide tamen ut ex vulgatâ lectione, totoque loco, optimus sensus possit elici. *Apollon enseigne un remède, on s'en sert, le mal en devient pire.* Maucroixius. Ad verbum: docet Apollo remedium; adhibetur; malum augetur.

Ibid. *Dat Apollo curam.*] Hoc est, docet remedium. Virgilius: *Da, Tityre, nobis.* Doce nos, æque ut *tradere.* Contrà, *accipere* est discere. *Gravius.*

Adde Cup. p. 477. col. 2.

Lin. 15. *In tabem sedes tota dilabitur.*] Id est, omnes inferiores partes corporis, quibus proluviem exoneramus, putredine diffluunt, ut paulò post: *majorem copiam tabescendorum viscerum pernicies secunda generaverat*; & capite 35. *Cùm jam totius corporis membra defluerent, horrendâ tabe consumptus est.* Sueton. Vitell. 10. *Abhorrentes quosdam cadaverum tabem, detestabili voce confirmare ausus est.* Exemplum non unum notamus alibi. *Gravius.*

Ibid. *Sedes tota.*] Cuperum vide, pag. 477. col. 2.

Lin. 16. *Repercussis medullis, malum recidit introrsùs.*] *Medulla* hîc pro affluentibus humoribus ponuntur, qui introrsùm repellentibus remediis cohibiti, novum malum produxerunt putrescendo: undè enati vermes. *Tollius.*

Lego: *Repercussum medelis malum, recidit introrsùs.*] Boherellus, item Anonymus suprà, apud Toinardum, p. 414. col. 2.

Corrigo, *Repercussum medelis malum recedit introrsùs.* Gale.

Nicolaus Heinsius censebat legendum esse: *Repercussis medelis*, id est, cùm malum non admitteret medelam & remedia. Sed mihi videtur ex præcedenti verbo *curare* ultima syllaba bis ab oscitante librario esse repetita, scribendumque: *Percussis medullis.* Percusserat autem Deus insanabili plagâ genitalium inferiorem partem, ut loquitur in initio capitis; nunc percutiuntur medullæ, hoc est vitalia. Sicut *harere in medullis* dicuntur, qui amantur *penitò corde*, ut Comicus loquitur. *Gravius.*

Unicè amplector, etsi alia in mentem venissent, quæ ex veteribus potuissem defendere.

Ibid. *Malum recidit int.*] Columbum vise, p. 383. col. 2.

Pag. 228. lin. 1. *Vermes intùs creantur.*] Remitto te ad Baluzium, p. 328. col. 1.

Lin. 2. *Odoritatem non modò per palatium, sed totam civitatem pervadit.*] Baluzius legit: *Odor toter non modò &c.* Facilior tamen emendatio est, *Odor autem.* Edit. Oxon. & Cant. quas secutus Pagius (*a*).

Lege, *Odor is autem*, vel, *Odor it autem.* Vossius.

Lego, *Odor it autem non modò per palatium, sed totam etiam civitatem pervadit. Tò etiam* confusum est cum *tò totam.* Boherellus.

Emendo: *Odor totum non modò per palatium, sed, &c.* Gale.

Nicolaus Heinsius suspicatur: *Odor it autem non modò per palatium, sed totam civitatem pervadit.* Quid si legamus? *Odor dirus autem non modò per palatium*, quæque posteà. *Gravius*

Adde Baluzium, p. 328. col. 1. Cup. p. 477. col. 2. & Col. p. 383. col. 2.

Lin. 3. *Cùm jam confusi essent exitus stercoris & urinæ comesti à vermibus.*] Veteris libri lectio, quam omnes hactenùs, præter Aboensem, editiones secutæ fuerant, sic habet: *Cùm jam confusi essent exitus stercoris & urinæ. Comestus à vermibus, &c.* Dudùm tantùm Baluzius emendationem, quam hodiè in Auctoris verbis adhiberi voluit, suggesserat ad calcem tomi 2. Miscellaneorum; & hæc insuper Doctorum de veteri scriptione judicia prodierunt.

Ibid. *Exitus stercoris & urinæ. Comestus à vermibus.*] Legendum: *exitus stercoris & urinæ comesti à vermibus.* Editio Oxon. anni 1660.

Legendum: *Exitus stercoris & urinæ comesti à vermibus.* Aut si mavis, *Comestus est à vermibus*, salvâ priore interpunctione. *Edit. Oxon. anni 1684. item Cantabr.*

Ibid. *Comestus à vermibus.*] *Comestur, &c.* Editio Aboensis, necnon Gale.

Unà mecum clarissimus Columbus *Comestur*, id est, *comeditur*, legendum vidit. *Tollius.*

Firmat Senecæ locus (*b*): *Sic æstur apud illos, sic bibitur.* Adde Columb. p. 383. col. 2.

Lin. 6. *Clamores simul, &c.*] Editio Aboensis:

(*a*) *In Critica Baron. ad annum Christi* 311. *num.* 21. (*b*) *Lib.* 3. *de Irâ, cap.* 15.

Digitized by Google

Clamores simul horrendos ad sydera tollit,
Quales mugitus, fugit cùm saucius aram
Taurus...

www.libtool.com.cn

quam & restitutionem Galeus, aliæque duæ editiones (a) non proponebant modò in suis Notulis, sed ex 2. Æneidos firmabant.

Lin. 8. *Cocta & calida animalia.*] Ita rectè; nam & his, & lardo præcipuè vermes è corruptis membris eliciuntur. *Tollius.*

Non repugno. Sed, ne nescias, longè aliter Interpretes. Maucroixius nempè: *On lui appliquoit des animaux vivans, ou de la viande chaude.* Apponebantur animalia viva, aut calida caro. Alter verò in hunc modum: *Some living animals, and others that were boild.* Viva aliquot animalia, tum & alia elixa; quod ne nimis mireris, confer Columbum, pag. 383. col. 2.

Lin. 9. *Queis resolutis.*] Accepit Maucroixius, quasi noster scripserit: *Apponebantur ad sedem fluentem cocta & calida animalia, ut vermiculos eliceret calor. Sed postquàm ita perpurgata fuerant vulnera, ut nullus amplius vermiculus appareret, inæstimabile scatebat examen. Mais quand on en avoit nettoyé ses playes, il en ressortoit une fourmiliere.* At quid planius, quàm animalia illa non apposita fuisse vulneribus sine fasciis, quarum ope melids ulceratis partibus applicarentur, suoque loco insisterent? Obligabantur ergò cum vulneribus animalia; & quandò posteà fasciæ removebantur, ipsa quoque animalia resolvebantur. Est enim in mille locis *resolvere*, id, quod ligatum fuerat, dissolvere. Noster cap. 46. *Liciniani scuta deponunt, galeas resolvunt.* Et Ovidius 3. Fast. de raptis Sabinis:

Consilium dederat, parent, crinemque resolvunt;

undè, post paucos versus, de iisdem:

Ut medium campi passis tetigere capillis.

Lactantius in Epit. cap. xv. *Sed & IPSE DÆMONUM PRINCEPS, auctor & machinator malorum*, CATENIS IGNEIS ALLIGATUS, *&c. Peractis verò mille annis, ac* RESOLUTO DÆMONUM PRINCIPE.

Ibid. *Inæstimabile scatebat examen.*] In *resolutis* illis scilicèt animalibus, quæ eliciendis Galerii vermiculis apposita fuerant, & quibus cum successu istud examen adhæserat; contrà quàm modò ponebat Maucroixius. Adde Cuperum, pag. 477. col. 2. & Columbum, pag. 383. col. 2.

Lin. 10. *Tabescendorum viscerum.*] Rectius, ut alii, *tabescentium.* Tollius.

Columbum, quem innuit, imò & alias ejusdem conjecturas vide sis, pag. 383. col. 2.

Ibid. *Pernicies secunda.*] Emendo, *pernicies fœcunda.* Gale.

Plura ex dicto Columbi loco habere potes, si opus est.

Lin. 11. *Corporis amiserant speciem.*] Adeatur Cuperus, pag. 477. col. 2.

Lin. 13. *Inferior, sine ullâ pedum formâ, in utrium modum inflata discreverat.*] *Discreverat* mendosum esse, certo certius est. Nam primò inflata non discernunt. Dein, si *discreverat* ratione significationis locum haberet, scribendum fuisset: *Inferiorem... in utrium modum inflatam discreverat.* Licèt autem, ut vir doctus notat, [Columbus nempè, pag. 384. col. 1.] *discrescere*, pro *decrescere* accipiatur, qui tandem inflata decrescunt? Existimem igitur, Lactantium scripsisse: *Inferior, sine ullâ pedum formâ, in utrium modum inflata increverat.* Justin. 11. *Mirus animo increvit tumor.* Liv. 1. *Increscens audaciâ.* Grævius.

Lin. 14. *Discreverat.*] A *discresco*, non autem à *discerno.* Rarum hoc verbum. Significat autem, intumescendo dilatari. *Tollius.*

Ibid. *Discreverat.*] Corrigo, *discrepuerat.* Gale.

Ibid. *Per annum perpetem.*] Ab ultimis nempè mensibus anni Christi CCCIX. ideòque per annum & aliquot menses, quos Lactantius negligit. *Pagius, in Critică Baron. ad annum Christi* 311. *num.* XI.

Addantur Cuperus, p. 477. col. 2. & Columbus, pag. 384. col. 1. Item Norisius in Epistolâ, quam meritò amplissimus Cuperus suæ voluit Præfationi subjici.

Pag. 229. lin. 1. *Deum coactus est confiteri.*] Vide exemplum aliud in Antiocho apud Auctorem Historiæ Macchabæorum. *Tollius.*

Conferendus omninò Baluzius, pag. 518. col. 1.

Ibid. *Novi doloris.*] Legendum forsàn; *Novâ vi doloris.* Pagius, ubi modò.

Benè Columbus, *ac novâ vi doloris*; nisi quis *immani* maluerit, pro *novâ.* Tollius.

Paulò tamen aliter Columbus ipse, p. 384. col. 1. & ex illo Cuperus, p. 477. col. 2.

Ibid. *Novi doloris.*] Emendo, *& vi doloris.* Gale.

Lin. 2. *Dei templum.*] Pro quo Versio Anglica.

(a) *Oxon. anni* 1604. *& Cantabrig.*

Digitized by Google

glica, *the Church of Nicomedia*; templum Nicomediæ.

Ibid. *Satisque pro scelere facturum.*] Columbum vise, pag. 384. col. 1.

Lin. 3. *Edictum misit hui.*] Scribendum, *Edictum misit hujusmodi.* Nicolaus Heinsius, item Gale.

Nos dubitabimus alibi. Missum autem, vel emissum fuisse Serdicâ Nicomediam, idque non ante mensem Martium anni Christi 311. etsi ita Valesio aliisque viris doctis placuerit, sed post Kalendas Martias ejusdem anni, posuit probavitque ad eum annum Pagius in Criticâ Baron. num. 12. & 13. cui assentimur. Confer laudatam Norisii Epistolam. Adde quoque propter alia Baluz. p. 328. col. 1.

CAPUT XXXIV.

Pag. 229. lin. 1. *Inter, &c.*] Vide Eusebium libro 8. capite 17. *Edit. Oxon. An.* 1684. item *Cant.*

Rectè. Ibi enim præsentem Epistolam ab Eusebio ipso ὅτι τὴν ἰλιάδα γλῶτταν κατὰ τὸ δυνατὸν, uti loquitur, μεταβληθεῖσαν *habemus*; id est, Græcè, sicut fieri potuit, translatam. Sed quod hoc loco nequaquàm præterimittendum, ea Epistola, cui noster ne verbum quidem Præfationis adscripsit, notabilem longissimamque apud Eusebium habet, in hunc modum: Ἀυτοκράτωρ Καῖσαρ Γαλέριος Οὐαλέριος Μαξιμῖνος, *&c.* Id est, vertente Valesio, *Imperator Cæsar Galerius Valerius Maximianus Invictus, Augustus, Pontifex Maximus, Germanicus Maximus, Ægyptiacus Maximus, Thebaicus Maximus, Sarmaticus Maximus, quintùm Persicus Maximus, secundò Carpicus Maximus, sextò Armeniacus Maximus, Medicus Maximus, Adiabenicus Maximus. Tribunicia Potestatis* XX. *Imperator* XIX. *Consul* VIII. *Pater patriæ, Proconsul. Et Imperator Cæsar Flavius Valerius Constantinus, Pius, Felix, Invictus, Augustus, Pontifex Maximus. Tribunicia Potestatis* V. *Imperator* V. *Consul, Pater Patriæ, Proconsul. Et Imperator Cæsar Valerius Licinianus, Pius, Felix, Invictus, Augustus, Pontifex Maximus, Tribunitia Potestatis* IV. *Imperator* III. *Consul, Pater patriæ, Proconsul: Provincialibus suis salutem.*

Verè autem in eo Præfatio ista notabilis est, quòd ex quatuor Imperatoribus, quos ante triennium & ampliùs Galerius *Imperatores* secum numerari jusserat (*a*), duo tantùm in allatâ Præfatione nominantur, *Constantinus* scilicèt, & *Licinianus*, qui aliàs *Licinius*, omissis planè *Maxentio* & *Maximino Dajâ*. Nam quid indè sequitur? nisi illud ergò à veritate alienum esse, quod in suâ Apocalypseos explicatione (*b*) Cl. Meldensis Episcopus, ut ex Constantio Chloro *persecutorem* quâvis arte faceret, ἁπλῶς diserisque verbis posuit (*c*), *omnium Imperatorum nomina omnibus Actis publicis, ubicunque locorum conderentur ac prodirent, præfixa fuisse & inscripta.* Item, *mandata quoque generalia nomine Imperatorum omnium fuisse data.*

Addit, scio, Pagius suo loco (*d*), post descripta laudatæ Præfationis verba: *Ideò autem in eo edicto Galerii Maximiani, Constantini & Licinii nomina leguntur, quia eorum consensu datum fuit.* Sed, ne aliud dicam, undè, oro, probabitur unquàm, Diocletianum Constantii nomen unà cum suo edictis, quæ contra Christianos emisit, præfixisse, nisi ipsissima edictorum Præfatio in medium afferatur, quod, ut nunc recordor, impossibile est? Et, si maximè proferretur, quinam nobis edicta illa Constantii consensu proposita fuisse posset constare, cùm antea ex nostro didicerimus, non *Constantii* tantùm, sed ne ipsius quidem *Herculii Maximiani* sententiam in tantis rebus fuisse expectatam? Verba sunt, capite IV. *Et jam littera ad Maximianum atque Constantium commeaverant, ut eadem facerent. Eorum sententia in tantis rebus expectata non erat.*

Ad hæc, quandò docti (*e*) nomina quatuor Imperatorum, quos tandem Galerius communi secum titulo frui voluit, recensent, vulgò illi Licinium ante Constantinum numerant; cùm è contrario dicta Præfatio Constantinum Licinio præponat: quod nec levi observatione dignum est.

Ibid. *Semper commodis.*] An unâ voce *semper-commodis* legendum? ut apud Terentium in Andriâ (*f*):

Mirabar hoc si sic abiret; & heri semper-lenitas

(*a*) Vide *cap.* 32. *in fine.* (*b*) *Ad cap.* 13. *comm.* 1. (*c*) On sçait que les Empereurs, quoiqu'ils partageassent entre eux les Provinces, les gouvernoient néanmoins comme faisant un même corps d'Empire. Les noms de tous les Empereurs étoient inscrits à la tête de tous les Actes publics, en quelque endroit qu'ils le fissent; les ordres généraux se donnoient aussi au nom de tous. (*d*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 311. *num.* 4. (*e*) *Baluzius, verbi gratiâ, pag.* 327. *col.* 1. *Columbus, pag.* 381. *col.* 2. *Toinardus, pag.* 424. *col.* 2. (*f*) *Act.* 1. *Sc.* 2.

Digitized by Google

Verebar quorsùm evaderet; quibus alia apud alios similia sunt. Videtur profectò verborum ordo, quo noster usus est, ad poscere. Hic quippè verus & naturalis erat: *Inter cætera quæ semper pro reipublicæ commodis atque utilitate disponimus.* Testis est, si mihi non credis, Maucroixii versio: *Quoique nous ayons toujours travaillé avec beaucoup d'application au bien & à l'utilité de l'Etat.*

Ibid. *Utilitate.*] Adi Cuperum, p. 478. col. 1.

Ibid. *Disponimus.*] *Disponere*, *dispositio*, & *dispositiones* fuere eâ ætate vocabula valdè familiaria, sive de augustioribus Imperatorum decretis & constitutionibus ageretur, sive de aliis eorumdem voluntatibus animique propositis minùs gravibus. Priore sensu, noster suprà, pag. 642. col. 1. *Debere ipsius dispositionem in perpetuum servari.* & pag. 699. col. 2. *dispositionem suam servet*: ad quæ loca repetantur Notæ, si opus est. Posteriore autem, Lampridius in Alex. Severo: » Itinerum dies publicè proponebantur, ita ut » edictum penderet ante menses duos, in » quo scriptum esset: *Illâ die, illâ horâ* » *ab urbe sum exiturus; &, si dii voluerint,* » *in primâ mansione mansurus*... & id quidem eòusque quandiù ad fines barbaricos » veniretur. Jam enim indè tacebatur, & omnes ambulabant ita, ne DISPOSITIONEM » Romanam barbari scirent. Certum est autem, eum nunquàm id quod proposuerat, » fefelliſſe, cùm diceret: *Nolle ab aulicis* » *suas vendi* DISPOSITIONES. « Tùm paucis interjectis: » Et quia de publicandis DIS» POSITIONIBUS mentio contigit, ubi » aliquos voluisset vel rectores provinciis » dare, vel præpositos facere, vel procuratores (id est rationales) ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut si quis quid haberet criminis, pro» baret manifestis rebus, si non probasset, » subiret pœnam capitis; dicebatque, grave » esse, cùm id Christiani & Judæi (N. B. » distinctionem) facerent in prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt, non fieri » in provinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita. » Ubi obiter, Lector, quædam amplius ad veterem sanctioremque Paganorum, Christianorum, Judæorumque disciplinam, post hujus vel illius hominis ad has aut illas dignitates civiles & ecclesiasticas electionem pertinentia, observare potes non negligenda. Constat utique ejusmodi electiones, etiam cùm necdùm confirmatæ & omnibus numeris absolutæ fuissent, interdùm quoque vocatas esse *dispositiones*.

Lin. 2. *Juxta leges veteres, &c.*] Cup. vide, p. 478. col. 1.

Lin. 3. *Atque id providere, ut etiam Christiani, qui parentum suorum.*] Quasi dicat: Neque ita verò *cuncta juxta leges veteres & publicam Imperii Romani disciplinam corrigere* illorum simpliciter Christianorum respectu cogitaveramus, qui nullâ in re primævam suam sectam deseruerant, & quos proindè, ut præcipuos publicæ Romanorum religionis adversarios, nostrâ intererat ad bonas mentes ejurato Christianismo redire: sed idem quoque illorum Christianorum respectu providere volueramus, qui dictam veterum Christianorum sectam, in varias scissi hæreses, reliquerant, adeò non visi nobis eàpropter indulgentiâ aliquâ digniores, ut è contrario minùs digni viderentur. *Siquidem quânam, &c.*

Lin. 4. *Sectam.*] *Religionem.* Interpretes: qui cùm loquentem Galerium inducere haberent, meliùs, credo, *secta* nomen, ut ut odiosum, retinuissent.

Ibid. *Ad bonas mentes redirent.*] Ejurando scilicet ipsi quoque in Paganismi gratiam, qui Galerio sola bona Religio erat, totum suum qualemcumque Christianismum. Confer Baluzium, p. 328. col. 2. & Cup. p. 478. col. 1.

Ibid. *Siquidem quâdam ratione, &c.*] Putavi aliquandò, antequàm Eusebii versionem cum hoc loco contuliſſem, emendandum fuisse: *Siquidem quædam erat ratio, ne tanta eosdem Christianos voluntas invasisset*, quæque deinceps. Posteà verò propter hæc interrogantis Eusebii verba, Ἐ πίνῃ τίνι λογισμῷ, &c. vidimus legendum potiùs esse: *Siquidem quânam ratione*, cum sequentibus, hoc sensu: Siquidem, dicebamus olim, quânam ratione voluntas tanta perversos illos Christianismi sectatores invasit, tantaque stultitia occupavit, ut non ea veteris sectæ instituta sequantur, quæ primi forsitàn istorum Pseudo-Christianorum parentes constituerunt, sed pro arbitrio suo, atque ita ut primis tandem Christiani cultûs conditoribus fuit libitum, sibimet leges faciant quas observent, & per diversa varios populos congregent. Tangit ergò obiter hîc loci Galerius, propter quas anteà rationes ipsos quoque primævæ Christianorum sectæ desertores noluisset ampliùs tolerari.

Lin. 5. *Ut non illa veterum instituta se-*

www.hnlool.com.cn

Digitized by Google

quærentur, quæ forsitàn, &c.] Aut, *ut nec illa veterum instituta sequerentur, nec ea, quæ forsitàn* ... legendum est: aut obscura valdè sit oratio atque ambigua, cùm *juxta leges veteres* præcessisset, (id est, priscas Gentilium) & mox sequatur, *ut ad veterum se instituta conferrent*: quod ad utramque cùm Gentilium, tum Christianorum religionem referri potest; quanquàm Maximianus, cæterique Imperatores Christianos non ad exactiorem veri Christianæ religionis cultûs rationem edictis suis compulerunt, sed ad ejusdem abjurationem, cultumque idolorum. Assentior verò perilluſtri Cupero in hujus loci explicatione; putoque hæc omnia de antiquo Gentilium numinum cultu capienda. *Tollius.*

Ibid. *Veterum.*] Christianorum scilicèt, à quorum simplicitate defecerant. Cui causæ persecutionem decimam acceptam refert Eusebius, cùm invidia passim glisceret, obtrectationes, & Antistitum inter se certamina, miserè distraherent Ecclesiam. *Edit. Oxon. & Cant.* addente tantùm postremâ: » Vide Eusebium, Eccleſiast. Historiæ libro 8. » capite 1. »

Confer Baluzium, p. 328. col. 2. & Cup. p. 478. col. 2. item quæ nos ipsi pag. præc. col. 2. diximus.

Lin. 6. *Quæ forsitàn primi parentes eorumdem constituerant.*] Quasi dicat, quæ nec fortè etiam veteres simpliciter Christianismi auctores, verùm ii ipsi à quibus suæ prosapiæ originem ducunt, præscripserunt: conjiciendo, verbi gratiâ, notissimos illos vel ipsis Gentilibus Apostolos potuisse olim ejusmodi progeniem habere, quæ per aliquot nepotum seriem heterodoxos, de quibus nunc agit Galerius, Christianos produxerit, ut cum Plauto loquamur.

Lin. 7. *Sed pro arbitrio suo, &c.*] Proculdubiò intelligit sectas & contentiones intestinas, in quas tùm diductus fuit Christiani nominis populus. *Gravius.*

Ibid. *Atque ut hisdem erat libitum, ita sibimet leges facerent, quas observarent.*] Locus ad hujus capitis intelligentiam verè notandus. Nam quis primò sensus est, nisi hic: Atque eodem modo sibimet leges, quas observarent, facerent, quo id anteà ab aliis pro libitu factum fuerat? Porrò autem, quosnam alios, qui ex merâ animi libidine sibimet leges ad religionem spectantes fecissent, intelligere potuit generaliter Galerius, quàm Christianos, cùm Romani suas de religione sanctiones nequaquàm ut humanæ libidinis placita, sed ut Egeriæ Deæ monita considerarent? Et jam denique, quosnam alios è Christianis specialiter perstringere potuit Galerius, dicendo: *Atque ut hisdem erat libitum*, quàm primos Christianæ Religionis auctores? pergendo verò proximè, *ita sibimet leges, quas observarent, facerent, & per diversa varios populos congregarent*, quàm ejusdem veteris Christianæ Religionis desertores? Concludsum esto igitur, nunquàm venisse anteà Galerio in mentem tales Christianissimi Apostatas ad exactiorem veri Christianæ Religionis cultûs rationem edictis suis compellere, sed omnes omninò cujuscunque Christianismi, purioris, impuriorisve, sectatores ad illius abjurationem cultumque idolorum cogere vel adducere. Mihi aliàs aliquantulùm illustrari posse videbatur hic locus, mutando verborum ordinem in hunc modum: *Atque ita ut hisdem erat libitum, sibimet*, quæque posteà.

Ibid. *Sibimet leges facerent, quas observarent.*] Vide Columbum, p. 384. col. 1. duobus locis.

Lin. 8. *Per diversa.*] Suppleo, *loca*, vel, *conventicula*. Gale.

Eusebius tamen ipse quoque sine substantivo nomine, ὡς διαφόροις. Confer Cuperum, p. 478. col. 1.

Dans les Provinces. Maucroixius. Id est, in provinciis.

Ibid. *Nostra jussio.*] Nostra edicta. *Interpretes.*

Adde quæ suprà ad caput XVI. notavimus, pag. 632. col. 1.

Lin. 9. *Ut ad veterum se instituta conferrent.*] Perspicuè ostendunt quæ jam diximus, pag. præc. col. 2. & porrò ostendere pergent pag. seq. quæ dicemus, non posse omninò hæc verba ad utramque cùm Gentilium, tum Christianorum religionem referri, sed unicè ad veterum Romanorum religionem pertinere, contrà quàm ponebat modò Tollius. Sentit nobiscum amplissimus Cuperus, p. 478. col. 1. & 2.

Ibid. *Multi periculo subjugati.*] In quo nempè fuissent, si Galerii edicto non paruissent, propter additas eidem gravissimarum pœnarum comminationes.

A quoi plusieurs ont déféré par crainte Maucroix. Id est, multi metu subjugati.

Confer Cuperum, p. 478. col. 1. & Col. p. 384. col. 1. & 2.

Lin. 10. *Multi etiam deturbati sunt.*] Conjicerem, ni Eusebii versio obstaret, auctoris manum non *deturbati*, sed *deturpati* fuisse,

intelligendo ſcilicet de Chriſtianis, quibus edicente Galerio effoſſi fuerint oculi, amputatæ manus, pedes detruncati, nares vel auriculæ deſecatæ. Primò, quoniàm ſimilibus modis Maximinum Orientis Confeſſores accepiſſe videbimus in fine capitis 36. Deindè autem, quia quin tunc illi miſerè *deturpati* ſint, indubium eſt poſt iſtud Suetonii in Caligulâ (a): *Pulchros & comatos, quotiès ſibi occurrerent, occipitio raſo deturpabat.* Denique, quoniàm admiſſâ ſemel τῷ *deturpati* pro *deturbati* lectione, ea aptè occurreret differentia inter *deturpari* & *periculo ſubjugari*, quæ non itidem, ut opus foret, cernitur inter *periculo ſubjugari* & *deturbari*, cùm eòdem prorsùs videantur redire. Sed faciunt omninò Euſebiana iſta, πλεῖστοι δὲ παραχθέντες, πανωλεθρίους θανάτους ὑπέφερον, ad verbum: *Plurimi verò turbati omnigenas mortes pertulerunt*, ut haud temerè mutandam eſſe hujus loci lectionem credamus. Præſertim cùm, ut ex iiſdem Euſebianis apparet, non integer ſit, ſed mutilus. Eruatur ergò novus aliquis MS. codex, priuſquàm quid hîc noſter voluerit, auſim dicere. Maucroixius: *Pluſieurs auſſi n'y ayant pas voulu obéir, ont été punis.* Multi etiam, quòd parere noluerint, puniti ſunt: ut neſciam, quid is legendum eſſe divinaverit.

Ibid. *Atque cùm plurimi.*] Corrigo, *atqui*. Gale.

Lin. 11. *Nec Chriſtianorum Deum obſervare.*] Quid ita, ſi vetuſtioris & exquiſitioris ſectæ Chriſtiani ſua adhuc publica conventicula habebant, in quibus per Galerii edicta liceret Chriſtum colere? Non habebant ergò; idque adhuc magis patebit è ſequentibus. Sed, quod non negandum, aliò tamen abit ampliſſimus Cuperus, pag. 478. col. 2.

Lin. 12. *Contemplationem mitiſſimæ noſtræ clementiæ intuentes.*] Quid quæſo eſt *contemplationem intueri*? Procul dubio littera ultima perperàm bis fuit exarata. Scripſit enim Lactantius: *Contemplatione mitiſſimæ noſtræ clementiæ, intuentes & conſuetudinem ſempiternam.* Grævius.

Nihil certius clariſſimi Collegæ emendatione, quæ mihi quoque in mentem venerat. Eam multa veterum loca confirmant. Sulpicius Severus libro 2. Hiſtoriæ Sacræ, capite 25. *Tum Demetrius, refecto cum Judæis fœdere, contemplatione cladis à Tryphone illatæ, &c.* Idem Dialogo 2. de virt. B. Martini, capite 13. *Verùm illa* [*virgo*] *fortiſſimi vincula propoſiti, ne Martini quidem contemplatione laxavit.* Juſtinus, libro 8. capite 8. *His ita geſtis fortè evenit, ut eum fratres duo, Reges Thraciæ, non contemplatione juſtitiæ ejus, ſed invicem metuentes, ne alterius viribus accederet, diſceptationum ſuarum judicem eligerent.* Quibus ſimilia apud Columbum videri poſſunt, pag. 384. col. 2. Obſervo tantùm, eoſdem Veteres quandòque non ſimpliciter *contemplatione*, ſed *in contemplatione* dixiſſe. Libellus Precum Fauſtini & Marcellini: *Deprecamur manſuetudinem veſtram, piiſſimi Imperatores, Valentiniane, Theodoſi, & Arcadi, ut hæc in contemplatione Chriſti Filii Dei, qui veſtrum juvat Imperium, infatigabiliter legere dignemini.* Atque ita ad verbum Maucroixius hoc loco: *en contemplation de notre très-douce clémence.*

Lin. 14. *Indulgentiam noſtram, &c.*] Cuperum vide, pag. 478. col. 2. & ſeq.

Ibid. *Ut denuò ſint Chriſtiani.*] Id eſt, ut qui clam ab aliquo tempore Chriſtiani fuerunt, & anteà palàm Chriſtiani erant, publicè denuò Chriſtiani ſint; quòrum igitur cœtus ita anteà Galerii Edictis diſſipati fuerant, ædeſque ſacræ dirutæ, ut nulli ampliùs Chriſtiani, ſive Orthodoxi, ſive Heterodoxi apparerent, qui quemcunque Chriſtianiſmum profiterentur. Maucroixius breviter: *C'eſt pourquoi nous leur permettons l'exercice de la Religion Chrétienne.*

Pag. 230. lin. 1. *Et conventicula ſua componant.*] Hoc eſt, cœtus ſuos celebrent, ſecundùm Interpretes: *Et de tenir leurs aſſemblées.* Maucroix. *To hold their aſſemblies.* Verſio Anglica.

Malim ego *conventicula* de cœtuum locis interpretari, & per *componant*, *ædificent* intelligere; quo ſenſu ſcilicèt Virgilius Æneidos 3.

Quam tutâ poſſis urbem componere terrâ.

Firmat finis capitis XLVIII. *His litteris propoſitis, etiam verbo hortatus eſt, ut conventiculæ in ſtatum priſtinum redderentur. Sic ab everſâ Eccleſiâ uſque ad reſtitutam fuerunt anni decem, &c.* Adde quod ſuperiùs diximus, pag. 628. col. 2. item quæ Cuperus ſuprà, pag. 479. col. 1.

Ibid. *Contra diſciplinam.*] Illam nempè, quam in ipſo ferè hujus Epiſtolæ initio *publicam Romanorum diſciplinam & leges veteres* vocavit. *Contrary to the eſtabliſhed diſcipline.*

(a) Cap. 35.

Digitized by Google

Tralatio Anglica. Ad verbum, *contra ſtabilitam diſciplinam*; quod non dubito quin eòdem debeat referri. Adde Cuperum, pag. 479. col. 1. ad verba *Aliâ autem.*

Ibid. *Aliâ autem Epiſtolâ.*] *Par une autre Déclaration.* Maucroix. *By another Ordinance.* Verſio Anglica.

Epiſtolam & *Edictum* non diſtinguo, ait in conſimili occaſione Pagius (*a*). Neque certè videtur magis hic Auctor diſtinxiſſe, qui in fine capitis præcedentis id, quod nunc à Galerio *Epiſtola* dicitur, *Edictum* nuncupavit: *Edictum miſit hujuſmodi*; ſimiliterque initio ſequentis: *Hoc Edictum proponitur Nicomediæ.* Nos putamus, ſi res ſuo proprio nomine appellandæ ſunt, hoc ſcriptum propter ultimam Præfationis portionem, ἐπαρχικοῖς ἰδίοις χάρεσι, *Provincialibus ſuis ſalutem*; deindè verò propter hanc ipſam clauſulam, *Aliâ autem Epiſtolâ ſignificaturi ſumus, quid debeant obſervare*, quæ non ita benè poterat Galerii Edicto inſeri; denique propter ipſummet *Epiſtola* nomen, quod huic ſcripto tribuit Galerius, dicendum potiùs eſſe, & reverà fuiſſe *Epiſtolam*, rigidè loquendo, quàm *Edictum*, ſed ex quâ tamen, pauculis demptis & mutatis, additoque Præſidum *programmate*, conficiendum confectumque fuerit paulò poſt Edictum propriè dictum. Vide, quæſo, quantoperè eò faciant poſtrema verba Licinii litterarum ad Bithyniæ Præſidem datarum, quas habes infrà, capite XLVIII. & quibus vulgò *Licinii de reſtituendâ Eccleſiâ Edictum* nomen eſt. Verba ſunt: *Ut autem hujus ſanctionis benevolentia noſtra forma ad omnium poſſit pervenire notitiam*, PROLATA PROGRAMMATE TUO *hæc ſcripta & ubique proponere, & ad omnium ſcientiam te perferre conveniet, ut hujus benevolentia noſtra ſanctio latere non poſſit.* Tum continuò poſt: *His litteris propoſitis*; proximè verò ante initium, *de reſtituendâ Eccleſiâ hujuſmodi litteras ad Præſidem datas proponi juſſit.* Confer ſimilem locum Epiſtolæ Maximini Auguſti ad Sabinum, quam integram refert Euſebius, lib. 9. H. E. cap. 9. ἵνα δ' αὖτε ἡμῶν ἡ κέλευσις εἰς γνῶσιν πάντων τῶν ὑπαρχιῶν τῶν ἡμετέρων ἔλθῃ, διατάγματι ὑπὸ σὲ προτεθέντι τὰ κεκελευσμένα ἐφίλης διελθεῖν. Hoc eſt, vertente Valeſio: Porrò ut hoc præceptum Majeſtatis noſtræ univerſis provincialibus noſtris innoteſcat, Edicto abs te propoſito juſſionem noſtram publicari curabis. Adde Cuperum, pag. 479. col. 1.

Lin. 2. *Significaturi ſumus.*] Videatur Baluzius, pag. 328. col. 2.

Ibid. *Quid debeant obſervare.*] Quinam? Chriſtiani, an Judices? Credebam, Chriſtianos intelligi, ob præcedentia iſta: *Ut denuò ſint Chriſtiani, & conventicula ſua componant, ita ut ne quid contra diſciplinam agant.* Maluit Maucroixius de Judicibus accipere: *Par une autre Déclaration nous ferons ſçavoir à nos Officiers de juſtice la conduite qu'ils doivent tenir envers eux.*

Lin. 3. *Deum ſuum orare pro ſalute noſtrâ.*] Cuperum vide, pag. 479. col. 1. & 2.

Lin. 4. *Ac ſuâ.*] Adeatur Baluzius, p. 328. col. 2.

Ibid. *In ſedibus ſuis.*] Eòdem rursùm te remittimus.

CAPUT XXXV.

P. 230. lin. 1. *Hoc Edictum.*] Accipe de ſuperiore illâ Galerii Auguſti Epiſtolâ, poſtquàm in Edicti formam per Bithyniæ Præſidem, qui vulgò Nicomediæ habitabat, fuit redacta.

Ibid. *Proponitur Nicomediæ.*] Id eſt, ejuſdem Præſidis programmate profertur in eo oppido. Adde Baluzium, pag. 328. col. 2.

Ibid. *Nicomediæ.*] Duæ primæ hujus libelli editiones, Pariſienſis ſcilicèt, anni 1679. & Oxonienſis, anni 1680. *Nicodemiæ*: undè poſterior in emendationibus, quæ ſeriùs occurrerant: Lege, *Nicomediæ*; quod & Allixius monebat.

Ibid. *Pridie Kalendas Maias.*] Trigeſimo die menſis Aprilis. *Maucroixii Verſio.* Ultimo die Aprilis. *Tralatio Anglica*; quæ tria eòdem redeunt.

Ibid. *Pridie Kalendas Maias.*] Si quid video, legendum erit, *pridie Kalendas Februarias.* Tollius.

Cùm in titulo (*b*) præfati Edicti *Galerius Maximianus* dicatur Tribunitiæ Poteſtatis XX. conſtat, illud emiſſum eſſe poſt Kalendas Martias currentis anni [311.] quibus Tribunitiam Poteſtatem XX. auſpicatus eſt idem Galerius. Poſt illum diem datum, ex Nummis etiam Græcis apud Goltzium, certum redditur. Ultimus enim, in quo annus Auguſtei ejus Imperii notatur, exhibet hos characteres L. Z. id eſt, *annus ſeptimus.* Nam cùm, Lactantio teſte, Kalendis Maii anni CCCV. Auguſtus renuntiatus fuerit, Kalendis Maii currentis Chriſti anni ſeptimum Imperii Auguſtei annum incœpit. Quarè cùm idem Imperator jam deficiens Edictum illud promulga-

(*a*) *In Critică Baron. ad annum Chriſti* 314. *num.* 10. (*b*) *Vide ſuprà, pag.* 705. *col.* 1.

rit, apparet, Lactantii ſententiam Galerii Maximiani Nummis corroboratam eſſe, perperàmque ſcripſiſſe Valeſium in Notis Euſebianis, alioſque viros doctos, Edictum illud ante menſem Martium datum eſſe. *Pagius, in Criticâ Baron. ad annum Chriſti* 311. *num.* 12. *&* 13. ubi & ex quo alio errore error ille importunè profluxerit, eruditè indicat. Vide locum. Operæ pretium eſt.

Prodiit tandem abſoluto anno perſecutionis VII. ineunte IX. Edictum Galerii, quo perſecutio penitùs extincta, inter Kalendas Martias, quibus XX. Tribunitiam Poteſtatem inchoaverat, & pridiè Kalendas Maias, quo Nicomediæ dicit propoſitum fuiſſe Lactantius. *Dodwellus, Diſſert. Cypr.* XI. *num.* 82.

Ibid. *Ipſo, &c.*] Nempè Galerio Maximiano. *Pagius* (*a*). Quin & ſuo quoque modo interpretes, cùm alter vice pronominis nomen ipſum *Galerii*, alter verò *Maximiani* adhibuerit.

Ibid. *Ipſo octiès, & Maximino iterùm Conſulibus.*] Romæ ... anno [311.] uſque ad menſem Septembris, nulli Conſules fuerant publicati .... At in Galliâ, Hiſpaniâ, cæteriſque trans Alpes Provinciis, quæ ad Conſtantini Imperium pertinebant, Maximianus Galerius ſolus Conſul eodem anno CCCXI. nominabatur. Ita legitur in Faſtis Idacii & in Fragmento Conſulari à Bucherio edito, pag. 250. MAXIMIANO VIII. SOLO ... In Græciâ, Macedoniâ, Daciâ, aliiſque Provinciis Illyrici, in Thraciâ atque Bithyniâ, quæ partim Galerio Auguſto, partim Licinio Imperatori parebant, dicebantur Conſules Galerius Maximianus octiès, & Maximinus iterùm. Hæc nuper didici ex aureo Libello Lactantii Firmiani de Mortibus Perſecutorum, à viro doctiſſimo Stephano Baluzio ex inſigni illuſtriſſimi D. Colberti ..., Bibliothecâ evulgato; ſiquidem ſcribit cap. 35. Edictum pro Chriſtianis à Maximiano Galerio paucis ante ejuſdem mortem diebus *propoſitum Nicomediæ pridiè Kalendas Maias, ipſo octiès, & Maximino iterùm Conſulibus.* Noriſius apud Pagium in Criticâ Baron. ad dictum Chriſti annum 311. num. 3. idque ex quartâ Noriſii Diſſertatione de Cenotaphiis Piſanis, cap. 1. §. 1.

Sed, quod primum, Proſper in Chronico, Victorius in Canone Paſchali, Caſſiodorus, Auctor Chronici Alexandrini, aliique eo anno cum Maximiano octiès Licinium Collegam poſuerunt, pergit in laudatâ Criticâ clariſſimus Noriſius, mox addens: Hic fortè in Pannoniis, Rhætiâ, ac Norico, ubi Licinius imperabat, idem ſemet Collegam Maximino addiderat. Deindè autem, quod longè gravius, nec ab ullo hactenùs obſervatum, Galerius eo ipſo anno in Præfatione Epiſtolæ, ex quâ Edictum, de quo agitur, confectum eſt, non modò diſertè eumdem Licinium Collegam ſibi in Conſulatu adjunxit: ſed adjunxit inſuper Conſtantinum, quem & ante Licinium nominat, tacito prorsùs ſecundo illo Conſulatu Maximini. Euſebii verba Latinè reddita ſic habent: *Imperator Cæſar Galerius Valerius Maximianus* ... CONSUL VIII... *Et Imperator Cæſar Flavius Valerius Conſtantinus* ... CONSUL ... *Et Imperator Cæſar Valerius Licinianus* ... CONSUL, *Pater Patriæ, Proconſul; Provincialibus ſuis ſalutem.* Quomodò itaque noſter, *ipſo* [*Galerio Maximiano*] *octiès, & Maximino iterùm Conſulibus;* nec potiùs, ſecundùm memoratam Galerii Præfationem, *ipſo* [*Galerio Maximiano*] *octiès, & Conſtantino Licinioque Conſulibus?* Viderint Docti. Nihil ipſe nunc, quod mihi ſatis faciat, reperio, aut ab aliis afferri comperio. Nam quantùm ad haſce clariſſimi Pagii conjecturas, *Galerio Maximiano menſe Martio anni* 311. *Collegam adjunctum eſſe Licinium Auguſtum, qui* CONSUL *appellatur in Edicto Galerii Maximiani: non multò poſt autem Maximinum Auguſtum* II. *ejuſdem Galerii Maximiani Collegam fuiſſe, ſicut liquet ex verbis Lactantii, ipſo octiès, & Maximino iterùm Conſulibus;* adeò ut tantùm Conſulatus ille Licinii nequaquàm *ordinarius* extiterit, ſed *ſuffectus*, rogo primò, cur Galerius, ſi ita res fuit, *Conſtantinum* in dictâ Præfatione ſecundo loco *Conſulem*, nullo verò *Maximinum* ſimiliter *Conſulem* nominaverit? Rogo deindè, quomodò Licinium Galerius ſibi ordinario Conſuli menſe Martio anni Chriſti 311. ſuffecerit, ſi, ex Noriſio in præcedentibus, nulli Conſules Romæ publicati ſint anno Chriſti 311. uſque ad menſem Septembrem, ante quem jam ſat diù obierat Galerius? Non omnes ergò hujus loci difficultates per Pagium ſublatæ. Sed eas fortè brevi feliciter enodatas videre licebit in ultimo clariſſimi Noriſii opere, quod ad ampliſſimum Cuperum ex Italiâ perveniſſe audimus, & ex animo gaudemus.

Ibid. *Ipſo octiès, & Maximino iterùm Conſulibus.*] Verſio Anglica, *in Maximian's*

(*a*) *In Criticâ Baron. ad annum Chriſti* 311. *num.* 12.

Digitized by Google

eighth Consulate, and Maximin's third. Ad verbum, *in octavo Maximiani Consulatu, & tertio Maximini;* cujus utinàm emendationis, vera enim est *ter iterùm* in *ter tertiùm* mutatio, rationem reddidisset alicubi vir doctissimus, qui ad illam, uti necessariam facilèque tuendam, recurrendum putavit. Nos quippè, vel ob proximè sequentia, quibus incumbat fundamentis nescimus.

Ibid. *Maximino iterùm Cons.*] De cujus Consulatu secundo, uti & de primo, nulla est in cæteris fastis mentio, ita ut hîc solâ nitamur Lactantii auctoritate. Noster enim Lydiatus Galerium octavâ vice Consulem statuit sine Collegâ. *Edit. Oxon. & Cant.* adjiciente ultimâ: Vide Valesii Annotationes in Euseb. lib. 9. cap. 11.

Ex Lactantio, qui id temporis Nicomediæ degebat, patet, Maximinum iterùm Consulem fuisse anno CCCXI. *Norisius, ubi suprà.*

Ex Græcis Dodwelli Excerptis, pag. 102. Appendicis ad Dissertationes Cyprianicas, editionis minoris Oxon.

Anni Dom.	Τ῾ωμαίων.	Ῥ῾ωμαίων.
305	Κωνσταντῖνος Καῖσαρ τὸ ς	ὑ Μαξιμῖνος Καῖσαρ τὸ ε.
306	Κωνσταντῖνος σὺν τῷ ε	ὑ Μαξιμῖνος σὺν τῷ ε.
307	Σεβῆρος σὺν	ὑ Μαξιμιανὸς Καῖσαρ.
308	Διοκλητιανὸς σὺν τῷ ς	ὑ Μαξιμιανὸς σὺν τῷ δ.
309	Λικίνιος σὺν τῷ α	ὑ Κωνσάντιος τὸ α.
310	Ἀνδρόνικος	ὑ Πρόβος.
311	Μαξιμιανὸς	ὑ Μαξιμῖνος.

Anno CCCVII. Consules legimus Severum Augustum & Maximianum Cæsarem. *Maximinum* vult, quem *Cæsarem* appellat. Habemus itaque *primum* Maximini *Consulatum* frustrà alibi à clarissimo Baluzio quæsitum. Quanquàm & in libro de *Præfectis urbi* obscura etiam extent hujus Consulatûs vestigia. Anni enim CCCVII. usque ad mensem Aprilem, Consules ibi consignatos ita legimus. *Maximianus* VII. *& Maximian.* Secundus ille *Maximianus* non alius est à nostro *Maximino.* Nec enim recentiores modò, sed & illius sæculi coæva monumenta hæc nomina confundunt, cum *Maximino Maximianum*, & cum *Constantino Constantium.* Dodwellus in Append. ad Dissert. Cypr. num. 1.

Adde sis Baluzium, pag. 329. col. 1. Columbum, p. 384. col. 2. & laudatam Dodwelli Appendicem.

Lin. 2. *Tunc apertis carceribus, &c.*] *Per singulas* certè *civitates*, quod Ruffini locus à Baluzio, p. 329. col. 1. adductus testatur: sed mirum tamen, nî hîc *Nicomedia carceres* specialiter intelligendi sunt, ob præcedentia ista: *Hoc Edictum proponitur Nicomediæ.*

Lin. 3. *Cum cæteris Confessoribus è custodiâ liberatus es*] Quid hinc contra clarissimum Martyrologii Ecclesiæ Germanicæ Editorem sequatur, jam suprà ostendimus, pag. 531. col. 1. & 2.

Ibid. *Cùm tibi carcer sex annis pro domicilio fuerit.*] Purpuram diximus deposuisse Diocletianum anno Domini CCCV. April. 1. si Idatium, Maii 1. si Lactantium (*a*) audiemus... Ab—anno [autem] quo imperium deposuit Diocletianus, perstitit Nicomediæ persecutio usque ad palinodiam Galerii, à Kalendis Maiis anni CCCV. usque ad pridiè Kalendas Maii anni CCCXI. Id colligimus è Lactantio, qui hoc tempore Donatum suum scribit *è carcere* fuisse *liberatum, cùm carcer illi sex annis pro domicilio fuisset*... Et toto [illo] sexennio Donatus, & tribus Præsidibus sibi invicem succedentibus, Flaccino, Hierocle, & Priscilliano, *novîs* tamen, nec sæpiùs (*b*), tormentis cruciatibusque variis subjectus est. Quia nempè, ut non admodùm frequentes redire poterant [sacrorum Imperii Romani] ludorum vices, ita nec frequentes redibant vices suppliciorum publicorum. *Dodwellus, in Dissert. Cyprian. XI. num. 78. 80. & 89.*

Adde Columbum, pag. 355. col. 1.

Lin. 4. *Hoc facto.*] Id est, illâ memorandi Edicti promulgatione, seu, ad verbum, *publicatione.* Versio Anglica.

Lin. 6. *Conjuge suâ & filio.*] Valeriâ Diocletiani filiâ, & Candidiano. *Edit. Ox. & Cant.*

Sa femme & ses enfans. Maucroix. Quasi nostri verba sint, *conjuge suâ & liberis suis*; quod valdè miror.

Uxor Galerii Maximiani, ait Pagius in loco, quem nos anteà levissimè tetigimus,

(*a*) Cap. XIX. (*b*) Cap. XVI.

erat *Valeriæ* Diocletiani filia, quæ ob ferociam Licinii ad Maximinum confugit, à quo pessimè habita... Nullum ex eâ Galerius Maximianus filium suscepit; sterilis enim fuit, ut docet Lactantius, cap. 1. Hæc itaque intelligenda de *Candidiano*, quem ibidem Lactantius dicit ex concubinâ natum, à Valeriâ adoptatum, ac desponsum filiæ septenni *Maximini* Augusti. Hunc, ut tradit Lactantius, cap. xx. Cæsarem facere destinabat pater post celebrata Vicennalia. Sed occisus est à Licinio anno CCCXIII. ætatis suæ XVI. *Pagius*, *in Critică Baron. ad annum Christi* 311. *num.* 12.

Confer Baluzium, pag. 329. col. 1.

Ibid. *In manu traditis.*] Lege: *in manum.* Tollius, item Gale.

Ἐπεχε potiùs, cùm ob plurima receptæ lectionis exempla, quæ tibi suppeditabit Columbus, pag. 385. col. 1. tùm ob notata superius à nobis, pag. 689. col. 2. quibus nunc istam capitis XXXVIII. locutionem adjicimus: *Primaria, quæ rapi non poterant*, In BENEFICIIS PETEBANTUR.

Lin. 7. *Defluerent.*] Rectiùs, *diffluerent.* Toll.

Adde Columbum, pag. 385. col. 1.

Ibid. *Horrendâ tabe consumptus est.*] Facit hùc notabilis locus Anonymi Valesiani, quem Pagius in Criticâ suâ Baron. ad annum Christi 311. num. 12. produxit in hunc modum: Porrò Galerium Maximianum *Serdicæ* ægrotasse ac interiisse, discimus ex Anonymo Valesiano, qui postquàm de Licinio Cæsare creato locutus est, inquit: *Deindè illo in Pannoniâ relicto, ipse ad Serdicam regressus morbo ingenti occupatus sic distabuit, ut aperto & putrescente viscere moreretur.*

Addantur Baluzius, p. 329. col. 1. & 2. & Cuperus, pag. 479. col. 2. & seq.

Ibid. *Idque cognitum Nicomediæ* [...] *mensis ejusdem.*] De supplendâ manu scripti codicis lacunâ, quam nunc demùm Baluzius quo vides pacto repræsentandam curavit, viri docti planè hactenùs, quod non mirum, secuti, tantummodò cogitaverant, quâ ratione aliquid huic loco, quem mutilum esse sentiebant, insererent: undè orta suspicio, de quâ Cuperus, p. 481. col. 1. & Columbus, p. 385. col. 1. legendum esse scilicet: *Idque cognitum Nicomediæ medio mensis ejusdem*; quod & nobis olim postrema pars nominis *Nicomediæ* fieri posse suggesserat, absorpto nempè, inquiebamus, τὸ *medio* librarii oscitantiâ à præcedente voce *Nicomediæ*. Nunc autem, cùm hujus loci defectus non librario, sed tempori rerum edaci sit tribuendus, possent certè æquè benè duæ voces *sub finem*, vel *in fine*, aut unica vox *idibus*, aliæve hujus generis deesse, atque *medio*. Videant qui MS. codicem consulere queunt, quid potiùs memoratæ lacunæ spatium vel litterarum ductus, si qui remanent, patiantur. Habet sanè Versio Anglica; *before the end of May*: quod ad verbum est, *ante finem Maii.*

Pag. 231. lin. 1. *Mensis ejusdem.*] Id est, Maii Kalendis. *Edit. Oxon. & Cant.*

Ibid. *Mensis ejusdem.*] Scilicet, Maii. *Pagius* (*a*).

Confer Baluzium, p. 330. col. 1.

Ibid. *Kalendis Martiis impendentibus.*] Anni nempè Christi sequentis [312] quo Kalendis Martiis die Imperii ejus Cæsarei natali ea solennia, propter perpetem morbum dilata, edere decreverat. *Pagius* (*b*).

Adde Baluzium, p. 330. col. 1. & Col. p. 385. col. 1.

CAPUT XXXVI.

Pag. 231. lin. 1. *Quo nuntio.*] Mortis nempè Galerii Maximiani. *Pagius* (*c*).

Ibid. *Dispositis ab Oriente cursibus pervolavit.*] Tanquàm diceret, summâ celeritate equis, quos statim post id nuntii acceptum imperaverat, ut certis locis sibi suisque præsto essent, usus est; sicque maximum itineris spatium ab Oriente, ubi mortem Galerii didicerat, usque ad provincias *quas* occupare aggrediebatur, veluti perpete volatu confecit. Vis simile exemplum, nec dissimilem locutionem? *At ille incredibili celeritate usus pervenit ad patrem jam deficientem*, inquiebat noster capite 24. de Constantino, cùm paucis antè versibus de eodem dixisset: *Sublatisque per mansiones multas omnibus equis publicis, evolavit.*

Il prit la poste, & se rendit en diligence dans l'Orient. Maucroix. Cui ergò pro vulgatâ lectione, *dispositis ab Oriente cursibus pervolavit*, legendum potiùs visum est, *dispositis cursibus pervolavit in Orientem.* Sed vide tu, quæso, quantùm hæc capitis 19. repugnent: *Daia verò* (qui & Maximinus) *sublatus nuper à pecoribus & silvis... accepit Orientem calcandum.* Nam *ab Oriente* igitur debuit evolare. Quod & finis capitis 38. postulat.

Lin. 2. *Ut provincias occuparet, ac Lici-*

(*a*) *In Crit. Bar. ad an. Ch.* 311. *num.* 12. (*b*) *Ibid.* (*c*) *Ibid. num.* 14.

nio

ille morante, omnia sibi usque ad fretum Chalcedon. vindicaret.] *A dessein de profiter de l'absence de Licinius, & de s'emparer de toute l'Asie jusques à la mer de Chalcedoine.* Maucroix. Quasi noster scripserit, *ut absente Licinio, Asiam totam sibi usque ad fretum, &c.* At primò, quid manifestius, quàm ita non duos, sed unicum Maximino sui cursûs finem tribui? invadendi scilicet, absente Licinio, totam Asiam usque ad fretum Chalcedonium; quandò contrà, secundùm nostrum, Maximinus animo suo non unicum finem, sed verè duos in illo præcipiti itinere proposuerat: unum nempè, certas sibi provincias, quidquid Licinius faceret, hoc est, si vel maximè festinaret, vindicandi; alterum autem non eas solas, sed cuncta ad fretum usque Chalcedonium, si fortè Licinio tantisper morari contingeret, occupandi: *Ut provincias occuparet, ac, Licinio morante, omnia sibi usque ad fretum Chalcedonium vindicaret.* Hic primus ergò Maucroixianæ Tralationis defectus. Secundus & tertius sint, liberiùs indubiè *provincias* per *universam Asiam*, *morante* verò per *absente* verti.

Ibid. *Ut provincias occuparet, &c.*] *To take into his possession all those Provinces: and as Licinius lingered, he possessed him self of al to the straits of Thrace.* Versio Anglica. Quasi jam nostri verba sint: *ut* [*omnes illas*] *provincias occuparet, ac, Licinio morante, omnia sibi usque ad fretum Thraciæ vindicavit.*

Malebam *vindicaret*, quod apertè vir Reverendiss. in *vindicavit* mutandum esse arbitratus est, retinere; & loco duarum vocum, quas idem ante *provincias* supplevit, & nos uncinulis includi curavimus, suspicabamur *propinquas* potiùs, vel *proximas* librarii culpâ deesse.

Ibid. *Licinio morante.*] Vide Baluzium, p. 330. col. 2.

Lin. 3. *Fretum Chalcedonium.*] Quod cùm ab unâ parte inter Thraciam, ab alterâ verò inter Bithyniæ oppidum Chalcedonem jaceret, indè modò pro *freto Chalcedonio*, *freto Thracio* in Anglicâ Tralatione habebamus. Adde Baluzium, p. 330. col. 2. & Cup. p. 481. col. 1.

Ibid. *Bithyniam.*] Videatur denuò ibidem loci Baluzius.

Ibid. *Ad præsens.*] Tempus scilicet: quomodò sæpè Græci ὁ τῷ παρόντι, & ἀ τὸ παρὸν, omissis substantivis χρόνῳ & χρόνῳ dicunt, pro *in præsenti tempore*. Confer Columbum, p. 385. col. 1.

Lin. 4. *Sustollit censum.*] Quem Maximianus Galerius instituerat, de quo c. 31. Vide Justinum, libro 1. de Magis eodem modo populum Persarum sibi conciliantibus. *Tillius.*

Ibid. *Sustollit.*] Editio Aboensis, *sustulit.*

Nollem factum, cùm *sustollendi* verbo Plautus, Lucretius, Catullus, usi sint. Postremus, ex gr. de Nuptiis Pelei & Thetidos:

Candidaque intorti sustollant vela rudentes.

Neque adeò validè pugnabit suprà Columbus pro emendatione suâ, p. 385. col. 2.

Lin. 5. *Discordia inter.*] Lege, *Discordia indè inter, &c.* Tollius. Item ambo Interpretes, ut quidem verterunt,

Les deux Empereurs en vinrent presque à une rupture. Maucroix.

Bythis means the two Emperours were now in ill terms. Tralatio Anglica.

Ibid. *Diversas ripas arm. ten.*] Adeundi Baluzius, p. 330. col. 2. Columbus, pag. 385. col. 2.

Lin. 6. *Sed conditionibus certis pax, &c.*] Cùm... Maximinus in Epistolâ scriptâ ad Sabinum post mortem Galerii Maximiani doceat, se *anno præterito* Nicomediæ fuisse, ut videre est apud Eusebium, liquet *Maximinum* mortuo Galerio Asiam ac Bithyniam occupasse, quas Galerius unà cum Illyrico & Thraciâ sibi retinuerat. Et quidem Bithyniam cessisse in jus & ditionem Maximini, colligit Baluzius in Notis ad citatum Lactantii locum, (p. 330.) ex martyrio sancti Luciani Antiocheni, quod enarrat Eusebius, libro 9. capite 6. *Pagius* (*a*).

Ibid. *In ipso freto.*] Hoc est, in ipso freto Bosphori. *Maucroixii versio.*

Id est, in ipso mari. *Tralatio Anglica.*

Simplicius fortè sit subaudire ex præcedentibus *Chalcedonio*. Adde Baluzium, p. 330. col. 2.

Lin. 7. *Redit ille.*] Scilicet Maximinus. *Pagius* (*b*).

Consentiunt Interpretes, apud quos pronominis loco ipsummet *Maximini* nomen reperias. Notandum tantùm, cùm noster non præterito tempore *rediit*, sed præsenti *redit* utatur, neutiquàm nunc de consum-

(*a*) *In Critica Baron. ad annum Christi* 311. *num.* 14. (*b*) *Ibid. num.* 15.

mato Maximini *in Orientem* reditu ſermonem eſſe, ſed ſimpliciter de ſuſcepto & inchoato: quod mox confirmabitur.

Ibid. *Securus.*] Hoc eſt, ſeſe jam ſecurum eſſe confidens: *tecokning that he vvas nevv ſecure.* Verſio Anglica.

Ibid. *Et ſit qualis in Syriâ & in Ægypto fuit.*] Id eſt, & in provinciis, quas recenter imperio ſuo adjecerat, talis factus eſt, dùm per illas *in Orientem* revertebatur, qualis antè fuerat in Syriâ & in Ægypto. Nec diſſimili ſenſu Maucroixius: *Et ſa conduite fut pareille à celle qu'il avoit tenue en Syrie & en Egypte.* Diſſimili verò Tralatio Anglica, *and ſo he governed Syria and Egypti juſt as he had done formely.* Ad verbum, atque eodem prorsùs pacto Syriam & Ægyptum moderari perrexerit, quo priùs inceperat.

Lin. 8. *In primis indulgentiam Chriſtianis communi tutelo datam, &c.*] Idem, inquit Baluzius, quod *communi conſenſu.* Vocem alibi ſibi non occurriſſe teſtatur. Quidnî itaque pro corruptâ habeatur, & in ipſius vicem facili mutatione ſuccedat *tutelâ*? ſiquidem *communis tutela* aliud temerè hîc loci non ſignificaverit, quàm edicti nuper editi munimentum quoddam, quo freti ſecuriores dehînc Chriſtiano cultui vacare poſſent. Vir reverendiſſimus legit *titulo.* Edit. Oxon. & Cant.

Ibid. *Tutelo.*] Editio Aboenſis, *titulo.*

Leg. *titulo.* Voſſius. *Tutelo*, pro *titulo.* Allix.

And tho the Chriſtians vvere nevv received under the protection of the government, yet he broke all this. Tralatio Anglica. Ad verbum ferè: Indulgentiam, quâ Chriſtiani in communem Magiſtratuum tutelam traditi fuerant, violavit.

Puto ego veterem lectionem fuiſſe, *In primis indulgentiam Chriſtianis cum muri tutelâ datam tollit*; quod ſic explico. Galerius, ut ex primâ illius epiſtolâ, ſeu, quod idem eſt, ut ex hujus libelli capite XXXIV apparet, promiſſam hanc in Chriſtianorum negotio indulgentiam jam penè moriens porrexerat, *ut denuò Chriſtiani eſſent, & conventicula ſua componerent.* Atque iſtam in primis indulgentiam Maximinus, dùm à freto Chalcedonio rediens Orientem repeteret, in itinere ſuſtulit. Sed jam aliâ epiſtolâ idem Galerius, ut ex eodem capite certum eſt, judicibus ſignificaturus erat quid amplius obſervandum foret circa Chriſtianorum negotia. Neque porrò poſtulabant ſimpliciter ejuſmodi rerum occaſio & neceſſitas, ut per eam epiſtolam in quibus potiùs locis Chriſtiani apertè in poſterum habitare, ſuaque etiam templa palàm condere haberent, judicibus ſignificaretur: ſed fieri nequibat, quin ea loca vel intra urbium muros aſſignarentur, vel extrà. Nunc autem vix quidquam probabilius, quàm Galerium poſteriore epiſtolâ judicibus ſignificaſſe, placitum ſibi fuiſſe, ut quemadmodùm anteà Chriſtiani . . . complures eccleſias ſuas Imperatorum permiſſu in civitatibus ædificaverant, & alioquî tutiùs ſemper habitaverant homines in urbibus, propter murorum inter cætera tutelam, quàm ruri, paterentur Chriſtianos intra cujuſque oppidi mœnia majoris ſecuritatis ergo morari, ſibique ibidem conventicula reſtituere.

Et verò Chriſtianos eccleſias priùs intra urbium ſepta habuiſſe, vel unum Nicomediæ templum, cujus noſter capite XII meminit, validiſſimo argumento eſt: utî quod jam proximè ſequetur, *ſubornatis legationibus civitatum, quæ peterent ne intra civitates ſuas Chriſtianis conventicula extruere liceret*, apertiſſimè rurſùs indicat, his ergò licitum priùs fuiſſe per Galerii epiſtolas ad Judices ſcriptas templa intra Gentilium civitates condere; datamque proindè Chriſtianis à Galerio, non meram de quâ ſuperiùs diximus indulgentiam, ſed & muri tutelam pro ſuis ſimul domiciliis & conventiculis: undè poſteà Maximinus *indulgentiam Chriſtianis cum muri tutelâ datam* ſuſtulerit. Hæc mea ſaltem de hoc loco ſententia, partim propter quas nunc attuli rationes, partim deindè, quia dùm ex doctis alii *à communi tutelo* de communi Imperatorum conſenſu accipiunt, alii autem *communi titulo* emendant, id eſt, ut exponunt, præſcriptis nominibus Galerii, Conſtantini, Licinii, Maximini, & Maxentii, neutri utiquè *communem*, quem oporteret, *Imperatorum conſenſum* præſtare poſſunt: quatenùs nimirùm vel de verè communi illorum quinque conſenſu quæſtio eſt, vel de communi tantùm eorumdem ex parte. At ſi de verè communi, extant quidem apud Euſebium tria priora nomina in Galerii Præfatione, cujus totiès meminimus, ſed non itidem duo ultima, ut ſic nequeat prorſùs de univerſali dictorum quinque Imperatorum conſenſione conſtare. Sin verò de communi trium duorumve dunſaxàt ex illis, meminit quidem etiam ejuſmodi conſenſionis laudato loco Euſebius, at neutiquàm noſter, qui in antecedentibus non modò non *Maximini*, verùm ne vel unius Imperatoris mentionem fecerit, qui memoratæ indulgentiæ conſenſerit, ſed ſolius

www.libool.com.cn

Digitized by Google

Galerii qui eam miserit; ut haud fermè quidquam locutione istâ durius queat concipi, *In primis indulgentiam Christianis communi sive tutelæ, sive titulo, datam tollit Maximinus*, si quis tandem communis consensus, cujus ipse neque secundùm Eusebium, neque secundùm nostrum, ulla pars fuerit, intelligendus est. Accedunt, quod superest; ad *muri tutelam* de quâ loquimur, quatuor tutelarum, tutandi fundi ergo, genera, de quibus Varro. lib. 1 de re rusticâ: *Nunc de sæptis, quæ tutandi fundi causâ, aut partis fiant, dicam. Earum tutelarum genera quatuor. Unum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabrile.* Adde Baluzium, pag. 331. col. 1. Cuperum, p. 481. col. 1. Columbum, p. 385. col. 2.

Lin. 9. *Subornatis legationibus, &c.*] Ἀνὴρ αὐτῷ καὶ ἡμῖν πρεσβεύσας, inquit Eusebius lib. IX. cap. 11. ubi vide Aunot. Vales. *Editio Cantabrig.*

Prodiit . . . absoluto anno persecutionis VIII. ineunte IX. edictum Galerii, quo persecutio penitùs extincta est, inter Kal. Martias [anni CCCXI.], & pridiè Kal. Maïas [ejusdem anni] . . . Duravit hæc pax ne sex quidem integris mensibus. Indè ad novas artes prætextusque quærendos restaurandæ persecutionis se convertit Maximinus. Imprimis arcuit Christianos à cœmeteriis. Tùm subornavit civitatum ad se legationes, magni quasi beneficii loco id à se petentium, ut Christiani pellerentur, imprimis Antiochiæ, in quâ urbis curator *Theotecnus* egregius impostor novum *Jovis Philii* simulacrum magicis artibus consecratum erexit, ejusdemque commentus est oraculum, quo juberetur, Christianos urbe omnique urbis territorio esse exterminandos . . . Legationes hæ eodem quo decessit Galerius anno, sed exeunte, Nicomediæ accepit, postquàm Galerii ditionem ad fretum usquè Chalcedonium occupasset, & pacem amicitiamque cum Licinio certis conditionibus composuisset. Hoc ex ipsius Maximini edicto constat in favorem Christianorum sequenti anno CCCXII finiente edito. Sed & *indulgentiam* Christianis à Galerio concessam hoc etiam anno revocatam necesse est, si non integris sex mensibus ea pax duraverit. *Dodwellus, Diss. Cyp.* XI. *num.* 82.

Maximinus in litteris, quas anno sequenti [CCCXII.] ad Sabinum Prætorii sui Præfectum scripsisse dicemus, quasque Eusebius lib. 9. cap. 9. refert, ... *cùm anno*, ait, *præterito*, (anno scil. CCCXI.) *Nicomediam feliciter essem ingressus, cives ejus urbis me illic degentem adierunt cum Deorum simulacris, obnixè orantes, ne hujusmodi hominum genus in suâ civitate habitare omninò sinerentur*, & alia, quibus mirè illustrantur quæ suprà ex Lactantio retulimus; gesta enim hoc & sequenti anno in causâ Christianorum multis hùc usquè tenebris circumfusa. *Pagius* (*a*).

Apud quem igitùr eo pacto insigne videa exemplum subornatarum istiusmodi legationum. Conferatur Baluzius, p. 331. col. 1.

Lin. 11. *Novo more Sacerdotes maximos per singulas civitates singulos, &c.*] Quasi ergò aliis verbis scripserit, *novo more unum in unâquaque civitate Sacerdotem maximum fecit.* Hincque mihi facti novitas: cùm priùs scilicet Gentiles quidèm nonnunquàm habuissent ἀρχιερέας & Sacerdotes provinciis vel urbibus impositos, at non singulos per singulas civitates. Adde Baluz. pag. 331. col. 1. Cuper. pag. 481. col. 2. Colum. p. 385. col. 2.

Lin. 13. *Qui & sacrificia per omnes deos suos quotidiè facerent.*] Mihi nemo persuaserit sic Lactantium scripsisse. Excidit vox *dies*, quæ *deos* præcessit, propter litterarum affinitatem, ut sæpè. Illâ omissâ, cùm nihil esset quod pertineret ad *omnes*, *diis suis* refinxerunt in *deos suos*. Scripsit Lactantius: *qui & sacrificia per omnes dies diis suis quotidiè facerent*, ut in capite sequenti, *per singulos dies sacrificaretur. Per omnes dies quotidiè* est pleonasmus, ut *nunc jam sæpè* apud Plautum, *post deindè* apud eumdem, *rursùm repetere* apud Suet. Cæs. 2. *vetus vetustum vinum* in Curculione. Sin cui hæc displicent, posset legi, *qui & sacrificia per omnes ædes diis suis quotidiè facerent.* Grævius.

Ibid. *Per omnes deos suos*] Hoc est, per omnia suorum deorum templa, seu in omnibus templis, inquiebat suprà Tollius, & nos cum ipso pag. 637. col. 1. quod necdùm planè respuere possumus, sive propter geminam illam nostri locutionem capite 17. *per omnes deos pro vitâ ejus rogaretur*, sive propter hanc Livineii ad Panegyricos veteres (*b*) observationem, in quam posteà incidimus, & quâ, quæ laudato loco notavimus, videntur non mediocriter firmari. Cicero IV ad Attic. Ep. 1. & pro P. Sextio, Nonas Sextiles *salutis natalem* appellavit, quòd eo die in Quirinali ædes ei consecrata; & eleganter Martialis, *Maïa Mercurium creastis idus*; ob templum ei tùm dedicatum, ut Livius 2. & Festus scripserunt; sive deniquè quòd nondùm satis assueti simus huic pleonasmo, *per omnes dies sacrificia que-*

(*a*) *In Critică Baron. ad annum Christi* 311. *num.* 16. (*b*) *Ad Paneg. V. pag.* 329.

Digitized by Google

sidiò facerent. Posteriorem certè Clar. Collegæ conjecturam, cujus & ille optionem dat, præferendam credimus. Sed, quod non omittendum, vulgatam quoque lectionem, licèt alio atque nos modo, explicat Ampl. Cuperus, p. 481. col. 2.

Lin. 14. *Miniſterio.*] Prætulerim, *magiſterio.* Gale. *Miniſterio, the aſſiſtance.* Verſio Anglica; id eſt ope, auxilio.

Idid. *Darent operam* [*ut*] *Chriſtiani neque fabricarent.*] Templa ſcilicet, utì quidem Maucroixius interpretatus eſt: *devoient empêcher les Chrétiens de bâtir des Temples.*

Emendo, *darent operam Chriſtiani ne quid fabricarent.* Gale.

Erunt ſine dubio quibus hic ordo magìs placeret, *darent operam ne quid Chriſtiani fabricarent.*

Pag. 232. lin. 1. *Colerent.*] Præfero, *coïrent.* Gale.

Ibid. *Suo jure.*] *Par ſon autorité.* Maucroixius; quaſi dicas, pro ſuâ autoritate.

Adde Cuperum, p. 481. col. 2.

Lin. 2. *Parùmque hoc fuit, niſi etiam provinciis ex altiore dignitatis gradu ſingulos quaſi Pontifices ſuperponeret, & eos utroſque, &c.*] Locus, non difficilis tantùm, ſed valdè, ſi quid video, mendoſus, & cæteròqui contrariâ prorſùs ratione acceptus ab Interpretibus: cenſente nimirùm Maucroixio propter ultimam ſine dubio vocem *utroſque*, Maximinum ſingulis provinciis non ſingulos, ſed duos ſimùl præpoſuiſſe Pontifices: *Non content de cette Ordonnance, il établit encore en chaque province deux Pontifes pour avoir l'oeil ſur les autres*; cùm contrà ex Reverendiſſ. Burneti verſione non duo, ſed unicus duntaxàt Pontifex unicuique provinciæ fuerit Maximini juſſu præfectus. Verba ſunt: *And not contented with this ſubordination that he had ſetled among the Prieſts, he ordered one in every Province to be over all the Prieſts of the Province.* Quorum ſenſus eſt: Neque ità contentus unum Sacerdotem maximum cæteris in unâquaque civitate Sacerdotibus ſubjeciſſe, unum præterea in unâquaque provinciâ ordinavit, qui cunctis provinciæ Sacerdotibus ſuperior foret. Nos primò, propter diſertas voces *& eos utroſque*, non poſſumus quin cum Maucroixio credamus, de duobus quibuſdam hîc loci agi, qui ex Maximini mente ſingulis provinciis ad procuranda religionis negòtia præpoſiti ſint. Deindè verò, nec poſſumus quoque propter *ut quaſi* in his verbis, *ſingulos* QUASI *Pontifices*, quin jam viciſſim contra Maucroixium *duos* ejus *propriè dictos Pontifices* rejiciendos eſſe ponamus. Porrò autem, cùm noſter in antecedentibus narraverit, Maximinum novo more in unum aliquem ex urbium primoribus dignitatem Sacerdotis maximi per ſingulas civitates contuliſſe, non magìs ambigimus, quin idem Maximinus geminos hujuſmodi dignitatis homines, ſed qui interim ſinguli quaſi Pontifices maximi forent, ſingulis provinciis impoſuerit. Ac denique, quòd quis ingerat, verùm ubinàm binarii numeri vox *duo* comparet? reſpondeo, non latitare ſolùm in vocabulo *utroſque*: ſed pluſquàm veriſimile eſſe, illam olim in hunc modum poſt ablativum *gradu* extitiſſe: *Parùmque hoc fuit, niſi etiam provinciis ex altiore dignitatis gradu duos, ſingulos quaſi Pontifices, ſuperponeret; & eos utroſque*, cum ſequentibus. Indè ergò tandem ea vox malis avibus, præ nimiâ librarii ignorantiâ vel feſtinatione, ſimulque iſtorum *dus* & *duos* affinitate, exciderit: aut potior aliqua ſuppeditetur conciliatio, quam amplecti queamus. Alias hujus loci difficultates enodant Cuper. p. 481. col. 2. & ſeqq. & Col. p. 385. col. 2.

Lin. 4. *Candidis chlamydibus.*] Paludamento ſive albæ tunicæ ſpecie auro interdùm limbatæ, quâ utebantur ſoli Imperatorum miniſtri, quas utiquè Palatinorum veſtes cum ſummis Pontificibus communicavit Maximinus. *Edit. Oxon. & Cant.*

Non alio ſenſu verſio Anglica: *he ordered them to wear that ſort of white habits edged about with gold, which might only be worn by the Chiefs Officers of the Court.*

Ibid. *Chlamydibus.*] *Manteaux.* Maucroix; id eſt, palliis.

Confer Baluzium, p. 331. col. 1. & Cup. p. 484. col. 1.

Lin. 5. *Facere autem parabat quæ in Orientis partibus, &c.*] Hoc eſt, ſecundùm Tralationem Anglicam: Facere autem parabat contra Chriſtianos in aliis provinciis, quæ jam in Oriente fecerat: interpretante verò Maucroixio, Quæ in Oriente fecerat, illa quoque facere parabat in Occidente.

Lin. 6. *Cùm clementiam ſpecie tenùs profiteretur.*] In eo... ponebant hanc *clementiæ* laudem perſecutores, de quibus agimus, Diocletianei, ſi cùm *vita* peperciſſent, *oculos* tamen *dextros* eruiſſent, & *ſiniſtros poplites* debilitaſſent candenti ferro. Ex quo itaque cœperunt hæ mutilationes, cùm *vitæ ſervandæ* causâ fuiſſent excogitatæ, exindè *variorum* fuiſſe *martyrii* veriſimile eſt. *Dodwellus, Diſſ. Cyp. XI. nu. 81.*

Ibid. *Specie tenùs.*] Columb. vide, p. 385. col. 2.

www.libnol.com.cn

Digitized by Google

Ibid. *Occidi servos Dei vetuit, &c.*] In Oriente scilicèt. Nam, quantùm ad alias regiones, *facere* tantùm *parabat Maximinus, quæ in Orientis partibus fecerat*, ut noster modò loquebatur: undè & rursùs de eodem, in initio capitis 37. *Hoc ille moliens, Constantini litteris deterretur*. Sed, ne rem dissimulem, non video tamen quomodò scribi olim bellè hoc loco potuerit, uti nunc dierum habemus; suspicorque adeò veterem scripturam fuisse, *occidi ibi servos dei vetuit*, quæque posteà, intellectis nimirùm per ν *ibi* Orientis partibus.

Lin. 7. *Debilitari jussit.*] Id est hoc loco, *mutilari*, prout quatuor, quæ sequuntur, exempla singula ostendunt. Neque enim omnis *debilitatio*, *mutilatio* est: sed interdùm, monente meritò Casaubono (*a*), *debiles* Latinissimè sunt, quibus membra facta sunt ἄχρηστα, seu qui vitio aliquo impediuntur, quominùs omnibus membris corporis sui uti possint: quemadmodùm illi, v. gr. Confessores, quibus candenti ferro *debilitatos fuisse sinistros poplites* aiebat modò Dowellus. Verùm hîc, sicut dixi, de veris mutilationibus sermo est. Firmatque alibi (*b*) idem Dodwellus sequentibus verbis: Ità rediit ad suprà dictas corporum mutilationes, quæ licèt confessores multos fecerunt, nullos tamen martyres. *Il les faisoit estropier.* Maucroix.

Adde Baluzium, p. 331. col. 1. & 2.

Ibid. *Itaque confessoribus effodiebantur oculi, &c.*] Verum quidem est, post edictum à Galerio Maximiano in gratiam Christianorum emissum, Maximinum, ubi illud accepit, mandasse judicibus, ut à Christianorum oppugnatione abstinerent, constitutione tamen Galerii suppressâ, & nudâ tantùm voce per Sabinum Præfectum Prætorii sui Provinciarum Præsidibus jussis, ut persecutionem adversùs eosdem inhiberent, uti narrat Eusebius lib. 9. cap. 1. ubi & epistolam ab eodem Sabino singularum Provinciarum Præsidibus scriptam recitat. Sed, ut habet idem Eusebius cap. 2. *ne sex quidèm integris mensibus passus est eum statum permanere*, & ad subruendam pacem Maximinus nihil non molitus est. Quam itaque Lactantius narrat, circa mensem Novembrem, (is enim mensis sextus est à morte Galerii,) ideòque circa Maximini Quinquennalia, quæ in eum mensem incidebant, persecutio adversùs Christianos instaurata. *Pagius* (*c*).

Confer Baluzium, pag. 331. col. 2. & Cuperum, pag. 484. col. 1. & 2.

Lin. 8. *Auricula.* Videatur ibidem loci Cuperus, pag. 485. col. 1.

CAPUT XXXVII.

Pag. 232. lin. 1. *Hæc ille moliens, Constantini litteris deterretur*] Jam pulcherrimam sibi invidiæ declinandæ nactus videbatur occasionem [Maximinus], ut quasi urbium legationibus [& θεωρίαις] coactus edictum pacis revocaret. Rescripsit enim ad illa civitatum decreta, pellendos esse Christianos.... Jamque persecutioni matura erant omnia, ni Constantinus illum deterruisset.... Cùm enim post mensem Maïum emissa illa probaverimus persecutionis edicta anno CCCXII. movente jam adversùs Maxentium Constantino, eo tamen ipso tempore, simul ac rescivit, litteris illum deterruit Constantinus, quibus ad dissimulationem eum adactum scribit Lactantius sect. 37. Meritò quidem ille. Erat enim *primus Augustorum* Constantinus, cui, pro illorum temporum administratione, parere oportebat reliquos *Imperatores* omnes, tam *Cæsares*, quàm etiam *Augustos*. Dodwellus, Diss. Cypr. XI. num. 83. & 85.

Ibid. *Hæc ille moliens, &c.*] *Les Lettres de Constantin réprimerent ces violences.* Maucroix. Ad verbum, Constantini litteræ violenta ista facta represserunt. Quasi jam, quo tempore Maximinus Constantini litteris deterritus est, eadem Maximini jussu in recentibus provinciis fierent, quæ priùs ejusdem imperio in Oriente facta erant; proindèque quasi jam Nicomediæ, verbi gratiâ, crudeli Præsidis aliorumque Ministrorum operâ oculos Confessoribus effoderet, manus amputaret, pedes detruncaret, nares vel auriculas desecaret; quod certè non est, vel ob ista nostri: *Hæc ille moliens*, id est, ut paulò antè præcessit, *facere parans, Constantini litteris deterretur. Dissimulavit ergò.* Adde Baluzium, pag. 331. col. 2.

Ibid. *Constantini litteris.*] Periere memoratæ litteræ: sed duplicem Constitutionem à Constantino & Licinio datam, alteram hoc anno [312.] alteram sequenti, prioremque currenti anno ad Maximinum transmissam, in dubium revocari non potest, licèt Baronius, aliique viri doctissimi unius tantùm Edicti meminerint. Nam, victo Maxentio, [cujus cla-

(*a*) *In Notis ad Matt.* XV. 30. (*b*) *Dissert. Cyprian.* XI. *num.* 84. (*c*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 311. *num.* 15.

des & interitus ad hunc annum 312. pertinent] *Imperator Conſtantinus, & Collega ejus Licinius uno conſenſu legem pro Chriſtianis abſolutiſſimam & copioſiſſimam promulgarunt, partaque de Tyranno victoria nuntium, ipſamque adeò legem ad Maximinum, qui in Orientis partibus etiam tum imperabat, ſeque ipſis amicum eſſe ſimulabat, tranſmiſere*, inquit Euſebius, lib. 9. cap. 9. . . . Et præterea in poſteriori Conſtantini & Licinii Conſtitutione ab Euſebio, lib. 10. cap. 5. relatâ, non ſemel prioris hoc anno 312. datæ mentio [eſt], ut doctè explicat Valeſius in Notis ad illud Edictum, ubi & quod diſcrimen inter utrumque eſſet, oſtendit. Secundum Edictum Mediolani . . . prius loco incerto datum; videtur tamen Romæ, ubi reliquo hoc anno Conſtantinus egit, promulgatum. De laudatis litteris locutum exiſtimo Lactantium, lib. de Mortibus Perſecutorum, cap. 37. in quo, poſtquàm perſecutionem à Maximino contra Chriſtianos excitatam narravit, ait: *Hæc ille moliens, Conſtantini litteris deterretur.* Pagius in Criticâ Baron. ad annum Chriſti 312. num. 8. & præced.

Ibid. *Deterretur.*] Quo uſquè nempè modo diximus, non per omnia; quia etſi Maximinus in Provinciis extra Orientem ſitis abſterritus quidem fuerit ab effodiendis, verbi gratiâ, ſicut decreverat, Confeſſorum oculis, teſtatur tamen Euſebius libro 9. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 9. Maximinum poſt litteras ad Sabinum Præfectum Prætorii ſui à ſe ſcriptas, non permiſiſſe Chriſtianis conventus agere, aut Eccleſias extruere, licèt Conſtantinus & Licinius litteris ad ipſum datis id ſe Chriſtianis concedere ſignificaſſent. Quæ poſtrema verba ejuſdem Pagii ſunt, laudato loco, num. 8.

Lin. 2. *Et tamen ſi quis inciderat.*] In eum nempè, vel Miniſtros; ut capite 16. *Nam cùm incidiſſes in Flaccinum Præfectum . . . . deindè in Hieroclem . . . &c.* Maucroixio poſterius *Miniſtrorum* ſupplementum placebat. *Mais lorſqu'un Chrétien tomboit entre les mains des Miniſtres de ſa cruauté.*

Ibid. *Mari occultè mergebatur.*] Non itaque audebat palàm, quod fecerat anteà, Chriſtianos laniare: ſed nec illos ſtudiosè *quærere.* Nam *ſi quis inciderat*, inquit Lactantius; ut *pauciſſimos* fuiſſe neceſſe ſit, qui in eum inciderent. *Dodvvellus, Diſſ. Cypr. 21. num. 87.*

Ibid. *Mari occultè mergebatur.*] Simili locutione, cap. 50. *Ibi ſæpè illa caſtas fœminas mergi juſſerat.* Imò, totidem ferè ſyllabis capite 15. *Mari mergebantur.*

Ibid. *Occultè.*] *Secretly and in the night.* Verſio Anglica. Hoc eſt, ſecretò noctùque.

Lin. 4. *Et hoc primus invenerat, ut animalia omnia, &c.*] Intelligit hæc Baluzius de privato ciborum Palatinorum uſu. Siquidem Edictum generale de veſcendis ἀναλύτοις jam anteà conſtitutum fuerit ſub Decio & Galerio Maximiano. *Edit. Oxon. & Cant.*

Ibid. *Et hoc primus invenerat.*] Sicut in jure dicundo, ſuprà cap. 15. à Diocletiano & Maximiano excogitatum fuerat, ut litigatores priùs ſacrificarent, atque ita cauſas dicerent. Eàpropter mox ait: *In cæteris quoque magiſtris ſuis ſimilis*, ut illìc legendum cum perilluſtri Cupero. *Tollius.*

Adde Columbum, pag. 385. col. 2.

Ibid. *Ut animalia omnia, quibus veſcebantur, non à coquis, ſed à Sacerdotibus ad aras immolarentur.*] Aſſine eſt, nec enim omninò ſimile eſſe volumus id, quod apud Samuelem (*a*) legimus, Saùlum, cùm aliquandò Iſraëlitæ Philiſthæos fudiſſent, & populus ad prædam converſus accepiſſet oves, & boves, & vitulos, quibus cum ſanguine humi priùs occiſis veſcerentur, confeſtim juſſiſſe, quò populus haud ampliùs contra Jehovam ſanguinem comedendo peccaret, ut ad ſe magnus lapis volveretur; tum continuò, ut quicunque deinceps ejuſmodi pecudes jugulare haberent, illas ad ſe adducerent, mactandas nimirùm ad eum lapidem; adduxiſſe porrò uſque ad noctem univerſum populum boves ſuos in manu ſuâ, qui ibi loci jugulati ſint; extructam verò fuiſſe per Saùlum aram Domino in eâ occaſione, imò primam omnium, quas fecerit. Quid enim, cùm hæc ita ſint, veriſimilius, quàm Saùlum ideò dici aram tum temporis extruxiſſe, quòd magnum illum lapidem, quem ad ſe volvi curaverat, erexerit illicò in altaris modum, ut ad ejus latera Iſraëlitæ pecudes ſuas mactarent, ſicque animalia, quibus veſci avebant, fuiſſe ad aram immolata? Adde Baluzium, p. 331. col. 2.

Lin. 5. *Nihilque prorsùs menſa apponeretur, niſi aut delibatum, aut ſacrificatum, aut perfuſum mero.*] *Delibatum* eſt ejus, quod cœnæ erat paratum, ſed cujus particulam quamdam decerptam diis obtulerant. Solebant autem cibos etiam libare. Sil. Ital. lib. VII.

Diſtinxit dulces epulas, nulloque cruore
Pollutâ caſtus menſâ Cerealia dona

(*a*) *Lib. 1, cap. 14.*

Digitized by Google

Attulit, ac primum Veſta detorſit honorem

Undique, & in mediam jecit libamina flammam;

quod Dionyſius Halyc. IV. Antiq. Rom. dicit, τὰς ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων ἀπαρχὰς ἀφίεσθαι, *epularum primitias libare. Sacrificatum* eſt, quod ex victimâ diis oblatâ præciſum erat in epulas, ut ſolebant partem victimarum proſecare & adolere, partem Sacerdotum & ſacrificantium epulis reſervare. *Mero perfuſum*, ſcilicèt quo ſolebant ſupplicare, ut hi cibi quaſi ſacrarentur. Quis enim ignorat, thure & vino ſolitos Veteres ſupplicare, etiam inter epulas? Horat. IV. Carm. 5. de Auguſto:

Alteris
Te menſis adhibet Deum.
Te multâ prece, te proſequitur mero
Defuſo pateris, & laribus tuum
Miſcet numen. Grævius.

Lin. 6. *Aut perfuſum mero.*] Quod frontibus invergebatur hoſtiarum. Vide Servium ad Virgilium. Libatio verò in focum, vel terram fieri ſolita, de quâ eruditiſſimus Baluzius, pag. 332. col. 1. alius ab hoc ritus eſt. *Tollius.*

Lin. 7. *Ut quiſquis ad cœnam vocatus eſſet, &c.*] Ita & Julianus apud Sarisberienſem, lib. VII. cap. 21. *Idem.*

Adde Cuperum, pag. 485. col. 1. & 2.

Ibid. *Indè.*] Deeſt hoc vocabulum in editione Aboenſi; & facilè quidem abeſſe poſſet ab omnibus. Sed cur tamen rejiceremus, cùm in manuſcripto codice legatur, nec ſit planè ſuperfluum?

Lin. 8. *Magiſtri ſui ſimilis.*] Galerii nempè, ut Maucroixii Verſio præivit: *Il s'efforçoit de reſſembler à ſon Maître Galérius.* Id eſt, conabatur ſimilis eſſe Magiſtro ſuo Galerio.

Confer Cuperum, pag. 485. col. 2. ubi & quam antè Tollius laudavit conjecturam proponit.

Pag. 233. lin. 2. *Horrea privatorum claudebantur, apotheca obſignabantur.*] Locus notandus. Nam *horrea* itaque & *apotheca* à ſe invicem, ſi propriè loqui oporteat, differebant, perperàmque adeò confudit Iſidorus, lib. 15. cap. v. his verbis: *Apotheca, vel horrea, à Græce, verbum ex verbo, repoſitoria, vel reconditoria dici poſſunt, eò quòd in iis homines elaboratas fruges reponant. Undè & in-*

dixit, Græco ſermone, repoſitam vel copioſam ſubſtantiam appellamus.

Ibid. *Apotheca.*] *Boutiques.* Maucroix. Id eſt, officinæ, vel tabernæ.

Sed differunt plurimùm *officina*, *apotheca*, *taberna*, inquit Ger. Jo. Voſſius in Etymologico (*a*), rem mox explicans in hunc modum: In *officinâ* res fit ab opificibus. Hinc cuſtodienda defertur in *apothecam*, è quâ qui divendunt, dicuntur *mercatores*, & interdùm cum adjectione, *mercatores magnarii*. Ex apothecis res mittitur in *tabernas*, ut ibi proſtet venalis: ſed tantùm habent *tabernæ*, quæ minutatim vendant, quique iis præſunt, *inſtitores* appellantur; ut id maximè videri poſſit vir doctiſſimus per *apothecam* intelleriſſe, quod Galli nominant *un magaſin*, ni alibi (*b*) poneret, *apothecam* vocem eſſe generalem, quæ à Juriſconſultis & aliis tribuitur vinorum, olei, librorum, ſimilibuſque receptaculis.

Ibid. *Apotheca.*] In queis vina condita. Adeantur Notæ ad Phædrum. *Tollius.*

Commodiſſima interpretatio. Quoniam ſicut ex cap. XXXI. *nulla fuit area ſub Galerio ſine exactore, nec ulla vindemia ſine cuſtode*: ita poſteà ſub Maximino, in eodem rerum genere, *horrea clauſa fuerint*, *vinorum* verò *apotheca obſignata*: undè ſequetur, Maximinum fuiſſe reipsà magiſtri ſui Galerii ſimilem, quod paulò antè poſitum. Addatur Columbus, p. 386. col. 1.

Lin. 3. *Debita in futuros annos exigebantur.*] Non æra ſanè, ſed frumenti & vini tributa, prout ſequentia oſtendunt: *Hinc fames agris, &c. hinc caritas inaudita.*

Ibid. *In futuros annos.*] *Of the year to come.* Anglica Verſio; quaſi dicas, in futurum annum.

Præferebam numerum multitudinis, cùm propter veteris libri fidem, tum quia ſi haud ſimpliciter in annum proximum, ſed in futuros annos illa, quæ modò dixi, debita exigebantur, meliùs ex eorum ſolutione *inaudita caritas*, de quâ mox noſter loquetur, oriri potuerit.

Ibid. *Hinc fames agris* [*non*] *ferentibus.*] Emendo: *Hinc fames agricolis non ferentibus.* Gale.

Cogitaveram ego, legi poſſe: *Hinc fames acris afferentibus*, memorata ſcilicèt *debita*, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Quæ cùm ex parte frumento ſolverentur, vix fieri poterat, quin qui anno Chriſti 312. imperata illa frumenti ſub-

(*a*) *Voce* Taberna. (*b*) *Voce* Apotheca.

Digitized by Google

fidia Maximino in complures annos exhibebant, acri posteà fame laborarent. Terentius in Phorm. Act. 1. Sc. 1.

Amicus summus meus, & popularis Geta
Heri ad me venit: erat ei de ratiunculâ
Jampridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum; id ut conficerem. Confeci; affero.

Quod *allati debiti* exemplum est. Adde Baluzium, pag. 332. col. 1. & Cuperum, pag. 485. col. 2.

Lin. 4. *Armentorum & pecorum greges ex agris rapiebantur ad sacrificia quotidiana, &c.*] Deest aliquid. *Gale.*

Nonnulla hîc desunt. Non enim cohærent hæc cum sequentibus; pertinet enim ad milites ea, quibus annona jam fordebat, nimia copia carnium è quotidianis sacrificiis ipsis missarum. *Tollius.*

Pertinet sanè. Sed quid, si tamen hic locus mendosus sit potiùs, quàm mutilus, neque aliud ad proxima saltem cum præcedentibus rectè connectenda requiratur, quàm ut mox *suos*, pro *eos* cum pluribus Doctis sequenti Notâ nominandis emendemus?

Lin. 5. *Quibus eos adeò corruperat, &c.*] *With which he fed his Domestiks and his Souldiers so copiously, that they come to despise the corn, that was brought them for their provision, so that without any care they threw it often out of doors.* Tralatio Anglica, hoc sensu: Quibus [sacrificiis] suos domesticos suosque milites adeò corruperat, ut frumentum aspernarentur, quod ipsis in annonam afferebatur, & effunderent sæpè, nullâ curâ habitâ, extra fores.

Auctoris verba hoc loco corrupta sunt. *Mancroixius, ad marginem suæ Versionis.*

Ibid. *Quibus eos.*] Scribe punctum ante *quibus*, & lege: *Quibus suos.* Id est, Quibus rebus. *Boherellus.*

Adde Cuperum, p. 485. col. 2. & Columbum, pag. 386. col. 1.

Lin. 6. *Ut aspernarentur annonam.*] Merè scilicèt frumentariam; cùm ex antecedentibus appareat, illos neutiquàm armentorum ac pecorum carnes aspernatos esse: sed è contrario frumentum propter illarum copiam fastidivisse. Favet porrò non sola Versio Anglica, quam superiori Notâ descripsimus, verùm ea quoque rei *annonariæ* exactio, cujus noster capite xxxi. meminit; cùm ibi loci nulli armentorum pecorumve greges sub *annonæ* notatione contineantur, ut ex cum consulentibus patebit. Aliter tamen ad nostrum amplissimus Cuperus, pag. 486. col. 1.

Ibid. *Et effundebant.*] *Et effunderent.* Edit. Ox. & Cant.

Mihi, propter sequentia, præferendum videbatur, *Æs effundebat.* Militare scilicèt, seu pecuniam illam, quæ in stipendium militum de ærario à Tribunis ærariis adnumerari Quæstori solebat, ut locutus est Asconius, & quam denique non infrequenter *as* sine addito dictam fuisse, ostendit notissima locutio, *ære dirutus miles*, de milite, cui stipendium ignominiæ causâ non dabatur, quodque adeò diruebatur in fiscum, non in militis saccum. lum.

Lin. 7. *Cùm lites* (vel *satellites*) *universos.*] *Cùm milites universos.* Edit. Aboensis.

Ibid. *Cùm lites.*] Ibi est mendum. *Allix.*

Ibid. *Lites.*] Lege: *milites.* Vossius.

Legendum: *milites*, vel *satellites.* Ed. Ox. & Cant.

Cùm satellites universos malim legere, quàm *milites*, quia *universis* illa contulisse dona Imperator dici nequeat, cùm gregariis & tyronibus, qui tamen & ipsi milites, argentum tantùm dederit. *Tollius.*

Confer Toinardum, p. 415. col. 1. & Versionem Anglicam, *his Guards.*

Ibid. *Cùm lites.*] Emendo: *dum comites.* Gale; quod eòdem recidit.

Lin. 8. *Expungerent.*] *Expungeret.* Editio Aboensis.

Subest hîc loci mendum, nec *in ipso* tantùm verbi numero, sed &, ut mihi videtur, in significatione. Scribendum itaque, *excoleret*, id est, *demulceret*; quam quidem conjecturam confirmat illud Ruffini cap. 17. lib. 8. à Baluzio citatum: *Undè & montes auri, ut ita dixerim, congregatos familiaribus suis ac satellitibus largiebatur. Expungere* enim militibus additum nihil aliud significat, quàm eos albo militum erasos *militiâ solvere.* Edit. Ox. & Cant.

Ibid. *Expungerent.*] Fortè *expleret.* Tollius.

Corrigo: *emungeret.* Gale.

Malebam Tertulliani verbum *expingeret*; id est, exornaret, aut aliquid tale. *Quanto autem blasphemabile est, si quæ Sacerdotes pudicitiæ dicimini, impudicarum ritu procedatis cultæ, aut expictæ*, inquit ille, lib. de Cultu fœmin. cap. 7. & paucis interjectis: *Thamar illa quia se expinxerat & ornaverat, idcirco Judæ suspicieni visa est quæstui federe;* & sic

sic sæpiùs alibi. Imò idem capite extremo, quomodò nunc *pretiosis vestibus & aureis nummis expingeret*, legi posse credimus, non dissimili ratione *serico probitatis*, *byssino sanctitatis*, *atque purpurâ pudicitiæ pigmentari* dixit, his verbis: *Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpurâ pudicitia. Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.* Intelligo autem per *aureos nummos*, aurea numismata è collo appensa, qualia interdùm multi in aulis Principum gestare cernuntur.

Lin. 9. *Nam quòd viventium bona, &c.*] Cui affine est illud Salviani: Latrones hoc quidem proverbio uti solent, ut quibus non auferant vitam, dedisse se dicant. *Edit. Ox. & Cant.*

Lin. 10. *Dono suis.*] Benè itaque *suos*, pro *eos*, viri docti pag. præc. reposuerunt. Adde Baluzium, pag. 332. col. 2.

Lin. 11. *Nescio, an agendas illi fuisse gratias putem.*] *Je ne sçai s'il ne mérite pas quelque loüange.* Maucroix. Cui ergò legendum potiùs esse, *an non agendas*, quàm *an agendas*, visum est. Confer Cuperum, pag. 486. col. 1.

Ibid. *More clementium latronum.*] Videatur Baluzius, p. 332. col. 2.

CAPUT XXXVIII.

Pag. 223. lin. 1. *Illud verò capitale, & supra omnes qui fuerunt corrumpendi cupiditas, &c.*] Locus malè affectus, sed facilè sanandus. Lege modò, & distingue, *Illud verò capitale ei supra omnes qui fuerunt*, vel fortè etiam, *Illud verò capitale ei, & supra omnes qui fuerunt, corrumpendi cupiditas, quid dicam nescio, nisi cœca & effrænata.* Hoc est, illud verò in Maximino, longèque supra omnes qui unquàm vixerunt mortales, capitale fuit, quòd cœcâ & effrænatâ corrumpendi sequioris sexûs cupiditate laboraverit. Nobiscum porrò distinguebant post *fuerunt* editio Aboensis & Galeus: sed illa quidem pessimè aliàs, nec uno pacto, in hunc modum, *Illud verò capitale, & supra omnes, qui fuerunt; corrumpendi cupiditas, &c.*

Lin. 2. *Quid dicam nescio.*] Columbum vide, p. 386 col. 1.

Lin. 3. *Exprimere pro indignatione suâ*] Leg. *exprimi res, &c.* Edit. Oxon. & Cant.

Aliter apud Columbum Amplissimus Cuperus, pag. 386. col. 1. & Columbus ipse ibidem loci.

Ibid. *Pro indignatione suâ.*] Id est, secundùm versionem Anglicam, pro indignatione quæ indè debet concipi: *for the indignation vvhich this mustgive.*

Ibid. *Pro indignatione suâ.*] Emendo, *pro dignatione suâ.* Boherellus.

Ibid. *Pro indignatione.*] Lege, *pro indignitate.* Tollius, item Gale.

Confer Columbum, pag. 386. col. 1.

Ibid. *Vincit Officium, &c.*] Videatur Baluxius, pag. 332. col. 2.

Pag. 234. lin. 1. *Eunuchi, lenones scrutabantur omnia.*] Elegantissimum ἀνάδειγμα, quale & istud Dictis Cretensis lib. v. de Bello Trojano: *Itaquè singuli, plures, ubi quisque occurrerat, benignè adeunt.* Observo autem, ut ex utroque exemplo appareat nil obesse, quominùs apud Paulum, 1. Cor. VII. 22. pro vulgatâ distinctione: ὁ γὰρ ἐν κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος, ἀπελεύθερος κυρίου ἐστὶν, altera ista, quâ dudùm utor, usurpetur, ὁ γὰρ ἐν κυρίῳ κληθεὶς, δοῦλος, ἀπελεύθερος, κυρίου ἐστὶν; *Qui enim in Domino vocatus est, servus, libertus, Domini est.* Nam non obstare certè totius loci sententiam vel connexionem, sed plurimùm è contrario favere, liquidò tota complexio sic demonstrat: *Unusquisque, in quâ vocatione vocatus fuit, in eâ maneat. Servus vocatus es? ne sit tibi cura: sed si potes etiam liber fieri, potiùs utere. Qui enim in Domino vocatus est, servus, libertus, Domini est: similiter & qui liber vocatus est, servus est Christi.* Quâ de re plura alibi, Deo dante.

Lin. 2. *Nobilibus fœminis.*] Quidnî potiùs *nobilibus matronis* cum Ruffino apud Baluzium pag. 332. col. 2. Hîc sanè *fœmina* distinguntur à *virginibus*: *Detrahebantur nobilibus fœminis vestes, itemque virginibus.* At Latinis *fœmina* non solæ sunt, quæ viris junctæ sunt, sed & virgines. Glossaria Labbæi, *Fœmina*, θήλεια, quam vocem vulgò per *fœminea*, seu *quæ fœminei sexûs est*, interpretantur, quod virginibus quoque proprium. Adde Columbum pag. 386. col. 2.

Lin. 3. *Per singulos artus inspiciebantur.*] Non absimilis olim Persarum licentia, & hodiè Turcarum, atque item Persarum. *Tollius.*

Confer Cuperum, p. 486 col. 1.

Lin. 4. *Detractaverat.*] *Detrectaverat.* Edit. Oxon. & Cant. Sed jam noster capite 9 *detractaret*, & in decimo similiter *detractassent* usurpavit, sicut v. gr. pag. 596. col. 2. observavimus.

Lin. 5. *In aquâ necabatur, tanquàm majestatis, &c.*] Videatur Cuperus pag. 486. col. 2.

Lin. 6. *Adultero.*] Editio Ab. *adulterio*, Mendosè.

Digitized by Google

Lin. 8. *Sub hoc miniſtro pudicitia integritas nulla, niſi, &c.*] *Sous ce monſtre, la difformité étoit le ſeul azile de la pudeur.* Maucroix. *Under this monſter, there was no other ſecurity for modeſty, but ugline ſſ.* Burnetus. Quos patet ergò pro primis verbis *ſub hoc miniſtro, ſub hoc monſtro* legiſſe. Nec malè profectò, cùm vulgata lectio ferri nequeat. Quo enim bono ſenſu *ſub hoc miniſtro* de eo homine dici poſſet, qui *Princeps* erat, & de quo reapſè noſter poſt paucula, *ſub tali Principe?*

Ibid. *Sub hoc miniſtro.*] Id eſt, Sacerdote, per ironiam. *Tollius.*

De *pudicitia Sacerdotibus*, ſi fortè *pudicitia* vir doctus pro genitivo caſu ad *miniſtro* pertinente habuit, probè memini quid in antecedentibus ex Tertulliano adduxerim. *Quantò autem blaſphemabile eſt, ſi qua* SACERDOTES PUDICITIÆ *dicimini, impudicarum ritu procedatis culta, aut expicta?* Sed quânam nunc ratione Maximinum noſter per magnam ironiam *pudicitiæ miniſtrum*, id eſt, interpretante Tollio, *ſacerdotem*, dicere potuerit, nec video equidem, nec capio. Partim, quia *pudicitiæ miniſter*, & *pudicitiæ ſacerdos* non eædem ſunt locutiones. Partim verò, quoniàm ut cætera hujus capitis admodùm ſeria ſunt, vix hæc portio queat eſſe ironica. Putem itaquè, vel cum clariſſimis Interpretibus legendum, *ſub hoc monſtro, pudicitiæ integritas nulla*; aut aliquantò ulteriùs eâdem viâ progrediendo, *ſub hoc monſtro impudicitiæ, integritas nulla, niſi, &c.*

Lin. 10. *In omnibus nuptiis præguſtator eſſet.*] In quibus nempè nova nupta non eſſet inſigniter deformis, ut antecedens exceptio poſtulat.

Ibid. *Præguſtator.*] Notant per Africæ extrema & Indiam peregrinati morem illìc locorum pervulgatum eſſe, ut ſponſarum virginitas à Regibus vel Sacerdotibus delibetur. Quin & in Africâ peregrini, ſi rectè memini, in regno Moſambique, ad id officium maritis, ſeu ſponſis, præſtandum multo cum verborum honore invitantur. Apud nos autem Trajectinæ portæ affixam proſcriptionem nobilis dominii ante aliquot annos legi, quæ inter cætera jura & privilegia, jus etiam defloration is novarum nuptarum continebat, quæ tamen pecuniâ à domino loci poſſet redimi. *Tollius.*

Adde Baluzium, pag. 332. col. 2.

Lin. 11. *Imminutas.*] Baluzius (in Indice ſcilicèt Erratorum ſuæ primæ editionis; in hâc enim planè aliter, pag. 332. col. 2.) legere malit *invitas*, nullâ, quod ſciam, ratione. Siquidem cùm Maximinus *præguſtator* fuerit in omnibus nuptiis, *imminutas* nihil aliud ſonat, quàm *præſtoratas.* Edit. Oxon. & Cant.

Confer Columbum, pag. 386. col. 2.

Lin. 12. *Comites ejus.*] *Les grands Seigneurs.* Maucroix; id eſt, Magnates. *His Courtiers.* Verſio Anglica. Hoc eſt, ejus aulici.

Ibid. *Imitabatur . . . . .] Imitabantur . . . . . .* Editio Abo. item Pagius.

Emendo, *initiabantur.* Gale.

Supple, *imitabantur exemplum et . . .* Edit. Ox. & Cant.

Corrigo & ſuppleo, *mœchabantur liberè, & civium.* Abbas à S. Hilario, Canonicus Bellovacenſis.

Aliter etiam Cuperus cum Col. pag. 386. col. 2.

Lin. 13. *Suorum cubilia -- violabant.*] Elegans & modeſtum dicendi genus, ipſique adeò Scripturæ familiare, pro quo ſine tantâ circuitione Maucroixius, *ſubjectorum ſuorum uxores ac filias cum eâdem inſolentiâ tractabant.* Rectè tamen. Sic enim Gen. XLIX. 4. *Aſcendiſti cubile patris tui: polluiſti ſtratum meum*, pro, concubuiſti cum Bilhâ concubinâ meâ. Nec diſſimili ſenſu Paulus in Ep. ad Hebr. XIII. 4. *Honorabile* [*ſit*] *connubium in omnibus, & cubile impollutum*: vel cum Vulgatâ, *& torus immaculatus; fornicatores enim & adulteros judicabit Deus.* Adde Baluzium, pag. 333. col. 1.

Lin. 15. *In beneficiis petebantur.*] Viſa quæ ſuperiùs diximus, pag. 661. col. 2.

Ibid. *Ne recuſari licebat.*] Leg. *nec recuſare.* Voſſius.

Concinit Verſio Anglica, *The father durſt not refuſe it.* Ad verbum, *nec audebat pater recuſare.*

Lin. 17. *Stipator in latere.*] Malim, *à latere*: undè & *latrones*, quaſi *laterones*, milites à latere. *Tollius.*

Tous ſes Gardes. Maucroix.

Domeſtiks or Guards. Tral. Anglica.

Pag. 235. lin. 1. *A Gothis.*] Qui ripam Iſtri incolentes, eâ occaſione uſi, partem vicinæ Provinciæ invaſerunt, indigenis expulſis. *Edit. Ox. & Cant.*

Adde Baluzium, pag. 333. col. 1.

Ibid. *Tempore vicennalium.*] Diocletiani nempè. Quod meritò ſuppletur in verſione Anglicâ, *in the twentieth year of Diocletians Reign.*

Ibid. *Maximiano ſe tradiderunt.*] Lege, *tradiderant.* Tollius.

Digitized by Google

Ibid. *Maximiano.*] Imò, *Maximino.* Maucroix. Prout saltem ex ejus versione colligere est; *se donnerent à Maximin.*

Utrumque conciliat Baluzius, pag. 333. col. 1. §. *A Gothis pulsi.*

Lin. 3. *Protectoribus.*] Ut is ipse scilicèt, cujus ita *satellites* erant, & *in latere*, vel *à latere stipatores*, *protector* quondàm fuerat. Cap. 19. *Daia verò sublatus nuper à pecoribus & sylvis, statim scutarius, continuò Protector, &c.* Ad quem locum, quæ de *protectoribus* dicere habebamus, jam diximus. Adde tantùm, si tibi vacat, Gruteri inscriptiones pag. CCCLXXI. Inf. 6. & pag. DXLII. Inf. 6. & 7. atque alibi.

Ibid. *Orientem ludibrio habuit.*] Benè. Nam sanum est igitur, prout suprà arguimus, initium capitis 36. *Quo nuncio Maximinus audito, dispositis ab Oriente cursibus pervolavit, ut Provincias occuparet;* mirèque simul conveniunt extrema verba capitis 19. *Daia verò - - accepit Orientem calcandum & conterendum*, cum hâc nostri clausulâ, *Orientem ludibrio habuit.*

CAPUT XXXIX.

Pag. 235. lin. 1. *Ut fas putaret quicquid concupisset.*] Respici hîc poterit Historia Juliæ & Caracallæ. *Tollius.*

Ibid. *Concupisset.*] Ciceronis imitatione, qui pro Quintio, *sicut tu*, ait, *semper summè concupisti;* & in Phil. *charitatem civium & gloriam concupisse;* licet idem alibi tam *concupierat*, quàm *concupiverunt*, & similia multa, usurpaverit. Quid? quòd nostro *prodisset, obisset, dormisset, quæsisset, sepelisset, redisse*, cæteraque id genus, familiarissima sunt, & propemodùm perpetua.

Lin. 2. *Ne ab Augustâ quidem, quam nuper appellaverat matrem, &c.*] Id est, secundùm versionem Anglicam, ne ab Imperatrice quidem Valeriâ, quæ Maximiani vidua erat, & quam suam adoptione matrem agnoverat. *He had acknowledged the Empress Valeria, that was Maximians widdow, his adopted mother.* Quibus paria habent Baluzius pag. 333. col. 1. Cuperus, pag. 486. col. 2. & Columbus, pag. 386. col. 2.

Lin. 3. *Post obitum Maximiani*] Post obitum Galerii. *Maucroixii versio.*

Ibid. *Ad eum*] Ad Maximinum. *Eadem.*

Lin. 4. *In partibus ejus.*] *In Orientis partibus* ergò, sicut noster locutus est in fine capitis 36, cùm de Maximino, & regionibus ubi Maximinus ante Galerii obitum vixit & imperavit, ageretur. Sed perrarum, opinor, ut regio, in quâ quis degit, *ejus partes* vocetur, nisi cùm ipsum coràm vel per literas alloquimur: *iter in tuas partes tenebo; adhùc in tuis partibus eram*, & hujusmodi alia.

Lin. 5. *Animal nefarium.*] Ut capite IV. *execrabile animal Decius.*

Ibid. *Inardescit.*] Vide Cuperum, p. 488. col. 2.

Ibid. *Adhùc in atris vestibus erat mulier.*] *Quoique la Princesse n'eût pas encore quitté le deuil.* Maucroix. Ad verbum, *Etsi nondùm Augusta luctum deposuisset.* Nec malè sanè, cùm pro Latinâ locutione, *lugubrem vestem deponere*, hæc quotidiè apud Gallos ambulet, *quitter le deuil*; id est, ut aliàs pleniùs loquuntur, *ses habits de deuil.* In quâ itaque *luctum* pro vestibus vel veste luctûs, hoc est, luctui conveniente, luctûs teste & indice, adhibemus. Mirum tamen, ut id obiter dicam, non vertisse potiùs Maucroixium, *Elle etoit encore en noir*, cùm quod interdùm iidem Latini, utì hîc, *in atris vestibus esse*, alibì verò *atratum esse*, & alibì rursùm *pullatum esse*, dicere soliti sunt, id vulgò & æque benè vocitetur à nostratibus *être en noir* *, (in atro esse, vel in atris, subaudiendo *habitu*, vel *vestibus*) atque *être en deuil*, esse in luctu, hoc est pariter, in habitu luctûs, seu vestibus indutum lugubribus. Sed itane etiam aliæ gentes? Judæi certè, si non alii, quò rem propriè deductam volebam, propter subjecta Scripturæ loca, quibus, quæ jam posuimus, lucem afferent. Ezechiel, VII. 27. המלך יתאבל ונשיא ילבש שממה, *Rex lugebit, & Princeps induetur mœrore.* Hoc est, vestibus mœroris, mœrori consentaneis, mœstum Principem decentibus, qualis ille saccus v. gr. de quo apud Jonam III. 5. 6. *Crediderunt viri Ninivitæ in Deum, & prædicaverunt jejunium, & vestiti sunt saccis à majore usque ad minorem. Et pervenit verbum ad Regem Ninivæ; & surrexit de Solio suo, & abjecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.* Ezechiel rursùm XXVI. 15. 16. *Hæc dicit Dominus Deus Tyro . . . Descendent de sedibus suis omnes Principes maris, & auferent exuvias suas, & vestimenta sua varia abjicient,* וילבש חרדות, *stuporibus induentur, in terrâ sedebunt, & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur.* Id est quoque, vestimentis, stupefacti animi indicibus, amicientur: quod contrà David, Psalmo XXIX. 12. *Vertisti*, inquit, *planctum*

* *Gothicè scilicet, non Gallicè.*

meum in chorum mihi : solvisti saccum meum, & accinxisti me latitiâ, שמחה ותאזרני, cùm dicere vellet, *& accinxisti me vestibus latitiæ*, seu lætitiam præ se ferentibus, quæ cæteroquin id ætatis *candida* esse solebant in Judæâ. Eccles. IX. 7. 8. *Vade ergò, & comede in lætitiâ panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia* Deo *placent opera tua. Omni tempore sint vestimenta tua candida.* Confer, si vacat, insignem locum extremæ ferè Ciceronis Orationis in Vatinium, ubi Tullius inter reliqua : *Illud etiam scire ex te cupio, . . . quâ mente feceris, ut in epulo Qu. Arii, familiaris mei, cum togâ pullâ accumberes? . . . . quis unquàm cœnavit atratus? . . . cùm tot hominum millia accumberent, cùm ipse epuli dominus, Qu. Arius, albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Fidulo aerato, caterisque tuis furiis funestum intulisti, &c.*

Lin. 6. *Mulier.*] Vox nonnunquàm contemnentis, ut quandò Chremes apud Terentium (*a*), uxorem suam Sostratam alloquens, *Oh ! pergin'*, ait, *mulier esse ?* Eadem aliàs non rarò irascentis est ; ut cùm Christus apud Joannem in Evangelio (*b*) matri suæ indignans, *Quid mihi*, inquit, *tecum rei est, mulier ?* Hîc verò, ubi nulla contemptûs vel iræ Cecilio nostro occasio est, *mulier* manifestè vicem pronominis *ea*, vel *illa*, sustinet ; planè, ut in istis Horatii versibus :

> . . . . . *estne marito*
> *Matrona peccantis in ambos justa potestas ?*
> *In corruptorem vel justior ? illa tamen se*
> *Non habitu mutatve loco, peccatve superne,*
> *Quum te formidet* MULIER . . . .

ubi ultima verba nihil aliud, quàm *cùm ea te formidet*, sonant : quod à doctis ante nos observatum, imò, alibi *hominem*, pro *eo* vel *illo* similiter occurrere. Confer quæ p. seq. col. 1. & p. 726. col. 2. dicemus.

Ibid. *Mulier.*] *La Princesse.* Maucroix. *Augusta* nomen, quod præcessit, repetens.

Ibid. *Nondùm luctûs tempore impleto.*] Cuperum vide, pag. 488. col. 2.

Lin. 7. *In matrimonio postulat.*] Leg. *in matrimonium.* Boherellus, Gale.

Sæpiùs hoc vitium errore librariorum in Lactantii hunc libellum irrepsit, ut ablativus pro accusativo scriberetur. Corrige igitur, & lege, *in matrimonium.* Tollius.

Defendunt receptam lectionem, Columbus suprà pag 386. col 2. & quæ nos suprà diximus, pag. 689. col. 2. & seq.

Lin. 8. *In illo ferali habitu.*] Id est, mortuali, si hæc paucula veterum Glossarum conferantur : Νεκρικὸς, (sed lege potiùs, Νεκρικὸν.) *Ferale*, Νεκρικὸν, *Mortuale.* Mortuale autem est, quod ad mortuum pertinet, aut ob mortuum usurpatur. Adde Cuperum, p. 489. col. 1.

Lin. 9. *Tepidis adhùc cineribus, &c.*] Ita ferè Lucanus initio libri 3.

> *Conjuge me latos duxisti, Magne, triumphos :*
> *Fortuna est mutata tori ; semperque potentes*
> *Detrahere in cladem fato damnata maritos,*
> *Innupsit* TEPIDO *pellex Cornelia* BUSTO. Cuperus.

Cùm inter cætera, quæ alibi vir amplissimus ad hunc locum pro summâ suâ eruditione notavit, simpliciter poni vidissem, veteres Romanos admodùm sollicitos fuisse, ne sua, vel aliorum cadavera mutila cremarentur inhumarenturve, recordarer verò Paulum Diaconum inter Festi fragmenta disertissimè scripsisse (*c*) : *Membrum abscindi mortuo dicebatur, cùm digitus ejus decidebatur, ad quod servatum justa fierent, reliquo corpore combusto*, credidi, quod evenit, in bonam partem accepturum virum doctissimum, si per litteras rogarem, quo pacto laudata Pauli verba concilianda putaret cum contrariis Apuleii, Statii, & reliquorum testimoniis à se adductis. Respondit haud multò post, quâ humanitate est, me non importunè de Pauli loco quæstionem movisse, sed ita sibi breviter, re perpensâ, conjiciendum censendumque videri. Primò, memoratam Paulo consuetudinem antiquissimam quidem fuisse, at non perpetuam, cùm præter Paulum nullus Scriptor exertam illius mentionem fecerit. Eam itaque, quantùm divinare liceat, in tantam olim desuetudinem lapsu temporis abiisse, ut obsoleviſſet prorsùs iis sæculis, quibus Statius, verbi gratiâ, & Apuleius vixerunt. Sed nec sibi deindè credibile esse, eumdem ritum, quantùmcunque temporis duraverit, ubique simul terrarum obtinuisse ; naturam enim, quotiès ita digitus mortuis abscindebatur, violatam fuisse aliquatenùs : undè ci-

(*a*) *In Heaut. Act.* v. *Sc.* 3. (*b*) *Cap.* 2. *com.* 4. (*c*) *Voce* Membrum.

www.libroot.com.cn

Digitized by Google

tra dubium quamplurimi ab eo uſu abhorruerint. Græcos certè nihil unquàm iſtiuſmodi feciſſe: Romanos autem longè minùs ſuperſtitioſos fuiſſe ſub primis Imperatoribus, quàm antea. Præter quàm quòd mira ſemper fuerit vis & poteſtas temporis in talibus ſuperſtitionibus immutandis. Poſtremò, Kirchmanno quoque vetuſtam, de quâ agitur, conſuetudinem non diutiùs viſam duraſſe, quàm ſibi, quod hæc illius verba teſtentur: *Veroſimile eſt etiam, membrum illud, quod familiæ purgandæ causâ exceptum fuiſſe, nec cum reliquo corpore in urnâ conditum ſuprà diximus, his ipſis feriis antiquiùs, quamdiù mos iſte duravit, terrâ fuiſſe obtectum.* Atque iſta ſunt, Lector, quæ tuî gratiâ ex Gallico ſermone in Latinum convertenda credidimus, ne te idem forsàn, qui nos ſtimulavit, ſcrupulus pungeret, ubi ad perilluſtris Cuperi Præfationem perveneris, p. 424. col. 1. & 2.

Ibid. *Patris ejus.*] Per adoptionem ſcilicèt, *ejus* ad ſubintellectum *Maximinum* referendo; quomodò rectè Maucroixius, *par adoption pere de Maximin.* Neque enim hîc *pater* eâ notione, quâ capite XXIV. Conſtantius Conſtantini *pater*, propriè loquendo, vocatus eſt; utî nec quâ capite XVIII. Dioclesianus Galerii *pater*, id eſt, ſocer, nuncupatur: ſed quâ verè, qui quempiam ſeu natum, ſeu necdùm natum adoptavit, appellari ſolet illius pater. Quò libens ipſe Mariæ dictum refero: *Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te*, Luc. 2. 48. Confer Tralationem Anglicam hujus loci, *his adopted father*; item Baluzium, p. 333. col. 1.

Ibid. *Deindè illum impiè facere, &c.*] *Que d'ailleurs il ne pouvoit ſans injuſtice, &c.* Maucroix.

Cui ergò *impiè*, *iniquè* eſt. Mihi potiùs *inhumaniter*, vel *crudeliter* ſonet; ut in fine capitis XXIX. *pater impius* patrem crudelem, inhumanum, immiſericordem denotat.

Lin. 10. *Repudiet.*] Non quòd tum reàpſe Valeriam repudiaret, aut jam anteà repudiaſſet; præceſſit enim, *ejecturus uxorem, ſi impetraſſet*: ſed quòd repudiare cogitaret. *Repudiet* igitur, pro repudiare velit, aut aliquid tale; ſicut proximo capite *necabatur*, pro neci deſtinabatur, ut tota loci ſeries confirmabit.

Lin. 12. *Sine more, ſine exemplo, maritum alterum experiri.*] Iis, quæ ad caput XXXIX. & in Epiſtolâ ad ampliſſimum Voetium de Auguſtarum ſecundis nuptiis noto, addere nunc poſſum, alias exemplum Valeriæ ſecutas non eſſe. Nam Eudocia, Conſtantini Ducæ, qui Imperator factus eſt anno Chriſti MLIX. conjux, licèt morienti Imperatori ſcripto eſſet pollicita, ſeſe ſecundas nuptias non inituram, Romanum Diogenem Patricium, Sardicæ Ducem & Magiſtrum, in ſecundum ſibi maritum adſcivit, iſque ſimul Imperator factus eſt. Galla Placidia, Theodoſii Magni filia, Ataulphi Regis uxor, remiſſa à Walliâ, à fratre Honorio in uxorem datur Flavio Conſtantio Patricio anno Chriſti 418. etſi illum primò recuſaſſet Placidia. Imò Fauſtina, Marci Antonini, cui Philoſophi cognomen datum eſt, uxor, eo non fuit animo. Cum Caſſio enim in maritum conſpiraverit, convenitque cum eo, ut, ἂν τι Ἀντωνῖνος πάθοι, ἢ αὐτὸν ἢ τὴν αὐτοκρατορίαν λάβῃ; *ſi quid Antonino accidiſſet, ipsâ pariter & imperio potiretur*, uti apud Dionem legimus. Julia, L. Septimio Severo mortuo, Caracallæ, cujus erat noverca, nupſit, teſtibus Spartiano, Victore & Eutropio. Verùm Triſtanus Tom. 2. multis docere conatur, hanc hiſtoriam fabulis accenſendam eſſe, & Juliam non fuiſſe novercam, verùm matrem Caracallæ. Bina igitur hæc exempla parùm faciunt ad refellendam Valeriam: ſed tertium, idque evidentiſſimum nobis præbebit Lucilla Auguſta, Antonini Philoſophi & Anniæ Fauſtinæ filia. Hæc enim in matrimonium data eſt L. Aurelio Vero, qui à patre Lucillæ particeps Imperii & Auguſtus factus fuit. Illam, marito mortuo, & luctûs tempore nondùm expleto, nubere fecit Marcus Claudio Pompeiano privato. Capitol. cap. 20. *Filiam ſuam, non decurſo luctûs tempore, grandævo Equitis Romani filio Claudio Pompeiano dedit, genere Antiochenſi, nec ſatis nobili; quem poſteà bis Conſulem fecit, cùm filia ejus Auguſta eſſet, & Auguſta filia.* Sunt tamen nonnulla, quæ favent quodammodò hâc ipsâ in re cauſæ Valeriæ. Nam non ſuâ ſponte, ſed invita id fecit Lucilla. Capitol. *Sed has nuptias & Fauſtina, & ipſa, qua dabatur, invita habuerunt.* Niſi quis cenſeat, Lucillam ideò ægrè patri obſecutam eſſe, quia Pompeianus erat grandævus, nec ſatis nobilis; cùm alioquin mulier procax, & à Veneris blanditiis nequaquàm aliena, non videatur recuſatura fuiſſe nuptias, quæ magis dignitati illius convenirent. Deindè illud obſervandum, Galerium Maximianum, poſtquàm Seniores Auguſti Dioclesianus & Maximianus Herculius purpuram depoſuerant, eorumdem cum Conſtantio Chloro locum occupaſſe: at L. Aurelium Verum Junio-

Digitized by Google

rem semper Augustum fuisse. Jam constat, Juniores Augustos magnâ reverentiâ prosecutos esse Seniores; adeò ut tanquàm Cæsares & Legati ipsorum forent, nec propterea tam amplâ auctoritate & potestate præditi, licèt iisdem titulis & insignibus uterentur. Imò hoc ipsum ex Historiâ M. Aurelii & L. Aurelii Veri patet, uti præclarè docet Henr. Dodwellus in Dissertatione eruditâ, *De Romanorum Pontificum primævâ successione*, c. 14. Cuperus.

Iniquus sim admodùm, si quàm doctè & curiosè hîc & alibi vir amplissimus de secundis Augustarum ante & post Valeriam nuptiis in utramque partem disseruerit, non ingenuè agnoscam, & planissimè profitear. Sed supereſt tamen etiam nunc hæc difficultas: Cur Valeria adeò præfractè ullam anteà sui loci & nominis fœminam *alterum maritum expertam fuisse*, negaverit, cùm jam id ævi exempla aliquot in contrarium suppeterent? Ubi si quis dicendum existimet, ea fortè exempla ignota penitùs fuisse Valeriæ, vel non satis utique præsentia ejus animo, quandò Maximini Legatis respondebat, possit quidem alterutrum facilè verum esse. Vellem interìm, novus aliquis hujus libri manuscriptus codex reperiretur. Quid si enim vetus lectio fuerit, *maritum ex filiis alterum experiri*, ut apud Plinium; *memini tamen, me advocatum ex judicibus datum?* Habebat certè jam tum temporis filios duos Valeria, si non ex se natos, à se saltem & marito Galerio adoptatos; *Candidianum* scilicèt, quem ipsa *ex concubinâ genitum ob sterilitatem adoptaverat*, quæ verba sunt capitis 50. & deindè quoque *Maximinum*, qui, quamvis à Galerio propriè adoptatus, (undè paulò antè etiam Valeria: *tepidis adhùc cineribus mariti sui*, PATRIS EJUS) erat tamen eo ipso filius Valeriæ: undè noster de illo recentissimè, ne ab Augustâ quidem, quam nuper appellaverat MATREM, potuit temperare; ut omninò Valeria *maritum ex filiis alterum experta* fuisset, si secundis nuptiis cum Maximino fuisset conjuncta. Eò magis, quòd cùm olim Mævium, verbi gratiâ, alteruter conjugum nominatim adoptaverat, Mævius alterius simul conjugis filius nominabatur. Capite XXXV. *Post dies paucos*, [*Galerius*] *commendatis Licinio conjuge suâ & filio* (supple *suo, eoque Candidiano*) *atque in manu traditis, &c.* licèt, accuratè loquendo, Candidianus non adoptivus esset filius Galerii, sed Valeriæ. At hîc rursùs Juliæ exemplum, quæ post Severi mortem privigno suo Caracallæ, aut, ut alii malunt, filio nupsit, importunè negotium facessit. Quarè ubi pedem securè figam non video.

Ibid. *Homini.*] Pro quo Versio Anglica, *Maximino*: Maucroixius autem *Imperatori* habent. Possit commodè ex antedictis pro *illi* sumi.

Lin. 13. *Mulierem, &c.*] *Her*, Tralatio Anglica. Id est, eam; quod nostram præced. notulam ac pag. 724. col. 1. confirmat.

Lin. 14. *Spadones in tormentis necat.*] Supervacua hîc præpositio, & delenda est. *Tollius.*

Il fait mourir ses esclaves dans les tourmens. Maucroix. Ad verbum, curat illius servos necari in tormentis.

He tortured some of her Eunuchs. Versio Anglica. Id est, aliquot ex ejus Eunuchis ad mortem usque torsit.

Lin. 15. *Ipsam cum matre in exilium, &c.*] Nempè cum Priscâ, Diocletiani uxore. *Pagius* (*a*).

Adde Baluzium, pag. 333. col. 1.

Lin. 16. *Amicas ejus.*] *Leurs amies.* Maucroix. Hoc est, *amicas earum*, contra libri fidem; imò & contra totius ferè sequentis capitis auctoritatem, ubi non *Prisca*, sed *Valeria* tantùm amicæ recensentur & describuntur. Meliùs ergò clarissimus Interpres Anglicus, *such women as were dearest to her.* Id est breviter, ejus amicas.

CAPUT XL.

Pag. 236. lin. 3. *Suspicabatur.*] Maximinus scilicèt, uti meritò suppleverunt Interpretes. Adde Columbum, pag. 387. col. 1.

Ibid. *Dat negotium Præsidi Eratineo, ut, &c.*] Cicero in Verrem: *Dat amico suo cuidam negotium . . . ut diligenter caveret.* Quam etiam phrasim Tullius alibi, atque unà cum illo Cæsar, Terentius, Sallustius usurparunt. *Dare negotium*, ut *provinciam tradere*; *in mandatis dare*, & si qua sunt similia.

Ibid. *Eratineo.*] Vide Baluzium, p. 339. col. 1. & Columbum, p. 387. col. 1.

Lin. 4. *Quarum altera Vestalem famulam virginem Roma reliquerat.*] *Dont l'une avoit laissé à Rome une de ses filles de chambre pour Vestale.* Maucroix. Tanquàm noster scripserit: *Quarum altera unam ex famularum suarum numero Vestalem virginem Roma reliquerat.*

(*a*) *In Critică Baron. ad annum Christi* 312. *num.* 10.

Ibid. *Vestalem famulam virginem.*] Imò, *Vestalem filiam virginem.* Boherellus.

Concinit Versio Anglica in hunc modum: *The one vvas mother to one of the Vestal virgins of Rome*; altera mater erat unius ex virginibus Romanis Vestalibus. Sed adhùc aliter Cuperus, pag. 491. col. 1.

Lin. 6. *Non minùs Augusta proxima.*] Ita quoque editio Aboensis. Cæteræ omnes cum manuscripto codice, *non nimis*: undè jam Docti in varia abiere.

Ibid. *Non nimis.*] Rescribendum puto: *nonnihil.* Anonymus in edit. Ox. & Cant.

Emendo, *non minùs.* Gale.

Ibid. *Non minùs Augusta proxima.*] Sic rectè viri docti, uti & Heinsius legendum esse conjecerat. Dicitur autem *proxima Augusta*, quæ erat inter interioris admissionis amicas Augustæ; ut *proximus epistolarum*, qui scrinio epistolarum præerat, *proximus memoriæ*, *proximus libellorum.* Illa dignitas dicebatur *proximatus* in Cod. Theod. De quibus multa doctè notavit Salmasius ad Alexandrum Severum Lampridii. *Gravius.*

And vvas the Empresses Kinsvvoman. Anglica Versio; id est, & erat, vel fuit ex Augustæ propinquis.

L'autre n'avoit pas grand commerce avec l'Impératrice. Maucroix. Ad verbum, Altera non magnum habebat commercium cum Augustâ.

Rectè, meo judicio, etsi meliùs adhùc vertere potuisset: *Mais elle n'approchoit pas trop de l'Impératrice.* Uno verbo, ex tribus Valeriæ amicis, quarum noster infelicem exitum hoc capite persequitur, Valeria primam, *tanquàm matrem alteram diligebat*, sicut modò vidimus, quæ illius ergò amica erat intimæ admissionis. Secunda autem, licèt non palàm, *furtivè* tamen *Valeriæ familiaris* fuit. Tertia verò, quanquàm & ipsa ex Valeriæ amicis, fuit interim longè minùs familiaris duabus aliis, adeòque nec propiùs ad Augustam accedebat; *non nimis* ergò *Augustæ proxima* eo nomine, sicut capite 26. *nec tamen nimiùm veritus.* Adde Baluzium, p. 333. col. 1. Cuperum, p. 491. col. 2. & Columbum, p. 387. col. 1.

Lin. 7. *Necabatur.*] Id est, ut cum Ammiano loquar, urgebatur necari. *Sed quidquid Cæsaris implacabilitati sedisset, id velut fas jusque perpensum, confestim urgebatur impleri.* Ammian. lib. 14. initiò ferè. Confer quæ pag. 725. col. 1. notavimus.

Lin. 8. *Non ad judicium, sed ad latrocinium.*] Hoc est, interpretante Maucroixio, non ad judicem, sed ad latronem.

Vide Ammianum, lib. 14. *Gale.*

Lin. 9. *Invenitur quidam Judæus, &c.*] Quâ arte nempè duo olim falsi testes contrà Nabothum inventi fuerant inter Judæos Israhele, 1. Reg. 21. & quâ rursùm inventi postèà pariter Hierosolymis inter Judæos, qui se Stephanum impiè de Mose ac Deo loquentem audivisse, dicerent, Act. 6. Confer Matt. 26. & Baluzium, p. 333. col. 1.

Lin. 10. *Adversùs insontes mentiatur.*] Hoc est, mentiri velit in tempore & loco, affingendo scilicèt adulterium insontibus, & se ipsum cum illis rem habuisse, dicendo: undè paulò post: *Nec adultero impunitas promissa persolvitur.*

Ibid. *Judex æquus & diligens.*] Ironicè dictum. *Edit. Ox. & Cant.*

Eadem ironia, atque quâ Verrem Cicero sæpè laudat, ubi de singulari ejus injustitiâ agit, quâ innocentes opprimebat. *Tollius.*

Mihi vix dubium erat, quin olim *Judex acutus & diligens* legeretur.

Lin. 11. *Extra civitatem cum præsidio, ne lapidibus obruatur, protulit.*] Judæum illum videlicèt, cui Eratineus à populo lapidationem metuebat, si intra civitatem tam falsum contra honestissimas matronas testimonium dixisset. Sed aliter, fateor, clarissimi Interpretes, cùm non uterque solùm *ne lapidibus obruatur*, ad Judicem Eratineum, qui sibi timuerit, referant, verùm Anglicus insuper post *protulit*, pronomen *eas*, vel *illas* suppleverit, ad tres nimirùm Valeriæ amicas, imò quasi jam omnes intra civitatem damnatas respiciens, ducendasque duntaxat, quod superesset, ad supplicii locum extra muros. *Le Juge appréhendant d'être lapidé, s'il instruisoit ce procès dans la Ville, il en sortit accompagné de gens armés.* Maucroix. *The Judge vvho condemned them upon this evidence, carried them out of Tovvn to their execution vvith a Guard; for he vvas affraid that he should have been stoned by the people.* Versio Anglica. Quæ omnia vix equidem crediderim consistere posse cum sequentibus, ubi Judæo, nonnisi demùm extra civitatem posito tormenta inrogantur, quò dictæ mulieres reæ peragerentur ac damnarentur. Confer Cuperum, pag. 491. col. 2.

Lin. 12. *Nicæa.*] Editio Aboensis, *Nicea*; quomodò scilicèt apud Justinum, XII. 8. pro *Niceam*, quæ meritò vulgata lectio est, Juntæ *Niceam* legunt.

Ibid. *Inrogantur tormenta Judæo.*] Ut capite 1. *Mortem superbis inrogare.*

Digitized by Google

Ibid. *Dum quæ jussus . . . loqueretur, pugnis, &c.*] Vir admodùm reverendus lacunam hanc ita supplevit : *Dum, quæ jussus erat, crimina inferret, mulieres, si quæ pro se loqueretur, &c.*

www.libtool.com.cn

Malim : *Dum, quæ jussus fuerat, tanquàm invitus loqueretur, &c.* Abbas à S. Hilario.

Sic lacuna videtur expleri commodè posse : *Dum, quæ jussus clàm erat, palàm eloqueretur.* Nic. Heinsius.

Distinguo, & suppleo : *Inrogantur tormenta Judæo, dum, quæ jussus esset, loqueretur. Pugnis, &c.* Gale.

Suspicabar ego, veterem potiùs lectionem fuisse : *Inrogantur tormenta Judæo ; dumque, quæ jussus fuerat* (putà, *dicere, respondere,*) *loqueretur, pugnis coërcentur innocentes, duci jubentur.* Adde Columbum, pag. 387. col. 1. maximè verò Cuperum, pag. 491. col. 2. & seq.

Lin. 14. *Duci jubentur.*] Ad supplicium nempè : ut mox noster, *ad supplicium deducta* ; & Justinus XII. 11. *tredecim correptos manu suâ ipse* [*Alexander*] *ad supplicia duxit.* Id enim sæpissimè *duci* & *deduci*, simpliciter posita, valent. Tertullianus ad Scapulam, capite ultimo : *Arrius Antoninus in Asiâ cùm persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia ejus se manu factâ obtulerunt ; cùm ille paucis* DUCI *jussis, reliquis ait, Ὦ δειλοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε.* Plinius in epistolâ ad Trajanum (*a*) : *Interrogavi . . . an essent Christiani : confitentes iterùm ac tertiò interrogavi, supplicium minatus : perseverantes* DUCI *jussi.* Et noster suprà, capite 15. *Comprehensi presbyteri ac ministri, & sine ullâ, &c. damnati, cum omnibus suis* DEDUCEBANTUR. Neque enim nunc aliud ejus loci supplementum, quod anteà ex præcedentibus elici posse credidimus, probamus. Confer Cuperum, pag. 491. col. 2. voce *coërcentur* ; item Buchnerum ad laudata Plinii verba.

Lin. 15. *Benè merita uxori.*] Videatur rursùm vir Amplissimus pag. 491. col. 2.

Ibid. *Contraxerat.*] *Avoit attiré à ce spectacle.* Maucroix. Id est, attraxerat ad hoc spectaculum.

Had broughe together. Tralatio Anglica. Hoc est, congregaverat, vel adunaverat : quod melius. Omninò enim Ciceroni, Livio, & aliis, *contrahere viros, milites, auxilia, pecuniam*, eadem sunt atque congregare, adunare, colligere : sicut è contrario *distrahere*, nonnunquàm separare est. Florus lib. 1. cap. 3. *Tribus quippè illis* [*Curiatiis*] *vulneratis, hinc duobus* [*Horatiis*] *occisis, qui supererat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut* DISTRAHERET *hostem, simulat fugam ;* pro, divideret, separaret, aut aliquid tale.

Lin. 16. *Promoti militari modo instructi velites & sagittarii prosequuntur.*] Ita dudùm Baluzius ex conjecturâ, ad calcem suæ primæ editionis. Idem enim anteà cum MS. codice in Auctoris verbis, *promoti militari modo instructibile mens essagitari prosequuntur ;* quæ & lectio primæ editionis Oxonienses : undè brevi aliæ aliarum editionum lectiones, variæque simul doctorum observationes, quas jam proximè subjiciam, prodierunt

Ibid. *Promoti militari modo instructi bile menses sagittarii prosequuntur.* Ed. Aboensis.

Ibid. *Promoti militari modo instructibile mens essagitari prosequuntur.*] Ed. Oxon. an. 1684. item Cantabr. & Pagius in Crit. Baron. ad an. Chr. 312. nu. 11.

Ibid. *Promoti militari modo instructibile, &c.*] Ita legit Baluzius, *promoti militari modo instructi velites & sagittarii*, utpotè quòd utrique levis sint armaturæ milites. *Ed. Ox. & Cant.*

Legendum : *Promoti militari modo instructi, & Viennenses sagittarii prosequuntur.* Vossius.

Ibid. *Promoti militari modo instructibile mens essagitari proseq.*] Portentosè corrupta variè viri docti studuerunt emendare. Mihi videntur Lactantii hæc fuisse verba : *Promoti militari modo, instructi telis eas & sagittis prosequuntur. Promoti* sunt Duces militares, qui ad ordines sunt promoti per inferiores gradus. Lucanus :

Promotus Latiam gerit ordine vitem.

Græv ius.

Corrigo, *Promoti militari modo instructi, collinientes sagittas, proseq.* Gale.

Emendo, *præcedunt militari modo instructi equites, & sagittarii prosequuntur.* Abbas à S. Hilario.

Ibid. *Instructibile mens essagitari.*] Nullo sensu. Legendum, *Instructi . . , enses sagittarii.* Allix.

Mea symbola erat, emendandum esse ; *promoti militari modo instructi pilo & ense. Sagittarii prosequuntur.* Hoc sensu : Promoti sunt ante matronas illas, qui militari modo pilo & ense instructi, tanquàm prima acies procederent, sequente statim eâdem acie

(*a*) *Lib.* 10. *Ep.* 97.

alteri

alterâ sagittariorum. Et verò, cùm proxima verba sint, *Ita mediæ inter cuneos armatorum ad supplicium deductæ*, manifestum indè est, Eratineum duas armatorum hominum cateryas, ne dictæ matronæ de carnificum manibus raperentur, adhibuisse; unam, quæ illis ad supplicii locum ducendis anteiret; alteram autem, quæ subsequeretur. Et quod rursùm disertè Mamertinus in Gratiarum actione pro Consulatu, *Arma igitur*, ait, *& juvenes cum* GLADIIS ATQUE PILIS *non custodiæ corporis sunt, sed quidam Imperatoriæ majestatis solennis ornatus*, id, inquam, aperto pariter indicio est, potuisse rectè, secundùm nostrum, arma primæ turmæ *pila* esse & *enses*, cùm coævus Mamertinus *pila & gladios*, quod idem est, de Imperatoriis Protectoribus loquendo, conjunxerit; itemque Ammianus initio l. 17. in hunc modum, *Quocirca forati pilis & gladiis cecidere complures.* Addantur Baluzius, pag. 333. col. 2. Cuperus pag. 491. col. 2. & Columbus, pag. 387. col. 1.

Lin. 17. *Inter cuneos armatorum.*] Qui omnes ergò pedites erant, contrà quàm paulò antè vir doctus ponebat. *Cunei* enim ex peditum multitudine in cunei formam redactorum constabant, ut ejusmodi cuneus in acie primò angustior, deindè latior procederet, auctore Vegetio lib. 2.

Lin. 19. *Nec adultero impunitas promissa persolvitur.*] Id est: sed Judæus ille, qui se cum matronis adulterium commisisse mentitus fuerat, datâ sibi priùs fide ab Eratineo, non modò se nullas fictitii illius adulterii pœnas laturum, verùm omnia etiam flagitia, ob quæ meritò reus peragi plectique potuisset, falsi, quod dicturus erat, testimonii contemplatione condonatum iri, nequivit tamen promissâ eorum impunitate gaudere. Is enim reverà, quamvis omnis adulterii cum memoratis nobilibus fœminis admissi planè purus, (undè noster in fine præcedentis capitis, *amicas ejus affecto adulterio damnat*) *ob alia* utique *facinora*, sicut hoc capite positum, *reus* erat. *Ce misérable, qui s'étoit déclaré complice de leurs adultéres, ne jouit pas de l'impunité promise.* Maucroix.

Confer Cuperum, p. 492. col. 1.

Lin. 20. *Aperuit omne mysterium.*] Hoc est, ut ista cum sequentibus cohærent, aperire cœpit; mussitando v. gr. aliquid, quod, qui propiùs adstabant, audiverint, vel etiam exclamando. *Il découvrit tout le mystére*, inquiunt quotidiè nostrates de verbo ad verbum; ut omninò miret, Maucroixium vocem integram, ne simpliciter verteret, de suo adjecisse, *il découvrit tout ce mystére d'iniquité.*

Ibid. *Aperuit.*] Leg. *aperit.* Tollius.

Pag. 237. lin. 1. *Sub extremo spiritu inquit omnibus qui videbant, innocentes occisas esse testatur.*] Scripsisse Lactantium censeo; *sub extremâ spiritu inquieto omnibus, qui videbant, innocentes occisus esse testatur. Sub extremâ*, scilicèt horâ. *Nic. Heinsius.*

Mihi videtur *inquit* delendum esse. *Gravius.*

Ibid. *Inquit.*] Hæc vox παρέλκει, nisi fortè legi debeat, *inquirentibus.* Ed. Oxo. 1684. item Cantabr.

Pro *inquit*, lego *iniquè.* Gale.

Ibid. *Sub extremo spiritu inquit.*] Fortè scriptum, *sub extremo spiritu linquente.* Malim tamen, *sub extremo spiritu, ingemiscentibus omnibus, &c.* Tollius.

Emendabam, *& sub extremo spiritu inquies* (vel *inquietus*) *omnibus, qui videbant, innocentes occisus esse testatur.* Ammianus certè lib. 29. *Procopius quidem inquies homo, &c.* & Justinus XLIV. 2. *Velocitas genti pernix; inquies animus.*

CAPUT XLI.

Pag. 237. lin. 1. *Augusta verò.*] Valeria nempè, Galerii vidua. *Pagius* (*a*).

L'Impératrice Valeria. Maucroix.

Adde Baluzium, pag. 333. col. 2.

Ibid. *In desertas quasdam Syr. solit.*] Cuperum vide, pag. 492. col. 1.

Lin. 2. *Mittit ille legatos.*] Diocletianus scilicèt ad Maximinum, quod ultimum ambo Interpretes suppleverunt.

Lin. 5. *Militarem ac potentem virum.*] Illustrat hoc Cuperus, pag. 492. col. 1.

Ibid. *Eum.*] Maximinum nempè: quod perspicuitatis causâ adhibitum in Anglicâ Versione.

Lin 6. *Is quoque imperfectâ legatione.*] Legendum, *perfectâ legatione.* Nic. Heinsius.

Corrigebam, *Is quoque illi, perfectâ legatione, &c.* ut *illi* lapsu temporis in *im*, servatis tamen utcunquè singulis litterarum ductibus, evaserit.

CAPUT XLII.

Pag. 237. lin. 1. *Eodemque tempore.*] Le-

(*a*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 312. *num.* 12.

ge : *Eodem quoque tempore.* Tollius.

Ità etiam legendum esse suspicatur Columbus, pag. 387. col. 2.

Ibid. *Senis Maximiani*] Herculii nempè. *Pagius* (*a*).

www.libtool.com.cn

Ibid. *Senis.*] Quin & dudùm, ne tibi fortè sequentia imponant, mortui. Testantur ultima verba capitis XXX : *Ita ille Romani nominis maximus Imperator* [*Maximianus Herculius*] . . . . *elisо & fracto superbissimo gutture, vitam detestabilem turpi & ignominiosâ morte finivit.* Adde Baluzium, p. 333. col. 2. & Columbum, pag. 387. col. 2.

Lin. 2. *Et imagines cum quo pictus esset detrahebantur.*] Emendo, *& imagines loco, quo pictus esset, detrahebantur.* Gale.

Ibid. *Et imagines.*] Fortè deest *illius* propter sequentia. *Sparkius, in Edit. Oxon. an.* 1684.

Ibid. *Cum quo.*] Leg. *ubicumquè.* Vossius.

Vir reverend. rescribit *ubicumquè.* Editiones Oxon. & Cant. sive Vossium, sive alium intellexerint.

Suffragatur Versio Anglica, *any where set up.* Aliter verò, quodque malim, Cuperus pag. 492. col. 1.

Ibid. *Senes ambo.*] Herculius scil. & Diocletianus. *Pagius* (*b*).

Rectè. Sed Herculius quidem jam sat diù, ut tantùm quod monebam, fato functus : Diocletianus verò adhùc vivus videnque. De ambobus porrò, pariter vivis, noster suprà cap. 12. *Qui dies cùm illuxisset, agentibus Consulatum senibus ambobus, octavum & septimum* : breviùs autem capite 20., *Maximianus* [*Galerius*] *postquàm, senibus expulsis, quod voluit, effecit, &c.*

Lin. 4. *Cùm videret vivus.*] Diocletianus nempè, initio præcedentis capitis nominatus, & cujus nomen hìc loci meritò repetitum ab auctore Tralationis Anglicæ ad hunc modum, *Diocletian seeing this affront.* Confer Baluzium, pag. 333. col. 2.

Ibid. *Quod nulli unquam Imperatorum acciderat.*] Alias enim damnatorum principum imagines solenne erat dejicere, lutare, & scalis Gemoniis inferre, ut ex Plutarcho probat Casaubonus. *Edit. Oxon. & Cant.*

Adde Baluzium, pag. 333. col. 2. §. *Senis Maxim. &c.* item Columbum, pag. 387. ad eadem verba.

Lin. 5. *Duplici ægritudine adfectus.*] Mentis nimirùm & corporis. Corpus enim indubiè morbo aliquo laborabat, quandò tam irreverenter agi cœptum est cum communibus Diocletiano & Herculio imaginibus. Confer Cuspiniani verba, quæ Baluzius loco mox laudando protulit.

Ibid. *Jactabat se hùc atque illùc.*] Ad exemplum lugentis amicum Pelidæ ; de quo Juvenalis. *Tollius.*

Lin. 7. *Suspiria*] Baluzium vide, pag. 333. col. 2. & seq.

Lin. 8. *Viginti annorum felicissimus Imperator.*] Locus cautè & benignè accipiendus ; quoniàm vel jam ante decimum nonum planè affectum *felicitas à Diocletiano recesserat*, vel brevì utique post vigesimum inchoatum recessit. Recesserat quippè, non modò priusquàm Diocletianus vicennalia ageret, (quæ quidem primâ die vigesimi anni, aut ad summum post duos menses ejusdem anni recentissimè elapsos, celebrata sunt (*c*) ;) sed etiam antequàm ad eorum celebrationem Diocletianus ex urbe Nicomediâ Romam ire fuisset aggressus. Noster enim suprà (*d*) disertissimis verbis : *Hoc igitur scelere perpetrato Diocletianus, cùm jam felicitas ab eo recessisset, perrexit statim Romam, ut illic vicennalium diem celebraret, qui erat futurus ad duodecimum Kalendas Decembres* : adeò ut cùm id itineris longissimum fuerit, & jamtùm felicitas à Diocletiano, quandò susceptum est, recessisset, Diocletianus manifestè felicissimus esse decurrente adhùc decimo nono Imperii anno desiverit. Quomodò ergò *viginti annorum felicissimus Imperator*, si strictè loquendum est ? Adeatur de aliis difficultatibus Cuperus, p. 494 col. 1. & 2.

Lin. 9. *Ad humilem vitam dejectus adeò & proculcatus injuriis, atque in odium vitæ dejectus.*] Quis credat, eodem in versu bis disertissimum Scriptorem eâdem voce *dejectus* esse usum ? Nic. Heinsius conjiciebat in priori loco scribendum esse, *ad humilem vitam redactus.* Sed cùm *in odium vitæ dejici* vix ferant aures Latinæ, cùm optimè dicatur *ad humilem vitam dejici*, censeo scribendum esse, *in odium vitæ deductus.* Grævius.

Ibid. *Dejectus adeò.*] Imò tribus vocibus, *dejectus à Deo.* Boherellus, item Gale ; quæ & nostra jamdudùm erat conjectura.

Lin. 10. *In odium vitæ dejectus.*] Malim, *adductus.* Vox enim *dejectus* statim præcessit. *Tollius.*

(*a*) *In Critica Baron. ad annum Christi* 316. *num.* 3. (*b*) *Ibidem.* (*c*) Vide *suprà*, *pag.* 634. *col.* 1. & 2. (*d*) *Pag. eâd. col.* 1.

Digitized by Google

Corrigo, *deductus*. Gale.

Emendo, *devectus*. Boherellus.

Præfero, tam quoniàm cæteris minùs distat à vulgato *dejectus*, quàm quoniàm, cùm de eo agatur, qui aliquandò Imperator extitit, elegans eo pacto fuerit oppositio, licet tacita, inter Diocletianum *provectum* olim *ad principale fastigium*, (nam sic noster, capite 4: *quasi hujus rei gratiâ* [*Decius*] *provectus esset ad illud principale fastigium*) & eumdem Diocletianum *usque ad odium vitæ devectum*. Adde Columbum, p. 387. col. 2.

Ibid. *Fame atque angore confectus est.*] Alii eum morbo aquæ intercutis extinctum ferunt, alii veneno, Suidas suspendio. Ut ut se res habeat, periisse eum constat anno 312. ante nuptias Licinii & Constantiæ. Ubi Victorem redarguit Baluzius, qui Diocletianum ad festivitatem illam vocatum venenum hausisse asserit, eò quòd mortem suspectaret dedecorosam. *Edit. Oxon. & Cant.* addente ultimâ, Vid. Valesii Annot. in Eccles. Hist. Socrat. lib. 1. cap. 2.

Creditum hactenùs, Diocletiani mortem hoc anno (316) contigisse; ita enim scriptum à Zosimo, Auctore Chronici Alex. & Idacio in fastis, qui sub hujus anni Consulibus habet, Diocletianum diem functum esse *in Salonâ* III. *Nonas Decembris*. Sed post librum Lactantii de Mortibus Persecutorum in lucem emissum, eum initio anni trecentesimi decimi tertii interiisse, non dubitandum, cùm Lactantius statim ac mortem ejus narravit, de interitu Maximini locuturus, capite XLIII. dicat: *Unus jam supererat de adversariis Dei, cujus nunc exitum ruinamque subnectam.* Diocletianus itaque ante Maximinum extinctus... Victor autem in Epitome, quoad annum mortis, Lactantio suffragatur, licèt in mortis genere discrepet: *Vixit*, inquit, [*Diocletianus*] *annos sexaginta octo, ex quibus communi habitu propè novem egit. Morte consumptus est, ut satis patuit, per formidinem voluntariâ. Quippè cùm à Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quominùs interesse valeret, excusavisset, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio favisse, & Maximino favere, suspectans necem dedecorosam, venenum dicitur hausisse.* Quod ultimum famâ tantùm à Victore narratum, valdè incertum. Sed quoad cætera, inter Lactantium & Victorem convenit, non solùm Diocletianum & Maximianum anno trecentesimo quinto abdicasse, ut suo loco ostendi: sed etiam Diocletianum anno CCCXIII. ante Licinii nuptias & Maximini obitum sublatum fuisse. Nam ab anno CCCV. ad annum CCCXIII. utroque extremo incompleto pro integro numerato, anni sunt novem, quibus Diocletianus privatam vitam duxit. *Pagius* (*a*).

Adde Baluzium, pag. 334. col. 1. & Cuperum, pag. 494. col. 2. & seqq.

CAPUT XLIII.

Pag. 238. lin. 1. *Unus jam supererat de adversariis Dei.*] Maximinus nempè, secundùm hanc adjectionem Anglicam, *Namely Maximin.* Maximinus Daza. *Edit. Oxon. & Cant.*

Rectè omnes; quanquàm, quod mireberis, in hoc toto capite, ubi ex professo, nec paucis de *Maximino* differitur, ne semel quidem *Maximini* nomen cernatur. Sed quos noster utique *adversarios Dei* nuncupavit; Maucroixius non malè *adversarios Christianorum* interpretatus est. Et Baluzius porrò, cùm eorumdem *Dei adversariorum* catalogum texeret, nullo loco Constantium Chlorum cæteris accensuit, quod contra clarissimum Meldensem Episcopum observamus. Videatur Baluzius, pag. 334. col. 2. Adde quoque Columbum, pag. 387. col. 2.

Ibid. *Exitum.*] *Exitium.* Editio Aboensis, incertâ causâ, vel Auctore. Nihil enim de istâc emendatione Columbus in suis Notis. Certum est, undècunque veniat, non esse contemnendam, & *exitium* quoque optimè cum *ruinâ* conjungi. Sed quidnì interim vulgata lectio meliùs servetur, ob consimilem locum primi capitis: *Qui templum sanctum everterant*, RUINA *majori ceciderunt; qui justos excarnificaverant, cœlestibus plagis & cruciatibus meritis nocentes animas profuderunt... De quo* EXITU *testificari placuit, ut, &c.*

Lin. 3. *Cùm haberet æmulationem.*] Columbum vide, pag. 388. col. 1.

Ibid. *Quia prælatus ei à Maximiano fuerat, &c.*] Quandò scilicèt Galerius Maximianus, qui certò certiùs hujus loci *Maximianus* est, Licinium, præterito Maximino, *Imperatorem* nuncupavit. Undè noster initio capitis XXXII. *Nuncupato igitur Licinio Impera-*

(*a*) *In Critică Baron. ad annum Christi* 316. *num.* 3.

tore, Maximinus iratus, nec Cæsarem se, nec tertio loco nominari volebat; pauciſque interjectis: *& præſcriptione temporis pugnat, ſe priorem eſſe debere, qui prior ſumpſerit purpuram.*

www.libnol.com.cn

Ibid. *A Maximiano.*] *A Galerio.* Maucroix. *Quoiqu'il eût conçu de la jalouſie contre Licinius, que Galérius lui avoit préféré.*

Lin. 3. *Licèt nuper cum eo amicitiam confirmaſſet.*] Illam nempè, de quâ noſter capite XXXVI. *Sed conditionibus certis pax & amicitia componitur, & in ipſo freto fœdus ſit, ac dextera copulantur.* Confer Baluzium, p. 334. col. 2.

Lin. 4. *Conſtantini ſororem.*] Videatur denuò Baluzius ibidem, & Cuperus, pag. 496. col. 1.

Lin. 5. *Et ipſe Legatos, &c.*] Quid *& ipſe* hoc loco ſit, non aſſequor, cùm nulla de quoquam præceſſerit mentio, qui prior Legatos ad urbem Romam miſerit. Emendo igitur: *Eò ipſe*, hoc eſt, *Ideò ipſe*; vel *Eo ipſo*, hoc eſt, *Ob id ipſum, Legatos*, & quæ deinceps; nec diſſimili ratione Cicero in De Finibus: *Hoc ipſo, quòd adeſt.*

Lin. 6. *Ad urbem miſit.*] Romam miſit. *Verſio Anglica.*

Ibid. *Miſit.*] Rectiùs, *mittit.* Tollius.

Ibid. *Occultè.*] Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 8. cap. 14. Περὶ τοῦ ὅτι Ῥώμης φιλίαν κρύβδην ἀπηνδήσατο. *Edit. Cant.*

Adde Baluzium, p. 334. col. 1.

Lin. 7. *Scribit etiam familiariter.*] Id eſt, amicè; ut ſenſus ſit, Maximinum non amicitiam tantùm Maxentii poſtulaſſe, ſed verba ſimul amiciſſima in eam rem adhibuiſſe. Maucroixius: *avec beaucoup d'honnêteté.* Quaſi Latina ſint: Cum multo verborum honore, vel verbis honorificentiſſimis. Sed eſt certè *familiariter* in mille locis huic ſimilibus *amicitia* vox, non *honorificentia.* Terentius, verbi gratiâ, in Heaut. Act. 1. Sc. 1.

Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego in propinquâ parte amicitiæ puto,
Facit, ut te audacter moneam, & familiariter.

Cicero de Amicitiâ: *Nihil enim turpius, quàm cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris.* Plinius denique in Epiſtolis: *Ipſe ſum teſtis, familiariter ab eo dilectus.*

Lin. 8. *Fit amicitia.*] Pauciſſimis nimirùm, uti ſolet, initiò conſciis & participibus; adeòque, dicere liceat, intra privatos parietes.

Ibid. *Utriuſque imagines ſimul locantur.*] Statim nempè poſt illius amicitiæ conciliationem, in publicum rei teſtimonium, ſimulque Maxentiani de re ipsâ gaudii. Addatur Cuperus, p. 496. col. 1.

Ibid. *Maxentius tanquàm divinum auxilium libenter amplectitur.*] Quid amplectitur? An *Maximini ſocietatem*, ſicut ſupplevit Maucroixius? *Maxence regardoit cette alliance comme un ſecours envoyé du Ciel.* Sed *Maximini* ergò *ſocietas* nominata fuiſſet in præcedentibus, ut è communi poſſet repeti. At ibi ſolam *Maxentii* ſocietatem memoratam videmus. An *Maximini Legatos?* vel, cum Anglicâ Verſione, *oblatam Maximini amicitiam?* Verùm jam noſter de Maximini Legatis & amicitiâ loquendi finem fecit in antecedentibus, & ad collocatas ſimul Maximini Maxentiique imagines tranſivit his verbis: *Recipiuntur Legati benignè, fit amicitia, utriuſque imagines ſimul locantur.* Miſſas igitur Maximini imagines libenter & tanquàm divinum auxilium amplexus ſit potiùs ex noſtri mente Maxentius, quàm aliud quidvis, ſi verum præſentis loci ſenſum inquiramus: *Maxentius tanquàm divinum auxilium libenter amplectitur.* Præſertim cùm Romanis, verbi gratiâ, ſolenne eſſet *Peſſinuntium ſimulacrum* tanquàm divinum auxilium reſpicere: undè Herodiano τὸ ἄγαλμα Διοννῆς vocatum. Et miſſæ porrò Maximini imagines ad Maxentium, ſi quæ nunc poſuimus benè vera ſunt, uti olim Conſtantinus imaginem ſuam ad Galerium miſerat, ſed non pari modo acceptæ. Nam Galerius utrùm illam Conſtantini ſuſciperet, deliberavit diù, ſicut cap. XXV. vidimus, & *in eo penè res fuit, ut illam & ipſum, qui attulerat, exureret;* & ſuſcepit denique *admodùm invitus.* Verùm Maxentius Maximianas è contrario *tanquàm divinum auxilium amplexus eſt.*

Lin. 9. *Jam enim bellum Conſtantino indixerat.*] Anno nempè 311. Nam bellum inter Conſtantinum & Maxentium, non anno 312. ſed præcedenti inchoatum; cùm Auctor incertus Panegyrici Conſtantino dicti, cap. 21. teſtetur, *eam expeditionem annuam fuiſſe;* & Eutropius lib. 10. *Id bellum quinto Conſtantini anno commotum eſſe.* At quintus Conſtantini annus die XXIV. Julii, anno Chriſti 311. abſolutus eſt, eoque proindè anno bellum Maxentianum inchoatum. Rectè autem Lactantius: *Jam enim [Maxentius] bellum Conſtantino indixerat;* licèt contrà laudato loco Eutropius: *Quinto Conſtantinus Impe-*

Digitized by Google

vii anno bellum adversùs Maxentium civile commovit. Nam bellum illud reverà à Maxentio indictum fuisse, etiam Zosimus, lib. 2. nos docuit his verbis: *Maxentius occasiones gerendi adversùs Constantinum belli quærebat, seque dolere propter obitum patris sui simulans, cui mortis causam Constantinus præbuisset....* Et Nazarius in Panegyrico Constantino Aug. dicto, cap. 9. 10. 11. & 12. illud etiam bellum Maxentio imputat, & Constantini prudentiam ad illud evitandum pluribus laudat. *Ex Pagii Criticâ Baronianâ, ad annum Christi 312. num. 2.*

Adde Baluzium, p. 334. col. 2. & seq.

Lin. 10. *Quasi necem patris sui, &c.*] Videatur Baluzius, p. 335. col. 1. & Cuperus, pag. 496. col. 1

Ibid. *Senem illum.*] Id est, vertente Maucroixio, senem Maximianum, de quo certè agitur, & qui aliàs pater fuit Maxentii.

Lin. 11. *Inteſtabilem* (vel *exitiabilem*) *&c.*] Hoc est, *deteſtabilem & inviſam.* Edit. Oxon. anni 1680. item Cant. ad *diſcordiam*, quæ proximè nominatur, referendo.

Hoc est, *Deteſtabilem & inviſum.* Ed. Ox. anni 1684. quod, si menda non sit typographica, ad *senem illum* pertinet.

Ibid. *Inteſtabilem.*] Leg. *deteſtabilem.* Vossius; item Gale, ad instar, inquit, *nefandi deteſtabili*, in fine cap. XLIX.

Sed *inteſtabilis* quoque apud Sallustium (*a*), pro deteſtabili & execrando legitur. Locus est: *Nisi, quia illi in tanto malo turpis vita integrâ famâ potior fuit, improbus inteſtabiliſque videtur.*

Ibid. *Inteſtabilem.*] Cùm in manuscripto sit *xtabilem*, legendum censeo: *inexpiabilem finxisse diſcordiam.* Grævius.

Adde Baluzium, pag. 335. col. 1. & Cuperum, p. 496. col. 1.

Ibid. *Finxisse diſcordiam cum filio.*] Artes istiusmodi jam à temporibus Tarquinii Superbi notæ fuere; nec dissimile, quod in Vitâ Augusti apud Suetonium legitur. *Tollius.*

Confer Baluzium, pag. 335. col. 1.

Lin. 13. *Sed id falsum.*] *Nec id falsum.* Gale.

Planè contra sequentia; quod non capio. Quînam enim *sibi* verè *ac filio totius orbis imperium vindicare voluit* Maximianus Herculius, si, ex sequentibus, *id propositi habebat, ut & filio, & cæteris extinctis, se ac Diocletianum reſtitueret in regnum?* Utinàm ergò mentem suam explicasset vir doctissimus!

CAPUT XLIV.

Pag. 238. lin. 1. *Jam mota, &c.*] Ab anno nempè 311. ut pluribus modò notatum (*b*).

Ibid. *Inter eos.*] Obscurè dictum; pro quo planissimè Interpretes: *Inter Maxentium & Conſtantinum.* Confer Baluzium, pag. 335. col. 1.

Lin. 2. *Quòd responsum acceperat, perituram esse, si, &c.*] Videatur Baluzius, ibid. & Cuperus, pag. 496. col. 1. & 2.

Lin. 4. *Patris sui exercitum receperat à Severo.*] Vide Constantini Orationem ad Sanctorum cœtum, cap. 25. & Valesii Annot. ibid. *Edit. Cantab.*

Ibid. *Patris sui.*] *Maximiani.* Maucr.

Lin. 5. *Suum proprium.*] Locutio melioris Latinitatis amatoribus non prætermittenda; quippè quorum nonnullos vel de istâ numismatis, quod ante triennium Profugorum, quos vocant, nomine in hâc Trajecto cusum est, dubitare viderim, OMNES. UT. PROPRIA. VISCERA. EXCEPTI. quasi nimirùm vitiosus inesset Gallicismus. Sed ne quidem apud Latinos, ut apparet, *suus proprius* loquendi genus vitiosum fuit. Firmant sequentia exempla. Julius Capitolinus in Antonino Pio: *In suis propriis fundis vixit variè ac pro temporibus.* Lactantius lib. 5. Instit. cap. XI. *Alii* SUO PROPRIO *adversùs justos odio.* Vopiscus in Firmo: *Marius Maximus... Avidium... non* SUIS PROPRIIS *libris, sed alienis innexuit.* Imò Cicero ipse de Oratore: *Crassus* SUA QUADAM PROPRIA, *non communi Oratorum facultate;* & ad Terentiam cum possessivo pronomine primæ personæ: *Ipsa calamitas communis est utriusque nostrûm: sed culpa* MEA PROPRIA *est.* Idem tamen alibi, quod non negandum, copulam interposuit. Sic in Tuscul. Quæst. PROPRIIS ET SUIS *argumentis quæque res tractanda.*

Ibid. *De Mauris atque Italis nuper extraxerat.*] Lege, *exstruxerat.* Sic suprà, cap. XII. *Acie structâ.* Tollius.

Emendo, *contraxerat.* Gale.

Adde Cuperum, pag. 496. col. 2. & seqq. item Columbum, p. 388. col. 1.

Pag. 239. lin. 1. *Maxentiani milites prævalebant.*] Colligebam non ita diù, ex sub-

(*a*) *In Bello Jugurth.* (*b*) *Pag. præc. col. 2.*

Digitized by Google

jecto Justini loco (*a*), ubi perpetua conspicitur oppositio inter superstites Alexandri *pedites & equites*, nunquàm *à militibus consentiunt* Justino aliud esse posse in ejus verbis, quàm *peditibus consentiunt*, adeòque Latinos interdùm *militum* vocabulo pedestres copias ab equestribus distinctas significasse. Idque multa Livii loca similiter adstruere, viri docti ante nos observarunt. Sed proculdubiò nihil est, quod hîc *Maxentianorum militum* notationem eo modo restringat. Intelligantur ergò potiùs Maxentii copiæ pedestres & equestres simul, ex usu vocis notissimo ac vulgatissimo. *Hortatur* [*Alexander*] MILITES *suis scribere*, inquit, verbi gratiâ, Justinus, lib. 12. cap. 5. cùm non solos pedites, qui de se durius opinarentur, cognoscere vellet Alexander, sed equites quoque. Idem Historicus alibi (*b*): *Inde*, ait, *hostem petens* [*Alexander*] MILITES *à populatione prohibuit*; intellectis citra controversiam non solis *triginta duobus mille peditibus*, qui in Alexandri exercitu erant, sed & ejusdem *quatuor mille equitibus*, ut sequentia ostendunt. Adde nostri locum, qui capite XLV. non procul ab initio legitur, simulque Cuperum, p. 499. col. 2.

Lin. 2. *Ad utrumque paratus.*] Eventum putà peremptorium, citam mortem, aut victoriam lætam, juxta illud Horatii:

. . . . *Concurritur, hora*
Momento cita mors venit, aut victoria lata.

Firmat Justini locus, lib. 6. cap. 7. *Nam ut vidêre, inter quæ, & pro quibus starent, aut vincendum sibi, aut moriendum censuerunt.* Quin & ista Ciceronis Epistola (*c*) ad Toranium luculentus est hujus loci commentarius. *Etsi, cùm ad te scriberem, aut appropinquare exitus hujus calamitosissimi belli, aut jam aliquid actum & confectum videbatur, tamen quotidiè commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, & me tibi, sodalesque nos vidisse, quantùm esset in eo bello mali, in quo, spe pacis exclusâ, ipsa victoria futura esset acerbissima, quæ aut interitum allatura esset, si victus esses, aut, si vicisses, servitutem. Itaque ego, quem tum fortes illi viri & sapientes Domitii & Lentuli timidum esse dicebant, (& eram planè; timebam enim, ne evenirent ea, quæ acciderunt) idem nunc nihil timeo, &* AD OMNEM EVENTUM PARATUS SUM. *Cùm aliquid videbatur cavere posse, tum id negligi dolebam: nunc verò, eversis omnibus rebus, cùm consilio profici nihil possit, una ratio videtur, quidquid evenerit, ferre moderatè*, PRÆSERTIM CUM OMNIUM RERUM MORS SIT EXTREMUM.

Constantin résolu à tout ce qui en pourroit arriver. Maucroix.

Having resolved to put all to hazard. Versio Anglica.

Confer Columbum, p. 388. col. 1.

Lin. 3. *Pontis Mulvii.*] Hodiè, *Ponte-Mole.* Maucroix.

Ibid. *Mulvii.*] *Milvii.* Pagius (*d*).

Leg. *Milvii.* Editio Cantabr.

Leg. *Mylvii.* Allix.

Lin. 4. *Ad sextum Kalendas Novembris.*] Scribe, *a. d. sextum, &c.* Tollius.

Maxentius, ut ex Lactantio liquet, VI. Kalendas Novembris, id est, XXVII. Octobris, Imperator Romæ appellatus est . . . Suspicatus aliàs fueram (*e*), locum mendosum esse, ac legendum, *ad quintum Kalendas Novembris.* Sed locus libelli de Præfectis Urbi, *VI. Kalendas Novembris*; *Annius Anulinus dies* 34. *P. V.* hanc suspicionem tollit. *Pagius* (*f*).

Maxentium vicit Constantinus VI. Kalendas Novembris, auctore Lactantio. Nec longè abit Kalendarium Constantii à Bucherio editum. In eo enim ad V. Kalendas Novembris habemus: *Evictio Tyranni*; ad IV. *Adventus Divi*; si tamen *Tyranni* nomine *Maxentius* potiùs, quàm *Licinius* sit intelligendus, ut est sanè verisimillimum. *Dodwellus* (*g*).

In veteri quidem Kalendario Constantio

(*a*) *Lib.* 13. *cap.* 3. Cùm equites quoque idem fecissent, pedites indignati nullas sibi consiliorum partes relictas, Aridæum, Alexandri fratrem, Regem appellant. Quæ cùm nuntiata equitibus essent, Legatos ad mitigandum eorum animos, duos ex Proceribus, Attalum & Meleagrum mittunt, qui potentiam ex vulgi adulatione quærentes, omissâ legatione, MILITIBUS CONSENTIUNT. Tunc ad delendum equitatum cuncti armati in regiam irrumpunt; quo cognito, equites trepidi ab Urbe discedunt, castrisque positis, & ipsi pedites terrere cœperunt. (*b*) *Lib.* XI. *cap.* 6. (*c*) *Lib.* 6. *Epist. ad Famil. Epist.* 21. (*d*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 312. *num.* 3. (*e*) *In Dissert. Hypat. pag.* 163. (*f*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 306. *num.* 11. *& ad annum* 312. *num.* 4. *&* 1. (*g*) *In Dissert. Cypr.* XI. *num.* 86.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Imperante ſcripto, ad v. Kalendas Novembris habetur: EVICTIO TYRANNI; ad IV. verò ejuſdem menſis: ADVENT. DIVI: ſed hæc verba non de Maxentio & Conſtantino, ſed de Licinio & Conſtantino intelligenda, ut ex Libello de Præfectis Urbi manifeſtum fit. In eo enim ad annum Chriſti CCCXII. dicitur, v. *Idus Februar.* Aradium Rufinum Præfectum Urbi creatum eſſe, & VI. Kalendas Novembris Annium Anulinum. Quarè VI. *Kalendas Novembris* Maxentius devictus, & alter Urbi Præfectus à Conſtantino renuntiatus. Neque aliter locus ille explicandus. Falluntur ergò, quicunque verba laudata Kalendarii Conſtantiani de Maxentio interpretanda volunt *Pagius* (*a*).

Adde Baluzium, p. 335. col. 2. & ſeq.

Lin. 5. *Quinquennalia terminabantur.*] Id eſt, notante Maucroixio, quintus annus regni Maxentii. *Cinquième année du régne de Maxence.* Quibus iſta Verſionis Anglicæ conſentiunt: *The 27. of October was now near, which was the Anniverſary of Maxentius's coming to the Empire: and now his fifth year was almoſt out.*

Ibid. *Quinquennalia terminabantur.*] Quæ ſolennia die Imperii natali celebrari mos erat. *Pagius* (*b*).

Lactantius nos docuit, diem ſextum Kalendas Novembris, ſeu diem viceſimum ſeptimum Octobris, Imperii Maxentiani Natalem fuiſſe, cùm Imperatores eo die Quinquennalia & id genus feſta celebrarent, quo Imperium inierant. *Idem alibi* (*c*).

Adde Baluzium, p. 336. col. 2. & Cuper. p. 499. col. 2.

Ibid. *Commonitus eſt in quiete.*] Proprium hoc verbum. *Moneri* enim dicuntur, quibus Deus aliquid per ſomnium imperat. Vide Inſcript. Antiq. *Tollius.*

Adjiciantur Cuperus, p. 499. col. 2. & ſeqq. & Col. p. 388. col. 1. & ſeq.

Lin. 6. *Cœleſte ſignum Dei.*] Mira periphraſis crucis; niſi ſi ita explicare lubet, in cœlo viſum Conſtantino ſignum, ſeu imaginem crucis, ut aliqui tradidêre *. Stratagema hoc Conſtantini non minùs ſcitum, quàm illud Philippi Macedonis, quo ſacrilegos Phocenſes protrivit. *Tollius.*

* *Vox hic ſpia, impia, ia ſequitur, mparatio.*

Vide quæ cap. XLVI. ad *Crevit animus*, notabimus.

Ibid. *Cœleſte ſignum Dei.*] *Le ſigne adorable de la croix.* Id eſt, adorandum ſignum crucis. *Maucroixius.* Liberiore profectò paraphraſi, & quæ interpretem partium ſtudio nimis addictum ſpiret.

The Divine Mark, the Signi of the Croſs. Tralatio Anglica; quaſi dicas, Divinum inſigne, Signum crucis.

Addatur Baluzius, p. 336. col. 2. & ſeq.

Ibid. *Atque ita prælium, &c.*] Id eſt, atque deindè, vel atque poſteà. Non enim Chriſto mens fuit, ut Conſtantinus prælium eo ipſo tempore, quo *cœleſte Dei ſignum* notaturus erat in ſcutis, committeret, adeòque ſi planiùs loqui oportet, inter notandum: ſed notaret ut primò; poſteà verò, notatis ſemel dictâ litterâ clypeis, præliaretur. Confer quæ ſuperiùs obſervavimus, pag. 627. col. 2. item iſtum Spartiani locum in Severo: *Cincium Severum calumniatus eſt, quòd ſe veneno appetiſſet, atque ita interfecit;* pro, deindè interfecit, uti res clamat, & pridem monuit Eraſmus. Vide rursùm quæ ad verba capitis XLIX. *Et ſic hauſit venenum*, dicemus.

Lin. 7. *Et tranſversâ* X *litterâ ſummo capite circumflexo, Chriſto in ſcutis notat.*] Hæc, inquit Baluzius, ita intelligenda ſunt, ut Chriſti Monogramma circumflexum fuerit in capite Labari, ut videmus in nummis veteribus. *Ed. Ox. & Cant.*

Ibid. *Et tranſversâ* X *litterâ.*] Malim, *Et tranſverſam* X *literam.* Boherellus.

Diſtinguo, *Et tranſversâ* X *litterâ, ſummo capite circumflexo, Chriſto in ſcutis notat.* Gale.

Optimè vir perilluſtris correxit: *Tranſverſa* X *littera ſummo capite circumflexo Chriſtum in ſcutis notat.* Tollius.

Lin. 8. *Chriſto.*] *Chriſtum.* Editio Aboenſis; quod ego quoque legendum conjeceram.

Et fit peindre ſur ſes boucliers un X *avec un accent circonflexe, qui ſignifie Jeſus-Chriſt.* Maucroix.

Negligentiùs dictum. Accuratè enim loquendo, circumflexâ litterâ X non *Jeſus Chriſtus*, ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ, ſed ΧΡΙΣΤΟΣ tantùm, Latinè *Chriſtus* per compendium notatur.

And ordered the letter X *with the letters of the name of Chriſt mixed in a Monogramme, to be drawn on all their ſhields.* Verſio Anglica.

Ibid. *Quo ſigno armatus, &c.*] Videatur Cuperus, pag. 501. col. 2.

Lin. 9. *Sine Imperatore.*] Sine Maxentio. *Verſio Anglica.*

Lin. 10. *Pari fronte concurrit.*] *Concur-*

(*a*) *In Critica Bar. ad an. Ch. 306. num. XI.* (*b*) *Ibid.* (*c*) *Ad an. Ch. 312. num. 4.*

Digitized by Google

rere in mille locis pugnare, seu præliari est. Horatius v. gr. in laudatis antè versibus:

Militia est potior. Quid enim? Concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.

Et Justinus lib. 3. cap. 5. *Itaque tantis animis concursum est, ut rarò nunquàm cruentius prælium fuerit.* Sed tamen sæpè alibi eadem vox *simul aliquò currere*, vel *citato gradu iter emetiri* valet. Ita eodem libro & capite Justinus: *Lacedæmonii quoque eò conspiratiùs ad arma concurrunt.* Et noster cap. 45. *Maximinus exercitum movit è Syriâ hyeme quàm cùm maximè sæviente, & mansionibus geminatis in Bithyniam concurrit debilitato agmine.* Accipio autem hîc *pari fronte concurrere*, pro, eâdem fiduciâ & alacritate, quâ contra te veniant hostes, obviam illis ire: ut necdùm scilicèt de pugnâ utriusque exercitûs sermo sit, qui mox tantùm his verbis inchoabitur, *Summâ vi utrinque pugnatur*, verùm propriè de motu Constantini militum, qui ipsi quoque confidenter & festinanter contra Maxentianos ex adverso procedentes procurrerint; nec sit denique hîc loci minor differentia inter *concurrere* & *pugnare*, quàm apud Justinum lib. 11. cap. 8. inter *procurrere in hostem*, & *manum conserere*, hâc pericope: *Patri mos erat etiam de convivio in hostem procurrere, manum conserere*, &c. quæ duo certè plurimùm differunt.

Lin. 11. *Et dux increpitatur.*] *Et Maxentius increpitatur.* Interpretes.

Ibid. *Velut desertor salutis publicæ.*] Ut quisque scilicèt salutem partium, quas sequitur, vocare solet salutem publicam. Atque talis *desertor* fuit posteà justissimo Dei judicio dux ille, idemque persecutor, qui cùm in acie, cui intererat, aliter rem geri quàm putabat videret, projecit purpuram, & sumtâ veste servili fugit, ac fretum trajecit, ut in exercitu pars dimidia prostrata sit, altera verò vel dedita, vel in fugam versa, quòd deserendi pudorem desertor Imperator ademisset. Eum autem sequentia tibi capite 47. *Maximinum* nominabunt.

Lin. 12. *Cùmque repentè populus Circenses enim natali suo & debitâ voce subclamat.*] Aliqua verba desunt. *Pagius* (*a*).

Locus mutilus. *Allix.*

Ita supplenda & distinguenda sunt hæc verba, *Cùmque repentè populus*, [*Circenses enim natali suo celebraverat*] &c. Edit. Oxon. & Cant.

Ibid. *Cùmque repentè.*] Legendum: *Cùm repentè.* Boherellus.

Loco miserè corrupto sic sanitatem restitui posse censebat Nic. Heinsius, si legatur: *Cumctusque repentè populus, Circenses enim natali suo edebat, unâ voce subclamat.* Gravius.

Lege: *Cùm repentè populus* [*Circenses enim natali suo edebat*] *unâ voce subclamat.* Natalis hic est dies, quo imperium susceperat, quem paulò antè *imminuisse* dixit: ubi *imminere* de proximè sequenti die accipiendum est. Sic suprà cap. 35. *Kalendis Martiis impendentibus*, dixit; id est proximè sequentibus. Die verò illo natali *quinquennalia terminata* dicit noster, id est, primum imperii quinquennium finitum: quo exacto, ludi demùm fiebant ipso die natali, qui primus alterius quinquennii sequentis. Frustrà sunt, qui vocem *quinquennalia* aliter explicant, & pro ipsâ festi solennitate capiunt. *Tollius.*

Reponebam: *Tùmque*, vel *Tuncque repentè populus, Circenses enim natali suo dabat, editâ voce subclamat Constantinum vincì non posse*; ut ex duabus vocibus *dabat*, *editâ*, nullo sensu *debitâ* ab imperito & præcipiti librario factum fuerit. *Circenses dare*, ut *Natalia dare*, Ciceroni; & *munus dare magnificentissimum*, Plinio. *Editâ* autem *voce*, sicut idem Cicero lib. 2. Tusc. *Quas hic voces apud Sophoclem in Trachinîs edit?* Firmat nativa vis verbi *subclamandi*, seu, ut alii scribunt, *succlamandi*, quod propriè *acclamare* est. Livius lib. 6. ab urbe conditâ: *Obsecro vos, ... putate me ex mediâ concione unum civem succlamare.* Idem lib. 3. *Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo, nec illius dolori, nec suæ libertati se defuturos. Circenses* porrò (supple, *ludi*) ex Anglicâ Versione sunt Hippodromi spectacula: *the spectacles of the Hippodrome.* Adde Cuperum, pag. 501. col. 2. & Columb. pag. 389. col. 1.

Lin. 14. *Quâ voce.*] Legendum: *Hâc* vel *Eâ.* Editiones Oxon. & Cant.

Retine, *Quâ.* Boherellus.

Ibid. *Vocatis quibusdam Senatoribus*, &c.] Cuperum vide, pag. 502. col. 1.

Lin. 15. *Libros Sibyllinos inspici*,] *Le livre des Sibylles.* Maucroix; id est, Sibyllarum

(*a*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi 312, num. 3.*

tem librum, numero ſingulari, contrà quàm omninò oportebat. Adi, v. gr. Lactantium de Falſâ Religione, capite 6. Rectiùs ergò Verſio Anglica : *The Sibylline books.*

Ibid. *Hoſtem Romanorum.*] Perplexa locutio, cujus myſterium aperit Cuperus pag. 502. col. 2.

Lin. 17. *Pons à tergo ejus ſcinditur.*] Quin & illius juſſu, ſi Maucroixio credendum, ut vincendi neceſſitas animos ſuo exercitui adderet. *Il fit rompre le pont après lui, afin que la néceſſité de vaincre donnât plus de courage à ſon armée.* Sed videntur ſanè ſequentia plurimùm adverſari : *Ipſe in fugam verſus properat ad pontem, qui interruptus erat*; cùm nullo modo veriſimile ſit, Maxentium aliâ de cauſâ ad eum pontem, elabendi gratiâ, properaſſe, quàm quia non interruptum credebat. Quod ſi reverà probabile, non interrumpi ergò juſſerat. Confer tamen diſputantem in utramque partem Cuperum, pag. 502. col. 2.

Lin. 18. *Et manus Dei ſupererat aciei.*] Locus malè affectus : quod vel ipſæ liberiores Interpretum verſiones non leviter monent.

Mais Dieu favoriſoit Conſtantin. Maucroix. Hoc eſt, ſed Deus favebat Conſtantino.

And the hand of God appeared over the Armies. Tralatio Anglica. Ad verbum, & manus Dei apparuit ſuper exercitus.

Legendum fortè : *Et manus Dei ſuberrat aciei.* Id eſt, ſeſe hùc & illùc per pugnantium ordines extendit, vim ſuam latenter contra Maxentii milites exerens. *Acies* enim ſæpè pugna, ſeu prælium eſt. Cicero ad Torquatum (*a*) : *Nam etſi quem exitum acies habitura ſit, divinare nemo poteſt, tamen & belli exitum video.* Et 2. Tuſcul. *Non ſentiunt viri fortes in acie vulnera.* *Suberrare* autem *aciei*, ut apud Claudianum *ſuberrare montibus*, his verſibus :

Indigetes fluviosque Italûs quicunque ſuberrant
Montibus, Alpinaſque bibunt de more pruinas.

Adde Columbum, p. 389. col. 1.

Ibid. *Maxentianus proterretur.*] Scilicèt, miles. Malim tamen plurali numero, *Maxentiani proterrentur.* Tollius.

Ibid. *Maxentianus.*] Imò, *Maxentiana.* Acies nempè. *Boherellus.*

Ibid. *Proterretur.*] *Proteritur.* Gale.

Maxentius was beat. Burneti verſio ; ut planè videatur utramque Manuſcripti vocem hoc pacto emendaſſe : *Maxentius proteritur.*

Addantur Cuperus, pag. 503. col. 1. & Col. p. 389. col. 1.

Pag. 240. lin. 4. *Litteras deprehendit.*] Inter Maxentii chartas ſcilicèt : *Among Maxentius es Papers he found Maximins letters.* Verſio Anglica.

Lin. 5. *Statuas & imagines invenit.*] Imperatorias nempè, quas Maximinus Maxentio miſerat. *Eadem.*

Adde quæ nos ſuprà de *ſtatuarum & imaginum* diſcrimine partim diximus, partim indicavimus, pag. 674. col. 1.

Ibid. *Senatus Conſtantino virtutis gratiâ primi nominis titulum decrevit, quem ſibi Maximinus vindicabat.*] Quòd Cæſar ante Conſtantinum creatus fuiſſet. *Pagius* (*b*).

The Senat did Conſtantine the honour to order his name to be put firſt in order, before the other Emperours. Anglica Verſio, hoc ſenſu : Senatus in Conſtantini honorem decrevit, ut ejus nomen cæterorum Imperatorum nominibus præponeretur. Putà, in edictorum præfatione.

Non video ego, ut ingenuè dicam, quâ ratione eum ſenſum Latina verba ferant. Corrigerem igitur libenter : *Senatus Conſtantino, virtutis gratiâ, primi Numinis titulum decrevit, quem ſibi Maximinus vindicabat*, hoc eſt, titulum, ſeu epithetum *Maximi*, quod à Maximino uſurpabatur, & una ſemper fuit è præcipuis Jovis appellationibus ; ut in poſterum nempè Conſtantinus haud ſimpliciter *Imperator*, ſed *Imperator Maximus*, & *Conſtantinus Maximus* vocaretur. Firmat finis capitis, ubi non, *Cognito deindè Senatûs decreto ſic exarſit* [*Maximinus*] *dolore, ut inimicitias apertè profiteretur*, [*&*] *convicia jocis mixta adversùs Imperatorem Primum*, vel *Primi Nominis*, *diceret*, reperies, ſed *adversùs Imperatorem Maximum.* Firmant ſecundò non paucæ inſcriptiones Gruterianæ collectionis (*c*), quas Romani in Conſtantini honorem poſt debellatum Maxentium in publico poſuerunt. Iſta, putà, Arcûs Conſtantini, qui etiamnùm Romæ viſitur,

IMP. CÆS. FL. CONSTANTINO MAXIMO
P. F. AUGUSTO. S. P. Q. R.

(*a*) *Epiſt. lib.* 8. *Ep.* (*b*) *In Critică Baron. ad annum Chriſti* 312. *num.* 13. (*c*) *Pag.* CCLXXXII.

Firmat dennò, quòd non tantùm memorata appellatio, *Maximus*, unus ex Jovis titulis per ea tempora extiterit, ut Maximini reſcriptum ad civitatum decreta contra Chriſtianos (*a*), & innumeræ inſuper Inſcriptiones teſtantur, ſed quòd iiſdem etiam temporibus Jupiter primum Numen Romanorum fuerit, ut Inſcriptiones quoque mille locis oſtendunt. Firmat denique, quòd cùm in antecedentibus Galerium Maximianum noviès ſibi *Maximi* titulum arrogare viderimus (*b*), *Germanicus Maximus*, *Ægyptiacus Maximus*, *Thebaicus Maximus*, & ſic de reliquis, nihil credibilius ſit quàm Maximinum, Galerii exemplo, idem ſibi epithetum tali aliquâ ratione vindicaſſe, vel ſimpliciter etiam *Maximi* titulum affectaſſe. Conſulant eâ de re Numiſmata, qui poſſunt. Addantur præterea Cup. p. 503. col. 1. & Col. p. 389. col 1.

Ibid. *Senatus Conſtantino virtutis gratiâ primi nominis titulum decrevit.*] Indè pro auctoritate egit cum Maximino Conſtantinus. *Dodwellus* (*c*).

Poſtquàm Conſtantinus decreto Senatûs primi nominis titulum accepit, quem ſibi Maximinus arrogabat, quòd Cæſar ante Conſtantinum creatus fuiſſet, pro auctoritate egit cum Maximino, qui ideò illas ad Sabinum litteras hoc anno (312) ſcribere coactus eſt, quas Baronius in annum ſequentem perperàm confert. *Pagius* (*d*).

Lin. 6. *Ad quem victoria liberata urbis cùm fuiſſet adlata, &c.*] Id eſt, nì fallor, ad quem cùm liberatæ urbis Romæ nuntius, hactenùſque victricis, quòd quam victoriam Conſtantinus de Maxentio reportaverat, populus Romanus ſuam duxerat, fuiſſet allatus, haud aliter accepit Maximinus, quàm ſi ipſe victus fuiſſet. Reverà enim eam victoriam gaviſi tandem ſolidèque Romani, tanquàm ipſimet viciſſent. Hinc in antecedentibus: *Confecto tandem acerbiſſimo bello, cum magnâ Senatûs populique Romani lætitiâ ſuſceptus Imperator Conſtantinus.* Planum certè *adlatam victoriam*, allatum de reportatâ victoriâ nuntium eleganter ſignificare; ſatiſque agnoverunt Interpretes, etſi quomodò *liberata urbis victoria* afferri verè potuerit, cùm non verè ipſa, ſed è contrario Conſtantinus adversùs illam & Maxentium pugnans viciſſet, haud explicuerint.

La nouvelle de ce grand évenement ayant été portée à Maximin. Maucroix. Id eſt, cùm magni illius eventi nuntius allatus fuiſſet ad Maximinum.

who was as much ſtruck with the newes that was brought to him of Romes being thus freed from tyranny, as of it had been a deſeat given himſelf. Verſio Anglica. Hoc eſt, qui [Maximinus] cùm ad eum nuntius de Româ Tyranni imperio liberatâ fuiſſet allatus, non aliter accepit, &c.

Lin. 7. *Non aliter accepit, quàm ſi ipſe victus eſſet.*] Maximinus, poſtquàm nuntium de Maxentio debellato accepit, maximoperè doluit. *At ille*, inquit Euſebius lib. 9. cap. 9. *his rebus compertis, primùm quidem, utpotè Tyrannus, graviter ingemuit. Poſteà verò, &c.* Pagius (*e*).

Lin. 9. *Adverſus Imperatorem maximum diceret.*] Nota benè. Nam, ut antè collegimus, in Conſtantini igitur gratiam decretum verè novèque fuerat à Senatu, ut in poſterum *Imperator Maximus* cognominaretur. Ita enim potiùs ac *Maximus*, cum majuſculâ M ab initio, quàm, ut vulgò, cum minori ſcribendum putem. Cætera quæ hùc pertinere poſſint, jam recenter dicta ſunt.

CAPUT XLV.

Pag. 240. lin. 1. *Conſtantinus rebus in urbe compoſitis, hyeme proximâ Mediolanum contendit.*] Maxentium vicit Conſtantinus VI. Kal. Novembr. auctore Lactantio, De mort. perſ. cap. 44. [Is autem dies vulgò vigeſimus ſeptimus Octobris vocitatur.] Ita ut Romam Octobris XXIX. ingreſſus fuerit Conſtantinus. Indè duos menſes Romæ non explevit. [Nam] de Maxentio & Conſtantino ita Nazarius (*f*): *Quicquid mali ſexennio toto dominatio feralis inflixerat, bimeſtris ferè cura ſanavit.* Convenit etiam lex Conſtantini in Codice Theodoſiano, quam Romæ edidit ſub initium Decembris, ſed Româ ſtatim diſceſſurus. *Dodwellus* (*g*).

Cùm Nazarius in Panegyrico, quem Conſtantino dixit, cap. 23. ſcribat, quidquid mali factum fuiſſet, bimeſtrem ferè curam ſanaſſe, patet, anni inſequentis initio, rebus urbanis conſtitutis, Româ Mediolanum perrexiſſe, ut Licinio Conſtan-

(*a*) Ἔναιτος ὁ Ὕψιστος καὶ μέγιστος Ζεύς; Altiſſimus ille & Maximus Jupiter. *Apud Euſebium, lib. 9. Hiſt. cap. 7.* (*b*) *Pag. 705. col. 1.* (*c*) *Diſſ. Cypr. XI. num. 6.* (*d*) *In Crit. Bar. ad an. Ch. 312. nu. 13.* (*e*) *Ibid.* (*f*) *In Paneg. Conſtantini.* (*g*) *Diſſ. XI. Cypr. num. 86.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

jam sororem suam in matrimonium daret. Dico, sequentis anni initio, quia L. I. Codic. Theod. *De censu*, dicitur: *Dat. XV. Kalend. Feb. Rom. Constantino A. IV. & Licinio III. Coss.* anno Ic. 313. Mense itaque Januario adhuc Romæ erat Constantinus, nisi loco *Dat.* legendum sit cum aliquibus editionibus *PP. Pagius* (*a*).

Constantinus rebus in urbe compositis, hieme proximâ (anni scil. CCCXIII.) *Mediolanum contendit*, ponit idem Pagius alibi (*b*), eisdemque, ut apparet, insistens hypothesibus. Sed, quod primò notandum, non ideò tamen sibi ipsi perpetuo constitit vir clarissimus, ut hæc illius verba ad dictum annum, num. 2. testantur: *Constantinus sub finem anni præcedentis* (312) *vel currentis* (313) *initio Mediolanum venit, & Constantiam sororem Licinio in matrimonium collocavit.* Deindè verò, non ita tantùm, quo potiùs tempore Constantinus post reportatam de Maxentio victoriam Mediolanum profectus fuerit, dubitavit propriè Pagius: sed videntur omninò postulare, cùm victoria illa *ad sextum Kalendas Novembris* reportata, tum Nazarii locus, *Quicquid mali sexennio toto dominatio feralis inflixerat, BIMESTRIS FERE CURA SANAVIT*, atque ista denique nostri locutio *hyeme proximâ*, cujus facilè sensus esse possit, cùm hyems proximè instaret, ut statuamus, Constantinum medio circiter Decembri ex urbe Româ Mediolanum contendisse. Præsertim, cùm, verbi gratiâ, Parisiensis editio Codicis Theodosiani, apud Nivellium anno 1586. vulgata, nullo modo legem primam De Censu *datam* fuisse Romæ præ se ferat, sed simpliciter *propositam*, in hunc modum:

Imp. Constantinus A. ad populum. Quoniam tabularii civitatum per conclusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt, jubemus, ut quisquis se gravatum probaverit, suam tantùm pristinam professionem agnoscat, &c. PP. (id est, *Proposita*) *XV. Kal. Feb. Rom. Constantino A. III. & Licinio III. Coss.* Quod æquè certè fieri potuit absente Româ Constantino, & Mediolani versante, ac si reverà Romæ præsens fuisset. Adde Baluz. pag. 337. col. 2. & seq.

Ibid. *Mediolanum contendit,*] Sub hujus anni (313) Consulibus [Constantino Imp. 9. Licinio Imp. 7.] Constantinum [adhùc] mense Martio Mediolani fuisse, constat ex lege I. De bonis *vacantibus*, ibidem VI. Id. Mart. datâ, quæ refertur in Codice Theodosiano. *Pagius* (*c*).

Lin. 2. *Eòdem Licinius advenit, ut acciperet uxorem.*] Constantiam nempè, quam Constantius Chlorus, Constantini pater, ex Herculii privignâ Theodorâ sustulerat, eamque proindè Constantini sororem ex patre: quin & Licinio jam antè desponsam, ut suprà capite 43 memoratum his verbis: *Maximinus tamen ut audivit Constantini sororem Licinio esse desponsam, &c.*

Decembri, ut existimo, ineunte, Mediolanum venit, nuptiarum causâ, Licinius. *Dodwellus* (*d*).

Id ego potiùs sequentis anni initio accidisse censuerim. Sed, utcunque sit, cùm semel feliciter, ut ex hoc capite & quadragesimo octavo discimus, Constantinus & Licinius apud Mediolanum nuptiarum ergò convenissent, universa illi obiter eo loco, quæ ad commoda & securitatem publicam pertinerent, in tractatu habuerunt; atque hæc, inter cætera quæ videbant pluribus hominibus profutura, ordinanda esse in primis crediderunt, ut darent & Christianis & omnibus liberam potestatem sequendi religionem, quam quisque voluisset.

Constantinus deindè Mediolano [labente adhùc anno 313] digressus, in Galliam & ad inferiorem Germaniæ limitem, ubi *Treveris*, reversus est, ac Francorum & Barbarorum ad Rhenum transitum inhibuit, repressitque, ut testatur Auctor incertus Panegyrici Constantino dicti cap. 21. . . . Hinc que, ut observat Gothofredus in Chronologiâ Codicis Theodosiani, Treviris postea datæ ab eo plures Constitutiones hoc anno mensibus Novembris & Decembris. Licinius verò Mediolano *ad Illyricum* reversus est, ut habet Anonymus Valesianus. *Pagius* (*e*).

Lin. 4. *Hyeme quàm cùm maximè sæviente.*] Fallor, an hæc lectio corrupta, & pro eâ legendum, vel simpliciter, *hyeme quanquàm maximè sæviente*; vel unâ voce ampliùs, quæque à MS. codice suggeritur, *hyeme, quanquàm cùm maximè sæviente.* Cogitent docti. Explicant ut benè sanam, Cuperus, pag. 503. col. 1. & Columbus, pag. 389. col. 1.

(*a*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 312. *num.* 13. (*b*) *Ibid. ad annum Christi* 314. *num.* 3. (*c*) *Ibid. ad annum Christi* 313. *num.* 2. (*d*) *Diss. Cypr.* XI. *num.* 86. (*e*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 313, *num.* 3.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Ibid. *Mansionibus geminatis.*] Quid olim *mansiones* fuerint, attigimus suprà, pag. 670. col. 1. & 2. & tradunt suprà pleniùs laudati modò viri clarissimi, pagg. 389. col. 1. & 503. col. 2.

Lin. 5. *In Bithyniam concurrit.*] Puto : *in Bithyniam accurrit.* Grævius.

Lege : *in Bithyniam procurrit.* Tollius.

Sed à nostro *ad concurrere*, pro *in unius aut plurium comitatu procurrere, festinatoque plùs minùs gradu vel itinere progredi*, usurpatum esse, jam suprà (*a*), credo, evicimus. Et hic locus capitis 25 confirmare possit, *admonentes eum periculi, quod universi milites, quibus invitis ignoti Cæsares erant facti, susceпturi Constantinum fuissent, atque ad eum concursuri alacritate summâ, si vemisset armatus.*

Lin. 9. *Transjecto protinùs freto.*] Thraciæ nimirùm, utì rectè supplevit Versio Anglica : *having croſt the ſtraits of Thrace.* Vulgò *Bosphorus Thracius* nuncupatur.

Lin. 10. *Ad hujusmodi casus.*] Baluzium vide, pag. 338. col. 2.

Pag. 241. lin. 1. *Nec tamen quicquam vis aut promissa valuerunt.*] Locus non malè forsàn pro mutilo habitus à Columbo, pag. 389. col. 1.

Lin. 3. *Per quos fuit spatium nuntios litterasque mittendi ad Imperatorem.*] Diverso modo acceperunt Interpretes. Gallicus nempè, ac si ita Cecilius noster scripserit : *per quos satis fuit spatii ad mittendum nuntios litterasque Licinio.* (*Il y avoit déja onze jours que la ville étoit aſſiégée, terme ſuffiſant pour donner avis à Licinius des choſes qui ſe paſſoient.*) Anglicus verò quasi Auctoris verba sint : *quos quidem dies Maximinus ad hoc obſeſſis præfiniverat, ut per eos Imperatorem de ſuo & Byſantii ſtatu monerent.* (*they had eleven days aſſigned them, for adverтiſing the Emperour.*) Elegant ex istis sensibus eruditi quem maluerint. Sed verius, opinor, est, quia apud nostrum ne minima quidem mentio istiusmodi spatii Byſantinis à Maximino concessi reperitur, sententiam esse, Byſantinos per undecim dies obsidionis, quâ undiquè Maximini exercitu circumfuso pressi sunt, haud simpliciter spatium habuisse nuntios litterasque mittendi ad Licinium, sed reverà viam inveniſſe, quâ id vel invito Maximino præstarent, ut se proindè post id temporis non præter omnem Licinii notitiam expectationemve Maximino dediderint.

Lin. 4. *Cùm milites non fide ſed paucitate diffiſi.*] Cujus *fide*, vel *paucitate*? Videtur vox *præſidii* deesse, vel aliquis tandem similis genitivus in hunc modum : *cùm milites non præſidii fide, ſed paucitate diffiſi.*

Pro *diffiſi*, lego *defecti.* Gale.

Lin. 5. *Hinc promovit Heracleam.*] Maximinus scilicèt, quanquàm id nomen ab ipso ferè capitis initio sit repetendum. *Heracleam* autem, Heracleam Thraciæ intellige, quæ mox aliâ appellatione *Perinthus* vocabitur. Ptolemæus, Πέρινθος, ἥτις Ἡράκλεια, *Perinthus, aut Heraclea.* Incertus Poëta :

. . . . *quæ magna Perinthus*
Antè fuit, priſcum mutavit Heraclea
nomen.

Confer dicenda infrà.

Lin. 6. *Feſtinato itinere.*] Non absimili locutione Plinius in Panegyrico : *feſtinatis honoribus amplificat atque auget* ; simillimâ verò Jo. Frid. Gronovius, vir summus, (*b*) *Usum ait neceſſariò magis quàm conſultò feſtinatâ navigatione*, cùm videlicèt hunc locum Dictyos Cretensis ex ingenio & manu scripto simul codice emendasset : *Legati paucis diebus ad Trojam veniunt ; neque tum Alexandrum in loco offendêre. Eum namque properatione navigii inconſultè uſum, &c.* Quin videri haud immeritò possit Justinus ex plenâ phrasi, *feſtinato itinere*, concisè *feſtinatò* dixisse, his verbis (*c*) : *Pœnitere deindè dimiſſi Demetrii [Phrahatem] cœpit : ad quem retrahendum cùm turmas equitum* FESTINATO *miſiſſet, Demetrium, &c.* quì nempè alibì (*d*) eodem sensu *citato itinere miserunt*, scripserit.

Lin. 7. *Acceptâ in deditione Perintho.*] Id est, Heracleâ ; sic enim vocata Heraclea Thraciæ ad differentiam aliarum ejusdem nominis urbium, ut notat Valesius ad lib. 22. Ammiani. *Pagius* (*e*).

Confer adstipulantes suprà, Baluzium, p. 339. col. 1. & Cuperum, pag. 504. col. 1. Adde quoque Maucroixii tralationem : *Cependant Maximin s'empare d'Heraclée.*

Ibid *Acceptâ in deditione.*] Corrige, ut suprà aliquotiès, *in deditionem.* Tollius ; item Boherellus.

Suadeat certè, infinita exempla. Putà hæc Justini. Lib. 12. cap. 6. *Dabas in dedi-*

(*a*) *Pag. 736. col. 1.* (*b*) *In Obſerv. Script. Eccl. cap. 25. pag. 274.* (*c*) *Lib. 38. cap. 10.* (*d*) *Lib. 5. cap. 8.* (*e*) *In Crit. Bar. ad an. Ch. 314. num. 3.*

Digitized by Google

lonem accepit. Ibid. cap. 7. *Omnes ejus loci gentes in deditionem accipit* ; & cap. 9. *Hiacenſanas Sileoſque . . . . in deditionem accepit.*

www.libtool.com.cn

Lin. 8. *Proceſſit ad manſionem millia decem & octo.*] Id eſt, ordinante verba Maucroixio : *proceſſit millia decem & octo ad manſionem* ; [*Il s'avance ſix lieues au devant de l'ennemi*] quo etiam modo conſtruenda eſſe judicaveram. Verùm dubitabam ampliùs, annon fortè poſt vel ante *manſionem*, adjectivum numerale *primam* in hunc aut ſimilem modum ſupplere oporteat, *proceſſit ad primam manſionem millia decem & octo.* Sequitur quippè proximè cum ſecundo numerandi adjectivo, *Nec enim poterat ulteriùs, Licinio jam ſecundam manſionem tenente.* Viderint eruditi viri : mihi affirmo.

Ibid. *Millia decem & octo.*] *Six lieues.* Maucroix ; ad verbum, ſex leucas : cui proindè ſingulæ leucæ ex tribus veterum milliaribus conſtant.

Ibid. *Milia.*] Ita ubique, quantùm quidem ex Baluzii editione colligere eſt, ſcheda vetus, non *millia* ; quod iis favet, qui cum Varrone, Eutropio, & aliis, vocem *miles* à *mile* iſto, v. gr. pacto deducunt : *Mile pugnatores delegit, quos à numero milites appellavit* ; Eutropius lib. 1. de Romulo : clariùs autem Iſidorus lib. 9. cap. 3. *Miles dictus, quia mile erant antè in numero uno, vel, quia unus eſt ex mile electus.*

Lin. 9. *Licinio jam ſecundam manſionem tenente diſtantem millibus totidem, qui collectis, &c.*] Ita hodiè poſt Voſſium Baluzius, qui priùs ſcilicèt cum MS. codice in Auctoris verbis, *Licinio jam ſecundâ manſione tenente, deſtante militibus totidemque collectis* ; niſi quòd idem paulò poſt, ex conjecturâ, in Erratorum Indice legendum monuerat : *Licinio jam ſecundam manſionem tenente diſtantem millibus totidem, atque collectis* ; undè mox Sparkius in primâ editione Oxonienſi : » Legit vir reverendiſſimus [Voſſius], *Licinio jam ſecundam manſionem tenente, diſtantem millibus totidem, qui, &c.* quæ emendatio Baluzianâ diſtinctior videtur. « Porrò Voſſianam quoque Columbus in editione Aboenſi ſecutus eſt ; & quantùm ad veterem ſcripturam, an quid ampliùs viri docti ejus loco ediderint, aut ad eamdem notaverint.

Ibid. *Licinio jam ſecundâ manſione tenente.*] *Licinio jam ſecundam manſionem tenente.* Pagius (*a*).

Ibid. *Licinio jam ſecundâ manſione tenente.*] Lege : *Licinio jam ſecundâ manſione tendente* ; hoc eſt, caſtra metante. Suetonius in Galbâ 12. *Cn. Dolabella, juxta cujus hortos tendebat, proniorem.* Virgilius :

Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles.

Notiſſima eſt hæc verbi notio, & maximè propria apud omnis generis Scriptores. *Gravius.*

Ibid. *Tenente, deſtante.*] Locus mutilus. *Allix.*

Ibid. *Deſtante militibus totidemque collectis, &c.*] Locus corruptus eſt. *Pagius* (*b*).

Ibid. *Militibus totidemque . . .*] Lego : *millibus tot, idemque collectis, &c.* Gale.

Adde Baluzium, pag. 339. col. 1. Cuperum, pag. 504. col. 1. & Columbum, pag. 389. col. 2.

Lin. 10. *Collectis ex proximo quantis potuit militibus.*] *Quantis potuit*, Græco more, pro *quantos potuit* ; ſcilicèt colligere. *Tollius.*

Lin. 13. *Ille.*] *Maximinus.* Verſio Anglica.

Ibid. *Ipſe,*] *Licinius.* Maucroix.

Lin. 14. *Sparſi enim milites.*] Licinii nimirùm, ſupplentibus ambobus Interpretibus.

Lin. 15. *Adunari omnes.*] Ut ſuprà, pag. 664. col. 2. *In civitatibus urbana ac ruſtica plebes adunata* ; quod ex Plinio & Juſtino illuſtravimus. Addimus nunc ex eodem Juſtino ſequentia exempla. Lib. 2. cap. 12. *Adunata omnis ſociorum claſſis.* Lib. 7. cap. 1. *Adunatis gentibus variorum populorum.* Lib. 11. c. 5. *Adunato deindè exercitu naves onerat.*

CAPUT XLVI.

Pag. 241. lin. 1. *Propinquantibus ergò exercitibus.*] Sic initio cap. 24. *Jam propinquavit illi judicium Dei* ; ad quem locum vide ſis Notas, pag. 668. col. 1.

Lin. 2. *Ut ſi victoriam cepiſſet.*] Hoc eſt, vertente Maucroixio, reportaſſet : *S'il remportoit la victoire.*

Optimè. Quid aliud enim *victoriam capere* eſſe poſſit, quàm, ut vulgò Latini locuti ſunt, reportare, adipiſci, conſequi ? Sed quis interim, præter noſtrum, *victoriam capere* uſurpavit ? Nam nullum mihi uſpiàm exemplum obſervatum.

(*a*) *Ibidem.* (*b*) *In Critica Baron. ad annum* 314. *num.* 3.

Digitized by Google

Lin. 4. *Quiescenti.*] *En songe.* Maucroix. Id est, in somniis. Quò hic Justini locus pertinet (*a*) : *Post hac* (*Cambyses*) *per quietem vidit fratrem suum Smerdim regnaturum. Quo somnio exterritus, &c.*

In his sleep. Versio Anglica. Hoc est, dormienti. Præferam. Non simpliciter, quia proximè sequetur, *Discusso deindè somno* : sed præcipuè, quoniam etsi multa per quietem videre soleant homines somniando, non indè tandem, propriè loquendo, quiescere, somniare est, sed dormire. Cicero, verbi gratiâ, Verr. 6. *Eò cùm venio, Prætor quiescebat.* Confer elegantissimum locum Lactantii (*b*) : *Corpus enim, vigilante sensu, licèt jaceat immobile, tamen non est quietum, quia flagrat in eo sensus, & vibrat ut flamma, & artus omnes ad se astrictos tenet. Sed postquàm mens ad contemplandas imagines ab intentione traducta est, tunc demùm corpus omne resolvitur in quietem. Traducitur autem mens cogitatione cæcâ, cùm cogentibus tenebris secum tantummodò esse cœperit, dum intenta est in ea, de quibus cogitat, repentè somnus obrepit, & in species proximas sensim ipsa cogitatio declinat. Sic ea, quæ sibi ante oculos posuerat, videre quoque incipit. Deindè procedit ulteriùs, & sibi avocamenta invenit, ne salubernimam quietem corporis interrumpat.*

Lin. 5. *Deum summum.* Hoc epitheto, cùm de vero Deo agitur, vix quidquam frequentius in indubitatis Lactantii lucubrationibus. Hinc suis locis : *vim potestatemque summi Dei* (*c*) ; *hominem præclarâ quâdam conditione à summo Deo esse generatum* (*d*) ; *neque tamen ei debitum cultum tanquàm summo patri redditum* (*e*) ; *esse summi Dei filium, qui sit potestate maximâ præditus* (*f*) ; *Sibyllam Erythræam carmen suum à summo Deo fuisse exorsùm* (*g*) ; *sic à principio processisse dispositionem summi Dei, ut esset necesse, &c.* (*h*) ; *Deum summum ad restituendum justitiæ domicilium, & ad tutelam generis humani Constantinum excitasse* (*i*) ; *illum providentiam summæ divinitatis ad fastigium principale provexisse* (*l*) : denique, ne te nimia exemplorum satietas capiat : *hominem, ni summum Deum per eum, qui missus est, cognoverit, pœnas daturum* (*m*). At, quod aliquâ dignum est observatione, idem epithetum in hoc opusculo non minùs frequenter, si voluminis ratio habeatur, invenitur. Nam capite 1. *Scirent quatenùs virtutem ac majestatem suam in . . . delendis . . . nominis sui hostibus Deus summus ostenderet* : nostro verò, *oraret Deum summum* ; & quadragesimo septimo, *eos Deus summus jugulandos subjecit inimicis.* Quin hæc enim, inter alia, Lactantium istius quoque libelli parentem esse suadeant, dubitari non potest.

Pag. 242. lin. 1. *Cùm surgere sibi visus esset, & cum ipso, qui monebat, adstaret, tunc docebat eum, quomodò & quibus verbis esset orandum.*] Hujus loci, qui à multis forsitàn pro benè sano habitus est, duas video proponi emendationes ab eruditis viris : unam unius tantùm litteræ ; alteram verò, ex pluribus simul emendationibus constantem.

Corrigo : *Cùm surgere sibi visus esset, & cùm ipso, qui monebat, adstaret, tunc, &c.* Boherellus.

Lege : *Consurgere sibi visus est, & cum ipso, qui monebat, adstare. Tunc*, quæque posteà. *Tollius.*

Nos primam, vel eo nomine, quòd veteris codicis lectionem levissimè immutat, alteri longè præferendam esse, arbitramur.

Lin. 3. *Notarium, &c.*] Hoc est utrique Interpreti, unum ex iis, qui Licinio à secretis erant : *Un de ses Sécretaires.* Maucroix. *One of his Secretaries.* Versio Anglica. Adde Columbum, p. 389. col. 2.

Lin. 4. *Asciri.*] Id est, adhiberi. Aliàs & *accersiri*, vel *acciri* legi possit. *Tollius.*

Ibid. *Summe Deus, te rogamus, &c.*] Triplicem hujus orationis compellationem, *Summe Deus*, cæteris hujus tractatûs locutionibus, quæ ipsum Lactantio vindicare possunt, col. præc. non adjecimus, quoniam hæ compellationes ne hominem quidem propriè, sed Angelum Auctorem habuisse censendæ sunt, ut ex antecedentibus liquet. Addantur Columbus, pag. 389. col. 2. tum Baluzius, pag. 339. col. 1.

Lin. 9. *In libellis pluribus.*] Ut schedula nempè, quâ quis paucissimis verbis in foro, vel templorum valvis proponit se quidpiam invenisse, eique, cujus est redditurum, *libellus* vocatur ab Ulpiano in Digestis (*n*) : *Solent plerique etiam hoc facere, ut libellum proponant continentem invenisse, & redditurum ei, qui desideraverit.* Neque verò multò amplior, aut non multò certè amplior hujus capitis oratione, *libellus repudii*, βιβλίον ἀποστασίου, de quo apud Matthæum Dominus noster

(*a*) *Lib.* 1. *cap.* 9. (*b*) *In de Opificio Dei, cap.* 18. (*c*) *Lib.* 4. *Inst. cap.* 4. (*d*) *Ibid.* (*e*) *Ibid. rursùm.* (*f*) *Ibid. cap.* 6. (*g*) *Ibid.* (*h*) *Ibid. cap.* 10. (*i*) *Lib.* 7. *cap.* 27. (*l*) *Ibid.* (*m*) *In Epitome, cap.* 12. (*n*) *Lib.* 47. *Tit.* 2. *L.* 43. §. 8.

www.libool.com.cn

Digitized by Google

cap. 19. comm. 7. quandòquidem *repudii libellus* duodecim tantùm versibus, haud pluribus, inquam, nec paucioribus debuit conscribi, ut ex Rabbinis à Lightfooto ad Matth. 5. 31. laudatis, cognoscere est. Adde Columbum, p. 389. col. 2.

Ibid. *Et per Præpositos Tribunosque mittuntur, ut suos quisque milites doceat.*] Audio. Sed ad quosnam mittebantur, qui posteà & confestim ex acceptis memoratæ orationis exemplaribus suos quisque milites Deum summum orare docerent? Nam de hujusmodi hominibus altissimum in receptâ lectione silentium est. Omninò vel dicendum aliquid deesse, quale sit, verbi gratiâ, *ad Centuriones*, isto pacto, *& per Præpositos Tribunosque mittuntur ad Centuriones, ut suos quisque milites doceat*, si *per Præpositos Tribunosque mittere*, ex vulgatissimo loquendi usu, *Præpositorum Tribunorumque operâ mittere* significat. Vel, quod malim, ponendum, sicut Justino lib. 8. cap. 3. *per regna mittere*, & Latinis alibi, *per plateas & quadrivia mittere*, idem prorsùs, atque ad regna mittere, vel ad singulas plateas & singula pariter quadrivia mittere sonant: ita hîc loci *per Præpositos Tribunosque mittere*, propriè esse ad singulos cùm Præpositos, tùm Tribunos mittere, ut qui militum Præpositi Tribunique erant, eorumdem doctores, quòd ad illam precationem attinet, fierent. Neque sanè aliter Interpretes acceperunt.

Que l'on distribuë aux Colonels & aux Capitaines, pour l'apprendre à leurs soldats. Maucroix. Ad verbum, quæ [precationis exemplaria] Præpositis Tribunisque distribuuntur, ut eam suos quisque milites doceat. *Which were sent aboul to all the Officers, &c.* Anglica Versio. Ad verbum etiam, quæ quidem precationis exemplaria ad omnes Præfectos missa sunt.

De Præpositis porrò & Tribunis, quid differant, tum quid eorumdem nomina valeant, videantur Cuperus, pag. 504. col. 1. & Columbus, p. 389. col. 2.

Lin. 10. *Crevit animus, &c.*] Non minùs egregium hoc Licinii stratagema, atque illud, de quo suprà, Constantini. Eodem fermè astu usus est Sertorius, apud Plutarchum; nec Scipionis in templum Jovis secessus, aut Numæ ad Deam Egeriam aditus diversi sunt generis. *Tollius.*

Sed undè constat Tollio, neque Constantinum, neque Licinium ea verè somniasse, quæ professi sunt, ut pro meris stratagematibus habenda sint? Num ipse, ut olim Josephus in Ægypto, *Tzophnathpahaneach* est? Id est, vertente Mattathiade (*a*), κρυπτῶν εὑρετὴς? At Deum somnia vel ipsis Gentilibus immittere, agnoscebat Jacobi filius Josephus (*b*); quod non videtur Tollius admittere.

Lin. 11. *Statuit Imperator prælium diei Kalendarum Maiarum.*] Quis Imperator? Licinius, an Maximinus? Maximinum Versio Anglica disertissimè nominat: *Maximin resolved to give battel on the first of May.* Neque etiam de alio intelligendæ editiones Oxonienses & Cantabrigienses in subjiciendâ paulò post annotatione. Sed quid planius, cùm de Licinianis militibus proximè præcesserit: *Crevit animus universis victoriam sibi credentibus de cœlo nuntiatam*, quàm rectà pertinere subsequentia verba, *Statuit Imperator*, ad eorum Imperatorem Licinium? Præcipuè, cùm quæ paucis abhinc versibus legentur, apertè ponant, Maximinum neutiquàm die ipso Kalendarum Maiarum pugnare voluisse, sed uno die citiùs, &, ut cum nostro loquar, *pridiè*. Fateor interim, rem, si aliundè spectetur, non omni prorsùs carere difficultate, sed quæ non sit insolubilis, ut patebit è sequentibus.

Ibid. *Diei Kalendarum Maiarum.*] Lege: *inire die*, seu potiùs *in diem Kalendarum Maiarum.* Tollius.

Quod putat in ipsâ suæ Notæ clausulâ Columbus, p. 389. col. 2. ferri utcunque posse, *statuere alicui diei prælium, duci & constituere in illum diem prælium*, adeò mihi non displicet, ut valdè affine credam loco capitis XXXVIII. ubi Gothi Maximiano se tradidisse dicuntur *malo generis humani*, pro *in malum*, ut palàm est: *au grand intérêt de l'Empire.* Maucroix. Nil itaque hîc interpolandum censeam. Galli dicerent: *Il résolut la bataille pour le premier jour de Mai.* Aliorsùm tamen abire Cuperum, pag. 504. col. 2. & suæ quoque Notæ initio Columbum, p. 389. col. 2. dissimulare nec volumus, nec debemus.

Ibid. *Diei Kalendarum Maiarum.*] Quo die factus est Imperator anno 305. à quo cùm octo jam anni effluxerint, robur exindè accedit iis, quæ suprà dicta sunt de tempore, quo periit Diocletianus. *Edit. Oxon. & Cantabr.* addente etiam postremâ: Vide Annotationes Valesii in lib. 8. Eusebii Eccles. Hist. cap. ult.

(*a*) *Lib. 2. Ant. cap. 3.* (*b*) *Gen. XLI. comm. 25, 28.*

Digitized by Google

Sed malè certè, (vel si cætera, de quibus jam non ago, benè habeant) quòd memoratis editionibus, & Baluzio ipsi ante illas (a), *Imperator* in his verbis, *Statuit Imperator*, Maximinus est. Potiùs enim Licinium intelligendum esse, paulò antè probavimus, & porrò ostendemus.

www.libtool.com.cn

Lin. 12. *Quæ octavum annum nuncupationis ejus implebant.*] Locus, de quo quid unquàm commodè fieri possit, non video, nisi cum supplemento legatur, *quæ octavum annum nuncupationis hostis ejus*, vel *inimici ejus implebant*, aut aliquid tale. Prima ratio est, quòd eo pacto hæc verba, *octavus annus nuncupationis ejus*, non videbuntur ampliùs ad eumdem Imperatorem referri, de quo noster proximè antè, *Statuit Imperator* [Licinius scilicèt, ex modò dictis] *prælium diei Kalendarum Maiarum*. Secunda autem, quòd revera Kalendæ illæ Maiæ octavum annum nuncupationis Maximini, qui Licinii hostis erat, impleverint: at non itidem Licinii, quod quisquam, opinor, valeat ostendere. Ac tertia denique, quoniam eo ipso, quòd illæ Kalendæ dies natalis fuerunt imperii Maximini, potuit sanè optimè Licinius prælium in eum diem constituere, ut quemadmodùm anteà Maxentius natali die, non Constantini, sed suo proprio victus fuerat, Maximinus pariter propriis Imperii sui natalibus debellaretur. Verùm quomodò vicissim rectè dici posset Maximinus *prælium diei Kalendarum Maiarum statuisse, quæ octavum annum nuncupationis ejus implebant, ut suo potissimùm natali vinceretur, sicut Roma victus fuerat Maxentius;* cùm, si, ut decet, non ex eventu, sed ex Maximini mente loquendum est, nequaquàm vinci voluerit Maximinus, sed vincere; neque id etiam ipsissimis Kalendis Maiis, verùm uno die maturiùs, ut mox tradetur? Putem itaque, hunc locum, non secùs ac alios multos hujus opusculi, mutilum esse, & supplemento aliquo, qualia suprà proposui, indigere.

Ibid. *Quæ octavum annum nuncupationis ejus implebant.*] Idcòque gesta hæc anno CCCXIII. quo Kalendis Maiis Imperii Cæsarei annus octavus complebatur. *Pagius* (b).

Ibid. *Ut suo potissimùm natali vinceretur.*] Maximinus nempè; quod, etsi jam satis alieno loco monitum, debet hîc denuò, vel ob Anglicam Versionem, quæ id nomen rotundè supplevit, observari.

Lin. 13. *Sicut ille victus est Roma.*] Id est, Maxentius. *Pagius* (c).

Confer Tralationem Anglicam: *It happened, that as Maxentius was defeated at Roma, &c.* Item Baluzium, p. 339. col. 2. & Toinardum, p. 416. col. 2.

Ibid. *Maximinus voluit præire maturiùs.*] Corrigo, *prodire*, vel *perire*. Gale.

Posterius malebam, hoc sensu: Sed Maximinus uno die citiùs pugnare voluit, adeòque, rem ex eventu putando, perire maturiùs.

Only Maximin would needs anticipate his own ruin; for he would needs fight the day before it. Anglica Versio. Ad verbum: Tantummodò Maximinus noluit anticipare suam ruinam. Noluit enim eo die, qui illam præcessit, prælìari. Ut appareat, clarissimum Interpretem pro *Maximinus voluit præire maturiùs*, inter alia legisse, *Maximinus noluit*. Plura enim divinare nequeo.

Lin. 15. *Nuntiatur in castra, &c.*] Fortè delendum *in*, ut alibi. *Boherellus.*

Ibid. *Capiunt milites arma, &c.*] Licinianì nempè, quomodò simpliciter post paucula nominabuntur. Neque in diversum abeunt Interpretes.

Lin. 17. *Quem vocant Serenum.*] Thraciæ locum inter Hadrianopolim & Heracleam, contra Zosimum, qui pugnam hanc in Illyriis pugnatam refert. *Edit. Oxon. & Cant.*

Adde Baluzium, pag. 339. col. 2. Cuperum, pag. 504. col. 2. & Columbum, pag. 390. col. 1.

Lin. 18. *Galeas resolvunt.*] Resolutis nempè nexibus ligaminum, quibus galeæ capiti aptabantur, & constringebantur ne excidèrent. Cassides autem, monente Isidoro (d), de *laminâ* erant, galeæ *de corio*, cum hâc, secundùm Josephum Scaligerum (e) differentiâ, quòd quæ ex caninis pellibus fiebant, κυνέαι propriè vocabantur à Poëtis Græcis: quæ verò ex lupinis, λύκειαι; & quæ ex felinis, γαλέαι, *galeæ*; γαλῆ quippè, in prosâ γαλῆ, *felis*. Sed hoc sine dubio præcipuæ observatione dignum, Licinii milites nonnisi depositis galeis, nudoque proindè capite, precem, quam edocti fuerant, dixisse. Sive quòd ita faciendum esse idem Dei Angelus, qui Licinium, quibus verbis orandum esset, monuerat, unâ operâ præscripsisset: præcessit enim: *Tunc docebat eum, quomodò & quibus verbis esset orandum*; sive quòd,

(a) *Suprà, pag. 339. col. 1.* (b) *In Criticâ Baronianâ, ad annum Christi 314. num. 4.* (c) *Ibid.* (d) *Lib. 18. c. 14.* (e) *Ad Varronem, lib. 4. de L. L.*

ipsâ

ipsâ docente naturâ, omnis vir, qui Deum suum velato capite orat, eo ipso suum Deum dedecoret. Paulus certè in priore Epistolâ ad Corinthios (*a*): *Omnis vir orans ... velato capite, dedecorat caput suum*; pauciſque interjectis: *Vir enim non debet velare caput, εἰκὼν γὰρ δόξα θεοῦ ὑπάρχων*; quod alibi, Deo dante, ut vulgò perperàm acceptum explicabo. Confer interim quæ superiùs, pag. 704. col. 1. notavimus: *Apponebantur ad sedem fluentem cocta & calida animalia, ut vermiculos eliceret calor. Queis resolutis, inæstimabile scatebat examen.* Item hunc Justini (*b*): *Jugum plaustri requisit; quo exhibito, gladio loramenta cadit, atque ita resolutis nexibus, latentia in nodis capita invenit.*

Lin. 20. *Ter dicta.*] Columbum vide, pag. 390. col. 1.

Ibid. *Virtute jam pleni.*] Bellicâ illâ scilicèt, quæ vulgò *fortitudinis* nomine cognita, & *ignaviæ* contraria est. Neque quidquam Justino familiarius, etsi eam lib. 9. cap. 2. haud simpliciter *virtutem*, sed *virtutem animi* vocaverit his verbis: *Scythas virtute animi, & duritiâ corporis, non opibus censeri*, quàm ut alibi *virtutem* sine ullâ adjectione nominet. Sic ibidem paulò post: *Cùm virtute & numero præstarent Scythæ, astu Philippi vincuntur*; & sequenti capitè: *Athenienses ... virtute Macedonum vincuntur*; & lib 5. cap. 11. *Per tanta itineris spatia virtute se usque terminos patriæ defenderunt*; & lib. 12 cap. 1. *Agis rex cùm suos terga dantes videret, dimissis satellitibus, ut Alexandro felicitate, non virtute inferior videretur, tantam stragem hostium edidit, ut agmina interdùm fugaret*: quibus plurima talia possint adjici. *the Soudiers being now wonderfully animated.* Anglica Versio, Id est, cùm jam milites mirè animati essent.

Pag. 243. lin 1. *Scuta tollunt.*] *They took up their Schields.* Eadem. Ad verbum, scuta attollunt. Sensu sanè optimè expresso, sed propter quem nil necesse sit ita legere. *Tollere* enim non rarò est de terrâ attollere, seu de plano. Cicero ad Atticum (*c*): *Quid si tu velis, inquis? Age, quis est, cui velle non liceat? Sed ego hoc ipsum velle miserius esse duco, quàm in crucem tolli*: quod, ut omnes norunt, haud aliter factum, quàm de terrâ attollendo. Idem lib. 3. Offic. *Sol Phaëtonti filio, ut redeamus ad fabulas, facturum se esse dixit, quicquid optasset: optavit ut in currum Patris tolleretur; sublatus est insanus*: ubi pariter *tolleretur*, pro de plano attolleretur.

Lin. 3. *In largiendo tenax.*] Baluzium vide, p. 339. col. 2. & Cuperum, p. 505. col. 1.

CAPUT XLVII.

Pag. 243. lin. 3. *Maximinus aciem circumire, &c.*] Suam-ne? an Licinii? Non suam certè. Nam, utì mox patebit, adeò procul à suis Maximinus, quandò aciem, de quâ agitur, circumibat, abierat, ut facto semel in ipsum per Licinianos impetu, coactus fuerit ad suos refugere: *Fit impetus in eum, & ad suos refugit*, qui suos ergò nequaquàm priùs circumibat, sed Licinianos, eosque cunctos. Quod ideò addimus, quiâ, ut res sunt, videtur omninò noster *aciem*, cujus meminit, à Licinianis militibus, de quibus proximè loquitur, apertè distinxisse: *Maximinus aciem circumire, ac milites Licinianos nunc precibus sollicitare, nunc donis. Acies* ergò, universus sit Licinii exercitus, tàm præfectos omnes, quàm omnes simul gregarios milites complectens: sint verò *Liciniani milites*, gregarii milites tantùm; ut universum quidem Licinii exercitum ex Præfectis & gregariis militibus constantem Maximinus circumiverit, sed solos gregarios milites, ut ad defectionem proniores, nunc precibus, nunc donis sollicitaverit. *Scribuntur hæc in libellis pluribus, & per Præpositos Tribunosque mittuntur, ut suos quisque milites doceat*: verba sunt superioris capitis; undè non parum roboris propositæ modò distinctio mutuatur.

Maximin tournoit autour des bataillons de Licinius, & tâchoit à les ébranler par ses priéres & par ses promesses. Maucroix. Tanquàm vulgata lectio sit, *Maximinus aciem Licinii circumire, ac eam nunc precibus sollicitare, nunc donis.*

Lin. 6. *Tantus numerus legionum, tanta vis militum à paucis metebatur.*] Usus est aliquibì simili translatione Justinus. Adde Cuperum, pag. 505. col. 1, & Columbum p. 390. col. 1.

Lin. 7. *Nemo nominis, nemo virtutis, nemo veterum præmiorum memor.*] Horatius de milite Crassiano, lib. III. Od. V.

Consenuit socerorum in armis
Sub Rege Medo Marsus & Appulus,

(*a*) *Cap.* XI. *comm.* 4. & 7. (*b*) *Lib.* XI, *cap.* 4. & 7. (*c*) *Lib.* 7. *ep.* 11.

Anciliorum, nominis, & togæ
Oblitus, æternaque Veſtæ. Tollius.

Ibid. *Nemo virtutis.*] Id eſt, fortitudinis; proindèque eodem ſenſu, quò in præcedenti capite: *Illi, oratione ter dictâ, virtute jam pleni*; & quo rursùs in quadrageſimo quarto: *Senatus Conſtantino virtutis gratiâ primi (nominis dicam, an Numinis?) titulum decrevit, quem ſibi Maximinus vindicabat.* Adde Columbum, p. 390. col. 1.

Lin. 8. *Ad devotam mortem.*] *Devota mors* hîc loci, eſt *mors deſtinata*; quomodò apud Virgilium Æn. 1.

Præcipuè infelix, peſti devota futuræ,
Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo
Phœniſſa:

pro, amori deſtinata, qui futurus erat Didoni peſtiferus.

A une mort volontaire. Maucroix. Hoc eſt, ad mortem voluntariam, ſenſu feliciter declarato.

Ibid. *Deus ſummus.*] Ut ſuprà (*a*), *oraret Deum ſummum*: quod ſuo loco pro virili illuſtravimus. Plura tibi Baluzius, pag. 339. col. 2. & Cuperus pag. 505. col. 1. ſuppeditabunt.

Lin. 10. *Projecit purpuram.*] *Veſtem* in fine capitis ſimpliciſſimo nomine appellabit: *Ita veſtem reſumpſit.* Sed utrobique *purpuream veſtem* intelligendum eſſe, manifeſtum eſt. Eòque pertinet, quòd quam *veſtem* Marcus ſemel atque iterùm in hiſtoriâ Paſſionis Chriſti πορφύραν, ad verbum *purpuream* nuncupavit, (ἐνδύσαντες αὐτὸν πορφύραν, Cap. xv. comm. 17. ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, eodem capite, commate 20.) illam ipſam Johannes duobus pariter locis ἱμάτιον πορφυροῦν, id eſt, de verbo ad verbum, *pallium purpureum*, nominavit: ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτὸν; Cap. 19. comm. 2. ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάνθινον σίφανον καὶ τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον, ibid. comm. 5. Noſter ſuprà, ferè utì hîc: [*Daïa*] *purpuram Diocletianus injecit ſuam, quâ ſe exuit.*

Lin. 11. *Sumptâ veſte ſervili fugit.*] Confirmat Euſebius lib. 9. cap. 10. & lib. 1. de Vitâ Conſtantini cap. 58. *Pagius* (*b*).

Baluzium, quia priorem locum meliùs indicat, operæ pretium erit, conferre, p. 339. c. 2.

Ibid. *Fretum trajecit.*] Idem nempè, de quo in antecedentibus (*c*): *Sed* [*Maximinus*] *transjecto protinùs freto, ad Byzantii portas acceſſit armatus*: cum hoc diſcrimine, quòd Maximinus, dum primâ vice fretum illud trajiciebat, contenderet ex Bithyniâ in Thraciam ad quaſcunque poſſet Licinii provincias urbeſve occupandas; quandò verò ſecundâ, regrederetur è contrario ex Thraciâ in Bithyniam, ut ſe intra ſuos fines reciperet. Colligo ex capite 45. & ex his Euſebii verbis (*d*): ὅτε δὴ τὰ αὐχήνης ἔμπλεως ὁ τύραννος, ὅτι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐλθὼν μέρη πρῶτον μὲν ἐμανεῖ θυμῷ, &c. Hoc eſt, *Sic igitur tyrannus, cùm ad Imperii ſui partes ignominiæ plenus* (ita enim Græca ad verbum) *veniſſet, primùm quidem animo furens*, quæque deinceps. Adde Baluzium, pag. 339. col. 2. & poſt illum quoque, ſi volueris, Pagium in Criticâ Baronianâ ad an. Ch. 314. num. 5.

Ibid. *Ac in exercitu, &c.*] Meliùs, *at in exercitu.* Tollius.

Lego: *Ac ita exercitûs pars dimidia proſtrata eſt. Pars altera vel dedita, vel in fugam verſa eſt.* Boherellus.

Accedit quàm proximè Verſio Anglica in hunc modum: *for now the one half of his Army was deſtroyed, and the other half either fled or rendered it ſelf.* Jam enim ejus exercitûs pars dimidia proſtrata fuerat, & pars altera dimidia vel dedita, vel in fugam verſa.

Lin. 12. *Ademerat enim pudorem deſerendi deſertor Imperator.*] Deſerendi quid? *his intereſts.* Eadem verſio; quaſi dicas, *ejus partes*, vel, *ejus cauſam*: cui contrà *deſertor Imperator* deſertorem ſui exercitûs Imperatorem ſonat. *And ſince the Emperour had deſerted his Army, the Souldiers were not at all aſhamed of deſerting his intereſts.*

Malebam in commune vocem *prælii*, quæ præceſſit, hoc pacto repetere: *ademerat enim pudorem deſerendi prælium deſertor prælii Imperator.* Quàm turpis verò & Imperatori, & militibus ea deſertio eſſet, oſtendit, cùm odioſiſſimum *deſertoris* elogium, quo jam Maximinus notatur, tùm inſignis iſta Athenienſium, ut ut prælio cæſorum, commendatio apud Juſtinum, lib. ix. cap. 3. *Non tamen immemores priſtinæ gloriæ cecidere: quippè adverſis vulneribus, omnes locæ, quæ tuenda à ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt.* Imò, quod memoriâ

(*a*) *Pag.* 742. *col.* 1. (*b*) *In Criticâ Baron. ad annum Chriſti* 314. *num.* 5. (*c*) *Pag.* 740. *col.* 1. (*d*) *Lib.* 9. *Hiſt. Eccl. cap.* 10.

Digitized by Google

excideràt, eidem Juſtino, lib. XXII. cap. 8. *exemplum eſt flagitii ſingulare Rex exercitûs ſui deſertor.*

Lin. 13. *At ille Kalendis Maiis, id eſt, unâ nocte atque unâ die, Nicomediam aliâ nocte pervenit.*] Poſt *die*, deeſt aliquod vocabulum, quod ſit nomen manſionis, ad quam Kalendis Maiis, id eſt, unâ nocte atque unâ die, venerit Maximinus, undè Nicomediam aliâ nocte pervenit. *Boherellus.*

Poſt *die*, deeſt *ad fretum.* Tollius.

Lin. 14. *Nicomediam aliâ nocte pervenit.*] Lege, *aliâ nocte.* Allix.

Quid ſi nec quidquam deſit, nec aliud quidquam, præter ordinem verborum, ſit corruptum; ut hic ordo ſcilicet genuinus olim fuerit: *At ille Kalendis Maiis, id eſt, unâ nocte, unâ die, atque aliâ nocte, Nicomediam pervenit.*

Adde Columbum, Pag. 390. col. 1.

Pag. 244. lin. 1. *Millia centum ſexaginta.*] *Soixante lieues.* Maucroix. Id eſt, ſexaginta leucas; cùm, ſi ſibi conſtare voluiſſet, debuiſſet tantùm ponere, *cinquante-trois lieues*, leucas quinquaginta tres. Viſe cur id dicamus, pag. 741. col. 1.

Ibid. *Raptiſque filiis, &c.*] Hoc eſt, raptim, ſeu cum ſuminâ feſtinatione captis. Livius in eundem ſenſum (*a*): *Propiorque excuſanti tranſitionem ut neceſſariam, quam glorianti eam velut primam occaſionem raptam.* Sed nec alio ſenſu forſitàn Chriſtus apud Matthæum (*b*): Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Vulgata: *A diebus autem Joannis Baptiſtæ uſque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

Lin. 2. *Potivit Orientem. Sed in Cappadociâ, &c.*] Id eſt, Primùm quidem in Orientem propriè dictum recipere ſe decreverat, adeòque Cappadociam prætergredi, & Syriam v. gr. petere, ex quâ haud multò anteà (*c*), tanquàm ad ſe pertinente, exercitum in Bithyniam ad vicinas Licinii provincias, ſi poſſet, invadendas moverat. Verùm cùm, iter faciendo, non paucos milites præter ſpem in Cappadociâ tàm ex fugâ, quàm ab Oriente collegiſſet, in Cappadociâ aliquandiù ſubſtitit. Quod dum limito, inter alia propter Zoſimi locum facio, quem apud Baluzium invenies pag. 339. col. 2. Ex his autem, vel me tacente, intelligis Cappadociam huic Auctori non fuiſſe in notione Orientis ſpecialiter dicti comprehenſam.

Lin. 3. *Ita veſtem reſumpſit.*] *Ces légers ſecours lui donnerent le courage de reprendre encore la pourpre.* Maucroix. Hoc eſt, bre viter, *ita purpuram reſumpſit.*

And there he took the Purple again. Verſio Anglica: tanquam vulgata lectio ſit, *Ibi purpuram reſumpſit.*

Omninò, vel *ibi veſtem reſumpſit* legendum, vel, quod præferam, ſenſus eſt: Deindè veſtem reſumpſit; uti jam ſuprà (*d*) plus ſemel, τὸ *ita* idem eſſe atque *deindè*, vel *poſteà* monuimus. Confer, ſi pluribus adhùc exemplis opus eſt, Juſtinum, lib. v. cap. 3. in fine; item lib. XI. cap. 7. in fine quoque: ne & alia rurſùm indicem.

CAPUT XLVIII.

Pag. 244. lin. 1. *Acceptâ exercitûs parte ac diſtributâ.*] Sui-ne exercitûs? an hoſtilis? Nam variant Interpretes (*e*). Ego hoſtilem cum Maucroixio intelligo: quia ſi de acceptâ à Licinio ſui proprii exercitûs portione, eâque ſimul in varias, putà, civitates diſtributâ ſermo eſſet, nequaquàm proximè ſequeretur, *trajecit exercitum in Bithyniam*, ſed *trajecit alteram in Bithyniam*; cùm qui pone ſe ſui exercitûs partem de induſtriâ relinquit, non amplius exercitum, ſed ſolummodò partem alteram exercitûs trajiciendam habeat. Atqui diſerta noſtri narratio eſt: *Licinius, acceptâ exercitûs parte ac diſtributâ, trajecit exercitum in Bithyniam paucis poſt pugnam dielus* Accedit, quòd cùm ſub finem præcedentis capitis diſertè de Maximini exercitu ſcripſerit: *Pars dimidia proſtrata eſt, pars autem vel Licinio dedita, vel in fugam verſa*, optimè invicem cohæreant, partem aliquam Maximiani exercitûs voluiſſe ſe Licinio dedere: Licinium autem eandem primò libenter accepiſſe in deditionem; paulò poſt verò pru-

(*a*) *Lib. 7. Belli Pun.* (*b*) *Cap. XI. comm. 12.* (*c*) Vide *caput 45. initio.* (*d*) *Pag. 627. col. 2. & pag. 735. col. 2.* (*e*) Licinius, après avoir reçû une partie des troupes ennemies, & les avoir diſtribuées en des quartiers différens, &c. *Maucroix.* Licinius, after he had diſtributed a part of of his army into quarters, croſſed the ſtraits, and went over to Bithynia with the reſt. *Verſio Anglica.*

denter in diversas suorum militum seu turmas, seu catervas, distribuisse; ac tum denique exercitum, ita ex suis & Maximianis constantem, trajecisse in Bithyniam.

Lin. 2. *Nicomediam ingressus.*] Baluzium vide, pag. 339. col. 2.

www.libtool.com.cn

Lin. 3. *Die Iduum Juniarum.*] Die quidem Iduum Juniarum Nicomediæ propositæ sunt litteræ de restituendâ Ecclesiâ ad Præsidem missæ, ut testatur Lactantius: sed datæ fuerant Mediolani eodem anno, Christi scilicèt CCCXIII, circa mensem Martium, ut Constantinus & Licinius in iisdem diserte asserunt. *Pagius* (*a*).

Ibid. *Die Iduum Juniarum.*] *Le treisiéme de Juin.* Maucroix. Id est, die decimo tertio Junii. *On the thirtecnth of June.* Versio Anglica: quæ diversæ tantùm ejusdem rei notationes sunt.

Addatur Baluzius, p. 340. col. 1.

Lin. 4. *Constantino atque ipso ter Consulibus.*] Anno nempè Christi CCCXIII. *Pagius* (*b*).

Confer Baluzium, ubi modò.

Ibid. *De restituendâ Ecclesiâ.*] Nicomedienses scilicèt, cæterisque, quæ ante decennium per totam Bithyniam, cujus Nicomedia princeps erat civitas, fuerant eversæ. Nam Nicomedienses quidem prima omnium eversa fuerat & solo adæquata, ut ex capite XII certum est: at idem posteà multis aliis per amplum Bithyniæ tractum accidisse, vel hinc constat, quòd noster, descriptis in hoc capite Licinii ad Bithyniæ Præsidem litteris, continenter subjicit: *His litteris propositis, etiam verbo hortatus est, ut conventicula in statum pristinum redderentur*; plurium, uti vides, *conventiculorum*, seu, quod idem est, ecclesiarum, quæ restituendæ essent, mentione factâ, non unius Nicomedienses.

Lin. 5 *Litteras.*] Illas Eusebius lib. 10 [Hist. Eccles.] cap. 5. describit è linguâ Latinâ, quâ primùm editæ sunt, ut ipsemet docet. *Pagius* (*c*).

Confer Baluzium, pag. 340. col. 1.

Ibid. *Litteras.*] Id est, ex utriusque Interpretis versione, *edictum.* Et Pagius quidem exertè in hoc ipso argumento: *Epistolam*, inquit, *& edictum hic non distinguo* (*d*). Sed esse, accuratè loquendo, nonnihil discriminis inter edicta, & litteras Imperatorum ad Præsides datas, jam antè, ni fallor, ostendimus; patebitque rursùm ampliùs ex dicendis ad ultima ferè verba hujus capitis.

Ibid. *Ad Præsidem datas.*] Sed quem *Præsidem? Nicomediæ?* an *Bithyniæ?* Nam utraque vox præcessit, *trajecit exercitum in Bithyniam ... & Nicomediam ingressus, &c. Nicomediæ Præsidem* Maucroixius intellexit: *On l'adresſa au Préſident de Nicomedie.* Sed huic supplemento graviter repugnat Justiniani Codex, ex quo liquet, *Præsides* fuisse *provinciarum Præsides.* Vide, verbi gratiâ, Lib. 1. Tit. 40. L. 1. & 2. Adde quoque Salmasium in Hist. Aug. Scriptores (*e*). Nec obstat quòd apud nostrum, capite 40. Eratineus, qui paulò post initium dicitur *Præses*, appellatur *Judex* in sequentibus. Nam ex eodem Codice (*f*), qui Provincias regebant, etiam Judices erant, seu, ut nobis Lactantius suggerit in Epitome, non simpliciter Provinciarum Præsides, sed unà quoque Præsides legum. Verba sunt (*g*): *Siquidem ipsi Præsides legum præmiis muneribusque corrupti.* Hincque meritò Galli, qui *Præsidem* simpliciter reddunt *Préſidens*, reprehensi suo loco ab amplissimo Cupero (*h*).

Ibid. *Proponi jussit.*] At non sine Præsidis *programmate*, ut Licinius ipse in extremâ ferè subjectarum litterarum clausulâ imperabit, quo nempè de Licinii *litteris edictum*, secundùm data mandata, conficeretur, sicut Plinii epistola ad Trajanum inferiùs confirmabit.

Lin. 7. *Cùm feliciter, &c.*] Vid. Euseb. Ecclesiastic. histor. lib. 10. cap. 5. *Editio Cant.*

Lin. 8. *Apud Mediolanum convenissemus.*] Quod non accidit, meo judicio, ante primum mensem anni Chr. 314. plùs minùs inchoatum. Partim primò, quia cùm, ex Nazario, *quidquid mali sexennio toto dominatio feralis* [Maxentii urbi Romæ] *infixerat, bimestris ferè cura* [Constantini, statim à victoriâ de Maxentio ad VI. Kalend. Novembris, proindèque die 27 Octobris reportatâ,] *sanaverit*, indè apparet Constantinum Romæ, ut minimum, ad medium usque Decembrem moratum esse. Partim verò deindè, quoniàm cùm urbs Roma, undè Constantino ad condictum locum, Mediolanum, proficiscendum fuit, longissimo itineris intervallo dissita fuerit, vix potuit

(*a*) *In Crit. Bar. ad annum Christi* 314. *num.* 6. (*b*) *Ibid. num.* 6. (*c*) *Ibid. rursùm.* (*d*) *Ibid. num.* 9. *in fine.* (*e*) *Pag.* 36. *num.* 11. *edit. Paris.* 1620. (*f*) *Lib.* 1. *Tit.* 40. *L.* 14. (*g*) *Cap.* 3. (*h*) *Pag.* 455. *col.* 1.

Digitized by Google

commodè Constantinus Mediolanum ante initum Januarii mensem pervenire. Colligit, scio, Baluzius (*a*) ex Codice Justiniani Imperatoris, Lib. XI. Tit. 57. L. 1. Constantinum Româ digressum non esse ante mensem Januarium exeuntem, quòd vulgò legis subscriptio sit, *Datum* XV. *Kalend. Febr. Romæ, Constantino A.* III. *& Licinio Coss.* Sed jam anteà alios codices in hunc modum legere monuimus, *Propositæ* XV. *Kal. Feb. Rom. Constantino A. IIII. & Licinio III. Coss.* undè, contrà quàm putavit vir clarissimus, adeò non causæ *jugulum petit* subscriptio, ex quâ adversus Dodvvellum, virum pariter clarissimum, argumentatus est, ut ex illâ nihil omninò possit legitimè inferri, propter variantem lectionem, quæ Constantinum non magis Romæ præsentem ponit, quàm alibi. Adde quòd si reverà ea lex data Romæ fuisset à Constantino XV. Kal. Feb. seu, quod idem est, die 18 Januarii, anni Christi 314. sequeretur, Constantinum non *bimestri ferè curâ quidquid mali sexennio toto dominatio feralis Maxentii inflixerat, sanavisse*, quæ diserta tamen Nazarii affirmatio est, sed propemodùm *trimestri*. Convenerint ergò Mediolanum, Constantinus quidem ab urbe Româ profectus, Licinius verò ab Illyrico, mense potiùs Januario anni 314 haud multùm decurso, quàm decurrente, v. gr. Februario ejusdem anni, aut Decembris superioris anni 313. Vide interim quid in utramque partem scripserint Dodvvellus in Diss. Cypr. XI. num. 86. & Baluzius suprà, pag. 337. col. 2. ac seq. Confer quoque, ni molestum est, quæ nos suprà diximus, pag. 739. col. 1.

Ibid. *Apud Mediolanum, &c.*] Ibi conditum decretum pro pace, quod nobis conservavit Latinè hodiè Lactantius cap. 48. Illud exemplò unà cum victoriæ nuntio mittunt Maximino. Ille verò μὴ δοκεῖν ἑτέροις ἄξια βυλόμενος, novum, ut auctorem habemus Eusebium (*b*), ἐξ ἰδίας αὐθεντίας emisit edictum. Ægrè enim admodùm & invitus Senatus-consulto cessit, quo Constantinus primi tituli Augustus renunciatus est. *Dodvvellus.* (*c*)

Ibid. *Securitatem.*] *Tranquillitatem.* Maucroixius. Quasi nulla sit prorsùs differentia inter has voces; quod non ita esse, duo locorum genera apud Ciceronem ostendunt. Unum est illorum, in quibus *securitas* & *tranquillitas* tanquàm res à se invicem, etsi non multùm quidem, diversæ nominantur. Alterum verò eorum, in quibus diversam utriusque vocabuli definitionem Cicero tradit. Primi generis ista sunt: Lib. 1. de Offic. cap. 20. *Vacandum autem est omni animi perturbatione, tum cupiditate, & metu, tum etiam ægritudine, & voluptate animi, & iracundiâ; ut* TRANQUILLITAS ET SECURITAS *adsit.* Lib. 5. de Finibus: *Democriti autem* SECURITAS, QUÆ EST ANIMI TANQUAM TRANQUILLITAS, *&c.* Pertinent verò sequentia loca ad secundum genus. Lib. 4. Tuscul. Qu. *Qui animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem: in participe rationis ponunt* TRANQUILLITATEM, ID EST, PLACIDAM, QUIETAMQUE CONSTANTIAM. Lib. 5. earumd. *Qui autem illam maximè optatam, & expetitam securitatem* (SECURITATEM AUTEM NUNC APPELLO, VACUITATEM ÆGRITUDINIS, IN QUA VITA POSITA EST) *habere quidquam potest, cui aut adsit, aut adesse possit multitudo malorum?* Adde Cuperum, pag. 505. col. 1.

Lin. 9. *In tractatu haberemus.*] Eundem, ibidemque vide.

Lin. 12. *Quod quidem divinitas in sede cœlesti nobis atque omnibus qui sub potestate nostrâ sunt constituti placatum ac propitium possit existere.*] Subesse mendum suspicor. Quare sic lego: *Quod divinitùs quidem, &c. propitium possit efficere.* Sparkius, credo, in editionibus Oxon. & Cant.

Pro *quod quidem divinitas*, legendum fortè, *quod quidem divinitùs, &c.* Boherellus.

Lactantii verba se malè habent. Curatio est anceps. Cogitabam tolerabiliora futura esse, si sic refingantur: *ut quidem divinitas in sede cœlesti nobis, atque omnibus qui sub potestate nostrâ sunt constituti, placata atque propitia possit existere.* Grævius.

Lege, *quo numen divinitatis*, & mox *posset*, pro *possit*. Tollius.

Scribendum putem, vel, *quò quidem divinitas in sede cœlesti nobis, atque omnibus qui sub potestate nostrâ sunt constituti, placatum ac propitium possit existere*, ut neglexerit Syntaxin: vel, *quò quidem divinum numen in sede cœlesti, &c. Divinitas* certè in veterum libris divinum numen est. Marcellinus lib. 27. cap. 7. *Parcius, inquit Eupraxius, agito, piissime principum; hos enim,*

(*a*) *Pag.* 337. *col.* 2. (*b*) *Histor. Eccles.* IX. 9. (*c*) *Dissert. Cypr.* XI. *num.* 86.

quos interfici tanquàm noxios jubes, ut martyres, id est, divinitati acceptos, colit religio Christiana; & in Codice (*a*), Imperator Justinianus; *Cùm propitiâ divinitate*, ait, *Romanum nobis sit delatum imperium.* Gale.

www.libool.com.cn

Addantur Cuperus, pag. 505. col. 2. Columbus, p. 390. col. 1. & 2. & Toinardus, pag. 416. col. 2.

Pag. 245. lin. 5. *Ut possit nobis summa divinitas, cujus religioni liberis mentibus obsequimur, &c.*] Verba notatu digna; quoniàm si Licinius Jovem, ut certum esse debet, per *summam divinitatem*, de quâ loquitur, intelligebat, Jovi ergò, non Deo Christianorum, memoratam suprà (*b*) precem cum toto suo exercitu dicebat, *Summe Deus, te rogamus. Sancte Deus, te rogamus*, quæque posteà. Quò fit, ut si quid fraudis forsitàn in eâ re fuerit admissum, contextum dici nequeat in gratiam summi Christianorum Dei ab hoc Cecilio, aut ab aliis Scriptoribus. Adde Baluzium, p. 340. col. 1. & Cuperum, pag. 505. col. 1. §. *Deus summus.*

Ibid. *Liberis mentibus.*] *Volontairement.* Maucroix.; id est, ultrò, seu, ad verbum, voluntariè.

Rectè. Cuinam enim per *licenter* interpretari, in animum posset venire? Quàm mirum verò, * Summe Christianorum Deus, cùm per te Ethnico homini, qui non te, sed Deum nihili colebat, licuerit palàm, liberisque mentibus religioni divinitatis falsæ obsequi, non licere idem hodiè tot tuorum millibus, qui te verum Deum spiritu ac veritate adorare in propatulo gestiunt! Sed judicia tua sunt abyssus magna, Rex Sanctorum.

* *Adverte ridiculam furentis Hæretici exclamationem.*

Lin. 7. *Dicationem tuam.*] Id est, dignationem. *Edit. Oxon. & Cant.*

Hoc est, te. *Interpretes.*

Lege, *dignationem.* Allix.

Confer Baluzium, p. 340. col. 1.

Ibid. *Amotis omnibus omninò conditionibus.*] Rectè explicuit cultissimi vir ingenii atque eruditionis Baluzius. Et hinc mox, *liberam iis atque absolutam colendæ religionis facultatem* à se concessam dicit. Conferatur Maximini edictum præcedens, ubi illa facultas certis legibus circumscribitur atque coërcetur: *ita*, inquiens, *ut ne quid contra disciplinam agant, &c.* quæ in epistolâ ad judices datâ continebantur. *Tollius.*

Addantur Baluzius, pag. 340. col. 1. & Columbus, p. 391. col. 1.

Lin. 8. *Super Christianorum nomine, &c.*] An eodem sensu, quo capite 14. *ingenti invidiâ simul cum palatio Christianorum nomen ardebat?* Aut num per ὑπὲρ, pro *super Christianis*, quomodò breviter Interpretes acceperunt, & ante illos Eusebius hâc versione, περὶ τῶν χριστιανῶν, ad verbum, *de Christianis*? Mallem, *super Christianorum numine*: cujus rei rationem mox reddam, pag. seq. col. 1.

Supplenda & corrigenda [hoc loco Latina, inquit Toinardus, pag. 416. col. 2.] ex Eusebii Græcis, Lib. x. cap. 5. in hunc modum: *super Christianorum nomine continebantur, & quæ prorsùs læva, & à nostrâ clementiâ aliena esse videbantur, ea tollantur; & nunc liberè ac simpliciter unusquisque*, & quæ posteà.

Absit ut Eusebii verborum versionem, quam vir doctissimus utì huic loco convenientem proponit, aliâ de causâ minùs respondere Græcis censeam, quàm quòd incipiat, *super Christianorum nomine*, cùm Græca merè habeant περὶ τῶν χριστιανῶν, *super Christianis*, vel, *de Christianis.* Sed quid si interim ut eatenùs Eusebius Latina, quæcunque tandem fuerint, contractiora Græcè vertendo fecit quàm erant, sequentia è contrario contractiora Latinè fuerint, quàm Eusebius Græcè repræsentavit? Suspicor, uno verbo, tam quia Græcis τὰ σκαιὰ facilè *nuga* aut *trica* esse possunt, (σκαιὸς enim, inter alia, *ineptus, stolidus, turbarum plenus, difficilis*,) quàm quia simul certissimum est, ea quæ Latinis *severa* sunt, verti optimè posse ab homine Græco τεκτήνασθαι ἀλήθειαν. Suspicor, inquam, ob utrumque, unàque etiam propter istud tertium, quòd hæc lectio *videbantur nugæ ac severæ*, haud multùm recedat à veteri *videbantur, nunc cavere ac*, veterem fortè nostri loci scripturam, si paulò altiùs repetatur, fuisse: *Quarè scire dicationem tuam convenit, placuisse nobis, ut amotis omnibus omninò conditionibus, quæ priùs scriptis ad officium tuum datis super Christianorum numine videbantur nugæ ac severæ, simpliciter unusquisque eorum, &c.* aut aliquid deniquè istiusmodi, quale sit, *videbantur tricæ ac severæ.* Eusebii verba, quò meliùs tota res intelligatur, sic concepta sunt: ἅπαν ὅτῳ ἀρίστην ὑμῖν ἀπηγόρευμαι ἐκείνῳθαι ἦν, ἵν' ἀφαιρεθεῖσαι πανταχῆς τῆς

(*a*) *Lib.* 1. *Tit.* 29. (*b*) *Pag.* 728. *col.* 1.

Digitized by Google

βρέσεων ; ἅπασι τοῖς προτέροις ἡμῶν γεγράμμασι περὶ τῆς τῶν καθοσίωσιν ἀποστάλῆσι περὶ τῶν χριστιανῶν ὑπέχοντα, ἢ ἅπαντα πάνυ σκαιὰ ἢ τῆς ἡμετέρας πραότητος ἀλλότρια ἅγαν εἶναι δόξει, ταῦτα ὑφαιρεθῆ, ἢ τῦν ἐλευτέρως τι ἢ ἁπλῶς ἔχειν τῶν τὴν αὐτὴν προαίρεσιν ἐχόντων τῷ φυλάξαι τὴν τῶν χριστιανῶν θρησκείαν, ἄνευ πρὸς ὀχλήσεως, τῦτο αὐτὸ φροφυλάξαι.

Lin. 9. *Nunc cavere* (vel *nunc verè*) *ac.*] Legendum : *Nunc cavere, ut.* Edit. Oxon. & Cant item Allixius.

Corrigo : *Nunc caveres, ut.* Boherellus.

Ibid. *Nunc cavere.* Emendatiùs legas : *Nunc revocentur.* Tollius.

Adde Columbum, pag. 391. col. 1. & si adhùc opus eſt, Toinardum, p. 416. col. 2.

Ibid. *Qui eamdem observandæ religioni Christianorum gerunt voluntatem.*] Præferam cum editionibus Oxon. & Cantab. *Qui eamdem observandæ religionis, &c.*

Lin. 11. *Id ipsum observare contendant.*] Quid *id ipsum?* Nihil enim, ut res ſunt, præceſſit, ad quod Grammaticè referri queat, quàm *Christianorum.* Abſurdum verò eſt, voluiſſe Licinium Edicto ſtatui, ut *Christiani Christianorum nomen observare*, ſi cuperent, *pergerent.* Quid potuit enim Chriſtianis *Christianorum nominis observatio* eſſe? Legendum ergò propterea in antecedentibus, ni admodùm fallimur, *ſuper Christianorum numine.*

Ibid. *Contendant.*] Potiùs, *contendat.* Tollius.

Lin. 14. *Dicatio tua.*] Potiùs, *dignatio tua.*, ut ſuprà (*a*). *Boherellus*, item *Allixius.*

Lin. 15. *Pro quiete temporis noſtri.*] Cuperum vide, p. 505. col. 2.

Ibid. *Ut in colenda quod quiſque diligeret habeat liberam facultatem.*] Meliùs ſine dubio laudandæ imâ paginâ editiones (*b*) : *Ut in colendo quod quiſque, &c.*

Ibid. *Quod quiſque diligeret habeat.*] Lege : *quod quiſque deligerit habeat.* Græviuſ.

Lin. 16. *Quas* (vel *quia*) . . . *honori, neque cuiquam religioni, aut aliquid à nobis.*] Sic ſupplendum : *Quia videri nolumus cuiquam honori, aut cuiquam religioni aliquid à nobis detractum.* Edit. Oxon. & Cant.

Sed id quoque, nec unâ ratione, emendare eſt. Favent cæteròquin allatis ſupplementis cùm Euſebii verba apud Columbum, pag. 391. col. 1. tùm iſthæc capitis XIII. *Postridiè propoſitum eſt Edictum, quo cavebatur, ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate.* Confer Baluzium, pag. 340. col. 1.

Lin. 17. *In perſonâ Christianorum.*] εἰς τὸ πρόσωπον τῶν χριστιανῶν. *Euſebius.* Hoc eſt, vertente Valeſio, in gratiam Chriſtianorum : undè quis haud immeritò ſuſpicetur, Auctoris manum fuiſſe, *in perſonam Chriſtianorum*, non *in perſonâ.*

With relation to the Chriſtians. Tralatio Anglica. Id eſt, quod ſpectat ad Chriſtianos.

Lin. 18. *Eadem loca, ad quæ antèà convenire conſueverant.*] Lege : *ea loca ;* nec aliter paulò infrà, ubi & *conſueverunt* legitur : hîc autem *conſueverant*, ſed minùs rectè. *Tollius.*

Pag. 246. lin. 1. *Datis ad officium tuum litteris.*] Videatur Baluzius, p. 340. col. 2.

Lin. 2. *Priore tempore aliquid vel à fiſco noſtro, vel ab alio quocunque videntur eſſe mercati.*] Imò *aliqui.* Boherellus ; item Gale.

Rectè. Columbum vide, p. 391. col. 1.

Lin. 5. *Quantocyùs reddant.*] Appone punctum poſt *reddant.* Boherellus.

Omninò ita facto opus eſſe, cuncta evincunt, ſed Euſebiana diſtinctio in primis ritè accepta, cui iſta quoque editionis Aboenſis ſuffragatur : *hiſdem Chriſtianis quantocyùs reddant. Etiam, &c.*

Ibid. *Quantocyùs.*] *Quantociùs* in Gemmâ eſt, pro citò, quamprimùm. Sed Auctorem requiro. *Ger. Jo. Voſſius* (*c*).

Miror, cùm præter duos, quos jam ante nos Columbus partim rectè, partim mendosè laudavit è veteribus, Sulpicium nempè, Dial. 3. cap. 5. & Vulgatum Interpretem, Geneſ. XLV. 19. Mamertinus etiam, non ignobilis Scriptor, idem vocabulum hâc pericope adhibuerit (*d*) : *Licèt, maximè Imperator, publico judicio & nomine agere tibi gratias debeam, tamen illa, quæ pro ſummâ re domi foriſque geſſiſti, nunc ex parte maximâ prætermittam, ut quantociùs ad ea, quæ propria ſunt, perveniat oratio.* Ita enim, non *quanto totius* legendum eſſe, palàm eſt ; ne & Braulionem, ſeptimi ſæculi Auctorem, adducam, qui Præfatione in Vitam ſancti Æmiliani, *ut poſſet*, ait, *in Miſſa ejus celebratione quantociùs legi.* Sit itaque id adverbium, ſi non vox optimæ notæ, longè tamen melio-

(*a*) *Pag. præc. col.* 1. (*b*) *Oxonienſis, anni* 1684. *Cantabrigienſis, anni* 1685. *& Aboenſis in Erratorum Indice* (*c*) *Lib.* 4. *de Vitiis Sermon. cap.* 35. (*d*) *In gratiarum Actione pro Conſulatu, &c.*

Digitized by Google

ris, itemque ſæculi, quàm credidit vir doctiſſimus. Maximè cùm & paulò poſt Licinius iterùm jubeat, *ut præceptum ſuum quantocyùs compleatur.* Adito nunc Columbum, p. 391. col. 1.

www.libtool.com.cn

Ibid. *Etiam vel hi, qui emerunt.*] Suſpicabar primo intuitu, corrupta hæc eſſe, legendumque: *Caterùm vel hi, &c.* Sed nunc nihil muto. *Tollius.*

Ut libuerit. Sed jampridem mutavit clariſſimus Gale ὴ *etiam* in ἤδη *jam*, ad marginem ſui exemplaris, & infrà quoque cum eo vir maximæ dignitatis & eruditionis, Petrus Valerus Diazius, pag. 347. col. 1. Conjiciebam ego, nec unâ ratione inductus, veterem lectionem fuiſſe ἠδὲ *ita*, pro ἔπειτα *deindè*. Prima erat, quoniam eo pacto omnia aptè cohæſerint: Qui Chriſtianorum conventicula quocunque modo emerint, reddunto quantociùs. Qui eadem dono acceperint, reddunto pariter quantociùs. Ac deindè utrique de indemnitate, ut æquum ſibi viſum fuerit, cogitanto. Altera verò, nec minùs valida, quoniam non videtur omninò Euſebius aliter legiſſe, quàm emendamus. Quid hæc enim: ὅπως, οἱ πῶς αὐτῶς χρισιανοῖς τὴν ταχίσην ἀποκαταστήσωσιν, ὅπως ἢ οἱ ἡγεμαιόντες τὰς αὐτὰς πίστις, ἢ οἱ κατὰ δωρεὰν εἰληφότες [εἰ] αὐτῶσί τι ἐκ τῆς ὑμετέρας καλοκαγαθίας, περσίλθωσι τῷ ὅτι πᾶσιν ἐπάρχῳ δικάζοντι; nisi ad verbum: *ut, ſi hiſdem Chriſtianis quantociùs reſtituerint, ita* (hoc eſt, deindè) *vel hi, qui eadem loca emerunt, vel qui dono fuerunt conſecuti, ſi petiverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid, accedant ad locorum Præfectum, qui jus dicit.* Oſtenſum autem jam anteà à nobis (*a*), multiplicique exemplo, tam Græcorum ὅπως, quàm Latinorum *ita*, pro ὅπως, vel *deindè*, non inſolenter uſurpari. Et quòd nunc in Euſebii loco adverbium εἰ ante αἰτήσωσι ſupplevimus, ita faciendum fuiſſe arguit haud ſolùm collatio cum noſtro, *ſi putaverint*, ſed quòd inſuper non proximè ſequatur apud Euſebium περσίλθωσί τι, aut aliquid tale, verùm ſine ullâ copulâ, περσίλθωσι, ut pendeat manifeſtò à præcedenti ὅπως.

Lin. 6. *Vel qui dono erunt conſecuti.*] Potiùs, *qui dono fuerunt conſecuti.* Gale.

Aliter Columbus, p. 391. col. 2.

Ibid. *Si putaverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid, Vicarium poſtulent.*] Locus haud parùm difficilis, ſive propterea quòd de ejus integritate & diſtinctione non convenit inter Doctos, ſive quoniam per *Vicarium* alii cum Euſebio certum hominem intelligunt, alii verò non hominem, ſed aliquid vicarium. Res tota ſic breviter habet.

Scribendum cenſeo: *Si optaverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid vicarium, poſtulent.* Diazius, p. 347. col. 1. & 2.

Crediderat anteà, hunc locum mutilum eſſe, legendumque: *Si putaverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid ſperandum, Vicarium poſtulent.* Sed nunc nihil muto, & accipio ὴ *vicarium* pro eo, quod pro reſtitutione bonorum Chriſtiani deberi ſibi putabant, uti illuſtris fecit Diazius. Eam mox *indemnitatem* vocat. *Tollius.*

Sic legendum: *Si poſcendum putaverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid, Vicarium poſtulent.* Baluzius, p. 340. col. 2.

Nil niſi diſtinguo: *Si putaverint, de noſtrâ benevolentiâ aliquid vicarium poſtulent.* Gale; item Columbus (*b*).

Ibid. *Vicarium poſtulent.*] περσίλθωσι τῷ ὅτι πᾶσιν ἐπάρχῳ δικάζοντι. Euſebius. Id eſt: *ii Præfectum, qui in illâ Provinciâ jus dicit, adeant.* Valeſius.

Ibid. *Vicarium poſtulent.*] Nempè, *qui jus dicat.* Edit. Oxon. & Cant.

Se pourvoiront pardevers les Vicaires. Mauricroix. Quaſi dicas: Vicarios, ut ſuis rationibus provideant, rogabunt, annotante eodem in margine ſuæ Verſionis, *Vicarios* fuiſſe *Lieutenans du Préfet du Prétoire;* quod nequeo meliùs, quàm *Vicarios Præfecti Prætorio* vertere.

Shall go to ſome Magiſtrate. Tralatio Anglica. Ad verbum, aliquem Magiſtratum convenient.

Nobis liceat, vel poſt tot Eruditorum ſententias de hoc loco allatas, judicium noſtrum, qualecunque ſit, interponere. Aut lectio, quam evidenter Euſebius ſecutus eſt: *Si petiverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid, Vicarium poſtulent*, germana eſt & genuina; & tunc non modò hodierna, *ſi putaverint*, apertè mendoſa fuerit, verùm etiam ὴ *aliquid* non ad ſequentem vocem *vicarium*, ſed ad præcedens verbum *petiverint* pertinuerit, planè ut in Græcis, αἰτήσωσί τι; eritque adeò per *Vicarium* homo aliquis, qualis ab ampliſſimo Cupero (*c*) indicatus eſt, intelligendus. Vel fuit olim in Licinii litteris uti hodiè habemus, quantùm ad vocabula, exaratum: *Si putaverint de noſtrâ benevolentiâ aliquid vi-*

(*a*) Pag. 627. col. 2. & pag. 735. col. 1. (*b*) Pag. 391. col. 2. §. Etiam vel hi. (*c*) Pag. 505. col. 2.

carium

Digitized by Google

carium postulent ; tuneque necessariò Columbi distinctionem sententiamque simul amplecti oportebit : *Si putaverint, de nostrâ benevolentiâ aliquid vicarium postulent*, cujuslibet generis *indemnitatem* intelligendo. Vel ista denique, de quâ nemo hactenùs cogitavit, interpunctio erit advocanda, *qui dono erant consecuti, si putaverint de nostrâ benevolentiâ*, (hoc est, si tamen ii esse possint, qui de rei pretio, quam ipsis pro merâ nostrâ benevolentiâ dedimus, rationes nobiscum velint putare,) *aliquid vicarium*, id est, quod priorum donationum vicem suppleat, *postulent*. Eligant, qui hæc lecturi sunt, quod maluerint. Verùm equidem Eusebii lectionem cæteris præferendam arbitror ; quanquàm *putare de re aliquâ*, debuerit phrasis esse familiarissima apud Romanos, neque sit insolens, ut *benevolentia* non de ipso benevolentiæ affectu, sed de benevolentiæ signo, aut gratificatione usurpetur. Nam sic, verbi gratiâ, Spartianus in Caracallo (*a*) : *Non ille in litteris tardus, non in* BENEVOLENTIIS *segnis*. Confer, si pluribus opus est, Diazium, p. 347. col. 1. & 2 Baluz. p. 340. col. 2 Cuperum, p. 505. col. 2. & Columbum, p. 391 col. 2.

Lin. 7. *Corpori Christianorum.*] *To the Christians.* Versio Anglica. Ad verbum, *Christianis.*

Rectè. Nam ut *Sabini* & *Sabinorum corpus* omninò confunduntur apud Livium in his verbis (*b*) : *Oriundi ab Sabinis, ne, quia post P. Tatii mortem ab suâ parte non erat regnatum, in societate aquâ possessionem imperii amitterent, sui corporis creari Regem volebant*, (id est, qui esset ex Sabinis) ; ita Licinio in hâc Epistolâ, *Christi nis & corpori Christianorum*, locutiones sunt synonima prorsùs & promiscuæ, quas tantùm, ne semper *hisdem Christianis* diceret, intermiscuit. Atque infrà tamen pro *Christianorum corpori*, videas uno loco in eâdem versione : *The Corporations or Assemblies of the Christians*, id est, *corpora*, vel *cœtus Christianorum* ; & alibi rursùm : *The Bodies corporate of the Christians* ; hoc est, collegia, vel societates Christianorum.

Lin. 9. *Non in ea loca.*] Dele *in*. Boherellus ; item Gale.

Delenda hîc præpositio, uti & suprà fusiùs monui. *Tollius*

Ibid. *Consueverunt.*] *Had used.* Versio Anglica. Id est, *consueverant.*

Non improbo, vel ob præcedentia, *quòd si eadem loca, ad quæ anteà convenire consueverant.* Neque improbabat, opinor, Tollius ad ea verba.

Lin. 10. *Ad jus corporis eorum . . . pertinentia.*] Hoc est, secundùm Tralationem Anglicam, pertinentia ad illos, tanquàm ad commune corpus : *That belonged to them as a Body corporate.* Quis enim *tanquàm ad corpus corporatum* de verbo ad verbum transferri ferat ? Adde Cuperum, pag. 505. col. 2. & seq.

Lin. 11. *Ea omnia lege, quâ superiùs comprehendimus citra, &c.*] Scribe levem distinctionem post *comprehendimus*, quod eodem sensu explicandum, quo *comprehensum est*, in sequentibus. *Boherellus.*

Emenda : *comprehendimus, eaque citra, &c.* quæ vocula excidisse mihi visa ; aliàs, *quam comprehendimus* legendum, quemadmodùm mox ; *sicut superiùs comprehensum est.* Tollius.

Malebam, partim cum Boherello nostro, cui Aboensis quoque editio adstipulatur, partim mutato amplius, sed leviter, ordine : *Ea omnia, quâ lege superiùs comprehendimus, citra ullam prorsùs ambiguitatem, vel controversiam hisdem Christianis, id est, corpori & conventiculis eorum reddi jubebis.* Ita quippè facili operâ integra erit lectio, & optimè cohærens.

Lin. 18. *Sumus.*] *Summis.* Editio Aboensis. Mendosissimè.

Lin. 19. *Prosperè successibus nostris.*] Malim, *prosperis successibus nostris*, vel *prosperè fluentibus successibus nostris.* Tollius.

Ibid. *Beatitudine publicâ.*] Vide Cuperum, p. 506. col. 1.

Lin. 20. *Ut autem hujus sanctionis benevolentia nostra forma ad omnium possit pervenire notitiam, prolata programmate tuo hæc scripta & ubique proponere, & ad omnium scientiam te perferre conveniet.*] Quod jam Licinius *sanctionem* suam, & *hæc scripta* nuncupat, id ipsum paulò antè *præceptum* suum, quin & tacitè *statutum* suum & *ordinationem* suam nominaverat. Sed, quod notandum, nuspiàm pariter *edictum appellavit*, uti nec noster, qui contrà semel atque iterùm mero *epistolarum* nomine ad hanc Licinii dispositionem indigitandam usus est. Primò nempè, in hujus ferè capitis initio, *de restituendâ Ec-*

(*a*) *In ipso ferè initio.* (*b*) *Lib.* 1.

cleſiâ [*Licinius*] *hujuſmodi litteras ad Præſidem datas proponi juſſit ;* atque denuò propemodùm in fine : *His litteris.* Undè nunc haud ingrata oritur quæſtio, utrùm rectè hîc loci *edictum* ab utroque Interprete (*a*), atque alibi à multis, cùm veteribus, tum recentioribus vocentur ; quod equidem non putaverim, ſi ſit accuratiùs loquendum : ſed veras eſſe è contrario *litteras* cum mandatis ad τὸν δεῖνα Bithyniæ Præſidem datas, ex quibus ille confeſtim *mandata* excerpere, tum *edictum ſuum, ſecundùm ea mandata, addito programmate, conficere & proferre* debuerit. *Ut autem hujus ſanctionis benevolentia noſtra forma ad omnium poſſit pervenire notitiam, prolata programmate tuo hæc ſcripta & ubique proponere, & ad omnium ſcientiam te perferre conveniet*, inquit noſtro loco verbiſque diſertiſſimis ipſemet Licinius ; multòque diſertiùs ante ipſum Plinius ad Trajanum, libro 10. ep. 97. *Quibus peractis, morem ſibi* [*Chriſtianis*] *diſcedendi fuiſſe, rurſùſque coeundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & innoxium ; quod ipſum facere deſiſſe* POST EDICTUM MEUM, QUO SECUNDUM MANDATA TUA *hetarias eſſe* VETUERAM : ubi non tantùm *Trajani mandata*, & *Plinii edictum*, tanquàm res diverſas nominari vides, ſed Imperatoris *mandata* materiam fuiſſe edicti Præſidis ; quod & ideò non Trajani edictum, ſed edictum ſuum appellavit, *poſt edictum meum.* Ingenuè autem agnoſcere debemus, priuſquàm hinc progrediamur, nos, quòd in hoc argumento laudata Plinii verba adduximus, debere Epiſtolæ ampliſſimi Cuperi ad clariſſimum Grævium VII. Id. Apr. anni 1691. datæ, in quâ, ad ſuæ in hunc locum Notæ confirmationem : » Locus, ait, » hanc in rem elegans apud Plinium, lib. 10. » ep. 97. *Quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſùſque coeundi ad capiendum* » *cibum, promiſcuum tamen & innoxium ;* » *quod ipſum facere deſiſſe poſt edictum meum,* » *quo ſecundùm mandata tua hetarias eſſe ve-* » *tueram* ; nam hinc, pergit, clariſſimè pa- » tet, Præſidem publicè teſtatum eſſe, ſeſe » ejuſmodi edictum accepiſſe «. Atque hactenùs perilluſtris Cuperus. Plura vide, pag. 506. col. 1. ad *prolata* ; item, quæ nos ſuprà diximus, p. 709. col. 1.

Lin. 24. *Etiam verbo hortatus eſt.*] Nempè Licinius. *Pagius* (*b*). Et ſine ullâ circuitione : *When the Edict was published, Licinius did likeviſe by word of mouth entreat all perſons, &c.* Confer Baluzium, pag. 340. col. 2.

Ibid. *Conventicula.*] *Les Egliſes.* Maucroix. Hoc eſt, Eccleſias.

Lin. 25. *Sic ab eversâ Eccleſiâ.*] Nicomediæ nimirùm, ſecundùm Verſionem Anglicam : *And from the deſtruction of the church of Nicomedia :* ſed meliùs ſine dubio Maucroixius, ut Latina ſonant, *Ainſi depuis la ruine de l'Egliſe.* Confer hæc capitis 3. *In ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta eſt.*

Ibid. *Ab eversâ Eccleſiâ.*] A die ſcilicèt XXIII. Februarii anni CCCXI. *Pagius.* (*c*).

Ibid. *Uſque ad reſtitutam.*] *To be rebuilding of it.* Tralatio Anglica. Id eſt, uſque ad reſtaurationem illius [Nicomedienſis Eccleſiæ].

Ibid. *Uſque ad reſtitutam.*] Uſque ad diem videlicèt XIII. menſis Junii anni 313. quâ propoſitum eſt Nicomediæ edictum de reſtaurandis Eccleſiis. *Pagius* (*d*).

Lin. 26. *Anni decem, menſes plus minùs quatuor.*] Cœpit itaque perſecutio ſeptimo Kalendas Martias, à quibus ſi ſubducatur numerus uſque ad diem 13. menſis Junii, quâ propoſitum eſt edictum hoc, effluxiſſe conſtabit annos 10. menſes tres, dies 19. id eſt, annos decem, menſes plus minùs quatuor. *Edit Oxon. & Cant.*

Ibid. *Menſes plus minùs quatuor.*] Nempè menſes tres, dies novemdecim. Ideòque pax univerſæ Eccleſiæ anno tantùm CCCXIII. reddita. *Pagius* (*e*).

Adde Baluzium, p. 340. col. 2.

CAPUT XLIX.

Pag. 247. lin. 1. *Sequenti autem Licinio ; &c.*] Corrige & lege : *ſequente.* Tollius.

Aliter Cuperus, p. 506. col. 1.

Ibid. *Tyrannum.*] Verſio Anglica, *Maximinum*, quem certum eſt intelligi.

Ibid. *Profugus conceſſit.*] Malim *retroceſſit.* Tollius.

Quid opus eſt mutatione ? Terentius in Eunuch. Act. 1. Sc. 2.

Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum.
Saltem ut concedas ſolum.

(*a*) Vous ferez publier cet Edit, &c. *Maucroix.* And that the tenor of this out gracious Edict, &c *Anglica Verſio.* (*b*) *In Critica Baron. ad annum Chriſti* 414. *num.* 6. (*c*) *Ibid.* (*d*) *Ibid. iterùm.* (*e*) *Ibid. quoque.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Et in Hecyrâ, Act. 4. Sc. 2.

Hic video me esse invisam immeritò; tempus est concedere.

Latinis itaque *concedere* simpliciter positum, inter alia, loco *cedere*, seu *Alicui locum abeundo dare* significat; quæ ultima phrasis à Terentio quoque usurpata in Heaut. Act. 4. Sc. 2.

. . . . SY. *Jube hunc*
Abire hinc aliquò. CL. *Quò ego hinc abeam?* SY. *Quò lubet; da illis locum.*
Abi deambulatum.

Lin. 2. *Petit.*] Præferam cum Columbo, p. 391. col. 2. *petiit.* Tollius.

Adde Baluzium, p. 340. col. 2.

Ibid. *Munimentis ibidem, &c.*] Potiùs, *munimentisque ibidem*, uti & clarissimus Columbus legendum putat. *Tollius.*

Columbum ipsum, si etiamnùm opus est, visere potes, p. 391. col. 2.

Lin. 3. *Iter obstruere.*] Licinio nimirùm; quod Anglica Versio, perspicuitatis causâ, addidit.

Ibid. *Et indè dextrorsùm perrumpentibus omnia victoribus.*] Distinguo, *& indè, dextrorsùm perrumpentibus* Gale.

Adjiciatur Cuperus, p. 506. col. 1. & 2.

Lin. 4. *Tarsum postremò confugit.*] Videndus omninò Baluzius, p. 340. col. 2. & seq.

Lin. 5. *Perterreretur* (vel *peteretur*).] Scripsisse Lactantium credo, *peteretur*. Grævius.

Ibid. *Perterreretur.*] Suprà, *Maxentianus proterretur*; quod verbum etiam hîc rectius mihi videtur, quàm illud alterum. *Tollius.*

Ibid. *Refugium.*] *Effugium.* Gale.

Usi tamen etiam *refugii* voce idonei Auctores. Cicero (*a*): *Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium Senatûs.* Suetonius (*b*): *Eos easque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affecit.* Neque noster à *refugiendi* verbo superiùs abhorrebat; cujus capite 47. verba sunt: *Fit impetus in eum, & ad suos refugit.*

Lin. 8. *Ut solent hi, qui hoc ultimò, &c.*] Exempla sunt apud Florum & Livium. *Gale.*

Mirum, quàm faciat ad hunc locum alter planè geminus Lactantii de Vitâ beatâ (*c*), quem nos hactenùs cum cæteris Commentatoribus prætermiseramus: *Quantò quisque annis in senectutem vergentibus appropinquare cernit illum diem, quo sit ei ex hac vitâ demigrandum, cogitat, quàm purus abscedas, quàm innocens ad judicem veniat; non ut faciunt quidam cæcis mentibus nixi, qui jam deficientibus corporis viribus, in hoc admonentur ultima necessitatis, ut cupidiùs, ut ardentiùs hauriendis libidinibus intendant.*

Confer Cuperum, p. 506. col. 2.

Ibid. *Et sic hausit venenum.*] Non itaque periit morte simplici, ut tradit Epitome Victoris. *Edit. Oxon. & Cant.*

Ibid. *Et sic.*] Id est, *& deindè*, quem sensum jam antè indicatum voluimus. Conspirant Interpretes. *Après quoi il prit la boisson mortelle.* Maucroix. *And then he took poyson.* Versio Anglica. Sed nil fortè melius *& sic* interdùm ordinis adverbium esse ostendere queat, quàm locus iste Vulcatii Gallicani in Avidio Cassio: *Mater mea Faustina patrem tuum Pium ejusdem in defectione Celsi sic hortata est, ut pietatem* PRIMUM *circa suos servaret*, SIC *circa alienos.* Verbum, cùm res ipsa loquatur, non addo. Audiatur solùm Cicero *primùm & posteà* simili ordine & significatu adhibens: *Ego incolumitati civium primùm, & posteà dignitati* [*consulo*].

Lin. 9. *Non potuit in præsens.*] Exemplum, quod, qui volent, iis adjicient, in quibus *præsens* neutiquàm de tempore nunc præsenti, sed de tempore tunc præsenti, adeòque, unâ voce liceat dicere, *præsenti præterito*, usurpatum; qualia exempla apud Ciceronem & alios occurrunt.

Lin. 11. *Cruciamenta.*] Nec hîc quoque Cicero exemplum quærentibus deerit. Philipp. XI. *Nec verò graviora sunt carnificum tormenta, quàm interdùm cruciamenta morborum.*

Lin. 12. *Insustentabili.*] Ignoro, ecquis ita olim ante nostrum fuerit locutus. Sed jam certè nequit hoc epithetum ex Cicerone defendi. Addo Columbum, p. 391. col. 2.

Lin. 13. *Insaniâ percitus.*] Videatur Baluzius, p. 341. col. 1.

Ibid. *Haustam manibus terram, &c.*] Id est, ut optimè Versio Anglica expressit, manibus effossam: *He eat earth, which he dug up with his hands.*

Pag. 248. lin. 2. *Cùm caput suum parietibus infligeret.*] Impatientiâ cruciatuum scilicèt. Nam jam quatuor insaniæ dies abierant. Neque aliter ferè Augustum *caput foribus* ex impatientiâ doloris amissarum Vari legionum

(*a*) *Lib. 2. Offic. cap. 8.* (*b*) *In Tiberio, cap. 36.* (*c*) *Cap. ult.*

illidentem inducit Suetonius in Octavio, cap. 23. Vide locum, & quæ ad illum Casaubonus notavit; item quæ Baluzius suprà, p. 341. col. 1.

Ibid. *Exilierunt oculi ejus de cavеis.*] Ὡς τῶ μὲν τὰς κόρας ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀπημάτους ἀκριβῶς τῶν ὀφθαλμῶν, Μαξιμῖνον δὲ ὅτου ἦν. Chrysost. in Oratione de S. Babylâ contra Gent. Vide Euseb. Eccl. Hist. lib. 9. cap. 10. *Edit. Cant.*

Adde Baluzium, p. 341. col. 2.

Lin. 3. *Deum videre cœpit candidatis ministris, &c.*] *Il vit Dieu environné de ses Anges.* Maucroix, quem apparet ergò voluisse emendari, *Deum videre cœpit circumdatum ministris.*

A Vision represented himself to his imagination, as standing to be judged by God, who seemed to have hosts of Ministers about him all in white garments. Tralatio Anglica. Quasi jam potiùs prisca lectio fuerit, *Deum videre cœpit circundatum candidatis ministris de se judicantem.*

Aliter rursùm emendat Cuperus, pag. 507. col. 1. qui & ibi duobus locis videndus.

Ibid. *Candidatis ministris.*] De eodem Maximino Simeon Methaphrastes apud Surium Tom. 6. pag. 929. ait eum ab Angelis fuisse flagellatum. *Colomesius.*

Lin. 5. *Deindè quasi tormentis adactus fatebatur.*] *Se feciſſe* nempè, repetendo ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, quomodò Interpretes acceperunt (*a*). Nisi cum clar. Gale malueris *Christum* supplere ex sequentibus, distinguendo, *Deindè quasi tormentis adactus fatebatur Christum.*

Lin. 6. *Christum subindè deprecans.*] Adeatur Cuperus, pag. 507. col. 1.

Lin. 7. *Tanquàm cremaretur.*] Vise Baluzium, pag. 341. col. 2.

Ibid. &c. *Nocentem spiritum . . . efflavit.*] Baluzius rectè in Notis observat, non statim mortuum esse Maximinum ac Tarsum pervenit: sed aliquanto tempore gravissimos dolores sustinuisse, sicque non videri, eum ante mensem Augustum periisse. Cùm enim ei peragranda fuerint aliquot milliaria, ut Tarsum Ciliciæ urbem pervenerit, in Cappadociâ primùm, dein in Tauri montis angustiis substiterit, ubi munimenta ac turres fabricavit, ad arcendos nempè insequentium Licinianorum impetus, fieri vix potuit ut is qui Kalendis Maiis pervenit Nicomediam, Tarsum venerit ante mensem Julium sequentem; adeò ut Maximinus ante mensem Augustum non periisse videatur. *Pagius* (*b*).

Addantur Baluzius, pag. 341. col. 2. & seq. item Cuperus pag. 507. col. 1. & quæ nos suprà diximus, pag. 540. col. 1.

Lin. 8, *Detestabili genere mortis.*] Et hîc te ad Amplissi. Cuperum, pag. 507. col. 1. & 2. remittimus.

CAPUT L.

Pag. 248. lin. 1. *Univ. persecutores nomin. sui debellavit.*] Baluzium vide, pag. 343. col. 1.

Lin. 2. *Summâ rerum potitus.*] Anno nempè CCCXII. *Pagius* (*c*).

Lin. 3. *In primis Valeriam, quam. &c.*] Ita hodiè clariss. Baluzius, qui priùs cum veteri scheda *in primis Valerium, quem* ediderat; undè paulò post Sparkius in Oxoniensi editione anni 1680. Scribendum, inquit, ex emendatione viri rever. *Valeriam, quam.* Ut frustrà sit Baluzius, qui Valerium quærit solicitâ indagine. Cui censuræ, iterùmque posteà in sequentibus editionibus (*d*) repetitæ, subscribit suprà, nec invitus, Baluzius, p. 343. col. 2. itemque Cuperus, p. 507. col. 1. nec non Versio Anglica in hunc modum: *for Licinius being now settled in the Empire, gave oder to put both Valeria and Candidian to death.* Sed interim præter hanc editionem nulla est, quæ non cum MS. codice in Auctoris verbis habeat, *Valerium quem.* Et, quod magis notandum, stare optimè posse manu scripti lectionem ponit, pugnatque Pagius in Criticâ suâ Baronianâ, uti sequitur.

Ibid. *In primis Valerium.*] Valerium scilicèt Valentem, de quo anno CCCVI. num. 14. (imò, 15.) sic locuti sumus: Eodem ferè tempore, quo Alexander, qui Præfecti Prætorii Africæ munere fungebatur, apud Carthaginem Imperator fit, *Valens Imperator creatur*, inquit Victor in Epitome, qui postquàm Maximini mortem narravit, subjungit: *Valens à Licinio morte mulctatur.* De hoc Valente loquitur Lactantius lib. de

(*a*) Puis il avoüoit son crime. *Maucroix.* Yet afterwards he confesse his own guilt. *Versio Anglica.* (*b*) *In Criticâ Baron. ad annum Christi* 314. *num.* 7. (*c*) *Ibid. num.* 12. (*d*) *Oxon. anni* 1684. *& Cant. anni* 1685.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Mortibus Perſecutorum cap. 50. ut primus omnium obſervavit eruditiſſimus Abbas Ludovicus *du Four* in litteris ad me ſcriptis. Ibi Lactantius, Maximini morte recitatâ, ait: *Licinius ſummâ rerum potitus, in primis Valerium, quem Maximinus iratus nec poſt fugam quidem, cùm ſibi videret eſſe pereundum, fuerat auſus occidere, necari juſſit.* Nec dubitari poteſt, quin *Valerius* ille idem ſit cum *Valente* à Victore memorato, cùm Goltzius inter nummos triginta Tyrannorum, qui imperante Gallieno Rempublicam Romanam afflixêre, hunc referat: ΑΥΤ. Κ. ΠΟΥ. ΟΥΑΛΕΡ. ΟΥΑΛΕΝC. CEB. L. A. id eſt, *Imperator Cæſar Publius Valerius Valens Auguſtus. Anno primo.* Nummus tamen ille ad Valerium Valentem Licinii juſſu occiſum, non verò ad Valentem, qui poſt Valerianum in Præſidem abductum tyrannidem arripuit, (ut teſtatur Pollio lib. de Triginta Tyrannis cap. 19.) omninò pertinet, licèt Mediobarbus huic Valenti, qui brevi in Macedoniâ imperitavit, attribuat. *Pagius, ubi ſuprà, ad an. Chr.* 314. *nu.* 12. & 306. *nu.* 15.

Confer nunc, primum omnium, aſſentientem propugnantemque Toinardum, p. 417. col. 1. & 2. tum nec diſſentientem iſtam Maucroixii verſionem: *Car premiérement Licinius fit mourir Valere*; in quâ ſcilicèt, ut ſequentia & linguæ ſimul genius oſtendunt, non *Valeria*, ſed *Valerius* intelligitur: poſtremò Ampliſſimum Cuperum varia Pagio & ſequacibus objicientem in epiſtolâ ad Perilluſtrem Voetium, pag. 519. col. 1.

Lin. 5. *Item Candidianum.*] MS. codex, quem cæteræ hactenùs editiones ſecutæ fuerant, *idem Candidianum.* Sed omninò, vel cum Baluzio *item Candidianum* corrigendum eſt; vel nobiſcum, adverbium ordinis adhibendo, *indè Candidianum*; aut per meram ferè litterarum tranſpoſitionem, *dein Candidianum.*

Ibid. *Candidianum.*] Filium Galerii & concubinæ, obſervante Maucroixio ad marginem ſuæ verſionis.

Candidian vvas her adopted Son, for his mother vvas à Concubine of Maximians. Tralatio Anglica. Ad verbum, Candidianus erat adoptivus [Valeriæ] filius: fuit enim ejus mater concubina Maximiani.

Ibid. *Valeria.*] Pro quo mulieris nomine, craſſiſſimo errore Typographico, *Valerius* legitur in Pagii Criticâ Baronianâ, ad annum Chr. 314. nu. 12. ubi totum hocce caput deſcribitur. Conferto modò eandem ad annum Chr. 305. nu. 6.

Pag. 249. lin 1. *Mulier tamen.*] Fortè; *Mulier ſtatim*, vel, *Mulier namque* Tollius. Emendo, *Mulier tandem.* Gale.

Ibid. *Ut eum vixiſſe cognovit.*] Quem; & quis ſenſus? De utroque enim miris modis diſſentiunt Interpretes.

Cette Dame ayant appris que Candidianus n'étoit point mort. Maucroix. Id eſt, cùm mulier Candidianum non fuiſſe mortuum didiciſſet.

She had no ſooner got the nevvs of Maximins death, &c. Anglica Verſio. Hoc eſt, Vix mulier nuntium de Maximini morte acceperat.

Mihi, primo loco, quod in bonam partem ſumi velim, nullâ ratione videbatur ſermo nunc eſſe poſſe de Maximino. Quid verò ampliùs cogitem, poſt pauca dicam.

Ibid. *Vixiſſe.*] Lego, *viciſſe. Eum* autem, quod præcedit, intelligo de Licinio. *Bohcrellus.*

Ibid. *Vixiſſe.*] Repone, *viciſſe.* Gale; nec non Colomeſius.

Legendum *viciſſe*, referendumque ad Licinium. Corrigendum quoque *cognoverat*, pro *cognovit*; & mox itidem *miſcuerat*, pro *miſcuit.* Tollius.

Arridebat magis *vi exiſſe*, vel ſimpliciter *exiviſſe*; ut, poſtquàm Candidianum necari juſſiſſet Licinius, Candidianus, mandati gnarus, evadendi primâ vice è loco, ubi jugulandus erat, viam invenerit: Valeria autem, cognito eum indè feliciter erupiſſe, mutaverit habitum, & ſe adoptivi ſui filii comitatui miſcuerit, ut ejus fortunam ſpecularetur. Adde Baluzium, pag. 343. col. 2. & Columbum, p. 391. col. 2.

Lin. 2. *Comitatui ejus.*] Hîc rurſùs, & pro contrariis Interpretum hypotheſibus, in contraria abeunt verſiones; Gallicâ nimirùm de *Candidiani comitibus* explicante: Anglicâ verò de *Maximini*, noviſſimè defuncti, *aulâ*, hoc eſt aulicis. *She had no ſooner got the nevvs of Maximins death, then she came to his Court in diſguiſe.*

Lin. 3. *Quia Nicomedia.*] Scribo, *Qui cum.* Sparkius, in utrâque Oxon. à quibus haud diverſa eſt Cantabrigienſis.

Ibid. *Quia Nicomedia.*] Lege cum Columbo, [p. 391. col. 2.] *Qui quia Nicom.* Tollius.

Ibid. *Et in honore haberi videbatur.*] Cuperum viſe, pag. 508. col. 1.

Lin. 4. *Et illa, exitu ejus audito.*] Id est, illustrante singula, licèt in re minimè obscurâ, Maucroixio : Cùm Valeria Candidiani mortem audivisset. Confer, si tanti est, quæ de vocabulo *exitus* notavimus, pag. 540. col. 2.

Lin. 7. *Qui omnes.*] Atquì duo tantùm suprà memorati sunt, *Candidianus & Severianus.* Tollius.

Imò tres; *Candidianus*, *Severianus*, &, ante utrumque, *Valerius*, seu, *Valeria*, prout initio capitis legere malueris : *Licinius*, *summâ rerum potitus*, IN PRIMIS VALERIUM ... *fuerat ausus occidere*, vel, IN PRIMIS VALERIAM; mirumque hanc, aut illum, à Tollio, post tam diserta verba, prætermitti.

Lin. 8. *Quasi malum metuentes.*] Hoc est, Anglicæ versioni, quasi malum hominem : *looking on him as an ill man.*

Legendum : *quasi amulum metuentes.* Grævius.

Fortè, *quasi iratum.* Tollius.

Suspicabar, *quasi malum metuentes* locutionem esse è medio petitam, qualis ista Gallorum, *Il le craignoit comme la peste.*

Lin. 9. *Pro Valeriâ*, (vel *præter Valeriam*) *qua volens*, &c.] Sed hæc jam superiùs Licinium fugisse dicta est. Vide quæ viri docti ad caput XXXIX notaverunt. Ergò *volens* rectiùs in *nolens* cum Cupero mutaveris. Hinc liquet, Maximinum non magis libidine quàm avaritiâ accensum, matrimonium Valeriæ appetisse. *Tollius.*

Cuperi locus extat suprà, pag. 508. col. 1. & seqq.

Ibid. *Pro Valeriâ, qua volens*, &c.] Ita per omnia Interpretes, ut, qui adibunt statim intelligent.

Lin. 11. *Filium suum maximum agentem in annis octo.*] Dele *suum.* Boherellus.

Fortè rectiùs, *filium tum maximè agentem annos octo.* Tollius.

Emendo, *filium natu maximum agentem jam annos octo.* Galeus.

Adde Columbum, pag. 391. col. 2.

Lin. 13. *Mater eorum.*] Uxor Maximini, de cujus nomine altum est apud eruditos silentium. *Edit. Oxon. & Cant.*

Confer Baluzium, pag. 343. col. 2.

Ibid. *In Orientem præcipitata est.*] *In Orontem.* Editio Aboensis.

In the River Orontes. Id est, in fluvium Orontem. *Versio Anglica.*

Ibid. *Orientem.*] Scribendum : *Orontem*, hoc est, fluvium Syriæ, vel *torrentem*, ex emendatione viri rever. suprà laudati. *Edit. Oxon. & Cant.*

Lege, *torrentem* : aut potiùs, *Orontem.* Allix.

Lege, *Orontem.* Vossius.

Maucroixius ad verbum ; *On précipita leur mere dans l'Orient* : quod paucissimi procùl dubio, probabunt. Adde Baluzium, pag. 343. col. 2. Cuperum, pag. 509. col. 2. Columbum, pag. 391. col. 2. & seq.

Ibid. *Ibi sæpè illa castas fœminas mergi jusserat.*] *Ibi mergi*, ut suprà, capitibus XV. & 37. *mari mergi* : quarè equidem doctissimum virum *ibi* delentem, minùs audiendum esse crediderim.

Ibid. *Illa.*] Corrige, & lege, *ille* : scilicèt Maximinus. Respice cap. XXXVIII. & ita huic lege talionis evenit, ut ipsius uxor eodem supplicio interiret, quo ipse alienas conjuges necari jusserat. *Tollius.*

Ibid. *Illa.*] Secuti sunt hanc lectionem ambo Interpretes.

Lin. 14. *Sic omnes impii*, &c.] Sarisberiensis in Polycrat. lib. VIII. cap. 19. de Domitiano : *Et quia Ecclesiam Dei, imò & totum imperium, laceravit Domitianus, eodem in se Dei usus judicio & ipse laceratus est.* Tollius.

CAPUT LI.

Pag. 249. lin. 1. *Valeria quoque per varias*, &c.] Cuperum vide, pag. 510. col. 1.

Ibid. *Quindecim mensibus.*] *During the space of eighteen months.* Versio Anglica : quasi nostri verba sint, *octodecim mensibus* ; cujus diversitatis rationem non assequor.

Ibid. *Plebeio cultu.*] *In the habit of a Peasant.* Eadem Versio. Ad verbum, in rusticorum habitu : quod paulò liberius

Lin. 3. *Cum matre.*] Priscâ scilicèt. *Pagius* (a).

Ibid. *Pœnas dedit.*] Nullone prorsùs affecto crimine, quæ sententia viri Amplissimi, pag. 510. col. 2. Vix crediderim, cùm propter ipsum *pœnarum* nomen hìc adhibitum, tum propter sequentia, ubi ambæ mulieres *ad supplicium*, idque gravissimum, dicuntur *ductæ.* Amputatum enim caput ut-

(a) *In Critică Baron. ad annum Christi* 314. *num.* 12.

www.libtool.com.cn

que, & mox earum corpora in mare projecta. Accedit, quòd ne quidem Valeriæ amicas damnatas viderimus in antecedentibus, nisi *affictæ* priùs *adulterio*, capite nimirùm XXXIX. in fine.

Lin. 5. *Ita illis pudicitia & conditio exitio fuit.*] Quia & Licinio & Maximino Valeria nubere recusarat. *Tollius.*

Sed pars igitur pudicitiæ eo quoque sæculo habebatur v. gr. in mulieribus, unius tantùm viri fuisse uxores. Suo enim ævo Tertullianum cum Montanistis *monogamiam* in utroque sexu requisivisse, omnibus notum ex ejus libro de Monogamiâ. Observandum interim *conditionem*, quam hîc noster memorat, æqualiter quidèm matri & filiæ, seu, quod idem est, Priscæ & Valeriæ, secundùm Anglicam Versionem exitio fuisse: verùm additam *pudicitiæ* mentionem specialiter pertinere ad Valeriam. Verba sunt: *so fatal did their Dignity and Valeria's chastity prove to them.* Adde Toinardum, pag. 417. col. 2.

CAPUT LII.

Pag. 250 lin. 1. *Quæ omnia secundùm fidem scientium loquor, ita ut, &c.*] Post *loquor*, suppleo *&*, vel atque: *& ita ut gesta sunt mandanda litteris credidi.* Boherellus

Similiter Versio Anglica, *and i have thought fit to vvritte them just as they vvere transacted.* Aliter verò Cuperus, pag. 510. col. 2.

Lin. 3. *Non corrumperet veritatem.*] *Non* meliùs abesset. *Boherellus.*

Confer Columbum, pag. 392. col. 2. Adde quoque Baluzium, pag. 343. col. 2.

Lin. 5. *Pietati.*] Id est, clementiæ, benignitati. Vid. Not. ad Ausonium. *Tollius.*

Suprà etiam aliquid diximus in eam rem, pag. 692. col. 2.

Ibid. *Respexit in terram.*] Quomodò capite v. *Respexit enim Deus vexationem populi sui. Dejectus itaque fastigio imperii, &c.* Addatur Columbus, pag. 392. col. 2.

Lin. 9. *Ubi sunt modò magnifica illa & clara per gentes Joviorum & Herculiorum cognomina, quæ primùm, &c. viguerunt?*] Notandum, ne id nimis Oratoriè & contra Historiæ fidem scriptum fuisse videatur, haud simpliciter quæri à nostro, *Ubi sunt modò Joviorum & Herculiorum cognomina*, ac si post mortuos semel Diocletianum & Herculium, à nemine ampliùs quocunque pacto usurpata sint: sed, *Ubi sunt modò* MAGNIFICA ILLA ET CLARA PER GENTES JOVIORUM ET HERCULIORUM COGNOMINA, QUÆ PRIMUM *à Diocletе ac Maximiano insolenter assumpta, ac postmodùm ad successores eorum translata*, VIGUERUNT? ut neget tantùm fuisse æquè *magnifica & clara per gentes, vigentiaque adhùc*, dum hæc scriberet, atque *primùm* fuerant sub ipsis Diocletiano & Maximiano Herculio; quod ab omni parte certissimum. Conferantur Baluzius, pag. 343. col. 2. Cuperus, p. 510. col. 2. & Toinardus, pag. 417. col. 2. & seq.

Ibid. *Joviorum & Herculiorum.*] Tanquàm si à Jove & Hercule genus ducerent. *Edit. Oxon. & Cant.*

Lin. 10. *Maximiano.*] Illo nempè, quem nunc *Herculium* cognominavimus. Alteri enim, sive *Galerio Maximiano*, *Jovius*, Diocletiani imitatione, cognomentum fuit; & hîc præterea de eo agitur, qui sibi primus *Herculii* nomen indidit.

Lin. 11. *Nempè delevit ea Dominus & erasit de terrâ.*] Quatenùs nimirùm ipsimet Diocletianus & Maximianus, qui sibi primi, alter *Jovii*, alter *Herculii*, cognomen tam insolenter sumpserant, & per quos simul eadem tam clara & magnifica per gentes evaserant, deleti sunt divinitùs ex viventium terrâ & numero.

Ibid. *Dominus.*] Cuperum vide, pag. 510. col. 2. & seq.

Lin. 14. *Diurnis nocturnisque precibus celebremus.*] Præferrem, *obsecremus. Celebremus* enim paulò antè legitur. *Boherellus.*

Putabat vir doctus, qui Aboensi Editioni præfuit, aliquid ante *diurnis* deesse, quod asteriscо voluit notatum.

Lin. 17. *Ut Misericordiam suam servet etiam famulis, &c.*] Lege, *ut misericordiam suam servet, & jam famulis suis propitius ac mitis omnes insidias, &c.* deleto *τῷ ut.* Tollius.

Pro *servet etiam*, rescribo, *servet æternam.* Boherellus.

Quid, si potiùs Auctoris manus fuerit, *ut misericordiam suam servet etiam atque etiam famulis suis propitius ac mitis?* Tum deindè, *ut omnes insidias*, quæque posteà; ac denique cum tertio *ut* eleganter sine copulâ repetito, *ut floreſcentes*, & quæ deinceps.

Lin. 18. *Diaboli.*] *Zabuli*, ut priùs. *Gale.*

Digitized by Google

Capite nimirùm XVI. duobus locis.

Lin. 19. *Ut floreſcentes Eccleſias perpetuâ quiete cuſtodiat.*] Veteris codicis cunctarumque hactenùs editionum lectio eſt, *ut floreſcentes Eccleſiæ perpetuæ quiete cuſtodiat.* Sed eamdudum, uti nunc excuſam vides, emendaverat clariſſimus Baluzius in Indice Erratorum ſuæ primæ editionis, aliique poſteà cum illo, vel aliter, ut ſubjicio.

Ibid. *Eccleſiæ perpetua quiete.*] Scrib. *Eccleſias perpetuâ quiete.* Edit. Oxon. & Cant. item Allixius.

Ibid. *Ut floreſcentes Eccleſia perpetua quiete cuſtodiat.*] Nullus dubito legendum eſſe: *Ut floreſcentis Eccleſia perpetuam quietem cuſtodiat*; quæ & Nicolai Heinſii fuit ſententia, ut olim ſummi & amiciſſimi viri ore, cùm de hoc loco cum ſuperſtite agerem, intellexi. *Gravius.*

Conferatur Columbus, p. 393. col. 1. & 2.

FINIS.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM LIBRORUMQUE,

QUÆ IN OPERIBUS LACTANTII,

ADJECTISQUE ANIMADVERSIONIBUS,

CITANTUR, LAUDANTUR, ET EMENDANTUR.

NUMERUS ROMANUS TOMUM, ARABICUS paginam indicat; littera a *&* b *numero additæ primam aut secundam Notarum columnam demonstrant.*

A.

A Ben-Esra, T. I. 174. a, 646. a.
Abbas à S. Hilario, T. II. 540. b, & *passim infrà.*
Acacius, T. I. 627. b. 653. a.
Acta SS. Agapes, Chioniæ & Irenes, Martyrum, T. II. 295. a. 532. a.
— Crispi, T. II. 201. b. 627. a.
— S. Georgii, Mart. T. II. 294. b. 296. b.
— SS. Indis & Domnæ, Mart. T. II. 291. b. 297. a. 406. b.
— S. Marcelli, Centurionis, T. II. 336. b. 623. b.
— Mariæ, Ancillæ Tertulli, T. II. 292. a.
— S. Mauritii & Sociorum, T. II. 288. b.
— Purgationis Felicis, Episcopi Aptungit. T. II. 309. b. 325. b.
— S. Pontii, Mart. T. 2. 284. b. 292. a. 434. b.
— S. Sabæ Gothi, Mart. T. II. 332. a.
— SS. Saturnini, Dativi, &c. Mart. T. II. 293. b. 295. a. 328. b. 330. b. 629. b. 632. a. 633. a.
— Savini, Episcopi & Mart. T. II. 292. b. 376. b. 435. b.
— Seraphiæ, Virg. & Mart. T. II. 212. b. 430. b.
— Sergii & Bacchi, T. II. 332. a.
— S. Susannæ, T. II. 296. a. 623. b.
— SS. Tarachi, Probi & Andronici, T. II. 423. b. 469. a. 484. b. 535. b.
— SS. Terentii, Aphricani & Sociorum, T. II. 332. a.
— Theodori Amaseni, T. II. 332. a.
— S. Varî, Mart. & Sociorum, T. II. 332. a.
Adamantius, T. II. 93. a.
Ado Viennensis, T. I. 296. b. 665. b. T. II. 432. a. 460. b. 469. b. 485. b. 486. b. 487. a. 505. b.
Adrianus Papa I. T. I. 620. a, b.
Adrichomius, T. I. 321. a.
Ælianus, T. I. 107. a. 126. b. 139. b. 383. b. 418. a. 560. a. 600. a. 607. a. 612. a. 615. a. 616. b. 623. b. 710. b. T. II. 92. b. 139. a 382. a 439. b. 491. b.
Ælius Spartianus, T. I. 65. a. 418. a. T. II. 308. a. 363. a. 364. a. 388. a. 433. b. 468. a. 497. b. 586. a. 642. b. 651. b. 652. b. 670. a. 735. b. 753. a.
Æsopus, T. II. 139. a.
Agathias, T. I. 562. b. 699. b. T. II. 437. b. 440. b. 441. a, b.
Agrariæ rei Sriptores, T. II. 282. a. 361. b. 370. a. 378. b. 381. a. 476. a.
Albaspinæus, T. II. 513. a.
Albertus magnus, T. I. 641. a. 665. a. 711. a.
Alciatus, T. I. 279. b. 296. a. 297. a. 610. a. 612. b 655. b. T. II. 349. b.
Alcinoüs, T. I. 23. a.
Alexander Papa I, T. I. 688. a.
Alexander Alensis, T. I. 622. b. 628. a. b. 630. b. 638. b. 639. a. 640. a. 641. a. 654. a. 670. a. 671. a.
Alexander ab Alexandro, T. I. 23. b 65. a. 73. a. 85. a. 170. a 279. b. 412. a, b.

494. a. 610. b. 612. b. 637. a.
Allix, T. II. 535. & p ſſim infrà.
Almageſti, T. I. 195. a.
Almain, T. I. 670. a.
Almenoven (Janſon ab) T. II. 186. a. 193. b. 195. a. 197. a. 200 a. 206. b. 213. a. 214. a. 215. a. 234. b. 240. a. 243. b. 245. a.
Alphonſus de Caſtro, T. I. 217. a. 354. a. 683. b. 691. b. 704. a.
Ambroſius (S.) T. I. 37. a. 144. a. 152. b. 154. a, b. 168. b. 248. b. 255. a, b. 276. b. 294. a. 298. b. 348. b. 359. a. 377. b. 407. a. 418. b. 462. b. 471. b 491. a. 501. b. 556. a. 599. a. 603. a. 627. b. 628. a. 630. b. 632. b. 636. a. 639. a, b. 653. a. 663. b. 667. b 671. b. 682. a, b. 688 a. 691. b. 698. b. 700. b. 703. b. T. II. 74. a. 138. b. 193. b. 196. b. 240. b. 286. a. 338. b. 362. a. 373. a. 479. a. 503. b. 540. b. 602. b. 633. b. 676. b.
Ammian. Marcellinus, T. I. 92. a. 175. b. 176. a. 328. a. 553. b. 560. a. 562. b. 699. b. T. II. 286. a. 287. b. 290. b. 291. b. 295. b. 344. a. 360. a. 364. b. 365. a. 370. b. 372. b. 374. b. 376. a. 381. a. 383. a, b. 384. a, b. 386. b. 387. a. 388. a, b. 417. a. 422. a. 433. a, b. 438. a. 439 a. 440. b. 441. a. 442. a, b. 444. b. 445. a, b. 448. b. 449. a, b. 452. b. 457. a. 461. b. 463. a. 465. a, b. 467. b. 469. b. 479. a, b. 480. a. 481. a. 486. a. 492. b. 497. a. 504. a. 505. a, b. 507. a. 519. b. 522. a. 578. b. 657. b. 661. a. 670. a. 561. a. 727. a. 729. a, b. 749. b.
Ammonius, T. I. 621. b. T. II. 493. b.
Amos Propheta, T. I. 327. 618. a. 667. a. T. II. 35.
Anacreon, T. I. 526. a. T. II. 98. b.
Anaſtaſius Bibliothecarius, T. I. 665. b. T. II. 248. a. 341. b.
Anaxagoras, T. I. 9. b. 16. a. 18. 430.
Andreas Cæſarienſis, T. II. 362. b.
Andreas Patricius, T. I. 79. b. 609. a, b. 611. a. 649. a. 651. a. 654. b. 686. a. 689. b. 692. b. 707. a.
Angeloni (Franciſcus) T. II, 438. b. 475. a.
Anſbertus, T. I 700. b. 701. a.
Anſelmus (S.) T. I. 276. b. 628. a. 644. b. 665. b. 666. a.
Anthologia, T. II. 461. a.
Antimachus, T. I. 24. a.
Antoninus (S.) T. 666. a. 702. a.
Antoninus Martyr, T. II. 447. b.
Antoninus Philoſophus, T. I. 237. a. 239. b. 505. b. T. II 423. a. 477. b.
Antonius Auguſtinus, T. I. 385. b. 598. b. 603. b. 621. a. 685. b. T. II. 349. b. 350. a. 360. b. 372. b. 395. b. 396. a. 482. a.
Aphtonius, T. I 76. a.
Apollinarius, T. I. 632. b.
Apollodorus, T. I. 25. 38. b. 40. a. 75. b. 107. b. 603. b. 604. a, b. 608. b. 609. b. 614. a. 615. a. 616. b. 617. a. T. II. 174.
Apollonius, T. I. 38. a. 39. b. 44. b. 58. a. 246. b. 251. b. 605. b. T. H. 422. a.
Apollonii Scholiaſtes, T. I. 55. a. 58. a. T. II. 422. a.
Appianus, T. I. 129. b. 142. b. 156. b. 446. b. 616. b. 626. a. T. II. 404. a. 435. a. 459. a. 480. a. 586. b.
Apuleius, T. I. 9. b. 16. b. 19. b. 23. a. 27. b. 37. a. 45. a. 50. b. 52. a. 72. b. 125. a, b. 175. a, b. 179. b. 222. a. 309. a. 328. a. 347. a. 415. b. 462. b. 477. b. 509. a. 552. a 557. a. 567. a. b. T. II. 98. b. 99. a. 232. a 376. b. 387. a. 389. b. 414. a. 433. b. 451. a. 466. a. 484. a. 514. a, b. 515. a. 588. b. 673.
Aquila, T. I. 20. b. 668. a. 671. b.
Arabs Interpres, T. I. 106. a.
Aratus, T. I. 16. b. 158. a. 194. a. 372. b. 373. b. T. II. 48. b. 121. b.
Arboreus (Joannes) T. I. 700. b.
Archytas, T. I. 490. a.
Arethas, T. I. 703. b.
Ariſtides, T. I. 89. a. 359. a. T. II. 477. b. 479. b. 485. a.
Ariſtobulus, T. I. 276. a. 282. a.
Ariſtochius, T. II. 174.
Ariſtœnetus, T. II. 99. a.
Ariſtophanes, T. I. 40. b. 243. a.
Ariſtophanis Scholiaſtes, T. I. 688. b. T. II. 450. a. 485. b.
Ariſtoteles, T. I. 8. b. 17. b. 18. a, b. 19. & *ibid.* a. 37. b. 39. a. 44. a. 46. a. 47. a. b. 89. b. 157. a. 161. & *ibid.* a. 175. b. 193. b. 194. b. 202. a, b, 211. b. 229. a. 248. a. 250. a, b. 255. a, b. 281. a. 291. b. 294. a. 360. a. 383. b. 398. a. 405. a. 420. a. 473. a. 487. b. 489. a. 495. b. 496. a. 497. a. 500. b. 515. & *ibid.* a. 519. a. 528. b. 551. a. 560. b. 565. b. 596. b. 599. b. 600. b. 603. a. 613. b. 622. a. 623. b. 632. b. 634. a, b. 640. b. 642. a. 644. a. 647. a.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

b. 845. b. 851. b. 852 b. 653. a, b. 655. a. 661. b. 689. a. 690. a, b. 691. a. 692. b. 693. b. 694. a. 696. b. 697. a, b. 711. a, b. 712. a, b. T. II. 75. b. 76. a. 85. a. 88. a. 94. a. 96. b. 98. a. 100. a, b. 104. b. 105. b. 106. & *ibid.* b. 107. a, b. 109. a. 111. a, b. 113. b. 118. a. 137. b. 139. a, b. 144. a. 153. a. 157. a. 185. & *ibid.* a. 264. b. 384. a. 366. b. 367. b. 377. a. 466. a. 603. b.

Arnobius, T. I. 11. a. 17. a. 21. a. 36. a, b. 39. a, b. 40. b. 42. a, b. 46. b. 49. a, b. 50. b. 52. a, b. 53. a, b. 62. b. 71. b. 74. b. 75. a. 82. b. 85. b. 87. b. 90. b. 93. a. 95. b. 97. b. 102. b. 103. b. 104. a, b. 105. b. 109. b. 114. b. 116. a, b. 118. b. 127. b. 142. a. 165. a. 179. b. 182. b. 190. a. 245. a. 357. b. 383. a. 384. b. 392. b. 394. a. 395. a. 430. b. 491. b. 492. b. 494. b. 496. a. 525. a. 573. b. 603. a. 605. a, b. 607. a, b. 608. b. 613. b. 614. a, b. 615. b. 616. a, b. 617. b. 619. a, b. 620. a. 622. a. 623. a. 625. b. 637. b. 642. b. 643. b. 682. b. 710. b. T. II. 98. b. 142. a. 196. b. 260. a. 214. a. 286. a. 291. b. 369. a. 371. a. 384. a. 386. a. 406. b. 429. b. 430. a, b. 446. a. 447. a. 449. a, b. 451. a, b. 452. b. 466. a. 485. a. 511. a. 522. b. 540. b. 556. b. 664. a.

Arrianus, T. I. 41. a. 175. b. 347. a. 389. b. T. II. 160. b. 431. b.

Artemidorus, T. I. 97. b. 113. b. 125. b. 516. a. T. II. 121. a.

Asclepiades, T. I. 284. b. 526.

Asclepius, T. I. 178. 509. & *ibid.* a, b. 641. b.

Asconius Pedian. T. I. 481. a. 606. b. 642. b. 648. b. T. II. 365. a. 452. b. 469. b. 571. b. 695. a.

Asterius Amazenus, T. I. 36. a, 51. b. T. II. 430. b. 438. a.

Athanasius, T. I. 33. a. 35. b. 65. a. 93. a. 94. a. 134. a. 414. a. 432. b. 538. b. 632. b. 640. b. 670. b. 688. a. 696. a. T. II. 196. b. 670. a.

Athenæus, T. I. 83. b. 84. b. 104. b. 202. b. 217. a. 239. b. 246. b. 415. b. 417. b. 454. b. 457. a. 607. a. 608. b. 612. a. 637. b. 648. b. 650. b. 651. b. 712. b. T. II. 437. a. 461. a. 626. b.

Athenagoras, T. I. 7. b. 64. a. 93. a. 822. b. T. II. 419. b. 654. b.

Auctor anonymus de Vita Conſtantini, T. II. 474. b.

— Diſſertationis Hiſtoricæ de Viſione Conſtantini, T. II. 500. a.

— Epitomes Temporum apud Scalig. T. II. 437. b. 517. a.

— Etymologici magni, T. II. 431. a. 439. b. 450. a. 485. a.

— Expoſitionis Symboli Apoſtolorum, T. I. 683. a.

— Expoſitionis totius mundi, T. II. 443. b.

— Ignotus de Conſulibus, T. II. 329. a.

— Notarum ad Dictyn Cretenſem, T. II. 666. a.

— De Pontificibus, T. II. 329. a.

— Συναγωγὴ ἰατρικὴ, T. II. 442. b.

— Theſauri Linguæ Latinæ, T. I. 608. a.

— Vitæ S. Artemii, T. II. 337. a.

— Vitæ S. Damaſi, T. II. 492. a.

— Vitæ S. Procopii Mart. T. II. 308. b.

— Vitæ Sept. Severi, T. II. 364. b.

Auguſtinus (S.) T. I. 5. b. 9. b. 10. a, b. 11. a. 14. a. 16. b. 17. a. 18. a, b. 19. a. 24. a. 39. a, b. 41. b. 42. a, b. 50. a. 51. a, b. 58. b. 61. a. 64. a. 65. b. 66. a. 70. a. 73. b. 74. a. 75. a. 76. a, b. 80. a, b. 82. b. 84. b. 85. a, b. 86. a. 87. b. 89. a. 90. b. 91. a. 95. a, b. 97. a. 101. b. 103. b. 105. b. 108. a. 116. a. 118. b. 122. a. 130. a. 131. b. 140. b. 141. b. 144. b. 150. b. 154. 161. a. 163. a. 165. a. 169. b. 171. a. 174. a, b. 175. a, b. 177. a. 178. a, b. 180. a. 181. a. 192. a. 193. b. 195. b. 201. b. 208. a. 212. a. 228. b. 238. a. 239. a. 240. a. 244. a. 245. a. 247. a. 252. b. 254. a, b. 263. b. 264. a 266. a. 268. a, b. 276. a. 283. a. 284. b. 288. a. 290. b. 292. a, b. 294. a, b. 295. b. 297. a. 299. a. 303. b. 304. b. 310. b. 314. a. 316. b. 319. b. 322. b. 323. a, b. 325. b. 328. a. 332. b. 335. b. 339. a, b. 346. b. 348. b 350. a. 353. b. 354. a. 355. a. 459. a. 362. b. 366. a. 371. b. 374. a. 377. b. 389. b. 391. b. 395. a. 403. a. 430. b. 432. b. 438. b. 440. b. 452. 457. b. 467. b. 473. a. 477 a. 483. a. 490. b. 491. a. 492. b. 500. b. 501. b. 503. b. 504. a, b. 506. a. 508. b. 510. b. 519. a. 525. a. 537. b. 539. b. 549. a. 555. a. 556. a, b. 558. a. 560. b 561. a. 573. b. 580. a. 581. a. 599. a. 600. a. 601. a, b. 605. a, b. 607. a. 609. a. 611. a, b. 613. b. 614. a. 623. a. 625. b. 627. b. 628. a. 631. a. 632. a, b. 634. a. 636. a. 637. a, b. 638. b. 640. a, b. 642. a. 643. a. 651. b. 653. a, b. 656. a. 658 b. 660. b. 662. a. 663. a, b. 664. a, b. 665. a, b. 666. a. 667. b. 670. b. 671. b. 681. a, b. 682. a, b. 683. a. 686. b. 688. a, b. 690. 694 a. 697. b. 698. a, b.

699. a. 700. a, b. 703. b. 704. b. 705. b. 706. a. 708. b. 709. a. T. II. 52. a. 56. b. 74. b. 106. b. 117. b. 118. a. 143. b. 144. b. 156. b. 185. a, b. 196. b. 200. a. 280. b. 282. b. 286. b. 292. a. 293. a. 331. a. 337. b. 340. a. 360. b. 362. a, b. 369. b. 377. b. 433. a. 447. a. 485. b. 514. a, b. 545. a, b. 554. b. 564. a. 613. b.
Auguſtinus Eugubinus, T. I. 659. a. 664. a.
Auguſtinus Steuchus, T. I. 14. a. 30. a. 212. b. 284. b. 598. b. 600. a.
Avicenna, T. I. 632. b.
Aul. Gellius, *Vide* Gellius.
Aurel. Victor, T. I. 54. a, b. 55. a. 75. a. 104. a. 635. a. T. II. 189. b. 193. b. 207. b. 217. a. 218. b. 247. b. 248. a. 279. a. 284. b. 286. b. 287. a. 289. b. 290. b. 296. a. 304. b. 305. a. 307. a. 309. a. 311. a. 312. a, b. 315. a, b. 319. a. 320. b. 321 b. 322. a, b. 325. b. 326. b. 329. a. 330. a. 334. a. 335. b. 341. b. 342. a. 343. b. 363. a, b. 364. a. 376. a. 379. b. 400. a, b. 409 b. 412. a. 414. a 415. b. 417. a. 433. a. 435. b. 436. b. 438. a, b. 440. a, b. 441. b. 442. b. 443. a, b. 445. a, b. 457. a, b 459. b. 461. b. 462. b 463. a, b. 464. b. 470. b. 472. a, b. 473. a, b. 475. a. 481. a. 482. b. 487. b. 488. a. 494. a. 496. b. 502. b. 503. b. 505. a. 507. a. 518. b. 572. a. 573. a, b. 574. b. 586. a. 587. a. 589. a. 590. a, b. 591. b. 592. b. 694. b. 599. a. 600. a. 631. b. 639. a, b. 641. a. 645. b. 647. a, b. 670. a. 686. a. 694. b. 699. b. 731. a.
Auſonius, T. I. 17. a. 436. a. 584. b. 613. b. b. T. II. 263. b. 362. b. 366. b. 553. a. 573. a.
Aymo, T. I. 255. b. 639. b. 653. a 700. b. T. II. 444. a. 445. a. 477. b. 484. a, b. 488. a. 492. b. 496. b. 502. b. 507. a.

B.

BACON (Rogerius) T. I. 666. a.
Balæus, T. II. 428. a.
Baldricus Niviomenſis, T II. 27. b.
Balduinus (Franciſcus) T. II. 309. b. 377. a. 521. a 681. b.
Baluzius, T. I. 5. a. 56. b. 93. b. 296. b. 354. 588. b. T. II. 180. a. *& paſſim infrà.*
Banierus, T I. 49. a.
Bannes (Dominicus) T. I. 640. a.
Baronius, T. I. 354. b. 432. b. 599. b. 612. b. 665. a. 682. a. 684. b. 701. a. T. II. 279. b. 282. a. 283. a. 285. b. 293. a. 295. b. 296. a, b. 298. b. 309. b. 311. a, b. 337. a. 342. a, b. 403. a. 421. b. 426. b. 430. a. 500. a. 547. a. 555. a. 583. b. 629. a. 631. a. 689. a.
Barthius, T. I. 3. b. 4. a. 57. a. 83. b. 104. a. 132. b. 320. b. 321. b. 342. b. 347. a. 462. a. 491. b. T. II 50. b. 360. a. 374. a. 435. b. 437. b. 449. a. 452. a. 456. a. 505. a.
Baruch Propheta, T. I. 303. b. 671. b.
Baſilicorum libri, T. II. 340. a.
Baſilius (S.) T. I. 33. a. 36. a. 122. a. 144. a. 154. a. 234 b. 255. a. 300 b. 471. b. 525. b. 546. b. 617. b. 623. a. 627. b. 628. a, b. 630. b. 632. b. 636. a. 640. b. 643. a. 644. a. 653. a. 663. b. 667. a. 670. a. 688. b. 692. a. 694. a. 703. b. 711. a. 712. a, b. T. II. 74. a. 76. b. 130. a. 138. b. 156. b. 196. b. 144. b. 553. a. 624. b.
Baſnagius (Samuel) T. I. 332. b. 333. b. T. II. 184. b.
Battely (Joannes) T. II. 591. b.
Baudelotius de Dairval, T. II. 450. b.
Bauldri (Paulus) T. II. 192. b. *& paſſim infrà.*
Bayle, T. I. 363. b.
Beckius, T. II. 633. a.
Beda, T. I. 255. b. 283. a, b. 295. a, b. 296. a. 556. a. 580. b. 627. b. 628. a. 630. b. 635. a. 636. b. 639. b. 653. b. 656. a, b. 658. a, b. 664. b. 665. a, b. 666. a. 698. b. 699. a.
Bellarminus, T. I. 432. b. 491. a. 507. b. 574. b. 704. b. T. II. 521. b.
Bellonius (Petrus) T. I. 160. b.
Bergerus (Nicolaus) T. II. 518. a.
Bernardus (S.) T. I. 173. b. 335. b. 414. a. 603. a. 638. a. 703. b.
Beroaldus, T. I. 73. a. 610. a, b. 692. b.
Beſſarion Cardinalis, T. I. 599. a. 651. b.
Betuleius, T. I. 24. b. T. II. 88. a. *& multoſque paſſim infrà.*
Beza, T. I. 321. b. T. II. 565. a. 682. b.
Bion, T. I. 7. b.
Birgerus rex, T. II. 380. a.
Blanckardus, T. I. 82. b.
Blaucanus (Joſephus) T. I. 256. a.
Blondellus (David) T. I. 24. a. 26. b. 27. a. 333. a.
Blondus, T. 412. b.
Boccatius, T. I. 573. b. 607. b.
Bocharthus (Samuel) T. I. 37. b. 41. b. 45. a. 49. a. 54. a. 58. a. 108. b. 172. a. 293. a. T. II. 359. b. 4. 382. b. 447. a. 448. a. 497. a.
Boeclerus, T. II. 362. b. 366. b.

www.libnol.com.cn
Digitized by Google

Boethius, T. I. 399. a. 647. a. T. II. 381. a. 532. a.
Boethus, T. I. 669. b.
Boherellus, T. II. 228. a. 250. b. 535. a. & *passim infrà.*
Bollandus (Joannes) T. II. 296. a.
Bonamicus (Franciscus) T. II. 106. b.
Bonaventura (S.) T. I. 574. a. 622. b. 627. b. 629. b. 630. b. 638. b. 639. a. 640. a. 641. a. 654. a. 669. a. 670. a. 681. b. 683. a. 703. a. 711. a.
Bongarsius (Jacobus) T. II. 608. a.
Borrichius, T. I. 100. b. T. II. 391. a.
Bosius, T. II. 351. a. 459. a. 483. a, b. 490. b.
Bosquetus (Franciscus) T. II. 298. a.
Bossuetus, Episc. Meld. T. II. 623. a. 629. a. 651. a. 653. a. 657. b. 673. a. 689. a. 705. b.
Boxhornius, T. I. 83. a.
Braschellus, T. I. 32. b. 170. a. 173. a. 256. b.
Brissonius, T. I. 19. b. 156. b. 598. b. 612. b. 616. b. 648. b. 686. b. T. II. 211. a. 375. b. 377. a. 380. b. 391. b. 441. a. 465. a. 485. a. 691. a.
Brodæus, T. I. 418. b. 603. b. 692. b.
Brouwerus (Christophorus) T. II. 279. a.
Bucherius (Ægidius) T. II. 279. a. 280. a. 313. a. 397. a. 409. b. 429. b. 545. b.
Buchnerus, T. II. 372. a. 376. b. 393. a.
Bucholserus, T. I. 282. b.
Budæus, T. I. 4. a. 25. b. 129. a. 148. a. 194. a. 198. b. 199. b. 279. a. 463. a. 605. b. 608. a. 615. a. 631. b. 632. b. 633. a. 648. b. T. II. 349. b. 378 a.
Bulengerus (Cæsar) T. II. 203. b. 299. a. 363. b. 465. a. 483. b.
Bulteau (Ludovicus) T. I. 68. b.
Burchardus, T. I. 175. b.
Burnetus, T. II. 194. a. 440. a. 594. b. 661. b.

C.

Cæremoniale Episcop. T. II. 625. b.
Cæsar (Julius) *Vide* Julius.
Cæsarius, T. I. 255. a. 653. a.
Cajus Juriscons. T. I. 691. a. T. II. 352. a. 395. b.
Calcagninus (Cælius) T. I. 645. a.
Calepinus, T. I. 170. a.
Callimachus, T. I. 39. b. 43. b. 53. a. 606. b 650. b.
Callimachi Scholiastes, T. I. 419. a.
Callixtus (Georgius) T. II. 362. b.
Callixtus (Nicephorus) T. I. 620. b. T. II. 294. a. 297 a. 301. b.
Calpurnius, T. I. 104. a. T. II. 95. b.
Calvisius (Sethus) T. II. 316. a. 328. a.
Cambdenus, T. II. 217. b. 311. a. 312. b. 313. a.
Cangius (Carolus) T. II. 188. b. 203. b. 209, b. 212. a. 216. b. 231. a. 245. a. 286. b. 292. b. 306. b. 309. b. 312. a. 315. a. 318. a. 326. a. 331. a. 340. a. 366. a. 374. a. 375. a. 398. b. 403. b. 417. b. 438. a, b. 453. b. 454. b. 460. a. 461. a, b. 471. a. 474. a. 478. a. 487. b. 500. b. 501. a. 586. b. 587. a. 611. a. 616. b. 625. a, b. 628. b. 657. a. 670. b.
Canisius, T. II. 298. a. 336. a.
Canterus (Guillelmus) T. I. 603. a. 604. b. 607. a, b. 608. b. 649. a.
Canterus (Theodorus) T. I. 651. a. 659. b.
Canterus (Thomas) T. I. 218. a. 260. b.
Capellus (Jacobus) T. II. 513. b.
Carion, T. I. 656. a.
Carrio (Ludovicus) T. I. 615. a, b.
Carteſius (Renatus) T. I. 194. a, b. 528. b. T. II. 94. a.
Casaubonus (Isaacus) T. I. 33. b. 41. a. 89. b. 98. a. 362. b. 434. b. 502. b. 548. a. T. II. 234. a. 248. b. 282. b. 293. b. 310. b. 311. a. 312. a. 313. b. 326. b. 333. b. 341. b. 362. a. 363. b. 378. a. 424. a. 430. a. 435. b. 437. a. 440. b. 455. b. 458 b. 468. a. 486. a. 489. a. 509. b. 517. a. 652. b. 717. a. 755. b.
Cassianus, T. I. 175. b. 176. b. 627. b. 628. b. 638 b. 639. b. 641. a. 645. a. 672. b. 708. a. T. II. 56. a.
Cassiodorus, T. I. 238. b. 642. b. 665. b. 671. b. T. II. 302. b. 415. b. 455. b. 475. b. 575. a. 590. a. 613. a. 626. b. 710. a.
Cassius Jurisc. T. I. 692. a.
Cassius Severus, T. I. 61. a. T. II. 467. a.
Castalio (Sebastianus) T. II. 274. a. 283. a.
Castellanus, T. II. 485. b.
Catharinus, T. I. 700. b.
Cato, T. I. 51. b. 415. b. 490. a. T. II. 375. a.
Catullus, T. I. 69. a. 604. b. 609. b. T. II. 440. a. 457. a. 458. a. 475. b. 713. b.
Caussinus (Nicolaus) T. II. 251. a.
Cebes, T. I. 435. b.
Cedrenus, T. II. 237. b. 333. b. 343. b. 415. b. 437. b. 461. b. 652. b.
Cellarius, T. I. 2. a. 25. b. 36. a. 56. b. 107. a. 113. a. 128. b. 141. b. 185. a. 199. b.

Digitized by Google

211. b. 214. a. 230. b. 273. b. 291. b. 297. a. 325. a, b. 376. b. 414. a. 424. b. 431. b. 468. a. 469. a. 470. a, b. 473. b. 531. b. T. II. 84. a. 91. b. 95. b. 105. a. 223. a. 242. b. 243. a. 263. a. 380. a.
Cellier (Pater le) T. I. 28. b.
Celsus, T. I. 341. a. 438. b. 480. a. 549. b. 610. a. 689. a. T. II. 101. a. 102. a. 103. a. 104. a. 227. a. 381. a. 382. b. 695. b.
Celsus Jurisc. T. I. 603. b.
Censorinus, T. I. 162. a. 169. b. 175. b. 176. a. 440. b. 441. b. 634. a. 637. a. 645. b. T. II. 105. b. 106. a. 107. a, b. 350. 388. b. 676. b.
Chalcidius, T. I. 17. a.
Chalucius, T. II. 374. a.
Charisius, T. II. 301. a.
Chartarius, T. I. 51. b.
Chevræus, T. II. 441. a, b. 447. b.
Chiffletius (Franciscus) T. II. 278. b. 279. a. 298. b. 314. b. 317. b. 335. b. 337. a.
Chimentelius, T. II. 435. b.
Choulius, T. II. 501. a.
Christmannus, T. II. 429. b.
Christophorsonus, T. II. 230. b. 305. a. 306. b. 319. a. 323. b. 328. b. 330. b. 333. b. 340. b. 347. a. 415. b. 430. a. 515. b. 519. a.
Chronica Georgii Episc. Ambianensis, T. II. 32. b.
Chronicon Alexandrinum, *alias* Paschale, T. II. 284. a, b. 285. b. 293. b. 300. b. 301. a. 305. b. 309. a. 320. a. 327. a. 329. a. 335. a. 397. b. 398. b. 399. a. 400. a, b. 401. a, b. 402. b. 403, b. 415. b. 423. b. 424. a. 436. b. 516. a. 517. a. 555. b. 574. b. 582. a. 617. a. 710. a.
Chronologia Monachi Altussiodorensis, T. II. 481. b.
Chrysippus, T. I. 18. & *ibid.* b. 24. T. II. 148. a.
Chrysostomus (S.) T. I. 85. a. 144. a. 170. b. 171. b. 172. b. 178. b. 241. b. 248. a. 255. a, b. 295. b. 298. b. 332. b. 334. b. 335. a. 423. a. 430. b. 438. a. 471. a. 508. b. 546. a. 628. a. 630. a, b. 635. b. 637. b. 639. b. 641. a. 644. a, b. 653. a, b. 663. b. 666. a. 667. a. 668. a. 670. b. 671. b. b. 688. a. 693. a, b. 703. b. 709. a. T. II. 56. a. 74. b. 248. a. 303. b. 328. a. 342. a, b. 362. a. 428. b. 479. b. 495. a. 553. a. 624. b. 657. a. 676. a. 755. b.
Ciacconius (Petrus) T. I. 22. b. 56. b. 202. b. 599. b. 600. b. 607. a. 608. a. 613. b. 645. a. 646. b. 711. b. T. II. 79. a. 291. a. 371. a.
Cicero, T. I. 4. a, b. 7. a, b. 8. & *ibid.* a, b. 9. b. 11. a. 14. a. 15. a. 17. a, b. 18. a, b. 19. & *ibid.* a, b. 21. a, b. 22. a, b. 23. b. 27. b. 33. b. 35. a. 37. a. 39. & *ibid.* a, b. 40. b. 42. a, b. 43. b. 44. b. 49. a, b. 51. & *ibid.* a, b. 52. a. 53. & *ibid.* b. 58. & *ibid.* a. 59. a. 62. b. 64. & *ibid.* b. 67. & *ibid.* b. 68. 69. & *ibid.* a. 70. a, b. 72. a. 73. b. 74. a. 75. b. 78. b. 79. & *ibid.* b. 82. a. 83. b. 85. b. 86. a. 87. a, b. 91. b. 95. b. 97. a. 102. a, b. 113. b. 117. b. 119. 123. & *ibid.* b. 126. b. 127. a, b. 128. a, b. 131. & *ibid.* a, b. 132. a, b. 134. a, b. 135. a. 137. & *ibid.* b. 138. b. 139. b. 140. a, b. 141. a, b. 142. a. 146. & *ibid.* a, b. 151. b. 152. a. 155. & *ibid.* a, b. 156. a. 160. & *ibid.* b. 162. a. 163. a. 164. a. 165. b. 166. a. 170. a. 175. a. 179. a, b. 180. b. 192. a, b. 194. a, b. 195. a. 197. b. 199. b. 200. a. 201. a. 202. b. 203. a. 204. b. 205. b. 206. a. 207. b. 209. a. 211. b. 212. a, b. 213. a, b. 216. a, b. 217. b. 220. & *ibid.* b. 221. b. 223. a, b. 224. a. 226. & *ibid.* b. 227. b. 228. b. 229. & *ibid.* a. 233. & *ibid.* b. 234. a. 236. b. 237. a. 239. b. 240. a, b. 241. a. 242. & *ibid.* a, b. 243. & *ibid.* a, b. 246. a. 247. a. 248. b. 251. a. 252. a, b. 253. b. 254. a. 257. & *ibid.* a. 258. & *ibid.* a, b. 261. a. 263. b. 264. a, b. 265. a, b. 266. a, b. 267. & *ibid.* a. 269. & *ibid.* b. 281. b. 288. a. 290. a. 291. a. 312. b. 313. b. 314. b. 319. b. 322. b. 339. a. 340. a. 342. a. 343. a. 345. a. 348. a. 352. b. 367. b. 373. a. 374. a. 375. a. 376. a, b. 380. b. 382. a. 383. a. 387. b. 388. b. 391. b. 394. a. 397. a, b. 398. b. 399. a. 402. a. 403. a. 405. a. 407. b. 408. a. 414. b. 416. a, b. 417. b. 418. a, b. 419. b. 420. a. 434. b. 435. b. 438. b. 442. b. 443. b. 446. b. 447. a, b. 448. a, b. 451. & *ibid.* b. 452. a. 454. b. 457. b. 459. a, b. 460. & *ibid.* a. 461. & *ibid.* a, b. 462. & *ibid.* a. 463. & *ibid.* b. 464. a. 465. & *ibid.* b. 466. & *ibid.* a, b. 472. a, b. 476. a. 480. b. 481. a. 482. & *ibid.* a. 484. a. 485. & *ibid.* a. 486. & *ibid.* b. 487. a. 488. b. 489. a. 490. a. 491. b. 502. & *ibid.* a. 505. & *ibid.* b. 506. a. 507. & *ibid.* b. 508. a. 513. a. 514. a, b. 518. a. 519. & *ibid.* a. 520. b. 521. a. 524. a. 525. a. 527. a, b. 528. b. 535. a. 536. b. 537. a, b. 538. b. 539. a, b. 540. & *ibid.* a. 541. & *ibid.* b. 542. b. 544. & *ibid.* b. 545. & *ibid.* b. 549. b. 554. a, b.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

555. & *ibid.* a, b. 558. a. 560. a. 565. b. 575. b. 578. & *ibid.* a. 592. b. 596. a. 598. b. 599. a, b. 602. a. 603. b. 604. a. 605. a, b. 606. b. 607. a, b. 608. b. 609. a, b. 610. a, b. 611. a, b. 612. a, b. 613. a. 615. b. 616. a. 621. b. 624. b. 625. a, b. 626. a. 634. a, b. 638. a. 640. a. 641. b. 642. a, b. 644. a, b. 645. a, b. 646. a, b. 647. a, b. 648. b. 649. b. 650. b. 651. b. 652. a, b. 654. b. 683. a. 686. a, b. 687. a, b. 688. b. 689. a, b. 690. a, b. 691. a, b. 692. a. 693. a. 694. a. 696. a, b. 697. a, b. 698. a. 711. a, b. 712. a, b. T. II. 7. & *ibid.* a. 12. 21. 24. 43. b. 44. a. 52. b. 58. b. 64. a. 72. b. 73. b. 74. & *ibid.* a, b. 75. b. 85. a. 88. a. 91. a, b. 93. a. 95. a. 98. a. 101. a. 108. a. 114. 116. a, b. 119. a. 120. a, b. 125. a. 128. a, b. 131. a. 132. a. 133. a. 137. a. 138. & *ibid.* b. 140. b. 141. a. 142. a, b. 143. a. 144. a. 146. a. 148. a. 149. a. 150. a. 152. a. 153. & *ibid.* a, b. 154. a. 155. a. 156. b. 160. & *ibid.* a. 162. a. 164. & *ibid.* b. 165. a. 166. a. 167. a. 170. a, b. 171. a. 173. b. 174. b. 175. a. 184. b. 195. a. 196. b. 197. b. 198. a. 203. b. 207. a, b. 212. b. 213. a. 214. a. 217. a. 221. a. 222. a. 223. a. 225. a. 237. b. 242. a. 248. a. 280. a. 299. a. 332. b. 341. b. 347. a. 349. b. 351. a, b. 358. b. 359. a. 364. a. 366. a. 367. a, b. 371. a, b. 372. a. 377. a, b. 378. a. 380. b. 381. b. 383. b. 385. a. 386. b. 410. b. 414. a. 428. a. 430. a, b. 437. b. 439. b. 440. a. 445. b. 451. a. 453. b. 458. b. 459. a, b. 468. a, b. 470. b. 474. b. 475. b. 476. a. 478. a, b. 479. a. 481. b. 483. a, b. 485. a. 489. a. 494. a. 502. b. 503. a, b. 506. a. 535. b. 537. b. 539. b. 544. b. 545. a. 565. b, 566. b. 570. a. 576. b. 592. a. 593. b. 604. a, b. 605. a. 607. b. 609. b. 611. b. 624. b. 628. b. 632. b. 633. a. 634. a. 635. a. 637. b. 646. a. 647. a. 650. a. 652. b. 653. b. 655. b. 662. a. 666. a. 668. a. 669. b. 675. a. 677. a. 678. b. 681. a. 685. a. 686. b. 691. a. 692. b. 693. a. 694. b. 697. b. 701. a. 715. b. 723. a. 724. b. 726. b. 732. a. 733. b. 734. a. 736. b. 737. a. 742. a. 745. a. 749. b. 755. a, b.

Ciriacus, T. I. 632. b. 635. a.

Claudianus, T. I. 42. b. 74. b. 99. a. 101. a. a. 108. b. 128. b. 132. b. 176. a. 424. a. 561. b. 572. a. 573. b. 608. b. 625. a. 637. a. T. II. 240. a. 263. b. 265. a, b. 266. b. 267. a, b. 268. a. 269. a. 364. b. 368. a. 377. b. 390. a. 407. b. 455. b. 511. b. 538. b.

Cleanthes, T. I. 8. a. 18. & *ibid.* b. 347. a.

Clemens Alexandrinus, T. I. 7. b. 14. a. 18. a, b. 21. b. 33. a. 36. b. 39. b. 50. a. 87. a. 92. b. 96. b. 105. b. 114. b. 127. b. 161. a. 170. a. 175. b. 276. a. 395. a. 401. a. 415. b. 418. a, b. 560. a, b. 561. a. 562. b. 598. b. 604. b. 605. a. 614. a. 639. a. 645. b. 658. a, b. 663. b. 665. a. 671. b. 699. b. 708. a. T. II. 55, a. 283. b. 449. b. 450. b. 451. b.

Clemens Romanus, T. I. 294. a. 332. b. 418. a. 419. a. 574. b. 601. a. 703. a.

Clemens Papa V. T. I. 622. b.

Clericus (Joannes) T. I. 113. a. T. II. 48. a.

Cluſius, T. I. 35. a.

Cluverius (Philippus) T. II. 322. a. 375. a.

Coccius, T. I. 574. b.

Codex Juris Græco-Romani, T. II. 340. a.

Codex Juſtiniani, T. I. 43. b. 179. b. T. II. 202. a. 300. b. 301. b. 302. b. 308. a. 337. b. 342. b. 399. b. 403. a. 427. a, b. 651. b. 748. b. 749. a.

Codex Theodoſianus, T. I. 42. a. 278. b. 612. b. 620. b. 645. a. T. II. 48. a, b. 98. b. 212. a. 215. a. 298. a. 334. a. 336. a. 338. a, b. 340. a. 342. b. 348. a, b. 459. b. 460. b. 469. b. 482. a. 486. a. 491. b. 503. b. 587. a. 613. b. 627. b. 656. a. 739. a, b.

Cœlius Rhodiginus, *Vide* Rhodiginus.

Cointius (Carolus) T. II. 403. b.

Collatio Carthaginenſis, T. II. 298. b. 340. a.

Colomeſius, T. II. 537. b. 541. a. 542. a. 543. a. 592. a. 616. a. 623. b. 636. b.

Columbus (Joannes) T. II. 183. a. & *paſſim infrà.*

Columella, T. I. 52. b. 87. a. 211. b. 264. b. 392. b. 633. b. 667. b. T. II. 139. b. 383. b. 392. b. 695. b.

Coluthus, T. I. 39. b.

Comeſtor (Petrus) T. I. 636. a.

Commodianus, T. II. 291. b. 298. b. 430. b. 625. a.

Concilium Agathenſe, T. II. 451. b.

—Anthiochenum, T. I. 671. b.

—Arauſicanum, T. I. 708. b.

—Bituricenſe, T. I. 260. b.

—Bracharenſe, T. I. 260. b. 634. b.

—Carthaginenſe, T. I. 492, b. 529. b. 663. b. 688. b.

—Chalcedonenſe, T. I. 669. b.

—Conſtantinopolitanum I. T. I. 669. b.

—Conſtantinopol. IV. T. I. 621. a.

www.ribook.com.cn

Digitized by Google

—Eliberitanum, *al.* Illyberit. T. I. 260. b. T. II. 292. a. 454. b. 512. b.
—Emeritanum, T. I. 260. b.
—Epheſinum, T. I. 688. a.
—Florentinum, T. I. 704. a.
—Francofordienſe, T. I. 621. a.
—Gangrenſe, T. I. 618. a.
—Hiſpalienſe, T. I. 669. b.
—Laodicenum, T. I. 492. b. 618. b.
—Lateranenſe, T. I. 628. a. 629. b. 641. a. 670. b. 688. a.
—Levonicenſe, T. I. 260. b.
—Mediolanenſe, T. I. 260. b.
—Milevitanum, T. I. 635. a. T. II. 498. b.
—Nannetenſe, T. II. 450. b.
—Nicenum I. T. I. 288. b. 300. b. 302. a.
—Nicenum II. T. I. 620. a. 621. a. 640. b.
—Romanum, T. I. 688. b.
—Toletanum, T. I. 634. b. 688. a. T. II. 515. a.
—Triburtinum, T. I. 260. b.
—Tridentinum, T. I. 621. a. 688. a. 704. a. 708. b.
—Turonenſe, T. I. 492. b.
—Viennenſe, T. I. 622. b.
Conſtantinus Harmenopulus, T. II. 340. a.
Conſtantinus M. Imp. T. I. 601. a. T. II. 139. b. 211. b. 284. a, b. 285. a. 295. a. 306. a. 309. b. 341. a. 463. b. 495. a. 578. b. 638. b. 661. a.
Conſtantinus Porphyrogeneta, T. II. 421. b. 462. b. 464. a. 472. b.
Copernicus, T. I. 194. b. 645. a.
Cordemoi, T. II. 112. b.
Cordouâ (Franciſcus de) T. II. 505. a.
Corippus, T. II. 464. a.
Cornarius, T. I. 97. b.
Cornelius Fronto, T. II. 119. b.
Cornelius à lapide, T. II. 347. b.
Cornelius Nepos, *Vide* Nepos.
Cottelerius (Joan. Bapt.) T. II. 181. a. 231. a. 331. a. 394. a.
Covarruvias (Didacus) T. I. 701. a. T. II. 267. a.
Craſſetius (Pater) T. I. 28. b.
Crinitus (Petrus) T. I. 607. a 610. b.
Cujacius (Jacobus) T. I. 612. b. 686. a, b. 711. b. T. II. 79. a. 349. b. 351. a. 395. a.
Cunæus, T. I. 303. a.
Cuperus, T. II. 181. a. *& paſſim infrà.*
Cuſa (Cardinalis de) T. I. 194. b. 645. a.
Cuſpinianus (Joannes) T. II. 237. b. 284. a. 295. a. 329. a. 333. b.
Cyprianus (*S.*) T. I. 19. a. 23, a. 35. b. 39. a. 51. b. 64. a. 65. a. 70. a. 85. b. 86. a. 89. a. 116. b. 143. b. 144. a. 177. a, b. 178. a. 182. b. 205. b. 286. a. 292. a. 294. a. 297. b. 298. b. 304. a. 306. a. 307. b. 320. a. 325. a, b. 327. a, b. 328. a. 344. a. 354. a. 371. a. 379. b. 420. b. 436. b. 462. a. 487. b. 490. b. 492. b. 493. a. 530. b. 573. b. 604. a. 607. b. 608. a. 618. b. 626. b. 627. a. 639. a, b. 641. b. 659. a, b. 660. a. 662. a. 663. a, b. 664. 666. a, b. 667. a, b. 668. a, b. 669. a. 670. b. 671. a, b. 672. a. 681. a, b. 682. 683. a. 684. a. 688. a. 691. b. 706. b. 709. a. T. II. 200. a. 203. a. 217. b. 298. b. 299. a. 358. a. 361. b. 364. b. 372. b. 373. a. 376. a. 383. b. 384. a, b. 386. a. 390. a. 403. b. 512. b. 531. b. 533. a, b. 560. b. 579. b. 617. a. 632. a. 633. a. 655. 673. b.
Cyrillus (*S.*) T. I. 14. b. 15. b. 103. a. 159. b. 341. b. 276. b. 283. a. 289. a. 295. b. 303. a. 403. b. 556. a. 599. a. 602. a. 635. 639. b. 655. b. 658. a, b. 664. a. 665. a. 666. a. 667. a. 668. a. 669. a. 670. b. 671. b. 681. b. 688. a. 694. b. 698. b. T. II. 196. a. 479. b. 637. b.

D.

DALLÆUS (Joannes) T. I. 28. b.
Damaſcenus (Joannes) T. I. 35. a. 213. a. 238. a. 266. b. 600. a. 620. a, b. 621. a. 627. b. 632. b. 638. b. 640. a. 641. a. 669. b. 670. b. 681. a. 700. b. 708. b. T. II. 431. a. 601. b.
Danæus, T. II. 498. a.
Daniel Propheta, T. I. 242. a. 301. *& ibid.* a. 332. a. 388. a. 561. a. 562. a. 563. b. 566. a. 571. a. 618. a. 700. a. T. II. 36. a.
Davenantius, T. I. 230. a.
David Propheta, T. I. 9. b. 13. a. 26. b. 32. b. 59. b. 122. a. 127. a. 130. a. 164. b. 255. b. 290. b. 300. 301. 303. 305. 306. 307. *& ibid.* b. 310. a. 315. 316. 321. b. 323. 325. 326. 327. a. 329. 346. b. 421. b. 425. a. 438. b. 451. b. 466. b. 472. a. 477. a. 483. a, b. 505. b. 510. b. 525. a. 526. a. 536. a, b. 537. b. 546. a. 556. b. 558. b. 569. b. 571. a. 575. b. 622. a. 624. a. 636. a. 653. b. 664. b. 667. a. 671. a. 691. a. 693. a. 699. a. T. II. 30. 34. 36. 48. 55. *& ibid.* a, b. 56. b. 67. 364. a. 389. a. 532. b. 723. b.
Daviſius, T. II. 3. a. 12. b. 19. b. 48. a.
Dauſquius, *al.* Dauſqueius, T. II. 211. a. 375.

Digitized by Google

375. a. 653. b. 665. b. 666. a. 667. a.
Decreta Pontificum, T. I. 452. a. 703. b.
De Dieu (Ludovicus) T. I. 322. a.
Demetrius, T. I. 282. a.
Demosthenes, T. I. 83. b. 452. a.
Dempsterus, T. I. 19. b. 24. a. 72. a. 75. a. 83. a. 86. a, b. 90. a. 91. b. 95. b. 98. a. 104. b. 139. b. 223. b. T. II. 367. a.
Dialogus de claris Oratoribus, T. II. 337. a.
Dickinson, T. I. 60. b. T. II. 337. a.
Dictys Cretensis, T. I. 258. b. T. II. 721. a.
Didymus, T. I. 106. 107. 632. b. T. II. 13.
Digesta, T. II. 295. b. 310. a. 663. b.
Dio Cassius, T. I. 20. b. 89. a. 176. a. 368. a, b. 415. b. 610. a. T. II. 48. a. 187. b. 283. b. 303. b. 329. b. 362. b. 368. b. 373. a, b. 376. a. 390. a. 404. a. 409. b. 415. a. 425. a, b. 430. b. 431. b. 465. b. 467. a. 497. b. 516. b. 530. a. 616. b. 725. b.
Dio Chrysostomus, T. II. 448. b. 449. b.
Diodorus Siculus, T. I. 36. b. 37. a. 38. a. 39. a, b. 41. a. 47. b. 54. b. 60. & *ibid.* a. 74. b. 75. b. 80. a, b. 81. b. 94. b. 96. a. 98. a. 103. a. 106. b. 125. a. 160. b. 172. b. 222. a. 254. b. 293. b. 418. a, b. 559. b. 560. a, b. 561. a. 603. b. 604. a, b. 607. b. 608. a. 611. a. 614. b. 615. a. 625. a. 634. a. 638. a. T. II. 437. a. 497. b. 626. b.
Diodorus Tharsensis, T. I. 637. b. 644. b.
Diogenes, T. I. 459. a. T. II. 114. a.
Diomedes. T. II. 112. b. 113. a. 369. b. 383. b. 446. b.
Dionysius Alexandrinus, T. I. 599. b. 620. b. 630. b. 641. a. 643. a. 670. b. 704. b. T. II. 437. b. 479. b.
Dionysius Halicarnassæus, T. I. 25. b. 26. a. 27. a. 54. b. 66. a. 71. a, b. 91. b. 93. a. 97. a. 101. b. 102. a. 103. a. 104. b. 138. b. 140. a, b. 141. b. 146. a. 368. b. 412. b. 453. b. 454. b. 601. a. 602. a. 607. a, b. 609. a. 611. b. 614. a. 625. b. 626. a. 642. b. 690. a. T. II. 48. a, b. 106. b. 232. a. 450. b. 452. b. 453. b. 719. a.
Dioscorides, T. I. 507. a. 693. a. T. II. 396. b.
Dodwellus, T. II. 204. b. 230. b. 283. b. 294. a. 297. a. 298. a. 342. a. 398. b. 406. b. 409. a. 432. b. 515. a. 521. a. 561. a, b. 575. a. 576. b. 578. b. 580. b. 583. b. 584. a. 586. b. 590. a. 600. a. 605. a. 606. b. 607. a. 612. a. 628. b. 631. b. 633. a. 635. b. 639. a. 650. b. 651. a. 658. a. 659. b. 668. b. 671. b. 673. a. 699. a. 710. a. 711. a, b. 715. a. 716. b. & *passim infra.*
Donatus, T. I. 494. a. 507. a. T. II. 472. b. 521. b. 593. b.
Donius (Joannes-Bapt.) T. II. 489. b.
Dorotheus, T. I. 282. a.
Douza (Franciscus) T. I. 278. b. 384. b.
Drusius, T. I. 20. b. 170. a. 293. 294. a. 319. a.
Duarenus, T. I. 73. a. 610. b.
Du Cange, *Vide* Cangius.
Duns (Joannes) *Vide* Scot.
Dupin (Elias) T. I. 28. b.
Durandus, T. I. 639. a. 640. a. 654. a. 670. a.
Durantius (Jacobus) T. I. 684. a.

E

EGESIPPUS, *Vide* Hegesippus.
Elias Cretensis, T. I. 95. a. 255. a, b. 644. a. 653. a.
Elias Propheta, T. I. 207. 688. b.
Elmenhorsthius (Gebhartus) T. I. 7. a. 8. b. 16. b. 18. a, b. 35. b. 36. b. 38. a. 39. a. 41. a. 43. b. 75. a. 83. b. 103. b. 115. a. 310. b. 314. b. 359. b. 379. b. 491. b. 573. b. T. II. 135. a. 291 b. 373. a.
Empedocles, T. I. 165. 632. b. T. II. 118.
Ennius, T. I. 50. 52. 56. 61. 62. 69. b. 70. & *ibid.* b. 78. 94. a. 359. b. 385. a. T. II. 9. 91. a. 152. 366. b. 600. b. 667. a. 681. b.
Ephrem (S.) T. I. 700. b.
Epicharmus, T. II. 396. a.
Epictetus, T. I. 8. a. 16. b. 87. b. 249. a. 445. b. 506. a.
Epicurus, T. I. 7. 216. b. 232. a. 235. b. 261. 515. 553. 646. 650. a. T. II. 25. 114. a. 132. 161. 163.
Epiphanius (S.) T. I. 7. a. 16. a, 36. b. 42. b. 46. a. 47. b. 51. a. 53. a. 105. b. 127. b. 134. b. 165. b. 171. a. 177. a. 178. b. 195. b. 198. b. 202. a. 217. a. 238. a. 248. a. 250. b. 282. a. 298. b. 300. b. 304. a. 332. b. 339. b. 354. a. 365. a. 432. b. 520. a. 525. b. 558. b. 571. b. 605. a. 607. b. 621. a. 622. b. 627. b. 632. a. 641. b. 665. b. 672. a. 684. b. 688. b. 694. b. T. II. 142. a. 143. b. 153, b. 485. b. 547. a. 549. b.
Epiphanius Scholasticus, T. II. 306. b. 319. a.

Eraſmus (Deſiderius) T. I. 126. b 148. a. 199. b. 215. b. 246. b. 259. b. 261. b. 339. b. 473. b. 603. b. 610. b. 683. b. T. II. 72. a, b. 73. a. 86. 97. b. 104. b. 344. b. 360. a.
Eratoſthenes, T. I. 25. 195. a. 254. a. 652. b. T. II. 456. a.
Erizzus, T. II. 374. a. 429. b. 505. a
Eſaias Propheta, T. I. 13. a. 255. b. 276. b. 298 & *ibid.* a, b. 300. & *ibid.* a, b. 301. & *ibid.* a, b. 303. 304. 305. 311. 316. 318. 322. 323. 325. 331 351. b. 411. b. 412. a. 457. a. 467. b. 472. a. 503. a. 558. b. 569. b. 580. b. 581. a. 585. a. 618. a. 653. b. 667. b. 681. b. 705. a. 709. b. T. II. 32. 34. 36. 57. 67. 68.
Eſdras, T. I. 292. b. 297. 324. 558. a. T. II. 36. 574. b.
Eſſarts (Dominus Des) T. I. 591.
Eſtheræ Liber, T. I. 563. a. 671. a.
Eſtius, T. I. 144. a. 174. a.
Evagrius, T. I. 419. a. 620. a. T. II. 615. b. 616. b.
Eucherius, T. II. 324. b. 676. b.
Eugippius, T. I. 580. a.
Euhemerus, T. I. 49. 57. 76. 107. T. II. 9. 10. 14. 152.
Eumenius, T. II. 286. b. 312. b. 313. a, b. 322. a. 323. a. 324. b. 330. a. 421. b. 422. a, b. 423. a. 439. b. 442. a. 460. b. 461. a. 470. b. 471. b. 479. a. 494. b. 503 b. 595. a. 673. a.
Eunapius, T. I. 367. a. 596. a.
Evodius Upſalenſis, T. II. 332. b.
Eupolemus, T. I. 282. a.
Euripides, T. I. 24. b. 38, b. 39. b. 52. a. 76. a. 156. b. 197. b. 217. a. 242. b. 243. a. 252. a. 347. a. 399. b. 415. b. 458. a. 505. b. 609. b. 645. a, b. 651. a. T. II. 259. b. 364. b. 424. b. 439. b.
Euſebius, T. I. 5. a, b. 15. a. 17. a. 22. a. 25. b. 35. b. 47. a, b. 50. a. 61. a. 64. a. 82. b. 83. b. 93. a. 94. b. 96. a. 102. a. 108. a, b. 116. a, b. 125. b. 135. a. 136, a. 168. b. 174. a. 175. a. 211. a. 218. b. 247. a 248. a. 250. b. 276. a. 282. b. 283. b. 284. a. 290. b. 295. a, b. 298. b. 300. b. 304. a. 306. b. 308. a, b. 310. b. 317. b. 339. b. 346. b. 347. b. 353. b. 365. a. 390. a, b. 417. b. 432. b. 458. a. 515. a. 537. a. 558. a. 560. a. 579. b. 581. b. 588. b. 597. b. 599. a. 601. b. 606. b. 607. b. 612. a. 614. a. 615. a. 618. a, b. 619. a. 620. b. 623. a. 631. a. 639. a. 640, a. 655. a, b. 658 a. 658. a, b. 659. a. 663. a, b. 664. b. 665. a. 671. b. 672. b. 684. b. 686. a. 688. b. 692. b. 699. b. 704. b. 705. b. T. II. 142. a, b. 143. a, b. 187. a, b. 188. a. 189. a. 191. a. 197. a, b. 198. b. 200. a, b. 201. a. 202. b. 205. b. 212. b. 217. a. 223. a. 224. b. 226. b. 229. a, b. 232. a, b. 239. b. 240. b. 243. a, b. 244. a, b. 245. a, b. 246. a, b. 248. a. 279. a. 281. b. 283. b. 284. a, b. 285. a. 287. a, b. 290. a. 291. b. 292. b. 293. a, b. 294. a, b. 295. a. 297. a, b. 298. a. 299. b. 300. a. 303. b. 305. a, b. 306. a. 308. a. 309. a. 310. b. 312. a, b. 313. a. 315. a. 316. b. 319. a. 323. b. 324. b. 325. a, b. 326. b. 328. a, b. 329. b. 330. b. 331. a, b. 334. a, b. 336. b. 339. a, b. 340. a, b. 341. a, b. 343 a. 347. a. 348. a. 363. a. 373. b. 381. b. 382. a, b. 384. a. 387. b. 388. a, b. 390. b. 391. a. 393. a. 398. b. 405. b. 409. b. 412. b. 413. b. 416. b. 423. b. 431. b. 433. a. 436. a, b. 437. b. 441. b. 473. a, b. 476. a. 478. a. 479. b. 481. b. 482. a. 483. b. 484. a, b. 488. b. 491. a, b. 492. b. 495. a, b. 496. a. 497. b. 500. a. 502. b. 503. a. 504. b. 509. a. 515. b. 516. a, b. 519. a, b. 520. a, b. 522. b. 541. a. 554. b. 555. b. 559. a. 563. a. 565. a. 567. b. 573. a, b. 576. a. 577. a, b. 580. a. 583. b. 584. b. 585. a. 606. a, b. 607. b. 612. a. 613. a. 617. a. 618. a, b. 623. a, b. 624. a. 629. a, b. 631. a. 632. a. 642. b. 645. a. 650. b. 673. a. 691. b. 694. b. 699. a. 700. b. 701. b. 705. a. 706. b. 707. a. 708. a. 709. a. 713. b. 715. a. 717. a. 718. a. 732. a. 738. b. 746. a, b. 749. a. 750. b. 751. b. 752. a. b. 755. b.
Euſebius Cæſarienſis, T. I. 296. b. 665. b.
Euſebius Emiſſenus, T. I. 401. a. 644. b. 670. b.
Euſtachius, T. II. 100. a. 103. a.
Euſtathius, T. I. 72. b. 101. b. 645. b. T. II. 392. a. 434. b. 450. a. 467. b. 493. b.
Euthymius, T. I. 255. b. 653. a. 663. b. 664. a 681. a. 703. b.
Eutropius, T. I. 129. b. 182. b. 454. a. 477. b. 608. a. 655. b. T. II. 190. a. 191. b. 194. a. 198. a. 202. a. 207. b. 218. a. 219. b. 238. b. 285. a. 286. a. 287. b. 289. a, b. 292. b. 297. b. 299. b. 306. b. 308. a. 309. a. 310. b. 315. b. 319. a. 322. a. 324. b. 329. a. 330. a. 335.

www.libnul.com.cn

Digitized by Google

a, b. 341. b. 363. a. 364. a. 365. b. 370. b. 401. a. 415. b 422. b. 433. a. 437. b. 438. b. 440. b. 441. b. 442. a, 443. b. 444, a. 445. a. 455. b. 457. b. 458. a. 462. b. 463. a. 472. a, b. 473. a. 474. b. 477. a. 480. a. 495. b. 499. a. 574. b. 581. a 590. a. 592. b. 595. a, b. 599. a, b. 613. a. 630. b. 640. a. 649. a. 655. a. 678. a. 681. a. 686. b. 688. b. 732. b. 741. a.
Eutychius, T. I. 333. b. T. II. 248. a. 328. a. 332. a 341. b. 343. b.
Eutymius Zygabenus, T. II. 447. b.
Extravagantes, T. I. 704. a. T. II. 286. a.
Ezechiel Propheta, T. I. 41. b. 183. a. 298. a. 388. a. 457. a. 481. a. 483. b. 503. a. 507. a. 584. a. 585. a. 706. a. 710. b. T. II. 55. b. 56. 57. 59. 68. 723. b.

F

FABER (Petrus) T. I. 176. a. 340. a. 343. a. 504. a. 643. b. 652. a. T. II. 451. a.
Fabius Victorinus, T. I. 340. a.
Fabricius, T. I. 170. a. 333. a. T. II. 120. a. 251. b. 351. b.
Fasti Alexandrini, T. II. 673. b.
Fasti Idaciani, T. II. 217. a. 279. a. 286. b. 299. b. 300. b. 301. a. 305. b. 306. a. 307. b. 308. a. 309. a. 313. a. 314. b. 320. a. 325. b. 326. a. 329. a. 330. a, b. 334. a, 335. b. 336. a. 398. a. 426. a. 460. a. 595. a. 648. a. 649. a. 650. b. 673. b. 689. b. 710. a.
Faure (Antonius) T. II. 291. a.
Feneſtella, T. I. 27. 412. b. 625. b. T. II. 174.
Fenellonius, T. II. 74. a.
Fernel, T. I. 641. a.
Ferrarienſis, T. I. 627. b.
Ferrarius, T. II. 438. a. 456. a.
Ferretius, T. II. 366. b.
Feſtus (Pompeius) 43. b. 46. a. 50 a. 57. a. 82. a. 87. a. 101. a. 102. b. 118. a. 159. a. 223. a. 242. a. 507. b. 611. b. 613. b. 625. b. 632. b. 633. a. 642. b. 692. a. T. II. 102. b. 103. a. 366. a. 369. a. 441. b. 451. a. 452. a. 469. a. 477. b. 483. a. 490. a. 603. b. 604. a, b. 612. a. 635. b. 694. a. 715. b.
Feſtus Rufus, *Vide* Rufus.
Ficinus (Marſilius) T. I. 600. a. 670. a.
Firmicus (Julius) T. I. 75. a. 97. a. 132. a. 134. a. T. II. 422. a 464. b. 479. b. 536. b.
Flaccus Siculus, T. II. 370. a.
Flaminius de Nobilibus, T. I. 656. a.
Florus, T. I. 70. b. 91. b. 129. b 136. b. 142. b. 197. b. 454. a. 461. b. 626. a. T. II. 118. b. 247. a. 368. a. 379. a. 469. b. 470. b. 481. b. 506. b. 572. a. 586. b. 593. b. 689. b. 728. b.
Fornerius (Guillelmus) T. I. 692. a.
Fornerius (Rad.) T. II. 431. b. 462. b. 465. a. 467. b.
Fourmont (Dominus) T. I. 22. a. 51. b.
Fragmentum S. Ambroſii, T II. 350. a.
Fragmentum de Conſtantio Chloro, T. II. 216. b. 220. a. 226. b. 243. b. 248. a. 286. a. 304. b. 305. b. 307. b. 309. a. 312. a. 315. a. 316. b. 318. a. 319. a. 320. b. 325. b. 326. b. 327. b. 329. b. 330 a. 335. b. 336. a. 338. a. 339. b. 343. a. 379. b. 422. a, b. 658. b. 668. b. 734. b.
Franciſcus Floridus, T. I. 685. a.
Francius (Petrus) T. I. 3. b. T. II. 48. b. *& ubique paſſim infrà.*
Francolinus (Marcellus). T. I. 296. a, b. 665. b. T. II. 281. b. 348. b. 394. b.
Freculphus, T. II. 356. b.
Freherus. T. II. 425 a.
Freinshemius, T. I. 108. b. T. II. 375. a. 455. b.
Frigellius (Edmundus) T. II. 89. b.
Frontinus (Julius) T. I. 613. b.
Fulgentius, T. I. 38. a. 40. b. 45. b. 46. b. 48. b. 58. b. 76. b. 158. b. 222. a. 430. b. 608. b. 688. a. T. II. 445. b. 604. b.
Fullerus, T. II. 369. a.
Fulvius Urſinus, T. I. 66. a. T. II. 364. b.

G

GABRIEL, T. I. 670. a.
Gæſius, T. II. 378. b.
Gale (Thomas) T. II. 534. a. *& paſſim infrà.*
Galenus, T. I. 18. a. 80. b. 150. b. 162. b. 194. a, b. 198. a. 216. b. 228. b. 234. b. 253. a, b. 263. a. 267. a, b. 550. b. 617. b. 623. a. 633. a. 692. a. 711. a. 712. a, b. T. II. 76. a. 83. a. 95. b. 96. b. 100. a. 102. a, b. 107. a, b. 112. b. 113. b. 157. b.
Gallæus (Servatius) T. I. 4. a. T. II. 44. b. *& ubique paſſim infrà.*
Gallonis Conſtitutiones, T. I. 260. b.
Gallonius, T. II. 203. b. 373. b. 454. a.

Digitized by Google

456. a. 469. b.
Gassendus, T. I. 202. a. T. II. 500. a.
Gatakerus, T. I. 238. a. 244. a. 505. b. 506. a. 520. a. T. II. 91. b. 93. a. 118. a.
Gaudefridus, T. II. 99. b. 103. a.
Gaza (Theodorus) T. II. 157. a.
Gelasius Papa I. T. I. 260. b. 491. a, b. 669. b. 691. b. T. II. 310. a.
Gellius (Aulus) T. I. 4. b. 25. b. 26. a. 50. a. 51. b. 104. b. 118. a. 167. a. 199. b. 203. b. 213. a. 227. b. 235. b. 241. a. 247. b. 257. b. 258. a, b. 281. a. 359. b. 397. b. 440. b. 454. a. 463. a. 489. b. 494. b. 556. b. 590. a. 601. a. 611. b. 621. b. 633. b. 635. a. 645. b. 650. b. 654. a, b. 682. b. 686. b. 707. a. T. II. 19. *& ibid.* b. 98. b. 113. a. 134. b. 167. b. 351. b. 359. a. 360. b. 451. a. 456. a. 467. a. 469. b. 491. a. 666. a.
Genebrardus, T. I. 32. b. 81. b. 656. a, b.
Gennadius, T. I. 627. b. 635. b.
Gentilis (Scipio) T. I. 611. a.
Georgius, *al.* Gregorius, *vel* Theodorus Metochita, T. II. 556. b.
Georgius Trapezuntius, T. I. 599. a.
Germanicus Cæsar, T. I. 42. b. 46. a. 57. 97. a. 100. 373. a. b. 374. a. T. II. 311. a.
Germanici Scholiastes, T. II. 456. a.
Germanus Constantinopolitanus, T. I. 556. a. 698. b.
Gesta Pontificalia, T. I. 18. b. T. II. 296. b.
Gesta Purgationis Cæciliani & Felicis, T. II. 293. b.
Girona (Antonius) T. II. 263. a.
Glareanus, T. I. 290. b. 601. b. 617. b. 663. a. 699. b. T. II. 360. b.
Glossæ veteres, T. I. 46. b. 82. a. 362. a. 419. b. 639. a, b. T. II. 318. a. 360. b. 366. b. 367. a. 368. a. 378. a, b. 380. b. 384. a. 390. a. 391. b. 406. b. 452. b. 587. a. 602. b. 624. b. 636. b. 652. a. 724. b.
Glossaria Labbæi, *Vide* Labbæus.
Goltzius, T. II. 230. a. 248. b. 363. b. 501. a. 518. a. 709. b. 736. b.
Gonzalez, T. II. 455. a.
Gothofredus (Jacobus, *al.* Dionysius) T. I. 5. b. T. II. 165. a. 206. b. 215. a. 279. a. 304. a. 309. b. 310. a, b. 318. a. 338. a. 349. b. 386. b. 443. b. 451. b. 459. b. 467. b. 469. b. 482. a. 486. a. 489. a. 491. b. 500. a. 664. b. 739. b.
Grævius, T. II. 205. a, b. 211. b. 227. a, b. 232. a, b. 245. a, b. 247. a. 250. b. 428. a. 458. b. *& passim infra.*
Granatensis, T. II. 74. a.
Gratianus, T. I. 462. b. 491. a. 691. b.
Gregorius De Arimin. T. I. 628. a. 646. a.
Gregorius Magnus, T. I. 144. a. 430. b. 462. b. 471. a. 491. a. 506. a. 620. a. 621. a. 628. a. 630. b. 631. b. 640. a. 641. b. 688. a, b. 700. b. 703. a, b. T. II. 362. b.
Gregorius Nazianzenus, T. I. 35. b. 36. b. 105. b. 239. a, 255. a, b. 430. b. 614. a. 627. b. 632. b. 641. a. 653. a, b. 663. b. 670. b. 688. a. T. II. 74. b. 196. b. 359. b. 363. b. 368. b. 371. b. 382. b. 386. a. 388. b. 433. b.
Gregorius Nyssenus, T. I. 117. a. 152. b. 618. b. 622. a. 631. a. 708. b. 711. a. 712. a, b. T. II. 71. b. 75. b. 76. b.
Gregorius Papa XI. T. II. 332. b.
Gregorius Turonensis, T. II. 414. b.
Gronovius, T. I. 12. b. 25. b. 78. a. 79. b. 158. b. 451. b. T. II. 212. a. 227. b. 265. a. 359. a. 365. b. 366. a. 367. a. 373. a. 374. a. 376. a. 377. b. 378. b. 383. a. 386. a. 389 b. 486. a. 513. a. 526. b. 528. b. 540. b. 607. a. 616. b. 617. a. 637. a. 684. b. 740. b.
Grotius, T. I. 92. b. 159. a, b. 167. b. 337. a, b. 559. a. T. II. 359. b. 364. b. 482. a.
Gruterus, T. I. 66. a. 86. a, b. 90. a. 97. b. 463. b. 498. b. 611. a. T. II. 208. b. 242. a. 291. b. 307. a. 308. a. 318. a. 366. b. 369. a, b. 370. b. 375. a. 376. b. 400. b. 411. a, b. 413. b. 429. b. 430. b. 434. a, b. 439. a. 443. b. 446. b. 452. b. 480. b. 482. a. 504. b. 510. b. 514. a. 562. a. 723. a.
Guillelmus Parisiensis, T. I. 628. b.
Gutherius (Jacobus) T. II. 450. a. 459. a. 483. a. 504. a.
Gyraldus (Gregorius) T. I. 25. a. 51. b. 65. b. 66. a, b. 107. b. 170. a. 600. a, b. 606. b 609. a. 612. b. 614. b 637. a.

H

HADRIANUS, *Vide* Adrianus.
Haloander, T. II. 360. b.
Hankius, T. II. 673. b.
Harduinus (Joannes) 396. b. 397. a. 416. a. 439. a. 449. b. 482. a. 510. b. 514. b. 516. a. 676. b.
Harpocration, T. II. 450. a.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

Harvæus (Guilielmus) T. II. 107. a.
Haymo, *Vide* Aymo.
Hecquetius, T. II. 99. b. 100. b. 103. a. 106. b. 112. a. 121. b.
Hegesippus, T. I. 95. a. 255. a, b. 644. a. 653. a. T. II. 360. b. 367. a. 371. b. 375. a. 383. b. 392. a, b. 429. b. 431. b. 543. b. 559. b. 564. b.
Heinsius (Nicolaus) T. II. 190. b. 203. b. 236. b. 250. b. 263. b. 265. a. 268. a. 269. a, b. 356. b. 360. a. 370. b. 378. a. 385. a. 390. a. 467. a. 511. b. 538. b. 582. a. 591. b. 631. b. 659, a. 660. a. 665. b. 667. b. 670. b. 683. a, b. 691. a. 699. b. 701. a. 702. a. 703. & *passim infra*.
Heliodorus, T. I. 389. a.
Helladius, T. II. 382. b.
Henschenius, T. II. 294. b. 297. a. 397. a.
Heraclides Ponticus, T. I. 26. 58. b. 475. b.
Heraldus (Desiderius) T. I. 44. b. 96. b. 115. a. 127. a. 190. a. 299. b. 314. a. 516. a. 625. a. T. II. 293. b. 384. a.
Hermannus (Conradus) T. I. 617. b. 656. a. 664. b.
Hermes, T. I. 23. a. 153. 160. 174. 178. 284. 286. 289. 524. 542. 552. T. II. 30. 153.
Hermias, T. I. 17. a.
Hermippus, T. I. 276. a.
Hermolaus Barbarus, T. I. 601. b. 608. a. T. II. 421. b.
Herodianus, T. I. 42. b. 65. a. 74. b. 140. b. T. II. 190. a. 362. b. 368. a. 369. a. 387. b. 413. b. 449. a. 462. a. 466. a. 469. a. 489. a. 673. b. 732. b.
Herodotus, T. I. 47. b. 69. b. 96. a. 108. b. 125. a, b. 131. b. 135. a. 238. a. 304. b. 417. b. 418. b. 419. a. 521. b. 548. a. 560. a, b. 604. b. 605. a. 615. a. 667. a. T. II. 292. b. 369. a. 382. a. 441. a. 447. a. 493. b.
Herwartus (Joan. Fredericus) T. II. 303. a. 312. b. 313. b. 314. b.
Hesiodus, T. I. 16. & *ibid.* a, b. 42. b. 44. b. 54. a. 59. a. 97. a. 103. a. 146. a. 174. 175. a, b. 278. a. 372. b. 435. a. 503. b. T. II. 17. 48. b. 73. b. 702. b.
Hesychius, T. II. 372. b. 444. a. 447. b. 448. a. 450. a. 467. b. 477. b. 538. b.
Heumannus, T. I. 15. a. T. II. 9. a, b. & *utrobique passim infra*.
Hierocles, T. I. 9. b.
Hieronymus (S.) T. I. 5. b. 6. a. 13. a. 16. b. 20. a, b. 36. b. 71. a. 75. a. 76. b. 83. a. 88. b. 125. b. 143. b. 144. a. 150. b. 170. a. 171. a. 173. b. 175. b. 183. a. 232. a. 238. a. 241. b. 246. a. 251. b. 252. a. 255. b. 276. a. 282. a. 288. a. 294. a, b. 295. b. 298. b. 300. b. 303. b. 306. b. 325. a. 327. a, b. 328. a. 329. b. 332. a, b. 344. a. 348. b. 354. a. 361. b. 362. b. 363. a. 367. a, b. 378. a. 418. b. 430. b. 432. b. 436. a. 438. a. 456. b. 490. b. 494. b. 500. b. 505. a. 506. a. 526. a, b. 556. a. 557. b. 558. b. 563. a. 568. a. 579. b. 596. a. 600. a. 613. a. 617. a. 627. a, b. 628. a. 630. a. 637. b. 639. b. 653. b. 658. a, b. 662. a. 665. a. 667. a, b. 668. a, b. 671. a, b. 672. b. 682. a, b. 685. a. 688. a. 694. b. 698. a, b. 700. a, b. 703. b. 704. b. 709. a. 710. b. T. II. 56. a. 72. a. 114. b. 127. b. 135. a. 248. a. 263. a. 278. b. 280. a, b. 337. a. 341. b. 343. a. 344. a. 356. b. 358. a. 360. b. 362. a. 364. b. 372. b. 378. a. 382. b. 388. a. 390. a. 396. b. 433. a. 435. a. 441. b. 457. b. 461. b. 463. a. 492. a. 512. b. 617. a. 626. b. 651. a. 688. b. 695. b.
Hilarius (S.) T. I. 276. a. 292. a. 298. b. 335. b. 556. a. 627. b. 659. b. 662. a. 664. b. 671. b. 698. a. 700. b. T. II. 373. a.
Hincmarus, T. II. 367. a.
Hippocrates, T. I. 37. b. 158. a. T. II. 96. b. 100. b. 103. b. 105. b. 106. a. 107. a, b.
Hirtius, T. II. 404. a. 683. b.
Historia Miscella, T. II. 313. a.
Historia Tripartita, T. II. 313. a. 452. b.
Hofmannus (Gasparus) T. II. 392. a. 488. a. 494. a.
Holstenius (Lucas) T. I. 363. b. T. II. 405. a. 449. b. 465. b. 469. b.
Homerus, T. I. 11. 31. b. 39. b. 40. & *ibid.* b. 41. a. 42. b. 44. b. 48. b. 66. a. 75. b. 76. a, b. 79. a. 80. a. 100. b. 103. a. 125. b. 158. b. 279. b. 287. & *ibid.* b. 292. b. 347. a. 366. b. 370. a. 538. a. 552. b. 572. b. 573. b. 604. a, b. 605. a. 633. b. 646. b. 654. b. 660. a. 667. b. 682. b. T. II. 7. 13. b. 131. b. 361. a. 364. b. 467. b. 538. a.
Homeri Apotheosis, T. II. 446. a. 451. a. 452. b. 467. b. 475. b.
Homeri Scholiastes, T. I. 40. a, b. 603. b.
Honorius Augustodunensis, T. I. 526. a. T. II. 356. b.

Horatius, T. I. 14. b. 41. a. 43. a, b. 46. a. 47. b. 65. b. 77. b. 97. a. 103. a, 123. & *ibid.* a. 126. b. 158. b. 176. b. 203. b. 250. a, b. 287. b. 343. a. 360. b. 363. b. 395. b. 406. b. 442. a. 443. b. 472. a. 506. a. 517. a. 524. b. 570. a. 576. a. 640. b. 650. b. T. II. 26. a. 73. b. 98. a. 100. b. 130. a. 139. a. 232. b. 266. b. 362. a. 376. b. 379. a. 443. b. 458. a. 459. b. 490. a. 525. a. 532. b. 538. a. 600. b. 648. b. 662. a. 665. b. 697. a. 719. a. 734. a. 736. a. 745. b.
Hornius, T. I. 200. b.
Hoseas Propheta, T. I. 20. b.
Hospinianus, T. I. 118. a. T. II. 615. b.
Hotomannus, T. II. 467. b.
Huetius, T. I. 49. a. 150. a. 212. b. T. II. 456. a. 620. a.
Hugo Carensis, T. I. 691. b.
Hugo Ferrariensis, T. I. 609. a. 628. a.
Hugo Floriacensis, T. II. 189. b. 434. b. 435. a. 438. b. 442. a. 471. b. 552. a.
Hugo à S. Victore, T. I. 171. a. 630. b. 632. b. 637. b. 641. a.
Hugolinus Martellus, T. I. 665. b. 666. a.
Humfridus (Laurentius) T. II. 571. b.
Hyginus, T. I. 36. b. 38. a. 39. a, b. 40. b. 44. a. 46. a. 52. b. 75. b. 76. a. 83. a. 97. a. 98. b. 222. a. 492. a. 611. b. T. II. 370. b. 456. a.
Hyppolytus Martyr, T. I. 700. a, b.

J.

JACOBUS Apostolus, T. I. 259. b. 466. b. 504. a. 573. a. 603. a. T. II. 55. & *ibid.* a. 57. 60. 736. a.
Jamblichus, T. I. 18. a. 212. a. 652. b.
Jansenius, T. I. 321. a.
Janus Guillelmius, T. I. 91. a. 205. a. 487. a. 601. b. 602. a. 610. a. 625. a. 645. a. 646. b. 647. a. 684. b. 691. a. T. II. 91. b. 93. a. 130. b. 172. a.
Janus Parrhasius, *Vide* Parrhasius.
Jeremias Propheta, T. I. 288. & *ibid.* a. 294. a. 296. & *ibid.* a. 298. & *ibid.* b. 303. 304. & *ibid.* a. 318. b. 321. b. 325. 328 330. 471. a. 472. a. 503. a. 658. a. 704. b. 710. b. T. II. 32. 35. 36. 477. a 479. b. 565. a, b. 571. b.
Ignatius Martyr, T. II. 327. a. 430. a. 641. b. 668. a. 687. b. T. II. 196. b.
Indiculus Depositionis Martyrum, T. II. 397. a.
Inscriptiones Veteres, T. I. 412. a. 413. a. 424. b. T. II. 239. a. 307. a. 308. a. 318. a. 336. a. 369. a, b. 370. b. 372. b. 391. b. 400. b. 411. a, b. 432. b. 434. b. 443. a, b. 445. a, b. 446. b. 452. b. 458. a. 465. b. 467. a. 469. a. 475. b. 476 a, b. 477. a, b. 481. b. 482. a, b. 483. a. 489. b. 491. b. 492. a. 503. b. 504. b. 505. b. 506. a. 511. a, 513. b. 514. a, b. 518. a, b. 519. b. 520. a. 562. b. 737. b.
Joannes Abbas Biclarensis, T. II. 299. a.
Joannes Andreas, T. I. 622. b.
Joannes Antiochenus, T. II. 370. b.
Joannes Apostolus, T. I. 30. b. 144. a. 168. a, b. 178. b. 197. a. 242. a. 268. b. 298. a. 310. a. 311. a. 312. a. 317. a. 320. a. 321. a. 325. b. 326. a. 328. b. 330. a. 341. b. 343. a, b. 348. a. 352. a. 378. b. 423. a. 425. a. 438. b. 471. b. 472. a. 483. a. 504. a. 510. a, b. 534. a. 537. a. 544. b. 562., a. 563. b. 564. b. 566. a. 568. a. 570. a. 571. a. 573. a. 575. b. 580. a, b. 584. a, b. 585. a, b. 618. a. 627. a. 629. b. 638. b. 647. b. 659. a. 661. a. 662. a. 700. a, b. 701. a. 702. a. 704. b. 705. a. 706. a, b. 710. b. T. II. 30. 37. a. 55. a. 67. 68. 129. b. 197. b. 425. a. 525. a. 534. a. 535. b. 539. b. 550. a, b. 551. a. 556. b. 564. b. 570. b. 571. a. 583. a. 601. a. 609. b. 657. b. 694. b. 722. a. 746. a.
Joannes Cauci, T. I. 182. a. 197. a. 375. a. 451. b. 459. a. 455. a. T. II. 100. a. 103. a. 171. a.
Joannes Damascenus, *Vide* Damascenus.
Joannes Gerardi, T. I. 335. b. 423. a.
Joannes Grammaticus, T. I. 631. a.
Joannes Lucidus, T. I. 656. a. 665. a. 666. a.
Joannes de Monte Regio, T. I. 666. a.
Joannes de Muris, T. I. 666. a.
Joannes Presbyter Nicomediensis, T. II. 339. b.
Joannes Sarisberiensis. T. II. 356. a. 560. a.
Joannes Thessalonicensis, T. I. 640. b.
Jobertus (Pater) T. I. 60. b.
Jobus, T. I. 20. b. 255. b. 466. b. 622. a. 630. a. 653. b. 794. a. T. II. 49. 55. 57. a. 477. a.
Joël Propheta, T. I. 327. a. 564. b. T. II. 121. a.
Jonas Aurelianensis, T. I. 483. a. 631. a.
Jonas Propheta, T. II. 723. b.
Jonsius, T. II. 373. b.
Jornandes, T. II. 363. a. 400. a. 403. b. 440. a. 444. a. 457. b. 495. b. 573. b. 574.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

b. 575. b.
Josephus (Flavius) T. I. 7. b. 50. a. 106. a. 170. a, b. 171. a, b. 177. a. 238. a. 240. b. 276. a. 284. a. 293. b. 294. b. 298. a. 307. b. 618. a. 624. a. 635. b. 637. a, b. 639. a. 641. b. 656. a. 657. b. 658. a, b. 659. a. 664. b. 665. a. 669. a. 672. b. 682. a. 698. b. T. II. 382. b. 389. b. 397. b. 403. a. 413. b. 416. a. 509. b. 569. a. 743. b.
Irænеus (S.) T. I. 72. a. 144. a. 268. b. 286. a. 300. a. 330. b. 331. a. 332. b. 338. a. 354. a. 430. a. 530. b. 556. a. 563. a, b. 573. a. 574. b. 620. b. 687. b. 692. b. 698. a. 700. a. 703. b. 708. b. T. II. 142. a.
Isæus, T. I. 3. b. T. II. 566. b. *& ubique passim infrà.*
Isidorus Hispalensis, T. I. 82. b. 159. a. 194. b. 203. b. 223. a, b. 262. a. 441. a. 600. b. 601. a. 608. b, 610. a. 613. b. 627. b. 628. b. 632. a. 633. a, b. 638. b. 640. a. 644. b. 653. a. 656. a. 658. a, b. 665. a. 667. a. 671. a. 682. a, b. 688. a. 700. b. 701. a. 711. b. T. II. 85. a. 90. a. 97. b. 102. b. 106. b. 388. b. 392. a, b. 406. 454. b. 719. a. 741. a. 744. b.
Isidorus Peluſiota, T. I. 8. b. 190. a. 496. a.
Isocrates, T. I. 66. a. 82. a, b. 244. a. 651. a.
Itinerarium Antonini, T. II. 302. a. 339. a. 343. a. 406. b. 407. a, b. 412. b. 504. a.
Itinerarium Burdigalenſe, T. II. 341. a. 603. a.
Julianus Imp. *al.* Parabates, T. I. 69. b. T. II. 285. b. 288. a. 297. b. 312. b. 316. a. 365. a. 430. b. 457. b. 461. b. 472. a. 516. a. 592. a. b.
Julius Africanus, T. I. 60. b. 172. a. 658. b. 665. a. T. II. 360. b. 557. b.
Julius Cæſar, T. I. 4. a. 11. a. 89. a. 92. b. 238. a. 402. a. 428. b. 480. a. 614. a. 689. a. T. II. 95. b. 368. a. 458. b. 546. b. 580. b. 616. a. 638. a. 686. b. 696. a. 698. a.
Julius Capitolinus, T. I. 41. a. 65. a. 343. a. 613. a. T. II. 190. a. 235. b. 286. b. 360. b. 362. a. 370. b. 377. a. 378. a. 382. a. 387. b. 389. a. 414. a. 415. a, b. 416. a. 425. b. 430. a. 489. a. 586. a. 608. b. 651. b. 725. b. 733. b.
Julius Obſequens, T. II. 452. b. 459. a. 467. a.
Julius Pollux, T. I. 89. a, b. 613. b. T. II. 96. b. 100. a. 109. a. 110. a. 431. a. 691. b.
Junilius, T. I. 255. a. 644. a. 653. a.
Junius, T. I. 317. b. 626. a.
Junius (Franciſc. F.) T. II. 98. b.
Junius (Hadrianus) T. I. 97. a. 560. b.
Junius Philargyrus, T. II. 514. a.
Ivo Carnotenſis, T. II. 450. b. 691. b.
Juretus (Franciſcus) T. I. 83. a. 167. a. 490. b. 614. a. T. II. 309. b.
Juſtinianus Imp. T. I. 297. a. 467. a. 610. a, b. T. II. 336. b. 378. a.
Juſtinus Hiſtoricus, T. I. 30. a. 33. a. 37. a. 52. a. 83. a. 89. b. 93. a. 94. b. 99. a. 103. a. 159. b. 245. b. 290. a. 293. a. 603. b. 611. b. 613. b. 641. b. 698. b. T. II. 192. a. 197. b. 433. b. 440. a. 464. a. 469. b. 477. b. 493. a. 503. b. 506. b. 587. a, b. 591. b. 608. a. 609. b. 613. a. 617. b. 638. a. 661. a. 665. a, 674. a. 704. b. 708. b. 713. b. 727. b. 728. a. 729. b. 734. a. 736. a. 740. b. 741. b. 742. a. 745. a. 746. b.
Juſtinus Martyr, T. I. 9. a. 14. a. 17. a. 18. b. 27. a. 117. a. 137. a. 175. b. 177. a, b. 255. a. 268. a. 284. a. 298. b. 304. a. 307. b. 324. b. 400. a, b. 416. a. 432. b. 536. a. 557. a. 558. a. 562. a. 573. a. 574. b. 600. b. 624. b. 639. a. 644. b. 653. a, b. 654. b. 659. a. 660. a. 670. b. 698. a, b. 699. b. 703. b. T. II. 613. b.
Juſtus Galilæus, T. I. 182. a.
Juſtus Lipſius, *Vide* Lipſius.
Juvenalis, T. I. 20. a. 38. a. 52. a. 72. a. 83. a. 85. b. 104. b. 125. b. 217. b. 223. b. 246. a. 269. b. 279. b. 312. a. 343. a. 368. a. 418. b. 432. a. 560. a, b. 647. b. T. II. 99. a. 100. b. 187. a. 458. b. 469. a. 506. b. 521. b. 647. a.
Juvenalis Scholiaſtes, T. I, 83. a. 98. a. T. II. 376. a. 438. a. 460. a. 506. b.
Juvencus. T. I. 16. b.

K.

Kalendarium Romanum vetus, T. II. 293. a. 312. b. 313. a. 314. b. 315. a. 321. a. 335. b. 336. a. 409. a. 676. a. 701. a.
Kempius (Martinus) T. I. 20. b.
Keplerus, T. II. 547. b.
Kirchmannus (Joannes) T. I. 60. a. 64. a. 65. a. 125. a. 126. a. 368. b. T. II. 489. a. 525. a.

Digitized by Google

L.

Labbæus (Philippus) T. II. 305. b. 315. a. 526. a. 545. b. 652. a. 660. a. 661. b. 721. b.
Laërtius, T. I. 7. a, b. 16. a. 17. a, b. 18. a, b. 120. a. 128. a. 150. b. 155. b. 156. a. 165. b. 175. a. 192. b. 194. a. 195. a, b. 196. a. 200. b. 202. a, b. 206. a. 209. a. 216. b. 222. b. 227. b. 235. b. 238. b. 239. a, b. 241. a. 244. a. 251. a. 252. a. 258. a, b. 259. a. 261. a. 275. a. 291. a. 433. a. 520. b. 537. a. 539. b. 551. b. 599. a. 644. a. b. 646. a. 647. b. 648. b. 649. b. 650. b. 652. a. T. II. 142. a, b. 143. a. 144. a. 145. b. 170. b. 174. b.
Lambecius (Petrus) T. II. 314. b. 335. b. 409. b.
Lambinus, T. I. 25. b. 69. a. 222. b. 235. b. 385. a. 590. a. 611. a. 649. a. 650. a. 707. b T. II. 164. b. 165. a.
Lampridius (Ælius) T. I. 75. a. 95. b. 116. b. 618. b. T. II. 184. a. 192. a. 203. a. 299. a. 301. a. 361. b. 448. a. 520. a. 586. b. 670. b. 706. a.
Langius (Guillelmus) T. II. 416. a. 419. b.
Langlæus T. II. 465. a.
Latinus Latinius, T. I. 451. b. 527. b. 607. a. 613. b. T. II. 156. b. 291. a. 348. b.
Laurembergius T. II. 434. b.
Lazius, T. II 434. b.
Leo Africanus, T. II. 498. a, b. 499. a.
Leo Imp. T. II. 435. a.
Leo Magnus, Papa, T. I. 165. a. 335. b. 430. b. 640. a. 669. b. 688. a. T. II. 338. a. 553. a. 583. b. 676. a.
Leonardus Augustinus, T. II. 466. b.
Lestocq. (Nicolaus de) T. I. 5. b.
Levinus Lemnius, T. I. 641. a. T. II. 106. b.
Leunclavius, T. II. 568. b.
Libanius, T. II. 48. a. 455. a.
Libellus Precum Theodosio & Arcadio oblatus, T. II. 442. a. 445. a. 465. a. 467. a. 505. b. 629. b. 708. b.
Lindenbrogius, T. I. 176. a. T. II. 106. b. 107. a.
Lipomanus, T. I. 81. b. 632. b.
Lipsius (Justus) T. I. 4. a. 20. a. 49. a. 362. b. 463. a. 683. a. 684. a. 701. a. T. II. 360. a 365. b. 373. a 378. a. 423. a. 431. b. 435. a. 451. b. 469. b. 483. a. 489. a. 563. b. 657. a. 665. a. 430. a. 439. b. 441. b. 695. a. 715. b.
Livius (Titus) T. I. 26. b. 55. b. 66. a. 70. a, b. 83. a. 85. b. 86. b. 87. a. 91. b. 92. b. 97. a. 101. b. 102. a. 103. b. 105. b. 125. b. 128. b. 138. b. 140. a. 141. a. 142. a. 158. b. 179. b. 182. b. 212. b. 217. b. 223. a. 247. b. 250. a. 342. a. 347. b. 368. a. 397. b. 412. b. 413. a. 434. a. 480. a. 493. b. 495. b. 545. b. 570. a. 601. a. 611. b. 613. b. 614. a. 615. b. 625. a, b. 626. a. 635. a. 642. a. 643. a. 647. b. 651. b. 682. b. T. II. 177. b. 184. b. 190. b. 197. a. 201. b. 203. b. 206. b. 231. a. 286. a. 361. a. 366. b. 371. a, b. 373. b. 374. b. 375. a. 378. a, b. 379. a. 381. a. 389. b. 414. a. 430. a. 433. b. 449. b. 451. a. 455. b. 459. a. 484. a. 497. b. 502. a. 504. b. 506. b. 565. b. 580. b. 582. a. 607. b. 609. b. 614. b. 638. a. 640. b. 650. a. 655. a. 665. a. 677. a. 678. b. 681. b. 704. b. 715. b. 736. b. 747. a. 753. a.
Loensem (Jacobus) T. II. 452. a.
Longinus (Dionysius) T. II. 371. b.
Longuerue (Abbas Ludovicus du Four de) T. II. 248. b. 417. b.
Lorinus, T. II. 347. b.
Loydius (Guillelmus) T. II. 409. a. 494. a.
Lucanus, T. I. 9. b. 14. b. 39. b. 43. a. 92. a, b. 95. b. 96. b. 107. a. 134. b. 172. a. 232. b. 327. b. 368. b. 553. a, b. 614. a. 617. a. T. II. 364. b. 439. b. 724. b. 728. b.
Lucas Apostolus T. I. 198. a. 295. b. 298. a. 305. a. 310. a, b. 311. a. 312. a. 353. a. 317. a. 319. a. 321. a. 326. a. 327. a, b. 328. a. 329. a. 340. b. 341. a, b. 345. a, 382. b. 400. b. 423 a, b. 438. b. 456. b. 464. b. 469. b. 470. b. 471. a. 484. a. 503. a. 510. a, b. 537. b. 545. b. 556. a. 558. b. 559. b. 563. a. 564. b. 571. a. 574. b. 603. a. 641. b. 656. b. 667. b. 687. b. 690. b. 691. b. 698. b. 704. a. T. II. 33. a. 49. 55. & ibid. a. 56. 57. b. 69. 66. 114. b. 122. 183. b. 286. a. 359. b. 361. a. 369. b. 396. a, b. 397. a, b. 430. a. 526. a. 537. b. 538. b. 539. a, b. 549. b. 550. a, b. 551. a, b. 552. a, b. 553. b. 555. b. 557. a, b. 563. b. 601. a. 609. a. 615. b. 627. b. 631. a. 666. a. 682. b. 725. a.
Lucianus, T. I. 36. b. 38. a. 39. b. 40. a. 42. b. 43. b. 44. a. 45. b. 47. b. 74. b. 75. a. 76. b. 101. b. 103. a. 125. a. 135. a. 159. b. 161. b. 177. b. 194. a. 228. b. 238.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

238. b. 239. a, b. 241. b. 253. b. 259. a. 281. a. 417. b. 538. b. 560. a, b. 561. a. 573. b. 605. a, b. 606. a. 615. a. 618. a. 655. a. T. II. 368. b. 430. b. 439. b. 446. a. 447. a. 477. a. 534. a. 605. a.
Lucilius, T. I. 33. b. 105. 278. 384. 442. a. 446. a. 447. a. 483. b. 616. a. T. II. 12.
Lucretius, T. I. 71. & *ibid.* a. 95. & *ibid.* b. 102. 114. a. 121. & *ibid.* a. 156. a. 161. a. 162. & *ibid.* a, b. 194. a. 200. a. 221. 222. & *ibid.* a, b. 230. & *ibid.* a. 233. & *ibid.* a. 234. a, b. 235. b. 236. b. 239. b. 254. a. 262. a. 275. b. 310. a. 350. a. 359. b. 360. b. 385. a. 402. b. 433. a, b. 459. & *ibid.* a. 522. & *ibid.* a. 537. b. 546. & *ibid.* b. 547. & *ibid.* a. 548. a, b. 549. b. 551. & *ibid.* a. 573. b. 590. & *ibid.* a. 610. a. 614. b. 615. b. 622. b. 634. a. 644. a. 646. a. 649. b. 650. b. 652. b. 654. b. 683. a. 693. a. 694. a. 696. b. 697. a, b. 698. a. 711. a, b. 712. a. T. II. 14. 31. b. 76. a. 77. 79. a. 85. & *ibid* a. 86. b. 93. & *ibid.* a. 94. a. 119. a. 121. & *ibid.* b. 132. a. 138. b. 140. 145. b. 146. & *ibid.* b. 537. b. 641. a.
Luitprandus, T. II. 455. a.
Lycophron, T. I. 58. a. T. II. 430. b. 431. a. 448. a.
Lydiat (Thomas) T. II. 429. b.
Lyrâ (Nicolaus de) T. I. 254. a. 636. a. 652. b.
Lyranus, T. I. 168. b. 635. b. 657. a. 658. a.

M.

MABILLON (Joannes) T. II. 201. b. 432. b. 460. b. 479. a. 485. b.
Macarius, T. I. 176. b.
Macchabæorum Libri, T. II. 358. b. 359. a. 377. b. 382. a. 532. b. 537. b. 569. b. 616. b. 693. b. 704. b.
Macer, T. I. 198. a.
Macrobius, T. I. 15. b. 18. b. 39. b. 43. b. 51. a, b. 58. a, b. 59. a. 60. b. 83. b. 93. b. 94. a. 104. a, b. 105. b. 108. a. 133. a. 134. a. 155. a, b. 169. b. 174. b. 179. b. 194. a, b. 245. b. 246. a. 254. b. 258. a, b. 279. a. 347. b. 397. a. 418. a. 433. a. 458. a. 519. a. 520. b. 537. b. 538. b. 555. b. 556. b. 576. b. 607. a. 608. a, b. 611. b. 612. b. 613. b. 614. a, b. 615. b. 616. a. 626. a. 632. b. 637. a. 640. a. 644. a. 645. a. 652. b. 654. a. 681. b. 686. b. 696. a. 698. a. T. II. 53. a. 102. b. 117. a. 121. a. 142. b. 187. a. 296. b. 359. a. 433. b. 450. a. 453. a. 489. a. 602. b. 604. a.
Magister Sententiarum, T. I. 622. b. 628. a, b. 630. b. 634. b. 635. b. 637. b. 638. a, b. 639. a, b. 640. a. 656. a, b. 664. b. 667. a. 683. a.
Magius, T. I. 498. b. 690. b. 692. b. T. II. 434. a, b. 435. a. 456. a. 460. b.
Major, T. I. 641. a.
Malachias Propheta, T. I. 280. b. 297. & *ibid.* b. 330. a. 700. b. T. II. 36.
Malvenda (Thomas) T. I. 565. b. 568. b. 580. a. 583. a.
Mamertinus, T. II. 286. b. 288. a. 289. a. 367. a. 384. a. 438. b. 439. b. 440. a. 441. b. 443. a. 454. a. 487. b. 517. a, b. 588. b. 661. a. 671. a. 729. a. 741. b.
Mamertinus Episcop. Viennensis, T. I. 547. a.
Mamora (Andreas) T. II. 501. b.
Manilius, T. I. 14. b. 52. a. 65. a. 69. b. 134. b. 652. b. T. II. 367. b. 428. a. 439. b.
Manutius (Paulus) T. II. 371. a. 389. b. 395. a. 694. a.
Marbodæus, T. II. 146. b.
Marca (Petrus de) T. II. 457. a. 464. b.
Marcellinus, *Vide* Ammianus.
Marcellus Empyricus, T. I. 321. b.
Marcus Evangelista, T. I. 305. a. 310. a, b. 311. a. 312. a. 313. a. 317. a. 320. a. 321. a, b. 322. a. 326. a. 327. b. 328. b. 330. a. 332. a. 340. b. 345. a. 500. b. 559. b. 563. a. 564. b. 618. a. T. II. 33. a. 59. 66. 369. b. 382. b. 396. a. 526. a. 549. b. 550. a, b. 551. a, b. 552. b. 553. b. 746. a.
Marianus Victorius, T. II. 344. a.
Marius Mercator, T. II. 350. b.
Marmora Arundeliana, *al.* Oxonienſia, T. II. 369. b. 371. a. 513. b. 575. a.
Martyrologium Germanicum, T. II. 432. a. 531. a.
Martyrologium Romanum, T. II. 298. b. 374. a.
Marſilius (Theodorus) T. I. 231. a. 641. a. 704. a.
Martialis, T. I. 54. a. 72. b. 125. b. 203. b. 560. b. 610. a. T. II. 92. b. 100. b. 267. b. 268. b. 439. b. 544. b. 560. b. 637. a. 715. b.
Martianus Capella, T. I. 26. a. 56. b. 62. a. 80. b. 175. b. 194. a. 195. a. 598.

Digitized by Google

a. 600. a, b. 608. a. 640. a. 648. b. 652. b. 653. b. 667. b.
Martianus Jurisconſ. T. I. 692. a. T. II. 493. a.
Martinus (David) T. II. 657. a.
Maſſonus, *Vide* Papirius.
Maſſurus Sabinus, T. I. 611. b. 682. b. T. II. 452. a.
Mathoud (Hugo) T. II. 522. a.
Matthæus Evangeliſta, T. I. 166. a. 168. b. 178. b. 198. a. 242. a. 268. b. 277. a. 278. a. 305. a. 310. a, b. 311. a. 312. a. 313. a. 317. a. 320. a. 321. a, b. 322. a. 326. a. 328. b. 330. a. 332. a. 340. b. 341. a. 345. a. 378. b. 410. b. 416. b. 456. b. 457. b. 462. a. 465. b. 466. b. 469. b. 471. b. 484. a. 488. a. 491. a. 500. b. 501. a, b. 502. a. 503. a. 510. a. 537. a. 544. b. 556. a. 559. a, b. 563. a. 564. b. 566. a. 569. a, b. 636. b. 637. a, b. 639. a. 640. a. 642. a. 687. b. 698. b. 705. a. T. II. 33. a. 49. 55. *& ibid.* a, b. 56. 57. *& ibid.* b. 59. 65. 66. 67. 114. b. 160. b. 184. b. 396. a. 411. b. 526. a. 538. b. 539. a, b. 549. b. 550. a, b. 551. a, b. 552. a, b. 553. a. 563. b. 582. b. 625. b. 630. b. 652. b. 671. a. 727. b. 742. b. 747. a.
Maucroix, T II. 192. b. 243. a. 537. a. *& paſſim infrà.*
Mauritius Imp. T. II. 435. a.
Maurolicus (Franciſcus) T. I. 666. a.
Maximus Tyrius, T. I. 175. a. 711. a. T. II. 369. b. 447. a, b. 449. b.
Mazzonius, T. I. 646. a.
Mediobarbus, T. II. 405. a. 414. a. 416. b. 417. a, b. 418. a. 438. b. 501. b. 518. a, b. 737. a.
Meibomius, T. II. 450. b.
Mela (Pomponius) T. I. 30. a. 53. a. 92. a, b. 128. a. 172. b. 198. a. 418. a. 607. b. 638. a. T. II. 422. a. 439. a. 498. a.
Melchior Cano, T. I. 656. a.
Melito Aſianus, T. I. 282. a.
Menagius (Ægidius) T. I. 258. a.
Menander, T. I. 175. b. T. II. 433. a.
Mendoza, T. II. 455. a.
Menochius, T. I. 317. b. 344. a.
Menologium Græcorum, T. I. 620. a. T. II. 203. a. 292. b. 298. a, b. 339. a. 365. a. 401. b. 402. b.
Mercerus (Joannes) T. II. 340. a.
Merula, T. I. 17. b.
Metaphraſtes (Simeo) T. I. 620. a. T. II. 618. a. 756. a.
Methodius, T. I. 539. b. 639. a. 640. b. 694. b. T. II. 526. a.
Meurſius, T. I. 7. b. 76. b. 91. a. 97. b. 104. b. 108. a. 159. a. 367. b. 616. a. 617. a. 652. a. T. II. 430. b. 471. a. 477. b. 479. a. 652. b.
Micheas Propheta, T. I. 317.
Minutius Felix, T. I. 7. b. 8. a. 14. a. 17. b. 19. a. 23. a. 50. a. 64. a. 85. b. 87. b. 91. a. 92. b. 94. a. 95. b. 96. a. 98. a. 177. a, b. 247. a. 267. b. 273. b. 310. b. 359. b. 395. a. 401. a. 456. a. 490. b. 491. a, b. 493. a. 496. b. 505. b. 508. b. 599. b. 604. b. 607. a, b. 608. a. 611. b. 614. a, b. 618. a. 625. b. 626. a. 640. a. 641. a, b. 703. a. T. II. 128. b. 142. b. 152. a. 174. b. 364. b. 368. a. 373. a. 385. b. 452. a. 489. a. 521. a. 538. b. 602. b. 660. a.
Modeſtinus, T. I. 223. a. 500. a. T. II. 493. a.
Molanus (Joannes) T. I. 621. a.
Montozâ (Gaſpardus de) T. II. 608. a.
Morellus, T. II. 423. a. 478. a.
Moreri (Ludovicus) T. II. 357. b. 488. a. 494. a.
Morinus (Joannes) T. II. 311. a. 322. b. 330. a. 338. a.
Mornæus (Du Pleſſis) T. II. 360. a.
Moſes, T. I. 12. b. 54. a. 57. a. 80. a, b. 81. b. 106. a. 108. a. 117. b. 125. a. 152. b. 157. a. 164. b. 165. a. 167. a. 168. b. 170. b. 171. a. 172. a. 174. a. 289. b. 292. a, b. 293. a, b. 294. a, b. 303. a. 304. *& ibid.* a. 306. a. 318. 319. a. 321. b. 325. *& ibid.* b. 327. a. 330. a. 343. a. 344. a. 388. a. 425. a. 453. a. 466. b. 467. b. 483. b. 484. a. 491. a. 503. b. 508. b. 536. a, b. 548. a. 556. a. 558. a, b. 611. a. 618. a. 619. b. 622. a. 624. b. 634. b. 636. a. 664. b. 671. a. 682. a. 688. a. 689. a. 699. a. 708. a. T. II. 32. 34. 48. 55. *& ibid.* a. 56. *& ibid.* b. 59. a. 117. b. 239. b. 347. a. 364. a. 366. b. 370. a. 385. a. 391. b. 392. b. 447. a. 475. b. 477. a. 565. a. 644. b. 722. b.
Moyne (Stephanus le) T. II. 451. b.
Munckerus (Philippus) T. I. 97. a. T. II. 360. b. 396. a.
Muretus, T. I. 69. a. 148. a. 609. b. T. II. 459. a.
Muſæus, T. I. 100.
Muſculus, T. II. 306. b. 323. b. 340. b.
Muſonius, T. I. 37. b. 442. a.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Musurus, T. I. 323. b. 698. a. 701. a.

N.

NÆVIUS, T. I. 25. 55. a.
Nannius (Petrus) T. I. 440. b.
Natalis Comes, T. I. 51. b. T. II. 433. a.
Nazarius, T. I. 27. b. T. II. 304. b. 335. a. 336. a. 337. b. 342. b. 440. a. 496. b. 499. b. 503. b. 733. a. 738. b. 748. b.
Nehemias Prophera, T. I. 297. a. 666. b.
Nemesianus, T. II. 424. a.
Nemesius, T. II. 116. 117. a.
Nepos (Cornelius) T. I. 60. 227. & *ibid.* a. T. II. 601. a.
Nicander, T. I. 100. b. 525. b. 551. a.
Nicanor, T. I. 24. & *ibid.* b. 97. a.
Nicephorus, T. I. 3. 53. b. 620. a. 704. b. T. II. 244. b. 320. a. 382. a. 388. b. 390. a, b. 416. b.
Nicetas Choniates, T. I. 665. b. T. II. 480. a.
Nigidius Figul. T. I. 682. b.
Noldius (Christianus) T. II. 416. a.
Nonius Marcellus, T. I. 94. a. 136. b. 152. a. 235. a. 485. b. 488. b. 502. a. 616. a. 630. a. 633. b. 707. a. T. II. 96. b. 118. b. 203. b. 209. a. 331. a. 373. b. 383. b. 411. b.
Nonnus, T. I. 30. a. 89. b. 159. a. 278. a.
Norisius (Henricus) T. II. 287. b. 326. a. 335. b. 341. a, b. 342. a. 374. a. 394. b. 395. a, b. 425. a. 456. b. 475. a. 483. b. 510. b. 517. a, b. 648. b. 704. b. 710. a.
Notitia Africæ, T. II. 298. b.
Notitia Imperii, T. II. 302. a. 366. a. 418. b. 444. a, b. 463. a. 467. a. 476. a. 497. a. 505. b.
Nourry (P. Nicolaus le) T. I. 28. b. 239. a. 493. a. 505. b. T. II. 181. b. 182. a.
Numenius, T. I. 655. a.
Nummi, & Numismata, T. II. 313. b. 315. a. 336. b. 363. b. 369. a, b. 374. a. 393. b. 397. b. 404. a, b. 414. a. 415. b. 416. b. 423. a. 428. b. 429. a, b. 433. b. 439. b. 440. a. 443. b. 449. b. 454. a. 456. b. 461. a, b. 462. a. 471. a, b. 472. a. 474. a. 475. a, b. 478. a. 479. a. 483. b. 489. a. 492. a. 500. a, b. 501. a, b. 511. a, 518. a, b. 522. a. 634. a. 709. b.

O.

OBRECHTUS, T. II. 448. b. 489. a.
Obsequens, *Vide* Julius.
Occo (Adolphus) T. II. 313. b. 314. a. 336. b. 374. a. 375. b. 405. a. 417. a.
Ocham, T. I. 703. b. 704. b.
Oecumenius, T. I. 703. b.
Oenomaus Cyricus, T. I. 29. b.
Oiselius (Jacobus) T. I. 87. b. T. II. 48. b. 337. a. 364. b. 475. a.
Onuphrius Panvinius, T. I. 65. a. 600. a. 602. a. 665. a. 666. a. T. II. 293. a. 307. a. 313. b. 319. b. 329. b. 403. a. 426. a. 429. b. 636. b.
Opsopæus, T. I. 169. b. 285. a. 311. b. 570. b. T. II. 176. b.
Optatus Milevitanus, T. I. 59. b. 561. a. 699. a. T. II. 292. a. 297. b. 330. b. 364. a. 381. a. 455. b.
Oracula Sibyllina, T. I. 23. 25. a. 28. & *ibid.* b. 29. & *ibid.* a, b. 53. & *ibid.* a. 63. b. 67. & *ibid.* a. 158. & *ibid.* b. 164. & *ibid.* b. 169. 179. a. 285. a, b. 305. 311. 312. 313. 316. 318. 323. 324. 328. 329. 330. 536. 553. 561. a. 562. a. 564. 565. 568. 569. 570. 571. a. 578. 579. 580. 582. 584. 602. a. 607. b. 609. a. 634. a. 636. b. T. II. 30. 65. 175. 176. 177. 186. 283. a.
Origenes, T. I. 28. b. 76. b. 116. a. 172. a. 173. b. 175. b. 241. b. 268. b. 276. b. 298. a, b. 325. a. 574. b. 622. b. 627. b. 631. a. 638. a. 640. a, b. 644. b. 667. a. 703. b. T. II. 56. a. 132. b. 137. a. 196. b. 554. b.
Orosius (Paulus) T. I. 5. b. 41. a. 129. b. 283. b. 293. a. 454. a. 604. b. 665. a. T. II. 226. b. 229. a. 312. b. 325. b. 327. b. 328. a. 329. a. 360. b. 437. b. 464. b. 499. b. 546. b. 557. a. 559. a. 563. a. 564. b. 567. b. 584. a. 617. a. 653. b. 673. a. 694. b.
Orpheus, T. I. 14. & *ibid.* b. 15. a. 31. 34. b. 39. b. 55. a. 61. 160. b. 289. 488. a. 555. b. 639. b.
Ortelius, T. II. 480. a.
Oseas Propheta, T. I. 20. b. 329. T. II. 35. 56. 57.
Ovidius, T. I. 11. b. 14. b. 16. a, b. 17. 36. b. 37. a. 38. a, b. 39. b. 40. a. 42. a, b. 43. b. 45. a, b. 46. a, b. 47. b. 53. b. 55. b. 58. & *ibid.* a. 60. & *ibid.* a, b. 65. b. 66. a. 73. a. 74. b. 75. a.

b. 80. a, b. 81. a. 83. a. 84. a, b. 85. a. 86. b. 87. a. 88. b. 89. b. 90. a. 91. b. 93. b. 94. a. 95. a. 96. b. 97. a. 98. a, b. 99. a, b. 100. a, b. 101. a. 102. a. 115. b. 124. a. 125. a. 130. a, b. 133. b. 139. b. 140. a, b. 146. a. 152. 155. b. 156. a, b. 158. b. 159. a. 161. b. 172. b. 197. b. 203. b. 209. b. 222. a. 227. b. 232. b. 241. a. 373. a, b. 457. a. 459. a. 474. b 475. a. 501. b. 507. b. 521. a, b. 528. b. 545. b. 573. b. 580. b. 581. a. 603. b. 604. a, b. 605. a. 606. a. 610. b. 611. a, b. 612. a, b. 613. a, b. 614. a. 615. b 625. b. 645. a. 652. b. T. II. 48. b. 73. b. 74. b. 84. 88. a. 99. a. 101. a. 120. b. 170. 176. b. 213. b. 222. b. 263. b. 264. a, b. 265. a, b. 267. a. 302. a. 367. a, b. 370. b. 371. b. 372. a. 376. b. 377. a. 379. a. 383. b. 385. b. 392. a. 446. b. 452. a. 453. a. 455. a. 464. b. 474. b. 476. b. 477. a. 491. a. 508. a. 636. b. 639. a. 670. a. 701. a. 704. a.

P.

PACATUS, T. II. 387. a. 430. b. 439. b. 467. b. 468. a.
Pacianus, T. I. 355. a. 684. b. 703. a. T. II. 383. a. 384. a.
Pacuvius, T. I. 160. b.
Pæanius, T. II. 364. a. 365. b.
Pagius, T. II, 230. a. 237. b. 244. b. 248. a, b. 287. b. 300. b. 326. b. 357. b. 364. a. 371. a. 374. a. 375. a. 379. b. 380. a, b. 381. b. 382. a. 384. b. 387. b. 397. b. 398. b. 399. a. 400. a, b. 404. b. 405. a. 409. b. 413. b. 417. b. 425. b. 434. b. 438. b. 475. a. 516. a, b. 517. a, b. 518. a, b. 519. a. 545. a, b. *& passim infrà.*
Palæphatus, T. I. 606. b.
Palingenius, T. I. 436. b.
Palladius, T. I. 211. b. T. II. 139. b.
Palmerius (Matthæus) T. II. 437. a. 603. b.
Pamelius, T. I. 175. b. 617. a. 667. a, b. 668. a, b. 672. a. 684. a. T. II. 362. b.
Pancirollus, T. I. 399. a. T. II. 191. b. 365. b. 375. b. 385. b. 387. a.
Pandectæ Florentinæ, T. I. 4. b. 43. b. 635. a. 648. b. 690. a. T. II. 394. b.
Panegyricus Constantino dictus, T. II. 304. b. 319. a. 335. a. 473. b. 487. b. 496. b. 502. b. 503. a. 732. b.
Panegyricus Maximiano & Constantino dictus, T. II. 299. a. 305. b. 314. a, b. 316. a, b. 317. a, b. 324. a. 412. b. 421. b. 423. a. 443. a. 460. a. 464. b. 471. b. 510. b.
Pantinus (Petrus) T. I. 93. a.
Papebrochius (Daniel) T. II. 307. b. 556. a.
Papias, T. I. 168. b. T. II. 306. b.
Papinianus, T. I. 598. b. 625. b. T. II. 486. a.
Papinius Statius, *Vide* Statius.
Paræus, T. I. 10. b. 140. a. 152. b. 167. a. 168. b. 224. a. T. II. 375. a.
Pardiæus (Pater) T. I. 211. a.
Parmenides, T. II. 114. a.
Parrhasius (Janus) T. I. 440. b.
Passio SS. Cæciliæ, Valeriani & Tiburtii, T. II. 468. a.
— S. Cypriani, T. II. 479. b.
— S. Felicis, T. II. 456. b.
— S. Luciani Mart. T. II. 331. b.
— SS. Perpetuæ & Felicitatis, T. II. 418. b. 455. b. 465. b. 466. b. 467. a. 507. a. 617. a. 696. a.
— S. Pionii, T. II. 401. b. 402. b. 403. a.
— S. Saturnini, T. II. 460. b.
— S. Susannæ, *Vide* Acta.
— S. Victoris Massilienſis, T. II. 479. b.
Patinus, T. II. 386. b. 449. b. 505. a.
Patricius (Andreas) *Vide* Andreas.
Patricius (Petrus) T. II. 437. b.
Paulinus (S.) Nolanus, T. I. 392. a. 432. b. 439. a. 457. a. 508. a. 510. a. 574. a. 620. b. 688. b. T. II. 196. b. 199. b. 215. a. 373. a.
Paulus Apoſtolus, T. I. 8. b. 30. b. 52. a. 88. a. 122. a. 123. a, b. 135. a, 145. b. 158. a. 160. a. 166. a, b. 167. b. 168. b. 178. b. 183. a. 185. a. 191. a. 196. b. 215. a. 216. a. 230. a. 260. b. 269. b. 274. a, b. 276. a. 286. a, b. 287. b. 298. a. 299. a, b. 300. b. 302. b. 303. a. 307. a. 309. b. 321. b. 329. b. 330. a, b. 331. a. 337. a. 339. a, b. 353. a. 359. b. 371. b. 378. b. 399. b. 400. b. 423. a. 425. a. 442. a. 443. b. 452. b. 465. b. 472. a. 483. a. 484. a. 486. b. 496. a. 498. b. 500. b. 502. a. 504. b. 523. b. 534. a. 536. b. 537. b. 545. a. 556. a. 561. a. 566. a. 573. a. 579. a. 618. a. 622. a. 627. a. 632. b. 664. b. 693. b. 696. b. 699. a. 702. a. 704. a. 705. a. T. II. 55. a, b. 56. 57. b. 58. 59. 67. 109. a. 114. a, b. 121. b. 128. b. 129. b. 137. a. 157. b. 160. b. 173. b. 242. b. 358. b. 364. a. 369. b. 425. a. 428. b. 453. b.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

464. b. 479. b. 521. a. 538. a. 552. a. 553. b. 567. b. 569. b. 570. a. 571. a. 572. a. 577. b. 609. a. 627. b. 632. a, b. 634. a. 667. b. 679. a. 721. b. 722. b. 745. a.
Paulus Burgenſis, T. I. 666. a.
Paulus Diaconus, T. II. 437. b. 438. b. 442. a. 443. b. 457. b. 458. a. 462. b. 463. b. 470. b. 472. a, b. 473. a, b. 487. b. 488. a. 494. b. 495. b. 496. b. 502. b. 504. b. 507. b. 518. b. 724. b.
Paulus Juriſc. T. I. 156. b. 491. b. 598. b. 625. b. T. II. 281. b. 310. b. 349. b. 350. b. 351. b. 394. b. 486. b. 664. a.
Paulus Middelburgenſis, *al.* de Middelburgo, T. I. 295. a. 296. a. 665. b. 666. b. T. II. 281. a. 349. b.
Pauſanias, T. I. 22. b. 36. a, b. 39. a, b. 40. a. 65. b. 66. a. 76. a, b. 83. b. 89. b. 97. a, b. 98. b. 227. b. 599. b. 601. b. 604. a. 612. a. 613. b. 618. a. 647. b. 710. b. T. II. 292. b. 404. a. 448. a, b. 449. b. 450. a, b. 461. a. 493. b. 511. a.
Pearſonius (Joannes) T. I. 333. a. T. II. 184. b. 631. a.
Pererius (Benedictus) T. I. 108. b. 301. a. 617. b. 635. b. 636. b. 658. a. 665. a. 671. a.
Perionius (Joachimus) T. II. 251. a.
Perſius, T. I. 38. a. 118. *& ibid.* b. 126. a, b. 176. b. 250. b. 363. b. 434. a. 624. a.
Petavius (Dionyſius) T. II. 286. b. 293. a, b. 300. a. 306. a. 316. a. 326. a. 341. b. 349. b. 426. b. 429. b. 472. a. 547. a. 573. b. 583. b. 585. a.
Petitus (Samuel) T. I. 500. a. T. II. 498. b.
Petitus (Petrus) T. II. 360. a. 451. a.
Petrarcha (Franciſcus) T. I. 140. a. 600. a. 609. a. 631. a. 651. a. 654. b.
Petronius, T. I. 557. a. T. II. 439. b. 454. a. 478. a.
Petrus Apoſtolus, T. I. 204. b. 268. b. 269. a. 306. b. 353. a. 465. b. 472. a. 556. b. T. II. 56. 60. 130. b. 561. a.
Petrus Bleſenſis, T. II. 553. a.
Petrus Ciacconius, *Vide* Ciacconius.
Petrus Diaconus, T. I. 670. b.
Petrus de Legationibus, T. II. 417. a.
Petrus Meſſias, T. II. 106. b.
Peutingerus, T. II. 302. a. 475. b.
Pezronius, T. I. 49. a. 283. a.
Pfaffius, T. II. 2. a. 5. a. 13. a. 17. b. 23. b. 24. b. 26. b. 42. a, b.
Phædrus, T. I. 20. a. 224. a. 431. a. 459. b. T. II. 233. a. 387. a. 465. a. 475. b. 603. b. 637. b.
Phavorinus, T. II. 98. a.
Philaſtrius, T. I. 122. a. 255. a. 624. a. 639. b. 653. a. 665. a.
Philelphus (Franciſcus) T. I. 194. a, b.
Philo judæus, T. I. 8. b. 30. b. 115. b. 127. a. 130. a. 152. b. 158. a. 170. b. 172. b. 279. b. 515. a. 521. a. 617. b. 618. a. 619. a. 631. a. 634. b. 635. b. 637. b. 638. a. 640. b. 644. b. 652. a. 688. b. 698. b. T. II. 48. b. 145. b. 151. a. 440. b.
Philocalus, T. II. 315. a.
Philoſtorgius, T. I. 5. b. 632. b. T. II. 378. b. 470. b.
Philoſtratus, T. I. 38. b. 82. a. 99. a. 135. a. 217. b. 241. a. 367. a, b. 389. a. 417. b. 435. b. 613. b. 650. b. 651. b. 652. a. 685. a. T. II. 100. b. 369. a. 461. a. 479. b. 507. b.
Phlegon, T. I. 326. b. 327. b. T. II. 546. b.
Photius, T. I. 176. a. T. II. 448. a, b. 457. b. 471. a.
Phrigio, T. I. 283. a.
Phurnutus, T. I. 98. a.
Piccartus, T. II. 366. b.
Picus (Joan. Franciſcus) T. I. 179. a. 212. a. 334. b. 441. b. 644. a.
Pierius Valerianus, T. I. 609. a. 633. b. 683. a. 685. a, b. 686. a.
Pighius, T. I. 642. a.
Pimander, T. I. 23. *& ibid.* a. 33. a. 56. a. 160. b, 165. b. 178. b. 210. b. 291. b. 348. b. 398. b. 509. a. 599. b. 696. b. T. II. 66.
Pin (Ludovicus du) T. II. 498. b.
Pincianus, T. I. 610. b.
Pindarus, T. I. 39. a, b. 80. b. 100. b. 604. a. 605. b. T. II. 439. b. 440. a.
Pithæus (Petrus) T. I. 26. a. T. II. 298. b. 300. b. 304. b. 310. b. 443. b.
Pius (Baptiſta) T. I. 606. a. 685. a.
Plato, T. I. 8. a. 10. b. 11. a. 19. a. 23. a. 33. 35. b. 43. a. 46. a, b. 47. b. 58. b. 73. b. 80. b. 81. b. 82. b. 94. b. 103. a. 113. b. 115. b. 120. a. 131. a, b. 135. b. 153. b. 155. b. 158. a, b. 161. a. 166. a. 174. b. 175. a, b. 179. b. 190. a. 194. a, b. 195. a. 200. b. 222. a. 223. a. 237. b. 239. b. 243. 247. a. 248. a. 250. b. 257. a. 265. a. 267. b. 281. b. 360. a. 374. a. 398. b. 405. a. 416. b. 431. a.

434. a. 435. b. 442. b. 489. b. 492. a. 507. 508. a. 514. b. 515. a. 526. a. 522. a, b. 536. a, b. 537. a. 538. b. 539. 544. a. 547. a. 555. a. 565. b. 577. b. 595. a. 605. a. 612. a. 617. b. 621. b. 622. b. 623. a. 632. b. 633. b. 634. b. 640. a, b. 644. a. 645. a. 650. b. 651. a. a, b. 653. b. 687. a. 689. a. 691. a. 693. a. 694. a. 698. a. 710. a. 712. a; b. T. II. 30. 61. a, b. 62. 63. 64. a. 79. 91. a. 95. b. 101. a. 105. b. 111. a, b. 113. a. 128. a, b. 129. b. 132. b. 142. a. 153. a, b. 167. b. 413. b. 461. a.

Plautus, T. II. 14. a. 20. a. 33. b. 52. b. 76. a. 81. a. 97. b. 121. a. 162. a. 223. a. 314. b. 322. b. 375. a. 383. a. 385. a. 387. b. 392. a. 403. a. 461. a. 481. a. 610. a. 611. a. 616. b. 690. a. T. II. 86. a. 197. a. 210. a. 212. a, b. 216. a. 224. a. 347. a. 359. a. 366. b. 368. a. 370. b. 375. a, b. 379. a. 380. b. 383. b. 386. b. 455. b. 477. b. 503. a. 541. a. 543. b. 582. b. 588. a. 591. a. 601. a. 604. a. 624. b. 625. a. 657. b. 668. a. 670. a. 671. a. 693. b. 715. b.

Plinius, T. I. 8. b. 20. a. 24. a. 27. a. 29. a. 35. a. 37. a. 44. b. 50. a. 52. b. 57. b. 60. b. 72. b. 75. b. 80. a, b. 83. b. 84. b. 86. b. 87. a, b. 90. a, b. 92. b. 103. b. 104. b. 107. a. 108. a. 114. a, b. 126. b. 132. b. 133. a. 147. b. 155. b. 161. a. 169. b 172. b. 176. a. 194. a, b. 197. a. 211. b. 233. b. 243. a, b. 244. b. 250. b. 254. a. 266. a. 267. b. 293. b. 299. b. 319. b. 341. a. 368. b. 370. a. 386. b. 388. b. 389. a. 397. a. 418. a. 433. a. 440. a. 453. b. 458. b. 475. a, b. 481. b. 490. a. 494. a. 497. b. 500. b. 507. a. 518. a. 520. a, b. 521. a, b. 525. b. 551. a. 552. b. 560. a. 564. b. 565. b. 601. a. 603. a. 608. a. 611. a, b. 612. a, b. 613. a, b. 616. b. 621. b. 623. a, b. 625. b. 632. a. 637. a, b. 638. a. 644. a. 645. a. 652. b. 653. a, b. 667. a, b. 671. a. 689. a. 692. b. 693. a. 694. a. 701. a, b. 702. b. T. II. 75. b. 76. a. 89. b. 91. b. 96. b. 97. a. 98. a. 101. a. 103. a. 104. a, b. 106. a, b. 107. a. 111. b. 112. a. 139. a, b. 146. b. 157. a, b. 232. a. 265. b. 266. a. 267. a. 293. b. 298. b. 302. a. 332. b. 336. b. 363. b. 376. b. 382. b. 385. b. 392. a, b. 411. b. 416. a. 422. a. 423. a. 448. a. 449. b. 455. a. 467. a. 478. a. 484. a. 489. a. 493. b. 494. a. 497. a. 503. b. 509. b. 519. a. 586. b. 588. b. 591. a. 660. b. 664. b. 676. b. 698. a. 736. b.

Plinius Secundus, T. I. 125. a. 447. b. 454. a. 625. b. 648. b. 651. b. 686. b. T. II. 89. b. 95. b. 303. b. 355. b. 361. a. 469. b. 410. a. 455. b. 459. b. 479. b. 502. b. 520. b. 613 b. 639. b. 694. a. 695. 728. a. 740. b. 754. a.

Plutarchus, T. I. 3. a. 7. a. 8. b. 9. b. 17. b. 18. a, b. 29. b. 30. a. 39. b. 43. b. 49. b. 50. a. 51. a. 60. b. 64. a. 68. a. 70. a. 72. b. 85. b. 86. b. 90. a. 91. b. 94. a, b. 97. a. 101. a. 102. a. 103. a. 104. b. 105. a. 107. a. 121. b. 122. a. 125. b. 129. a, b. 130. a. 133. b. 134. a, b. 138. a. 140. a, b. 141. b. 142. a, b. 149. b. 150. b. 155. b. 156. a. 162. b. 165. b. 169. b. 172. b. 175. a, b. 177. a. 194. a, b. 217. b. 222. a. 223. a. 232. a. 233. a. 234. b. 235. b. 240. a, b. 243. b. 245. b. 248. b. 253. b. 254. a. 259. b. 266. a, b. 293. b. 397. b. 398. a. 418. a, b. 419. a. 433. a. 441. a. 442. a. 446. b. 454. a. 458. a. 460. b. 473. b. 486. a. 492. a. 493. b. 515. a. 520. b. 523. b. 528. b. 537. b. 542. a. 559. b. 560. a, b. 572. b. 599. a. 604. b. 606. a, b. 607. b. 610. a. 611. a. 612. a, b. 614. a, b. 615. a, b. 616. a, b. 623. a, 624. b. 625. b. 626. a. 634. b. 637. a. 638. a. 642. a. 643. a. 644. a, b. 647. b. 649. b. 650. b. 652. a, b. 683. a. 690. a, b. 696. b. 698. b. 711. a. T. II. 76. b. 105. a. 106. a, b. 107. a, b. 114. a. 115. a. 117. a. 138. a. 144. a. 145. b. 167. b. 186. a. 333. b. 351. b. 359. b. 360. a. 382. a, b. 434. a. 435. 440. a. 452. a. 455. b. 461. a. 472. b. 484. a. 489. a. 538. a. 615. a.

Politia SS. Metrophanis & Alexandri, T. II. 311. b. 312. a, b. 378. a. 458. a. 471. a. 472. a. 474. a. 484. b. 487. b. 496. a. a. 499. b. 503. a.

Politianus (Angelus) T. I. 55. a. 279. b. 395. a. 607. a; b. 655. a. T. II. 466. b.

Polyænus, T. I. 41. a.

Polybius, T. I. 125. b. 254. a. 368. b. 651. b. T. II. 378. a. 392. a. 439. a. 451. a. 493. a. 497. b. 627. a.

Polydorus Virgilius, T. I. 80. b. 611. a.

Polydorus Urbinas, T. I. 458. a.

Pomponius Lætus, T. I. 24. a. 412. b. 454. a. 493. b. 633. b. T. II. 421. b. 588. b.

Pomponius Mela, *Vide* Mela.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Pontacus (Arnaldus) T. I. 666. a. T. II. 299. b. 306. a. 309. a. 322. b.
Pontanus (Joan. Jovianus) T. I. 93. b. 440. a.
Pontanus (Joan. Iſaacus) T. I. 93. b. 561. b. 614. a.
Pontius Diaconus, T. II. 292. a.
Porphyrius, T. I. 23. a. 29. b. 88. b. 282. b. 613. a. 623. a. 639. b. T. II. 232. b. 447. a. 484. a. 485. b.
Prateius, T. I. 610. a. 612. b. 648. b.
Praxagoras, T. II. 311. b. 312. a.
Priscæus, T. I. 52. a. 64. b. 462. b. 501. b. 589. b. T. II. 77. a. 90. a. 393. a.
Primasius, T. I. 255. b. 653. a.
Priscianus, T. II. 112. b. 113. a. 209. a. 411. b. 448. I. 449. a. 694. a.
Probus Grammaticus, T. I. 97. a. T. II. 378. a.
Proclus, T. I. 9. b. 11. a. T. II. 467. b.
Procopius, T. I. 45. b. 255. a, b. 631. a. 632. b. 639. a. 644. a. 653. a. T. II. 243. b. 480. b. 497. a. 504. a.
Propertius, T. I. 20. a. 83. a. 86. b. 108. a, b. 126. a. 138. b. 158. b. 246. a. 493. b. 553. a. 576. a. 609. a. 611. b. 615. a. T. II. 389. b. 592. a. 639. a.
Proſper Aquitanus, T. I. 700. a, b. T. II. 545. b. 606. b. 710. a.
Protagoras, T. I. 7. a. 458. a.
Prudentius, T. I. 8. b. 37. a. 40. b. 71. b. 82. b. 86. b. 87. a. 92. a. 95. a. 113. b. 176. a. 177. a. 347. a. 362. b. 420. a. 553. a. 560. b. 579. b. 641. b. 703. b. T. II. 336. a. 368. a, b. 371. b. 373. a. 381. 428. a. 430. a. 432. a, b. 435. b. 439. b. 443. b. 449. a. 452. a. 456. a. 464. b. 469. a. 483. b. 500. a. 501. b. 502. b. 507. a. 509. a. 512. a.
Pſellus, T. I. 639. b. 641. a.
Ptolomæus, *al.* Ptolemæus, T. I. 195. a. 455. b. 493. a. 625. a. 645. a. 653. b. T. II. 322. a. 407. b. 433. a. 481. a. 497. a. 740. b.
Publius Syrus, T. I. 73. *& ibid.* a. T. II. 376. b. 467. a.
Pyrrho (Guillelmus) T. II. 390. a.

Q.

Quiroli Comœdia, T. II. 193. a. 286. a.
Quintilianus, T. I. 23. b. 60. a. 67. b. 126. b. 163. a. 190. a. 220. b. 281. a. 309. a. 378. 397. b. 480. a. 485. b. 500. b. 585. a. 596. a. 609. a. 613. b. 625. a. 633. b. 655. a. 685. b. 686. b. 711. b. T. II. 48. b. 92. b. 98. a. 113. a. 376. b. 444. a. 668. a. 696. b.
Quintus Curtius, T. I. 74. a. 94. b. 338. a. 521. b. T. II. 86. a. 214. a. 379. a. 423. a. 456. a. 506. b. 593. b. 640. b. 664. a.

R.

Rabanus, T. I. 354. a. 639. b.
Rabbi Salomon, T. I. 637. b. 658. a.
Raderus (Matthæus) T. II. 320. a.
Ranconetus, T. I. 29. b. T. II. 349. b.
Rappoltus, T. II. 386. b.
Rebuffus. T. II. 389. b.
Reineſius, T. II. 435. a. 437. a. 443. b. 445. b. 448. a. 449. a. 483. a, b. 505. b. 513. b.
Remigius (S.) T. I. 396. b.
Reynaldus (Odorius) T. II. 296. a.
Rhodiginus (Cælius) T. I. 55. a. 550. a. 606. b. 607. a, b. 633. b.
Rhodius (Joannes) T. I. 72. b.
Ribera (Franciſcus) T. I. 700. a. 702. a.
Ricautius, T. II. 479. b.
Ricciolus, T. II. 395. a.
Richardus Victorinus, T. I. 255. a. 502. b. 653. a. 670. a. 700. b. 711. a.
Rigaltius (Nicolaus) T. II. 282. a. 306. b. 350. a. 378. b. 446. b. 511. a.
Riolanus (Joannes) T. II. 106. b.
Rittershuſius, T. I. 360. a. T. II. 53. a. 85. b. 430. b.
Rivallus, T. I. 610. a.
Rivetus, T. I. 114. a. 171. b. 210. b. 262. b. 303. a. 343. 360. 423. b. 546. b. 549. a. 563. b. 564. a. T. II. 130. b.
Robertellus, T. I. 69. a. 609. b.
Robertus Stephanus, T. I. 685. b.
Robertus Titius, *Vide* Titius.
Romulus Amaſæus, T. I. 36. a.
Roſinus, T. I. 85. a. T. II. 53. a.
Rubæus (Hieronymus) T. II. 317. a.
Rubenius, T. II. 448. a. 482. a.
Ruffinus, T. I. 97. a. 615. a. 624. a. T. II. 226. b. 229. a. 230. a, b. 233. b. 294. a, b. 295. a. 297. b. 303. a. 305. a. 306. a. 323. b. 325. b. 327. a, b. 328. a, b. 329. a, b. 330. b. 332. a, b. 333. a, b. 509. b. 720. b.
Rufus Feſtus, *al.* Feſtus, *vel* Sextus Rufus, T. II. 290. a. 299. b. 308. b. 442. b. 443. a, b. 480. b.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

Ruinartus (Theodoricus) T. II. 399. a. 401. b. 402. b. 658. a. 660. a. 673. a.
Rupertus, T. I. 628. a. 630. b. 635. b. 636. a. 637. b. 639. b. 700. b. T. II. 360. a. 501. a.

www.libtool.com.cn

S.

Sabellicus, T. I. 73. a. 610. b.
Sabinus Juriſc.; T. I. 692. a.
Sagittarius, T. II. 454. a.
Salluſtius, T. I. 100. 101. a. 167. & *ibid.* a. 267. b. 380. b. 431. a. 643. b. 648. b. 711. b. T. II. 91. a. 498. a. 545. b. 585. a. 589. a. 603. 669. a. 733. a.
Salmaſius, T. I. 20. a, b. 25. a, b. 44. b. 50. b. 82. a. 91. a. 362. b. 374. b. 383. a. 400. a. 401. a. 406. b. 561. b. T. II. 217. a. 284. b. 310. a. 313. b. 331. a. b. 365. b. 366. a. 369. a. 376. a. 378. a. 379. b. 380. a. 389. a. 430. a. 434. a. 435. a. 444. a, b. 448. a. 457. a. 462. a. 469. b. 482. a. 483. b. 485. a. 486. a. 489. a. 502. a. 514. b. 556. b. 724. a. 748. b.
Salomon, T. I. 13. a. 35. b. 106. b. 117. a. 144. a. 213. a. 255. b. 258. & *ibid* b. 289. b. 291. a. 299. 305. & *ibid.* b. 306. b. 307. 315. 321. b. 326. 411. b. 423. a. 425. a. 438. b. 466. b. 471. b. 484. a. 504. a, b. 525. a. 536. b. 537. a. 630. b. 653. b. 659. a. 660. a. 663. b. 699. a. 700. b. T. II. 30. 32. 33. 35. 55. & *ibid.* a. 56. b. 57. a, b. 59. a. 139. a. 380. a. 532. b. 638. b. 724. a.
Salomon Jarchi T. I. 106. a.
Salvianus, T. I. 16. b. 18. a. 150. b. 359. a. 490. b. 501. b. T. II. 93. a. 110. b. 212. a. 233. b. 285. b. 310. a. 332. b. 376. a. 390. b. 587. b. 721. a.
Samuel Bochartus, *Vide* Bochartus.
Sanchoniathon, T. I. 22. a.
Sanctius, T. II. 451. a.
Santamantius, *Vide* Triſtanus.
Saracenica, T. II. 644. b.
Savaro (Joannes) T. II. 318. a.
Scævola Juriſc. T. I. 606. b. 648. b.
Scaliger (Joſephus) T. I. 19. a. 65. b. 82. b. 108. b. 172. a. 599. a. 609. a. 684. a. T. II. 284. b. 293. a. 299. b. 301. b. 302. b. 307. a. 312. b. 315. a. 317. a. 322. a, b. 326. a. 334. a. 351. a. 361. a. 371. a. 377. b. 404. a. 409. b. 429. b. 434. b. 450. b. 451. a. 452. a. 462. b. 475. b. 501. a. 557. b. 560. a. 562. a. 584. a. 594. a. 744. b.
Schedius, T. I. 88. b. 89. b. 92. b. 96. b. 106. b. 131. b.
Schefferus, T. I. 97. b. T. II. 378. a. 456. a. 467. b.
Schottus (Andreas) T. II. 316. a. 344. a. 367. b. 376. a. 379. b. 382. b.
Scioppius, T. II. 360. b. 390. a. 439. b.
Scot, T. I. 631. a, b. 638. b. 639. a. 641. a. 646. a. 648. a. 692. a.
Scriptor Anonymus poſt Ammian. Marcell. editus, T. II. 306. a. 457. b. 470. b. 471. a. 472. b. 473. a. 474. a. 502. b. 593. a. 669. a. 670. a. 712. a.
Scultetus, T. I. 320. b.
Scylax Caryandenſis, T. II. 422. a.
Seguinus, T. II. 431. b.
Seldenus, T. I. 47. a. 94. a. 106. b. 276. a. 278. b. 418. a. T. II. 385. b. 448. a. 450. a.
Seneca Philoſophus, T. I. 9. b. 11. a. 13. a. 17. a. 19. 30. 36. b. 38. b. 52. b. 64. b. 72. a. 78. b. 79. a. 83. a. 87. b. 118. 134. b. 147. & *ibid.* b. 175. b. 186. a. 202. a. 216. 218. a. 223. a, b. 225. & *ibid* a. 230. 232. b. 246. a. 247. b. 251. a. 252. a. 253. 257. b. 281. a. 322. a. 327. a. 343. a. 359. b. 384. 396. a. 422. 431. a. 460. a. 461. b. 464. b. 469. b. 472. b. 482. 494. a. 504. 505. 506. & *ibid.* a. 508. & *ibid.* a. 519. b. 537. b. 539. b. 561. 595. a. 596. a. 606. a. 610. a, b. 612. b. 616. a. 617. b. 624. b. 631. b. 643. a, b. 644. b. 646. a. 647. a, b. 649. a. 650. b. 652. a. 654. a. 655. a. 686. b. 687. b. 690. a, b. 691. a. 692. a, b. 693. b. 697. b. 711. a, b. T. II. 44. a. 76. a. 77. a. 135. a. 146. b. 165. 167. b. 184. b. 310. a. 351. a. 360. a. 364. b. 367. b. 368. a. 371. b. 373. a, b. 376. a. 424. b. 428. a. 444. a. 467. b. 475. b. 479. b. 486. b. 503. b. 532. a. 703. b.
Seneca Poëta, T. I. 14. b. 45. a. 91. b. 98. a. 415. b. 492. a. 603. b. T. II. 48. b. 364. b. 423. a.
Servius, T. I. 17. a. 18. b. 24. a. 25. b. 36. b. 38. b. 39. a. 43. b. 55. a. 64. b. 75. b. 76. a. 85. b. 87. a. 89. a. 97. b. 106. b. 134. a. 158. b. 175. b. 217. b. 246. a. 267. b. 350. b. 359. b. 436. b. 441. a, b. 494. a. 600. a, b. 601. a, b. 603. b. 613. b. 614. a. 682. b. T. II. 91. b. 93. b. 118. a. 139. b. 359. a. 452. a, b. 469. b. 511. a. 584. b. 669. a. 674.

Digitized by Google

676. b. 682. b. 686. b. 690. b. 698. a. 719. a.
Servius Sulpitius, T. I. 682 b.
Severianus, T. I. 255. 6, b. 653. a.
Sextus Claudius, T. I. 104.
Sextus Empyricus, T. I. 17. a. 278. b. 359. b. 607. a. 625. a. T. II. 48. a. 359. b.
Sextus Philosophus, T. II. 157. a.
Sextus Rufus, *Vide* Rufus.
Sibylla Cumæa, T. II. 175.
Sibylla Erythræa, T. I. 27. 30. a. 34. 63. 168. 179. 285. 314. 396. T. II. 175.
Sibyllina Oracula, *Vide* Oracula.
Siculus Flaccus, *Vide* Flaccus.
Sidonius Apollinaris, T. I. 39. b. 108. a. 328. b. T. II. 98. b. 99. a. 184. b. 318. a. 361. b. 438. a. 640. b.
Sigonius (Carolus) T. I. 440. b. 609. a, b. 613. a. 631. a. 648. a. 651. a. 686. a. 689 b. T. II. 305. b. 306. b. 311. a. 317. a. 329. b. 480. b.
Silius Italicus, T. I. 92. a. 124. b. 128. b. 182. b. 368. a. 538. a. 573. b. 600. b. 606. a. 609. a. 625. a. 667. b. T. II. 232. a. 243. a. 368. a. 484. a. 505. a. 718. b.
Simplicius, T. I. 278. b. T. II. 48. a.
Siricius, T. II. 553. b.
Sirmundus (Jacobus) T. II. 280. b. 291. b. 298. b. 299. a. 318. a. 456. b.
Sisinnius Capito, T. I. 182. a.
Sixtus Senensis, T. I. 491. a. 574. a, b. 627. b. 691. b. 705. b.
Smirnæus, T. I. 39. a.
Smyrnensis Ecclesiæ Epistola, T. II. 401. b.
Socrates Historicus, T. II. 306. b. 308. a, b. 313. a. 319. a. 325. a. 330. a. 382. b. 388. b. 391. a. 464. b. 471. b. 474. b. 475. a. 498. a. 553. a. 649. a. 673. b.
Solinus, T. I. 25. a, b. 29. a. 52. b. 53. a. 55. b. 72. b. 132. a. 135. a. 169. b. 418. a. 600. a. 601. a, b. 607. b. 616. b. 637. a. 667. b. T. II. 106. b. 422. a.
Sopater, T. I. 278. b. T. II. 48. a.
Sophocles, T. I. 492. a. 505. b.
Sophonias, Propheta, T. I. 388. a.
Soto (Dominicus) T. I. 627. b. 691. b. 692. a. 703. a.
Sozomenus, T. I. 219. b. 597. b. T. II. 328. a. 452. b. 657. a. 670. b.
Spanhemius (Ezechiel) T. II. 289. b. 354. a. 365. b. 367. b. 380. a. 386. b. 432. b. 437. a. 439. b. 445. a. 449. a. 456. b. 461. a. 476. b. 478. b. 481. b. 483. a, b. 499. b. 521. a. 557. b.
Sparkius, T. I. 106. b. T. II. 60. b. *& ubique passim infra.*
Spartianus (Ælius) *Vide* Ælius.
Spizelius, T. II. 509. b.
Sponius, T. II. 423. a. 434. a, b. 460. b. 462. b. 495. b. 503. b.
Stanilus (Fridericus) T. I. 705. a.
Stanleius, T. I. 202. a. 567. a.
Statius (Papinius) T. I. 38. a. 72. a. 91. a. 98. a. 217. b. 491. b. 492. a. 601. b. 647. b. T. II. 181. b. 184. b. 289. b. 368. a. 369. b. 424. b. 444. a. 446. b. 452. b. 458. b. 467. b. 470. b. 489. a. 505. a. 616. a.
Stenwechius, T. I. 612. b. 701. a. T. II. 433. b.
Stephanus Byzantinus, *al.* de Urbibus, T. I. 26. a. 57. b. 92. a. 107. a. 552. b. 599 b. 601. b. 616. b. 645. b. T. II. 369. b. 421 b. 422. a. 439. b. 447. b. 449. b. 450. a. 497. a.
Stillingfleet, T. II. 421. b.
Stobæus, T. I. 18. b. 131. b. 153. a. 165. b. 175. b. 232. a. 235. b. 243. a. 250. a. 442. a. 651. a. T. II. 106. b. 153. a. 368. b.
Strabo, T. I. 18. a. 29. a. 41. b. 49. b. 52. b. 53. a. 75. a. 83. a. 89. b. 92. a. 97. b. 98. a. 107. a. 124. a. 128. a. 138. b. 202. b. 239. b. 254. a, b. 304. b. 364. a. 370. a. 418. b. 458. b. 552. b. 560. a, b. 604. b. 606. a. 607. a. 608. a. 611. b. 613. b. 615. a. 616. b. 625. a. 646. a. 650. b. 652. b. 653. b. 672. b. 710. b. T. II. 106. b. 157. a. 167. a. 369. b. 371. a. 392. b. 404. a, b. 446. b. 447. b. 498. a. 514. b. 515. a. 586. b.
Strada (Octavius) T. II. 333. a. 475. a.
Suetonius, T. I. 57. a. 69. b. 70. a. 72 b. 85. a. 92. b. 124. b. 127 a. 142. b. 167. a. 182. b. 223. b. 240. b. 287. a. 362. a. 488. b. 494. a. 498. b. 610. a. 616. a. 626. a. 635. a. 648. b. 682. b. T. II. 92. b. 185. b. 186. a. 187. a, b. 282. b. 283. b. 332. b. 351. a. 363. a. 365. b. 373. b. 398. a. 424. b. 430. a. 431. b. 434. a. 442. a. 458. b. 460. b. 461. b. 465. b. 467. b. 468. a. 469. b. 475. b. 476. a. 481. b. 486. a. 490. b. 493. a. 503. b. 507. a. 516 a. 538 b. 558. b. 559. b. 563. b. 567. a. 571. a, b. 573. b. 574. b. 575. a. 580. b. 591.

b. 601. a. 609. b. 637. b. 638. b. 640. a. 695. b. 703. a. 708. a. 715. b. 741. b. 755. a, b.
Suicerus, T. I. 339. b. T. II. 609. b. 652. b.
Suidas, T. I. 7. a, b. 35. a. 36. b. 40. a. 107. a. 139. d. 202. b. 363. b. 441. b. 525. a. 537. b. 595. a. 600. a, b. 601. a, b. 607. b. 612. b. 613. b. 614. b. 615. a. 616. b. 628 b. 639. b. 646. a. 647. b. 652. a. 664. b. 665. a. 672. b. 684. b. 686. b. 688. b. 694. a. T. II. 68. b. 143. b. 174. a. 292. b. 315. b. 325. b. 331. b. 334. a. 362. b. 434. a. 435. a. 441. a. 445. a. 447. a, b 450. a. 468. b. 475. b. 477. b. 484. a. 493. b. 494. a, b. 497. a. 506. b.
Sulpicius Severus, T. I. 169. a. 174. a. 557. b. 656. a. 658. a, b. 665. a. 700. a. T. II. 185. a, b. 282. a, b. 289. b. 358 b. 359. a. 360. b 368. a. 372. b. 384. a. 385. a. 386. b 430. a. 454. b. 534. a. 545. b. 556. b. 558. a. 563. b. 564. b. 565. a. 576. a. 577. b. 583. b. 604. b. 607. a. 670. a. 685. b. 687. b. 690. a. 708 a.
Sylburgius, T. II. 361. b. 483. b. 694. a.
Symmachus, T. I. 20. b. 27. a. 86. a 176. a. 304. a. 330. b. 614. a. 668. a, b. 671. b. 672. a. T. II. 286. a 363. a. 368. a. 372. b. 374. a, b. 385. b.
Syncellus, T. II. 400 a. 546. b. 563. b.
Synesius, T I. 505. b. 712. b.
Syrus Interpres, T. I. 321. b. T. II. 362. b.

T.

TABULA XII. T. I. 554. a. T. II. 388. b.
Tacitus, T. I. 3. b. 20. a. 26. a. 42. a. 64. b. 108. b. 203. b. 209. a. 233. b. 287. a. 291. b. 320. a. 359. a. 368. a, b. 376. a. 448. a. 602. a. 605. a. 610. a. 615. a. T. II. 74 b. 97. b. 182. a. 206. 236. a. 280. b. 303 a. 304. a. 308. b. 310. b. 325. b. 332 b. 351. a. 362. a. 366. b. 375. a, b. 380. a. 385. b. 387. b. 398. a, b. 399. a. 414. b. 426. b. 440. a 444. a. 449 b. 468. b 467 b. 475. b. 478. a. 486. b. 506. b. 557. b. 559. b. 562. a. 566. a. 586. b. 613 b. 659. a. 684. b.
Tarquitius, T. I. 39. 604. a. T. II. 6.
Tatianus, T I. 7 b. 14. b. 36. a. 39. b. 84. b. 95. a. 126 b. 239. a. 241. b. 604. b. 605. b. T. II. 658. a.
Taubmannus, T. II. 543. b. 625. b.
Terentius, T. I. 27. b. 46. a. 72. a. 106. b. 148. a. 158. b. 176. b. 186. a 197. a. 220. a. 224. a. 241. & ibid. a. 255. & ibid. a. 265. b. 382. a. 383. b. 387. b. 419. b. 518. & ibid. a. 589. & ibid. b. 605. a. 616. b. 631. b. T. II. 56. 83. a. 86. a. 194. b. 206. 222. b. 359. a. 377. b. 459. b. 475. b. 486. a. 503. a, b. 580. b. 601. b. 614. b. 648. b. 666. b. 667. b. 690. b. 695. b. 705. b. 720. a. 724. a. 732. a. 754. b. 755. a.
Tertullianus, T. I. 9. a. 10. b. 17. a. 18. b. 39. a, b. 44. a. 55. a. 60. b. 65. a, b. 72. b. 76 b. 80. b. 82. b 83. a, b. 85. a, b. 90. a, b. 92. b. 94. a, b. 95. b. 101. b. 104. a. 108 a 114. b. 116. b. 118. b. 125. a. 132. b. 137. a. 142. b. 143. b. 168. b. 171. a. 175. b. 176. b. 177. a. 179. a. 182. b. 239. a. 241. b. 247. a. 251. b. 268. b. 280. a. 286. a. 287. a. 289. b. 294. a. 295. b. 297. b. 298. b. 305. b. 307. b. 319. a. 320. a. 325. a, b. 327. a, b. 330. a. 332. b. 342. b. 345. a. 346. a, b. 354. a. 375. 379. b. 383. a, b. 384. b. 385. b. 386. b. 392. a. 396. a. 400. a, b. 401. b. 403. a. 405. b. 415. b. 430. a. 463. a. 469. b. 471. a. 481. b. 487. b. 490. b. 491. b. 492. b. 493. a. 494. a. 496. b. 498. a. 503. a, b. 508. a, b. 529. b. 552. a. 553. b. 568. a. 560. b. 561. a. 573. b. 574. b. 586. a. 598. b. 604. b. 607. b. 608. a. 611. b. 612. a. 613. b. 614. a. 615. b. 617. a. 618. b. 620. a, b. 626. a, b. 627. a, b. 628. b. 630. b. 631. b. 634. b. 638. a, b. 639. a, b. 640. a, b. 641. a, b. 642. b. 643. b. 651. b. 659. a, b. 660. a. 662. a. 663. a. 665. a. 666. , b. 667. a, b. 668. a, b. 669. a. 671. a, b. 672. a. 681. b. 682. a, b. 684. a. 686 b. 687. a. 688. a. 691. b. 696. a. 699. a. 700. b. 702. b. 703. b. 704. b. 708. b. T. II. 72. b. 77. a. 91. a 124. b. 130. a. 132. a. 185. a. 187. a. 196. b. 217. b. 282. b. 283. a. 358. a. 360. b. 362. b. 363. a. 367. a. 370. a 373 a. 382. b. 383 b. 386. a. 390. b. 391. a. 415. a. 431. b. 432. a, b. 439. a. 447. b. 451. b. 452. a. 456. a. 479. b. 490. b. 491. a. 505. a. 532. a. 534. a 537. b. 538. a. 539. a. 545. a, b. 549. a, b. 553. a. 554.

www.libook.com.cn
Digitized by Google

b. 564. b. 565. b. 569. b. 570. a. 599. b. 601. b. 610. b. 631. b. 635. a. 662. b. 673. a. 720. b. 722. b. 728. a.
Thallus, T. I. 326. b. T. II. 546. b.
Thalmud Hierosolymitanus, T. I. 698. a. T. II. 412. a.
Themistius, T. II. 431. b. 433. b.
Theocritus, T. I. 40. a. 264. b. T. II. 494. a.
Theocriti Scholiastes, T. I. 175. b. T. II. 493. b. 494. a.
Theodoretus, T. I. 7. a, b. 29. b. 35. b. 50. a. 51. b. 64. a. 76. a. 80. b. 82. b. 105. b. 154. a. 172. a. 208. b. 227. b. 255. a. 288. b. 294. a. 332. b. 339. b. 432. b. 558. a. 563. b. 603. b. 607. a. 614. a. 620. b. 627. b. 632. b. 634. b. 635. b. 639. b. 653. a. 655. a. 658. a, b. 659. a. 681. b. 688. a. 700. b. 703. a. 712. b. T. II. 71. b. 90. a. 99. b. 101. a. 102. a. 113. a. 114. b. 139. b. 155. a. 196. b. 328. a. 368. b. 554. a. 602. a. 603. a.
Theodorus Cantarus, T. I. 282. a.
Theodorus Metochita, T. II. 549. b. 559. b. 564. b. 639. a. 654. b.
Theodotion, T. I. 20. b. 668. a, b.
Theon Alexandrinus, T. I. 98. b. 194. a. 312. b. 433. a. 694. b.
Theophanes Chronographus, T. I. 620. a. T. II. 248. a. 341. b. 649. a.
Theophilactus, T. I. 255. a. 508. b. 653. a. 664. a. 693. b. 703. b.
Theophilus Antiochenus, T. I. 7. a. 28. a. 33. a. 34. a. 50. a. 53. a. 65. a. 96. a. 108. 169. a. 284. a. 285. a. 396. b. 602. a. 607. a, b. 617. a. 636. b. 659. a. 663. b. 664. b. 698. b. T. II. 152. a. 479. b.
Theophilus Cæsariensis, T. I. 296. b. 665. b.
Theophilus Jurisc. T. I. 454. a. 651. b.
Theophilus Paraphrastes, T. I. 279. b. 616. b.
Theophrastus, T. I. 10. b.
Thomas Aquinas, T. I. 143. b. 165. a. 168. b. 175. b. 180. b. 183. b. 292. a. 462. b. 491. a. 508. b. 528. b. 561. a. 574. a. 595. a. 599. b. 602. b. 603. a. 619. b. 621. a. 622. a, b. 623. b. 624. b. 626. b. 627. a, b. 628. a, b. 631. a. 632. a. 634. b. 635. b. 636. a. 638. a, b. 639. a, b. 640. a, b. 641. a. 642. a. 643. a, b. 646. a. 647. a. 652. b. 660. a. 661. a, b. 662. a. 664. a, b. 666. a. 667. b. 669. b. 670. a, b. 681. a, b. 682. a, b. 683. a, b. 691. b. 692. a. 693. b. 696. a. 698. b. 699. a. 701. a, b. 703. a, b. 704. a, b. 709. a. 711. a.
Thomas de Argentin. T. I. 641. a.
Thomasius (Michael) T. I. 29. a, b. T. II. 93. b. *& ubique passim infrà.*
Thucydides, T. I. 83. b. 245. b. 612. a.
Thysius, T. I. 24. b. 107. a. 159. a. 199. b. 373. b. 438. b. T. II. 102. a.
Tibullus, T. I. 25. b. 39. b. 55. b. 104. a. 172. a. 370. b. 418. a. 553. a. 573. b. 601. a, b. T. II. 452. a.
Tillemontius, T. I. 5. a, b. 354. b. 526. b.
Tiraquellus, T. I. 610. a.
Titius (Robertus) T. I. 231. a. 649. a.
Tobias, T. I. 464. b. 466. b. T. II. 55. 57. b.
Toinardus, T. II. 183. b. *& passim infrà.*
Tollius, T. II. 195. a. 197. a. 199. b. 215. b. 221. b. 233. b. 234. a. 239. a. 243. b. 245. b. 249. a. 529. *& passim infrà.*
Torres, T. I. 683. b.
Torrentius, T. II. 362. a. 458. b.
Tostatus (Alphonsus) T. I. 293. b. 635. b. 636. a. 637. a.
Trebellius Pollio, T. I. 41. a. 101. b. T. II. 189. a. 190. b. 284. b. 286. b. 304. a. 331. b. 333. b. 355. b. 400. a. 456. a, b. 437. a. 444. b. 493. a. 507. a. 578. a. 581. a. 582. a. 583. a. 586. b. 640. b. 757. a.
Tristanus Santamantius, T. II. 314. a. 315. b. 428. a. 430. a. 431. & 432. b. 435. b. 436. b. 438. b. 439. b. 442. b. 443. b. 448. a. 449. b. 450. b. 457. b. 460. b. 461. b. 462. a. 470. a. 474. a, b. 479. a. 486. b. 488. a. 494. b. 496. b. 501. b. 504. a. 505. a, b. 507. b. 510. b. 518. b.
Trithemius (Abbas) T. I. 705. a. T. II. 356. b.
Trogus, T. I. 53. a.
Turnebus, T. I. 69. a. 104. a. 435. b. 461. b. 472. b. 573. b. 609. b. 633. b. T. II. 139. a. 362. a. 448. a. 451. a.
Turrianus, T. I. 665. b.
Tyronis Notæ, T. II. 435. b.
Tzetzes, T. I. 14. b. 35. b. 37. a. 60. a. 80. b. 159. a. 217. b. 244. b. 254. a. 652. b. T. II. 108. b. 264. b.

V.

Vadianus (Joachimus) T. I. 521. a.
Vaillant (Joannes) T. II. 289. a. 397. a. 437. a. 483. b. 505. a.
Valerius Flaccus, T. I. 38. a. 39. b. 75. a. 105. b. 156. a. T. II. 368. b. 485. a. 491. a. 511. a.
Valerius Maximus, T. I. 2. a. 25. a. 60. a. 70. b. 83. b. 85. b. 86. a. 102. a. 103. b. 108. a. 120. a. 125. b. 126. a. 127. a. 128. b. 139. b. 140. a, b. 141. a, b. 142. a, b. 182. b. 217. b. 223. a, b. 251. a. 252. a. 276. a. 359. a. 367. b. 397. a. 407. b. 454. a. 612. a, b. 624. b. 625. b. 626. a. 642. a. 647. b. 652. a. 686. b. 687. b. T. II. 48. b. 121. a. 157. a. 167. a. 360. a. 370. a. 444. a.
Valerius Soranus, T. I. 14. a.
Valesius, T. II. 138. b. 197. a. 212. a. 217. b. 224. b. 230. b. 232. b. 285. a, b. 286. a. 291. b. 292. b. 294. a. 296. b. 298. a. 299. b. 300. b. 301. b. 305. a. 306. a, b. 307. b. 309. b. 310. b. 313. a. 315. b. 317. a. 318. a, b. 319. a, b. 321. b. 322. b. 324. a. 325. a, b. 328. b. 329. b. 330. b. 331. a. 333. b. 334. a, b. 336. a. 339. a. 340. a, b. 347. b. 366. a. 371. a. 372. b. 375. a. 387. b. 389. b. 406. a. 422. a, b. 433. a. 436. a. 437. b. 439. a. 441. a. 443. a, b. 445. b. 455. a. 457. b. 458. a. 460. a. 461. b. 463. a. 465. a. 470. a. 473. b. 476. b. 481. b. 484. b. 486. b. 495. a. 505. b. 507. a. 510. b. 515. b. 519. a. 555. b. 631. a. 652. b. 694. a. 711. b. 718. a. 731. a. 733. b. 740. b. 743. b.
Valla (Laurentius) T. I. 171. a. 194. a. 503. b. 598. b. 685. a. T. II. 349. b.
Vallinus, T. I. 37. b.
Vander-Linden, T. I. 78. b.
Varro, T. I. 23. 25. b. 49. a. 50. b. 61. 75. 84. a. 87. a. 93. 97. b. 104. 107. b. 156. b. 169. b. 299. a. 313. b. 319. b. 320. a. 412. b. 417. a. 481. b. 490. a. 493. b. 507. b. 525. a. 608. b. 609. a. 611. b. 612. b. 613. b. 614. a. 615. a, b. 636. a. 637. a. 667. b. 683. a. 711. b. T. II. 54. b. 79. a. 84. 91. 97. 98. b. 106. 108. 113. a. 118. 139. b. 174. 213. b. 369. a, b. 376. a. 385. a. 388. b. 428. a. 435. b. 453. a. 456. a. 477. a. 490. a. 603. b. 612. b. 694. a. 715. a.
Vatable, T. I. 658. a.
Vegetius, T. I. 89. a. 365. b. 414. b. 598. b. 613. a. T. II. 360. b. 372. a. 389. b. 433. b. 504. a. 729. a.
Velleius Paterculus, T. I. 67. b. 129. b. 142. b. 240. b. 317. a. 403. a. 607. a. 626. a. T. II. 208. a. 375. b. 423. a. 439. b. 458. a. 459. a. 479. a. 483. b. 536. a. 575. a.
Velserus, T. II. 453. a. 461. a.
Velutellius, T. I. 683. a. 685. a, b. 686. a.
Venuleius Saturninus, T. II. 493. a.
Vesalius, T. II. 96. b. 97. a. 99. a. 105. a. 106. a. 111. a, b. 115. a.
Vibius Sequester, T. I. 38. b.
Victor (Aurelius) *Vide* Aurelius.
Victor (Petrus) T. I. 202. a.
Victor Episc. Tunnunensis, T. II. 495. b.
Victorinus Lemovicensis, T. I. 666. a. 704. b.
Victorinus Pictaviensis, T. I. 558. a.
Victorius Aquitanus, T. II. 545. a. b. 710. a.
Victorius (Marianus) *Vide* Marianus.
Victorius (Petrus) T. I. 603. b. 646. a.
Vigilius, T. I. 101. b.
Vincentius Lirinensis, T. I. 5. b.
Virgilius Maro, T. I. 16 & *ibid.* b. 18. & *ibid.* b. 26. a, b. 33. b. 35. 39. a, b. 40. b. 41. b. 42. b. 43. b. 44. & *ibid.* a. 45. & *ibid.* a. 46. a, b. 47. b. 53. b. 54. b. 61. & *ibid.* a, b. 62. b. 63. a. 65. b. 66. & *ibid.* b. 67. & *ibid.* a. 70. b. 75. a. 76. b. 77. a, b. 81. & *ibid.* a. 83. a. 91. & *ibid.* a, b. 97. a. 98. b. 101. a. 105. b. 106. a. 107. b. 117. a. 121. b. 124. & *ibid.* a. 125. a. 141. a. 143. & *ibid.* a. 160. & *ibid.* b. 182. & *ibid.* b. 183. & *ibid.* b. 186. a. 197. a. 198. a. 204. a, b. 206. 211. b. 244. b. 247. b. 258. b. 264. a. 267. 275. b. 290. a. 293. a. 299. a. 310. a. 313. a. 327. a. 345. a. 347. a. 350. b. 359. b. 360. b. 368. b. 372. b. 373. b. 374. a, b. 381. b. 382. a. 384. a. 385. a. 386. a, b. 387. a. 388. b. 389. a. 413. b. 416. b. 417. a. 433. b. 436. b. 438. a. 488. a. 504. 506. b. 507. b. 516. a. 520. 538. b. 544. a. 552. b. 561. a, b. 572. 573. b. 575. 576. 577. 581. 600. b.

www.libook.com.cn
Digitized by Google

601. a, b. 605. a. 606. a. 608. 609. a. 610. a. 611. b. 615. b. 616. a. 623. a, b. 626. a. 643. a, b. 645. a. 667. b. 668. b. 690. b. 693. a. 699. b. T. II. 3. 7. b. 48. b. 72. b. 73. 84. 91. b. 92. 93. b. 95. a. 99. a. 102. a. 113. a. 117. a. 120. a. 121. 139. a, b. 145. b. 152. 157. a. 181. b. 193. 195. a. 199. 202. 212. b. 216. a, b. 220. b. 222. b. 223. b. 224. a. 227. a, b. 228. a. 239. a. 243. a. 263. b. 266. b. 269. a. 299. a. 355. a. 361. a. 362. 364. b. 371. a. 377. b. 383. a. 388. a. 390. a. 424. b. 431. a. 433. b. 434. a. 439. b. 445. b. 453. b. 457. a. 474. b. 477. b. 503. a. 511. a. 541. a. 582. b. 593. b. 616. a. 630. b. 631. b. 636. a. 638. b. 639. a. 668. a. 669. a. 677. a. 678. b. 681. b. 682. a, b. 690. b. 693. a, b. 694. a. 695. b. 698. a. 702. a. 703. a. 704. a. 708. b. 741. b. 746. a.

Vita S. Basilei Episcopi Amaseæ, T. II. 339. b.

Vitruvius, T. I. 17. a. T. II. 522. b. 615. b.

Vives (Ludovicus) T. I. 468. b. 476. a. 492. b. 600. a. 613. b. 655. b. 663. a.

Ulpianus, T. I. 72. b. 203. b. 279. a. 451. b. 498. a. 500. a, b. 603. b. 606. b. 610. a. 615. b. 625. b. 633. a. 689. b. 692. a, b. T. II. 214. b. 302. a. 391. b. 425. a. 470. a. 505. b. 662. b. 664. b. 666. a. 742. b.

Volaterranus, T. I. 642. b.

Volcatius, *al.* Vulcatius Gallicanus, T. II. 366. b. 755. b.

Vopiscus (Flavius) T. I. 618. b. T. II. 285. a. 288. a. 289. a, b. 290. b. 297. b. 299. a. 301. a, b. 303. b. 308. a. 310. b. 311. a. 313. b. 364. a. 379. b. 422. b. 424. a. 426. b. 429. a. 433. a. 438. a. 440. b. 442. b. 444. a. 445. a. 455. b. 456. b. 502. a. 503. b. 583. b. 584. b. 585. b. 591. a. 599. a. 601. b. 611. b. 639. a. 640. b. 645. b. 733. b.

Vorstius (Joannes) T. II. 358. b. 372. b. 385. a. 685. a.

Vossius, T. I. 7. a, b. 8. a. 9. b. 14. b. 15. a. 24. a. 28. b. 35. a. 45. a, b. 48. a. 49. a. 61. a. 65. b. 70. a. 75. a, b. 80. a. 81. b. 82. a, b. 84. a, b. 94. b. 95. b. 96. a. 100. a. 108. b. 131. b. 134. a. 176. b. 244. b. 278. b. 283. a. 561. a, b. 575. a. T. II. 118. b. 138. b. 149. b. 191. b. 228. a. 241. b. 358. b. 367. a. 371. a. 373. a. 391. a. 435. a. 447. b. 448. a. 451. b. 538. b. 541. a. 589. a. 593. a. 636. a. 642. a. 649. b. 667. a. 703. b. 714. a. 719. b. 720. b. 730. a. 751. b.

Usserius, T. II. 401. b. 416. a.

Vsuardus, T. II. 380. a.

Walchius, T. I. 2. a. 5. a. 25. b. 36. a. 44. a, b. 62. a. 71. a. 72. a. 103. a. 113. a, b. 138. b. 139. a. 191. a. 193. a. 202. a. 209. a. 227. b. 230. b. 276. b. 406. b. 438. b. 463. aa 465. a. 468. a. 470. b. 481. b. 485. b. 531. b. 586. a. T. II. 90. a. 100. a. 134. b. 138. a. 139. b.

Walfridus, T. I. 618. b.

Wandelbert, T. II. 666. a.

Weitsius (Joannes) T. I. 87. b. 399. b.

Wheler (Georgius) T. II. 462. b.

Vuilichius, T. II. 103. b.

Wilthemius, T. II. 456. b. 465. a.

Wisembachius, T. II. 360. b. 396. a.

Witichindus, T. II. 467. b.

Vulcanius, T. II. 435. b.

Wouwer (Joannes) T. I. 8. a. 33. a. 55. a. 401. a.

X.

Xenocrates, T. II. 116.

Xenophon, T. I. 120. a. 169. b. 175. a. 200. a. 206. b. 245. b. 605. a. 637. a. 644. a. 647. b. 651. a. 688. b. 711. a. T. II. 153. a. 370. b. 434. a. 435. b. 467. b.

Xiphilinus, T. II. 283. b. 303. b. 311. a. 373. a. 572. b. 574. b. 575. b.

Xistus, T. I. 23. a. 170. b. 173. a.

Z.

Zacharias Propheta, T. I. 307. *Ibid.* a. T. II. 34. 55. a.

Zarlinus, T. I. 666. a.

Zeno Imperator, T. II. 578. a.

Zeno Philosophus, T. I. 10. b. 18. 206. 291. T. II. 117. a. 153.

Zeno Veronensis, T. I. 667. b.

Zephirus (Franciscus) T. II. 283. b.

Zieglerus (Gaspardus) T. II. 454. b.

Zozimus, T. II. 216. b. 218. b. 219. b. 220. a. 238. b. 239. b. 241. a. 242. b.

Digitized by Google

244. a. 279. b. 284. a. 301. a. 303. a.
305. b. 308. a. 311. a. 312. a. 316. b.
317. a, b. 318. b. 319. a. 320. b. 321.
a. 322. a. 324. b. 330. a. 334. b. 335.
a, b. 336. a. 337. b. 338. a. 339. b.
364. a. 387. b. 403. b. 417. a. 432. b.
433. a. 441. b. 445. b. 456. a. 460. a.
471. b. 473. b. 474. a, b. 480. b.
a. 486. a. 488. a. 493. b. 499. a. b.
b. 502. b. 508. a. 574. b. 575. b. 578.
b. 580. b. 584. b. 590. a. 671. a. 673.
a. 680. b. 682. a. 683. a. 684. a. 691.
a. 694. a. 701. a. 733. a.

www.libtool.com.cn

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

www.libtool.com.cn

RERUM VERBORUMQUE NOTABILIUM,

QUÆ IN HOC SECUNDO VOLUMINE CONTINENTUR.

Numerus Arabicus paginam indicat; littera a *vel* b *numero addita primam aut secundam Notarum columnam designant.*

Voces Lactantio peculiares eduntur Italico caractere.

A.

Abdere, *Abditus*, pro *abscondere*, *absconditus*, 535. b.

Abdomen. Nomen ejus undè deductum, 110. a. Quæ intestina complectatur, 111. a.

Abelius, quis fuerit, & quomodò interfectus, 218. b. 315. b.

Abrittum, Aburtum & Abyrtum, eadem, 400. a.

Achilleus, purpuram sumit in Ægypto, 445. a. A Diocletiano quo anno victus, *ibid.*

Acies, pro pugnâ, seu prælio, 239. b. *& seq.* 737. a.

Acta S. Mauritii & Sociorum falsa, 288. b. Item S. Georgii, 294. b. 296. b. Acta Pilati quandò, & à quibus conficta, 423. a, b. 484. b.

Actio, pro actione forensi, 618. a.

Actuarii & Actuales, quinam dicti, 587. a.

Actus, pro actione, 154. b. 366. a.

Acuminare, 89.

Adferre & *Adducere*, non promiscuè adhibenda, 657. b.

Adicere, antiquè pro *adjicere*, 666. a.

Administratores, quinam fuerint, 213. a. 661. b.

Adolescens & juvenis, synonima, 668. b.

Adovare, pro incurvare se profundè, 207. b.

Adversarius, pro Diabolo, 180. 428. a, b. 536. a.

Adolescens, pro *adolescens*, 647. a.

Adulterii pœna, capitalis esse quandò cœperit, 492. a.

Adunari, quænam dicantur, 664. b. *& seq.* 741. b.

Ædiles, rabiem vendentium olim coërcebant, 366. b.

Ægyptus, quo sensu Oriens dici possit, 445. a. 595. b.

Æoles, Δ mutant in Ζ, 373. a.

Æqualis cum quo, 138.

Æs, sine addito dictum de ære militari, 720. b. Ære diruius miles quis diceretur, *ibid.*

Æsculapius. De ejus ortu, vitâ & morte, 6. *& seq.*

Æsophagus, gula dictus, 101. Ejus natura & usus, *ibid.* Stomachus vocatus à quibusdam, *ibid.* a.

Æstimare, idem nonnunquàm ac numerare, seu de numero conjecturam facere, 383. b.

Æterniora, 61. bis.

Affectus. De tribus animi affectibus, & de iis dirigendis, 50. *& seq.* Quòd sint domandi, 54. *& seq.*

Ἀγαλματα & Ἀνδριαντες, Ἀγαλματοποιὸι & Ἀνδριαντοποιὸι, in quo differant, 493. a, b. *& seq.*

Agapius. Ejus in Diocletianeâ persecutione martyrium, 297. a.

Agere, pro *facere*, 597. a, b. 655. b. Pro *jure agere*, 618. a.

Agdir, vel Abdir, lapis, sive Dea culta in simulachro lapidis, 449. a. Idem cum lapide, quem Saturnus dicitur pro Jove devorasse, *ibid.*

Agdus Deus, lapis, 449. a.

Ἀγεννήμονες, quinam dicti apud Græcos, 366. b.

Alagabalus, Deus lapis, quâ formâ, 449. a.

Alamanni, cæsi à Constantio circa Lingonas, 455. b.

Albescere, pro *pallescere*, 227.

Albi equi, *Vide* Equus.

Alexander, Africæ Tyrannus, ubi victus, 496. b.

Alexander M. victoriis nunquàm Africam

peragravit, 495. a.
Alexandra. De ejus cum Diocletiano conjugio & Christianismo tabulæ, 296. b. 486. b.
Altrinsecùs, pro alterâ ex parte, 91.
Ambrosia, cibus Deorum apud Poëtas, 267. b.
Amburi, *Ambustus*, 372. a, b.
America. Utrùm in ea Evangelium Apostoli ante Neronis dominationem prædicaverint, 577. a.
Amici regum, quinam dicti, 364. a. 674. a.
Amiseni, Serapidem coluerunt, 404. a. De duplici illorum ærâ, *ibid.* & b. Libertate donati à Julio Cæsare, *ibid.* Libertatem quomodò sibi posteà quæsiverint, *ibid.* Tertia æra falsò ipsis adstructa, 405. a.
Ἀναβολεύς, Græcis quid esset, 434. a.
Anaxagoras, hominem belluis coæquavit, 137. b. & *seq.* Prædixit lapidem è sole casurum, 448. b.
Angeli. De iis & eorum lapsu, 17.
Anguimanus, Elephas cur dictus, 85. b.
Animam mortalem facit Epicurus, 25. Probatur ejus immortalitas, 64. & *seq.* Quinam igneam illam crediderint, 91. a, b. De ejus naturâ variæ opiniones, 117. & *seq.* Quomodò infunditur in corpus, 119. Utrùm idem sit cum animo, *ibid.* & *seq.* Utrùm à parentibus generetur, 121. & *seq.*
Animalia. De eorum figurâ & membris, 83. & *seq.* Vide *Bellua.*
Animus, *Vide* Anima.
Anniculus, quinam dicatur, 349. b. 350. b.
Annona militaris. Per eam quid debeat intelligi, 486. a.
Ante diem decimum Kal. & *post diem decimum Kal.* an idem valeant, 281. b. 349. b. & *seq.* 360. b. 394. b. & *seqq.* 543. b. & *seqq.*
Ἀνθρωπος, homo quarè appellatus, 15.
Antisthenis de unitate Dei sententia, 153. & *ibid.* b.
Antoninus Pius, quo anno obierit, 415. a.
Apes. De earum intelligentiâ, & providentiâ futuri, 139. & *ibid.* b.
Apollo. Gregem pavit alienum, & Narcissum interfecit, 7. Undè præcipua ejus commendatio, 199. a. Cultus à Milesiis, 404. a. Dictus Ἀγυιεὺς & Ἀγυιάτης, 450. a.
Apostoli, quot annos Evangelium prædicaverint, 281. b. 554. b. & *seq.* Utrùm Evangelium disseminaverint per omnem terram, 558. b. & *seqq.* 555. a. 577. a.
Apothecæ, veteribus quid fuerint, 388. & 719. b. Differebant ab horreis, officinis & tabernis, 719. a, b.
Arabes, lapidem pro Deo coluerunt, 447. a, b.
Aræ positæ insidiosè à Paganis in multis locis, 372. b.
Archytas Tarentinus. Illius irati apophtegma redarguitur, 167. & *seq.*
Ardere cum invidiâ, utrùm Latinè dicatur, 619. b.
Areæ. In iis aliquandò frumentum habebant Veteres, donec in horreis reconderent, 381. a.
Aristides, quis fuerit, 170. a.
Aristo, quinam, 174. b.
Aristoteles, unitatem Dei agnovit, 153. & *ibid.* b.
Aristoxeni de mente, seu animâ opinio, 116. & *seq.*
Armenia. Duas fuisse, Euphrate fluvio discriminatas, 290. a.
Armilustrium, quid esset, 477. a. Ubi celebraretur, *ibid.*
Ἁρμοσυρεῖς, quinam dicti, 193. a.
Arrius, quàm fœdè perierit, 382. b.
Artaxerxes, frater Saporis regis Persarum, quo pacto ad regnum pervenerit, 441. a.
Artemia, utrùm Diocletiani filia, 487. a.
Arteria aspera, quomodò appellata à Lactantio, 102. De ejus naturâ & usu, *ibid.* & *seq.*
Artes malæ, de magicis artibus ab Imperatoribus damnatis, 468. b.
Aruspices, *Vide* Haruspices.
Ascendere navem, jugum, equum, sine præpositione, 580. b.
Asclepius, pro Æsculapius, 227. 327. b. 383. b.
Asiani, dies mensium quo ordine putarent, 401. a.
Asiarchæ. De iis Auctores, 482. a.
Astra. De illorum cultu, 16. Eorum ortus & occasus ad hominis utilitatem accommodatus, 156.
Astronomi, diem quomodò numerent, 391. b.
Athenagoras, apologiam pro Christianis quo anno scripserit, 654. b.
Atlas mons, cultus quasi Deus ab accolis, 369. b. 447. a.
Aves. Ipsis nascentibus utrùm oculi primùm formentur, 107. & *ibid.* a.
Augustæ. Utrùm olim mortuis maritis Imperatoribus, aliis viris nupserint, 435. b. 414. a. 515. a. 725. b. & *seq.*

Augusti, fratres Imperatorum nuncupati, 308. b. juniores Augustos magnâ reverentiâ prosecutos seniores, 726. a. *Vide* Imperatores.
Augustus Imperator. Factum ipsius laudatum ab Auctoribus, 424. b. Quam fecerat imperii distributionem, ea quòusque duraverit, 586. b.
Aurelianus, naturâ vesanus & præceps, 190. a, b. 285. a. 583. b. Persecutionem molitur in Christianos, 191. Ejus mors, *ibid.* 285. a. 364. a. 584. b. Persecutionem quo anno concitaverit *ibid.* a. 403. b. Ejus crudelitas, 289. a. Daciam novam recuperavit, *ibid.* b. Domini & Dei titulum usurpavit, 364. a. Quo anno sit interemptus, 403. b. Carpicus quarè dictus, 433. a. Undè oriundus, 444. a. Solem magnâ reverentiâ prosequebatur, 456. b. Cui successit in imperio, 583. a. Quandò ad illud evectus, *ibid.*
Aurelius Victor, historiam persecutionum utrùm scripserit, 344. a, b.
Aures. De iis, & quarè binæ à Deo factæ, 91. Undè dictæ, 92. Quænam laudatæ à Veteribus, *ibid.* b.
Axiopolis, urbs, ubi sita, 302. a.
Azyma. Eorum festum apud Judæos quandò celebraretur, 403. a.

B.

BACCHUS. Ejus amores cum Ariadne, 7. Διονύσιος dictus apud Arabes, 447. a. Quâ formâ ab iis coleretur, *ibid.* b. Cultus aliquandò sub figurâ columnæ, 450. b.
Bætuli lapides apud Phœnices, 448. a. Ipsis templum extructum in Oriente, *ibid.* b.
Baptismus, quandò institutus à Christo, 552. b. Quo anni tempore in veteri Ecclesiâ solenniter administraretur, 553. a, b.
Barba. De Dei in ratione barbæ providentiâ, 90.
Barbaria, & solum Barbaricum, dicta de regionibus, quæ imperio Romano non subjacebant, 492. a.
Barbati, & Barbatuli, inter se distincti, 647. a.
Basilicæ, qualia ædificia fuerint, & quandò cœperint extrui à Christianis, 521. b. & *seq.* Undè nomen habuerint, 522. a.
Bastarni, populi Transdanubiani, 304. a.
Beati, vox sumpta alio sensu à Veteribus, quàm hodiè fieri solet, 440. a.
Beatitudo publica, beatissimi Cæsares, &c. in nummis, 440. a. 506. a.
Bella, tempestatibus ac procellis à Veteribus comparata, 426. b.
Belluæ. De Dei providentiâ in illarum creatione, 75. Utrùm iis mens insit, & quinam hanc ipsis tribuerint, 137. & *seq.* In quo differant ab homine, 138. Earum intelligentia & providentia futuri, 139. Illarum causâ utrùm Deus mundum effecerit, 156. & *ibid.* a. Sunt in usum hominis à Deo factæ, *ibid.* De utilitate etiam noxiarum, *ibid.* & *seq.*
Belus, Assyriorum rex, quo tempore vixerit, 14.
Benevolentia, pro benevolentiæ signo, aut gratificatione, 753. a.
Bestia, Bestiæ, dictum de Ecclesiæ Persecutoribus, 186. a. 202. a. 289. b. 567. b.
Bestiarii, seu damnati ad bestias. De cœnâ liberâ ipsis datâ, 506. b.
Bi, in compositione dualem numerum denotat, 435. b.
Bipalium, *Bicinium*, *Bisellium*, & similia, 435. b.
Bis, pro *iterùm*, 219.
Bistapiæ, quandò cœperint usurpari, 435. b.
Blattæ. De duplici earum genere, & Auctoribus de iis consulendis, 157. a. Salubris earum usus in medicinâ, *ibid.* b.
Bona caduca & vacantia, ad quorum curam pertinerent, 285. b. Bona immobilia Ecclesiis Christianorum quandò prohibita, quandò non, 505. b. & *seq.*
Bonifacius VIII. Papa, Cælestinum V. quarè in custodiâ detinuerit, 316. b.
Bonum summum in vitâ quærendum, 22. Quale sit, *ibid.* De eo variæ Philosophorum opiniones, *ibid.* & *seq.*
Boves lucæ, *Vide* Elephas.
Brachia. Eorum vox usurpata in Bibliis ad significandum robur, 99. a.
Branchidæ. Locus iste ubi situs, 292. b. Undè celebris, *ibid.* De ejus Oraculo Auctores, 371. a.
Britannia. Utrùm in eâ natus Constantinus Magnus, 421. b. & *seqq.* Hanc Constantius non attigit, antequàm Cæsar foret, 422. b. Quo sensu Constantinum Cæsarem prima viderit, eamque ille nobilitarit, 423. a.
Britannia Gallica, quandò, & undè nomen acceperit, 691. b.
Burdinus, detentus in custodiâ à Callisto II. 316. b.

Digitized by Google

C.

CÆCILIUM per *a*, & Cecilium per *e*, facilè esse posse nomina non confundendenda, 530. a.

Cælestinus V. Papa, quarè detentus in custodiâ à Bonifacio VIII. 316. b.

Cæsares, minores Augusti appellati, 206. b. Eorum purpura eadem atque Imperatorum, 210. b. 461. a. 682. a, b. Vocati etiam filii Augustorum, 308. b. Quo tempore tres fuerint in imperio, 315. b. Fuerunt planè in potestate Augustorum, 425. a, b. 442. a. Nomen eorum nullius imperii indicium fuit, *ibid.* Diadema commune utrùm habuerint cum Imperatoribus, 461. a, b. *& seqq.* Utrùm aliquandò Imperatorum nomen gesserint, 596. b. *& seqq.* Augustæ Majestatis fuerunt hæredes, 642. b.

Calcare, pro vastare, perdere, conculcare, 464. a. Calcare gentem, Tyrannos, mortem, *ibid. &* b.

Callistus II. Papa, Burdinum in custodiâ detinet, 316. b.

Calvities. De ejus dedecore, 90. *& ibid.* a.

Campus Martius, quid fuerit, & quandò celebratus, 226. b. 414. b. 477. a. Celebratus etiam apud Francos, 414. b. Villa publica in eo quid fuerit, 472. b.

Candidiana, urbs, ubi sita, & à quo fortè denominata, 412. b.

Candidianus, filius Galerii ex concubinâ, 211. *& ibid.* a. 309. b. 654. a. A Valeriâ Galerii uxore adoptatus, 249. 309. b. A Licinio quandò occisus, *ibid. & seq.* 309. b. Filiæ septenni Maximini desponsatus, *ibid.* Quo anno natus, 412. a.

Canis. Quinam in eo speciem quandam ratiocinationis admiserint, 138. b.

Canon, quid sit, & ab indictione quid differat, 365. a. 695. a.

Capio, onis, nomen Jurisconsultorum proprium, 98. b.

Capitatio. Huic urbana plebs à Galerio subjecta, 214 *& seq.* Quinam eam pendere Imperatorum legibus non tenerentur, *ibid.* b. 469. b. 647. a. 666. a. Hanc Romani veteres non rejecerunt, 377. a. Huic sola Romana plebs à Constantino exempta, *ibid.*

Capitolia, in aliis urbibus extructa, quàm Romæ, 460. b. *& seq.*

Captivitas, dicta de signo vel notâ captivitatis, 679. a.

Caput, orbi quarè & globo similis in homine, 91. De duali numero in eo, 96. Caput parietibus infligere, unum ex detestabilibus lugendi generibus, 341. b.

Caracalla, Germani appellationem quandò usurpaverit, 405. a. Quo anno tradita ipsi potestas Tribunitia, *ibid.*

Carinus, utrùm victus & captus à Persis, pellisque ab iis illi detracta, 423. b. *& seq.* Quomodò perierit, 424. a. Cari filius fuit, *ibid.*

Carpi, quinam, 188. b. Ubinàm habitarent, 284. a. Populi Transdanubiani, 304. a. Romanis sæpè infesti, 363. a. Cum Francis, Gethis sive Gothis, & Scythis aliquandò confusi, 403. b. 578. b. Urbes Carpiæ, seu Carpicæ, 433. a.

Carus, quo anno cœperit imperare, 422. b. Carini pater fuit, non avunculus, 424. a.

Casia veterum non eadem ac recentiorum, 266. b.

Cassides, de quâ materiâ fierent, 744. b.

Castor & Pollux. De vitâ eorum flagitiosâ, 7.

Catacumbæ, quæ loca fuerint apud Veteres, 489. b. Undè dictæ, *ibid.*

Causa, scriptum sæpè in antiquis codicibus, pro *casus*, 240. b. 338. b. *Causâ*, vel *gratiâ*, Græcis ἕνεκα, sæpè subauditum in Auctoribus, 537. b. *& seqq.*

Causidici, à jurisconsultis in quo differrent, 468. b.

Cedere impunè, 170.

Celebrare Campum Martium, *asylum*, &c. quid sit, 477. a. 701. a.

Censitores, à Censoribus quid differrent, 469. a. 662. b. *& seq.* Eos jam ante Galerium in tabulas omnia retulisse, 470. a.

Censualis forma, qualis fuerit, & quid continuerit, 310. b. 425. a. 663. a, b. Huic quænam, & quinam obnoxia, 425. a. 666. a.

Cerebrum. De ejus ventriculis, 96. *& ibid.* b. Mentis sedes est, 115. 146. a.

Cereris sacra quo ritu celebrarentur, 13.

Chalcedonium fretum aliquandò voluit Maximinus limitem esse Orientalis imperii, 330. b. 713. a. Ubi situm, *ibid.*

Chlamydes quid fuerint, 331. a. Candidæ quandò summis Pontificibus tributæ, *ibid.* 484. a. Iis Palatini utebantur, 716. b.

Chrestus, nomen Romanis usitatum, 430. a. Quid significet, *ibid.* A Gentilibus Christo Domino quomodò inditum, *ibid.*

Christiani. De odio Ethnicorum in eos, 39.

www.libpol.com.cn

Digitized by Google

& seq. Justi vocati à Lactantio, 181. b. Erant maximo numero apud Diocletianum, 200. 454. b. Quo sensu revocati ab exilio per Domitianum, 283. b. Zelus eorum ultrò se morti pro fide offerentium, 292. a, b. 610. b. Carebant simulachris in suis Ecclesiis, 293. b. 521. b. Taxati à Galerio, quòd à priscâ parentum simplicitate deflexissent, 328. b. 478. b. Ab Idolothytis semper abstinerunt, 332. a. Novitatis sæpè à Paganis accusati, 362. a. 430. a. Ternarium numerum in precibus cur amarent, 390. a. Judæorum nomine veniebant primis Ecclesiæ temporibus, 430. a. Athei, impii & irreligiosi vocati à Gentilibus, 446. a. Conveniebant primò privatis in ædibus, 453. b. 520. a. Ecclesias posteà in urbibus ædificarunt, *ibid.* 714. b. Romæ fuerunt magno numero tempore Maxentii, 473. a. Rogabant pro salute Imperatorum etiam gentilium, 479. b. Ab iis Gentiles quid exigerent, cùm cogerent eos fidem ejurare, 512. a. Illorum templa ad vitandam persecutionem frequentabant, *ibid.* & b. Utrùm sub Domitiano & Trajano Ecclesias habuerint, quales hodiè cernimus, 520. b. *& seqq.* Basilicas quandò construxerint, 521. b *& seq.* De more eorum crucis signum frontibus frequenter imponendi, 601. b. *& seq.* Magicis operationibus semper adversissimi, 605. a. Ecclesias suas in excelsis locis utrùm semper construerent, 615. b. In persecutores suos invehi licitum sibi crediderunt, 630. a, b. Monstrosâ suâ fortitudine plerùmque fregerunt illorum ferociam, 632. b.

Christus. De eo Sibyllarum & Prophetarum Oracula, 30. Illius nomen nulli notum, nisi ipsi & patri, *ibid.* Jesus & Christus quomodò dictus, *ibid.* *& seq.* De duplici ejus nativitate, 31. *& seq.* Virtus ejus & opera probantur ex Scripturis, 33. *& seq.* De illius resurrectione & in cœlum ascensione, 35. *& seq.* Corpus cur assumpserit, mortemque passus fuerit, 37. *& seq.* De ejus morte in cruce, 38. *& seq.* De eo descendente de cœlo ad vniversale judicium, & de regno ejus millenario, 67. *& seq.* Quo anno, mense & die sit à Judæis cruci affixus, 183. *& ibid.* a, b. 360. b. *& seq.* 545. a, b. *& seqq.* De missione Apostolorum ab eo post resurrectionem, *ibid.* In cœlum quomodò ascenderit, 184. Quo die passus putaretur tempore Lactantii, 352. b. Utrùm anno decimo quinto Tiberii, 396. b. *& seq.* Christus quomodò vocatus ab Ethnicis, 430. a. Deus κατ' ἐξοχὴν aliquandò dictus, 539. a. Baptismum quandò instituerit, 552. b. Regni ejus in terris millenarii opinio undè desumpta, 570. a, b. Ejus monogramma quomodò expressum in nummis & labaris, 500. a. 735. b.

Cibalis, 102.

Cicero. Ejus de Diis fictis & commentitiis opinio, 12. Veram religionem attingere cur non potuit, 152.

Cicuta, quid sit, 93. b.

Cilium, 95.

Circenses, solenne munus natalibus Principum, 389. a. Erant Hippodromi spectacula, 736. b.

Circumsedere, pro *obsidere*, 684. a.

Circus, quarè ita dictus, 54. b. 636. b. Non equi solùm in eo exercebantur, 636. b.

Citta Africæ, Nicephorium nunquàm dicta, 495. a. Nihil habuit commune cum Virtâ, 496. a. Constantina posteà dicta, & procul à mari sita, *ibid.* Olim Numidiæ metropolis, *ibid.* b. Ejus desciiptio, *ibid.* *& seq.*

Clarissimatus, honoraria dignitas major perfectissimatu, 212. a. 309. b. Clarissimi apud quem convenirent, *ibid.*

Claudius Imperator, Judæos Christianosque Româ expellit, 430. a. Inter persecutores non ideò numeratus, *ibid.*

Clypei. De iis in quibus Imperatores erant depicti, 493. a.

Codex Theodosianus. Ex ipsius subscriptionibus nihil certi colligi posse, 328. a, b.

Codices Manuscripti, fons plurimorum erratorum, quæ occurrunt in Antiquis, 295. b.

Cœna ultima, data damnatis à judice & gladiatoribus, 506. b. Cœna libera bestiariis concessa, *ibid.*

Cœnofrurium, quis locus, & ubi situs, 285. a. 584. b. Melùs Cænofrurium, 364. a.

Collegium Æsculapii, Serapis, Fabrûm Veneris, &c. de hominibus numinibus illis consecratis, 506. a.

Colluctator, qui cum aliquo colluctatur, 73.

Columnæ, cultæ olim pro simulacris, 450. b. Erigi solitæ in locis publicis cum statuis Imperatorum aut Deorum, 460. b.

Coma. De ejus decore, 90. *& ibid.* a.

Commodus Imperator, ante Proconsulare imperium sine potestate Cæsar fuit, 425.

Digitized by Google

b. Venationibus & confectionibus ferarum indulgebat, 465. b.

Componere & Componi, de rebus anteà turbatis, 676. b. *& seq.* 687. b.

Concedere, pro cedere loco, locum dare alicui, 734. b. *& seq.*

Conceptio. De eâ, & ad illam fœminæ quid conferant, 106. *& seq. & ibid.* a, b. Prolis similitudo undè oriatur, *ibid.*

Concordia, res difficillima inter duos eâdem potentiâ præditos, 304. a. Concordia Burrhi & Senecæ in societate potentiæ, *ibid.*

Conculcare, pro *subigere*, *domare*, 364. a.

Concurrere, pro ad pugnam procedere, 239. b. 736. a.

Confessio, glorioſa quo ſenſu olim dicta, 534. a, b. Damnari ad confeſſionem, quid ſit, 625. b.

Confeſſores, quinam primis Eccleſiæ ſeculis dicerentur, 358. a. 531. a. Oculi dextri illis quondàm eruti, 484. a, b. Tria illorum genera ad minimum, 531. a, b. Iis deprecatoribus lapſi apud Deum utebantur, 532. b. Imò & apud Eccleſiæ Præfectos, 533. b. His illi pacem quandòque dimittebant, *ibid.*

Conflare, idem aliquandò ac ſimul flare, 624. b.

Conſtantia, ſoror Conſtantini, deſpondetur Licinio, 238. Sic Ario favit, ut fratrem etiam ad protegendum illum impelleret, *ibid.* a. Ubinàm & quandò Licinio nupſerit. 240. 338. a. b. 739. b.

Conſtantina, urbs, non unica apud Auctores 495. a, b. Hodiernæ in Africâ deſcriptio, 496. b. *& ſeq.* Vide *Cirta.*

Conſtantinus Magnus, quibus animi corporiſque dotibus polleret adoleſcens, 207. *& ſeq.* Fruſtrà inſidiis appetitus, & feris objectus à Galerio, 216. 312. a. Quomodò dimiſſus ab eo, *ibid.* Ad patrem quomodò pervenerit, *ibid. & ſeq.* 312. a. Accipit ab illo imperium, 217. 312. b. *& ſeq.* Laureatam imaginem ſuam mittit ad Galerium, *ibid.* Bellum gerit cum Maxentio, 238. Quo anno fuerit illud inchoatum, *ibid.* a. 416. b. 732. b. Quo ſucceſſu confectum, 239. *& ſeq.* Quo die & loco crux ipſi oſtenſa in cœlo, in quâ vinceret, *ibid. &* a, b. Imperator maximus à Senatu ſalutatur, 240. 737. b. Ex Byzantio Conſtantinopolim quarè nuncupaverit, 286. a. Hanc Romæ æmulam facere ſtuduit, *ibid.* Quænam ipſi cauſa fuerit transferendi illùc imperii, 301. a. Fuit apud Diocletianum tempore illius abdicationis, 305. b. Dignitatem Cæſaream utrùm aliquandò geſſerit, 307. a. 412. a. 471. b. *& ſeq.* Ad quam potiſſimùm cauſam referri debeat diſceſſus ejus à Galerio, 311. a. Utrùm juvenculus ab illo in urbe Româ obſidis loco detentus fuerit ſpecie religionis, *ibid. &* b. Verius fortè, miſſum à patre ad Diocletianum, ut apud eum inſtitueretur, *ibid.* 457. b. Militavit fortiter in Aſiâ ſub Diocletiano & Galerio 312. a. 458. a. Objectus fero leoni, quem vicit, *ibid.* 470. a. Quo tempore ad patrem pervenerit, *ibid.* b. Primus annus ejus imperii quis fuerit, 313. a. Ad quos ſeniores Principes retulerit de delato ſibi imperio, *ibid.* a, b. Quandò & à quo Cæſar renuntiatus, 314. a, b. Ejus quatuor natales fuere, 315. a. Fauſtam in matrimonium utrùm acceperit, an poſtulaverit, 317. a, b. Conſenſus ipſius non requiſitus, ad creandum Licinium Imperatorem, 323. b. 327. a. Mittit Mediolano ad Maximinum Conſtitutionem pro Chriſtianis, 331. b. Utrùm Maxentio bellum ultrò intulerit, 334. b. *& ſeq.* Quandò Româ profectus fuerit Mediolanum, 337. b. *& ſeq.* 342. b. *& ſeq.* 738. b. *& ſeq.* 748. b. *& ſeq.* Natus ubinàm, 421. b. *& ſeqq.* Quo anno, 422. b. 668. b. Utrùm à Diocletiano inſidiis appetitus, 470. b. Prætorianos cur ſuſtulerit, 473. b. An nummos unquàm Sanctorum vultibus, aut imagine Chriſti cruciſque ſignaverit, 501. b. Jovius quandòque appellatus, 510. a.

Conſtantius Chlorus, dignus qui ſolus orbem regeret, 194. Princeps optimus ac benigniſſimus, *ibid.* b. 289. a. 646. b. Qualis fuerit ſub eo perſecutio, 202. *& ibid.* b. 297. b. *& ſeq.* 455. b. 628. b. *& ſeq.* A Galerio cur contemptus, 211. Conſtantinum ab illo repetit morti proximus, 216. Huic imperium per manus tradit, 217. In lecto ſuo requiem vitæ accepit, *ibid.* Ubinàm ſepultus, *ibid.* a. Quo anno obierit, *ibid.* b. 313. a. 470. b. 672. b. Quo die & anno Cæſar factus, 285. b. 422. b. 426. a, b. 437. b. Victoriam de Germanis reportavit, 289. a. 455. b. Non ponitur in numero Perſecutorum, 298. a. 628. b. *& ſeqq.* Ubinàm purpuram induerit, 305. b. Utrùm primum locum in imperio geſſerit, poſt abdicationem Diocletiani & Maximiani, 308. a. Maximiani undè gener, 324. a. 413. a. Verba ejus ultima deficientis,

www.libnol.com

Digitized by Google

378. a. Britanniam non attigit antequàm Cæsar foret, 422. b. Persas utrùm vicerit, 424. a. 455. b. 517. a. Jovius quandòque appellatus, 510. a.
Constituere, idem ac disjecta reponere, & firmiore statu roborare, 384. a.
Consules. Eorum designatio aut declaratio ad quos pertinuerit post Valerianum Imperatorem, 301. a. De eorum processionibus, & per annum quot essent, *ibid.* b.
Contemplatione & *in contemplationem*, locutiones Patribus familiares, 384. b. 708. a, b.
Contrà, vox in judiciis usitatissima, & quæ formulam sapiat, 377. a.
Contrahere vires, milites, pecuniam, &c. pro congregare, colligere, 728. a.
Contrectare oculis, 74.
Contumacia, inferioris est in superiorem, 381. b. Victus contumaciâ, utrùm dictum de homine qui contumaciæ suæ sit impar, 326. b. 381. b. 413. b. 477. a. 700. a.
Conventicula, olim dicta ea loca, in quibus Christiani conveniebant, 429. a. 479. a. 628. b. Dictum item de quocumque cœtu & congregatione, 479. a. 628. b. Eorum hodiè vocabulum odiosissimum, 628. b.
Cor. De ejus ventriculis, & variis eorum nominibus, 96. & *seq.* & *ibid.* b. De venis ejusdem, & illarum usu, 97. & *ibid.* a. Utrùm primum nascentibus formetur in utero, 106. & *seq.* & *ibid.* b. Quæ animalia maximum illud habeant, 112. b. Utrùm sit mentis sedes, 114. & *ibid.* a, b. Caloris vitalis officina Antiquis habitum, 118, b.
Coronæ. De purpureis & candidis, quænam post mortem Confessoribus & Martyribus sint paratæ, 633. a, b.
Corpus, ità comparatum ut animo servire debeat, 73. De omnibus ejus partibus, 88. & *seq.* Utrùm sit hominis receptaculum, 123. & *ibid.* b. 128. a, b. Mortuorum corpora non mutilata, sed integra servata à Veteribus, 424. b. 515. a. 724. b. & *seq.*
Corpusculum, pro corpus humanum, 123.
Credulitas, error magis quàm culpa, 566. b.
Cremari & *Uri*, rigidè loquendo differre, 660. a. Aliquandò synonima, *ibid.* Aliud esse cremari, & cremari in cineres, *ibid.* b.
Crematio corporum non sublata per Antoninos, 489. a. Lapsu temporis, & per Christianos abolita, *ibid.* Quandò cœperit, & desierit, *ibid.*
Crimen, pro criminatione, seu criminum accusatione, 591. a.
Cruciare, pro cruci affigere, 543. b.
Crura. De mirâ Dei in eorum conformatione providentiâ, 110.
Crux. Ejus signo fugati Dæmones à Fidelibus, 196. 290. b. De ejus potentiâ & efficaciâ, *ibid.* a, b. 603. a. Cœleste signum & immortale vocatum à Patribus, 239. 291 a. 336. b. 602. b. & *seq.* De cruce ostensâ Constantino in cœlo, in quâ vinceret, 239. & *ibid.* a, b. 336. b. & *seq.* 388. a, b. De crucis signo in vestimentis hominum & in cœlo viso tempore Juliani Apostatæ, 388. a, b. Utrùm Tertulliani tempore imago crucifixi cruci superaddita, 451. b. Crucium figuræ multiplices apud Veteres, 500. a, b. Mos veterum Christianorum crucis signum frontibus frequenter imponendi, 601. b. & *seq.*
Cùm, pro quoniam, 194. b. 204. 593. a. 635. a.
Cunei, ex quo militum genere constarent, 729. a.
Curio Maximus, Curiones minores, quinam dicti, 483. a.
Cybele. De ejus cum Aty amoribus, 7. Dea montium cur vocata, 369. a. 440. b. Item Πυλάτις, seu Σιπυλάτις dicta, *ibid.* Eadem lapis sacer, nomine Agdus, in finibus Phrigiæ, 449. a. Domina propè dicta, 511. a.
Cyrilla, Decii junioris filia, Christiana credidita, 432. a.
Cyrrha, oppidum ad radicem Parnassi, 265. a.

D.

DACI, aliquandò Dacisci appellati, 379. b. Montem coluerunt instar numinis, 446. b.
Dacia rebellans censui subjecta à Trajano, 215. a. 311. a. Duplex, superior & inferior, *ibid.* a. 443. b. Nova quæ fuerit, & quomodò divisa, 289. b. & *seq.* 443. b. Amissa à Gallieno, & ab Aureliano recuperata, *ibid.* Dacia ripensis, 310. b. 443. b. Undè dicta, *ibid.* Mediterranea quarè sic appellata, 443. b. Istro nova proxima, *ibid.*
Dæmones, ex Angelis quomodò tales effecti, 17. De eorum operationibus malis,

Digitized by Google

ibid. & *seq.* Crucis signo fugati à Fidelibus, 196. 290. b.
Danaë, quo sensu à Jove in imbrem aureum mutato decepta, 8.
Danubius, limes constitutus duarum Daciarum, 289. b. Idem atque Ister, 302. a. Danuvius quandòque dictus, 443. b. Limes antiquus Romani imperii, 635. b.
Dare, pro *dicere*, *docere*, 227. b. 703. a.
Daza, sive Daja, *Vide* Maximinus.
Debiles, Latinis quid sint, 717. a.
Debilitatio, non omnis mutilatio est, 717. a.
Decemviri, præpositi ad libros Sibyllinos inspiciendos, 502. a.
Decennalia. Eorum origo, 373. b. Quandò celebrarentur, *ibid.*
Decius, animal execrabile, 188. Christianos persequitur, *ibid.* Ejus interitus, *ibid.* & *seq.* Quot annos imperaverit, *ibid.* a. 400. b. Mors ejus ultioni Divinæ attributa, 189. a. Quo genere mortis perierit, 284. b. 578. b. Jussit ut Christiani cibis immolatitiis vescerentur, 332. a. 718. b. Cui successerit in imperio, 399. b. Quandò cœperit imperare, *ibid.* 400. a. 578. b. Quo anno & quâ anni tempestate obierit, 400. a. 579. a. Ubinàm occisus, *ibid.* Carpos vicit, 432. b.
Decuriones, jure Civili Romano torqueri non poterant, 211. b. 309. b. 465. a. Quandò posteà, & quâ de causâ id licuerit, *ibid.* 309. b.
Deflagrare, pro *deferveſcere*, 622. b.
Dejectus animi, 368. a.
Delibatum, quid propriè fuerit, 232. a. 718. b.
Delubrum dictum à Veteribus de stipite delabrato, 452. a. Non usurpatum nisi de re sacrâ, vel loco religioso, *ibid.*
Dementare & *dementire*, pro insanire, dementem esse, 366. a.
Demetrius Poliorcetes, Jupiter Καταιβάτης ab Athenienſibus quarè dictus, 431. a.
Demutare, *Demutatio*, pro *mutare*, *mutatio*, 588. a, b.
Dentes, plus ad loquendum conferunt, quàm lingua, 97. De mirabili illorum ordine & structurâ, *ibid.* & *seq.* Molares undè dicti 98. a.
Describere, ut Ἀπογράφειν apud Græcos, verbum usitatum de Censu, 378. b.
Desertio pugnæ Imperatori & militibus turpissima, 746. b. & *seq.*
Detractare, pro *detrectare*, 596. b. 721. b.
Deus, quòd sit unus, nec possint esse plures, 1. & *seq.* 151. & *seq.* De eo testimonia Poëtarum, 3. & *seq.* Successione & sexu non indiget, 5. Ejus providentia in constituendis bonis & malis, 18. & *seq.* Quòd non sit, nisi unus, 37. De vero ejus cultu & sacrificio, 46. & *seq.* Ejus providentia in creatione mundi & hominis, 61. & *seq.* Eadem in variâ animantium configuratione, 89. Ipsius muneris est, quòd vivimus, 122. Lumen est humanæ mentis, 128. Utrùm figuram aliquam habeat, 130. & *ibid.* a. Non est otiosus & nihil curans, 132. 163. & *seq.* Quo sensu ira ipsi tribuatur, 134. b. 137. b. 166. Nec mente comprehendi potest, nec linguâ enarrari, 153. & *seq.* De ejus unitate sententiæ Philosophorum, *ibid.* Timoris illius necessitas, 154. & *seq.* Quâ providentiâ bona & mala ordinaverit, 157. & *seq.* In eum non cadit neque timor, neque libido, neque invidia aut cupiditas, 161. & *seq.* Etiam cùm malis obest, nocens non est, 164. & *seq.* Ejus misericordia & patientia, 171. Ira ejus quomodò immortalis, 173. & *ibid.* a. *Deus summus*, locutio frequens Lactantio, 182. b. 742. a, b. 746. a. Domini nomine jure appellatus, 510. a.
Διώνυσος, nomen Bacchi apud Arabes, 447. a, b.
Diabolus, nomen undè acceperit, 17. Ejus in genus humanum livor & odium, *ibid.* Adversarius vocatus, 181. a. 428. a, b. 536. a. Dux & Imperator eorum qui Ecclesiam Christi persequuntur, 455. b.
Diaconi, vocati Ministri simpliciter, 454. b. 625. a. Item & Ministri Dei, Christi, &c. 625. a.
Diadema, utrùm Cæsaribus commune cum Imperatoribus, 461. a, b. Illud Imperatorum Romanorum primus quis sumpserit, *ibid.* b. & *seq.* Quale esset, 462. a.
Diagoras, ἄθεος quarè cognominatus, 143. Quo tempore vixerit, *ibid.* a. Melius undè dictus, *ibid.*
Diana. Sacra humana ipsi in Tauride oblata, 12. Nemorensis dicta & montivaga, 446. b. Tauricæ simulacrum ab Oreste sublatum ubi jaceret, 450. a.
Dicatio, pro Dignatione, 245. a. 340. a.
Dice, seu Justitia, Paganorum Dea, 359. b. Eadem quæ Astræa, Themis, &c. *ibid.*
Dies, apud Romanos qualis fuerit, & undè illum inciperent, 350. b. & *seq.* Quomodò numeretur ab Astronomis, 395. b. Dies mensium Asiani quâ ratione putarent, 401. a. De diebus nefastis & felicibus, 453. a. Quos præsertim dies suppliciis Romani

www.libook.com.cn

Digitized by Google

Præsides destinarent, 631. a.
Difficiliter, rara vox, sed Ciceroniana, 596. a.
Digiti. De illorum specie, usu, numero in manu, & ordine, 99. De eorumdem usu & formâ in pedibus, 110.
Dignè, *Dignissimè*, pro sicut erat meritus, 581. b.
Dii, fuerunt mortales, 5. *& seq.* Honores divinos quomodò adepti sint, *ibid. & seq.* 152. Eorum turpitudines, 7. De Diis Romanorum propriis, 10. & *seq.* De Diis Barbarorum, 12. *& seq.* Deorum cultus quandò inceperit, 14. Multi esse non possunt, 151. *& seq.* Montium Dii quinam, 370. a. 446. b. Omnes Dii, pro omnia Deorum templa, 637. a, b. 715. b.
Diocles, Diocletiani mater, 462. b. *& seqq.* Item patria ipsius, ubi sita, *ibid.* Utrùm natus in eâ 463. b. *& seq.*
Diocletianus, scelerum inventor, & malorum machinator, 191. Quos, & quâ de causâ imperii fecerit participes, *ibid.* a, b. 285. a, b. 437. b. Orbem Romanum quâ ratione subverterit, *ibid. & seq.* 585. b. *& seq.* Ejus avaritia, 192. *& seq.* 285. a. 585. b. Diocles vocatus ante & post depositum imperium, 195. 210 290. Ipsius timiditas, *ibid.* 585. b. 594. b. *& seq.* 598. a, b. Scrutator rerum futurarum, 195. 290. b. 600. a Ejus in Christianos persecutio undè orta, *ibid.* Illius in velandâ severitate suâ calliditas, 198. a, b. 292. b. 370. b. 598. a, b. 611. b. Incidit in dementiam, 205. An imperium sponte deposuerit, *ibid.* a, b. Imperatorum primus voluit adorari, 207. b, 457. b. Quo die & anno purpuram deposuerit, 209. *& ibid.* a. 302. b. *& seq.* 305. b. *& seq.* 460. a. 494. a. 649. a. 650. b. Veteranus rex eleganter dictus, *ibid.* 307. b. Vivus vidit imagines suas aboleri, 237. 333. b. Quo genere mortis sit extinctus, *ibid. &* b. 333. b. *& seq.* 494. b. *& seq.* 731. a. Quandò obierit, *ibid.* 334. a, b. 494. a. 731. a. Undè oriundus, 286. b. 290. a. 462. b. *& seq.* Quot annos imperaverit, 287. a. 494. a. Quo anno triumphum egerit de Narseo, 290. a. 293. a. 299. a, b. Nullam aliam uxorem habuit, quàm Priscam, 294. b. 296. a, b. Hanc quandò duxerit, 296. a. Quàm feliciter regnaverit, 299. a. Quo anno Vicennalia ipsius celebrata, 300. a. Ad imperium quo die & anno sit promotus, *ibid.* a, b. 585. a. 634. b. *& seq.* Nonus ejus Consulatus in quem annum incidat, 301. a. 635. a. De decimo quid sentiendum, 302. b. Memorabile dictum ipsius imperium resumere respuentis, 322. b. Consensus ejus utrùm expetitus ad creandum Licinium Imperatorem, 323. b. In vitâ communi quot annos egerit, *ibid.* 494. a, b. 517. b. 731. b. Vultu Maximiano simillimus, 365. a. Multa præclara opera extruxit, 438. a. Quâ superbiâ Galerium ad carpentum suum currere passus sit, 442. a. Utrùm primus Imperatorum gemmas adhibuerit in calceis, *ibid.* b. Post depositum imperium quò concesserit, 462. b. *& seq.* Utrùm post mortem relatus inter Divos, 463. a. Utrùm cum Persis bellum gesserit, 517. a, b. Favit aliquandò Christianis, 585. a. Quo ætatis anno sit mortuus, 590. a. Utrùm post depositum imperium servata illi potestas Imperatores alios creandi, 689. a.
Dionysius Tyrannus, Diis violatis inultus remansit, 15.
Diripere & *Deripere*, in quo differant, 190. b. 222. b. 474. b. 582. a.
Disciplina solennis novi Testamenti, quid sit, 552. b.
Disereſcere, pro *decrescere*, 384. a. Item pro intumescendo dilatari, 704. b.
Discreverat, à *discresco*, pro *distendo*. *Discrescere*, Gallicè *étendre davantage*, 228.
Disjectus animi, idem quod animo dissolutus, 594. a.
Dispositio, *Disponere*, quo sensu receptæ voces tempore Lactantii, 206. a. 303. b. *& seq.* 706. a.
Disputare, idem ac conferrre cum aliquo, 222. a. 474. b.
Dissipabilis, rara vox, at Ciceroniana, 148. a.
Distrahere, pro *separare*, 728. b.
Divi lapides, quinam dicti, 448. a, b. *& seq.*
Divinatio superstitiosa, à timore proficiscitur, 368. a, b.
Divinitas, vox pro Deo usurpata, 245. a. 390. b. 749. b. *& seq.*
Dius mensis, in Asianorum Proconsularium anno solari quotus esset, 401. b. *& seq.* Undè inciperet, *ibid.*
Dolus malus, bonæ fidei opponitur, 691. a. Ejus definitio, *ibid.* b.
Domestici, quandòque dicti corporis Imperatorii custodes, qui domi excubabant, 372. a.
Dominari, cum gignendi casu, 160. a. Idem passivè positum, 203. b. 299. a.
Domini nomen ab Ethnicis Diis Deabusque inditum, 510. b. *& seq.*

www.bibliotheca.com.cn

Digitized by Google

Domitianus, non minor Tyrannus Nerone, 186. De longâ & felici ejus dominatione, 187. 573. b. & *seq.* Memoria ejus erasa, & acta rescissa, *ibid.* a, b. 283. b. 362. b. 574. b. & *seq.* Multa mirabilia opera fabricaverat, *ibid.* 283. b. 363. a. Duodecim Cæsarum postremus, *ibid.* a. Calvus Nero, & portio Neronis in crudelitate dictus, *ibid.* 282. a. 362. b. Quandò sævire cœperit in Christianos, & fuerit interfectus, *ibid.* 398. a, b. & *seq.* 574. a, b. Illos utrùm ab exilio revocaverit, 283. b. 431. b. Tito fratri quo anno successerit, 398. a. 573. b. Cæsaris appellatio utrùm illi potestatis aliquid attulerit, 425. b. Occisus à suis domi, in palatio, 431. b. 574. b. Ecclesiam non diù persecutus est, *ibid.* 432. a. Cur non numeratus à Prudentio inter Persecutores, 432. a. Utrùm sub illo habuerint Christiani Ecclesias, quales nunc cernimus, 521. a, b. & *seq.* A Nerone ad eum quot anni effluxerint, 572. b. Quo ætatis ejus anno Nero occubuerit, 573. a. Catalogus operum quæ fabricaverat, 575. b.

Domitiorum monumentum, ubi situm, 186. a. 282. b. In eo Neronis reliquiæ conditæ, *ibid.*

Donatistæ, iidem ac Montenses, seu Montenses, 292. a.

Donatus, cui libri de Irâ Dei & de Mortibus Persecutorum sunt inscripti, 128 a. 180. a. Noviès tormenta pro Christo pertulit, 180. a. 203. Sex annis detentus in carcere, *ibid.* Emissus extremis Galerii temporibus, *ibid.* 230. 280. b. 299. a. Ejus in fide constantia, 203. & *seqq.* Unus fuit è sanctioribus Ecclesiæ Confessoribus, 531. a.

Dorotheus, laudatus ab Eusebio, fuit ex numero Præpositorum sub Diocletiano, 291. b. 406. b.

Duci & Deduci, absolutè, pro duci ad supplicium, 491. b. 728. a.

Duumviri, præpositi ad libros Sibyllinos inspiciendos, 502. a.

Duplicitas, 91. 96.

E.

ECCLESIA Christiana, post mortem Domitiani restituta clariùs enituit, 187. & *ibid.* b. Ecclesiæ nomine ædem rebus sacris destinatam Christiani significabant, 199. a. Ecclesia, verum Dei templum, 282. b. 361. b. Ecclesiæ Christianorum primis seculis carebant simulachris, 293. b. Calamitosus Ecclesiæ Christianæ status quarto seculo, 328. b. Ecclesiis bona immobilia quandò prohibita, quandò non, 505. b. & *seq.* Utrùm sub Domitiano & Trajano ædificatæ quales nunc habemus, 520. b. & *seqq.* Ecclesia Christiana quandò constituta demùm censenda sit, 542. b. 563. b. & *seq.* Ecclesiæ utrùm in excelsis locis positæ, 615. b.

Edictum Diocletiani & Maximiani adversùs Christianos, quo die & anno promulgatum, 199. 293. b. 456. b. 617. a, b. Galerii pro Christianis quandò emissum, & propositum Nicomediæ, 230. & *ibid.* a, b. 705. a. 709. b. & *seq.* Constantini & Licinii in eorum gratiam quandò, & ubi emissum, aut promulgatum, 244. & *ibid.* a. 748. a. Quodnam discrimen inter edicta & litteras Imperatorum ad Præsides, *ibid.* b. 606. a. 709. a. 748. a, b. Edicta generalia quorum nominibus inscriberentur, 348. b. Non proponebantur in Provinciis, nisi Præsidum programmate munita, 506. a. 709. a. 748. b. 753. b. & *seq.*

Effectio, rara vox, at Ciceroniana, 148. a.

Elagabalus, Deus sub montis specie cultus, 369. a. Undè dictus, *ibid.* Quale illius simulacrum, *ibid.*

Elephas, Leuca bos undè dictus, 79. a. Dei providentia in ejus proboscide, 85. Elephanti ad currum juncti à Veteribus, 203. a, b. 299. b.

Eleutheria, utrùm uxor Diocletiani, 296. b. 486. b.

Elias & Enochus, an reversuri, & futuri in fine mundi Christi præcursores, 362. b. 569. a. Translati vivi in cœlum quarè crediti, 569. a, b.

Epicurus. Ejus de summo bono sententia, 22. Error illius circa membrorum officia, 85. & *seq.* Arguitur ejus opinio de visione, 93. Deos reliquit verbis, reipsâ sustulit, 133. Evertit omnem religionem, 140 & *seq.* Mundos dixit in infinito innumerabiles, 145. b. Ejus natalis à quibusdam olim quomodò celebraretur, 336. b.

Epinicion, & Epinicia, cantica olim victoribus dicata, 571 a. Qualia fuerint, *ibid.*

Epistola, *Vide* Litteræ.

Equo delabi, desilire, defluere, quo sensu dictum de iis, qui de equo descendebant, 433. b. Desilire equo & defluere, in quo differant, *ibid.* Equi albi juncti curribus triumphantium,

Digitized by Google

triumphantium, 455. b. Iis primus quis usus fuerit, *ibid.* Jovi & Soli consecrati, 456. a. Equi singuli nomina sua in Circo habebant, 465. b.

Erant certantes, pro *certabant*, 201. a. 621. b.

Eratineus, nomen Præsidis, 333. a. Forsan Eratinus, à Græco ἐρατινὸς, 387. a.

Esses, *Esset*, pro *ederes*, *ederet*, 370. b.

Etsi non rectè, formula non leviter improbantis, 371. b.

Eudocia Imperatrix, secundas nuptias post mariti mortem contraxit contra fidem datam, 725. b.

Euhemerus, quis fuerit, 9. De Jovis fratrumque ejus stirpe & progenie quid memoret, *ibid.* & *seq.*

Evictio Tyranni, in veteri Kalendario, de quo potissimùm Imperatore intelligenda, 335. b. 735. a.

Europa, quo sensu à Jove in taurum mutato rapta, 8.

Eutropia Syra, uxor Maximiani, 304. b. Quos ex eo liberos habuerit, *ibid.*

Exactores, qui tributa vel operas exigunt, 366. b.

Exangues, morborum vulgare epithethon, 264. a.

Excarnificare, 200.

Execrabilis, vox Lactantio frequens, 185. a.

Exhibere, pro alere, 192. 197.

Exhibere, pro alimenta suppeditare, alere, 192. 197. 285. b. & *seq.* 587. b. 608. a.

Exitus, pro *morte*, 182. a. 249. a. 549. b.

Expingere, pro *exornare*, 720. b. & *seq.*

Expungere nomen, pro debitum solvere, 386. a. 486. a. Expungere nummis, vestibus, pro privare, 486. a. Expungere pauperes, expunctus manipulus, rationes expunctæ, quid sint, *ibid.* Expungere, pro militiâ solvere, 720. b.

Extorquere, pro torquendo elicere, 685. a.

Extremus, pro infimo, 582. a.

Exuere socerum, hominem, patrem, &c. pro abjicere animum soceri, &c. 444. a. Exuere & exui, dictum de iis, qui imperium vel deponebant, vel deponere cogebantur, *ibid.* 459. b.

Exuviæ, pro corio & pelle, 582. b.

F.

FABRICARI, vox Lactantio familiaris, 537. a.

Facere, absolutè positum, 583. a.

Familia, vox usitata ad servos significandos, 465. a. 622. a. 655. b. Nonnunquàm etiam dicta de patrumfamilias sobole & servis, 665. a.

Familiariter, idem quod *amicè*, 238. a. 732. a.

Famulus, Famula, &c. dictum de viris, virginibus, animalibusve Deorum ministerio aut cultui consecratis, 491. a, b. 514. b.

Fanum, de Templo, seu majori Ecclesiâ, 199. b. Non semper usurpatum à Christianis de Gentilium templo, 616. b. Dictum aliquandò de templo corporis Christi, *ibid.*

Fastigium, metaphoricè de summâ Imperatorum dignitate, 284. a. 518. a. 640. a, b. *Fastigatissimi* Consulares, *fastigatissima* felicitas, 640. b.

Fauces, pro montium angustiis, 340. b.

Faunus. De sacris ab eo in Latio inductis, 122.

Favorabilis, activè, 134.

Fausta, filia Maximiani, utrùm à patre Constantino oblata, an ab hoc postulata, 317. a, b. Quo tempore illi nupserit, *ibid.* b. Quandò obierit, & utrùm mariti jussu, 380. a.

Fausta nomina, putà Felicitas, Fausta, Faustina, &c. plurimùm amata à Veteribus, 380 a.

Faustina Imperatrix, in maritum quo animo conspiraverit, 725. b.

Fel. De ejus naturâ & usu, 111. & *ibid.* b. Ejus vesicula quibus nominibus appellata, *ibid.* Quæ animalia fel habeant, *ibid.* & *seq.*

Felicitas temporum, felicia temporum, in nummis, 440. a.

Ferale & mortuale, synonima, 724. b.

Ferè sexcenti, pro sexcentis & trigenta, 338. a.

Fermè quatuor menses, de mensibus quatuor cum dimidio, 338, a.

Fides. De eâ præcipuè in Religione conservandâ, 58. & *seq.*

Filii Augustorum, appellatio communis Cæsarum, 308. b. 382. a. 412. a. 439. a. 464. b. Ea aliquandò tantùm honorifica, 414. a, b.

Filius Dei. De ejus generatione, 30. *Vide* Christus.

Flaccinus, Bithyniæ Præfectus, non pusillus homicida, 203. Crudelis erga Christianos, 298. a.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

Flamonium, pro Flaminio, 318. a.
Flare, idem ac animam ſpiritu ductam reſpirare & efflare, 624. b.
Flavia Domitilla, quo anno acta in exilium, ob Chriſti confeſſionem, 390. a. Ubi relegata, *ibid.*
Flavianus, Præfectus Ægypti quo tempore fuerit, 298. a.
Flavius Clemens, Conſul, conjugis Domitiani cognatus, 568. b. Impietatis accuſatur, damnaturque, *ibid.*
Floralia, undè dicta, 11.
Fœminæ, ad generationem quid conferant, 106. *& ibid.* a, b. Fœminæ Latinis non ſolæ quæ viris junctæ ſunt, ſed & virgines, 234. a. 721. b. Quali veſtitu in luctu uterentur, 489. a. 723. b.
Fœtura, Latinis animantium proventus, 698. a. Fœturæ, fœtus ipſe, *ibid.*
Fœtus. De fœtûs formatione in utero, 106. *& ſeq. & ibid.* b. Ad perfectam ejus conformationem quid temporis requiratur, 107. *& ibid.* a. Undè in fœtibus vel ſimilitudo, vel naturæ diſpares, *ibid. &* 108.
Foratus, ſubſtantivè, 91.
Forinſecùs, vox inſolita, 227. b.
Formicæ. De earum naturâ & induſtriâ, 139, *& ibid.* a.
Franci, ejuſdem cum Carpis Gothiſque originis, 284. a. Eorum limes utrùm circa Danubium, 324. b. 475. b. Victi à Conſtantino, 475. b. Tempore Galerii Galliam totam nondùm pervaſerant, 691. b. Eorum nomen antiquius temporibus utriuſque Valentiniani, *ibid.*
Fratres mutuò ſe Reges ſolent vocare, 286. b. 439. a. Frater imperii, de Collegâ Imperatore, *ibid.* 308. b. 411. a. 438. b. Fratres, de iis qui eodem aut pari magiſtratu in Republicâ fungebantur, *ibid.* Item de rebus animatis vel inanimatis ejuſdem originis, vel ſimilibus, 439. a, b. Fratres Arvales, Fabriles, &c. *ibid.*
Frondes, honor, & pulchritudo arboris, 263. b.
Frons, undè dicta, 91.

G.

GALATARCHÆ. Quodnam eorum munus, 482. a.
Galeæ, de quâ materiâ fierent, 744. b. Quænam propriè ſic dictæ., *ibid.* Γαλέαι, galeæ ex felinis pellibus, *ibid.*
Galerius Maximianus, pejor malis omnibus qui fuerunt, 194. Ejus feritas ac barbaries, *ibid.* 212, *& ſeq.* Undè oriundus, *ibid.* 310. b. Beſtia appellatus à Lactantio, *ibid.* 217. 226. Statu & aſpectu terribilis, *ibid & ſeq.* Armentarius quarè dictus, *ibid.* a. 411. a. 459. b. 593. a. Diocletiano undè formidandus, 195. Narſeum fugat deleto ejus exercitu, *ibid.* 596. a. Detrectat Cæſaris nomen, *ibid.* Ex Marte ſe procreatum dici & videri vult, *ibid.* 443. a. Diocletianum invitat ad Chriſtianos perſequendos, 197. Urget illum cogitque ad deponendum imperium, 205. *& ſeq.* Ejus cum illo eâ de re colloquium, *ibid.* Auguſti titulum reſpuit imperante Diocletiano, 206. Minor Auguſtus quo ſenſu, & Cæſarum extremus, *ibid.* b. Ubi purpuram induerit, 209. 305. b. 648. a. Quo die creatus Auguſtus, 210. Conſtantium contemnit, 211. Ejus de ordinando & deponendo imperio conſilia, *ibid.* 309. b. 653. b. Nullos ſuſcepit liberos ex uxore Valeriâ, *ibid.* b. 309. a. De plebe urbanâ capitationi ab ipſo ſubjectâ, 214. *& ſeq.* Parentes ejus cenſui ſubjecti, 215. Severum Auguſtum nuncupat, 218. Prætorianorum numerum minuit, *ibid.* 679. a, b. Severum mittit contra Maxentium, 219. Romam pergit, ibique à militibus deſeritur, 220. Romanum imperium Daciſcum voluit cognominari, 221. Tyrannus appellatus à Lactantio, 225. Non pervenit ad annum vigeſimum ſui imperii, 226. a, b. 308. b. *& ſeq.* 326. b. 329. a, b. Inſanabili plagâ à Deo percutitur, *ibid. & ſeq.* Deum coactus confitetur, 229. 328. a. Edictum ejus pro Chriſtianis, *ibid & ſeq.* Mortem quandò, & quomodò obierit, 230. *& ſeq.* 329. a, b. Erat per adoptionem pater Maximini Dazæ, 235. a. Quomodò frater foret Conſtantii, 286. b. Pulſus primò à Perſis, 290. a. 441. b. *& ſeq.* 596. a. Narſeum quo anno viceſit, *ibid.* 596. a. Utrùm ebrioſus, 304. b. Præceps ac veſanus, 305. a. Benè nunquàm ei convenit cum Maxentio, 308. a. Cæſar quo anno creatus, 426. a, b. 437. b. Ad carpentum Diocletiani quâ occaſione cucurrerit, 441. b. *& ſeq.* Statua illius tempore Juliani Antiochiæ adhuc viſa, 479. b. Ubi obierit, *ibid. & ſeq.* Jovius quandóque appellatus, 500. b.

www.libinol.com.cn

Digitized by Google

Galla Placidia, Theodosii Magni filia, bis nupta, 725. b.
Galliæ, immunes persecutionis sub Constantio Chloro, 202. 297. b. & seq. 455. b. 629. a, b.
Gallica Lingua, plurimas habet locutiones à Latinis acceptas, 553. b. 573. b.
Gallienus senior, quo anno à patre Valeriano adscitus in partem imperii, 190. b. 582. a. Compertâ ejus captivitate suprà modum lætatus est, 284. b. Daciam novam amisit, 289. b. Quot annos regnaverit, 436. b. Religiosissimus Deique amantissimus dictus, 437. b.
Ganymedes, quo sensu raptus à Jove in aquilam conversus, 8.
Gemmæ, ante Diocletianum adhibitæ ab Imperatoribus in calceis, 442. b.
Genæ. De iis, & earum usu, 95.
Genitivi plurales contracti, ut Deûm pro Deorum, Januariûm pro Januariorum, &c. 661. a.
Genua. De mirâ eorum conformatione, 109.
Georgius (S.) Acta ejus martyrii falsa, 294. b. 296. b.
Germanitas, pro fraternâ societate, 110. b.
Gingivæ, undè dictæ, 98.
Gladii pœna honoratior habita, quàm securis, 467. a. 468. a. Quandò usurpari cœpta apud Romanos, 468. a.
Gleba Senatoria, aurum glebale, quid sint, 663. b. & seq. Agri glebati, glebatici, &c. 664.
Glebatim, quid significet, 214. a.
Gorgonius Christianus, apud Diocletianum quod munus obierit, 519. a, b.
Gothi, quæ loca incolerent, 284. a. 333. a. Sub Diocletiano vicinæ Provinciæ Romanæ partem invaserunt, 333. a.
Græcæ voces Latinis litteris sæpiùs exaratæ apud Patres, 617. a.
Gula, *Vide* Æsophagus.
Gurgulio, *Vide* Arteria aspera.
Gynæcea, loca destinata operibus muliebribus, 212. a. 319. a. 656. b. & seq. In ea interdùm pœnæ loco viri nonii mulieresque conjiciebantur, *ibid.* 309. b. 652. a.
Gyneciarii, dicti opifices, qui in Gynæceis laborabant, 657. a.

H.

HABERE æmulationem, prudentiam, justitiam, &c. 388. a. *Non habere*, pro nihil habere, 696. b.
Habitudo, 110.
Hadrianus Imperator, postremum Consulatum quo anno iniverit, 404. b. Imperium quo anno sit adeptus, *ibid.* Ejus voluntate mutati termini imperii, 514. a. 586. b. Hunc Christianis favisse probabile, 520. b. 576. a.
Hæreses, dictum à Jurisconsultis de conditionibus, seu functionibus, 340. a. 391. a. Hæresis navalis, pro conditione navali, *ibid.*
Hæsitare, idem ac *dubitare*, 649. b.
Hamata primordia, pro *atomi*, 144.
Harjuga, sive Haruga, quid esset, 604. a.
Haruspices, quinam dicerentur, 604. a. Ab Auguribus prorsùs differebant, *ibid.*
Hastæ, olim pro Diis cultæ, 451. a. Hasta pro Marte culta à Romanis, 452. b.
Helena, mater Constantini, undè oriunda, 421. b. & seq. Hanc repudiare Constantius coactus est, ut Maximiani privignam duceret, 487. a.
Heraclea Thraciæ, olim Perinthus dicta, 339. a. 740. b.
Hercules, quo tempore vixerit, 6. De ejus vitâ facinorosâ & morte, *ibid.* Ipsius sacra Rhodi, 13. Undè præcipua illius commendatio, 99. a.
Herculius, cognomen Maximiani, quâ superbiâ assumptum, 250. 588. b. & seqq. Ad successores ejus translatum, *ibid.* 418. b. 510. a.
Hermes, unitatem Dei agnovit, 153. Trismegistus undè dictus, *ibid.* Quo tempore vixerit, *ibid.* & a.
Herodes Agrippa, quàm fœdè perierit, 382. b. Quo anno obierit, 397. b. Jacobum Apostolum, Joannis fratrem, interfecit, 563. b.
Herodes Antipas, Joannem Baptistam interfecit, 563. b.
Herodes Magnus. De funestâ ejus morte, 382. a, b.
Hîc, pro *alibî*, 192.
Hierocles, Præses Bithyniæ, auctor & consiliarius persecutionis Diocletianeæ, 203. 298. b. Multam carnificinam de Christianis exercuit, 298. b. Eo nomine quos

fuerint, 373. a. Scripsit adversùs Christianos, 631. a.
Hieronymus (S.) Ejus libri Lactantii de Irâ Dei honorificum testimonium, 127. b.
Hisdem, vox ignota Ciceroni, 666. b. *& seq.*
Homo, ἄνθρωπος cur appellatus, 15. De ejus creatione, peccato & pœnâ, 16. Natus ad justitiam, 23. *& seq.* De Dei providentiâ in ejus creatione, 61. *& seq.* 75. *& seq.* Ejus & pecudum conditio, quænam anteponenda, 76. *& seq.* Cur erectus creatus & bipes, 90. Solus habet aliquam notionem Dei, 138. Ex atomorum concursu fortuito non est effectus, 147. *& seq.* Undè nomen acceperit, 149. *& ibid.* b. Mundum ejus causâ esse factum, 155. *& seqq.* Fecit illum Deus propter se, 159. *& seq.* Undè ad eum peccata pervenerint, 160. *& seq.* 168. *& seq.* Hunc sola beatum facit innocentia, 178. Dei simulacrum, 297. b. *Homo*, positum loco pronominis, *is*, *ille*, 726. b.
Honor, domina vocatus, quamvis generis masculini, 511. a. Instar Deæ interdùm effictus, *ibid.*
Honorati viri, Romanis legibus à torturâ immunes, 465. a.
Honorificare, 178.
Hormisdas, Persarum rex, Sapori patri successit, 440. b. Non unus fuit eo nomine, sed plures, sæpè confusi, *ibid. & seq.* Hormisdas qui confugit ad Constantinum, quis fuerit, 441. a.
Horrea, ab apothecis differebant, 719. a. Cum iis tamen quandòque confusa, *ibid.*
Humanum genus, de Romano imperio, 429. a. 537. a. 696. a.
Hyperberetæus mensis, in Asianorum Proconsularium anno solari quotus esset, 402. a. Undè inciperet, *ibid.*

I.

Jacob, in Bethel lapidem non adoravit, nec illi sacrificavit, 447. a.
Jacobus Apostolus, Joannis frater, sub quo Principe interfectus, 563. b.
Jactare, pro *jacere*, 213. b.
Januarius, Fibulariensis Episcopus, Concilio Illiberitano interfuit, 454. b. *& seq.*
Idolothyta, quotidianus aliquandò cibus Maximini, 232. 331. b. Quandò primùm Christianis imperata, 332. a. Ab iis semper abhorruerunt, *ibid.* 485. b. Iis Nicolaïtæ & Valentiniani participabant, 485. b. Utrùm abstinere ab iis quarto seculo fideles tenerentur, 609. a, b.
Jecur. De ejus naturâ & usu, 111. *& ibid.* a.
Illæsibilis, rara vox, 165. b.
Illyricum, utrùm situm ad ripam Danubii, an ad mare Adriaticum, 304. a. 457. a. Quàm longè latèque patuerit 480. a, b. Divisum in Orientale & Occidentale, *ibid.*
Imagines Deorum, quàm vanæ, 14. *& seq.* Earum fictor quis primus extiterit, 15. Imago Dei, seu simulacrum, frustrà queritur à Paganis in Ecclesiâ Nicomediensi, 199. 293. b. Imaginum usus ignotus Christianis veteribus in Ecclesiis, 293. b. Imperatorum imagines missæ in Provincias in signum adeptæ dignitatis, 378. b. Cum veneratione exceptæ à populis & Magistratibus, 387. b. Aliquandò post mortem eorum dejectæ, & ignominiosè habitæ, *ibid.* Imagines distinctæ à statuis, 492. b. *& seq.* 674. a. Imperatorum imagines solenniter collocatæ & consecratæ, 403. a.
Imminere, dictum de die sequenti, 736. b.
Imminuere, pro *corrumpere*, 234.
Immolare, diversùm à *litare*, 604. a, b. Propriè quid sit, *ibid.* b.
Immolatitii cibi, *Vide* Idolothyta.
Immortalitas est summum bonum, 24. *& seq.* Cadit in hominem, *ibid.* Probatur animæ immortalitas, 64. *& seq.*
Imperatores. Nullum discrimen fuit inter purpuram eorum & Cæsarum, 210. b. 461. a. 682. a, b. Vox *Imperator* in titulis eorum secundo loco posita quid significet, 329. b. Utrùm ab illorum natali anni numerarentur, 342. a, b. Patres Cæsarum dicti, 349. a. Consulatum solebant sumere, simul ac ineibant imperium, 456. b. Quo insigni à Cæsaribus distinguerentur, 461. a, b. *& seq.* Utrùm diadema utrisque commune, *ibid.* Secundas nuptias adire utrùm per leges ipsis licuerit, 490. b. *& seq.* Domini appellati, 511. b. Ipsis regium nomen quandò inditum à Latinis, 581. a. 688. a. Imperatoris ac Principis appellationes promiscuæ, 582. b. *& seq.* 586. a. Eorum ditio regnum dicta, 583. b. *& seq.* Imperatorum nomen utrùm aliquandò Cæsaribus datum, 596. b. *& seq.*
Imperium, dictum tam de imperio Cæsareo, quàm de Augusteo, 671. b.

www.liverpool.com.cn
Digitized by Google

Impiè, pro crudeliter, inhumaniter, 725. a.
Impius, pro crudeli, inhumano, 223. 692. b.
Impunè cedere, 170.
In, cum sexto casu, pro quarto, 230. b. 385. a. 386. b. 689. b. *& seq. In præsenti*, pro in præsenti tempore, 634. a.
Inæstimabilis, pro innumerabili, 67. a. 145. 228. b. 477. b.
Inaurire, pro *auditum reddere*, 33.
Incendium Romæ quo anno contigerit, 398. a. Utrùm causa fuerit persecutionis in Christianos, 557. b. *& seq.*
Indes, Martyr in Diocletianeâ persecutione, 297. a.
Indicia, pro indicibus, 591. a.
Indictiones, idem ac tributa, 285. b. 438. a. Factæ initiò extra ordinem, quibus de causis, 365. a. 438. a. Diversæ à Canone & oblatione, *ibid.* 695. a.
Indissociabilis, 97.
Indurare, *Indui*, dictum de iis, qui Cæsares vel Augusti creabantur, 305. a. 374. b. 444. a. 459. b.
Indulgentia, idem ac pax, cessatio à persecutione, 330. b. Sumpta item pro clementiâ & benignitate Imperatorum, 478. b. Ammiano Marcellino antiquior, 479. a.
Indulgitas, 514. a.
Ineluibilis, vox insolens, 179. a.
Ineptire, 87.
Infortunitas, pro *infelicitas*, 19.
Ingratus alicui, 77.
Ingressus Divi, in veteri Kalendario, de quo Imperatore intelligendus, 335. b. 735. a.
Inquies, idem ac *inquietus*, 729. b.
Inrogare, pro *irrogare*, & utrumque pro *inferre*, 540. b.
Insecabilis, 142.
Institutiones. Libri Divinarum Institutionum utrùm scripti ante librum de Irâ Dei, 130. a. 151. a. Quo tempore compositi & emissi, 278. a.
Instruere certamen, 379. b.
Insultare alicui, quid significet, 538. b.
Insustentabilis, vox Lactantiana, 247. b.
Interficere, *interfici*, dictum aliquandò specialiter de hominibus cruce vel submersione necatis, 564. b. *& seq.*
Interpretare, vox satis Latina, 102. b.
Intestabilis, idem ac detestabilis, execrabilis, 335. a. 733. a.
Intestina. De multiplicibus eorum spiris, & structurâ mirabili, 10.
Io, quo sensu in bovem conversa, 8. *& seq.*
Joannes Apostolus, quâ occasione ex insulâ Patmo revocatus, & Ephesum reversus, 187. b. 283. b. Quo anno Christi Imperii Diocletianei in dolium ferventis olei plenum immissus, 399. b.
Joannes Baptista, sub quo Principe perierit, 563. b.
Joannes (Beatus) edictum Diocletiani & Galerii de persequendis Christianis non conscidit, 294. a, b.
Jovius, Diocletiani cognomen, quâ superbiâ assumptum, 250. 460. b. 588. b. *& seq.* Ad successores ejus translatum, *ibid.* 417. b. *& seq.* 510. a.
Ira, quo sensu Deo tribuatur, 134. b. 137. b. 162. *& seq.* Illius variæ Philosophorum definitiones, 165. *& ibid.* a. Quænam in homine & in Deo debeat esse vel non esse, 166. Ejus vitiosa est in peccatis cohibitio, 167. In Deo quomodò sit immortalis, 173. *& ibid.* a. Sine eâ imperium cœleste non potest consistere, 177.
Isis. De ejus sacris, 13.
Ister, idem ac Danubius, 302. a.
Ita planè, locutio Lactantio familiaris, 207. b 304. b. *Ita*, pro *deindè*, 627. b. *& seq.* 735. b. 747. b.
Judæi, quarè & quomodò à Deo reprobati, 31. De eorum exhæredatione, 36. *& seq.* Tempore persecutionis quomodò se gererent, 513. b. Cum Christianis confundi soliti, 430. a. 517. a. Synagogas suas olim de industriâ in locis excelsis construebant, 615. a.
Judices militares, rudes litterarum, 214. 468. b. 662. a. Quandò quasi instituti, & posteà prohibiti, 468. b. *& seq.*
Julia, uxor L. Septimi Severi, utrùm Caracallæ mater, & num illi nupserit, 725. b.
Julianus Apostata, quomodò titulum Augusti usurpaverit, invito Constantio, 290. b. Multa imitatus est de Diocletiano & coævis Principibus, 386. a. Quàm benè se Apparitorem fidum nominaverit, 426. a. 442. a.
Juno Argiva, sub formâ columnæ culta, 450. b.
Jupiter. De eo, & ejus vitâ libidinosâ, 8. Ejus historia ex Euhemero, 9. Jovi Pistori ara posita apud Romanos, 11. Sacra humana Jovi Cyprio & Latiari obla-

Digitized by Google

ta, 12. Jovis sacra in Cretâ, 13. Jupiter Καταβάλλις, seu Descensor, 431. a. Ipsi loca fulmine tacta consecrata, *ibid.* Ἀπήμων unde dictus, 452. b. Huic albæ hostiæ immolatæ, 456. a. Nicephorius quarè dictus, 495. b.

Juramentum, quandò & quomodò sit licitum, 55. a.

Jurisconsulti, in quo differant à Causidicis, 468. b.

Jussio, quid significet, 203. b. 632. a.

Justitia. Ad eam homo natus est, 23. *& seq.* Ejus officia, 24. 48. *& seq.* De eâ Plato & Aristoteles quid senserint, 42. *& seq.* A Carneade eversa, 43. *& seq.* Quomodò stultitia sit, 44. *& seq.* Hanc solam Deus expetit, 47. Radix ejus & fundamentum, 49. *& seq.* Sola facit beatos, 178. Idem ac veri Dei cultus, 184. b. 185. a. 188. a. 282. a. Sumpta item pro justo populo, seu Ecclesiâ, 561. a, b. *& seqq.* 578. a.

Justus, verbum non insolens, 97. a.

K.

KALENDÆ. His Romani nunquàm annectebant dies, qui Kalendas sequuntur, 351. b. Dies Kalendarum V. Imperatorum adoptionibus sacer, 409. b. Kalendæ Aprilis, Maii, &c. locutiones tam Latinæ, quàm Kalendæ Apriles, Maiæ, &c. 545. a, b.

Καλαφίτης, non is qui victimas dividebat, 485. b. Quæstor fuit pecuniæ publicæ, *ibid.*

Κίλνοις, pro jussione, 580. a. 632. a.

Κίλνημα & Κιλίνηματα, non fuisse generis unius, 571. b. Quænam militaria, vindemiatoria & nautica, *ibid.* Nautica quomodò canerentur, *ibid.*

Κλμακίδες, mulieres quædam dictæ, 437. a.

Κρείσσων, seu Κρείττων, ad verbum *melior*, pro contemptore, 414. b. *& seq.*

Κυνέη, Galeæ ex caninis pellibus, 744. b.

Κωμίον. Vox illa quid significet, 462. b. Dicta de villâ, vel domo in agro extructâ, 472. b. *& seq.*

L.

LABIA. De iis eorumque formâ & usu, 98.

Lacerti, quid sint in homine, 99. a. Dicti de robore, *ibid.*

Lactantius, verba composita usurpat sæpè pro simplicibus, & simplicia pro compositis, 84. b. *& seq.* Ejus error in assignando numero articulorum in pollice, 100. a. De bonorum & malorum ordinatione quid senserit, 157. b. 158. a. Ejus scopus in scribendo Libro de Mortibus Persecutorum, 182. Hallucinatur in assignando anno mortis Christi, 183. b. Amat argutias, 214. b. 377. a. Symposium utrùm scripserit, 251. a, b. Item carmen de Phœnice & de Paschâ, 263. a, b. 270. a. Liber ejus de Mortibus Persecutorum quo tempore compositus & absolutus, 277. b. *& seq.* Libros Divinarum Institutionum quandò scripserit & emiserit, 278. a. De ejus patriâ, *ibid.* b. Ubi & quandò Crispi, Constantini filii, educandi munus cœperit, *ibid. & seq.* Quo anno venerit in Gallias, 279. a. Ubi, & quandò mortuus, *ibid.* L. Cælius aliquandò appellatus, 358. a. Amat formulas veteres, elegantiasque sermonis, 362. a. Consuetas verborum formulas frequentat, 379. a. Duplex titulus apud Veteres ipsius libelli de Mortibus Persecutorum, 532. a.

Lancea, adhibita in emendationibus loco fustis, ut minùs ignominiosa, 376. b. 467. a. Nomen undè ejus desumptum, 467. a. Figi solita ante Præfecti Castrorum Prætorium, *ibid.*

Lancearii, *al.* Lanciarii, milites lanceâ armati, 467. a.

Lapides, à Gentilibus honore divino culti, 447. a, b. *& seq.* Lapis Al-Hajar Al-Aswad cultus à Mahumetanis, *ibid.* b. Lapides Bœtuli apud Phœnices, 448. a. Lapides Divi, quinam dicti, *ibid. & seq.* Ipsis templum extructum in Oriente, *ibid.* b. Cultus lapidum diù duravit, ipsamque plebem Christianam infecit, 450. b. Viguit etiam apud Romanos, 451. a.

Lapsi, quinam dicerentur primis Ecclesiæ seculis, 360. a. Triste illorum nomen in Ecclesiâ, 534. a.

Larentinalia, cujus honori dicata, 10.

Latrones clementes, 233. b. 332. b.

Laureatæ tabellæ, à quibus afferrentur, 217. a. 313. b. Imaginum laureatarum usus multiplex, sed præcipuus in Imperatorum inaugurationibus, 378. b.

Laurentius Martyr, quo anno obierit, 501. b.

Leges, eâ intentione latæ, ut proficiant, non ut noceant, 286. a.

www.libpol.com.cn

Digitized by Google

Legiones, Riparienſes quænam, 302. a.
Legitimè coqui, de Martyribus, qualis cruciatus fuerit, 200. a. 295. a. 454. a. 618. b. Legitima ſacra, injuriæ hoſtibus illatæ legitimè, 295. a. Legitima verba, foſſa legitima, 372. a. Oleum legitimum, 454. a.
Lethum, & *Letum*, variè ſcriptum pro variâ etymologiæ ratione, 694. a.
Leucippus, Atomos, & ex iis mundum generatum admiſit, 144. a, b.
Leviter, pro *ſenſim*, 95.
Libellus, de chartâ breviori, 389. b. 742. b. Acceptus interdùm pro epiſtolâ, *ibid.* Libellus repudii quot conſtaret verſibus, 742. b. & *ſeq.*
Liber, *Vide* Bacchus.
Liberi. De paternâ in eos poteſtate apud Romanos, 48. a, b.
Licinius, amicus vetus & contubernalis Galerii, 211. Illum Cæſarem poſt depoſitionem Diocletiani quarè hic non creaverit, *ibid.* Auguſtus ab eo nominatur, 222. Conſtantiam, Conſtantini ſororem, ubinàm & quandò duxerit, 240. 338. a, b. 739. b. 748. b. & *ſeq.* De viſione ipſi in ſomnis oblatâ in bello contra Maximinum, 241. & *ſeq.* In largiendo tenax, 243. & *ibid.* a, b. 339. b. 505. a. Maximinum vincit fugatque, quo anno, *ibid.* 510. a. Litteras proponi jubet in gratiam Chriſtianorum, 244. Quo anno promotus ad imperium, 319. b. & *ſeq.* 326. b. 689. b. Utrùm eodem tempore Cæſar & Auguſtus factus, 322. a. 474. b. & *ſeq.* 689. b. Quâ vitæ ætate, & quo anno occiſus à Conſtantino, 323. b. Quot annos regnaverit, *ibid.* Viſus aliquandò Chriſtianis favere, poſteà ſe prodidit, 334. b. Quo tempore dederit ſe Conſtantino, eique purpuram remiſerit, 335. b. & *ſeq.* Tyrannus κατ' ἐξοχὴν dictus, 336. a. Provectior ætate Maximino, 413. b. Jovius aliquandò dictus, 417. b. & *ſeq.* Quo anno Chriſtianis bellum indixerit, 510. a.
Lingua. De vario illius uſu, 97. Non ſola confert ad loquendum, *ibid.* Undè dicta, *ibid.* & b. Eâ ſapores ſentiuntur, 98.
Litare, diverſum ab *immolare*, 604. a, b. Quid ſit, *ibid.* b. Non rarò ſumptum à Patribus pro ſacrificare ſimpliciter, *ibid.*
Litteræ Imperatorum ad Præſides, utrùm confundi debeant cum edictis, 244. b. 606. a. 709. a. 748. a, b. 753. b. & *ſeq.*
Lucilla Auguſta, Antonini Philoſophi filia, quibus & quomodò bis nupſerit, 415. a. 725. b.
Luctûs tempus olim decem menſium, poſteà duodecim, 488. b. In eo ſub Imperatoribus veſtes albas fœminæ induebant, 489. a.
Lumina Senatûs, civitatis, &c. 289. 439. b. Lumen verum, de colore purpureo, 331. b.
Luna. De eâ ad uſum hominis ordinatâ, 156.
Lunus Deus, à quibus cultus, 514. b.
Luſorium, idem ac theatrum, ſeu amphitheatrum, 212. a. 309. b. & *ſeq.* Luſorius, idem ac deriſorius, 310. a. Luſoriæ naves apud Romanos, *ibid.* Luſorium, deſtinatum etiam ædificium privatæ Imperatorum oblectationi, 376. a. 657. a. Undè fortè dictum, 465. a.
Λυκία, galeæ ex lupinis pellibus, 744. b.

M.

M, littera omiſſa ſæpè in libris manuſcriptis, 641. a.
Macchabæorum liber ſecundus lectus olim aſſiduè à Chriſtianis tempore perſecutionis, 359. a.
Macrinus Imperator, quo anno interemptus, 404. b.
Magiſter, dictum de Præſidibus Collegiorum ſacrorum, 445. b. Magiſter Deus, Magiſter Dominus, de Chriſto, 554. b.
Magiſtri. Nomen eorum latè patet, 366. a. Quinam ità dicti, *ibid.* Magiſtri populi, morum, operum, &c. *ibid.* Eorum dignitas magiſterium, non magiſtratus, *ibid.* Magiſtri militum, officiorum, epiſtolarum, &c. in aulis principum, *ibid.* Magiſtri item cubiculariorum, oſtiariorum, &c. 621. a.
Magna Urbica, credita filia Galerii, uxorque Maxentii, 488. a.
Malum, interjectionis aliquandò vim obtinet, 86. a.
Manalis lapis apud Romanos, 451. a.
Manifeſtarius homicida, manifeſtarius fur, pro manifeſto, 380. b.
Manſiones geminare, quid ſit, 240 a. 389. a. Sumptæ ut plurimùm pro unius diei ſtatione, 389. a. 503. b. Quid eſſent, *ibid.* 670. a, b. In quo differrent à mu-

Digitized by Google

tationibus, *ibid.* Habuerunt communia multa cum ſtativis, 670. a, b. In quo diſcreparent, *ibid.* b.
Manus. De earum ſtructurâ & uſu, 99. & *ibid.* b. Quales laudatæ à Veteribus, *ibid.* a.
Mare, pro *mari*, 213. b. 376. b.
Mares, quarè fœminis fortiores, 108.
Mars. Ejus cum Venere adulterium, 7.
Marticultores, in Inſcriptione veteri, 369. b.
Martyres, qui fortiter tormentis reſiſtebant, dicti Diabolum vincere, 455. b. Quomodò laniandi beſtiis in amphitheatris exponerentur, 466. b. & *ſeq.* Baſilicæ primò extructæ in locis, ubi ſepulti erant, 522. a.
Martyrium, ſæpè quæſitum à multis, 610. b.
Mater Deûm, *Vide* Cybele.
Matthias Apoſtolus, utrùm cum Paulo fuerit Judæ ab Apoſtolis ſuffectus, 184. a. 397. a.
Maxentius, homo ſuperbus & contumax, 207. b. 304. b. 645. b. Ubi, & quandò Auguſtus proclamatus, 218. & *ſeq.* 315. a. 335. b. & *ſeq.* 413. a. 677. a, b. & *ſeq.* 678. b. 734. b. Patri ſuo Maximiano purpuram mittit, & bis Auguſtum nominat, 219. Quo pretextu, & quo anno contra Conſtantinum arma moverit, 238. & *ibid.* a. 416. b. 732. b. Quo pacto victus & ſubmerſus, 239. & *ſeq.* 502. b. & *ſeq.* 737. a. Quo die & anno perierit, *ibid* a. 335. b. 337. b. 499. b. 734. b. Nulli carus, ne patri quidem & ſocero, 304. b. Utrùm ortus ex Maximiano Herculio, *ibid.* 315. a. 457. b. Benè nunquàm ei convenit cum Galerio, 308. a. Ipſius gener fuit, 315. a. Chriſtianis favere viſus, initiò Chriſtianum ſe ſimulavit, 334. b. 473. a. Tyrannus dictus κατ' ἐξοχήν, 336. a. Quinquennalia utrùm celebraverit, *ibid.* b. Puer valdè laudatus, 487. b. De moribus ejus fœdiſſimis, 494. a, b.
Maximianus Galerius, *Vide* Galerius.
Maximianus Herculius, Diocletiano ſimillimus, & ab eo diſſimillimus 193. 365. a. Ejus libidines, *ibid.* & *ſeq.* Homo non adeò clemens, 202. & *ibid.* a. 297. b. Chriſtianos perſequitur, *ibid.* Quo die & anno purpuram depoſuerit, 209. & *ibid.* a. 305. b. & *ſeq.* 460. a. 649. a. Auguſtus iterùm à Maxentio filio renuntiatur, 219. 681. b. Ubinàm moraretur poſt depoſitum imperium, *ibid.* & b. 315. b. 680. b. & *ſeq.* Maxentium filium imperio privare fruſtrà aggreditur, 221. & *ſeq.* Româ pellitur, 222. Quibus inſidiis aggreſſus fuerit Conſtantinum, *ibid.* & *ſeq.* Denuò purpuram quandò depoſuerit, 223. 324. a. Hanc reſumit tertiò, *ibid.* 324. b. Maſſiliæ capitur, & exuitur, *ibid.* Conſtantinum tentat interficere, *ibid.* & *ſeq.* Mortem quomodò obierit, 224. 325. b. 475. b. 694. a. Ejus ſtatuæ & imagines poſt obitum dejectæ, 237. 333. b. Herculii nomen quâ ſuperbiâ aſſumpſerit, 250. 367. a. 588. b. & *ſeq.* Quo die & anno evectus ad imperium, 285. b. 286. b. & *ſeq.* 300. b. 437. b. Frater Diocletiani electione, non naturâ, 286. b. 367. a. 411. b. 438. b. 588. b. Undè oriundus, *ibid.* 587. b. In quem annum Octavus ejus Conſulatus inciderit, *ibid.* Quot annos imperaverit, 287. a. Utrùm Cæſar factus antequàm Auguſtus, *ibid.* & *ſeq.* 438. b. Diocletiano in omnibus ſemper obſecundavit, 288. 412. a. Rerum novarum cupidus, & perfidiæ plenus, *ibid.* Prodigus potiùs quàm avarus, *ibid.* b. 589. a, b. Ejus aſperitatem Diocletianus ſæpè reprehendit, 297. b. Filiam Fauſtam Conſtantino utrùm obtulerit, 317. a, b. Quo anno Diocletianum ad reſumendum imperium invitaverit, 322. a, b. Quæ cauſa fuerit Conſtantino ipſius interficiendi, 325. b. Primus non fuit Imperatorum, cujus ſtatuæ & imagines ſint dejectæ, 333. b. Utrùm bello Perſas vicerit, 517. b. Inter Deos relatus à Maxentio filio, 518. a. Quo ætatis anno obierit, 590. a.
Maximinus, Daia, ſive Daza appellatus, undè, 208. 374. b. Cur, & quandò nomen ejus mutatum à Galerio, *ibid.* 305. a. Undè oriundus, *ibid.* b. 209. b. 305. a. Maximinus & Maximianus promiſcuè dictus, *ibid.* 305. a. 411. a. Quo die & anno Cæſar creatus, 209. & *ibid.* a. 210. 242. & *ibid.* a. 303. a. 339. a. 649. a. 650. b. Nec rempublicam ſciebat, nec militiam, 210. Nec Cæſarem ſe, nec tertio loco nominari vult, 226. Auguſtus renuntiatur, *ibid.* Fœdus facit cum Licinio, Chriſtianoſque perſequitur, 231. & *ſeq.* Illius prodigalitas, 233. Item effrænata libido erga mulieres, *ibid.* & *ſeq.* 332. b. & *ſeq.* Connubium Valeriæ expetit, & repellitur, 235. Societatem jungit cum Maxentio, 238. Imperatoris maximi titulum

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

tulum sibi vindicat, 240. & *ibid.* 737. b.
Bellum movet contra Licinium, *ibid.* & *seq.* Vincitur & fugatur, 243. Ubi, & quomodò miserrimè perierit, 247. & *seq.* 341. a, b. 507. a, b. Tyrannus dictus à Lactantio, *ibid.* Quo anno sit extinctus, 248. b. 339. a. 341. b. & *seq.* 756. a, b. Ejus uxor in Orientem præcipitatur, 249. Ipsius temulentia & crapula, 304. b. & *seq.* Purpurâ ubi indutus, 306. a, b. Quandiù imperaverit, 339. a. Edictum pro Christianis quandò emiserit, 342. b. & *seq.* Quo tempore à Galerio adoptatus, 411. a. Utrùm filios plures habuerit, 448. a, b. Ubi sepultus, 507. b. Quo anno victus à Licinio, 510. a. Valeriæ quomodò filius, 726. a.
Màximus, unus è præcipuis Jovis titulis, 737. b.
Modietas, 98.
Megara, uxor Herculis, ab ipso cum liberis trucidata, 6.
Membra. De situ illorum in homine, 88. & *seq.* De singulorum pulchritudine & usu, 95. & *seq.*
Mendacium, utrùm sit licitum, 56. & *ibid.* a.
Mens, in capite collocata, 91. Ratio illius incomprehensibilis, 114. De ejus sede Philosophorum opiniones, *ibid.* & *seq.* De ejus excellentiâ, 115. & *seq.* Non potest esse nisi à Deo, 149. Corpus nisi ab unâ regi non potest, 152.
Mensa, & Mensæ, de mensis sacris Christianorum, 624. b. & *seq.*
Mensium septem Asianorum diagramma, 402. a.
Mentiones, quinam dicti à Veteribus, 98. b.
Mentum. De ejus pulchritudine & formâ, 98. Quale fuerit à Veteribus commendatum, *ibid.* b.
Mercurius, divinos honores undè meruerit, 7. Cylleneus cur dictus, 265. a. Ipsi Pharis in Achaiâ aqua sacra, 448. b.
Mereri, pro nanciscì, adipiscì, sortiri, 359. a.
Meridies, dictum etiam de horis postmeridianis, imò & serotinis, 388. b.
Merum, adhiberi solitum à Veteribus ad supplicandum, 232. b. 719. a. Eodem cibos suos quandòque perfundebant, & quasi sacrabant, *ibid.*
Metiri, passivè positum, 214. a. 505. a. 664. a.
Metus. Religio omnis metu constat, 141. 154. *Vide* Timor.
Milesii, Apollinem coluerunt, 404. a.
Milites, distincti à privatis, 458. b. & *seq.* Ære dirutus miles quis, 720. b. Milites dicti quandòque copiæ pedestres ab equitibus distinctæ, aliquandò equites simul & pedites, 734. a. Miles à *Mile* deductus diverso modo, 741. a.
Millia tria, pro leucâ, 741. a. Item aliter, 747. a.
Minervina, prima uxor Constantini, 487. b.
Ministri, sine addito dictum de Diaconis, 454. b. 625. a. Ministri Dei, Christi, Episcopatûs, &c. de iisdem, 625. a.
Minutius Felix, quo tempore floruerit, 521. a, b.
Misericordia. De eâ, 56. & *seq.*
Mittere, pro *ponere*, 184. b. 282. a. 361. b.
Mnestheus, Aureliani libertus, in eum conjurat, & illum occidit, 364. a. 584. b.
Moesia utraque ad Illyricum pertinebat, 304. a.
Moliri, idem quod *parare*, 222. b. 690. b.
Moneri, dictum de iis, quibus per somnium Deus aliquid imperat, 239. a. 735. a.
Moneta, pro ædificio in quo nummi cuduntur, 192. 366. b. 438. a.
Monogamia, pars pudicitiæ habita in mulieribus seculo quarto, 249. a. 759. a. A Tertulliano cum Montanistis in utroque sexu requisita, *ibid.* b. 759. a.
Monogramma Christi circumflexum à Constantino in labaris, 239. & *ibid.* b. 537. b. Quale fuerit, 500. a. Illud minimè impressum in nummis Maxentii, *ibid.* b. & *seq.* Occurrit in nummis signatis ante Constantinum, imò & ante Christum, 501. a.
Montes, tanquàm Dii olim culti, 369. a. 446. b. 608. a. Extructa in iis templa & aræ, *ibid.* Montium Dii quinam, 370. a. 446. b.
Montenses, sive Montanenses Dii, 291. b. 369. a, b. & *seq.* 446. b. Montenses, seu Montanenses, iidem ac Donatistæ, 292. a.
Montinus, Deus qui montibus præest, 369. a.
Mortes, plurali numero, 180. a. 280. b. 358. b. 428. a. 532. b. Mors bona, idem ac facilis, non coacta, non turpis, 213. b. 310. b. 376. b. 468. a. Mors devota, id est destinata, 243. & *ibid.* a. 746. a. Mors simplex, quænam sit, 597. a, b.

Mortales, pro *homines*, 215. a.
Movere, pro amovere, removere. 541. a.
Mulier, undè dicta, 108. & *ibid.* b. In quo differat à Virgine, *ibid.* Mulieres etiam Provinciarum Sacerdotes factæ, 482. b. Mulier, vox aliquandò contemnentis, 724. a. Posita aliquandò loco pronominis, *illa*, 726. b.
Mulvius pons, à quo constructus, 502. b. Erat lapideus, *ibid.*
Mundus, non est æternus, 60. De Dei providentiâ in ejus creatione, 61. & *seq.* Propter hominem factus, 62. & *seq.* 155. & *seq.* De ejus fine, 65. & *seq.* Non fuit generatus ex Atomis, 144. & *seq.* Mundos infinitos qui dixerint, 145. b. Non est effectus à Naturâ, 148. & *seq.*
Mures. De illorum virtutibus, & à quibus celebratæ, 157. a.
Mutationes, quid essent, & in quo differrent à mansionibus, 503. b.
Muti. quarè quidam sint, 103. & *ibid.* b. Utrùm & surdi, *ibid.*
Mutuare, & *Mutuari*, promiscuè usurpata, 411. b.
Myrrha, Orontea & Achaïca undè dicta, 392. a, b.

N.

NÆSUS, seu Naïssus, patria Constantini, 421. b. & *seq.* Ubi sita, *ibid.* Ab eo exornata mirificè, 422. a. Diversa à Nasto & Nesto, urbibus Thraciæ & Illyriæ, *ibid.* & b.
Nanctus, antiquè pro *nactus*, 378. b.
Nares, undè dictæ, 102. & *ibid.* b. Earum forma & usus, *ibid.*
Narseus, Persarum rex, quam sub Diocletiano susceperit expeditionem, 195. Oppressus fugatusque à Galerio, quo anno, *ibid.* 290. a. Ductus à Diocletiano in triumphum, *ibid.* 293. a. 299. b. S por utrùm avus illius, an atavus, 440. b. & *seq.* Quot annos regnaverit, *ibid.* Quos filios habuerit, 441. a. Utrùm captus à Galerio, *ibid.* b.
Nasus. De eo, & ejus usu, 95. & *seq.* Tria illius officia, 96.
Natalis Invicti, quomodò intelligendus, 314. b. 472. a. 676. a, b. Constantini quatuor natales, 315. a. Natales Imperatorum festi per unumquemque mensem, 336. b. Utrùm iis Imperatorum anni numerarentur, 342. a, b.
Nates. De mirâ in formandis illis Dei providentiâ, 109.
Natura. Ab eâ mundus non est effectus, 148. & *seq.* De eâ variæ Philosophorum opiniones, 149. a. In unitate consentit universa, 152.
Ne, vel *Nec*, confusa sæpè à librariis, 579. a.
Nectar, potus Deorum apud Poëtas, 267. b.
Neque, pro *aque*; *Nec*, pro *hæc*, vel &, 350. a, b.
Nero, tyrannus execrabilis, 185. Utrùm primus omnium à constitutâ Ecclesiâ Christianos sit persecutus, *ibid.* 282. b. 430. a. 563. a, b. & *seq.* Quâ occasione & quo anno in illos sævire cœperit, *ibid.* 398. a. 557. b. & *seq.* Quandò & quomodò perierit, *ibid.* b. An fuerit sepultus, *ibid.* & *seq.* 282. b. 566. a, b. & *seq.* De iis qui resurrecturum illum, & futurum Antichristum, vel Antichristi socium fuisse opinati, *ibid.* 282. b. & *seq.* 362. a. 567. b. & *seqq.* Quo ætatis anno obierit, 567. a.
Nerva, Christianos exules revocavit, 187. b. 283. b. Utrùm post adoptatum Trajanum imperium retinuerit, 205. b. 409. b. & *seq.* 639. a, b. & *seq.* Hujus adoptionis quæ causa fuerit, 303. b. Quandò imperium sit adeptus, 409. a. Quo anno obierit, *ibid.* b. Quandiù imperaverit, *ibid.* 640. b. & *seq.*
Nervi. De iis, & eorum usu, 88. Quot sint illorum genera, *ibid.* a.
Nicæa, interdùm per *e* simplex, sed immeritò, 727. b.
Nicephorium. Cirta in Africâ eo nomine nunquàm dicta, 495. a. Nicephorium Mesopotamiæ, ubi situm, *ibid.* A quo conditum, *ibid.* Nicephorium, vicus prope Pergamum undè nobilis, *ibid.* b.
Nicephorius Jupiter undè dictus, 495. b. & *seq.*
Nicomedia. Hanc studuit Diocletianus Romæ coæquare, 192. Templum ejus evertitur, 199. Circum in eâ Diocletianus dedicat, 205 Sedes olim regiæ, 607. b.
Nigræ vestes ubi, & quandò in luctu usitatæ, 723. b. & *seq.*
Nimis quàm, locutio inusitata, 76. b. & *seq.*
Nimiùm, pro *valdè*, 219. a. 378. b. & *seq.*
Nocens, pro nefario, impio, sacrilego, 540. a. 560. b, & *seq.*
Notarii, quinam sub Augustis, 389. b. 742. b.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

Notus, ventus nubes colligens & æstuosus, 266. a.
Nudari, metaphorico sensu, 470. b.
Nuditas, à Græcis in statuis usurpata, 89. b.
Numa. De sacris ab eo introductis, 12. Religionem quarè simulaverit, 141. b. Pontifex Maximus utrùm fuerit, 484. a.
Numerus dualis, quantùm ad rerum conferat perfectionem, 96. & *seq.* Numerus ternarius Christianis quarè usitatus in precibus, 390. a.
Numizia, pro *Numidia*, 299. a.
Nuncupare, pro creare, pronuntiare, 374. b.
Nuptiæ secundæ, *Vide* Monogamia.

O.

OBJECTARE, pro *objicere*, 212. b.
Oblatio, quid sit, 365. a. 695. a.
Observare, *Observatio*, voces ad divinam rem spectantes, 384. a.
Obsorbere, pro *sorbere*, 212. b.
Obtruncare, truncum reddere, 693. b. Dictum etiam pro occidere, *ibid.*
Octobrem mensem nomine suo Domitianus invasit, 283. b.
Oculi. De iis, & quarè bini, 91. Mira eorum forma, 92. & *seq.* Sunt veluti fenestræ animi, 93. & *ibid.* a. Quomodò falli dici possint, 94. Undè dicti, 95. & *ibid.* a. Oculi, dictum de viris Principibus, aut in Republicâ insignioribus, 439. b. Quin & de præcipuis quibusdam urbibus, 440. a. Oculi dextri Confessoribus quondam eruti, 484. a, b.
Odoris-capio, vocabulum rarum, sed proprium, 98. b.
Oderitas, *prioritas*, &c. 477. b.
Oecumenica Consilia, undè dicta, 537. a.
Officia, & Officiales, de Præsidum & Judicum apparitoribus, 366. b. Dictum etiam de comitatu omnis viri illustris, 476. a.
Officinæ. In iis quid fieret, 719. b. Ab apothecis & tabernis distinctæ, *ibid.*
Officium, pro administratione, 361. a.
Oikeî, Latinè domestici, tres personarum species comprehendebant, 406. a.
Oiselius (Jacobus) nimiùm audax, in quo, 337. a, b.
Omnes, pro plerique omnes, 648. b.
Opinatio, à Zenone sublata, 21. Sapienti non congruit, *ibid.*
Oppidum, pro oppidanis, 624. b.
Orationum piarum efficacia, 532. b. & *seq.* 536. a.
Orbis, orbis terræ, totus orbis, de orbe merè Romano, 536. b. & *seq.* 585. b. 610 b.
Ordinare, pro constituere, seu creare, 552. a.
Oriens. Originem conculcatorum à victoribus collorum, aut tergorum, deberi Orientalibus, 364. a. Orientalis limes sub Trajano ubi constitutus, 443. a. Pars imperii Romani Orientalis Oriens dicta, 444. b. Quas provincias complecteretur, *ibid.* 595. b.
Oriri & Ortus, dicta de initio imperii, 423. a. 573. a. Undè desumpta hæc loquendi ratio, *ibid.*
Orontes fluvius, Oriens dictus aliquandò, 249. b. 343. b. 392. a, b. Draconis nomen utrùm acceperit, 392. a, b. Typho etiam vocatus, *ibid.*
Os, oris. De ejus formâ & usu, 97.
Ossa, sunt solidamentum corporis, 88.

P.

PADUS, undè oriatur, 568. a. Idem cum Eridano & Rhodano, juxtà quosdam, *ibid.*
Pagani, non putabant templa esse posse sine simulacris, 293. b. 613. b. Illorum sacra Christianorum interventu sæpè turbata, 368. b. Statuas Deos referentes ipsis Deorum nominibus insigniebant, 430. a. A Christianis quid exigerent, cùm cogerent eos fidem ejurare, 512. a. Templa sua in locis excelsis vulgò construebant, 615. a, b.
Palatini, quinam dicerentur, 611. a. *Palatium*, fortè pro Palatiis, 624. b. Candidis chlamidibus utebantur, 716. b.
Palatus. De ejus usu, 97. Utrùm saporis sensus illi tribuendus, 98. & *ibid.* a.
Palma, arbor Syriæ, 266. a.
Palpebræ, undè dictæ, 95 & *ibid.* a. De mirabili earum usu, *ibid.*
Pannoniæ pars à Galerio in honorem Valeriæ uxoris Valeria cognominata, 296. a.
Papillæ. De earum pulcritudine & usu, 100. & *ibid.* b.
Parenchymata, quid sint, & de eorum naturâ, 101. a.
Paulus Apostolus, utrùm unà cum Matthiâ fuerit Judæ ab Apostolis suffectus, 184. a. 397. a. A quo, & quomodò martyrio affectus, 185. 564. b.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

Peccatum, undè ad hominem pervenerit, 160. & *seq.* 168. & *seq.* Sine irâ non potest coerceri, 166. & *seq.*

Pectus. De ejus formâ & dignitate. 100. Cur patens & erectum homini à Deo datum, *ibid.* & 2.

Pedes. De mirâ in conformandis illis Dei providentiâ, 110.

Pegma, machina lignea in amphitheatro, 466. a.

Perfectissimatus, dignitas honoraria, 212. a. Ea minor clarissimatu, *ibid.* 309. b. Apud quos Perfectissimi convenirent, *ibid.* Ex quibus eligerentur, & constarent, 656. a.

Perinthus, nomen antiquum Heracleæ Thraciæ, 339. a. 740. b.

Περιθώριον, *Vide* Abdomen.

Persæ, quandò victi à Galerio, 195. De more eorum Regibus suis serviendi, 211.

Persecutio Aureliani, quandò concitata, 191. a. 403. b. Non intentata modò, sed & executioni mandata, 583. b. & *seq.* Quot annos duraverit, 584. a.

— Caligulæ, 563. b.

— Claudii, sive sub Claudio, 563. b.

— Constantii Chlori, sive sub Constantio Chloro, qualis fuerit, 202. 297. b. & *seq.* 628. b. & *seq.*

— Decii, quandò sævierit, 188. a. Ad illam quot anni à Diocletianeâ effluxerint, 399. b. 577. b.

— Diocletiani, quâ occasione concitata, 196. Usquequò primò processerit, 197. Quo die & anno incœperit, 198. & *ibid.* a, b. 291. a. 293. a. 340. b. 371. a. 606. b. 607. b. 612. b. Quòusque arserit, 201. & *seq.* 296. a. 455. a. Hujus auctor & conciliarius quis fuit, 203. Quandiù duraverit, 246. & *ibid.* b. 250. 754. b. Quandò remittere cœperit, 293. a, b. Non recensetur à Prudentio, 432. a.

— Domitiani, quo anno sævire cœperit, 187. a. 398. a, b. & *seq.* 516. a, b. & *seq.* 574. a, b. Ad eam à Neronianâ quot anni effluxerint, 399. b. Non fuit diuturna, 432. b. 513. a, b. 574. a.

— Galerii Maximiani, undè orta, 197. Quo die & anno inchoata, 198. & *ibid.* a, b. Quomodò recruduerit, 212. & *seq.*

— Galli & Volusiani, quo anno incœperit, 579. a. Localis fuit, *ibid.*

— Hadriani, 576. a, b.

— Jerosolymitana, magna fuit, & omnes præcessit, 185. b.

— Licinii, quo anno inchoata, 510. a.

— Maximini Dajæ, quandò orta, 231. 717. a, b. Quâ occasione deferbuerit, 717. b. & *seq.*

— Maximiani Herculii, ubinàm sævierit, 203.

— Neronis, quandò, & quâ occasione excitata, 185. 398. a. Omnesne anteecesserit, *ibid.* a, b. 557. b. & *seqq.* Utrùm Romæ tantùm sævierit, 561. b. & *seq.*

— Philippi, sive sub Philippo, 576. b.

— Severi, 576. b.

— Trajani, 576. a, b.

— Valeriani, quo anno sævire cœperit, 185. a. 403. b. 579. a.

Persecutionem facere, phrasis temporum Lactantii, 203. 631. a. Persecutionem Christianos passos sub Nervâ, Trajano, Antoninis, &c. 432. a. *Persequi*, absolutè positum, 568. b. Persecutiones utrùm frequentes inter Domitianum & Decium, 575. b.

Persecutores, à Patribus bestiæ appellati, 186. 202. 250. 289. b. 567. b. Omnes debellati à Deo, 248. & *ibid.* a. 343. a, b. De funestâ illorum morte, 382. a, b. Dictum absolutè de Ecclesiæ persecutoribus, 568. a, b.

Pessinuntium simulacrum, quâ reverentiâ habitum à Romanis, 732. b.

Petrus Apostolus, Romam quandò advenerit, 184. & *ibid.* b. 282. a. 397. a, b. 526. b. 555. a, b. & *seqq.* De miraculis ab illo ibi editis, *ibid.* 556. b. & *seqq.* Utrùm viginti quinque annis illìc sederit, *ibid.* a. 282. a. 397. a, b. 526. b. 555. a, b. & *seqq.* A quo, & quomodò martyrio affectus fuerit, 185. Quo anno Jerosolymis è vinculis divinâ ope liberatus, 397. b.

Petrus Eunuchus, Martyr in Diocletiani persecutione, 297. a. 624. a.

Phantasticus, de Sacerdote, vel homine Diis consecrato, 481. b.

Phantasma, quid sit, 120. b.

Philippus Imperator, Carpos vicit, non debellavit, 432. b. Qualis sub eo persecutio, 576. b.

Philosophorum de Deo uno testimonia, 4. A veritate quàm longè aberrarunt, 20. De eorum sectis, 21 & *seq.* Variæ eorum de summo bono opiniones, 22. & *seq.* De Antipodis quid senserint, 28. Ad

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

perturbandam veritatem pernicioſi ſunt ac graves, 124. Hæreticorum Patriarchæ vocati à Tertulliano, *ibid.* b. De cultu Dei & debitis illi honoribus cur non diſſeruerint, 154.

Philoſophia nec ſapientia eſt, nec ſtudium ſapientiæ, 20. Quibus rebus conſtet, 21.

Phœnix, Ubi fabulentur eum habitare, 263. Undè Proverbium, Phœnice rarior, 264. b. De ejus reſurrectione Auctores, *ibid.* Phœbo avis ſacra, *ibid.* De ejus ætate variæ ſententiæ, 265. b. Cibus ejus quis, 267. b.

Pietas, pro clementiâ, ſeu miſericordiâ, 381. b. 692 b.

Pilati acta, quandò & à quibus conficta, 423. a, b. 484. b.

Pionius (S.) quo die comprehenſus, & martyrio affectus, 393. 400. b. *& ſeqq.*

Pius, pro benigno, humano, 692. b.

Placatus, *ûs*, pro placatione, 537. b.

Plato, ſolus Philoſophorum ad veritatem propiùs acceſſit, 27. Quàm inconſtanter de rebus divinis diſſeruerit, 142. b. Agnovit Dei unitatem, 153. *& ibid.* a.

Pœnitentia. De eâ, & quàm ſit homini neceſſaria, 59. *& ſeq.*

Poëtarum de Deo uno teſtimonia, 3. *& ſeq.* Non fingunt omnia, quæ ad Deos ſpectant, 9.

Pollex. De illius formâ & uſu, 99. Undè dictus, *ibid.* Ejus articuli quo numero ſint, *ibid. & ſeq.*

Pollux, *Vide* Caſtor.

Polyandrium, quid ſit, 68. b.

Polycarpus (S.) martyrium quo die fecerit, 393. 401. b.

Polyeuctus, Martyr, edictum Decii & Valeriani contra Chriſtianos quomodò tractaverit, 618. a.

Pontes, in amphitheatro quid eſſent, & ad quem uſum ſtructi, 465. b. *& ſeqq.* Ex ligno confecti, 466. a.

Pontifex Maximus utrùm privatus fuerit, 459. a. Pontifex toti Provinciæ impoſitus, 482. a. Ex quibus eligeretur, *ibid.* Vocatus etiam Sacerdos Provinciæ, *ibid.* Pontificis nomen dignius habitum, quàm Sacerdotis, 483. b. Pontifex Maximus dictus aliquandò Pontifex abſolutè, *ibid.*

Portæ Ciliciæ, anguſtiæ Tauri montis ducentes in Ciliciam, 340. b. 506. b.

Poſt ſextiduum, idem ac ſexto die inchoato, 360. b. *Poſt deindè*, pleonaſmus antiquus, 715. b. *Poſt diem decimum Kalendarum*, *Vide* Ante diem.

Poteſtas præcipitare, pro *præcipitandi*, 170. &c.

Prædenda. Annona militaris undè ſic dicta, 208. a. 459. b.

Præbere, abſolutè poſitum, pro præbere ſtipendium, vel annonam militarem, 208. *& ibid.* b. 459. b.

Præbitores, quinam, & undè dicti, 459. b.

Præguſtator, apud Principes quis eſſet, 332. b. Præguſtator libidinum, *ibid.* 722. a.

Præpoſiti, nomen dignitatis militaris, 197. a. 242. a. 291. b. 389. b. 504. a. 606. a. Tribunis utrùm inferiores, *ibid.* 504. a, b. 606. a. Præerant cohortibus perindè ac Tribuni, 389. b. 504. a, b. 606. a.

Præſens, *in præſens*, de tempore præterito, 755. b.

Præſes, nomen generale, 348. b. Præſides cur ita dicti, 365. b. Præerant Provinciis, 748. b. Iidem judices, *ibid.*

Prætenturæ Illyricianæ, ubi ſitæ, 635. b.

Praxiteles. Duo iſtius nominis artifices extitere, 494. a.

Precem, in ſingulari, 242.

Primores militum, militiæ, &c. 375. a.

Princeps calamitatum, religionum, belli, ſceleris, pro auctore, 379. b. 686. a, b.

Principale faſtigium, principalis auctoritas, &c. de Principis auctoritate, &c. 578. a.

Principes pagani quinam boni, & in Chriſtianos propenſi, 187. 284. a. 432. a. 575. b. *& ſeq.* 598. a. Principum quinam nomina Deorum & honores uſurpaverint, 367. a.

Priores militum, 209. Prior civitatis, loci, ſcholæ, &c. 460. b.

Priſca, uxor Diocletiani, ab eo Idolis ſacrificare juſſa, 201. In exilium pellitur à Maximino cum filiâ Valeriâ, 235. Ubi, & quo mortis genere perierit, 249. Diocletiani uxor fuit unica, 294. b. 296. a, b. 486. b. 623. b. Ipſi quandò nupſerit, 296. a. 623. b. Chriſtiana utrùm fuerit, 297. a. 405. b. 515. b. 519. a, b. Ante maritum non obiit, 333. a. 623. b. Si non Chriſtiana, Chriſtianis favit, 508. b. *& ſeq.* Non eſt occiſa ut Chriſtiana, 509. a. Quo anno perierit, 510. a.

Priſcillianus, Præſes Bithyniæ, 298. b.

Privati, ſub Imperatoribus etiam dicti, qui magnis dignitatibus ornati erant, 453. b. Privatus quis liberâ Republicâ, *ibid.* Militi quandòque opponitur, *ibid. & ſeq.* Privata ſpectacula quænam dicta, *ibid.*

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Prometheus, primus simulacra effinxit, 15.
Promoti, dictum de Officialibus judicum ad gradum aliquem promotis, 491. b. Item de ducibus militaribus promotis ad ordines, 718. b.
Propinquare, verbum poëticum, 216. a. 668. a.
Proponere edictum, symbolos, quid significet, 617. b.
Proscriptiones, dictæ tam de hominibus, quàm de bonis, 583. a.
Prosilui, *prosilii* & *prosilivi*, à prosilire, 678. b.
Protagoras, quo tempore floruerit, 142. Ejus de Divinitate opinio, *ibid.*
Protectores, quinam, & undè dicti, 210. b. 307. b. 375. a. 652. a, b. Varia eorum genera, 375. a. A quo Imperatore instituti, 652 a, b.
Protrahere, antrorsùm trahere, 650. a.
Providentia, probatur tùm ex mundi creatione, & constanti ejus regimine, tùm ex creatione & configuratione hominis ac belluarum, 2. 18. *& seq.* 75. *& seq.* 89. Quinam Philosophi illam impugnaverint, 142. *& seq.*
Providentia, pro sapientiâ, seu scientiâ Philosophorum, 154. a.
Pudenda. De illorum usu, & variis eorum nominibus, 109. *& ibid.* a.
Pulmo. De ejus naturâ, formâ & usu, 101. *& ibid.* a, b. Quarè folli comparatus, *ibid.* b.
Purpura Cæsarum, eadem atque Imperatorum, 210. b. 461. a. 682. a, b. Insigne utriusque dignitatis, 444. a. 459. b. 691. b.
Purpuratus, dictum etiam de Cæsare, 442. a.
Pusillitas, vox rara, 73. b. 134.
Puticuli, nihil habuere commune cum catacumbis, 490. a. Genus sepulturæ antiquissimum, *ibid.* Undè dicti, *ibid.*
Pygmei. De iis Veteres quid fabularentur 266. b.
Pythagoræ metempsychosis refellitur, 26. Unum Deum agnovit incorporalem, 153. *& ibid.* b.

Q.

QUÆRERE, pro *acquirere*, 180. b. 206. a. 225. b. 534. b. 640. b. 697. b.
Quæsierunt, *quæseris*, *quæsisse*, &c. apud Auctores idoneos, 534. b.
Quàm cùm maximè, 389. a. Hæ voces quid significent, 503. a.
Quandò, pro *quoniam*, aut *quandòquidem*, 141. a.
Quanti, *æ*, *a*, pro *quot*, 389. b. 741. b.
Quantocyùs, seu *Quantociùs*, vox melioris notæ, quàm quidam putant, 391. a, b. 751. b.
Quatenùs, pro *quomodò*, 219. a, b. 379. a.
Queat, *Quires*, &c. verbum Lactantio familiare, 243. a.
Quiescere, idem ac dormire, 742. a.
Quietis nomen Romanis Romanorumque Principibus amabile, 393. b. Quies publica in nummis, *ibid.* 505. b.
Quindecimviri, præpositi ad Sybillinos libros inspiciendos, 502. a. Quo tempore abrogati, *ibid.*
Quinquennalia Maxentii, 336. b. Ea quandò celebrarentur, *ibid.* 373. b. 449. b. Quandò fierent & solverentur, 373. b.
Quondàm, de non longo temporis intervallo, 454. b.

R.

RAPERE, pro raptim & cum festinatione capere, 747. a.
Ratio. Nihil potuit homini majus ac melius à Deo dari, 79. *Rationes turbatæ*, & liquidæ, opponuntur, 378. b.
Rationales, Principum procuratores, 385. b. 366. a. 586. b. Eorum officium, *ibid.* 587. a.
Ravenna, ubi sita, 635. a. Olim una ex præcipuis Italiæ, *ibid.*
Reddere, pro agere, edere, celebrare, 695. b. Idem pro dare, præstare, *ibid.* Vota reddere, pro facere, *ibid.*
Refugium, vox usitata idoneis Scriptoribus, 755. a.
Reges. Eâ appellatione Imperatores quandò à Latinis donati, 581. a.
Regnum Christi millenarium, ex quibus Scripturæ locis desumptum videatur, 570. a, b. Regnum, dictum de Romano Imperio, 585. b. *& seq.* 688. a. Regnum, pro regni incolis, 624. b.
Religio. De falsarum religionum origine, 13. *& seq.* De verâ, 29. Religio omninò voluntaria est ac libera, 41. *& seq.* Solius hominis est propria, 139. *& seq.* Eâ sublatâ, sequetur confusio rerum ac perturbatio, 141. 154. *& seq.* Sine metu non potest consistere, *ibid.*
Renes, undè dicti, 111.
Resiston. Locus ille ubi situs, 339. a.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

Resolvere, quod ligatum fuerat dissolvere, 228. b. 704. a.
Restituta, pro restitutione, 673. b.
Retentare, pro *retinere*, 669. b. Pro *conari retinere*, 670. a. Item pro simplici *tenere*, *ibid.*
Revelatio, pro *apolalypsis*, 30.
Rhodanus, cum Pado confusus, 568. a.
Ripa Stryga, vox corrupta, & variè emendata, 204. a, b. 302. a, b. Idem atque ora Propontidis, 302. a.
Ripæ, pro maris littoribus, 231. 385. b.
Riparienses legiones quænam dictæ, 302. a.
Romani. De Diis eorum propriis, 10 *& seq.* Populi Romani petulantia & licentia quanta fuerit, 300. b. *& seq.* Lusoriæ naves apud Romanos quid essent, 310. a. Dies apud eos qualis fuerit, & undè illum inciperent, 350. b. *& seq.* De more eorum per picturas aut incisos lapides res suas mandandi memoriæ, 363. b. 435. b. Lapidibus informibus etiam honorem habuerunt, 451. a. Hasta pro Marte ipsis culta, 452. b. Quandò pro aliorum quàm Reipublicæ salute Deos rogare cœperint, 479. a. Sub Imperatoribus longè minùs superstitiosi, 725. a.
Romanus, quo die martyrium consummaverit, 300. b.
Romula, Galerii mater, undè oriunda, 194. 466. b. Mulier admodùm superstitiosa, 197. Filium incitat ad Christianos persequendos, *ibid.* Hujus nomen multis aliis mulieribus inditum, 443. a.
Romula, nonnunquàm adjectiva vox, 443. a, b.
Romulus, creditus filius Maxentii ex Magnâ Urbicâ uxore, 488. a.
Ros. De ejus & pruinæ differentiâ, 264. b.
Rursùm repetere, pleonasmus antiquus, 715. b.

S.

SABBATICUS fluvius, undè dictus, 509 b. *& seq.*
Sabbatum magnum, de quo dictum Sabbato apud Judæos, 402 b. Dictum apud Asianos Proconsulares de Sabbato, quod primam Quadragesimæ Dominicam præcedit, *ibid.*
Sabini & Sabinorum corpus, synonima, 753. a.
Sacerdos summus, utrùm de Pontifice maximo diceretur, an de primo Cybeles Sacerdote, 423. 483. b. Sacerdotes maximi ex primoribus civitatum lecti, 481. b. Præerant reliquis ejusdem civitatis Sacerdotibus, 482. a. Mulieres etiam Provinciarum Sacerdotes factæ, *ibid.* Sacerdotibus nonnullis Maximi titulus datus, 483. a. Pudicitiæ Sacerdotes, 722. a.
Sacra. De sacris Deorum Romanorum, 11. De iis à Fauno & Numâ institutis, 12. Sacrorum origo, 13. *& seq.*
Sacrificatum, quid propriè fuerit, 232. b. 719. a.
Salonæ, urbs Dalmatiæ, 210. b, 462. b. Utrùm illuc Diocletianus secesserit post depositum imperium, 462. b. *& seq.*
Sanctissimus vir, vel adolescens, dictum de homine virtute prædito singulari, 207. b, 374. b. 458. a. 646. a. Sanctissimus maritus, uxor sanctissima, quid significent, 458. a.
Sapientes. His nihil magnum, nisi quod & bonum, 371. b.
Sapientia, utrùm sit scientia rerum divinarum & humanarum, 21. In quo consistat, 25. De verâ sapientiâ, & de sapientiâ religiosâ, 29. *& seq.*
Sapor. Ejus sensus cuinam membro tribuendus, 98. *& ibid.* a.
Sapor, Persarum rex, Narsæi utrùm avus, an atavus, 440. b. *& seqq.* Non unus fuit istius nominis, sed plures sæpè confusi *ibid.*
Saturnalia. His octavus dies non accessit tempore Constantini, 472. a. Ultimus quis fuerit, *ibid.*
Saturnus. Ejus gesta ex Historicis, 10. Cœlo & terrâ genitus cur credatur, *ibid.* Sacra humana ipsi oblata, 12. *& seq.* Quo tempore vixerit, 14.
Scamnum, apud Scriptores Rei rusticæ, quid sit, 635. b.
Σκαιὸς, ineptus, stolidus, &c. 750. b. Τὰ σκαιὰ, nugæ, tricæ, *ibid.*
Scientes Dominum, pro Christianis, 601. a. Scire Deum, scire Paulum, *ibid.*
Scientia, à Socrate & Academicis sublata, 21 Sine virtute potest contingere, 23.
Scripta Imperatorum, pro eorum litteris ad Provinciarum Præsides, 584. b.
Scriptura Sacra. Quarè non facilè huic plurimi credant, 52. *Scriptura*, pro vectigali, 214. a. 469. a.
Scripturarius ager, quis, 469. a. Scripturarii, Publicani cur dicti, *ibid.*
Scutarius, de quo diceretur, 210. b. 652. a.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

Varia Scutariorum genera, 307. b. 375. a. Dictum de scutorum fabricatore, 652. a.
Scutigerulus, Græcè ἀσπιδοφόρος, 652. a.
Secretaria, quid essent, 202. a. 372. b. 627. a, b.
Securem, sitem, turrem, &c. pro securim, sitim, turrim, 380. b. *& seq.*
Securitas publica, in nummis, 505. a. Securitas à tranquillitate discrepat, 749. a, b.
Sed, particula Lactantio frequentissima 622. b.
Sedes, dicta pars corporis quâ sedemus, 477. b.
Semen. De duabus venis, quibus continetur in corpore, 105. Undè oriatur, *ibid.*
Senatus, Consules declarabat, eisque tradebat Consulatûs insignia post Valerianum, 301. a.
Sensus, non sunt fallaces, 94. *& seq.*
Septimontium sacrum, in quorum honorem à Romanis constitutum, 368. a.
Sepulturæ cadaverum Gentiles & Christiani studiosissimi, 433. a.
Sequi, pro *exequi*, 131. a.
Serapis, cultus ab Amisenis, 404. a.
Serdica, urbs Thraciæ, non Daciæ, 479. b. *& seq.* Neque item Macedoniæ, 480. a. Eadem sita in Illyrico latè sumpto, *ibid. &* b. Una tantùm fuit, *ibid. & seq.*
Serena, uxor Diocletiani supposititia, 296. a, b. 486. b.
Serenus campus, locus Thraciæ, 242. b. 339. b. 744. b. Undè nobilis, *ibid.* Ejus à Nicomediâ distantia, 341. a. Undè dictus, 390. a. 504. b.
Serpentes. De usu eorum salubri in Medicinâ, 557. b.
Servi. Hos contra Dominos interrogari jure Romano nefas erat, 214. a. 310. b. Qui casus posteà sint excepti, 310. b. Novæ circa id constitutionis antiquatio & renovatio, *ibid.* His in Diocletianeâ persecutione libertatis spes adempta, si in fide permansissent, 294. a. Distenti de more quandò flagris aut virgis cædendi erant, 606. a.
Servitium, pro servitute, 211. a. Idem pro servis, 655. b.
Severianus, Severi Imperatoris filius, quandò & à quo occisus, 249.
Severus Imperator, saltator temulentus, ebriosus, 208. 304. b. A quo purpurâ indutus, *ibid.* Augustus renuntiatus à Galerio, 218. 474. a. Pergit Romam contra Maxentium, 219. 473. b. Desertus à militibus fugam capessit, *ibid.* Dedit se, purpuramque exuit, *ibid.* Quo genere mortis perierit, 220. a. 317. a. 474. a. 683. a. Purpuram ubi induerit, 306. a, b. De tempore quo sumpsit Augusti titulum, 313. b. *& seq.* Ubinàm fuerit interfectus, 316. b. *& seq.* Quo anno obierit, 317. b.
Sexus. In diversis sexibus instituendis mira Dei providentia, 108. *& seq.*
Sibyllæ. Earum de uno Deo testimonia, 5. De iis Auctores, & variæ sententiæ, 174. *& ibid.* a, b. Illarum libri quo nomine laudati à Lactantio, 186. a.
Sibyllini libri, à quibus, cum opus esset, consulerentur, 502. a. Quo tempore combusti, *ibid.* Numero plurali semper appellati à Lactantio, 377. a.
Sic, quandòque adverbium ordinis, 755. b.
Sigla, notæ quibus utebantur Σημειογράφοι, seu ταχυγράφοι, 378. a.
Sigillum, de commeatûs libello, sive epistolâ dimissoriâ sigillo munitâ, 216. 312. a, 377. b. *& seq.*
Similis, cum gignendi casu, 212. b.
Simon Magus. Duplex ejus cum Petro certamen commentitium, 282. a. Ille Apostoli operâ de cœlo in terram præcipitatus, 557. a. De eo fabulæ, *ibid.*
Simulacrum, *Vide* Imago.
Σιπυλίνη, nomen matris Deûm, seu Cybeles, 446. b.
Societas, quarè ab homine appetatur, 83.
Socrates. De eo, & ejus contradictionibus, 26. Apologiam pro ipso quinam scripserint, 129. a, b. De Deo quid senserit, 153. *& ibid.* a.
Sol. Cursus ejus irrequieti & orbes inæquales ad usum hominis ordinati, 156. Horæ ejus comites, 265 b. Sol invictus in nummis, 472. a. 510. b. 676. b. Solis defectio, quæ sub Christi mortem conspecta, qualis fuerit, & quandò acciderit, 526. a. 546. b. *& seqq.* Sol novus, de Brumâ, sive de die VIII. Kal. Jan. 676. a, b.
Solidamenta corporis, 88.
Somnia, quâ de causâ homini à Deo data, 120. Utrùm veri aliquid habeant, 121.
Sopiti, quinam dicantur, 205. a, b. 638. a.
Sorores, de Carthagine & Uticâ, 439. a. Item de assentatione & calumniâ, de paupertate

www.libpool.com.cn
Digitized by Google

pertate & bonâ mente, *ibid.* b. Sorores lodices, *ibid.*
Spalato, Villa Diocletiani, ubi obiit, 210. b. 462. b. *& seq.* Ubi sita, *ibid.*
Spectacula, quarè vitanda, 53. *& seq.*
Splen. De ejus naturâ & usu, 111. *& ibid.* a.
Strabulum equuleorum, 212. a. 375. b. Ferriterium, *ibid.*
Stapedes nullos habuerunt Veterum sellæ, 433. b. Quandò cœperint usurpari, 434. b. *& seq.*
Stativæ in quo convenirent cum mansionibus, in quo ab ilis differrent, 670. a, b.
Statuæ nudæ Græcis placuerunt, 89. b. Principum dejectæ, 237. 333. b. 387. b. 492. a. Ab imaginibus differunt, 492. b. *& seq.* 674. a.
Stephanus Protomartyr, sub quo Principe passus fuerit, 563. b.
Στήλη, Græcè columna, sæpè etiam statua, 461, a.
Stipites nudi, sæpè culti à Gentilibus, 451. a, b. Stipes crucis, lignum crucis rectum, *ibid.* b. Stipes deasciatus delubrum vocatus à Veteribus, 452. a.
Stoïci, cœlestia omnia in Deorum numero reponebant, 16. Illorum de summo bono sententiæ, 23 Utrùm Deum fecerint corporeum, 132. b. Opinio eorum de irâ in Deo refellitur, 134. *& seq.* De causâ cur mundus sit effectus quid senserint, 155. *& ibid.* a. Non distinxerunt iram justam ab injustâ, 165.
Stomachus. De eo, variisque ejus nominibus, 101. *& ibid.* a. Ejus officium, *ibid.*
Strangulatio, aliis bona mors, mala & lethum informe aliis, 467. b. Mulieres hoc supplicii genere affectæ, *ibid.*
Straton. Ejus de mundo opinio, 143. Quis fuerit, *ibid.* a, b. Physicus undè cognominatus, 144. a. Quo tempore floruerit, *ibid.*
Stratores, undè dicti, 433. b. Eorum officium, *ibid.* Ministerium illud à militibus Imperatoribus exhibitum, 434. a. Eorum mos undè deductus apud Græcos, *ibid.*
Striga, vox Agrimensaria, seu Gromatica, 406. b. 635. b. Quadratæ figuræ limes fuit in longitudinem, 635. b.
Strigonium, urbs, ubi sita, 635. b.
Suadere legem, quid sit, 231. b.
Suberrare aciei, montibus, 399. a. 737. a.
Summa, vox Lactantio peculiaris, 60. b. Quid significet, *ibid.*
Supererat, pro *superesset*, 207. a.
Superfœtare, undè dictum, 698. a.
Superponere, vox ævo Lactantii usurpata, 385. b.
Superstitionis odiosum nomen religioni Christianæ affixum ab Ethnicis, 562. b
Sura, quid sit, 110. a.
Susanna (S.) cujus filia & cognata dicatur in ejus Actis, 296. a. Ejus cum Galerio matrimonium commentitium, *ibid.*
Suspensio in equuleo, supplicium Martyrum, 469. a, b. Suspensus simpliciter, pro in equuleo suspensus, *ibid.*
Susùm, pro *sursùm*, 210. a. 306. b. 375. a.
Suus proprius, locutio Latina, 733. b.
Sylvanus, à Montensium Deorum cœtu non excludendus, 370. a.
Symposium, utrùm scriptum à Lactantio, 251. a, b.
Synthema, de commeatûs libello, seu epistolâ dimissoriâ, 378. a Συνθήματα, notæ secretæ cujus generis, *ibid.*

T.

TABERNÆ, differunt ab officinis & apothecis, 718. b. Quis earum usus, *ibid.*
Tages, Aruspex olim celebris apud Tuscos, 196. b. 291 a, b. Oratoriè sumptus pro magistro ejusdem disciplinæ, *ibid.* Aruspicinam scripsisse existimatur, 455. b.
Tam, pro *valdè*, 591. a.
Tauri montis angustiæ, ubi sitæ, 341. b.
Τέμενος, semper pro templo à Græcis usurpatus, 616. b.
Templum Dei, sanctum, fidele, &c. de Christianorum corpore, seu Ecclesiâ, 292. b. 429. a. 557. b. Item de omni homine Christiano, 297 b. 429. a. Templa & Ecclesias sæpè Patres opponunt, 522. b.
Tempus instans sæpè dictum à Latinis medium inter præteritum & futurum, 403. b.
Tendere, nota vox pro castra metari, 741. b.
Terminalia, undè dicta, 198. a. 612. a. Quo die & mense celebrarentur, 293. a. 453. a. Fictione quâdam dies anni ultimus fuere, 453. a.
Termini imperii Hadriani voluntate mutati 514. a.
Terminus Deus, formâ lapidis vestipitis in agris cultus, 452. a. Sacra ipsi quandò fierent, 453. a. Non plures illi dies sacri,

Digitized by Google

ibid. A quo consecratus, 612. a.
Ternarium numerum veteres Christiani cur amarent in precibus, 390. a.
Terricula, pro terroribus, 373. b. 456.
Theodora, Maximiliani filia, vel provigna, 324. a. Constantio desponsata, *ibid.* 413. a.
Theodorus Philosophus, nullum esse Deum dixit, 143. Quo tempore vixerit, *ibid.* a. Cyrenæus undè dictus, *ibid.* Ἄθεος cognominatus, *ibid.* b.
Theotecnus, Curator Antiochiæ, egregius impostor in Christianos, 705. a.
Tiberius. Utrùm ejus imperii anno decimo quinto Christus passus fuerit, 396. b. *& seq.*
Timon, quis fuerit, & de ejus naturâ & indole, 170. b.
Timor Dei. Ejus necessitas, 154. *& seq.* Solus custodit hominum inter se societatem, *ibid.*
Tituli in inscriptionibus Edictorum nomina & honores comprehendebant, 481. b.
Tollere, pro è medio tollere, occidere, 609. b. Idem pro attollere, *ibid.* 745. a, b.
Tolles, quæ corporis partes dictæ, 103. a. Eædem ac tonsillæ, *ibid.* Undè vocatæ, *ibid.* Quomodò meliùs appellatæ à recentioribus, *ibid.*
Tonsillæ, *Vide* Tolles.
Tori, quid sint in homine, & de eorum situ, 99. a. Eorum usus ad significandum robur, *ibid.*
Traditoris nomen, undè ortum, 199. a. 293. b. 614. b.
Trahere morbum, pro morbum contrahere, 635. a. Trahere bellum, obsidionem, &c. Latinis idem ac protrahere, *ibid.*
Trajanus, adoptatus à Nervâ non imperavit, nisi illo mortuo, 205. b. 409. a. Dacias rebelles vectigales fecit, 215. 666. a. Duæ ejus expeditiones in Dacos, 310. b. *& seq.* Quo die & anno natus, 409. a, b. Quandò à Nervâ adoptatus, *ibid.* b. Orientalis limes sub eo ubi constitutus, 443. a. Utrùm sub illo Christiani Ecclesias habuerint quales nunc cernimus, 520. b. *& seqq.*
Tranquillitas, pro pace, 428. b. Differt à securitate, 749. a, b.
Transtigritanæ regiones, de quibus locis intelligendæ, 443. a.
Trepere, verbum obsoletum, pro *vertere*, 603. b. A Græco τρέπειν deductum, *ibid.*
Trepidare, pro hùc & illùc frequentiùs se vertere, 603. a. 614. b. A prisco *trepere* deductum, *ibid.*
Tributum soli, sive capitis, ad quos, & ad quid extenderetur, 425. a. 469. b.
Tribunitia potestas Imperatorum quarto seculo à quo die numeraretur, 320. a.
Trismegistus, *Vide* Hermes.
Triumphare, cum quarto casu, 203. a. 299. a. 631. b.
Triumphatus, passivè, 190. a.
Tryphæna, Tryphonia, vel Trophonia, Decii junioris uxor, Christiana credita, 432. a.
Tu videris, formula improbantium, 209. b. 647. b.
Tumultus, quomodò definitus à Cicerone, 593. b. Undè dictus, *ibid.* Aliquandò pro bello gravissimo usurpatus, *ibid. & seq.*
Tutelarum tutandi fundi ergò quatuor genera apud Veteres, 715. a.
Tutelo, pro *titulo*, 231. 331. a.
Turbari, & *perturbari*, in quo differant, 677. a.

V.

VADERE, de hostibus qui præliandi animo procedunt, 681. b.
Valens Imperator, pronomine Valerius, utrùm à Licinio occisus fuerit, 248. a, b. 417. a, b. 756. b. *& seq.* Quo Christi anno, 417. a, b. 518. a.
Valens Thessalonicus, occisus non fuit à Licinio, 417. a. Cæsar ab illo quandò creatus, *ibid.*
Valentinianus Imperator. De ejus ortu, 376. a.
Valeria, Diocletiani filia, à patre idolis sacrificare jussa, 201. Galerio quo anno nupserit, *ibid.* a. 623. b. Sterilis fuit, 211. b. 486. b. 654. a. Maximini nuptias contemnit, 235. 487. a. Ab eo cum matre in exilium pellitur, *ibid.* A patre Diocletiano frustrà repetitur, 237. 487. a. Candidianum Galerii ex concubinâ filium adoptavit, 248. 486. b. Ubi, & quomodò miserè perierit, 249. 487. a. Perperàm credita brevi obiisse post nuptias, 295. b. Pannoniæ parti nomen dat, *ibid.* Christiana num fuerit, 297. a. 405. b. 515. b. 519. a, b. Si non Christiana, Christianis favit, 508. b. *& seq.* Non est occisa ut Christiana, 509. a. Quo anno perierit, 510. a. Maximinus quomodò ejus filius, 716. a.

www.libool.com.cn
Digitized by Google

Valerianus Christianos persequitur, 189. Victus & in servitutem à Persis redactus, *ibid.* Quo anno sævire cœperit in Fideles, *ibid.* a. 403. b. 579. a. Ejus primò in illos benevolentia & humanitas, *ibid.* 284. b. 579. b. Stapedis vicem exhibet Sapori regi Persarum, *ibid.* 284. b. 434. a, b. Quâ morte vitam finierit, 190. 284. b. & *seq.* 437. b. 582. a, b. Quot annos sevierit, *ibid.* a, 581. b. & *seq.* Quandò, & à quibus evectus ad imperium, 400. a. 579. b. Quo anno captus à Persis, 403. b. 436. b. 580. b. Utrùm consenuerit in imperio, illudque filiis tradiderit, 436. a, b. Quo ætatis anno Imperator factus, *ibid.* a. Quot annos regnaverit, *ibid.* b. Quo ætatis anno mortuus, *ibid.* Plus fudit Christiani sanguinis, quàm quibusdam visum, 579. b. & *seq.*

Valitudo, pro *valetudo*, 665. b.

Vaniloquentia, 178.

Venarum sectio, quale mortis genus, 468. a.

Venter. De eo, & qualis laudetur ab Auctoribus, 100. & *ibid.* b.

Venti. De illorum usu & utilitate, 156.

Venus, artem meretriciam instituit, 7. Ara templumque Veneri Calvæ apud Romanos, 11. Culta in Syrophœnice, 264. b. Venus Urania quâ formâ Athenis culta, 449. a. Paphia sub figurâ pyramidis, *ibid.*

Veritas, quid sit, 30. Gradus per quos ad eam ascenditur, 129. & *seq.* Humanis sensibus erui nunquàm potest, 152.

Verus (Lucius) Imperator, quo anno obierit, 415. a. Decimum imperii annum non attigit, *ibid.* & b. Quo anno ad imperium evectus, *ibid.* b.

Vesica, quâ ratione urinam trahat, 104. Quæ animalia usum hujus non habeant, *ibid.* b.

Vestire, idem ac summæ potestatis insignibus induere, 307. b. 374. b.

Veteranus rex, dictum eleganter de Diocletiano post depositum imperium, 307. b.

Vetus vetustum vinum, pleonasmus antiquus, 715. b.

Vexare, *Vexatio*, verba habentia usum ingentis calamitatis, 469. b. 565. a. Dictum etiam de suppliciis Martyrum, & persecutionibus, *ibid.* 565. a, b. 685. a. Vexatio, pro morbo, 565. b. 635. a.

Vicani, dicti qui in eodem vico habitant, 608. a, b.

Vicarium aliquid, pro re aliquâ vicariâ, 347. b. 752. b. & *seq.* Animal vicarium, *ibid.* Vicaria opera, manus vicariæ, &c. 348., a.

Vicarius. Quod ejus officium, 348. b. 752. b. Vicarii in re sacerdotali, 370. b. Vicarius in genere quis, 505. b. Vicarii Præfectorum, *ibid.* Illorum quæ potestas, 587. a.

Vicennalia, quandò, & quo pacto celebrarentur, 300. a. 374. a. 634. b. 696. b. Quandònam susciperentur, 374. a.

Victor, *Vide* Aurelius.

Victoriam capere, locutio rara, 241. a. 741. b.

Vigiles, legibus Romanis ex variis artificum corporibus collecti, 387. a.

Vilitas. Eo nomine Veteres quid notarent, 286. a.

Villa publica in Campo Martio Romæ quid esset, 472. b. Aliæ alibi extructæ, *ibid.*

Vinum, inter alimenta numeratum, 697. b.

Vipera. De salubri illius usu in Medicinâ, 157. & *ibid.* b.

Vir, undè dictus, 108. & *ibid.* a.

Virgilius, utrùm numerandus inter Epicureos, 120. a.

Virgines, Latinis feminarum nomine comprehensæ, 234. a. 721. b. Virginem imminuere, quid sit, *ibid.* b.

Virtus, quid sit, 24. Quod ejus præmium, *ibid.* Undè appellata, 108. Per mala probatur & constat, 170. Virtus, dictum simpliciter de virtute bellicâ, 745. a. 746. a.

Viscera. De iis, & eorum usu, 88. 101. & *seq.* Quid sint, *ibid.* a.

Visceraciones, undè dictæ, 88. a.

Visio, quomodò fiat, 93. & *seq.* Quomodò furiosi & ebrii omnia videant duplicia, 94. & *seq.*

Vita. De duabus humanæ vitæ viis, 47. & *seq.* Per quid vita sustentetur, 101. De longâ vitâ quorumdam hominum, 337. a. Vita, pro victu, seu alimento, 666. b.

Vitam vivere, 140.

Vitellius Imperator, vivus vidit imagines suas aboleri, 387. b.

Umbilicus. De ejus situ & usu, 100. & *ibid.* b.

Ungues. Eorum pulchritudo & usus, 99.

Ungulæ, quale martyrii instrumentum, 203. b. 373. b. 456. a.

Universa terra, de Romano imperio, 202. 629. a.

Voluptas. De voluptatibus sensuum coercendis, 51. & *seq.* Non faciunt hominem beatum, 178. Tam mortalis voluptas, quàm corpus, 179.

Votum celebrare, de Festis in quibus vota

vota pro ſalute Principum concipiebantur, 225. b. 326. a. 694. a.
Vox, φωνὴ cur dicta à Græcis, 92. De ejus origine & cauſâ, 102. & ſeq. 113. A Philoſophis quomodò definita, 112. & ibid. a, b. Ejus inſtrumenta, 113. b.
Uranus. Ejus geſta ex Hiſtoricis, 10.
Uſtrinæ publicæ, Romæ ubi ſitæ, 490. b.
Utenſilia, quid ſint, 221. b. 684. b. Sumpta pro inſtrumentis, 474. a.
Uterus. De eo, & ejus formâ, 105. & ſeq. Varia illius nomina, 106. a.
Utilitas publica in nummis, 478. a.
Vulnus & Ulcus, in quo differant, 702. a.

X.

XANTHICUS menſis, in Aſianorum Proconſularium anno Solari quotus eſſet, 401. b. & ſeq. Undè inciperet, ibid.
Xenocratis de mente, ſeu animâ, ſententia, 116. & ibid. a.
Xenophanes, de Lunâ quid ſenſerit, 28.

Z.

ZABULUS, pro *Diabolus*, 203. a. 204. 298. b. 631. b. Hæc vox frequens in libris antiquis, 298. b.
Zacones, pro *Diacones*, 298. b. 631. b.
Zaritorum, pro *Diaritorum*, 298. b.
Zeno, ſuſtulit opinationem, 21. Ejus de ſummo bono ſententia, 22. Illius errores, 27. Agnovit Dei unitatem, 153.
Zeta, pro *Diata*, 373. a. 631. b.
Zozimus, oſor Conſtantini infeſtiſſimus, 311. a.

FINIS.

ERRATA in ſecundo Volumine deprehenſa.

Præf. Pag. iij. lin. 42. *explicanado dhibenda*, lege *explicando adhibenda.*
4. a. lin. 9. *occurebant*, leg. *occurrebant.*
7. a. lin. 5. *Cybeles*, leg. *Cybele.*
32. lin. 27. *Moyſes*, leg. *Moyſes.*
77. b. lin. 13. *ſeu*, leg. *ſeu.*
79. b. lin. 2. *docuerant*, leg. *docuerunt.*
112. a. lin. 9. *haberi*, leg. *habere.*
132, lin. 7. *reprahenſione*, leg. *reprehenſione.*
151. lin. 16. *conſtat*, leg. *conſtet.*
177. b. lin. 17. *amor*, leg. *amore.*
187. b. lin. 13. *MSS.* leg. *MS.*
204. a. lin. 3. *Vincennalium*, leg. *Vicennalium.*
213. lin. 22. *penes*, leg. *penès.*
318. b. lin. 4. *Gloſſarum*, leg. *Gloſſarium.*
356. a. lin. 29. *Epimarchi*, leg. *Epicharmi.*
360. a. lin 47. *Plalmis*, leg. *Pſalmis.*
361. b. lin. 29, *alrerum* leg. *alterum.*
395. b. lin. 49. *Aſtranomis*, leg. *Aſtronomis.*
460. a. lin. 25. *Conſtantini*, leg. *Conſtantii.*
479. a. lin. 41. *μαθὼ*, leg. *μαθὼν*,
583. a. lin. 22. *barberum*, leg. *barbarorum.*
610. a. lin. 34. ἐξολὼ, leg, ἐξοχὼ.
751. a. lin. 43. *deligerit*, leg. *delegerit.*

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

LECTORI MONITUM.

www.libtool.com.cn

Quoniàm incuriâ dicam, an oſcitantiâ noſtrâ factum eſt, ut in excudendis Pauli Baudri Notis, quotiès ille ad Notas ſive Baluzii, ſive Columbi aut Cuperi remitteret juxta ſuam Editionem, nos lectionem emendandam, numeroſque Editionis noſtræ paginis accommodandos ſeriùs animadverterimus, oramus veniam, Lector benevole, ſi quid humani in eo diligentia noſtra paſſa eſt. Interim ne quid tibi pereat, quod conferre queat, tum ad perfectionem, tum ad uſum faciliorem hujuſce noſtræ Editionis, en reſtituimus tibi in ſubjecto indice eadem loca emendata. Hunc conſulas licet, quò faciliùs queas ad Notas indicatas recurrere.

EMENDANDA

IN NOTIS PAULI BAUDRI,

à pag. 530. *incl. ad pag.* 609. *excl.*

Pag. 530. *col.* 2. *lin.* 25. P. 2. p. 266. *leg.* p. 358. col. 1.
Ibid. lin. 26. p. 3. 5. 6. *leg.* 278. & ſeq.
Ibid. lin. 32. P. 2. p. 8. *leg.* 280. col. 2.
Ibid. p. 266. *leg.* p. 280. col. 1.
Ibid. N. (a) P. 2. p. 266. *leg.* p. 358. col. 1.
Ibid. N. (b) P. 2. p. 7. *leg.* p. 358. col. 1.
Ibid. N. (d) P. 2. p. 7. *leg.* p. 280. col. 1.
Ibid. N. (f) P. 2. p. 7. *leg.* p. 280. col. 1.
Ibid. N. (h) P. 2. p. 267. *leg.* p. 358. col 2.
Pag. 531. N. (d) infrà P. 2. p. 266. *leg.* ſuprà p. 358.
Ibid. N. (f) P. 2. proximè ante p. 266. *leg.* p. 356.
Ibid. N. (g) P. 2. p. 7. & 8. *leg.* p. 280. col. 2.
Pag. 532. *col.* 1. *lin. ult.* P. 2. p. 8. *leg.* p. 280. col 2.
Ibib. p. 123. *leg.* p. 428. col. 1.
Ibid. col. 2. *lin.* 1. p. 267. *leg.* p. 358. col. 2.
Ibid. N. (k) P. 2. p. 267. *leg.* p. 358. col. 2.
Pag. 534. *col.* 2. *lin.* 13. P. 2. p. 267. *leg.* p. 358. col. 2. & ſeq.
Pag. 535. N. (a) infrà P. 2. p. 267. *leg.* ſuprà p. 359. col. 1.
Pag. 536. *col.* 1. *lin.* 36. P. 2. p. 124. *leg.* p. 428. col. 1. & 2.
Ibid. col 2. *lin.* 12. P. 2. p. 124. *leg.* p. 428. col. 1. & 2.
Pag. 537. *col.* 1. *lin.* 26. P. 2. p. 124. *leg.* p. 428. col. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 27. p. 8. *leg.* p. 281. col. 1.
Ibid. lin. 35. P. 2. p. 8. *leg.* p. 281. col. 1.
Ibid. lin. 39. P. 2. p. 125. *leg.* p. 429. col. 1.
Ibid. col. 2. *lin.* 8. P. 2. p. 268. *leg.* p. 359. col. 1.
Ibid. lin. 9. p. 125. *leg.* p. 429. col. 1,
Pag. 538. N. (a) P. 2. p. 268. *leg.* p. 359. col. 1.

Digitized by Google

Ibid. N. (e) P. 2. p. 8. *leg.* p. 281. col 1.
Pag. 539. *col.* 2. *lin.* 23. p. 8. num. 11. *leg.* p. 537. col. 1.
Ibid. lin. 44. P. 2. p. 124. *leg.* p. 428. col. 2. & ſeq.
Ibid. p. 8. *leg.* p. 281. col. 1.
Ibid. lin. 45. p. 8. num. 11. *leg.* p. 537. col. 1.
www.libtool.com.cn
Pag. 540. *col.* 1. *lin.* 3. infrà P. 2. p. 9. *leg.* ſuprà p. 281. col. 1.
Ibid. lin. 14. P. 2. p. 268. *leg.* p. 359. col. 2. & ſeq.
Ibid. N. (e) infrà P. 2. p. 269. *leg.* ſuprà p. 360. col. 1.
Ibid. N. (f) P. 2. p. 125. *leg.* p. 429. col. 2.
Ibid. N. (g) P. 2. p. 269. *leg.* p. 360. col. 1.
Ibid. N. (i) p. 270. *dele.*
Pag. 541. *col.* 2. *lin.* 36. P. 2. p. 269. *leg.* p. 360. col. 1.
Ibid. N. (g) P. 2. p. 125. *leg.* p. 429. col. 2.
Ibid. p. 269. *leg.* p. 360. col. 1.
Ibid. N. (h) p. 270. *leg.* p. 360. col. 1.
Pag. 542. *col.* 1. *lin.* 12. P. 2. p. 9. *leg.* p. 281. col. 1.
Ibid. N. (d.) P. 2. p. 270. *leg.* p. 360. col 2.
Ibid. N. (e) P. 2. p. 270. *leg.* p. 360. col. 2.
Ibid. N. (f) P. 2. p. 125. *leg.* p. 429. col. 2.
Ibid. N. (g) & (h) p. 269. & p. 270. *leg.* p. 360. col. 2.
Pag. 543. *col.* 1. *lin.* 4. P. 2. p. 270. *leg.* p. 360. col. 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 23. P. 2. p. 125. *leg.* p. 429. col. 2.
Ibid. p. 270. *leg.* p. 360. col. 2.
Pag. 544. *col.* 1. *lin.* 13. infrà P. 2. p. 9. *leg.* ſuprà p. 281. col 1. & 2.
Ibid. lin. 49. p. 114. & ſeq. *leg.* p. 349. col. 2. & ſeq.
Ibid. col. 2. *lin.* 9. p. 1. num. 1. 2. & p. 3. n. 4. *leg.* p. 530. col. 1. & p. 532. col. 1.
Ibid. N. (a) P. 2. p. 9. *leg.* p. 281. col. 1. & 2.
Ibid. N. (b) P. 2. p. 270. *leg.* p. 360. col. 2.
Pag. 546. *N.* (c) infrà P. 2. p. 270. *leg.* p. 360. col. 2. & ſeq.
Pag. 549. *N.* (d) P. 2. p. 125. *leg.* p. 429. col. 2.
Ibid. N. (e) P. 2. p. 270. & 271. *leg.* p. 360. col. 2. & ſeq.
Pag. 550. *col.* 1. *lin.* 29. infrà P. 2. p. 9. *leg.* ſuprà p. 281. col. 2.
Pag. 553. *col.* 2. *lin.* 24. P. 2. p. 271. *leg.* p. 361. col. 1.
Ibid. lin. 31. infrà P. 2. p. 125. *leg.* ſuprà p. 429. col. 2.
Ibid. lin. 32. P. 271. *leg.* p. 361. col. 1.
Pag. 554. *col.* 2. *lin.* 30. p. 11. num. 17. *leg.* p. 538. col. 2. & ſeq.
Pag. 555. *col.* 1. *lin.* 5. P. 2. p. 10. *leg.* p. 281. col. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 36. num. 15. *leg.* p. 553. col. 2. & ſeq.
Ibid. infrà P. 2. p. 10. *leg.* ſuprà p. 282. col. 1.
Ibid. lin. 37. p. 271. *leg.* p. 361. col. 2.
Pag. 556. *N.* (d) P. 2. p. 125. *leg.* p. 429. col. 2.
Ibid. p. 271. *leg.* p. 361. col. 2.
Pag. 557. *col.* 2. *lin.* 23. P. 2. p. 10. *leg.* p. 282. col. 1.
Ibid. lin. 26. P. 2. p. 11. *leg.* p. 282. col. 2.
Ibid. lin. 27. p. 272. §. 1. *leg.* p. 361. col. 2.
Ibid. lin. 30. P. 2. p. 12 *leg.* p. 282. col. 2.
Ibid. p. 126. *leg.* p. 429. col. 2.
Ibid. lin. 31. p. 272. *leg.* p. 429. col. 2.
Ibid. N. (d) P. 2. p. 125. *leg.* p. 361. col. 2.
Pag. 558. *N.* (d) P. 2. p. 6. *leg.* p. 279. col. 1.
Ibid. N. (e) p. 6. 7. *leg.* p. 279. col. 1.
Pag. 560. *col.* 2. *lin.* 6. P. 2. p. 126. *leg.* p. 429. col. 2.
Ibid. lin. 8. ibidem. *leg.* p. 430. col. 1.
Ibid. p. 278. *leg.* p. 362. col. 1.
Ibid. N. (d) p. 12. num. 20. *leg.* p. 540. col. 1.

Digitized by Google

Pag. 561. *col.* 1. *lin.* 25. P. 1. p. 272. *leg.* p. 362. col. 1.
Pag. 563. *col.* 2. *lin. penult.* num. 31. p. 15. *leg.* p. 542. col. 2.
Ibid. N. (i) P. 2. p. 126. *leg.* p. 430. col. 1.
Pag. 565. N. (h) p. 23. *leg.* p. 551. col. 2.
Pag. 566. N. (a) P. 1 p. 272. *leg.* p. 362. col. 1.
Pag. 567. *col.* 1. *lin.* 26. infrà P. 2. p. 11. *leg.* ſuprà p. 282. col. 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 20. infrà P. 2. p. 22. *leg.* ſuprà p. 289. col. 2.
Ibid. p. 127. *leg.* p. 430. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 29. P. 2. p. 11. *leg.* p. 282. col. 2.
Ibid. lin. 30. p. 127. *leg.* p. 430. col. 2. & ſeq.
Pag. 568. *col.* 2 *lin.* 15. infrà P. 2. p. 12. *leg.* ſuprà p. 283. col. 1.
Pag. 569. N. (a) infrà P. 2. p. 127. *leg.* ſuprà p. 431. col. 1.
Ibid. p. 273. *leg.* p. 362. col. 2.
Pag. 570. N. (c) infrà P. 2. p. 128. *leg.* ſuprà p. 431. col. 1.
Pag. 572. N. (a) pag. 46. num. 47. col. 4. *leg.* p. 569. col. 4.
Ibid. N. (c) P. 2. p. 127. *leg.* p. 430. col. 2.
Ibid. N. (e) p. 9 num. 14. *leg.* p. 536. col 2.
Pag. 573. *col.* 1. *lin.* 13. P. 2. p. 12. *leg.* p. 283. col. 1. & 2.
Ibid. p. 273. *leg.* p. 362. col. 2.
Pag. 574. *col* 1. *lin.* 41. P. 2. p. 128. *leg.* p. 431. col. 2.
Pag. 575. *col.* 1. *lin.* 6. P. 2. p. 12. *leg.* p. 283. col. 2.
Ibid. p. 129. *leg.* p. 431. col. 2.
Ibid. lin. 7. p. 274. *leg.* p. 362. col. 2.
Ibid. lin. 21. P. 2. p. 274. *leg.* p. 263. col. 1.
Ibid. lin. 41. P. 2. p. 274. *leg.* p. 263. col. 1.
Ibid. lin. penult. P. 2. p. 13. *leg.* p. 283. col. 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 29. P. 2. p. 13. *leg.* p. 283. col. 2.
Ibid. lin. 30. p. 129. & ſeq. *leg.* p. 431. col. 2.
Ibid. N. (c) P. 2. p. 13. *leg.* p. 284. col 1.
Pag. 576. *col.* 2. *lin.* 19. P. 2. p. 129. *leg.* p. 432. col. 1. & 2.
Pag. 577. *col.* 1. *lin.* 18. P. 2. p. 274. *leg.* p. 363. col. 1.
Ibid. col. 2. *lin.* 1. P. 2. p. 13. *leg.* p. 284. col. 1.
Ibid. lin. 23. P. 2. p. 13. *leg.* p. 284. col. 1.
Pag. 578. *col* 1. *lin.* 15. P. 2. p. 129. *leg.* p. 432. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 19. P. 2. p. 129. *leg.* p. 432. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 25. P. 2. p. 274. *leg.* p. 363. col. 1.
Ibid. col. 2. *lin.* 30. P. 2. p. 13. *leg.* p. 284. col. 1.
Ibid. lin. 31. p. 130. *leg* p. 432. col. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 32. p. 274. *leg.* p. 363. col. 1.
Ibid. N. (a) Pag. 36. num. 31. *leg.* p. 561. col. 1.
Pag. 579. *col.* 1. *lin.* 16. P. 2. p. 14. *leg.* p. 284. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 17. p. 131. *leg.* p. 433. col. 1.
Ibid. col. 2. *lin.* 22. P. 2. p. 14. *leg.* p. 284. col. 2.
Pag. 581. *col.* 1 *lin.* 17. P. 2. p. 14. *leg.* p. 284. col. 2.
Ibid. lin. 45. P. 2. p. 138. & ſeqq. *leg.* p. 433. col. 1. 2. & ſeq.
Ibid. col 2. *lin.* 31. P. 2. p. 131. *leg.* p. 433. col. 1. 2. &. ſeq.
Ibid. p. 274. *leg* p. 363. col. 1. 2. & ſeq.
Pag. 582. *col.* 1. *lin.* 16. P. 2. p. 14. *leg.* p. 284. col. 2.
Ibid. lin. 17. p. 138. *leg.* p. 437. col. 2.
Ibid. lin. 37. fol. 5. *leg.* p. 423. col. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 38. P. 2. p. 138. *leg.* p. 437. col. 2.
Ibid. lin. 39. p. 14. *leg.* p. 284. col. 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 28. P. 2. p. 15. *leg.* p. 284. col. 2. & ſeq.
Pag. 583. *col.* 1. *lin.* 36. P. 2. p. 139. *leg.* p. 437. col. 2.
Ibid. lin. 7. p. 276. *leg.* p. 364. col. 2.

Digitized by Google

Pag. 584. *col.* 2. *lin.* 3. P. 2. p. 15. *leg.* p. 285. col. 1.
Ibid. lin. 24. P. 2. p. 15. *leg.* p. 285. col. 1.
Ibid. p. 276. *leg.* p. 364. col. 1.
Ibid. lin. 38. P. 2. p. 15. *leg.* p. 285. col. 1.
Pag. 585. *col.* 1. *lin.* 2. P. 2. p. 276. *leg.* p. 364. col. 1.
Ibid. lin. 6. num. 25. *leg.* p. 583. col. 1.
Ibid. lin. 8. P. 2. p. 276. *leg.* p. 364. col. 1.
Ibid. lin. 35. num. 38. *leg.* p 598. col. 1. & p. 599. col. 1.
Ibid. lin. 36. P. 2. p. 276. *leg.* p. 364. col. 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 5. num. 8. *leg.* p. 578. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 15. P. 2. p. 15. *leg.* p. 285. col 1.
Ibid. lin. 24. num. 39. *leg.* p. 596. col. 1. & 2.
Ibid. num. 2. *leg.* p. 600. col. 1.
Ibid. lin. 45. P. 2. p. 15. *leg.* p. 285. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 46. p. 139. *leg.* p. 437. col. 2. & seq.
Ibid. p. 277. *leg.* p. 364. col. 2. & seq.
Pag. 586. *col.* 1. *lin.* 49. P. 2. p. 15. *leg.* p. 285. col. 2.
Ibid. p. 139. *leg.* p. 438. col. 1.
Ibid. lin. 50. p. 278. *leg.* p. 365. col. 1.
Ibid. lin. 52. P. 2. p. 16. *leg.* p. 285. col. 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 19. P. 2. p. 139. *leg.* p. 438. col. 1.
Ibid. lin. 20. p. 278. *leg.* p. 365. col. 2.
Ibid. lin. 24. num. 10. *leg.* p. 591. col. 1.
Ibid. lin. 42. P. 2. p. 273. *leg.* p. 362. col. 2.
Pag. 587. *col.* 1. *lin.* 8. P. 2. p. 279. *leg.* p. 366. col. 1.
Ibid. lin. 28. P. 2. p. 139. *leg.* p. 438. col. 1.
Ibid. lin. 29. p. 279. *leg.* p. 366. col. 1.
Ibid. lin. 52. P. 2. p. 15. & 16. *leg.* p. 285. col. 1.
Ibid. lin. 53. p. 280. *leg.* p. 366. col. 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 22. P. 2. p. 16. *leg.* p. 285. col. 2. & seq.
Ibid. lin. 27. num. 2. *leg.* p. 608. col. 2.
Ibid. lin. 33. P. 2. p. 16. *leg.* p. 286. col. 1.
Ibid. p. 280. *leg.* p. 366. col. 2.
Ibid. lin. penult. P. 2. p. 139. *leg.* p. 438. col. 1.
Ibid. lin. ult. p. 280. *leg.* p. 366. col. 2.
Pag. 588. *col.* 1. *lin.* 2. P. 2. p. 140. *leg.* p. 438. col. 1.
Ibid. lin. 20. P. 2. p. 17. *leg.* p. 286. col. 1.
Ibid. lin. 27. P. 2. p. 280. *leg.* p. 367. col. 1.
Ibid col. 2. *lin.* 17. P. 2. p. 17. *leg.* p. 286. col. 1.
Ibid. lin. 33. P. 2. p. 17. *leg.* p. 286. col. 2.
Ibid. lin. 34. p. 140. *leg.* p. 438. col. 2. & seq.
Ibid. lin. 35. p. 281. *leg.* p. 367. col. 1.
Ibid. lin. 43. P. 2. p. 142. *leg.* p. 439. col. 2.
Pag. 589. *col.* 1. *lin.* 9. P. 2. p. 142. *leg.* p. 439. col. 2.
Ibid. lin. 10. P. 2. p. 281. *leg.* p. 367. col. 1.
Ibid. lin. 35. P. 2. p. 20. *leg.* p. 288. col. 1.
Pag. 590. *col.* 1. *lin.* 39. P. 2. p. 20. *leg.* p. 288. col. 2.
Ibid. lin. 40. p. 281. *leg.* p. 367. col. 2.
Pag. 591. *col.* 1. *lin.* 39. P. 2. p. 21. *leg.* p. 289. col 1.
Ibid. col. 2. *lin.* 14. P. 2. p. 21. *leg.* p. 289. col. 1.
Ibid. lin. 15. p. 142. *leg.* p. 439. col. 2. & seq.
Ibid. lin. 28. P. 2. p. 142. *leg.* p. 440. col. 1.
Pag. 592. *col.* 1. *lin* 19. P. 2. p. 282. *leg.* p. 367. col. 2.
Ibid. lin. 14. P. 2. p. 142. *leg.* p. 440. col. 1.
Ibid. lin. 31. P. 2. p. 21. *leg.* p. 289. col. 1.

Ibid.

www.libroi.com.cn

Digitized by Google

Ibid. lin. 32. p. 282. *leg.* p. 367. col. 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 30. P. 2. p. 22. *leg.* p. 289. col. 2.
Ibid. p. 143. *leg.* p. 440. col. 1.
Ibid. lin. 52. P. 2. p. 22. *leg.* p. 289. col. 2.
Pag. 593. *col.* 1. *lin.* 3. P. 2. p. 282. *leg.* p. 367. col. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 8. P. 2. p. 22. *leg.* p. 289. col. 2.
Ibid. lin. 12. P. 2. p. 148. *leg.* p. 443. col. 1. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 20. P. 2. p. 22. *leg.* p. 289. col. 2. & 2.
Ibid. lin. 21. p. 148. *leg.* p. 443. col. 1. & ſeq.
Ibid. lin. 27. P. 2. p. 22. *leg.* p. 290. col. 1.
Ibid. lin. 49. P. 2. p. 282. *leg.* p. 368. col. 1.
Ibid. col. 2. *lin.* 3. P. 2. p. 22. *leg.* p. 290. col. 1.
Ibid. lin. 14. P. 2. p. 143. *leg.* p. 440. col. 1. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 15. p. 11. *leg.* p. 517. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 24. P. 2. p. 143. *leg.* p. 440. col. 2. & ſeq.
Pag. 594. *col.* 1. *lin.* 32. infrà P. 2. p. 282. *leg.* ſuprà p. 368. col. 1.
Pag. 595. *col.* 1. *lin. ult.* P. 2. p. 23. *leg.* p. 290. col. 1.
Pag. 596. *col.* 1. *lin.* 2. P. 2. p. 282. *leg.* p. 368. col. 1.
Ibid. lin. 29. P. 2. p. 145. *leg.* p. 441. col. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 30. p. 23. *leg.* p. 290. col. 1.
Ibid. lin. 45. P. 2. p. 146. & 147. *leg.* p. 442. col. 1. & 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 10. P. 2. p. 147. *leg.* p. 442. col. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 14. P. 2. p. 283. *leg.* p. 368. col. 1.
Pag. 597. *col.* 1. *lin.* 42. P. 2. p. 23. *leg.* p. 290. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 43. p. 145. *leg.* p. 441. col. 2. & ſeq.
Ibid. col. 2. *lin.* 16. P. 2. p. 147. *leg.* p. 443. col. 1.
Ibid. lin. 24. P. 2. p. 148. *leg.* p. 443. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 26. P. 2. p. 149. *leg.* p. 444. col. 1.
Ibid. lin. 44. P. 2. p. 23. *leg.* p. 290. col. 2.
Pag. 599. *col.* 1. *lin. ult.* P. 2. p. 37. *leg.* p. 290. col. 2.
Pag. 600. *col.* 1. *lin.* 2. P. 2. p. 149. *leg.* p. 444. col 1. & 2.
Ibid. lin. 33. P. 2. p. 283. *leg.* p. 368. col. 1.
Ibid. col. 2. *lin.* 11. P. 2. p. 24. *leg.* p. 290. col. 2.
Ibid. p. 151. *leg.* p. 445. col 1. & 2.
Ibid. lin. 12. p. 283. *leg.* p. 368. col. 1.
Ibid. lin. 22. P. 2. p. 24. *leg.* p. 290. col. 2. & ſeq.
Pag. 603. *col.* 1. *lin.* 43. P. 2. p. 151. *leg.* p. 445. col. 2.
Pag. 604. *col.* 2. *lin.* 40. P. 2. p. 25. *leg.* p. 291. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 41. p. 151. *leg.* p. 445. col. 1. & 2.
Ibid. lin. 46. P. 2. p. 283. *leg.* p. 368. col. 2.
Pag. 605. *col.* 1. *lin.* 27. P. 2. p. 152. *leg.* p. 446. col. 1.
Ibid. lin. 28. p. 283. *leg.* p. 368. col. 2.
Pag. 606. *col.* 1. *lin.* 37. P. 2. p. 25. *leg.* p. 291. col. 2.
Pag. 607. *col.* 1. *lin.* 5. P. 2. p. 25. *leg.* p. 291. col. 2.
Ibid. p. 152. *leg.* p. 446. col. 1.
Ibid. col. 2. *lin.* 33. P. 2. p. 25. *leg.* p. 291. col. 2.
Pag. 608. *col.* 1. *lin.* 12. P. 2. p. 25. *leg.* p. 291. col. 2.
Ibid. col. 2. *lin.* 8. P. 2. p. 152. *leg.* p. 446. col. 1. & ſeqq.
Ibid. lin. 9. p. 163. *leg.* ibidem.
Ibid. p. 25. *leg.* p. 291. col. 2. & ſeq.
Ibid. lin. 10. p. 283. *leg.* p. 368. col. 2. & ſeqq.

FINIS.

Digitized by Google

SACRÆ SCRIPTURÆ TESTIMONIA QUÆDAM,

QUÆ TUM PRIMO, TUM SECUNDO VOLUMINE CITANTUR A

LACTANTIO.

www.libtool.com.cn

TOMO PRIMO.

Psalm. 1. *Beatus est qui non abiit in concilio impiorum.* T. I. pag. 315.

Ibid. *Non resurgent impii in judicio.* T. I. pag. 571.

Psal. 44. *Eructavit cor meum verbum bonum; dico ego opera mea regi.* T. I. pag. 291.

Psal. 84. *Veritas de terrâ orta est.* T. I. pag. 300.

Psal. 93. *Captabunt in animam justi, & sanguinem innocentem condemnabunt; & factus est mihi Dominus in refugium.* T. I. pag. 325.

Psal. 109. *Ante luciferum genui te: juravit Dominus, & non pœnitebit eum; tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec.* T. I. pag. 307.

Eccli. 24. *Ego ex ore Altissimi prodivi ante omnem creaturam; ego in cœlis feci ut oriretur lumen indeficiens, & nebulâ texi omnem terram. Ego in altis habitavi, & thronus meus in columnâ nubis.* T. I. pag. 291.

Isai. 45. *Adorabunt te & in te precabuntur, quoniam in te Deus est, & non est alius Deus præter te.* T. I. pag. 351.

Verùm Tomo. II. pag. 32. hic locus sic legitur:

Adorabunt te & in te precabuntur, quoniam in te Deus est, & nos nesciebamus; Deus Israël. Confundentur & reverebuntur omnes qui adversantur tibi, & eadent in confusionem.

Ibid. 65. *Leones & vituli ad præsepe simul stabunt: lupus ovem non rapiet: canis non vorabitur; accipitres & aquila non nocebunt: infans cum serpentibus ludet.* T. I. pag. 581.

TOMO SECUNDO.

Qui filium non agnovit, nec patrem potuit agnoscere. Hæc verba ex diversis Scripturæ locis eruta sunt, scilicèt ex Evangel. Joan. cap. VIII. v. 19. & cap. 14. v. 1. & 7. atque ex ejusdem Joan. Epist. 1. cap. II. v. 23. Tomo II. hujusce editionis pag. 37.

Apocalyp. XIX. v. 12. *Hujus nomen nulli est notum, nisi ipsi & patri.* T. II. pag. 30.

Id porrò est observandum, multa testimonia Sacræ Scripturæ quæ referuntur Tomo I. iterùm legi in Epitome Divinarum Institutionum.

Typis QUILLAU, 1748.

Digitized by Google

AVIS AU RELIEUR

Pour placer les Cartons.

TOME I.

SIGNATURE	D ij	Pages 27 & 28.
. . . . .	Q	Pag. 121 & 122.
. . . . .	F f iij	Pag. 229 & 230.
. . . . .	*Ibidem.*	Pag. 231 & 232.
. . . . .	O o iv	Pag. 295 & 296.
. . . . .	M m m ij . . .	Pag. 459 & 460.
. . . . .	*Ibidem.*	Pag. 463 & 464.

TOME II.

SIGNATURE	C	Pag. 17 & 18.
. . . . .	L ij	Pag. 83 & 84.
. . . . .	B b iv	Pag. 199 & 200.
. . . . .	D d	Pag. 209 & 210.
. . . . .	F f iv	Pag. 231 & 232.
. . . . .	H h iij & H h iv	Pag. 245. 246. 247. 248. *tiennent enſemble.*
. . . . .	I i & I i ij . . .	Pag. 249. 250. 251. 252. *tiennent enſemble.*

www.liverpool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

35390

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google